
ALEXANDER ALBANUS SS.mi D.D.N. CLEMENTIS PAPAE XI NEPOS AET. SUAE ANN. XXII
Proximus es PATRUO solâ virtute, Nepotem
Ingenio, curis, te pietate probas.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΑΡΧΙΕΠ. ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

SANCTI PATRIS NOSTRI

JOANNIS CHRYSOSTOMI

ARCHIEPISCOPI

CONSTANTINOPOLITANI

OPERA OMNIA

QUÆ EXSTANT,

VEL QUÆ EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR;

Ad MSS. Codices Gallicanos, Vaticanos, Anglicanos, Germanicosque; necnon ad Savilianam & Frontonianam Editiones castigata, innumeris aucta: nova Interpretatione ubi opus erat, Præfationibus, Monitis, Notis, variis Lectionibus illustrata, nova Sancti Doctoris vita, Appendicibus, Onomastico & copiosissimis Indicibus locupletata.

Opera & studio D. BERNARDI DE MONTFAUCON, *Monachi Ordinis Sancti Benedicti e Congregatione S. Mauri, opem ferentibus aliis ex eodem Sodalitio Monachis.*

TOMUS SECUNDUS.

PARISIIS,

Sumtibus
LUDOVICI GUERIN, sub signo S. Thomæ Aquinatis.
CAROLI ROBUSTEL, sub signo Palmæ.
JOANNIS & JOSEPHI BARBOU, sub signo Ciconiarum.
GUILLELMI DESPREZ Typog. Regii, & JOANNIS DESESSARTZ, sub signis S. Prosperi, & trium Virtutum.
viâ Jacobæâ,

M. DCC. XVIII.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

PRÆFATIO
IN VIGINTI ET UNAM HOMILIAS
AD POPULUM ANTIOCHENUM DE STATUIS.

INTER ea quæ Joannis Chrysostomi tempore acciderunt, nihil memorabilius illa Antiochenorum seditione, qua dejectis Theodosii Imperatoris & Flacillæ ejus uxoris statuis, iisdemque per urbem raptatis, Theodosium ita exacerbarunt, ut de urbe delenda sit cogitatum. Hæc fuit Chrysostomo nostro ad concionandi facultatem exercendam ampla materies. Antiochenis quippe inter spem & metum fluctuantibus, dum repentini casus novam inexspectatamque quotidie vel sperandi, vel timendi causam offerrent, imparatus fere semper Chrysostomus, prout res sese dabant stylum vertere coactus, ex tempore illas admiratione certe dignas homilias, pronunciabat: modo ut in calamitate versantem populum consolaretur; modo ut fractos periculi magnitudine animos confirmaret: tum præcipue ut occasione imminentium malorum Antiochenos ad vitia corrigenda, eluendaque crimina, quæ tantam Dei iram accenderant, monitorum frequentia deduceret: qui certe conatus Chrysostomo cessit ex voto, ut ille alicubi fatetur.

Tantæ vero seditionis causa fuit, teste Zosimo, nimia tributorum, quæ quotidie nova excogitabantur exactio; sive pro celebritate quinti initi ab Arcadio anni, ex quo Augustus promulgatus fuerat, & decimi anni Theodosii Imperatoris qui anno 388. incipiebat, sive pro apparatu belli contra Maximum tyrannum, sive pro ambabus aliisque etiam publicis necessitatibus. Tributi onere perculsi Antiocheni cives, Præfectum adeunt, ii scilicet qui urbanioris notæ erant, & lacrymantes, vectigal indictum nimium queruntur: Dei opem implorant. Deindeque circumforaneorum & exterorum hominum ex infima plebe turba, commotis animis in facinora erumpunt: primo in publico balneo omnia sus deque ponunt: hinc Præfecti domum adeunt, cancellos januasque invadunt; vixque coërciti, alio furorem convertunt, depictasque Imperatorum tabellas lapidibus impetunt, fœdant & labefactant; ipsosque Augustos maledictis & conviciis onerant: demum Imperatoris Theodosii Flacillæque ejus uxoris jam defunctæ statuas dejiciunt, & per vicos urbis raptant: jamque plura inferre damna cœperant; cum immissa a Præfecto sagittariorum manu coërciti sunt. Sic exstincta seditione, furori timor successit, atque imminentis pœnæ exspectatio, onerosi impositi vectigalis oblivionem induxit. Quid inde sit consequutum infra narrabitur in recensione Homiliarum. Jam de anno seditionis, quo hæ sunt habitæ homiliæ aliquid dicendum.

Missa Sozomeni & Theodoreti narratione, ex quibus post bellum contra Maximum hæc seditio & conciones secundum illam habitæ statuendæ essent: ex notis temporis longe certioribus, ante bellum contra Maximum hæc accidisse jam probarunt viri docti & pluribus asseruit Tillemontius in nota 27. ad vitam Theodosii Imperatoris. Validissimum porro adversus priorem illam sententiam eruitur argumentum ex ipsis Chrysostomi verbis, qui homilia XVI. numero 2. testificatur hunc annum secundum esse ex quo concionari cœperat: cœpit autem cum primum Presbyter ordinatus fuit anno vertente

385. vel ineunte 386. Quamobrem vel in annum 388. hæ conciones conferendæ sunt, aut potius in 387. Pro priore sententia stat Baronius, & post eum Petavius & Henricus Valesius, qui ideo in annum 388. eas conjiciunt, quia illo anno incipiebat decimus Imperii Theodosii, ad cujus celebritatem inductum fuit tributum supra memoratum: quod autem ex Libanio affertur ad illam tuendam sententiam, intricatum omnino est, & ad utramvis sententiam potest detorqueri. Certiorem porro his omnibus notam eruimus ex eo, quod Theodosius Imperator certissime Constantinopoli esset per hiemem & quadragesimam anni 387. quo etiam anno seditionem contigisse oportet: nam tempore seditionis etiam Constantinopoli certissime degebat; contra autem anno sequenti hac ipsa tempestate Thessalonicæ Imperator versabatur. Quod vero contra affertur ex celebratione anni decimi Theodosii, qui anno 388. incipiebat; illud, inquam, nihili est: cum certum sit ex Fastis Idatii & Marcellini ipsum anni decimi Imperii sui celebritatem uno anno prævenisse, ut cum filio suo Arcadio, qui annum quintum Imperii in 387. inibat, una decimum celebraret, quemadmodum & Maximianus Herculius cum annum decimum octavum tantum Imperii ageret, una cum Diocletiano, qui vigesimum agebat, vigesimum celebravit. De hac re autem pluribus in vita sancti Joannis Chrysostomi.

Alia vero non minor oboritur difficultas de qua jam in Monito contra Judæos actum est: nimirum in concione quadam contra Judæos mense Septembri anni 386. habita, Chrysostomus objurgans Antiochenorum Christianorum bene multos, qui cum Judæis, sive tempore a Judæis observato jejunabant, & Pascha celebrabant: *Ecce namque*, inquit, *primus dies Azymorum hoc anno in Dominicam diem incidit, & omnino necesse est ut tota hebdomada jejunemus, & cum passio prateierit, & crux advenerit, & resurrectio, nos adhuc jejunantes maneamus. Et sæpenumero istud accidit, ut post crucem, post resurrectionem, hebdomada nondum absoluta, jejunium observemus.* Ex his porro dictis liquet Christianos illos, qui in jejunio servando & in Paschate celebrando judaïzabant, aliquando jejunavisse cum alii Christiani Pascha celebrarent, aliquando secus, jejunabant scilicet in die Resurrectionis, quando Judæi tardius, quam cæteri Christianorum Pascha celebrabant; non jejunabant vero, quando Judæi citius quam Christiani, idem festum agebant. In concione vero Chrysostomi supra memorata & mense circiter Septembri anni 386. habita, agitur haud dubie de quadragesima & de Paschate anni 387. eo autem anno secundum tabulas Paschales incidebat Pascha in 25. Aprilis, nempe quam tardissime potest occurrere: quomodo ergo poterant judaïzantes illi Christiani hoc anno in Paschate jejunare, & Pascha tardius celebrare, cum Pascha non possit tardius occurrere quam 25. Aprilis, qua die cæteri Christiani non judaïzantes hoc anno Pascha celebrabant, si quidem tabulis Paschalibus standum fuerit. Ingens sane difficultas, sed quæ tamen, ipso fatente Tillemontio, notas temporis quibus homiliam illam contra Judæos in mensem Septembrem anni 386. conferimus, non possit evertere. Etenim, ut diximus in eodem Monito in homilias contra Judæos, utrum semper Antiocheni invariabili lege Alexandrinorum circa Pascha Domini calculum sequuti sint, id sane non usque adeo nobis compertum est: atque etiamsi semper sequuti sint, an affirmare possumus nunquam errorem in calculum incidisse? Certe fatentur viri calculorum paschalium peritissimi, quos adii, errorem interdum in calculis hujusmodi contingere, nec multis abhinc annis contigisse, neque tutum semper esse notas Paschales aliis quibuscumque temporum notis anteponere.

Tillemontius tamen qui difficultatem hujusmodi, in notis ad vitam Chrysostomi, ubi agitur de homiliis contra Judæos, animadvertit & excussit, nullam ejus mentionem fecit in notis ad vitam Theodosii Imperatoris: Ubi homilias hasce Chrysostomi ad populum Antiochenum ita ordinat ac si Pascha, ut ferunt Paschales tabulæ inciderit in vigesimam quintam Aprilis; primam igitur homiliam paulo ante seditionem locat: seditionem vero vigesima sexta Februarii decem diebus ante quadragesimam, quæ Antiochiæ incipiebat feria secunda Quinquagesimæ nostræ, illo anno in 8. Martii cadente. Secundam homiliam vel feria quinta vel Sabbato ante quadragesimam 6. Martii octavo post seditionem die. Tertiam Dominica sequente 7. Martii, vel circiter. Quartam feria secunda sequenti 8. Martii. Quintam feria tertia 9. Martii. Sextam feria quarta circiter, seu 10. Martii. Septimam feria quinta 11. Martii. Octavam feria sexta 12. Martii. Nonam feria secunda hebdomadis secundæ quadragesimæ 15. Martii. Decimam paucis

elapsis postea diebus. Undecimam utpote transpositam, feria secunda quartæ hebdomadis quadragesimæ 29. Martii. Duodecimam feria tertia sequente 30. Martii. Decimam tertiam feria quarta sequente 31. Martii. Decimam quartam paulo post eam quæ decima octava numeratur, quæque habita fuit dominica quinta quadragesimæ 5. Aprilis. Decimam quintam sabbato secundæ hebdomadis quadragesimæ, seu 20. Martii. Decimam sextam Dominica tertia quadragesimæ 21. Martii. Decimam septimam circa finem hebdomadis quartæ quadragesimæ. Decimam octavam dominica quinta Aprilis vel circiter. Decimam nonam post decimam quartam 11. circiter Aprilis. Vigesimam die Paschatis 25. Aprilis. Vigesimam primam eodem circiter tempore, quo vigesimam secundam sequentem, quæ habita est feria sexta post dominicam Passionis 16. Aprilis. Sic perturbatum harumce homiliarum ordinem summa accuratione restituere conatur Tillemontius: cui ut in multis adstipulamur, in aliis repugnare cogimur. Ordinem porro homiliarum qualem ille statuit, hic uno conspectu repræsentamus.

Tillem.	Edit. Front.	Tillem.	Edit. Front.
1.	Prima.	12.	Decima sexta.
2.	Secunda.	13.	Undecima.
3.	Tertia.	14.	Duodecima.
4.	Quarta.	15.	Decima tertia.
5.	Quinta.	16.	Decima septima.
6.	Sexta.	17.	Decima octava.
7.	Septima.	18.	Decima quarta.
8.	Octava.	19.	Decima nona.
9.	Nona.	20.	Vigesima secunda.
10.	Decima.	21.	Vigesima prima.
11.	Decima quinta.	22.	Vigesima.

Antequam vero de singulis homiliis differamus, ac de cujusque tum ordine tum argumento pauca dicamus, e re fuerit annotare, ex titulo homiliæ quæ olim vigesima secunda, jam vero vigesima numeratur, qui titulus in notis Frontonis & in Mss. nostris habet, hanc homiliam pronunciatam fuisse decem diebus ante Pascha; itemque ex his verbis ante finem homiliæ, *jam quadraginta dies præterierunt*, probe Tillemontium inferre quadragesimam apud Antiochenos cœpisse feria secunda post quinquagesimam, septemque hebdomadibus apud illos totam quadragesimam persolvi, jureque hanc homiliam ille in feriam sextam quadragesimæ confert: erat quippe illa dies & quadragesima ab inchoato jejunio, & decima ante Pascha. Hinc pro asserto habemus quadragesimam, quæ aliquot in Ecclesiis variis limitibus circumscribebatur, per septem hebdomadas Antiochiæ observatam fuisse.

Cum porro memoratis supra de causis, Paschales tabulas hodiernas, quæ Pascha anni 387. in diem 25. Aprilis conferunt, suspectas habeamus saltem pro Ecclesiæ Antiochenæ usu: neque exploratum nobis sit qua die Antiocheni hoc anno 387. Pascha celebraverint, a die mensis in recensione homiliarum commemorando abstinebimus; satisque habebimus indicasse, quando id licebit, qua die hebdomadis homiliæ dictæ fuerint.

Prima itaque homilia habita est paucis ante seditionem Antiochenam diebus, ut ex his secundæ homiliæ num. 3. verbis eruitur: *Longam nuper apud caritatem vestram concionem extendi. . . . . & laborum mercedem accepi. . . . . Quæ vero merces erat? Civitatis blasphematores punire, & castigare Deum contumelia afficientes, & furiosos cohibere.* Hæc proculdubio spectant ad primam homiliam, eamque longissimam, de sanctorum ærumnis, deque Dei providentia erga electos suos, qui in hac vita cruciantur, ubi demum hæc observatu certe digna profert: *Sed postquam de blasphemia nobis verba facta nunc sunt, unam a vobis omnibus petere volo retributionem pro concione hac atque sermone: ut in civitate blasphemantes mihi castigetis, si quempiam in bivio & foro in Deum blasphemantem audieris, accede, increpa: & si verbera infligere oporteat, ne recuses: ipsius faciem alapa percute, contere os ipsius, percussione manum tuam sanctifica.* Qui sane corrigendi modus non esset ad usum hodiernum accommodatus.

Secundam homiliam confert Tillemontius vel in feriam quintam, vel in sabbatum ante quadragesimam: tutius vero dicatur his circiter diebus habitam fuisse, septem

exactis, ut ipse Chrysostomus ait, a seditione diebus: quibus se tacuisse dicit, quod ingenti calamitate, & periculi mole consternati Antiocheni, non essent audiendis concionibus idonei; ob neglectam porro fratrum blasphemantium emendationem, hæc mala divinitus dicit immissa, quorum postquam imaginem eleganter descripsit; de divitiis, de divitiarum usu, deque eleemosyna & de paupertate pluribus concionatus, orationem claudit.

Tertia Homilia secundam e vestigio sequitur; illam vero habitam putamus cum Tillemontio dominica Quinquagesimæ, ut hodierno more loquamur. Agitur de profectu Flaviani Antiocheni Episcopi Constantinopolin ad Imperatorem placandum, & rei bene gerendæ spe populum consolatur Chrysostomus: Pluribus deinde commonstrat jejunii, nisi a vitiis abstineatur, utilitatem esse nullam: postquam vero de detractione vitanda pauca dixerat, calamitatem præsentem deplorat, & intolerantius sævitum esse narrat: *Hi quidem ferro*, inquit, *illi igne, quidam bestiis traditi perierunt, non viri tantum, sed & pueri: nec ætatis immaturitas, nec populi tumultus, nec quod furore diabolico perciti quidam hæc fecerint, nec quod exactio intolerabilis esset, non paupertas, non quod commune peccatum fuerit, non quod promiserint nunquam se amplius talia ausuros, non aliud quidpiam ipsos eripuit, sed absque venia ad barathrum adducebantur, militibus armatis utrinque ipsos agentibus & observantibus ne quis reos eriperet: & sequebantur matres, procul quidem filios conspicientes abstractos, sed de calamitate conqueri non audentes. Affectum enim vincebat formido, & naturam superabat metus.* Hæc omnia illata sunt Antiochenis mala a Præfectis seu Magistratibus, antequam Theodosius de seditione quidpiam audisset, ut ait ibidem Chrysostomus. Orationem porro claudit monens ut a detractione, ab inimicitiis & a juramentis abstineant.

Homilia quarta feria secunda, quæ erat initium quadragesimæ, ut videtur habita, bona ex calamitate parta describit, mutatos dicit, & a pristinis moribus reductos Antiochenos. In fine vero ea ipsa monita, quæ in præcedenti se dedisse commemorat, iterum repetit; nimirum de vitandis detractionibus, inimicitiis & juramentis. Ait vero num. 6. se per hanc hebdomadem de juramentis dicturum esse.

Homilia quinta die sequenti, ut initio dicit Chrysostomus, id est feria tertia, pronunciata est. In ea ærumnosos de more Antiochenos consolatur Chrysostomus, & ad mortis despectum cohortatur. Et in fine de juramentis vitandis agit num. 7. ac præcedentium sequentiumque Homiliarum aliquem indicat ordinem his verbis: *Primum igitur ei persuadeamus, ut a juramentorum fuga mutationem incipiat: etsi enim & nudiustertius de hac vobis loquutus sum materia, neque tamen hodie desistam, neque cras, neque perendie, eadem monere.*

Homilia sexta feria quarta primæ hebdomadis habita, consolationem afflictis impertit, bonam rerum mutationem sperare jubet: moras nunciis qui seditionem Antiochenam Imperatori narraturi erant, a Deo immissas dicit, & inde spem bonam auditoribus affert, & de venia a Flaviano Episcopo impetranda fiduciam habere jubet: ac postquam de morte non timenda disseruit, adversus juramenta pro more loquitur.

Homilia septima die sequenti, ut multis ex notis liquidum est, habita: *Etenim quintam diem*, inquit Chrysostomus, *agimus vestram consolantes caritatem.* Quinta porro dies hæc numeratur incipiendo a Dominica, ita ut de quinta hebdomadis die loquatur. Agitur hic de primis Geneseos verbis, *In principio fecit Deus cœlum & terram.* Diciturque Deum non modo cum castigat, sed etiam cum benefacit bonum esse, & a juramentis vitandis clauditur oratio.

Homiliam octavam putat Tillemontius die septimam homiliam sequente, id est feria sexta dictam fuisse. Verum reclamat Chrysostomus, qui testificatur initio se πρώην *nuper*, non χθὲς *heri*, in illud: *In principio fecit Deus cœlum & terram* verba fuisse, quod haud dubie ad homiliam septimam pertinet. Itaque est illa in sabbatum conferenda, quod etiam nobis suadent hæc verba statim post initium, *ad finem nobis devenit hebdomas.* Argumentum homiliæ ducit ab his verbis: *Deambulabat Deus in paradiso in meridie.* Hinc pavidos formidolosofque semper esse impios, pios autem fiducia plenos dicit. Demum pro consuetudine de juramentis vitandis agit, sextumque jam diem ait esse, quo de servanda hujusmodi lege admonet.

Homiliam nonam in feriam secundam secundæ hebdomadis quadragesimæ probabiliter

biliter conjicit Tillemontius. Hac de re vero nulla comparet nota qua aut certum aut verisimile quidpiam statuamus. Habita autem fuit hæc concio post silentium unius vel plurium dierum, ut initio diserte ait Chrysostomus: contra quam opinatur Tillemontius, qui cum octavam in feriam sextam conjiciat, & nonam in feriam secundam hebdomadis sequentis, ait in vita Chrysost. art. 15. interpositas sabbati & dominicæ dies fuisse haud dubie Chrysostomi concionibus insignitas, quæ conciones jam amissæ fuerint. Populum autem Antiochenum laudat initio Chrysostomus, quod monitis suis obtemperantes de abigenda juramentorum consuetudine curarent. In hæc item verba, *Cæli enarrant gloriam Dei*, multa dicit, & Dei providentiam in rerum naturalium ordine atque concentu prædicat: demumque claudit orationem, monendo ut a juramentis abstineatur.

Homilia decima non die nonam insequente habita fuit, licet idem prosequatur argumentum, ut voce *πρῴην nuper* indicatur. Auditoribus autem gratulatur Chrysostomus quod monitis suis obtemperaverint. Longe præstare ait verbum Dei audire, quam jejunare: probat deinde mundum sine Dei providentia stare non posse. Desinitque demum cohortando ut a juramentis abstineatur.

Homiliam undecimam putat Tillemontius habitam fuisse post eam, quæ decima quinta inscribitur infra, necnon post sequentem decimam sextam: hoc autem ratiocinio utitur ille: In ea, inquit, homilia, de periculis & ærumnis quibus jam functa civitas Antiochena erat, agitur, quæ post adventum Hellebichi & Cæsarii accidisse videntur. Ille autem adventus Hellebichi & Cæsarii, in decimæ septimæ homiliæ titulo, longe post undecimam, de qua nunc agimus, memoratur. Hoc fultus argumento Tillemontius non modo decimam quintam, sed etiam decimam sextam ante undecimam locandam esse putat. At præterquam quod omnes prorsus Manuscripti eumdem quem editi ordinem servant; ea omnia quæ tunc temporis acciderunt pericula, terrores, minas, non sat accurate novimus, ut ex hujusmodi ratiocinio aliquid in ordine mutandum censeamus. Multa dixit Chrysostomus, forteque multo plura tacuit. Quamobrem donec quid certius emergat prisco ordini standum putamus. In hac igitur homilia principio, gratias agit Chrysostomus, quod civitas ab immisso terrore respiraverit, ex injectis quippe suspicionibus perterriti quamplurimi aufugerant: hoc calamitatis & terroris tempore aliquot diebus tacuit Chrysostomus, ut ipse ait. Hanc vero homiliam conjicit Tillemontius in feriam secundam quartæ hebdomadis quadragesimæ, & quidem optime, ut ad homiliam decimam tertiam dicemus. Agitur præcipue in hac homilia de Dei sapientia in hominis constitutione, & in fine de vitando juramento.

Duodecimam item & decimam tertiam, post decimam quintam & decimam sextam eadem qua supra de causa rejicit Tillemontius. At nescio quo pacto intelligat illud in hac homilia duodecima n. 2. *Tribus igitur præteritis diebus unum cognitionis Dei modum quærebamus, ipsumque in finem deduximus, interpretantes, quomodo* cæli enarrant gloriam Dei: *& quale sit Pauli dictum,* invisibilia ipsius a creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: *& demonstravimus, quomodo a creatura mundi, & quomodo per cælum & terram & mare creator glorificetur. Hodie vero* &c. Hic seriem trium homiliarum clare affert Chrysostomus, quo ordine habitæ fuerant ante duodecimam; nempe nonæ, decimæ & undecimæ. In nona num. 2. argumentum orationis ponit hoc Pauli dictum, *Invisibilia ipsius* &c. & illud Psalmorum, *cæli enarrant gloriam Dei:* in decima item num. 2. se hoc ipsum argumentum persequi declarat: in undecima quoque num. 2. se eidem argumento insistere testificatur. Annon Chrysostomi dictis vim infert Tillemontius, cum decimam inter & undecimam vult interseri decimam quintam & decimam sextam? Id autem ille subdubitando tantum proponit in nota 29. ad Theodosium Imperatorem n. 10. 11. & seqq. fateturque eum quem nos statuimus ordinem, clare a Chrysostomo indicari, sed nescio quo pacto ab eodem ipso ordine postea discedat. Cæterum cum dicit Chrysostomus, *tribus præteritis diebus*, non intelligitur de tribus diebus consequentibus, sed de tribus postremis diebus, quibus ante concionatus erat. In hac item homilia 12. quæ habita fuit feria tertia quartæ hebdomadis eidem insistit hypothesi, de sapientia Dei in mundi opificio; postea agit de jure naturali, cujus cognitionem Deus homini indidit, deque juramento vitando.

Decimam tertiam homiliam dixit postridie duodecimam. Principioque gratias agit

Deo de mutata rerum facie, sublatoque metu, qui tantus fuerat, ut *civitatis*, inquit, *major pars præ timore & comminatione illa ad deserta & fauces montium, & occulta locorum transmigraverit.* Hinc de multis ad tribunal adductis, de horribili habita verberum & flagellorum quæstione, de aliis ad supplicium raptatis, de matre & sorore cujusdam, de quo intus judicabatur, ad vestibulum in pulvere volutatis. Hæc παθητικῶς describit Chrysostomus, quæ paucis ante diebus, scilicet antequam undecimam concionem haberet gesta fuerant. Cæterum quod initio habet Chrysostomus, οἵαν τὴν παρελθοῦσαν εἴδομεν τετράδα, καὶ οἵαν τὴν παροῦσαν ὁρῶμεν νῦν; ita convertit Bernardus Brixianus, *quale præteritum vidimus quatriduum, & quale nunc videmus præsens?* Hanc vero interpretationem nescio quo pacto intactam reliquimus. Licet enim τετρὰς aliquando pro quatriduo accipiatur, stylo tamen Ecclesiastico, a tempore usque Clementis Alexandrini, τετρὰς est feria quarta hebdomadis, adeo sic restituas oportet interpretationem: *Qualem feriam quartam præteritam vidimus, & qualem præsentem videmus?* Quo declaratur quarta feria habitam homiliam fuisse, & quidem quartæ hebdomadis quadragesimæ, aut fortasse tertiæ secundum alium numerandi modum. A multis quippe jam sæculis Græci primam jejuniorum dominicam & hebdomadem vocant eam, quam nos primam quadragesimæ vocamus. Hic vero de nomine tantum est quæstio. Hujus autem hebdomadis quarta die habitam homiliam, & ex serie homiliarum & ex Chrysostomi silentio aliquot dierum inter homilias decimam & undecimam palam esse videtur. In hac porro homilia præmissis bene multis de calamitate illa Antiochena, ad pristinum de hominis opificio argumentum descendit, &, cohortando de more ad juramenta vitanda, orationem claudit.

Decimam quartam Tillemontius locandam putat post decimam octavam; hac permotus ratione: Initio ait Chrysostomus: *Non parum civitatem nobis heri diabolus perturbavit, sed & Deus nos iterum non parum consolatus est.* Hæc verba, inquit, adventum Hellebichi, & nuncium jam Constantinopoli advenisse significant. Verum hæc hariolando dicuntur. Quot suspiciones & terrores immissos putas Antiochenis dum animi penderent, & quorsum tam infausta res evasura esset ignorarent? De iis vero terroribus rumoribusque ratiocinari quomodo possumus, qui eorum haud dubie maximam partem ignoramus, & si qua novimus, ita obscure percipimus, ut vix inde quampiam temporis notam expiscari possimus. Hæc homilia ferme tota est de vitando juramento.

Decimam quintam homiliam vult Tillemontius habitam fuisse inter decimam & undecimam tum ob causas supra ad undecimam memoratas, quia Chrysostomus initio sic habet, ἔδει καὶ τήμερον καὶ τῷ προτέρῳ σαββάτῳ τὸν περὶ νηστείας κινῆσαι λόγον: *Oportebat & hodie, & superiore sabbato, de jejunio movere sermonem.* Ubi illud τῷ προτέρῳ quasi esset τῷ πρώτῳ, de primo sabbato quadragesimæ, subdubitando tamen, intelligit; sed nos ut & Bernardus Brixianus, de superiore, sive de præcedente intelligimus: atque nullam aliam interponi posse homiliam inter decimam & undecimam, jam superius probavimus. Occasione metus, quo affecti Constantinopolitani erant, multa dicit de bono timoris, & in fine contra jurandi ab aliisque juramentum exigendi consuetudinem concionatur.

Decima sexta tunc habita fuit, cum sparso quodam falso futuræ populationis rumore, omnes de fuga deliberabant. Hanc etiam loco movere conatur Tillemontius, & inter decimam & undecimam locare, quod tamen ut ad duodecimam diximus admitti nequit. His porro nititur Chrysostomi verbis Tillemontius: n. 6. ait S. Doctor, *Secundam jejunii septimanam præterivimus.* Duas ergo jejunii hebdomadas tantum præteriisse infert, atque ideo hanc loco movendam esse statuit Tillemontius, qui illam putat habitam dominica tertia quadragesimæ, pro prima dominica numerando eam quæ primam jejunii diem præcedebat, quam quinquagesimæ dominicam vocamus. Quid vero si tunc temporis Antiochiæ prima dominica quadragesimæ vocabatur ea quæ, more hodierno intra jejunium prima occurrit; nam jejunium incipiebat feria secunda post quinquagesimam, ut nunc incipit feria quarta, poterantque illam hebdomadam Antiocheni non numerare pro prima quadragesimæ, ut nos non numeramus: illoque modo unâ hebdomade tardius hæc homilia habita fuerit, dominica scilicet tertia hodierno more sumta. Sed tunc etiam magna superesset difficultas, nam hæc homilia decimam tertiam & sequentes præcessisset. Certe hæc omnia salebris sunt plena, ut ipse fatetur

Tillemontius, qui non ſemel aliquam amplexus ſententiam ab ea deſiſtere cogitur. Uſus fortaſſe & tractatio diuturna, aliquam in re tam obſcura afferent notitiam, qua poſſimus in vita Chryſoſtomi in fine operum adornanda hæc accuratius & clarius ſtatuere. Quapropter rem dubiam relinquere conſulto ſtatuimus. Id unum tantum contendimus, non poſſe hanc homiliam inter decimam & undecimam locari, memoratis ſupra de cauſis. Præmiſſis quibuſdam de timiditate Antiochenorum, deque juramento vitando, argumentum homiliæ mutuatur Chryſoſtomus ex his Pauli verbis: *Paulus vinctus Jeſu Chriſti, & Timotheus frater*, Paulumque glorioſiorem ex vinculis demonſtrat, quam ex virtute miraculorum.

Decima ſeptima habita eſt poſtquam Ellebichus, ſeu Hellebichus magiſter militum, & Cæſarius Magiſter ab Imperatore miſſi perquiſitum de ſeditione, Antiochiam advenerant. Hellebichus hic magiſter equitum peditumve alibi memoratus occurrit, & juſtitiæ clementiæque laude celebris erat: Cæſarius etiam, magiſter officiorum alibi dictus, pari gaudebat probitatis fama. Pronunciata autem fuit hæc homilia cum Antiocheni pene a metu liberi eſſent. *Innumera*, ait num. 1. Chryſoſtomus, *exſpectavimus mala, omnium facultates direptum iri, habitacula cum habitantibus comburenda, civitatem medio tollendam ex orbe, & ipſius reliquias omnes perituras, aratrum ipſius terram ſuſcepturam: ſed ecce hæc omnia intra exſpectationem tantum ſteterunt, & in opus non proceſſerunt.* Sub hæc narratur quomodo Monachi ex montibus Antiochiam deſcenderint, ut Judices placarent, dum interim philoſophi omnes Græci urbem deſererent; quo pacto etiam Sacerdotes in gratiam populi ſtrenue rem geſſerint. Pœnas ab Imperatore demum irrogatas leves tolerabileſque ait, neque dolendum ſi orcheſtram & balnea occluſerit, ac Metropoleos dignitatem ab urbe Antiochia ſuſtulerit. Veram Antiochiæ dignitatem eſſe, quod in ea Diſcipuli Chriſti primum Chriſtiani ſint vocati; quod Antiocheni ſanctis Jeroſolymitanis fame laborantibus opem tulerint: non magnitudinem, ſed pietatem urbes exornare. In fine vero ait, alios adhuc in carcere degere, alios in exſilium mittendos eſſe. Hanc homiliam Tillemontius confert in hebdomadem quartam quadrageſimæ poſt feriam quartam; ſed ex conjectura tantum.

Decima octava homilia poſt dimidium jejunii dicta fuit, ut ait initio Chryſoſtomus. Putat vero Tillemontius eam in Dominicam quintam quadrageſimæ probabiliter conjici poſſe. Agitur porro de vera jejunandi ratione, de divitiarum contemtu, de triſtitia ſecundum Deum &c.

Decima nona homilia habita eſt, ut titulus habet τῇ κυριακῇ τῆς ἐπισωζομένης, vel ut legit Fronto Ducæus, τῆς σωζομένης, *dominica ſervatæ*. Apud Cappadoces ἐπισωζομένην eſſe Aſcenſionem Domini ait Allatius libro de dominicis & hebdomadibus Græcorum, qui ibidem addit dominicam ἐπισωζομένης eſſe quintam poſt Paſcha, eam ſcilicet quæ præcedit Aſcenſionem Domini. Savilius autem ait eſſe dominicam in Albis, neſcio unde id expiſcatus. At non dubium videtur, eſſe illam aliquam ex dominicis poſtremis quadrageſimæ, ſeu, ut putat Tillemontius, dominicam Paſſionis, cui ego potius adſtipuler: Chryſoſtomus qui aliquanto tempore morbo detentus fuerat, poſtquam de feſto Martyrum, quod Antiochiæ celebratum fuerat, & de adventu Ruſticorum, quædam præmiſit, contra juramenta de more loquitur, eorumque perniciem multis commonſtrat exemplis.

Hactenus in homiliarum numero & ordine Savilii & Frontonis Ducæi editiones ſequuti ſumus. Deinceps vero ſecus. Nam vigeſima ſequens in prius editis, eſt procul dubio vigeſima prima & ultima de Statuis. Vigeſima autem prima eſt catecheſis, quam poſt alteram catecheſin quæ prima inſcribebatur, ſecundam poſuimus; ut dicimus in Monito in fine homiliarum de Statuis, & in fronte catecheſium poſito: hæc quippe catecheſis extra ſeriem homiliarum de Statuis omnino ponenda erat. Homilia autem in prius editis vigeſima ſecunda eſt ſine dubio vigeſima, quæ habita fuit decem diebus ante Paſcha. Itaque hoc ordine procedimus.

Vigeſima homilia hæc habet in titulo ſecundum codices a Frontone Ducæo memoratos, ſimiliterque in aliquot noſtris, & nominatim in Reg. 1971. ἐλέχθη δὲ πρὸ δέκα ἡμερῶν τῆς ἁγίας καὶ ζωοποιοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως: *Dicta eſt decem diebus ante ſanctam & vivificam Domini noſtri Jeſu Chriſti reſurrectionem ex mortuis.* Hoc utique optime quadrat ad dictum illud Chryſoſtomi paulo ante finem homiliæ: *Quadraginta dies*

præterierunt. Habita ergo fuerat hæc concio feria sexta post dominicam, quam Passionis vocamus. Hæc quippe dies erat quadragesima, incipiendo a feria secunda post quinquagesimam, quæ erat initium quadragesimæ: erat item decima ante Pascha, ipsum Pascha annumerando. Est autem hæc homilia ferme tota contra simultatem & injuriarum memoriam, & in fine pro more solito contra juramenta.

Vigesima prima homilia, quæ est ultima de Statuis, ipso die Resurrectionis Domini habita videtur, ex iis quæ sub initium dicuntur, & post reditum Flaviani Episcopi; cujus profectus ad Imperatorem, oratio ad eumdem pro salute civitatis suæ, responsio item Imperatoris lenitatis plena, qua veniam civibus concessit; hæc, inquam, omnia per totam concionem referuntur a Chrysostomo. Ad usque autem reditum Flaviani inter spem & metum fluctuabant Antiocheni, qui quotidianis rumoribus terrebantur, ut ait Chrysostomus paulopost initium.

Interpretatio latina est Bernardi Brixiani, una excepta homilia nempe vigesima; quam interpretatus est Petrus Nannius: utriusque autem interpretationes multis in locis castigavimus.



INDEX

INDEX
OPERUM S. JOANNIS CHRYSOSTOMI,
QUÆ IN SECUNDO TOMO CONTINENTUR.


† *Hæc nota ea indicat opera, quæ vel inedita hactenus, vel peregrinis in locis edita, in hanc editionem accesserunt.*

*. *Hæc vero illa, quæ a Savilio edita, in Morelli editione non exstabant.*

DUBIA OPERA.

SPURIA.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ



Le Clerc in. — P. F. Giffart f.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
ΙΩΑΝΝΟΥ
ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως
ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ,
ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΑΝΔΡΙΑΝΤΑΣ
ὁμιλίαι κά. ἐν Ἀντιοχείᾳ λεχθεῖσαι.

Ὁμιλία λεχθεῖσα ἐν Ἀντιοχείᾳ πρεσβυτέρου αὐτοῦ ὑπάρχοντος, ἐν τῇ παλαιᾷ ἐκκλησίᾳ, εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ ἀποστόλου· οἴνῳ ὀλίγῳ χρῶ διὰ τὸν στόμαχόν σου, καὶ τὰς πυκνάς σου ἀσθενείας.

A ΗΚΟΥΣΑΤΕ τῆς ἀποστολικῆς φωνῆς, τῆς σάλπιγγος τῆς ἐκ τῶν οὐρανῶν, τῆς λύρας τῆς πνευματικῆς; καὶ γὰρ ὡς σάλπιγξ φοβερὸν ἠχοῦσα καὶ πολεμικὸν, [a] καταπλήττει τοὺς ἐχθροὺς, καὶ διανίστησι τῶν οἰκείων τὰ πεπτωκότα φρονήματα, καὶ πολλοῦ θάρσους ἐμπλήσασα ἀκαταγωνίστους ποιεῖ τῷ διαβόλῳ τοὺς προσέχοντας· καὶ ὡς λύρα πάλιν μετὰ πολλῆς τῆς ψυχαγωγίας τέρπουσα, κοιμίζει τῶν ἀτόπων λογισμῶν τὰ πάθη, καὶ πολλὴν ἡμῖν B μεθ' ἡδονῆς ἐντίθησι τὴν ὠφέλειαν. ἠκούσατε τοίνυν σήμερον περὶ πολλῶν καὶ ἀναγκαίων πραγμάτων διαλεγομένου τῷ Τιμοθέῳ; καὶ γὰρ περὶ χειροτονιῶν πρὸς αὐτὸν [b] ἐπέστελλεν εἰπών· χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει, μηδὲ κοινώνει ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις· καὶ τὸν ἀφόρητον τῆς τοιαύτης παρανομίας παρέστησε κίνδυνον, δείξας ὅτι τῶν ἑτέροις πεπλημμελημένων ἕτεροι τὴν τιμωρίαν ὑποστήσονται μετ' αὐτῶν ἐκείνων· ὅτι τὴν ἐξουσίαν [c] διὰ τῆς χειροτονίας τῇ πονηρίᾳ παρέχονται. εἶτα πάλιν φησίν· οἴνῳ ὀλίγῳ

SANCTI PATRIS NOSTRI
JOANNIS
CHRYSOSTOMI
Archiepiscopi Constantinopolitani,
HOMILIÆ XXI. DE STATUIS
ad populum Antiochenum habitæ.

Homilia I. Antiochiæ habita in Palæa seu veteri Ecclesia, cum adhuc Presbyter esset, in illud Apostoli : Vino modico utere propter stomachum tuum, & frequentes infirmitates tuas. 1. Tim. 5. 23.

AUDISTIS Apostolicam vocem, tubam cælestem, lyram spiritualem? Etenim tamquam tuba terribile canens & bellicum, hostes quidem consternat, lapsos autem suorum erigit animos, & multa implens fiducia eos, qui mentem adhibent, diabolo inexpugnabiles reddit; & tamquam lyra rursum multa cum jucunditate delectans, absurdarum morbos cogitationum sopit, ac multam cum voluptate nobis affert utilitatem. Audistis igitur hodie de multis & necessariis rebus Timotheo disserentem? Etenim de ordinationibus ad ipsum scripsit, dicens: *Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis*: & intolerabile talis prævaricationis periculum exposuit, demonstrans quod malorum ab aliis perpetratorum supplicium alii cum illis ipsis sustinebunt: quia per ordinationem improbitati conferunt potestatem. Mox rursus inquit: *Vino modico*

Novem codices contulimus, quinque nempe Regios & quatuor Colbertinos: prætereaque Frontonis Ducæi & Savilii lectiones consuluimus. Colbertinus unus numero 2715. hunc titulum habet, τοῦ Χρυσοστόμου ὁμιλία λεχθεῖσα ἐν Ἀντιοχίᾳ πρεσβυτέρου αὐτοῦ ὑπάρχοντος ἐν τῇ παλαιᾷ ἐκκλησίᾳ εἰς τὸ ῥητὸν ἀποστολικὸν, οἴνῳ ὀλίγῳ χρῶ διὰ τὸν στόμαχόν σου, καὶ τὰ ἑξῆς, καὶ πρὸς τοὺς σκανδαλιζομένους ἐπὶ ταῖς δυσημερίαις τῶν δικαίων, καὶ ταῖς τῶν ἁμαρτωλῶν εὐημερίαις, καὶ κατὰ τῶν τολμώντων βλασφημεῖν. Hunc præterea titulum habet Savilius sine discrimine. Ex his porro verbis hæc titulo nostro inserenda duximus, ἐν τῇ παλαιᾷ ἐκκλησίᾳ, *in Palæa seu veteri Ecclesia.* Παλαιὰ seu vetus vocabatur pars Antiochiæ urbis, ad Orontem fluvium sita: in qua erat Ecclesia, παλαιὰ item dicta, etiamque Apostolica, quia ab Apostolis fundata. Vide quæ hac de re diximus in edito Athanasii p. 771.

a Duo codd. καταπλήττει μὲν τοὺς ἐχθροὺς, διανίστησι δέ.

b Savil. & quidam MSS. ἐπέστειλεν, Morel. & alii, ἐπέστελλεν.

c διὰ deest in duobus MSS.

utere propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates. Et de servorum subjectione, & de avarorum insania, & de divitum arrogantia, & de multis aliis nobis hodie disseruit. Cum igitur omnia percurrere non possimus, quid vultis e commemoratis proponentes caritati vestræ dicamus? Velut enim in prato multos & varios video lectionis flores, & amplum rosarium, multas vero violas, nec pauciora lilia; sed & varium ubique & copiosum spiritûs fructum disseminatum, & multam odoris suavitatem. Imo vero non tantummodo pratum, verum paradisus est divinarum lectio Scripturarum: non enim fragrantiam solum nudam habent ejus flores, sed & fructum, qui animam nutrire possit. Quid igitur de dictis in medium vultis agamus hodie? Vultis quod omnium vilissimum esse videtur, & quibusque intellectu facillimum, hoc in præsenti tractemus? Mihi nempe placet, sed & vobis, hoc bene novi, pariter placebit. Quid vero tandem est aliis facilius? Quid autem aliud quam quod & cuilibet facile & dictu compendiosum esse videtur? Quale quidem istud? *Modico vino utere propter stomachum tuum, & crebras ægritudines tuas.* Eia igitur omnem orationem in hanc impendamus dictionem. Hoc autem facimus non ambitionis gratia, neque in dicendo facultatis ostentationem exhibere studentes: non enim quæ dicuntur nostra sunt, sed quæ Spiritûs gratia afflaverit: sed ut auditores vel segniores excitemus, & quantus sit Scripturarum thesaurus, & quod neque liberum sit neque tutum eas prætercurrere, persuadeamus. Si enim tenuis hæc & compendiosa dictio, & quæ nihil necessarium multis habere videtur, multarum causam divitiarum & altissimæ philosophiæ occasiones nobis præbere visa fuerit; multo magis illa quæ & ex se domesticam ostentant copiam, infinitis thesauris animadvertentes implebunt. Igitur nec illas quidem, quæ tenues esse putantur, Scripturarum sententias prætercurramus. Nam & ipsæ de Spiritûs gratia sunt: Spiritûs autem gratia numquam parva & vilis, sed magna & mirabilis, & dantis munificentiâ digna. Ne igitur otiose audiamus, quoniam qui metallorum terram excoquunt, postquam in caminum ipsam injecerint, non tantum auri massas tollunt, sed & parvas bracteolas multa cum sedulitate colligunt. Quoniam igitur & nos aurum Apostolicis haustum metallis excoquimus, non in fornacem jacientes, sed in animæ vestræ cogitationes immittentes, non flammam accendentes, sed ignem spiritûs excitantes; parvas micas idque cum diligentia colligamus. Licet enim breve sit verbum, multa tamen est virtus. Quoniam & gemmæ non in corporis mole, sed in naturæ pulcritudine suum pretium habent, sic & divinarum Scripturarum lectio. Externa quippe doctrina multas

Scripturæ sacræ vel minimæ sententiæ pretiosæ sunt.

A χρῶ διὰ τὸν στόμαχόν σου καὶ τὰς πυκνάς σου ἀσθενείας. καὶ περὶ τῆς τῶν οἰκετῶν ὑποταγῆς, καὶ περὶ τῆς τῶν φιλαργύρων μανίας, καὶ περὶ τῆς τῶν πλουτούντων ἀπονοίας, καὶ περὶ πολλῶν ἡμῖν ἑτέρων διελέχθη τήμερον. ἐπεὶ οὖν ἅπαντα ἐπελθεῖν ἀδύνατον, τί βούλεσθε τῶν εἰρημένων προχειρισάμενοι πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην εἴπωμεν; καθάπερ γὰρ ἐν λειμῶνι πολλὰ καὶ ποικίλα ὁρῶ τῆς ἀναγνώσεως τὰ ἄνθη, καὶ πολλὴν μὲν τὴν ῥοδωνιὰν, πολλὰ δὲ τὰ ἴα, καὶ οὐκ ἐλάττω τὰ κρίνα· ἀλλὰ ποικίλον πανταχοῦ καὶ δαψιλῆ τοῦ πνεύματος διε-
B σπαρμένον τὸν καρπὸν, καὶ πολλὴν τὴν εὐωδίαν. μᾶλλον δὲ οὐχὶ λειμὼν μόνον, ἀλλὰ καὶ παράδεισός ἐστι τῶν θείων γραφῶν ἡ ἀνάγνωσις· οὐ γὰρ εὐωδίαν ψιλὴν [a] ἔχει ταῦτα τὰ ἄνθη μόνον, ἀλλὰ καὶ καρπὸν ψυχὴν τρέφειν δυνάμενον. τί τοίνυν βούλεσθε τῶν εἰρημένων εἰς μέσον ἀγάγωμεν τήμερον; βούλεσθε ὃ δοκεῖ πάντων εὐτελέστερον εἶναι, καὶ τοῖς τυχοῦσιν εὐσύνοπτον, τοῦτο μεταχειρισώμεθα νῦν; ἐμοί γε δοκεῖ, καὶ ὑμῖν εὖ οἶδ' ὅτι συνδόξει. τί ποτ' οὖν ἐστι τῶν ἄλλων εὐκολώτερον; τί δὲ ἕτερον, ἀλλ' ἢ ὃ καὶ τῷ τυχόντι δοκεῖ ῥᾴδιον εἶναι, καὶ εὐσύνοπτον εἰ-
C πεῖν; ποῖον δὴ τοῦτο; οἴνῳ ὀλίγῳ χρῶ διὰ τὸν στόμαχόν σου, καὶ τὰς πυκνάς σου ἀσθενείας. φέρε οὖν πᾶσαν τὴν διάλεξιν εἰς ταύτην τὴν ῥῆσιν καταναλώσωμεν. ποιοῦμεν δὲ τοῦτο οὐ φιλοτιμίας ἕνεκεν, οὐδὲ τὴν ἐν τῷ λέγειν δυνάμεως παρασχεῖν [b] ἀπόδειξιν σπουδάζοντες· οὐ γὰρ ἡμέτερα τὰ λεγόμενα, ἀλλ' ἅπερ ἂν ἡ τοῦ πνεύματος ἐμπνεύσῃ χάρις· καὶ ἵνα τοὺς ῥαθυμοτέρους τῶν ἀκροατῶν διεγείρωμεν, καὶ πείσωμεν πόσος τῶν γραφῶν ὁ θησαυρὸς, καὶ ὡς οὐκ ἀσφαλὲς τὸ παρατρέχειν, οὐδὲ ἀκίνδυνον. εἰ γὰρ ἡ ψιλὴ ῥῆσις αὕτη καὶ εὐσύνοπτος, καὶ μηδὲν ἔχειν ἀναγκαῖον δοκοῦσα
D τοῖς πολλοῖς, φανείη πολλοῦ πλούτου παρέχουσα προφάσεις ἡμῖν καὶ ἀφορμὰς φιλοσοφίας τῆς ἀνωτάτω. πολλῷ μᾶλλον ἐκεῖνα τὰ καὶ αὐτόθεν τὴν οἰκείαν εὐπορίαν ἐπιδεικνύμενα μυρίων ἐμπλήσει θησαυρῶν τοὺς προσέχοντας. μὴ τοίνυν μηδὲ τὰ νομιζόμενα εἶναι ψιλὰ τῶν γραφῶν νοήματα παρατρέχωμεν. τῆς γὰρ ἀπὸ τοῦ πνεύματος χάριτός ἐστι καὶ ταῦτα· πνεύματος δὲ χάρις οὐδέποτε ἐστὶ μικρὰ καὶ εὐτελὴς, ἀλλὰ μεγάλη καὶ θαυμασία καὶ τῆς τοῦ δεδωκότος ἀξία [c] μεγαλοδωρεᾶς. μὴ τοίνυν παρέργως ἀκούσωμεν, ἐπεὶ καὶ οἱ τὴν μεταλλικὴν ἕψοντες γῆν, ἐπειδὰν
E εἰς τὸ χωνευτήριον αὐτὴν ἐμβάλωσιν, οὐχὶ τὰς μάζας τοῦ χρυσοῦ μόνον ἀναιροῦνται, ἀλλὰ καὶ τὰ μικρὰ ψήγματα μετὰ πολλῆς συλλέγουσι τῆς ἀκριβείας. ἐπεὶ οὖν καὶ ἡμεῖς χρυσίον ἕψομεν ἀπὸ τῶν μετάλλων ἀνελόμενοι τῶν ἀποστολικῶν, οὐκ εἰς χωνευτήριον ἐμβάλλοντες, ἀλλ' εἰς τὴν διάνοιαν τῆς ὑμετέρας ψυχῆς [d] καθιέντες, οὐχὶ φλόγα ἀνακαίοντες, ἀλλὰ τὸ πῦρ τοῦ πνεύματος ἀνάπτοντες· μετ' ἀκριβείας καὶ τὰ μικρὰ ψήγματα ἀναλεγώμεθα. εἰ γὰρ καὶ βραχεῖα ἡ ῥῆσις, ἀλλὰ πολλὴ ἡ δύναμις. ἐπεὶ καὶ οἱ μαργαρῖται οὐκ ἐν τῷ τοῦ σώματος ὄγκῳ, ἀλλ' ἐν τῷ κάλλει τὴν οἰκείαν [e] εὐπορίαν ἔχουσιν, οὕτω καὶ τῶν θείων γραφῶν ἡ ἀνάγνωσις. ἡ μὲν γὰρ ἔξωθεν παίδευσις πολλὴν

a Duo MSS. ἔχει τὰ ἄνθη.

b Savil. & tres MSS. ἐπίδειξιν, Morel & alii, ἀπόδειξιν. Infra duo, χάρις· ἀλλ' ἵνα τοὺς ῥαθυμ. Infra Savil. & maxima pars codicum, καὶ ὡς οὐκ, Morel. vero, καὶ οὐκ.

c Tres Manuscripti μεγαλοδωρεᾶς, & sic Savil. in marg. Infra, hæc ἐπειδὰν εἰς τὸ χωνευτήριον αὐτὴν ἐμβάλωσιν, desunt in edit. Morel. Sed habentur in Savil. & in omnibus pene MSS.

d Unus cod. & Savil. in marg. καταθέντες.

e Alii εὐπορίαν καὶ εὐπρέπειαν.

ἀνελίττουσα λῆρον, καὶ πολλὴν καταχέουσα τῶν ἀκροατῶν A
a φλυαρίαν, κεναῖς τοὺς ἀκροατὰς [a] ἀποπέμπει χερσὶ, καὶ οὐδὲν οὔτε μέγα οὔτε μικρὸν καρπωσαμένους καλόν· ἡ δὲ τοῦ πνεύματος χάρις οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαν διὰ μικρῶν ῥημάτων πᾶσι τοῖς προσέχουσι φιλοσοφίαν ἐντίθησι· καὶ ἀρκεῖ ῥῆμα πολλάκις ἓν λαβόντας ἐντεῦθεν, πάσης τῆς ζωῆς ἔχειν ἐφόδιον.

Ἐπεὶ οὖν τοσοῦτος ὁ πλοῦτος, διεγείρωμεν ἑαυτοὺς, καὶ νηφούσῃ τῇ διανοίᾳ τὰ λεγόμενα ἀποδεξώμεθα· καὶ γὰρ πρὸς πολὺ βάθος τὸν λόγον καθεῖναι παρασκευάζομαι. B πολλοῖς γὰρ καὶ περιέλκειν ἔδοξεν ἡ παραίνεσις αὕτη, καὶ περιττή τις εἶναι· καὶ τοιαῦτα λέγουσι ῥήματα· οὐκ ἠδύνατο
b ἀφ' ἑαυτοῦ συνιδεῖν ὁ [b] Τιμόθεος ᾧτινι κεχρῆσθαι ἔδει, ἀλλ' ἀνέμενε παρὰ τοῦ διδασκάλου μαθεῖν; εἶτα ὁ διδάσκαλος οὐ μόνον ἐπέταξεν, ἀλλὰ καὶ γράμμασιν ἐνέθετο, καθάπερ ἐν στήλῃ χαλκῇ, τῇ πρὸς αὐτὸν ἐγκολάψας ἐπιστολῇ· καὶ οὐκ ἠρυθρίασεν ὑπὲρ τούτων ἐπιστεῖλαι δημοσίᾳ γράφων τῷ μαθητῇ; ἵνα οὖν μάθῃς, ὅτι οὐ μόνον οὐ περιέλκει ἡ παραίνεσις, ἀλλ' ἀναγκαία καὶ χρησιμωτάτη γέγονε. καὶ οὐχὶ Παύλου ἐστὶ τοῦτο, ἀλλὰ τῆς τοῦ C πνεύματος χάριτος, οὐ τὸ λεχθῆναι μόνον λέγω, ἀλλὰ καὶ τὸ γράμμασιν ἐντεθῆναι, καὶ πᾶσι τοῖς γίνεσθαι μέλλουσι διὰ τῆς ἐπιστολῆς παραδοθῆναι ταύτης· ἐπ' αὐτὴν βαδιούμεθα λοιπὸν τὴν ἀπόδειξιν. μετὰ γὰρ τῶν εἰρημένων καὶ ἕτερον τοῦτο οὐκ ἔλαττον διαποροῦσί τινες, ζητοῦντες πρὸς ἑαυτοὺς, τίνος ἕνεκεν συνεχώρησεν ὁ θεὸς ἄνδρα τοσαύτην ἔχοντα παρρησίαν, οὗ τὰ ὀστᾶ καὶ τὰ λείψανα δαίμονας ἀπήλαυνεν, ἀῤῥωστίᾳ τοσαύτῃ περιπεσεῖν· οὐ γὰρ ἁπλῶς ἐνόσει, ἀλλ' ἀεὶ, καὶ διηνεκῶς, καὶ ἐπαλλήλοις καὶ συνεχέσιν ἀῤῥωστίαις, οὐδὲ μικρὸν αὐτῷ D παρεχούσαις ἀναπνεῖν· πόθεν τοῦτο δῆλον; ἐξ αὐτῶν τῶν
* τοῦ Παύλου [c] ῥημάτων· οὐ γὰρ εἶπε, διὰ τὴν ἀσθένειαν, ἀλλὰ διὰ τὰς ἀσθενείας, καὶ οὐδὲ ἁπλῶς ἀσθενείας, ἀλλὰ τὸ συνεχὲς αὐτῶν δηλῶν ἔλεγε, τὰς πυκνάς σου ἀσθενείας. ἀκουέτωσαν ὅσοι μακρᾷ παραδοθέντες νόσῳ δυσανασχετοῦσι καὶ ἀπαγορεύουσιν. οὐ τοῦτο δέ ἐστι τὸ ζητούμενον μόνον, ὅτι ἅγιος ὢν ἐνόσει, καὶ οὕτως ἐνόσει συνεχῶς, ἀλλ' ὅτι καὶ τὰ κοινὰ τῆς οἰκουμένης ἦν ἐμπεπιστευμένος πράγματα. εἰ μὲν γὰρ εἷς ἐκείνων ἦν τῶν εἰς τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων ἀνακεχωρηκότων, καὶ τῶν ἐπὶ E τῆς ἐρημίας καλύβην πηξαμένων, καὶ τὸν ἀπράγμονα τοῦτον ἀνῃρημένων βίον· οὐκ ἦν οὕτως ἄπορον τὸ ζητούμενον· τὸ δὲ εἰς μέσον προβεβλημένον, καὶ τοσούτων ἐκκλησιῶν ἐγκεχειρισμένον φροντίδας, καὶ πόλεις ὁλοκλήρους καὶ ἔθνη καὶ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν μετὰ τοσαύτης διέποντα προθυμίας τε καὶ σπουδῆς, τῇ τῆς ἀῤῥωστίας ἀνάγκῃ παραδοθῆναι, τοῦτό ἐστι τὸ μάλιστα πάντων ἱκανὸν θορυβῆσαι τὸν μὴ προσέχοντα· εἰ γὰρ καὶ μὴ δι' ἑαυτὸν, διά γ' οὖν τοὺς ἄλλους ὑγιαίνειν αὐτὸν ἐχρῆν· στρατηγὸς ἦν ἄριστος· πόλεμος αὐτῷ συγκεκρότητο, φησὶν, οὐχὶ πρὸς τοὺς ἀπίστους μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς δαίμονας, καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν διάβολον· μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος οἱ πολέμιοι πάντες ἐπέκειντο, διασπῶντες τὸ στρατόπεδον, καὶ

A jactans nugas, & multam infundens auditoribus futilitatem, eos vacuis remittit manibus, nullum neque magnum neque parvum lucratos emolumentum. Spiritûs vero gratia non hujusmodi, sed in contrarium omnino per modica verba omnibus advertentibus philosophiam affert: & multis sæpe verbum unum sufficit hinc excerpsisse, ut totius vitæ viaticum habeant.

2. Quoniam igitur tanta adest copia, nos ipsos excitemus, & vigili mente quæ dicuntur suscipiamus: ad magnam enim profun- B ditatem sermonem demittere paro. Multis enim etiam superflua & superabundans esse hæc admonitio quodammodo videtur, iique talia dicunt verba: Non per seipsum poterat Timotheus conjicere, qua re uti oporteret, verum a præceptore discere exspectabat? Quid quod præceptor non tantum imperavit, sed & literis inseruit, tamquam æreæ columnæ, datæ ad ipsum epistolæ insculpens; nec erubuit hujusmodi res scripturæ mandare & ad discipulum publice legendas mittere? Ut igitur discas quod non tan- C tum non redundet admonitio, sed necessaria & utilissima sit; & non a Paulo, sed a Spiritûs gratia factum sit, ut hoc non modo diceretur, sed etiam literis traderetur & ad omnes posteros per hanc epistolam deveniret: ad ipsam mox probationem veniemus. Ad hæc enim de alia quoque re non minus dubitant quidam intra se quærentes, qua de causa permisit Deus virum tantam habentem potestatem, cujus ossa & reliquiæ dæmones expellerent, in tantam ægritudinem incidere. Non enim leviter ægrotabat, sed D continue, sed alternis & jugibus infirmitatibus, nec minimum quidem ipsum respirare indulgentibus. Unde hoc manifestum? ex ipsis Pauli verbis. Non enim dixit *propter ægritudinem*, sed *propter ægritudines*; neque simpliciter *propter infirmitates*, sed ipsarum continuationem significans dicebat, *frequentes tuas infirmitates*. Audiant qui diuturno traditi languori, ægre ferunt & animo concidunt. Non solum autem hoc est quod quæritur, quod cum esset sanctus, ægrotabat, & sic frequenter ægrotabat, sed etiam E quod publica mundi negotia ipsi erant credita. Si enim unus esset illorum, qui in montium vertices secesserunt, & in solitudine cellulas compegerunt, & ab hujusmodi negotiis alienam vitam elegerunt, non esset tam dubium quod quæritur. In medium vero provectum, & tot Ecclesiarum curas habentem creditas, & urbes totas & gentes & totum terrarum orbem tanta cum sedulitate & studio administrantem, infirmitatis necessitati traditum esse, hoc est quod maxime non animadvertentem omnino in stuporem agere potest. Etsi enim non propter se, saltem propter alios ipsum valere oportebat. Imperator erat optimus: bellum ab eo gerebatur non contra infideles tantum, sed & contra dæmones & contra ipsum diabolum: multa cum vehementia hostes omnes imminebant, dissipantes exercitum &

a Alii παραπέμπει.
b Alii, ὁ Τιμόθεος ὅτι οἴνῳ κεχρῆσθαι δεῖ.
c Alii, ῥήματα, οὐ γάρ. Infra, Bernardus Brixianus legerat, μικρᾷ παραδοθέντες νόσῳ Savil. Morel & alii μακρᾷ: utraque lectio quadrare potest, sed præstat μακρᾷ.

in captivitatem trahentes: hic vero infinitos ad veritatem reducere poterat; & ægrotabat. Etsi enim, inquit, nullum præterea damnum ex hac infirmitate rebus inferretur, ea ipsa sola fideles pigriores & torpidiores reddere poterat. Nam si milites ducem suum lecto detentum cernentes, segniores fiunt & ad pugnam tardiores; multo magis par erat & fideles, præceptorem post tot signa operum intuentes continue ægrotantem & corporis morbo laborantem, humanum quiddam esse perpessos. Nec vero hæc tantum, sed & aliud quiddam dubitantes quærunt, qua de causa rursum neque seipse, neque ipsius præceptor ita confectum curavit: sed mortuos quidem suscitabant, & dæmones expellebant, & mortem facile vincebant, unum vero corpus ægrotum non instaurabant: & qui in alienis corporibus & viventes & mortui tantam exhibuere virtutem, stomachum lapsum non relevabant: & quod majus est, non veretur nec erubescit Paulus post tot & talia signa quæ vel nudo præstitit verbo, Timotheo scribere, ut confugiat ad vini medelam. Non quod vinum bibere turpe sit: absit, hæc sunt enim hæreticorum præcepta; sed quod dedecus esse non putaret, non posse absque illius auxilio unum laborans membrum erigere. Verumenimvero tantum abfuit ut de hoc erubesceret, ut & omnibus posteris hoc fecerit manifestum. Videtis in quantam sermonem egimus profunditatem? Quomodo quod parvum esse videtur, innumeris quæstionibus scaturit? Eia igitur & solutionem afferamus. Idcirco enim ad imum descendimus, ut mentem vestram excitantes, in tuto sensus collocemus.

3. Concedatis autem mihi, quæso, priusquam his quæstionibus solutionem afferam, aliquid de Timothei virtute & cura Pauli dicere. Quid enim illo fuit amantius, qui tanto absens intervallo & tot circumventus negotiis pro stomachi sanitate discipuli tantam providentiam gerebat, & cum sedulitate de morbi correctione scribebat? Timothei vero virtuti quid æquale? Sic delicias aspernabatur, & lautam mensam deridebat, ut in morbum ex victûs asperitate, & nimio caderet jejunio. Quod enim naturâ talis non esset, sed jejunio & aquæ potu stomachi vim prostrasset, ipsum Paulum diligenter hoc manifestantem audite. Non enim simpliciter dixit, *Vino modico utere*: sed cum prius dixisset, *Noli adhuc aquam bibere*, tunc bibendi vini consilium attulit. Illud autem *adhuc*, verbum est significantis, quod cousque aquam bibebat, & propterea imbecillis factus sit. Quis non admiretur ipsius philosophiam & diligentiam? Ipsos attigerat cælos, ad virtutis culmen pervenerat: & hæc ipsi præceptor attestatur sic dicens:

Timothei virtus.

1. Tim. 5. 23.

D Ἵνα οὖν ἀδεῶς ζῶμεν, κοινὰ γέγονεν ἡμῖν τὰ τῆς ζωῆς αἴτια· πάλιν ἵνα ἔχωμεν στεφάνων καὶ εὐδοκιμήσεων ἀφορμὴν, οὐ κοινὰ γέγονε τὰ χρήματα, ἵνα πλεονεξίαν μισοῦντες, καὶ δικαιοσύνην διώκοντες, τὰ ὄντα τοῖς δεομένοις παρεχόμενοι, παραμυθίαν τινὰ διὰ τῆς μεθόδου ταύτης τῶν οἰκείων λαμβάνωμεν ἁμαρτημάτων. Πλούσιόν σε ἐποίησεν ὁ Θεὸς, τί σαυτὸν ποιεῖς πένητα; Πλούσιόν σε ἐποίησεν, ἵνα τοῖς δεομένοις βοηθῇς, ἵνα τὰ ἁμαρτήματα λύσῃς τὰ σαυτοῦ διὰ τῆς εἰς ἑτέρους δαψιλείας. Ἔδωκέ σοι χρήματα, οὐχ ἵνα κατακλείσῃς ἐπ' ὀλέθρῳ τῷ σῷ, ἀλλ' ἵνα ἐκχέῃς ἐπὶ σωτηρίᾳ τῇ σῇ. E Διὰ τοῦτο καὶ τὴν κτῆσιν αὐτῶν ἄδηλον ἐποίησε καὶ οὐ μόνιμον, ἵνα καὶ ἐν τούτῳ τῆς περὶ αὐτὰ μανίας καταλύσῃ τὸν τόνον. Εἰ γὰρ νῦν οὐκ ἔχοντες θαῤῥεῖν οἱ κεκτημένοι περὶ αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ πολλὰς ὁρῶντες ἐκ τοῦ πράγματος τικτομένας ἐπιβουλὰς, οὕτως ἐκκαίονται περὶ τὸν ἐκείνων πόθον, εἰ καὶ τοῦτο προσῆν τῷ πλούτῳ τὸ βέβαιον καὶ ἀδιάπτωτον, τίνος ἂν ἐφείσαντο; τίνος ἂν ἀπέσχοντο; ποίας χήρας; ποίων ὀρφανῶν; ποίων πενήτων; Μὴ τοίνυν μέγα νομίζωμεν ἀγαθὸν εἶναι πλοῦτον· μέγα γὰρ

[a] εἰς ἀπόλαυσιν, deest in Savil. & in aliquot MSS.
[b] Sav. & quidam MSS. οὐκ ἔστι κοινά, Morel. & alii, οὐκέτι κοινά. Mox Savil. τίνος οὖν ἕνεκεν;

ἀγαθὸν, οὐ τὸ κεκτῆσθαι χρήματα, ἀλλὰ τὸ κεκτῆσθαι φόβον θεοῦ καὶ εὐλάβειαν. ἰδοὺ νῦν εἴ τις δίκαιος ἦν, καὶ παῤῥησίαν πολλὴν ἔχων πρὸς τὸν θεὸν, κἂν εἰ πάντων ἀνθρώπων πενέστερος ἦν, ἤρκει λῦσαι τὰ παρόντα δεινά. ἤρκει γὰρ μόνον τὰς χεῖρας ἐκτεῖναι εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ καλέσαι τὸν θεὸν, καὶ τὸ νέφος τοῦτο παρῆλθεν ἄν. χρυσίον δὲ τοσοῦτον ἀπόκειται, καὶ πηλοῦ παντός ἐστιν ἀχρηστότερον πρὸς τὴν λύσιν τῶν ἐπικειμένων κακῶν. οὐκ ἐν τούτῳ δὲ τῷ κινδύνῳ μόνον, ἀλλὰ κἂν νόσος καταλάβῃ, κἂν θάνατος, κἂν ἄλλο τι τῶν τοιούτων, ἐλέγχεται τῶν χρημάτων ἡ δύναμις ἀπορουμένη, καὶ μηδεμίαν ἔχουσα παραμυθίαν τοῖς συμβαίνουσιν οἴκοθεν ἐπιδείξασθαι. ἕν ἐστιν ὃ δοκεῖ τῆς πενίας πλεονεκτεῖν ὁ πλοῦτος, τὸ τρυφᾶν καθ' ἡμέραν, καὶ πολλῆς ἐμφορεῖσθαι ἐν τοῖς συμποσίοις τῆς ἡδονῆς. τοῦτο μέν τοι καὶ ἐπὶ τῆς τῶν πενήτων τραπέζης συμβαῖνον ἔστιν ἰδεῖν, καὶ μείζονος τούτους ἀπολαύοντας ἡδονῆς τῶν πλουτούντων ἁπάντων. καὶ μὴ θαυμάσητε, μηδὲ παράδοξον εἶναι νομίσητε τὸ λεγόμενον· ἐγὼ γὰρ ἐξ αὐτῆς ὑμῖν τοῦτο τῆς τῶν πραγμάτων ἀποδείξεως ποιήσω δῆλον. ἴστε γὰρ δήπου τοῦτο καὶ συνομολογεῖτε πάντες, ὅτι τὴν ἡδονὴν ἐν ταῖς ἑστιάσεσιν οὐχ ἡ φύσις τῶν ἐδεσμάτων, ἀλλ' ἡ διάθεσις τῶν ἑστιωμένων ποιεῖν εἴωθεν. οἷόν τι λέγω· μετὰ τοῦ πεινῆν τις ἁπτόμενος τραπέζης, παντὸς ὄψου καὶ ἡδύσματος, καὶ μυρίων καρυκευμάτων ἥδιον ἅψεται τῆς τροφῆς, κἂν ἁπάντων εὐτελεστέρα ᾖ. ὁ δὲ μὴ τὴν χρείαν ἀναμένων, μηδὲ ὑπομένων πεινῆσαι πρότερον, ὅπερ οἱ πλουτοῦντες ποιοῦσι, καὶ τότε ἐπὶ τὴν τράπεζαν ἐλθεῖν, κἂν πλακοῦντας εὕρῃ κειμένους, οὐκ αἰσθήσεται τῆς ἡδονῆς, τῆς ὀρέξεως αὐτῷ μὴ διεγηγερμένης. καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι τοῦτο τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, μάρτυρες μὲν καὶ ὑμεῖς πάντες· ἀκούσωμεν δὲ καὶ τῆς γραφῆς αὐτὸ τοῦτο λεγούσης· ψυχὴ γὰρ ἐμπεπλησμένη, φησὶ, κηρίοις ἐμπαίζει, ψυχῇ δὲ ἐνδεεῖ καὶ τὰ πικρὰ γλυκερὰ φαίνεται. καίτοι τί κηρίου καὶ μέλιτος γλυκύτερον γένοιτ' ἄν; ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἡδὺ τῷ μὴ πεινῶντι, φησί. τί δὲ τῶν πικρῶν ἀηδέστερον; ἀλλ' ἔστι γλυκεῖα τοῖς ἐν ἐνδείᾳ καθεστηκόσιν. ὅτι δὲ οἱ πένητες μετὰ τῆς χρείας καὶ τοῦ πεινῆν ἐπὶ τὸ πρᾶγμα ἔρχονται, οἱ δὲ πλουτοῦντες οὐκ ἀναμένουσι τοῦτο, παντί που δῆλόν ἐστιν· ὅθεν οὐδὲ γνησίαν καὶ εἰλικρινῆ καρποῦνται τὴν ἡδονήν. οὐκ ἐπὶ τῶν ἐδεσμάτων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ποτῶν τοῦτο αὐτὸ συμβαῖνον ἴδοι τις ἄν· καὶ ὥσπερ ἐκεῖ τὸ πεινῆν παρὰ τὴν τῶν ἐδεσμάτων φύσεως ἡδονὴν ἐργάζεται· οὕτω καὶ ἐνταῦθα τὸ διψῆν ἥδιστον ποιεῖν εἴωθε τὸ ποτὸν, κἂν ὕδωρ ᾖ τὸ πινόμενον μόνον. καὶ τοῦτο αὐτὸ ὁ προφήτης ἐμφαίνων ἔλεγεν, ἐκ πέτρας μέλι ἐχόρτασεν αὐτούς. καίτοι τοῦτο οὐδαμοῦ τῆς γραφῆς ἀνέγνωμεν, ὅτι μέλι ἐκ πέτρας ἐξήγαγεν ὁ Μωσῆς, ἀλλὰ πανταχοῦ ποταμοὺς, καὶ ὕδατα, καὶ ψυχρὰ νάματα. τί ποτ' οὖν ἐστι τὸ λεγόμενον; οὐδὲ γὰρ ψεύδεται ἡ γραφή· ἐπειδὴ γὰρ διψῶντες καὶ [a] καταπονούμενοι τῇ ἐνδείᾳ ψυχροτέροις προσέπεσον τοῖς νάμασι, τὴν ἡδονὴν τὴν ἐκ τοῦ ποτοῦ παραστῆσαι βουλόμενος μέλι τὸ ὕδωρ ἐκάλεσεν, οὐχ ὡς τῆς φύσεως μεταβληθείσης εἰς μέλι, ἀλλ' ὡς τῆς διαθέσεως μέλιτος ἥδιω ποιούσης ἐκεῖνα τὰ νάμα-

A gnum enim bonum, non possidere pecunias, sed Dei timorem & reverentiam possidere. Ecce nunc si quis esset justus, & apud Deum fiduciæ habens multum, etsi omnium hominum pauperrimus esset, præsentia mala solvere posset: satis enim esset tantum in cælum manus extendere, & Deum invocare, & hæc nebula præteriret. Aurum vero tantum repositum, luto omni ad impendentium malorum solutionem inutilius est: nec in hoc tantum periculo, sed etsi morbus comprehenderit, sive mors, sive aliud quid ejusmodi, redarguitur pecuniarum vis impotens, & nullam valens de proprio consolationem in adversis afferre. Unum est quo paupertatem

B divitiæ superare videntur, quotidianis diffluere deliciis, & multa in conviviis repleri voluptate. Hoc tamen & in pauperum mensa contingere videtur, & hos majori quam omnes divites voluptate frui. Et ne miremini, neve incredibile putetis, quod dictum est: ex ipsa enim rerum demonstratione hoc vobis faciam manifestum. Nostis quippe omnes, & hoc confitemini, quod voluptatem in conviviis non ferculorum natura, sed convivantium dispositio facere consuevit: puta, cum fame quis mensam attingens, omni opsonio & condi-

C mento, & innumeris ciborum illecebris jucundiorem escam gustabit, etsi omnium vilissima sit. Necessitatem vero & esuriem præveniens, quod divites faciunt, si etiam placentas invenerit appositas, non sentiet voluptatem, ipsius appetitu non excitato. Et ut discas hoc ita se habere, testes quidem & vos omnes: audiamus autem & Scripturam hoc ipsum dicentem: *Anima saturata favis illudit, animæ autem egenti etiam amara dulcia videntur.* [Prov. 27. 7.] Et certe quid favis dulcius & melle? sed non jucundum,

D inquit, non esurienti. Quid vero amaris injucundius? Sed dulcia sunt in pauperie constitutis. Quod autem pauperes cum necessitate & esurie ad cibum veniant, divites vero eam non exspectent, hoc cuique manifestum est: unde legitimam & sinceram voluptatem non capiunt. Nec in cibis tantum, sed & in potu idem accidere videre licet: & sicut illic esuries supra escarum naturam voluptatem inducit: sic & hîc sitis jucundissimum potum facere consuevit, etsi pura sit aqua quæ bibatur. Et hoc ipsum Propheta demonstrans, dice-

E bat: *Et de petra melle saturavit eos.* [Psal. 80. 17.] Atqui hoc nusquam in Scriptura lectum est, quod mel de petra Moses eduxerit, sed ubique fluvios, & aquas, & frigida fluenta. Quid igitur tandem est quod dicitur? neque enim Scriptura mentitur. Postquam enim sitientes & indigentia defatigati in frigidiores aquas inciderunt, ex potu voluptatem asserere volens, mel aquam appellavit: non tamquam mutata in mel natura, sed bibentium dispositione fluenta melle jucundiora

a Savil. & quidam Mss. κατατεινόμενοι.

faciente. Didicisti, quo modo & potum suavem sitientium affectio reddere consuevit? Multi igitur pauperes sæpe laborantes, & defatigati, & siti ardentes cum dicta voluptate talia libavere fluenta: divites vero vinum suave, & floris odorem, & omnem virtutem habens, quæ in vino optari possit, haurientes, non eamdem sensere delectationem.

8. Hoc & in somno fieri videas: non enim molle stratum, neque deargentatus lectus, neque quies per domum facta, neque aliud hujusmodi quidquam somnum dulcem & proclivem facere solet: sicut laborare, & lassari, & vehementer somno indigentes, & dormitantes reclinari: & hoc quidem testatur etiam rerum experientia: testatur autem & ante rerum experientiam Scripturarum sententia. Deliciis enim innutritus Salomon idem demonstrare volens, dicebat: *Jucundus somnus servo, sive parum, sive multum comedat.* Cur igitur addit, *Sive parum, sive multum comedat?* Ambo hæc vigiliam inducere solent, indigentia, & crapula: illa quidem spiritum arefaciens, & palpebras corneas reddens, nec claudi permittens: hæc vero anhelitum angens, & elidens, & multos inferens dolores: sed tanta est laborum medicina, ut etiamsi ambo adsint, servus dormire possit. Quia enim servi tota die ubique circumcursitant, dominis suis ministrantes, vapulantes, laborantes, & ne minimum quidem respirantes, sufficientem lassitudinum & laborum illorum retributionem capiunt, in dormiendo voluptatem. Et hoc Dei benignitate factum est, ut non auro & argento, sed labore, & ærumna, & necessitate, & omni disciplina voluptates emi valeant. At non ita divites, sed stratis mollibus jacentes, multoties totam noctem ducunt insomnem, & multa machinantes tali non fruuntur voluptate. Pauper autem ex diurnis laboribus surgens, defatigata habens membra, priusquam recubuerit, integrum, & suavem, & legitimum somnum suscipit, non exiguam & hanc justorum laborum capiens mercedem. Cum igitur cum majori voluptate pauper & dormiat, & bibat, & comedat, qua gratia erunt amplius divitiæ dignæ, quam videbantur supra paupertatem prærogativam habere, hac etiam privatæ? Propterea & ab initio Deus homini laborem alligavit, non puniens neque ipsum castigans, sed corrigens ac docens. Quando illaboriosam vitam degebat Adam, paradiso excidit: quando laboriosam & ærumnosam Paulus agebat vitam, ac dicebat, *in labore & ærumna nocte & die operans*, tunc in paradisum raptus est, & tertium in cælum ascendit. Ne igitur laborem respuamus, nec operationem vituperemus. Etenim ante cælorum regnum hic maximum capimus præmium, ex ipsa re voluptatem sumentes: non autem vo-

Eccle. 5. 11.

2. Cor. 11. 27.

A τὰ ἔμαθες πῶς καὶ ποτὸν ἡδὺ ποιεῖν εἴωθεν ἡ τῶν διψώντων διάθεσις; πολλοὶ γοῦν πολλάκις πένητες κάμνοντες καὶ ταλαιπωρηθέντες, καὶ τῷ δίψει [a] καταφλεγέντες μετὰ τῆς εἰρημένης ἡδονῆς τῶν τοιούτων μετέσχον ναμάτων· οἱ δὲ πλουτοῦντες οἶνον ἡδὺν, καὶ ἀνθοσμίαν, καὶ πᾶσαν ἀρετὴν ἔχοντα τὴν ἐν οἴνῳ λαμβάνοντες, οὐκ ᾔσθοντο τῆς αὐτῆς εὐφροσύνης.

Τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ ὕπνου γινόμενον ἴδοι τις ἄν. οὐ γὰρ ἁπαλὴ στρωμνὴ, οὐδὲ ἀργυρένδετος κλίνη, οὐδὲ ἡσυχία κατὰ τὸ δωμάτιον γινομένη, οὐδὲ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδὲν τὸν ὕπνον γλυκὺν καὶ προσηνῆ ποιεῖν εἴωθεν, ὡς B τὸ πονεῖσθαι καὶ κάμνειν καὶ δεομένους ὕπνου σφόδρα καὶ νυστάζοντας κατακλίνεσθαι· καὶ τοῦτο αὐτὸ μαρτυρεῖ μὲν καὶ ἡ τῶν πραγμάτων πεῖρα, μαρτυρεῖ δὲ καὶ πρὸ τῆς τῶν πραγμάτων πείρας καὶ ἡ τῶν γραφῶν ἀπόφασις. ὁ γὰρ τῇ τρυφῇ συναναστραφεὶς Σολομῶν αὐτὸ τοῦτο δηλῶσαι βουλόμενος ἔλεγεν, ἡδὺς ὕπνος τῷ δούλῳ, ἄν τε ὀλίγον, ἄν τε πολὺ φάγῃ· τίνος ἕνεκεν προσέθηκεν, ἄν τε ὀλίγον, ἄν τε πολὺ φάγῃ; ἀμφότερα ταῦτα ἀγρυπνίαν ἐμποιεῖν εἴωθεν, ἔνδεια καὶ ἀδηφαγία· ἡ μὲν τὸ πνεῦμα ξηραίνουσα, καὶ κερατοποιοῦσα τὰ βλέφαρα, καὶ οὐκ ἀφιεῖσα καταστέλλεσθαι· ἡ δὲ τὸ πνεῦμα στενοχωροῦσα, C καὶ ἀποθλίβουσα, καὶ πολλὰς παρέχουσα τὰς ὀδύνας. ἀλλ' ὅμως τοσαύτη ἐστὶν ἡ τῶν πόνων παραμυθία, ὡς εἰ [b] καὶ τὰ ἀμφότερα προσγένοιτο, δύνασθαι τὸν οἰκέτην καθεύδειν· ἐπειδὴ γὰρ κατὰ τὴν ἡμέραν ἅπασαν πανταχοῦ περιτρέχουσι διακονούμενοι τοῖς αὐτῶν δεσπόταις, κοπτόμενοι, ταλαιπωρούμενοι, καὶ οὐδὲ μικρὸν ἀναπνέοντες, τῶν καμάτων ἐκείνων καὶ τῶν πόνων ἱκανὴν ἀπολαμβάνουσιν ἀμοιβὴν τὴν ἐν τῷ καθεύδειν ἡδονήν. καὶ τοῦτο τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας ἔργον ἐγένετο, [c] τῷ μὴ χρυσῷ, καὶ ἀργύρῳ ὠνητὰς εἶναι τὰς ἡδονὰς, ἀλλὰ πόνῳ, καὶ μόχθῳ, καὶ χρείᾳ, καὶ φιλοσοφίᾳ πάσῃ. ἀλλ' οὐχ οἱ πλουτοῦντες οὕτως· D ἀλλ' ἐπὶ τῶν στρωμάτων κείμενοι πολλάκις δι' ὅλης νυκτὸς ἀγρυπνοῦσι, καὶ πολλὰ μηχανώμενοι τοιαύτης οὐκ ἀπολαύουσιν ἡδονῆς· ὁ δὲ πένης ἐκ τῶν μεθημερινῶν ἀναστὰς πόνων κεκμηκότα ἔχων τὰ μέλη, πρὶν ἢ καταπεσεῖν, ἀθρόον καὶ ἡδὺν, καὶ γνήσιον τὸν ὕπνον ἐδέξατο· οὐ μικρὸν καὶ τοῦτο τῶν δικαίων πόνων λαμβάνων μισθόν. ὅταν οὖν μετὰ πλείονος ἡδονῆς ὁ πένης καὶ καθεύδῃ, καὶ πίνῃ, καὶ ἐσθίῃ, τίνος ἔσται λοιπὸν ὁ πλοῦτος ἄξιος, ὃ δοκεῖ κατὰ τῆς πενίας πλεονέκτημα ἔχειν, καὶ τοῦτο ἀφῃρημένος; διὰ τοῦτο καὶ ἐξ ἀρχῆς ὁ θεὸς πόνον τῷ ἀνθρώπῳ συνέζευξεν, οὐχὶ τιμωρούμενος αὐτὸν, οὐδὲ κολάζων, ἀλλὰ σωφρονίζων E καὶ παιδεύων. ὅτε ἄπονον βίον ἔζη ὁ Ἀδὰμ, ἐξέπεσε τοῦ παραδείσου· ὅτε δὲ ἐπίπονον καὶ ἐπίμοχθον ὁ ἀπόστολος, καὶ ἔλεγεν, ἐν κόπῳ, καὶ μόχθῳ νύκτα καὶ ἡμέραν ἐργαζόμενος, τότε ἀπῆλθεν εἰς τὸν παράδεισον, καὶ εἰς τρίτον ἀνῆλθεν οὐρανόν. μὴ τοίνυν κακίζωμεν πόνον, μηδὲ κακίζωμεν ἐργασίαν· καὶ γὰρ πρὸ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐντεῦθεν μεγίστην λαμβάνομεν ἀμοιβὴν, τὴν ἐκ τοῦ πράγματος ἡδονὴν καρπούμενοι· οὐχ ἡδονὴν δὲ

[a] Savil. & quidam MSS. καταφλεχθέντες. Infra Savil. τὴν ἐν οἴνῳ.

[b] Savil. & maxima pars Manuscriptorum, εἰ καὶ ταῦτα ἀμφό- Morel. εἰ καὶ τὰ ἀμφό-

[c] Alii, τῷ μὲν, alii, τὸ μὲν, alii, τῶν μὴ, quæ lectiones perinde quadrant.

μόνον

μόνον, ἀλλὰ καὶ, ὃ πολλῷ μεῖζόν ἐστιν ἡδονῆς, ὑγίειαν καθαρωτάτην. τοῖς μὲν γὰρ πλουτοῦσι μετὰ τῆς ἀηδίας πολλὰ καὶ τὰ νοσήματα ἐπιῤῥεῖ· οἱ δὲ πένητες τῶν ἰατρικῶν εἰσιν ἀπηλλαγμένοι χειρῶν· εἰ δέ που καὶ περιπέσοιεν ἀῤῥωστήματι, ταχέως ἑαυτοὺς ἀνεκτήσαντο, βλακείας ἁπάσης ἀπηλλαγμένοι, καὶ τὰ σώματα εὔρωστα ἔχοντες. μέγα κτῆμα πενία τοῖς φιλοσόφως αὐτὴν φέρουσι, θησαυρὸς ἄσυλος, βακτηρία ἰσχυροτάτη, κτῆσις ἀνεπηρέαστος, καταγώγιον ἀνεπιβούλευτον. ἀλλὰ πλεονεκτεῖται, φησὶν, ὁ πένης· ἀλλ' ἐπιβουλεύεται μειζόνως ὁ πλούσιος· καταφρονεῖται ὁ πένης καὶ ὑβρίζεται· ἀλλὰ φθονεῖται ὁ εὔπορος. οὐχ οὕτως ἐστὶν εὐκαταγώνιστος ὁ πένης, ὡς ἐστιν εὐκαταγώνιστος ὁ πλούσιος, μυρίας πάντοθεν καὶ τῷ διαβόλῳ, καὶ τοῖς ἐπιβούλοις παρέχων λαβὰς, καὶ πάντων ὢν δοῦλος διὰ τὴν πολλὴν τῶν πραγμάτων περιβολήν· ὁ πολλῶν ἐν χρείᾳ καθεστὼς πολλοὺς ἀναγκάζεται κολακεύειν, καὶ μετὰ πολλῆς θεραπεύειν δουλοπρεπείας. ὁ δὲ πένης ἂν εἰδῇ φιλοσοφεῖν, οὐδὲ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ διαβόλου καταγωνισθῆναι δύναται. ὁ οὖν Ἰὼβ ἰσχυρὸς ὢν καὶ πρὸ τούτου, ὅτε τὰ πάντα ἀπέβαλε, τότε γέγονεν ἰσχυρότερος, καὶ λαμπρὰν ἤρατο κατὰ τοῦ διαβόλου τὴν νίκην. ἄλλως δὲ, οὐδὲ ὑβρίζεσθαι δύναται ὁ πένης, ἂν εἰδῇ φιλοσοφεῖν. ὅπερ γὰρ ἔφην περὶ τῆς ἡδονῆς, ὅτι ἡ ἡδονὴ οὐκ ἐν τῇ πολυτελείᾳ τῶν σιτίων, ἀλλ' ἐν τῇ διαθέσει τῶν ἐσθιόντων κεῖται, τοῦτο καὶ περὶ τῆς ὕβρεως λέγω· ὅτι ἡ ὕβρις οὐκ ἀπὸ τῆς γνώμης τῶν ὑβριζόντων, ἀλλ' ἀπὸ τῆς διαθέσεως τῶν πασχόντων ἢ συνίσταται ἢ ἀπόλλυται. οἷόν τι λέγω. ὕβρισέ τις πολλὰ ῥητὰ καὶ ἄῤῥητα; ἂν καταγελάσῃς τῆς ὕβρεων, ἂν μὴ παραδέξῃ τὰ ῥήματα, καὶ ἀνώτερος γένῃ τῆς πληγῆς, οὐχ ὑβρίσθης. καὶ καθάπερ εἰ σῶμα ἀδαμάντινον εἴχομεν, εἰ καὶ μυρίοις πανταχόθεν ἐβαλλόμεθα βέλεσιν, οὐκ ἂν ἐδεξάμεθα τὰς πληγάς· οὐ γὰρ ἀπὸ τῆς ἀφιείσης τὰ βέλη χειρὸς, ἀλλ' ἀπὸ τῶν πασχόντων σωμάτων τὰ τραύματα γίνεται· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα· οὐκ ἀπὸ τῆς μανίας τῶν ὑβριζόντων, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἀσθενείας τῶν ὑβριζομένων αἱ ὕβρεις, καὶ αἱ τῶν ὕβρεων ἀτιμίαι συνίστανται. ἂν γὰρ εἰδῶμεν φιλοσοφεῖν, οὐδὲ ὑβρίζεσθαι δυνάμεθα, οὐδὲ πάσχειν τι τῶν δεινῶν. ὕβρισέν σε ὁ δεῖνα, [a] ἀλλ' οὐκ ᾐσθάνθης, οὐκ ἤλγησας; οὐχ ὑβρίσθης, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἔπληξας, ἢ ἐπλήγης. ὅταν γὰρ ὁ ὑβρίσας ἴδῃ μὴ καθικνουμένην αὐτοῦ τὴν πληγὴν τῆς τῶν λοιδορηθέντων ψυχῆς, αὐτὸς δάκνεται μειζόνως, καὶ τῶν ὑβριζομένων σιγώντων, αὐτόματος ἡ πληγὴ τῶν ὕβρεων κατὰ τοῦ πέμψαντος ὑποστρέψασα φέρεται.

Φιλοσοφῶμεν τοίνυν ἐν ἅπασιν, ἀγαπητοί· καὶ οὐδὲν ἡμᾶς πενία παραβλάψαι δυνήσεται· ἀλλὰ καὶ ὠφελήσει τὰ μέγιστα, καὶ λαμπροτέρους ἐργάσεται, καὶ πάντων τῶν πλουτούντων εὐπορωτέρους. τί γὰρ, εἰπέ μοι, τοῦ Ἠλία πενέστερον ἦν; ἀλλὰ διὰ τοῦτο πάντας ἐνίκα τοὺς πλουτοῦντας, ἐπειδὴ οὕτω πένης ἦν, καὶ αὐτὴν δὲ τὴν πενίαν [b] ἀπὸ πλουσίας εἵλετο διανοίας. ἐπειδὴ γὰρ ἅπαντα τῶν χρημάτων τὸν πλοῦτον ἐλάττονα τῆς ἑαυτοῦ

A luptatem tantum, sed &, quod multo voluptate majus est, purissimam sanitatem. Divites enim præter insuavitatem multæ ægritudines invadunt: pauperes autem a medicorum manibus immunes sunt. Si vero nonnumquam & in ægritudinem incidant, brevi seipsos instaurant, mollitie omni liberi, & corpora robusta habentes. Magna possessio paupertas sapienter ipsam ferentibus, thesaurus qui nequeat auferri, baculus firmissimus, damni expers possessio, diversorium ad insidiis tutum. At opprimitur, inquit, pauper, sed majores insidias dives patitur. Contemnitur pauper & contumeliis afficitur; sed diviti invidetur. Non B tam expugnabilis est pauper quam dives, infinitas undique & diabolo & insidiatoribus occasiones præbens, omnium servus propter multam rerum abundantiam: in multorum indigentia constitutus, & multis adulari cogitur, & cum multa illiberalitate servire. Pauper autem si philosophari sciat, neque ab ipso diabolo expugnari potest. Job igitur & ante hoc cum fortis esset, postquam omnia amisit, tunc factus est fortior, & egregiam contra diabolum victoriam reportavit. Præterea vero nec injuriam pati pauper po- C test, si philosophari scierit. Quod enim dixi de voluptate, quod ea non in ciborum apparatu, sed in comedentium sit affectu posita; hoc & de contumelia dico, quod contumelia non ab inferentium sententia, sed a patientium affectu constituatur vel destruatur. Verbi gratia, multa quispiam in te fanda atque nefanda convitia dixit? Si contumelias deriseris, si verba non acceperis, & vulnere superior sis, contumeliam non es passus. Et quemadmodum si corpus adamantinum haberemus, etsi innumeris undique telis peteremur, non tamen vulnera reciperemus: non enim a ma- D nu tela torquente, sed a corporibus patientibus vulnera fiunt: sic & hîc, non a petulantium insania, sed a patientium imbecillitate, injuriæ & contumeliæ constituuntur. Si enim philosophari sciamus, nec contumelia affici possumus, nec quidquam grave pati. Aliquis injuriam intulit, non sensisti nec doluisti? Non es injuriam passus, sed & magis percussisti, quam percussus es. Cum enim qui contumeliam intulit, plagam suam ad patientium animam non pervenientem viderit, ipse majorem in modum roditur: & tacentibus iis, qui contumeliam patiuntur, sponte contumeliarum plaga contra mittentem conversa infertur.

E 9. In omnibus igitur philosophemur, dilectissimi, & nihil nos inopia lædere poterit: quin & maxime adjuvabit & clariores reddet, & omnibus divitibus copiosiores. Quid enim, dic mihi, Helia pauperius? sed propterea omnes divites vincebat, quoniam sic pauper cum esset, ipsam paupertatem ex mentis opulentia elegit. Quoniam enim omnem pecuniarum copiam animi sui ma-

Paupertas sapienter ferentibus magna possessio.

a Morel. ἀλλ' οὐκ ᾐσθάνθης, Savil. omisso ἀλλ' habet οὐκ ᾐσθάνθης.

b Savil. & quidam alii, ἀπὸ πλουτούσης.

gnitudine esse putavit inferiorem, nec philosophia sua dignam: ideo tantam pauperiem amplexatus est. Quod si magna præsentia putasset, non solam melotem possedisset: sed ita vitæ vanitatem condemnavit, & tamquam lutum projectum aurum omne despexit, ut præter amictum illum nihil amplius possideret. Idcirco rex paupere indigebat, & verbis nihil plus quam meloten habentis inhiabat, qui tantum habebat auri: adeo splendidior purpurâ erat melote, & regalibus aulis justi spelunca. Propterea & in cælum ascendens, nihil aliud quam meloten discipulo reliquit. Cum hac, inquit, cum diabolo pugnavi, & tu contra illum hanc armaturam capies. Validum enim telum inopia, inexpugnabile habitaculum, & turris inconcussa. Tamquam maximam hereditatem Elisæus meloten suscepit: etenim vere maxima fuit hereditas, omni auro preciosior. Et erat posthac duplex Helias ille, ita ut sursum Helias, & deorsum Helias esset. Novi vos justum illum beatum putare, singulosque cupere eum ipsum esse. Quid igitur, si vobis demonstravero quod aliud illo multo majus omnes sacris mysteriis imbuti receperimus? Helias nempe meloten discipulo reliquit: filius autem Dei ascendens, suam nobis carnem reliquit: sed Helias quidem exutus, Christus autem & nobis reliquit, & ipsam habens ascendit. Ne igitur animo concidamus, neque lamentemur, neque temporum difficultatem timeamus. Qui enim sanguinem suum pro omnibus effundere non recusavit, & carnem suam, & rursus ipsum sanguinem nobis communicavit, quid pro salute nostra facere recusabit? Hac igitur spe fidentes ipsum continue rogemus, & precibus supplicationibusque vacemus, & reliquæ virtutis cum omni diligentia curam habeamus: ut & instans fugiamus periculum, & futura assequamur bona: quibus nos omnes dignos censeri contingat, gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri gloria una cum Spiritu sancto in sæcula sæculorum, Amen.

Locus insignis de S. Eucharistiæ veritate.

A μεγαλοψυχίας ἐνόμιζεν εἶναι, καὶ οὐκ ἄξιον αὐτοῦ τῆς φιλοσοφίας, διὰ τοῦτο πενίαν τοσαύτην ἠσπάσατο· ὡς εἰ μεγάλα τὰ παρόντα ἐνόμιζεν εἶναι, οὐκ ἂν μηλωτὴν ἐκτήσατο μόνον, ἀλλ' οὕτω κατέγνω τῆς παρούσης ματαιότητος ἁπάσης, καὶ ὡς πηλὸν ἐρριμμένον τὸ χρυσίον ἅπαν ἑώρα, ὡς τῆς περιβολῆς ἐκείνης μηδὲν κτήσασθαι πλέον. διὰ τοῦτο ὁ βασιλεὺς τοῦ πένητος ἐδεῖτο, καὶ πρὸς τὸ στόμα ἐκεχήνει τοῦ μηδὲν πλέον μηλωτῆς ἔχοντος, ὁ τοσοῦτον χρυσίον ἔχων. οὕτω λαμπροτέρα τῆς πορφυρίδος ἡ μηλωτὴ ἦν, καὶ τῶν βασιλικῶν αὐλῶν τὸ σπήλαιον τοῦ δικαίου. διὰ τοῦτο καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνιὼν, οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' ἢ τὴν μηλωτὴν τῷ B μαθητῇ κατέλιπε. μετὰ ταύτης, φησὶ, τῷ διαβόλῳ ἐπάλαισα, ταύτην καὶ σὺ λαβὼν ὁπλίζου κατ' ἐκείνου· ἰσχυρὸν γὰρ ὅπλον ἀκτημοσύνη, καὶ ἀκαταγώνιστον καταγώγιον, καὶ πύργος ἀσάλευτος. ἐδέξατο καθάπερ μεγίστην κληρονομίαν τὴν μηλωτὴν ὁ Ἐλισσαῖος· καὶ γὰρ ἦν ἀληθῶς μεγίστη κληρονομία, παντὸς [a] χρυσίου τιμιωτέρα. καὶ ἦν διπλοῦς Ἠλίας ἐκεῖνος, καὶ ἦν ἄνω Ἠλίας, καὶ κάτω Ἠλίας. οἶδα ὅτι μακαρίζετε τὸν δίκαιον ἐκεῖνον, καὶ ἐβούλεσθε αὐτὸς ἕκαστος ἐκεῖνος εἶναι· τί οὖν ἂν ὑμῖν [b] ὑποδείξω, ὅτι ἕτερόν τι πολλῷ μεῖζον ἐκείνου πάντες ἐλάβομεν οἱ μεμυσταγωγημένοι; ὁ μὲν γὰρ Ἠλίας μηλωτὴν ἀφῆκε τῷ μαθητῇ· ὁ δὲ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἀναβαίνων τὴν σάρκα ἡμῖν κατέλιπε τὴν ἑαυτοῦ· ἀλλ' ὁ μὲν Ἠλίας C ἀποδυσάμενος· ὁ δὲ Χριστὸς καὶ ἡμῖν κατέλιπε, καὶ ἔχων αὐτὴν ἀνῆλθε. μὴ τοίνυν καταπίπτωμεν, μηδὲ ὀδυρώμεθα, μηδὲ δυσκολίαν φοβώμεθα καιρῶν· ὁ γὰρ τὸ αἷμα αὐτοῦ μὴ παραιτησάμενος ὑπὲρ ἁπάντων ἐκχέαι, καὶ τῆς σαρκὸς ἡμῖν [c] μεταδοὺς καὶ αὐτοῦ τοῦ αἵματος πάλιν, τί παραιτήσεται ποιῆσαι τῆς ἡμετέρας ἕνεκεν σωτηρίας; ταύταις τοίνυν θαῤῥοῦντες ταῖς ἐλπίσι παρακαλῶμεν αὐτὸν διηνεκῶς, καὶ εὐχαῖς καὶ ἱκετηρίαις προσανέχωμεν, καὶ τῆς λοιπῆς ἀρετῆς ἐπιμελώμεθα μετὰ ἀκριβείας ἁπάσης, ἵνα καὶ τὸν ἐπικείμενον διαφύγωμεν κίνδυνον, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀξιωθῆναι, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν D αἰώνων· Ἀμήν.

a Alii, χρυσίου καὶ λίθου τιμίου τιμιωτέ-
b Alii, ὑποδείξω.

c Alii, μεταδοὺς τῆς ἑαυτοῦ, καὶ αὐτοῦ. Infra post, ἐλπίσι, quidam addunt, ἀγαπητοί. Infra alii, καὶ τῶν μελλόντων ἀξιωθῶμεν ἀγαθῶν.

a ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΠΟΔΗΜΙΑΝ ΤΟΥ ἐπισκόπου Φλαβιανοῦ, ὑπὲρ τῆς πόλεως πρὸς τὸν βασιλέα πρεσβευομένου· καὶ τίς ἐστιν ἡ ἀληθὴς νηστεία, καὶ ὅτι τοῦ φαγεῖν ἀνθρώπινον σῶμα τὸ κατηγορῆσαι χεῖρον, καὶ περὶ τῶν διὰ τὴν στάσιν σφαγέντων, καὶ πρὸς τοὺς ἐγκαλοῦντας, ὅτι πολλοὶ τῶν ἀναιτίων ἑάλωσαν.

ΟΜΙΛΙΑ γ'.

ΟΤΑΝ εἰς τὸν θρόνον ἀπίδω τοῦτον ἔρημον ὄντα καὶ κενὸν τοῦ διδασκάλου, χαίρω τε ὁμοῦ καὶ δακρύω. δακρύω μὲν, ὅτι παρόντα οὐχ ὁρῶ τὸν πατέρα· χαίρω δὲ, ὅτι ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας ἀπεδήμησε σωτηρίας, καὶ δῆμον τοσοῦτον ἀπῆλθεν ὀργῆς ἐξαρπάσαι βασιλικῆς. τοῦτο καὶ ὑμῖν κόσμος, κἀκείνῳ στέφανος. κόσμος ὑμῖν, ὅτι τοιοῦτον ἐκληρώθητε πατέρα· στέφανος ἐκείνῳ, ὅτι περὶ b τὰ ἔκγονα οὕτως ἐστὶ φιλόστοργος, καὶ τὸ παρὰ τοῦ Χριστοῦ λεχθὲν δι' αὐτῶν ἐβεβαίωσε τῶν πραγμάτων. ἀκούσας γὰρ ὅτι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων, ἀπῆλθε τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θήσων ὑπὲρ ἡμῶν ἁπάντων, καί τοι πολλὰ c ὄντα αὐτῷ τὰ κωλύοντα ἀπιέναι, καὶ καταναγκάζοντα μένειν· καὶ πρῶτον ἡ ἡλικία πρὸς ἔσχατον ἐλάσασα γῆρας, εἶτα ἡ τοῦ σώματος ἀσθένεια, καὶ τοῦ ἔτους ἡ ὥρα, καὶ τῆς ἁγίας ἑορτῆς ἡ ἀνάγκη· πρὸς τούτοις ἡ ἀδελφὴ μόνη οὖσα αὐτῷ πρὸς ἐσχάτας ἐστῶσα ἀναπνοάς. ἀλλ' ὅμως καὶ συγγένειαν παρεῖδε, καὶ γῆρας, καὶ ἀσθένειαν, καὶ καιροῦ δυσκολίαν, καὶ ὁδοιπορίας ταλαιπωρίαν, καὶ πάντων ὑμᾶς καὶ τὴν ὑμετέραν σωτηρίαν προθεὶς, ταῦτα πάντα διέῤῥηξε τὰ δεσμά· καὶ καθάπερ νέος ὁ γέρων ἐλαύνει, νῦν ὑπόπτερος τῇ προθυμίᾳ γενόμενος. εἰ γὰρ ὁ Χριστὸς, φησὶν, ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν ἐπέδωκε, τίνος ἂν εἴημεν ἡμεῖς ἀπολογίας καὶ συγγνώμης ἄξιοι, τοσούτου λαοῦ προστασίαν ἐγκεχειρισμένοι, καὶ μὴ πάντα αἱρούμενοι καὶ ποιῆσαι καὶ παθεῖν ὑπὲρ τῆς τῶν ἐγχειρισθέντων ἡμῖν ἀσφαλείας; εἰ γὰρ ὁ πατριάρχης, φησὶν, Ιακὼβ θρεμμάτων προεστὼς, καὶ πρόβατα ἄλογα βόσκων, καὶ ἀνθρώπῳ μέλλων εὐθύνας διδόναι, καὶ νύκτας ἀΰπνους διῆγε, καὶ καῦμα, καὶ κρύος, καὶ πᾶσαν ἀέρων ἀνωμαλίαν ἔφερεν, ὥστε μηδὲν παραπολέσθαι τῶν θρεμμάτων ἐκείνων· πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς, τοὺς οὐκ ἀλόγοις ἐφεστῶτας, ἀλλὰ πνευματικοῖς προβάτοις, καὶ οὐκ ἀνθρώπῳ, ἀλλὰ τῷ θεῷ τῆς ἐπιστασίας ταύτης διδόναι μέλλοντας τὰς εὐθύνας, πρὸς οὐδὲν ὀκνεῖν καὶ ἀναδύεσθαι χρὴ τῶν δυναμένων ὠφελῆσαι τὸ ποίμνιον. ἀλλ' ὅσῳ βελτίων ἡ ποίμνη αὕτη τῆς ποίμνης ἐκείνης, καὶ ἀλόγων μὲν ἄνθρωποι, ἀνθρώπων δὲ ὁ θεός· τοσούτῳ καὶ ἡμᾶς πλείονα καὶ σφοδρὰν τὴν σπουδὴν καὶ τὴν προθυμίαν ἐπιδείκνυσθαι

IN PROFECTIONEM EPISCOPI Flaviani, pro civitate ad Imperatorem legationem obeuntis: & quodnam verum sit jejunium: & quod detrahere quam humanum corpus comedere pejus sit: & de jugulatis propter seditionem: & adversus eos qui querebantur multos innoxios captos esse.

HOMILIA III.

A 1. QUANDO ad sedem hanc derelictam & magistro vacuam respicio, gaudeo simul & lacrymo: lacrymo quidem, quod præsentem non video patrem: gaudeo autem quod pro salute nostra profectus, abiit tantum populum a furore Imperatoris erepturus. Hoc & vobis ornamentum est, & illi corona. Ornamentum vobis, quod talem sitis sortiti patrem: & illi corona, quod circa filios tam benignus sit, & a Christo dictum per opera confir- B maverit. Audiens enim illud, *Pastor bonus animam suam ponit pro ovibus*: abiit pro nobis omnibus animam suam positurus, etsi multa erant quæ ipsum abire prohiberent, & manere cogerent: primo ætas ad ultimam provecta senectutem, postea corporis imbecillitas, & anni tempus, & sanctæ celebritatis necessitas, adhæc unica soror in extremo constituta spiritu: sed tamen & consanguinitatem despexit, & senectutem, & imbecillitatem, & temporis difficultatem, & itineris asperitatem: & omnibus vos vestramque salutem præponens, C hæc omnia vincula disrupit, & ceu juvenis fertur senex, nunc alatus animi magnitudine factus. Si enim Christus, inquit, seipsum pro nobis dedit, qua essemus nos excusatione & venia digni, tanti custodiam populi creditam habentes, & non eligentes omnia & facere & pati pro creditorum nobis securitate? Si enim patriarcha, inquit, Jacob pecudibus præpositus, oves irrationales pascens, & homini rationem D redditurus; noctes ducebat insomnes, & æstum, gelu, omnemque aëris intemperiem ferebat, ut nulla illarum pecudum periret: multo magis nos non irrationalibus, sed spiritualibus ovibus præpositos, & non homini, sed Deo præfecturæ hujus rationem reddituros, ad nihil torpere & tergiversari oportet eorum, quæ gregem juvare possint. Sed quanto melior grex iste grege illo, & brutis quidem homines, hoE minibus vero Deus: tanto majus & nos vehementiusque studium & diligentiam ex-

Flavianus Imperatorem placaturus Constantinopolin petierat.

Joan. 10. 11.

Tit. 3.

Gen. 28.

a Titulus in Savil. & in quibusdam MSS. habet: εἰς τὴν ἀποδημίαν, ἣν ἐποιήσατο ὁ ἐπίσκοπος Αντιοχείας Φλαβιανὸς, ὑπὲρ τῆς πόλεως πρεσβευόμενος, πρὸς τὸν βασιλέα Θεοδόσιον διὰ τὴν εἰς τοὺς ἀνδριάντας ὕβριν· καὶ ὅτι μείζων παρὰ θεῷ βασιλείας ἱερωσύνη, καὶ χρὴ διὰ τοῦτο θαῤῥεῖν· καὶ τίς ἐστιν ἡ ἀληθὴς νηστεία, καὶ τίνος ἕνεκεν οἱ Νινευῖται καὶ τὰ ἄλογα νηστεῦσαι παρεσκεύασαν· καὶ ὅτι τοῦ σῶμα ἀνθρώπινον φαγεῖν τὸ κατηγορῆσαι χεῖρον· καὶ πρὸς τῷ τέλει περὶ τῶν σφαγέντων διὰ τὴν στάσιν, καὶ πρὸς τοὺς ἐγκαλοῦντας, ὅτι πολλοὶ τῶν ἀναιτίων ἑάλωσαν.

b Alii, τὰ ἔγγονα.

c Savilius & aliquot Manuscripti, πολλὰ ἦν αὐτῷ τά.

hibere oportet. Novit ille plane, non pro una sibi nunc civitate negotium esse, sed pro Oriente toto. Civitatum enim sub Oriente positarum caput & mater est civitas nostra: propterea omne periculum subiit, & nihil illum hic retinere potuit. Ideoque bonas fore spei opportunitates spero: non enim tantam sedulitatem & curam Deus despiciet, neque servum suum infectis rebus redire permittet. Novi quod tantum coram positus, & religiosum Imperatorem conspicatus, ex aspectu solo statim iram comprimere poterit. Sanctorum enim non tantum verba, sed & ipsi vultus spirituali gratia pleni sunt. Hic vero & multa sapientia plenus est, & cum divinarum legum sit peritus, ad ipsum dicet, quod &
Exod. 32. 32. Moses ad Deum: *Si dimittis quidem ipsis peccatum, dimitte: si non autem, & me occide cum ipsis.* Talia enim Sanctorum viscera, cum filiis mortem, quam sine ipsis vitam dulciorem esse putant. Adjiciet a tempore patrocinium, & sacrum Pascha proponet, commemorabitque tempus, quo orbi terrarum toti Christus peccata remisit, dominum imitari exhortabitur, & parabolæ illius decem millium talentorum, & centum denariorum ipsum commonebit. Novi patris nostri fiduciam, non dubitabit ipsum per hanc similitudinem terrere & dicere: Vide ne forte & tu illo die au-
Matth. 18. 32. dias: *Serve nequam, omne debitum illud dimisi tibi, quoniam rogasti me, oportebat & te dimittere conservis tuis.* Tibiipsi magis quam illi prodes, in paucorum dimissione peccatorum, majorum oblivionem recipiens. Addet prædictis & orationem illam, quam qui sacris ipsum initiavere mysteriis,
Matt. 6. 12. orantem dicere docuerunt: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Ad hæc docebit, non commune civitatis fuisse peccatum, sed hominum quorumdam externorum, & advenarum nihil cum ratione facientium, sed cum audacia & omni scelere: nec justum esse pro paucorum temeritate tantam diripi civitatem, & eos, qui nihil injuste fecerunt, pœnas luere. Alioquin etsi omnes peccassent, dignas dedissent pœnas, tot diebus timore consumti, & per singulos mori dies exspectantes, pulsi, exsulantes, reis miserabilius viventes, sanguinem in manibus gestantes, & de vita sua non confidentes. Hæc tibi pœna sufficiat, ne ulterius ira procedas: mitem tibi supernum judicem per humanitatem in conservos redde. Cogita urbis magnitudinem, & quod non de una, vel de duabus, vel tribus, vel decem animabus nunc nobis est consideratio, sed de millibus & infinitis, de totius orbis capite. Hæc est civitas, in qua primum appellati Christiani: honora Christum, re-

a Aliquot MSS. ἔγνω καλῶς γὰρ ἐκεῖνος ὅτι.
b δὲ deest in Savil. & in quinque Codicibus. Ibid. Savil. & quidam MSS. ἀναμνήσει τοῦ καιροῦ.
c Savil. & quidam alii MSS. ὀφειλὴν ἐκείνην ἀφῆκα.

A χεῖ. [a] ἔγνω καλῶς ἐκεῖνος, ὅτι οὐχ ὑπὲρ μιᾶς πόλεως αὐτῷ νῦν ὁ λόγος, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἀνατολῆς ἁπάσης· τῶν γὰρ πόλεων τῶν ὑπὸ τὴν ἕω κειμένων κεφαλὴ καὶ μήτηρ ἐστὶν ἡ πόλις ἡ ἡμετέρα. Διὰ τοῦτο πάντα ὑπέμεινε κίνδυνον, καὶ οὐδὲν αὐτὸν ἐνταῦθα κατασχεῖν ἴσχυσε. Διὰ τοῦτο ἐλπίζω χρηστὰς ἔσεσθαι τὰς ἐλπίδας· οὐ γὰρ περιόψεται τοσαύτην προθυμίαν καὶ σπουδὴν ὁ Θεὸς, οὐδὲ ἐάσει τὸν ἑαυτοῦ θεράποντα ἄπρακτον ἐπανελθεῖν. Οἶδα ὅτι καὶ μόνον ὀφθεὶς ἐκεῖνος, καὶ τὸν εὐσεβῆ βασιλέα θεασάμενος, ἀπὸ τῆς ὄψεως αὐτῆς εὐθέως καταστεῖλαι δυ-
B νήσεται τὸν θυμόν. Τῶν γὰρ ἁγίων οὐχὶ τὰ ῥήματα μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ πρόσωπα πνευματικῆς γέμει χάριτος. Οὗτος δὲ καὶ πολλῆς σοφίας ἐμπέπλησται, καὶ τῶν θείων νόμων ἔμπειρος ὢν, ἐρεῖ πρὸς αὐτὸν ὅπερ καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ὁ Μωϋσῆς, εἰ μὲν ἀφῇς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, ἄφες· εἰ δὲ μὴ, κἀμὲ ἀπόκτεινον μετ' αὐτῶν. Τοιαῦτα γὰρ τῶν ἁγίων τὰ σπλάγχνα, τὸν μετὰ τῶν τέκνων θάνατον, τῆς χωρὶς αὐτῶν ζωῆς γλυκύτερον εἶναι νομίζουσι. Προσθήσει [b] δὲ καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ καιροῦ συνηγορίαν, καὶ τὸ πάσχα τὸ ἱερὸν προβαλεῖται, καὶ ἀναμνήσει τὸν καιρὸν, καθ' ὃν
C τῇ οἰκουμένῃ πάσῃ τὰ ἁμαρτήματα ἀφῆκεν ὁ Χριστός· παρακαλέσει μιμήσασθαι τὸν δεσπότην· ἀναμνήσει καὶ τῆς παραβολῆς αὐτὸν ἐκείνης τῆς τῶν μυρίων ταλάντων, καὶ τῶν ἑκατὸν δηναρίων. Οἶδα τοῦ πατρὸς ἡμῶν τὴν παῤῥησίαν, οὐ παραιτήσεται αὐτὸν ἀπὸ τῆς παραβολῆς ταύτης φοβῆσαι, καὶ εἰπεῖν, ὅρα μή ποτε καὶ σὺ κατ' ἐκείνην ἀκούσῃς τὴν ἡμέραν, πονηρὲ δοῦλε, πᾶσαν τὴν [c] ὀφειλὴν ἀφῆκά σοι, ἐπεὶ παρεκάλεσάς με, ἔδει καὶ σὲ ἀφεῖναι τοῖς συνδούλοις σου. Σαυτὸν ὠφελεῖς μειζόνως ἢ ἐκείνους, ἐν τῇ τῶν ὀλίγων ἁμαρτημάτων συγχωρήσει τῶν μειζόνων τὴν ἀμνηστίαν λαμβάνων. Προσθήσει τοῖς εἰρημένοις καὶ τὴν εὐχὴν ἐκείνην, ἣν οἱ μυσταγωγήσαντες αὐτὸν τὴν
D ἱερὰν μυσταγωγίαν ἐπαίδευσαν εὔχεσθαι καὶ λέγειν· ἄφες ἡμῖν τὰ ἁμαρτήματα ἡμῶν, [d] ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν. Διδάξει μετὰ τούτων ὅτι οὐ κοινὸν τῆς πόλεως γέγονε τὸ ἁμάρτημα, ἀλλ' ἀνθρώπων τινῶν ξένων, καὶ ἐπηλύδων, οὐδὲν λογισμῷ ποιούντων, ἢ τόλμῃ καὶ παρανομίᾳ πάσῃ· καὶ οὐκ ἂν εἴη δίκαιον, ὑπὲρ τῆς ὀλίγων ἀπαιδευσίας, πόλιν τοσαύτην [e] ἀφαρπάζεσθαι, καὶ τοὺς οὐδὲν ἠδικηκότας διδόναι δίκην. Καί τοι εἰ καὶ πάντες ἡμαρτηκότες ἦσαν, ἱκανὴν ἔδωκαν δίκην ἐπὶ τοσαύταις ἡμέραις φόβῳ δαπανώμενοι, καὶ καθ' ἑκάστην
E ἀποθανεῖσθαι προσδοκῶντες τὴν ἡμέραν, ἐλαυνόμενοι, φυγαδευόμενοι, τῶν καταδίκων ἐλεεινότερον ζῶντες, τὸ αἷμα ἐν τῇ χειρὶ βαστάζοντες, καὶ οὐ θαῤῥοῦντες αὐτῶν τῇ ζωῇ. Ἀρκέσθητι τῇ τιμωρίᾳ ταύτῃ, μὴ προέλθῃς περαιτέρω τῆς ὀργῆς, ἥμερον σεαυτῷ ποίησον τὸν ἄνω δικαστὴν διὰ τῆς εἰς τοὺς συνδούλους φιλανθρωπίας. Ἐννόησον δὲ τῆς πόλεως μέγεθος, καὶ ὅτι οὐ περὶ μιᾶς, καὶ δύο καὶ τριῶν καὶ δέκα ψυχῶν ἐστιν ἡμῖν ἡ σκέψις νῦν, ἀλλὰ περὶ μυρίων καὶ ἀπείρων, περὶ τοῦ κεφαλαίου τῆς οἰκουμένης ἁπάσης. Αὕτη ἡ πόλις ἐστὶν, ἐν ᾗ [f] πρότερον ἐχρημάτισαν Χριστιανοί· τίμησον τὸν Χριστὸν, αἰδέσθητι

d Savil. & alii, καθὼς καὶ ἡμεῖς.
e Alii, ἀναρπάζεσθαι.
f Alii, πρῶτον.

τὴν πρώτην ἀνακηρύξασαν τὸ ποθεινὸν τοῦτο καὶ γλυκὺ πᾶσιν ὄνομα. Ἀποστόλων ἐκείνη γέγονε καταγώγιον, δικαίων ἐνδιαίτημα. νῦν τοῦτο, καὶ πρῶτον τὸ τόλμημα γέγονε μόνον εἰς τοὺς κρατοῦντας, καὶ μαρτυρεῖ τῷ τῆς πόλεως ἤθει πᾶς ὁ παρελθὼν χρόνος. εἰ μὲν γὰρ συνεχῶς ἐστασίαζον, ἔδει καταγινώσκειν τῆς πονηρίας· εἰ δὲ ἅπαξ τοῦ παντὸς τούτου συνέβη χρόνου, εὔδηλον ὅτι οὐ τοῦ τῆς πόλεως ἤθους τὸ ἁμάρτημα, ἀλλὰ τῶν ἁπλῶς καὶ εἰκῆ προσφθαρέντων αὐτῇ τὸ παρανόμημα γέγονε τοῦτο.

Ταῦτα ὁ ἱερεὺς ἐρεῖ, καὶ πλείονα τούτων μετὰ πλείονος τῆς παῤῥησίας· ταῦτα ὁ βασιλεὺς ἀκούσεται, κἀκεῖνος φιλάνθρωπος, [a] καὶ οὗτος πιστὸς, ὥστε ἀμφοτέρωθεν χρηστὰς ἔχομεν τὰς ἐλπίδας. μᾶλλον δὲ καὶ πρὸ τῆς πίστεως τοῦ διδασκάλου, καὶ πρὸ τῆς φιλανθρωπίας τοῦ βασιλέως, τῷ ἐλέει θαῤῥοῦμεν τοῦ Θεοῦ· καὶ γὰρ ἱκετευομένου τοῦ βασιλέως, καὶ ἱκετεύοντος τοῦ ἱερέως, αὐτὸς παραστήσεται μέσος, τοῦ βασιλέως μαλάττων τὴν καρδίαν, τοῦ ἱερέως διεγείρων τὴν γλῶσσαν, εὐοδῶν τούτου τὰ ῥήματα, παρασκευάζων ἐκείνου τὴν διάνοιαν, ὑποδέξασθαι τὰ λεγόμενα μετὰ πολλῆς τῆς συγγνώμης, ἐπινεῦσαι τῇ δεήσει. καὶ γὰρ τῷ Χριστῷ ποθεινοτέρα πασῶν ἡ πόλις ἡ ἡμετέρα, καὶ διὰ τὴν τῶν προγόνων, καὶ διὰ τὴν ὑμῶν αὐτῶν ἀρετήν. καὶ καθάπερ ὁ Πέτρος ἐν τοῖς ἀποστόλοις πρῶτος ἐκήρυξε τὸν Χριστόν· οὕτως ἐν ταῖς πόλεσι, καθάπερ ἔφθην εἰπὼν, αὕτη πρώτη, ὥσπερ στέφανόν τινα θαυμαστὸν, τὴν τῶν Χριστιανῶν ἀνεδήσατο προσηγορίαν. εἰ δὲ ἔνθα δίκαιοι δέκα μόνον ἦσαν, ὑπέσχετο ὁ Θεὸς σώζειν τοὺς ἐνοικοῦντας ἅπαντας· ἔνθα οὐ δέκα καὶ εἴκοσιν, οὐδὲ δὶς τοσοῦτοι μόνον, ἀλλὰ πολλῷ πλείους οἱ τὸν Θεὸν εἰσι θεραπεύοντες μετὰ ἀκριβείας ἁπάσης, πῶς οὐ χρὴ τὰ χρηστὰ προσδοκᾶν, καὶ θαῤῥεῖν ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἡμῶν ἁπάντων ζωῆς; ἤκουσα λεγόντων πολλῶν, ὅτι ἀπειλὴ βασιλέως ὁμοία θυμῷ λέοντος, καὶ κατηφιώντων καὶ ὀδυρομένων. τί οὖν ἂν εἴποιμεν πρὸς ἐκείνους; ὅτι ὁ εἰπὼν, λύκοι καὶ ἄρνες ἅμα βοσκηθήσονται, καὶ πάρδαλις συναναπαύσεται ἐρίφῳ, καὶ λέων ὡς βοῦς φάγεται ἄχυρα, δυνήσεται καὶ τὸν λέοντα τοῦτον ποιῆσαι πρόβατον ἥμερον. παρακαλῶμεν τοίνυν αὐτὸν, καὶ διαπρεσβευώμεθα πρὸς αὐτὸν, καὶ καταστελεῖ πάντως τὸν θυμὸν τοῦ βασιλέως, καὶ τῆς ἐπικειμένης ἡμᾶς ἀγωνίας ἀπαλλάξει πάσης. ὁ πατὴρ ἐκεῖ πρεσβεύεται, ἡμεῖς ἐντεῦθεν πρεσβευσώμεθα πρὸς τὸν τῶν οὐρανῶν βασιλέα· βοηθήσωμεν αὐτῷ ταῖς εὐχαῖς. μέγα τὸ κοινὸν τῆς ἐκκλησίας δύναται, ἂν μετ' ὀδυρομένης ψυχῆς, ἂν μετὰ συντετριμμένης καρδίας τὰς εὐχὰς ἀνενέγκωμεν. οὐκ ἔστι διαβῆναι πέλαγος, οὐκ ἔστι μακρὰν ἀποδημίαν στείλασθαι· ἕκαστος, καὶ ἑκάστη, καὶ εἰς ἐκκλησίαν ἀπαντῶντες, καὶ οἴκοι μένοντες καλῶμεν μετὰ πολλῆς σπουδῆς τὸν Θεὸν, καὶ πάντως ἐπινεύσει ταῖς δεήσεσι. πόθεν τοῦτο δῆλον; ὅτι σφόδρα βούλεται ἡμᾶς ἀεὶ πρὸς αὐτὸν καταφεύγειν, καὶ ἐν ἅπασιν αὐτοῦ δεῖσθαι, καὶ μηδὲν χωρὶς αὐτοῦ ποιεῖν ἢ λέγειν. ἄνθρωποι μὲν γὰρ, ὅταν συνεχῶς αὐτοὺς ἐνοχλῶμεν [b] ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων πραγμάτων, ναρκῶσι καὶ

[a] Duo Mss. καὶ οὗτος χρηστός.

A verere eam, quæ prima nomen hoc omnibus desiderabile & dulce prædicavit. Apostolorum illa fuit tabernaculum, habitaculum justorum. Nunc hoc primum & solum in principes facinus patratum est, & civitatis mores omne præteritum tempus testatur. Si enim continue seditiones moveret, improbitatem condemnare oporteret: si vero semel hoc omni tempore accidit, certum est, quod non civitatis morum est peccatum, sed eorum qui impudenter & temere in civitatem irruperunt ista insania fuit?

2. Hæc Sacerdos & plura his cum majori dicet fiducia: hæc Imperator audiet: & B ille humanus, & hic fidelis: unde utrinque bonam habemus spem. Plus autem, quam magistri fidei, & Imperatoris humanitati, Dei misericordiæ fidimus: nam & rogato Imperatori, & roganti Sacerdoti ipse medius assistet, Imperatoris cor emolliens, Sacerdotis linguam excitans: hujus verba secundans, illius mentem præparans, ut indulgenter dicta suscipiat & petitionibus annuat. Etenim civitatum omnium nostra Christo carissima, tum propter progenitorum, tum propter vestram virtutem: & si- C cut Petrus inter Apostolos primus Christum prædicavit; sic inter civitates, sicut jam dixi, hæc prima tamquam coronam admirabilem Christianorum tulit appellationem. Si vero ubi decem tantum justi essent, omnes habitantes Deus salvos se facturum promisit: ubi non decem & viginti, neque bis totidem solum, sed multo plures sunt Deum cum omni diligentia colentes, quomodo non oportet bona sperare, & de communi nostra omnium salute confidere? Audivi multos dicentes, *minæ regis leonis similes*, & animo concidentes & lamentantes. Quid igitur adver- D sus illos dicemus? Qui dixit: *Lupi & agni simul pascentur, & pardus cum hædo quiscet, & leo tamquam bos paleas comedet:* & hunc leonem reddere ovem poterit mansuetam. Supplicemus igitur ipsi, & ad ipsum legationes mittamus, & Imperatoris animum penitus corripiet, & ab omni nos instanti angustia liberabit. Pater illic legationem obit, nos hinc ad cælorum regem mittamus legationem, ipsum precibus adjuvemus. Multum Ecclesiæ communio potest, E si anima dolente, si corde contrito preces emittamus. Non opus est mare transire, non opus est longam subire peregrinationem: singuli ac singulæ & ad Ecclesiam occurrentes, & domi manentes multo Deum studio invocemus, & omnino supplicationibus annuet. Unde hoc manifestum? quod vehementer cupiat nos ad ipsum semper confugere, in omnibus ipsum deprecari, & nihil absque ipso vel facere vel dicere. Homines enim, quando ipsis assidue negotium facessimus pro rebus nostris, tor-

Gen. 18. 32.

Prov 19. 12.

Hesai. 11. 7.

Deus vehementer cupit ut homines ad ipsum confugiant.

[b] Alii, περὶ τῶν ἡμετέρων πρ-

pent & tergiversantur, & ægre ferunt: Deus autem prorsus in contrarium; non cum ipsi continue occurrimus pro rebus nostris, sed cum non hoc facimus, tunc maxime indignatur. Audi igitur quid Judæis obji-
Esai. 30. 1. ciat, dicens: *Fecistis consilium & non per me: & pacta, & non per spiritum meum.* Talis enim amantium consuetudo: omnia adamatorum negotia per se fieri volunt, & sine se illos neque facere quidquam, neque dicere. Propterea & Deus non hic tantum, sed & alibi idem rursus expro-
Osee 8. 4. brans dicebat: *Regnaverunt, & non per me: imperaverunt, & non significaverunt mihi.* Ne igitur torpeamus continue ad ipsum confugere, & quod grave fuerit, omnino remedium conveniens accipiet. Terruit homo? Curre ad supernum dominum, & nil grave patieris: sic antiqui calamitates avertebant, non tantum viri, sed & mulieres. Fuit quædam mulier Hebræa, Esther nomine: hæc Esther universum Judæorum populum internecione delendum sic eripuit. Postquam Persarum rex omnes passim Judæos interimi jussit, cum nullus esset qui contra iram illius obsistere posset: splendidiorem vestitum exuta mulier, & sacco amicta, & cinere substrato, divinæ clementiæ supplicabat, ut secum ad regem
Esth. 14. 13. ingrederetur, & hæc precabatur. *Grata, Domine, fac verba mea, & da sermonem ornatum in os meum.* Hæc & pro magistro nos nunc Deum oremus. Si enim mulier pro Judæis supplicans barbaricum cohibere furorem potuit: multo magis doctor noster pro tanta civitate, & cum tanta Ecclesia supplicans, benignissimum & mitissimum hunc Imperatorem flectere poterit. Si enim peccata in Deum solvendi potestatem accepit, multo magis in hominem patrata destruere & delere poterit. Princeps est hic quoque, & quidem illo honoratior: etenim ipsum regium caput sacræ leges ferentes hujus manibus subjecerunt: & quando aliquid boni cælitus requiritur, rex ad Sacerdotem, non Sacerdos ad regem confugere solitus est. Habet enim hic justitiæ loricam, habet & cingulum veritatis, habet & calceamenta multo honestiora ab evangelio pacis: habet & gladium, non ex ferro, sed spiritus: habet & coronam capiti impositam. Splendidior hæc armatura, pretiosiora hæc arma, major fiducia, major vis. Itaque & pro principatus magnitudine, & propria magnanimitate, & ante reliqua omnia, pro firma in Deum spe, cum multa fiducia, & prudentia Imperatorem alloquetur.

3. Ne igitur de salute nostra desperemus, sed supplicemus, precemur, petamus, oremus, ad supernum regem multis cum la-

A ἀναδύονται, καὶ ἀηδῶς πρὸς ἡμᾶς ἔχουσιν· ὁ δὲ Θεὸς τουναντίον ἅπαν, οὐχ ὅταν αὐτῷ συνεχῶς ἐντυγχάνωμεν ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων πραγμάτων, ἀλλ' ὅταν μὴ τοῦτο ποιῶμεν, τότε μάλιστα ἀγανακτεῖ. ἄκουσον γοῦν τί τοῖς Ἰουδαίοις ἐγκαλεῖ, λέγων, ἐποιήσατε βουλὴν, καὶ οὐ δι' ἐμοῦ· καὶ συνθήκας, καὶ οὐ διὰ τοῦ πνεύματός μου. τοιοῦτο γὰρ τῶν φιλούντων τὸ ἔθος, πάντα τὰ τῶν φιλουμένων πράγματα δι' αὐτῶν ἀνύεσθαι βούλονται, καὶ μηδὲν χωρὶς αὐτῶν [a] ἐκείνους ἢ ποιεῖν, ἢ λέγειν. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς, οὐκ ἐνταῦθα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀλλαχοῦ αὐτὸ τοῦτο πάλιν ἐγκαλῶν ἔλεγεν· ἐβασίλευσαν, καὶ οὐ δι' a
B ἐμοῦ· ἦρξαν, καὶ οὐκ ἐγνώρισάν μοι. μὴ τοίνυν ὀκνῶμεν συνεχῶς πρὸς αὐτὸν καταφεύγειν, καὶ ὅπερ ἂν ᾖ δεινὸν, πάντως λήψεται τὴν προσήκουσαν λύσιν. ἐφόβησεν ἄνθρωπος; δράμε πρὸς τὸν ἄνω δεσπότην, καὶ οὐδὲν πείσῃ δεινόν. οὕτως οἱ παλαιοὶ τὰς συμφορὰς ἔλυον, οὐκ ἄνδρες δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες. ἐγένετό τις Ἑβραία γυνὴ, Ἐσθὴρ ἦν τὸ ὄνομα αὐτῆς, αὕτη ἡ Ἐσθὴρ ὅλον τῶν Ἰουδαίων τὸν δῆμον πανωλεθρίᾳ παραδίδοσθαι μέλλοντα, [b] τούτῳ τῷ τρόπῳ ἐξήρπασεν. ἐπειδὴ γὰρ ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς πάντας ἀθρόον ἀναιρεῖσθαι τοὺς Ἰουδαίους ἐκέλευσε, καὶ οὐδεὶς ἦν ὁ πρὸς τὴν ὀργὴν ἐκείνην εἶναι δυνάμενος, b
C ἀποδυσαμένη τὴν φαιδροτέραν στολὴν ἡ γυνὴ, καὶ σάκκῳ περιβαλλομένη, καὶ σποδὸν ὑποστρωσαμένη, παρεκάλει τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν συνεισελθεῖν αὐτῇ πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ τοιαῦτα προσευχομένη πρὸς αὐτὸν ῥήματα ἔλεγε· χαρίτωσον, κύριε, τὰ ῥήματά μου, δὸς λόγον εὔρυθμον εἰς τὸ στόμα μου. ταῦτα καὶ περὶ τοῦ διδασκάλου παρακαλῶμεν νῦν ἡμεῖς τὸν Θεόν. εἰ γὰρ γυνὴ ὑπὲρ Ἰουδαίων παρακαλοῦσα βαρβαρικὸν ἴσχυσε καταστεῖλαι θυμὸν, πολλῷ μᾶλλον ὁ διδάσκαλος ὁ ἡμέτερος ὑπὲρ τοσαύτης πόλεως, καὶ μετὰ τοσαύτης ἐκκλησίας δεόμενος, τὸν πρᾳότατον καὶ ἡμερώτατον βασιλέα τοῦτον πεῖσαι δυνήσεται.
D εἰ γὰρ τὰς εἰς Θεὸν ἁμαρτίας λύειν ἔλαβεν ἐξουσίαν, πολλῷ μᾶλλον τὰς εἰς ἄνθρωπον γινομένας ἀνελεῖν καὶ ἀφανίσαι δυνήσεται. ἄρχων ἐστὶ [c] καὶ αὐτὸς, καὶ ἄρχων ἐκείνου σεμνότερος. καὶ γὰρ αὐτὴν τὴν βασιλικὴν κεφαλὴν οἱ ἱεροὶ νόμοι ταῖς τούτου φέροντες χερσὶν ὑπέταξαν· καὶ ὅταν τι δέοι γενέσθαι χρηστὸν ἄνωθεν, ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν ἱερέα, οὐχ ὁ ἱερεὺς πρὸς τὸν βασιλέα καταφεύγειν εἴωθεν. ἔχει γὰρ οὗτος θώρακα τὸν τῆς δικαιοσύνης, ἔχει καὶ ζώνην τὴν ἀπὸ τῆς ἀληθείας, ἔχει καὶ ὑποδήματα πολλῷ σεμνότερα τὰ ἀπὸ τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης. ἔχει καὶ μάχαιραν, οὐχ ἀπὸ σιδήρου, ἀλλὰ τὴν ἀπὸ τοῦ πνεύματος, c
E ἔχει στέφανον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς κείμενον. λαμπροτέρα αὕτη ἡ πανοπλία, σεμνότερα τὰ ὅπλα, μείζων ἡ παῤῥησία, πλείων ἡ ἰσχύς. ὥστε καὶ ἀπὸ τοῦ τῆς ἀρχῆς ὄγκου, καὶ ἀπὸ τῆς οἰκείας μεγαλοψυχίας, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ἀπὸ τῆς εἰς Θεὸν ἐλπίδος, μετὰ πολλῆς τῆς παῤῥησίας, μετὰ πολλῆς τῆς συνέσεως διαλέξεται τῷ βασιλεῖ.

Μὴ τοίνυν ἀπογινώσκωμεν ὑπὲρ τῆς ἡμῶν αὐτῶν σωτηρίας, ἀλλὰ δεώμεθα, παρακαλῶμεν, ἱκετεύωμεν, προσευχώμεθα πρὸς τὸν ἄνω βασιλέα μετὰ πολλῶν

[a] Tres MSS. ἐκείνους μηδὲ ποιεῖν, μηδὲ λέγειν.

[b] Duo MSS. τούτῳ τῷ τρόπῳ. Infra Savil. & duo MSS. καὶ σάκκοις περιβαλλ- Paulopost, quatuor MSS. & Savil. Θεὸν συνεισελθεῖν. Alii, συνελθεῖν.

[c] Sav. & tres MSS. καὶ οὗτος. Ibid. post σεμνότερος, quidam addunt, καὶ τιμιώτερος. Paulopost Savil. & quinque MSS. ἔχει καὶ οὗτος θώρακα.

δακρύων. ἔχωμεν καὶ τὴν νηστείαν ταύτην σύμμαχον, καὶ A τῆς καλῆς ταύτης συνεφαπτομένην ἡμῖν πρεσβείας. καθάπερ οὖν χειμῶνος παρελθόντος, καὶ θέρους φανέντος, ἕλκει μὲν πρὸς τὸ πέλαγος τὸ πλοῖον ὁ ναύτης, ἀποσμήχει δὲ ὁ στρατιώτης τὰ ὅπλα, καὶ παρασκευάζει τὸν ἵππον εἰς πόλεμον, καὶ γεωργὸς ἀκονᾷ δρέπανον, καὶ ὁδοιπόρος θαῤῥῶν ἀποδημίας ἅπτεται μακρᾶς, καὶ πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἀθλητὴς ἀποδύεται καὶ γυμνοῦται· οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς καθάπερ θέρους πνευματικοῦ τινος τῆς νηστείας φανείσης, καὶ ὡς στρατιῶται τὰ ὅπλα ἀποσμήξωμεν· καὶ ὡς γεωργοὶ, τὴν δρεπάνην ἀκονήσωμεν· καὶ ὡς κυβερνῆται, πρὸς τὰ κύματα τῶν ἀτόπων ἐπιθυμιῶν τοὺς λογισμοὺς ἀντιτάξωμεν· B καὶ ὡς ὁδῖται, τῆς εἰς τὸν οὐρανὸν ἀποδημίας ἁψώμεθα, καὶ ὡς ἀθληταὶ, πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἀποδυσώμεθα. ὁ γὰρ πιστὸς, καὶ γεωργὸς, καὶ κυβερνήτης, καὶ στρατιώτης, καὶ ἀθλητὴς, καὶ ὁδοιπόρος ἐστίν. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλός φησιν· οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας. ἐνδύσασθε οὖν τὴν πανοπλίαν τοῦ θεοῦ. εἶδες τὸν ἀθλητήν; εἶδες τὸν στρατιώτην; εἰ ἀθλητὴς εἶ, γυμνὸν [a] εἰς τὸν ἀγῶνα εἰσελθεῖν σε δεῖ· εἰ στρατιώτης εἶ, καθωπλισμένον ἐπὶ τῆς παρατάξεως ἑστάναι χρή. πῶς οὖν ἀμφότερα ταῦτα εἶναι δυνατὸν, καὶ γυμνὸν εἶναι καὶ οὐ γυμνὸν, καὶ ἐνδεδυμένον καὶ οὐκ ἐν- C δεδυμένον; πῶς; ἐγὼ λέγω. ἀπόδυσαι τὰ βιωτικὰ πράγματα, καὶ γέγονας ἀθλητής· ἔνδυσαι τὰ ὅπλα τὰ πνευματικὰ, καὶ γέγονας στρατιώτης· γύμνωσον σαυτὸν [b] τῶν βιωτικῶν φροντίδων, πάλης γάρ ἐστιν ὁ καιρός· ἔνδυσαι ὅπλα πνευματικὰ, πόλεμος γὰρ ἡμῖν πρὸς δαίμονας συγκεκρότηται χαλεπός. διὰ τοῦτο καὶ γυμνὸν εἶναι χρὴ, ὥστε μηδεμίαν λαβὴν τῷ διαβόλῳ παρασχεῖν παλαίοντι πρὸς ἡμᾶς, καὶ [c] καθοπλίζεσθαι πάντοθεν, ὥστε μηδαμόθεν καιρίαν δέξασθαι πληγήν. γεώργησόν σου τὴν ψυχὴν, καὶ τὰς ἀκάνθας ἔκτεμε, σπεῖρον τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας, τὰ καλὰ τῆς φιλοσοφίας φυτὰ μετὰ πολλῆς θε- D ράπευε τῆς ἐπιμελείας, καὶ γέγονας γεωργός· καὶ ἐρεῖ πρὸς σὲ ὁ Παῦλος, τὸν κοπιῶντα γεωργὸν δεῖ πρῶτον τῶν καρπῶν μεταλαμβάνειν. ταύτην καὶ αὐτὸς μετῄει τὴν τέχνην, διὰ τοῦτο Κορινθίοις ἐπιστέλλων, ἔλεγεν, ἐγὼ ἐφύτευσα, Ἀπολλὼς ἐπότισεν, ὁ δὲ θεὸς ηὔξανεν. ἀκόνησόν σου τὴν δρεπάνην, ἣν ἤμβλυνας διὰ τῆς ἀδηφαγίας, ἀκόνησον δὲ διὰ τῆς νηστείας· ἅψαι τῆς ὁδοιπορίας τῆς εἰς τὸν οὐρανὸν φερούσης, τῆς τεθλιμμένης καὶ στενῆς ἅψαι, καὶ ὅδευσον. πῶς δὲ δυνήσῃ καὶ ἅψασθαι, [d] καὶ ὁδεῦσαι; ὑπωπιάζων σου τὸ σῶμα, καὶ δουλαγωγῶν· ἔνθα γὰρ ὁδοῦ στενοχωρία, μέγα κώλυμα ἡ ἐκ τῆς ἀδηφαγίας πολυ- E σαρκία. κατάστειλον τὰ κύματα τῶν ἀτόπων ἐπιθυμιῶν, ἀπόκρουσαι τὸν χειμῶνα τῶν πονηρῶν λογισμῶν, διάσωσον τὸ σκάφος, πολλὴν ἐπίδειξαι τὴν ἐμπειρίαν, καὶ γέγονας [e] κυβερνήτης. πάντων δὲ τούτων ὑπόθεσις ἡμῖν ἡ νηστεία καὶ διδάσκαλος ἔσται· νηστείαν δὲ οὐ ταύτην λέγω τὴν τῶν πολλῶν, ἀλλὰ τὴν ἀκριβῆ νηστείαν, οὐ τὴν τῶν βρωμάτων ἀποχὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν ἁμαρτημάτων. οὐ γὰρ ἀρκεῖ τῆς νηστείας ἡ φύσις ἐξελέσθαι τοὺς μετιόντας, ἐὰν

[a] Unus, εἰς τὸ στάδιον.
[b] Alii, τῶν κοσμικῶν φροντ-.
[c] Savil. & tres MSS. καθωπλίσθαι. Unus, καθοπλίσαι.

crymis legationem mittamus. Habeamus & jejunium hoc cooperans, in hac pulcra legatione nobis adhærens. Sicut itaque præterita hyeme, & æſtate apparente, nauta navim in mare deducit, miles arma deterget, equumque ad bellum parat, agricola acuit falcem, viator fiduciæ plenus longum iter aggreditur, & ad certamina pugil exſpoliatur, ſeque denudat: ſic & nos jejunio tamquam æſtate quadam ſpirituali apparente, & arma tamquam milites abſtergamus, falcem acuamus tamquam agricolæ, & tamquam nautæ contra abſurdarum cupiditatum fluctus cogitationes opponamus, & ceu viatores ad cælum iter inſtituamus, & quaſi pugiles ad certamina ſpoliemur: fidelis enim, & agricola, & gubernator, & miles, & athleta, & viator eſt. Idcirco Paulus quoque dicit: *Non eſt nobis lucta adverſus ſanguinem & carnem, ſed adverſus principatus & poteſtates: induite igitur armaturam Dei.* Ephes. 6. 12. Vidiſti athletam? vidiſti militem? Si athleta es, nudum in certamen te deſcendere oportet: ſi miles, armatum ad pugnam conſiſtere neceſſe eſt: quomodo igitur hæc utraque ſimul eſſe poſſint, & nudum eſſe, & non nudum: & indutum, & non indutum? Quo tandem modo? ego dicam. Exue vitæ negotia, & athleta factus es: indue arma ſpiritualia, & factus es miles. Teipſum vitæ curis denuda, luctæ enim tempus eſt: arma ſpiritus indue, bellum enim nobis contra dæmones conflatum eſt grave. Propterea & nudum eſſe oportet, ut nullam diabolo nobiſcum luctanti anſam præbeamus: & undique armari, ut nuſquam lethalem plagam accipiamus. Excole animam tuam, & ſpinas excide: ſemina verbum pietatis, pulcras philoſophiæ plantas inſere, & cum multa diligentia repaſtina, & agricola factus es, tibique dicet Paulus: *Laborantem agricolam oportet primum fructus percipere.* 2. Timot. 2. 6. Hanc & ipſe artem tractabat: idcirco Corinthiis ſcribens dicebat: *Ego plantavi: Apollo rigavit, Deus autem incrementum dedit.* 1. Cor. 3. 6. Acue falcem tuam, quam per crapulam hebetaſti, acue per jejunium, aggredere iter in cælum ferens, aſperam & anguſtam viam attinge & ambula. Quomodo autem poteris & attingere & ambulare? Caſtigans corpus tuum, & in ſervitutem redigens: ubi enim via anguſta, magnum impedimentum eſt carnis ex crapula obeſitas. Abſurdas undas concupiſcentiarum reprime, repelle improbarum hyemem cogitationum, ſerva navigium, multam oſtende peritiam, & factus es gubernator. Horum autem omnium nobis materia jejunium & magiſter eſt, jejunium autem dico non hoc vulgare, ſed accuratum jejunium: non tantum ciborum abſtinentiam, ſed & peccatorum: non enim jejunii natura jejunantes

[d] Quidam, ἢ διοδεῦσαι. Ibid. quidam, ὑπωπιάζων.
[e] Aliquot MSS. κυβερνήτης ἄριστος.

eruere valet, nisi congrua cum lege fiat. Etenim athleta, inquit, *non coronatur, nisi legitime certaverit.* Ne igitur inter jejunii laborem a jejunii corona excidamus, discamus qualiter & quomodo hujusmodi negotium tractare debeamus: quoniam & Pharisæus ille jejunavit, sed post jejunium illud descendit inanis, & jejunii fructibus vacuus: Publicanus non jejunavit, & Pharisæum jejunantem præcessit non jejunans, ut discas quod jejunii utilitas nulla, nisi & reliqua omnia consequantur. Jejunaverunt Ninivitæ, & Dei misericordiam elicuerunt: jejunaverunt & Judæi, & nihil profecerunt, sed culpati abierunt. Quia igitur tantum jejunii periculum est nescientibus quomodo jejunare oportet: jejunii leges discamus: ne in incertum curramus, ne aërem verberemus, neu pugnantes cum umbra dimicemus. Medicina est jejunium: sed medicina licet millies utilis sit, per utentis imperitiam inutilis sæpe fit: nam nosse oportet & tempus quo ipsam adhibere opus sit, & ipsius medicamenti quantitatem, & corporis temperiem, & regionis naturam, & anni tempus, & congruum victum, & multa alia: quorum si quodlibet prætermissum fuerit, reliquis omnibus quæ dicta sunt, nocebit. Si autem ubi corpori mederi oportet, tanta nobis opus est diligentia: multo magis cum animam curemus, & cogitationibus medeamur, omnia scrutari, & cum omni sedulitate considerare necesse est.

2.Tim.2.5.

Luc. 18.

Jejunii utilitas nulla nisi a vitiis abstineamus.

4. Videamus igitur quomodo Ninivitæ jejunaverunt, & quomodo ab illa liberati sunt ira. *Homines, & jumenta, & oves, & boves ne pascantur*, inquit. Quid dicis? & bruta jejunant & equi: & muli sacco vestiuntur? Etiam, inquit: sicut enim divite aliquo mortuo, non servos solos & ancillas, sed & equos necessarii sacco amicientes, & agasonibus tradentes ad sepulcrum sequi jubent, calamitatis magnitudinem ostentantes, & omnes ad misericordiam allicientes: sic & civitate illa de extremis periclitante, & brutam naturam sacco circumtexerunt & jejunii jugo subjecerunt. Non licet brutis sermone Dei iram discere, discant fame, quod a Deo infligatur plaga: etenim si dirueretur, inquit, civitas, non tantum nostri inhabitantium, sed & horum una esset communis sepultura. Quæ igitur pœnæ partem habitura sunt, ea jejunii quoque partem capiant. Et aliud quiddam tunc fecerunt, quod & prophetæ faciunt: etenim illi cum flagellum aliquod intolerabile de cælis ferri viderint, atque puniendos sine fiducia esse, confusione plenos, neque venia neque excusatione ulla dignos, nec habeant quid faciant, nec unde condemnatis præbeant patrocinium, ad bruta confugiunt, & illorum mortem deplorantes, ex his supplicationem faciunt, miserabilem & luctuosam

A μὴ μετὰ τοῦ προσήκοντος γίνηται νόμου. καὶ γὰρ ἀθλητὴς, φησὶν, οὐ στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ. ἵνα οὖν μὴ πόνον ὑπομείναντες νηστείας ἐκπέσωμεν τοῦ στεφάνου τῆς νηστείας, μάθωμεν πῶς, καὶ τίνα τρόπον τὸ πρᾶγμα μετιέναι χρή. ἐπεὶ καὶ ὁ Φαρισαῖος ἐκεῖνος ἐνήστευσεν, ἀλλὰ μετὰ τὴν νηστείαν ἐκείνην κατῆλθεν ἔρημος καὶ κενὸς τῶν ἀπὸ τῆς νηστείας καρπῶν· ὁ τελώνης οὐκ ἐνήστευσε, καὶ ἔμπροσθεν γέγονεν ἐκείνου τοῦ νηστεύσαντος ὁ μὴ νηστεύσας, ἵνα μάθῃς ὅτι νηστείας ὄφελος οὐδὲν, ἂν μὴ καὶ τὰ λοιπὰ ἕπηται πάντα. ἐνήστευσαν οἱ Νινευῖται καὶ ἐπεσπάσαντο τὴν τοῦ θεοῦ εὔνοιαν· ἐνήστευσαν καὶ
B Ἰουδαῖοι, καὶ πλέον οὐδὲν ἔπραξαν, ἀλλὰ καὶ κατηγορηθέντες ἀπῆλθον. ἐπεὶ οὖν τοσοῦτος ὁ κίνδυνος τῆς νηστείας τοῖς οὐκ εἰδόσιν ὅπως χρὴ νηστεύειν, μάθωμεν τῆς νηστείας τοὺς νόμους, ἵνα μὴ τρέχωμεν ἀδήλως, μηδὲ ἀέρα δέρωμεν, μηδὲ σκιαμαχῶμεν πυκτεύοντες. φάρμακόν ἐστιν ἡ νηστεία· ἀλλὰ τὸ φάρμακον, κἂν μυριάκις ὠφέλιμον ᾖ, πολλάκις ἄχρηστον γίνεται διὰ τὴν ἀπειρίαν τοῦ χρωμένου. καὶ γὰρ καὶ καιρὸν εἰδέναι χρὴ καθ' ὃν δεῖ τοῦτο ἐπιτιθέναι, καὶ ποσότητα αὐτοῦ τοῦ φαρμάκου, καὶ σώματος κρᾶσιν τὴν δεχομένην, καὶ χώρας φύσιν, καὶ ὥραν ἔτους, καὶ δίαιταν κατάλληλον, καὶ πολλὰ ἕτερα· ὧν ὅπερ ἂν παροφθείη, τοῖς ἄλλοις λυμαίνεται πᾶσι τοῖς εἰρημέ-
C νοις. εἰ δὲ ἔνθα σῶμα θεραπεύειν δεῖ, τοσαύτης ἡμῖν ἀκριβείας χρεία, πολλῷ μᾶλλον ὅταν ψυχῆς ἐπιμελώμεθα, καὶ λογισμοὺς θεραπεύωμεν, πάντα διερευνᾶσθαι καὶ σκοπεῖν ἀναγκαῖον μετὰ ἀκριβείας ἁπάσης.

Ἴδωμεν τοίνυν πῶς ἐνήστευσαν οἱ Νινευῖται, καὶ πῶς τῆς ὀργῆς ἀπηλλάγησαν ἐκείνης. οἱ ἄνθρωποι καὶ τὰ κτήνη, καὶ τὰ πρόβατα καὶ οἱ βόες μὴ νεμέσθωσαν, φησί. τί λέγεις, εἰπέ μοι; καὶ τὰ ἄλογα νηστεύει; καὶ ἵπποι, καὶ ἡμίονοι σάκκῳ περιβάλλονται; ναὶ, φησί. καθάπερ γὰρ εὐπόρου τινὸς τελευτήσαντος, οὐκ οἰκέτας μόνον, οὐδὲ θεραπαινίδας, ἀλλὰ καὶ ἵππους οἱ προσήκοντες σάκκῳ
D περιβάλλοντες, καὶ τοῖς ἱπποκόμοις αὐτοὺς ἐγχειρίσαντες, ἀκολουθεῖν ἐπὶ τὸ μνῆμα κελεύουσι, τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς ἐπιδεικνύμενοι, καὶ πρὸς ἔλεον ἅπαντας ἐπισπώμενοι· οὕτω δὴ καὶ τῆς πόλεως ἐκείνης ἀπόλλυσθαι μελλούσης, καὶ τὴν ἄλογον φύσιν σάκκῳ περιέβαλον, καὶ ζυγῷ νηστείας ὑπέβαλον. οὐκ ἔστι, τὰ ἄλογα, φησὶ, λόγῳ μαθεῖν τοῦ θεοῦ τὴν ὀργὴν, [a] μανθανέτωσαν λιμῷ, ὅτι θεήλατος ἡ πληγή. καὶ γὰρ εἰ κατενεχθείη, φησὶν, ἡ πόλις, οὐχ ἡμῶν μόνον τῶν ἐνοικούντων, ἀλλὰ καὶ τούτων εἷς ἔσται τάφος κοινός. τὰ τοίνυν μέλλοντα κοινωνεῖν τῆς κο-
E λάσεως, κοινωνείτω καὶ τῆς νηστείας. καὶ ἕτερον δέ τι κατεσκεύαζον ἐντεῦθεν, ὃ καὶ οἱ προφῆται ποιοῦσι· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἐπειδὰν ἴδωσι πληγήν τινα ἀφόρητον ἐκ τῶν οὐρανῶν φερομένην, εἶτα τοὺς κολάζεσθαι μέλλοντας ἀπαρρησιάστους ὄντας, αἰσχύνης γέμοντας, οὐδὲ μιᾶς συγγνώμης, οὐδὲ ἀπολογίας ὄντας ἀξίους· οὐκ ἔχοντες ὅ τι πράξωσιν, οὐδὲ ὅθεν πορίσονται τοῖς κατακριθεῖσιν ἀπολογίαν, ἐπὶ τὰ ἄλογα καταφεύγουσι, καὶ τὸν ἐκείνων ἐκτραγῳδοῦντες θάνατον, ἀπὸ τούτων ποιοῦνται τὴν ἱκετηρίαν, τὴν ἐλεεινὴν αὐτῶν καὶ πολυθρήνητον ἀπώλειαν

[a] Savil. & quatuor MSS. μανθανέτωσαν διὰ τοῦ λιμοῦ.

προβαλλόμενοι.

προσβαλλόμενοι. λιμοῦ τοίνυν ποτὲ καταλαβόντος τοὺς A Ἰουδαίους, καὶ πολλοῦ τὴν χώραν αὐχμοῦ κατέχοντος, καὶ πάντων δαπανωμένων, ὁ μὲν τῶν προφητῶν ἔλεγεν, ἐσκίρτησαν δαμάλεις ἐπὶ ταῖς φάτναις αὐτῶν, ἔκλαυσαν βουκόλια βοῶν, ὅτι οὐχ ὑπῆρχε νομή· πάντα τὰ κτήνη τοῦ πεδίου ἀνέβλεψαν πρὸς σὲ, ὅτι ἐξηράνθησαν ἀφέσεις ὑδάτων· ὁ δὲ τὰ ἐκ τῆς ἀβροχίας θρηνῶν κακὰ, πάλιν οὑτωσί πως ἔλεγεν· ἔλαφοι ἐν ἀγρῷ ἔτεκον, καὶ ἐγκατέλιπον, ὅτι οὐκ ἦν βοτάνη· ὄναγροι ἔστησαν ἐπὶ νάπαις, εἵλκυσαν ἄνεμον ὡς δράκων, ἐξέλιπον οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν, ὅτι οὐκ ἦν χόρτος. διὰ τοῦτο καὶ τήμερον ἠκούσατε τοῦ Ἰωὴλ λέγοντος, ἐξελθέτω νυμφίος ἐκ τοῦ κοιτῶνος B αὐτοῦ, καὶ νύμφη ἐκ τοῦ παστοῦ αὐτῆς, νήπια θηλάζοντα
[a] μαστούς. τίνος γὰρ ἕνεκεν, εἰπέ μοι, τὴν ἄωρον ἡλικίαν [a] καλεῖ πρὸς ἱκετηρίαν; διὰ τὴν αὐτὴν ταύτην αἰτίαν. ἐπειδὴ γὰρ οἱ εἰς ἄνδρας τελοῦντες ἅπαντες παρώξυναν καὶ παρώργισαν τὸν θεὸν, ἡ τῶν ἁμαρτημάτων ἄπειρος ἡλικία,
[b] φησὶ, παρακαλείτω [b] τὸν ὀργιζόμενον. ἀλλ' ὅπερ ἔλεγον, ἴδωμεν τί ποτέ ἐστι τὸ λῦσαν τὴν ἀπαραίτητον ἐκείνην
[c] ὀργήν. ἆρα ἡ νηστεία [c] μόνον, καὶ ὁ σάκκος; οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ἀλλ' ἡ παντὸς τοῦ βίου μεταβολή. πόθεν τοῦτο δῆλον; ἀπ' αὐτῶν τῶν προφητικῶν ῥημάτων. ὁ γὰρ περὶ τῆς ὀργῆς τοῦ θεοῦ διαλεχθεὶς καὶ τῆς ἐκείνων νηστείας, αὐτὸς C αὐτὴν τήν τε καταλλαγὴν λέγων, καὶ τῆς καταλλαγῆς τὴν αἰτίαν διδάσκων, οὑτωσί πως φησί· καὶ εἶδε τὰ ἔργα αὐτῶν ὁ θεός. ἔργα ποῖα; ὅτι ἐνήστευσαν; ὅτι σάκκον περιεβάλλοντο; οὐδὲν τούτων, ἀλλὰ πάντα ταῦτα σιγήσας, ἐπήγαγεν· ὅτι ἀπέστρεψεν ἕκαστος ἀπὸ τῶν ὁδῶν αὐτοῦ τῶν πονηρῶν, καὶ μετενόησεν ἐπὶ τῇ κακίᾳ ᾗ ἐλάλησε ποιῆσαι αὐτοῖς ὁ κύριος. ὁρᾷς ὅτι οὐχ ἡ νηστεία ἐξήρπασε τοῦ κινδύνου, ἀλλ' ἡ μεταβολὴ τοῦ βίου τὸν θεὸν κατέστησεν ἵλεω τοῖς βαρβάροις καὶ εὐμενῆ; ταῦτα εἶπον, οὐχ ἵνα νηστείαν ἀτιμάζωμεν, ἀλλ' ἵνα νηστείαν τιμῶμεν. τιμὴ γὰρ νηστείας, οὐχὶ σιτίων ἀποχὴ, ἀλλ' ἁμαρτημάτων D ἀναχώρησις. ὡς ὅ γε τῇ τῶν βρωμάτων ἀποχῇ μόνον ὁρίζων τὴν νηστείαν, οὗτός ἐστιν ὁ μάλιστα ἀτιμάζων αὐτήν. νηστεύεις; δεῖξόν μοι διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν. ποίων ἔργων, φησίν; ἐὰν ἴδῃς πένητα, ἐλέησον· ἐὰν ἴδῃς ἐχθρὸν, καταλλάγηθι· ἐὰν ἴδῃς φίλον εὐδοκιμοῦντα, μὴ βασκήνῃς· ἐὰν ἴδῃς γυναῖκα εὔμορφον, παράβηθι. μὴ γὰρ δὴ στόμα νηστευέτω μόνον, ἀλλὰ καὶ ὀφθαλμὸς, καὶ ἀκοὴ, καὶ πόδες, καὶ χεῖρες, καὶ πάντα τὰ τοῦ σώματος ἡμῶν μέλη. νηστευέτωσαν χεῖρες ἁρπαγῆς καὶ πλεονεξίας καθαρεύουσαι· νηστευέτωσαν πόδες, δρόμων τῶν ἐπὶ τὰ παράνομα θέατρα ἀφιστάμενοι· νηστευέτωσαν ὀφθαλμοὶ παιδευόμενοι μηδέποτε ὄψεσιν εὐμόρφοις ἐπιπηδᾷν, E μηδὲ ἀλλότρια περιεργάζεσθαι κάλλη. τροφὴ γὰρ ὀφθαλμῶν θεωρία· ἀλλὰ ἂν μὲν παράνομος ᾖ καὶ κεκω-
[d] λυμένη, λυμαίνεται [d] τῇ νηστείᾳ, καὶ πᾶσαν ἀνατρέπει τῆς ψυχῆς τὴν σωτηρίαν· ἂν δὲ ἔννομος καὶ ἀσφαλὴς, κοσμεῖ τὴν νηστείαν. καὶ γὰρ τῶν ἀτοπωτάτων ἂν εἴη ἐπὶ μὲν βρωμάτων καὶ τῆς συγκεχωρημένης ἀφίστασθαι τροφῆς διὰ τὴν νηστείαν, ἐπὶ δὲ τῶν ὀφθαλμῶν καὶ τῆς κεκωλυμένης

ipsorum perniciem proponentes. Cum igitur fames olim Judæos comprehendisset, & multa regionem siccitas premeret, & omnia consumerentur: unus prophetarum dicebat: *Resilierunt juvencæ apud præsepia sua, fleverunt armenta boum, quoniam non erant pascua: omnia jumenta terræ respexerunt ad te, quoniam exsiccatæ sunt emissiones aquarum*: alter ex siccitate nata mala lugens, rursum sic fere dicit: *Cervæ in agro pepererunt & dereliquerunt, quoniam non erat herba, onagri in saltibus substiterunt, attraxerunt ventum sicut draco, defecerunt ipsorum oculi, quoniam non erat fœnum.* Propterea & hodie Joël dicentem audistis, *Egrediatur sponsus e cubiculo suo, & sponsa e thalamo suo, infantes sugentes ubera.* Qua de causa, dic mihi, immaturam ætatem ad supplicationem vocat? Utique certum est quod propter eamdem ipsam causam? quoniam enim omnes viri ætate perfecti exacerbaverunt Deum, & ad iracundiam concitaverunt, ætas, inquit, peccatorum expers irato supplicet. Sed ut dicebam, videamus quid tandem sit, quod inevitabilem illam iram solverit: num jejunium solum & saccus? nequaquam, sed totius vitæ mutatio. Unde hoc manifestum? ab ipsis propheticis verbis. De Dei enim ira loquutus & illorum jejunio, idem conciliationem & conciliationis causam dicens, sic inquit, *Et vidit Deus opera ipsorum.* Qualia opera? quod jejunaverunt? quod saccum induerunt? nihil horum, sed hæc omnia tacens intulit: *Quoniam conversus est quisque a viis suis malis, & pœnituit Dominum mali, quod ipsis se facturum dixerat.* Cernis quod non jejunium periculo eripuit, sed vitæ mutatio Deum barbaris placatum & benevolum reddidit? Hæc dixi, non ut jejunium contemnamus, sed ut jejunium honoremus: honor enim jejunii non ciborum abstinentia, sed peccatorum fuga. Ita ut qui ciborum abstinentia tantum jejunium definiat, is maxime ipsum vituperet. Jejunas? demonstra mihi per ipsa opera. Qualia, inquis, opera? Si pauperem videris, miserere: si inimicum videris, conciliare: si amicum laudabiliter agentem videris, ne invideas: si mulierem videris speciosam, prætereas. Non enim os tantum jejunet, sed & oculus, & auditus, & pedes, & manus, & omnia corporis nostri membra jejunent. Jejunent manus a rapina & avaritia mundæ: jejunent pedes ad illicita spectacula cursum reprimentes: jejunent oculi discentes numquam formosis obtutibus insilire, nec alienas curiose pulcritudines spectare. Cibus enim oculorum spectatio: sed si illegitima sit & prohibita, jejunio nocet, & omnem animæ salutem subvertit: si vero legitima & concessa, ornat jejunium. Etenim absurdissimum esset, cibum sumendo etiam a concessa abstinere esca per jejunium, oculis autem utendo etiam prohibitam at-

Joël. 1. 17.

Jerem. 10. 6.

Joël. 2. 16.

Jonæ 3. 10.

Jejunii vera ratio.

[a] Alii, καλεῖς.
[b] Savil. & tres MSS. τὸν ὀργιζόμενον.
[c] Alii, μόνη.
[d] Tres MSS. τὴν νηστείαν.

tingere. Non comedis carnes? neque lasciviam per oculos haurias. Jejunet & auris: aurium autem jejunium detractiones & calumnias non suscipere: Auditum enim vanum non suscipies, inquit. *Exod. 23. 1.*

5. Jejunet quoque os a verbis turpibus & convitio. Quæ enim utilitas cum avibus quidem & piscibus abstineamus, fratres vero mordeamus & comedamus? Detrahens fraternas carnes comedit, proximi carnem momordit: propterea & Paulus terruit, dicens: *Si autem vos invicem mordetis & comeditis, videte ne ab invicem consumamini.* Non infixisti dentes carni, sed animæ maledictum, improbam suspicionem infixisti, vulnerasti, innumeris affecisti malis & teipsum, & illum, & alios plures: etenim audientem pejorem fecisti, proximum calumnians: sive enim peccator sit, tum segnior fit, peccati communicatorem nactus: sive justus sit; in arrogantiam tollitur, & inflatur ex aliorum peccato, magna de seipso sentire persuasus. Insuper communem ecclesiæ statum læsisti: non enim omnes audientes peccatorem solum accusant, sed opprobria Christianorum genti infliguntur: nec audias infideles dicere, illum fornicatorem esse & dissolutum, sed pro eo qui peccavit, Christianos omnes calumniis insectari. Ad hæc Dei gloriam blasphemari fecisti: sicut enim nobis laudabiliter viventibus Dei nomen glorificatur, sic peccantibus blasphematur, & contumelia afficitur. Quartum, male audientem pudore affecisti, & sic impudentiorem reddidisti, inimicum & hostem faciens. Quintum, teipsum pœnæ & castigationis reum fecisti, negotia ad te nihil attinentia texens. Ne quis enim hoc mihi dicat, tunc detraho, cum falsa dico; si autem vera dico, minime. Nam licet vera loquens maledixeris, & hoc est crimen: etenim Pharisæus ille publicano veridicus maledixit, sed tamen hoc ipsi nihil profuit. Nonne quæso, Publicanus erat publicanus & peccator? Cuique certum est, quod publicanus erat, sed quoniam ipsum vituperavit Pharisæus, abiit omnibus amissis. Vis fratrem corrigere? lacryma, ora Deum, seorsum apprehensum admone, consule, exhortare: sic & Paulus faciebat, *Ne iterum cum venero, humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex iis, qui ante peccaverunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia quam gesserunt.* Declara caritatem erga peccatorem: persuade ipsi, quod consulens & curans, non traducere volens, peccati ipsum commonefacis: comprehende pedes, osculare, ne erubescas, si modo vere mederi vis. Hæc & medici faciunt sæpius qui difficiles ægrotos habent, deosculantes, rogantes persuadent salutarem sumere medicinam: ita tu quoque fac, sacerdoti vulnus manifesta: hoc est curantis, hoc provi-

Galat. 5. 15. — *Luc. 18.* — *2. Cor. 12. 21.* — *Confessio.*

A ἀπέχεσθαι. οὐκ ἐσθίεις κρέα; μὴ φάγῃς ἀκολασίαν διὰ τῶν ὀφθαλμῶν. νηστευέτω καὶ ἀκοή· νηστεία δὲ ἀκοῆς, μὴ δέχεσθαι κατηγορίας καὶ διαβολάς· ἀκοὴν γὰρ ματαίαν μὴ παραδέξῃ, φησί.

Νηστευέτω καὶ στόμα ἀπὸ ῥημάτων αἰσχρῶν καὶ λοιδορίας. τί γὰρ ὄφελος ὅταν ὀρνίθων μὲν καὶ ἰχθύων ἀπεχώμεθα, τοὺς δὲ ἀδελφοὺς δάκνωμεν καὶ κατεσθίωμεν; ὁ κατηγορῶν ἀδελφικὰ κρέα ἔφαγεν, [a] τὴν σάρκα τοῦ πλησίον ἔδακε. διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος ἐφόβησεν εἰπών· εἰ δὲ ἀλλήλους δάκνετε καὶ κατεσθίετε, βλέπετε μὴ ὑπὸ ἀλλήλων ἀναλωθῆτε. οὐκ ἐνέπηξας τῇ σαρκὶ τοὺς ὀδόντας, B ἀλλ' ἐνέπηξας τῇ ψυχῇ τὴν κατηγορίαν, τὴν πονηρὰν ὑπόληψιν ἔτρωσας, μυρία εἰργάσω κακὰ καὶ σαυτὸν, καὶ ἐκεῖνον, καὶ ἑτέρους πλείονας. καὶ γὰρ τὸν ἀκούσαντα χείρονα εἰργάσω, διαβάλλων τὸν πλησίον. ἄν τε γὰρ ἁμαρτωλὸς ᾖ, [b] ῥᾴθυμος γίνεται κοινωνὸν εὑρὼν τῆς ἁμαρτίας· ἄν τε δίκαιος ᾖ, εἰς ἀπόνοιαν αἴρεται, καὶ φυσᾶται ἐκ τῆς ἑτέρων ἁμαρτίας, μεγάλα περὶ ἑαυτοῦ φαντάζεσθαι παραγόμενος. μετὰ τούτων, τὸ κοινὸν τῆς ἐκκλησίας ἔβλαψας· οὐ γὰρ δὴ τὸν ἡμαρτηκότα διαβάλλουσιν ἅπαντες οἱ ἀκούοντες, ἀλλὰ τὰ ὀνείδη τὸ Χριστιανῶν ἔθνος περιτρίβεται· οὐδέ ἐστιν ἀκοῦσαι ἀπίστων λεγόντων, ὅτι ὁ δεῖνα πόρνος ἐστὶ καὶ ἀκόλαστος, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ D πεπλημμεληκότος, τοὺς Χριστιανοὺς ἅπαντας διαβάλλουσι. πρὸς τούτοις τοῦ θεοῦ τὴν δόξαν βλασφημεῖσθαι παρεσκεύασας. ὥσπερ γὰρ εὐδοκιμούντων ἡμῶν τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ δοξάζεται, οὕτως ἁμαρτανόντων βλασφημεῖται καὶ ὑβρίζεται. τέταρτον, τὸν κακῶς ἀκούσαντα κατῄσχυνας, καὶ ἀναισχυντότερον ταύτῃ πεποίηκας, ἐχθρὸν καὶ πολέμιον καταστήσας. πέμπτον, ἑαυτὸν ὑπεύθυνον κολάσει καὶ τιμωρίᾳ πεποίηκας, πράγματα τὰ μηδὲν σαυτῷ προσήκοντα πλέξας. μὴ γάρ μοι τοῦτο λεγέτω τις, ὅτι τότε κατηγορῶ, ἐπειδὰν ψευδῆ εἴπω· ἐὰν δὲ C ἀληθεύω, οὐκέτι. κἂν ἀληθεύων εἴπῃς κακῶς, καὶ τοῦτο ἔγκλημα. καὶ γὰρ ὁ Φαρισαῖος ἐκεῖνος τὸν τελώνην εἶπε κακῶς ἀληθεύων, ἀλλ' ὅμως οὐδὲν αὐτῷ τοῦτο περιέστη. εἰπὲ γάρ μοι, τελώνης οὐκ ἦν ὁ τελώνης καὶ ἁμαρτωλός; παντί που δῆλον ὅτι τελώνης· ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ αὐτὸν ἐκάκισεν ὁ Φαρισαῖος, ἀπῆλθεν ἅπαντα ἀπολέσας. βούλει διορθῶσαι τὸν ἀδελφόν; δάκρυσον, εὖξαι τῷ θεῷ, κατιδίαν λαβὼν παραίνεσον, συμβούλευσον, παρακάλεσον. οὕτω καὶ ὁ Παῦλος ἐποίει, μήπως ἐλθόντα με, φησὶ, ταπεινώσῃ ὁ θεὸς, καὶ πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων, καὶ μὴ μετανοησάντων ἐπὶ τῇ ἀκαθαρσίᾳ καὶ E πορνείᾳ, καὶ ἀσελγείᾳ ᾗ ἔπραξαν. δεῖξον ἀγάπην περὶ τὸν ἡμαρτηκότα· πεῖσον αὐτὸν ὅτι κηδόμενος καὶ φροντίζων οὐκ ἐκπομπεῦσαι βουλόμενος, [c] περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτὸν ὑπομιμνήσκεις, κάτασχε πόδας, καταφίλησον, μὴ ἐπαισχυνθῇς, εἴγε ἀληθῶς ἰατρεῦσαι βούλει. ταῦτα καὶ ἰατροὶ ποιοῦσι, πολλάκις δυσαρέστως ἔχοντας τοὺς κάμνοντας καταφιλοῦντες, παρακαλοῦντες ἀναπείθουσι σωτήριον δέξασθαι φάρμακον· οὕτω καὶ σὺ ποίησον· τῷ ἱερεῖ δεῖξον τὸ ἕλκος, τοῦτό ἐστι κηδομένου, τοῦτο προ-

[a] Alii, τὴν δὲ σάρκα, alii, τὴν γὰρ σάρκα.
[b] Savil. & unus, ῥαθυμότερος.

[c] In aliis περὶ deest.

A νοοῦντος, τοῦτο φροντίζοντος. οὐ τοῖς κακῶς δὲ μόνον λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀκούουσι κακῶς λεγομένους ἑτέρους παραινῶ τὰς ἀκοὰς ἀποφράττειν, καὶ τὸν προφήτην μιμεῖσθαι τὸν λέγοντα· τὸν καταλαλοῦντα λάθρα τὸν πλησίον αὐτοῦ τοῦτον ἐξεδίωκον. εἰπὲ πρὸς τὸν πλησίον, ἔχεις ἐπαινέσαι τινὰ καὶ ἐγκωμιάσαι; ἀνοίγω τὰς ἀκοὰς ἵνα δέξωμαι τὰ μύρα· ἂν δὲ κακῶς ἐθέλῃς εἰπεῖν, ἀποφράττω τὴν εἴσοδον τοῖς ῥήμασιν· οὐ γὰρ ἀνέχομαι κόπρον καὶ βόρβορον δέχεσθαι· τί μοι τὸ κέρδος ἐκ τοῦ μαθεῖν ὅτι πονηρὸς ὁ δεῖνα; μέγιστον μὲν οὖν ἀπὸ τούτου βλάβος καὶ ἐσχάτη ζημία. εἰπὲ πρὸς αὐτὸν, μεριμνήσωμεν τὰ ἡμέτερα, πῶς τῶν πεπλημμελημένων ἡμῖν εὐθύνας δώσωμεν, καὶ τὴν περιεργίαν ταύτην, καὶ τὴν B πολυπραγμοσύνην εἰς τὴν ζωὴν τὴν ἡμετέραν ἐπιδειξώμεθα. ποίαν ἕξομεν ἀπολογίαν, τίνα συγγνώμην, ὅταν τὰ ἡμέτερα μὲν μηδὲ εἰς νοῦν λαμβάνωμεν, τὰ δὲ ἀλλότρια οὕτω φιλοπραγμονῶμεν; καὶ ὥσπερ εἰς οἰκίαν παρακύψαι, καὶ τὰ ἔνδον [a] σκοπῆσαι παριόντα αἰσχρὸν καὶ πολλῆς αἰσχύνης γέμον· οὕτω καὶ βίον ἀλλότριον περιεργάζεσθαι, ἀνελευθερίας ἐσχάτης. τὸ δὲ τούτου καταγελαστότερον ὅτι τοιοῦτον ἔχοντες βίον, καὶ τῶν οἰκείων ἀμελοῦντες, ἐπειδὰν εἴπωσί τι τῶν ἀπορρήτων, παρακαλοῦσι τὸν ἀκούσαντα, καὶ ὁρκοῦσι μηδενὶ λοιπὸν εἰπεῖν ἑτέρῳ, αὐτόθεν δηλοῦντες ὅτι πρᾶγμα ἄξιον κατηγορίας ἐποίησαν. εἰ C γὰρ ἐκεῖνον μηδενὶ εἰπεῖν ἑτέρῳ παρακαλεῖς, πολλῷ μᾶλλόν σε πρότερον τούτῳ ταῦτα εἰπεῖν οὐκ ἐχρῆν. κατεῖχες ἐν ἀσφαλείᾳ τὸν λόγον, ὅτε αὐτὸν προέδωκας, τότε τῆς σωτηρίας αὐτοῦ φροντίζεις· εἰ βούλῃ μὴ ἐξενεχθῆναι, εἰς ἕτερον μηδὲ αὐτὸς εἴπῃς· ὅτε δὲ ἑτέρῳ προέδωκας τοῦ λόγου τὴν φυλακὴν, περιττὰ ποιεῖς καὶ ἀνόνητα παραγγέλλων καὶ ὁρκῶν ὑπὲρ τῆς τῶν εἰρημένων φυλακῆς. ἀλλ' ἡδὺ τὸ κακηγορεῖν· ἡδὺ μὲν οὖν τὸ μὴ λέγειν κακῶς. ὁ μὲν γὰρ εἰπὼν κακῶς, ἐναγώνιος λοιπόν ἐστιν, ὑποπτεύει, καὶ δέδοικε, μεταμελεῖ, καὶ κατεσθίει τὴν ἑαυτοῦ γλῶτταν, δεδοικὼς καὶ τρέμων, μή ποτε εἰς ἑτέρους ἐξενεχθὲν τὸ ῥῆμα, μεγάλην ἐπαγάγῃ τὸν κίνδυνον, D καὶ περιττὴν ἔχθραν, καὶ ἀνόνητον ἐργάσηται τοῖς εἰρηκόσιν. ὁ δὲ παρ' ἑαυτῷ κατέχων, ἐν ἀσφαλείᾳ πολλῇ μετὰ πολλῆς βιώσεται τῆς ἡδονῆς. ἤκουσας λόγον, φησὶν, ἐναποθανέτω σοι· θάρσει, οὐ μή σε ῥήξει· τί ἐστιν ἐναποθανέτω σοι; σβέσον αὐτὸν, κατάχωσον, μὴ συγχωρήσῃς ἐξελθεῖν, μηδὲ κινηθῆναι τὸ παράπαν· ἀλλὰ μάλιστα μὲν οὖν σπούδαζε, μηδὲ ἀνέχεσθαι τῶν λεγόντων ἑτέρους κακῶς. ἂν δ' ἄρα ποτὲ καὶ δέξῃ, κατάχωσον, ἀπόκτεινον τὸ λεχθὲν, λήθῃ παράδος, ἵνα τοῖς μὴ ἀκηκοόσιν ὅμοιος γένῃ, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς εἰρήνης καὶ τῆς ἀσφαλείας τὸν παρόντα διάγῃς βίον. ἂν μάθωσιν οἱ κακηγό- E ροι, ὅτι τῶν διαβαλλομένων μᾶλλον ἡμεῖς αὐτοὺς ἀποστρεφόμεθα, παύσονται καὶ αὐτοί ποτε τῆς πονηρᾶς συνηθείας ταύτης, καὶ διορθώσονται τὸ ἁμάρτημα, καὶ ἐπαινέσονται μετὰ ταῦτα, καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς ὡς σωτῆρας αὐτῶν ὁμολογοῦντες καὶ εὐεργέτας ἀνακηρύξουσιν. ὥσπερ γὰρ τὸ καλῶς λέγειν καὶ ἐγκωμιάζειν ἀρχὴ φιλίας ἐστὶν, οὕτως τὸ κακῶς λέγειν καὶ διαβάλλειν ἔχθρας, καὶ ἀπεχθείας, καὶ τῶν μυ-

[a] Savil. & duo MSS. κατασκοπῆσαι, Morel. & alii, σκοπῆσαι.

A dentis, hoc consulentis. Non solos autem maledicos, sed & aliis detrahi audientes admoneo aures obstruere, & Prophetam imitari dicentem: *Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar.* (Psal. 100. 5.) Dic proximo: habes aliquem, quem laudes & commendes? aures aperio, ut unguenta suscipiam: si vero male velis dicere, verbis ingressum obturo: non enim stercus & cœnum accipere sustineo, Quod mihi lucrum, si didicero, illum esse improbum? imo maximum nocumentum ex hoc, & extrema jactura. Loquere ad ipsum; curemus nostra, quomodo peccatorum rationem reddamus, & curiosi- B tatem hanc & operosam indagationem circa vitam nostram exhibeamus. Quam enim habebimus excusationem, quam veniam, cum nostra ne in mentem quidem veniant, aliena vero curiose scrutemur? Sicut in domum se inclinare, & interiora considerare, prætereunti turpe est, & multa ignominia plenum: sic & circa alienam vitam satagere, illiberalitatis extremæ est. Hoc vero ridiculum magis est, quod talem habentes vitam, & res suas negligentes, cum aliquid arcanum dixerint, rogant audientem & adjurant, ne cuiquam alteri dicat: hinc declarantes, se rem reprehensione dignam commisis- C se. Si enim illum, ut nemini dicat, rogas: multo magis te priorem huic dicere non oportebat. In tuto sermonem habebas: postquam ipsum prodidisti, tunc salutem ipsius curas: si non vis efferri, neque alteri ipse dicas: postquam vero alteri prodidisti sermonis custodiam, superflua facis & inutilia admonens, & obtestans pro dictorum custodia. Sed jucundum detrahere; imo jucundum non detrahere. Qui detrahit enim deinceps anxius est, suspicatur & timet, pœnitentiam agit, & linguam suam mordet: timens & tremiscens, ne forte aliis enunciatum verbum magnum sibi periculum afferat, & D superfluam & inutilem inimicitiam iis, qui dixere, operetur. Qui seipsum vero continet, in securitate plurima cum multa vivet voluptate. *Audisti sermonem*, inquit, *moriatur in te: confide, non te disrumpet.* (Eccles. 19. 10.) Quid est, moriatur in te? exstingue ipsum, defodito, nec exire, neque penitus moveri permittas: sed maxime stude, nec alios quidem male dicentes tolerare: quod si quando & susceperis, infodito, interime dictum, oblivioni trade, ut iis qui non audierint similis fias, & cum multa pace & securitate præsentem transigas vi- E tam. Si delatores didicerint, quod ipsos magis quam accusatos aversemur, & ipsi tandem ab hac mala consuetudine desistent, & peccatum corrigent, & laudabunt post hæc, & nos ipsos quasi suos servatores & benefactores prædicabunt: sicut enim benedicere & laudare amicitiæ; sic & maledicere & calumniari inimicitiæ, & odii, & injuriarum, principium est,

Detractio vitanda.

atque infinitarum discordiarum materia. Non aliunde nostra negliguntur, quam quod aliena satagimus, curioseque scrutamur: non enim vacat homini maledico, & alienos exquirenti mores propriam quandoque vitam curare: studio enim omni in alienorum curiositatem impenso, necesse est omnia ejus temere & negligenter jacere. Etenim bene nobiscum agi putandum est, si omne otium in propriorum curam peccatorum & judicium impendentes proficere possimus. Cum vero semper aliena cures, quando de tuis solicitus eris malis?

6. Fugiamus igitur, dilecti, fugiamus detractiones, docti id esse totum diaboli barathrum & insidiarum ejus latibulum. Ut enim nostra negligamus, & graviores nobis reatus constituamus, in hanc nos consuetudinem diabolus duxit: imo vero non id ibi solum inest mali, quod tunc rationem dabimus eorum quæ diximus, sed etiam quod peccata nostra sic graviora faciemus, omni nos excusatione privantes: qui enim acerbe aliena exquirit, in delictis suis nullam umquam veniam nancíscetur. Non enim tantum a peccatorum nostrorum natura; sed & ex judicio de aliis nostro sententiam Deus proferet: idcirco admonuit dicens, *Nolite judicare, ne judicemini*: non enim quale fuit peccatum, tale illic in futurum apparebit: sed quamdam magnam & inevitabilem additionem a judicio in conservum facto accipiet. Sicut enim humanus & mitis & clemens majorem peccatorum gravitatem succidit: ita acerbus & crudelis & implacabilis magnum propriis pondus peccatis apponit. Eliminemus igitur omnem ex ore nostro detractionem, scientes quod etsi cinerem comedamus, nulla nobis asperæ vitæ hujus utilitas erit, nisi a detractione abstineamus: non enim quæ intrant, coinquinant hominem, sed quæ exeunt ex ore. Si quis te prætereunte stercus commoveat, nonne, quæso, illum convitio & contumelia afficias? hoc fac & erga detractores. Non enim sic commotum stercus illum fœtorem suscipientium cerebri membranam percellit, sicut aliena peccata excussa, & vita impura patefacta, audientium animos contristare & perturbare solent. Abstineamus igitur a detractione, turpiloquio, blasphemia, & neque proximo, neque Deo maledicamus: multi enim obtrectatorum eo furoris lapsi sunt, ut a conservis in Deum linguam suam revocaverint. Quantum vero sit hoc malum, ex rebus nunc nos urgentibus disce. Ecce enim homo injuriam passus est, & omnes timemus & tremimus, & qui intulerunt injuriam, & qui de nulla hujusmodi re sibi sunt conscii: Deus autem per singulos dies injuria afficitur: quid dico per singulos dies? imo

Matth. 7. 1.

Matth. 15. 17.

A ρίων πολέμων ἀρχὴ καὶ ὑπόθεσις γέγονεν. οὐδαμόθεν γὰρ ἑτέρωθεν ἠμέληται τὰ ἡμέτερα, ἀλλ' ἢ ἐκ τοῦ τὰ ἀλλότρια πολυπραγμονεῖν καὶ περιεργάζεσθαι· οὐ γάρ ἐστιν ἄνθρωπον κακηγοροῦντα, καὶ τοὺς ἀλλοτρίους πολυπραγμονοῦντα βίους, τῆς ἰδίας ἐπιμεληθῆναί ποτε ζωῆς. τῆς γὰρ σπουδῆς ἁπάσης αὐτῷ εἰς τὴν ἑτέρων πολυπραγμοσύνην ἀναλισκομένης, ἀνάγκη τὰ αὐτοῦ πάντα ἁπλῶς κεῖσθαι καὶ ἠμελημένως. καὶ γὰρ ἀγαπητὸν τὴν πᾶσαν σχολὴν εἰς τὴν ἐπιμέλειαν τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων καὶ τὴν κρίσιν ἀναλίσκοντα, δυνηθῆναί τι ποιῆσαι πλέον. ὅταν δὲ διαπαντὸς τὰ ἀλλότρια φροντίζῃς, πότε B τῶν σῶν ἐπιμελήσῃ κακῶν;

[a] Φύγωμεν τοίνυν, ἀγαπητοί, φύγωμεν κακηγορίας, μαθόντες ὡς διαβολικόν ἐστιν ὅλον τὸ βάραθρον καὶ τῆς ἐπιβουλῆς τῆς ἐκείνου αὕτη ἡ ἐνέδρα. ἵνα γὰρ καὶ τῶν ἡμετέρων ἀμελήσωμεν, καὶ χαλεπωτέρας ἑαυτοῖς καταστήσωμεν τὰς εὐθύνας, εἰς ταύτην ἡμᾶς τὴν συνήθειαν ὁ διάβολος ἤγαγεν· μᾶλλον δὲ, οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ χαλεπὸν, ὅτι λόγον δώσομεν, ὧν εἰρήκαμεν τότε, ἀλλ' ὅτι καὶ τὰ ἡμέτερα ἁμαρτήματα χαλεπώτερα ταύτῃ ποιήσομεν, πάσης ἑαυτοὺς ἀποστεροῦντες ἀπολογίας. ὁ γὰρ πικρῶς τὰ ἀλλότρια ἐξετάζων, ἐν τοῖς καθ' ἑαυτὸν πλημμελήμασιν οὐδεμιᾶς ἀπολαύσεται συγγνώμης C ποτέ. οὐδὲ γὰρ ἀπὸ τῆς φύσεως τῶν πεπλημμελημένων ἡμῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς κρίσεως τῆς σῆς περὶ ἑτέρων οἴσει τὴν ψῆφον ὁ θεός. διὰ τοῦτο παρῄνεσε λέγων, μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε· οὐ γὰρ οἷον γέγονε τὸ ἁμάρτημα, τοιοῦτον ἐκεῖ φανεῖται λοιπὸν, ἀλλὰ πολλήν τινα καὶ ἀπαραίτητον προσθήκην λήψεται ἀπὸ τῆς εἰς τὸν σύνδουλόν σου παρὰ σοῦ γεγενημένης κρίσεως. ὥσπερ γὰρ ὁ φιλάνθρωπος καὶ ἥμερος, καὶ συγγνωμονικὸς ὑποτέμνεται τὸν πλείονα τῶν ἁμαρτημάτων ὄγκον· οὕτως ὁ πικρὸς, καὶ ὠμὸς, καὶ ἀπαραίτητος, πολὺ τοῖς οἰκείοις ἁμαρτήμασι προστίθησι μέγεθος. ἐξορίσωμεν τοίνυν ἀπὸ τοῦ D στόματος ἡμῶν κακηγορίαν ἅπασαν, εἰδότες ὅτι κἂν τέφραν ἐσθίωμεν, οὐδὲν ὄφελος ἡμῖν τῆς σκληραγωγίας ταύτης, ἂν κακηγορίας μὴ ἀπεχώμεθα. οὐ γὰρ τὰ εἰσερχόμενα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὰ ἐξερχόμενα ἀπὸ τοῦ στόματος. εἴ τις ἀνακινήσειε βόρβορον σοῦ παριόντος, εἰπέ μοι, οὐ λοιδορεῖς, καὶ ὑβρίζεις τὸν τοῦτο ποιοῦντα; τοῦτο καὶ [b] ἐπὶ τοῦ κακηγόρου ποίησον. οὐ γὰρ οὕτως ἀνακινούμενος βόρβορος πλήττει τὴν μήνιγγα τῶν τὴν δυσωδίαν δεχομένων ἐκείνην, ὡς ἁμαρτήματα ἀλλότρια ἀνακινούμενα, καὶ βίος ἀκάθαρτος ἐκκαλυπτόμενος λυπεῖ τῶν ἀκουόντων τὴν ψυχὴν καὶ ἐξίστησιν. ἀπεχώμεθα τοίνυν E κακηγορίας, αἰσχρολογίας, βλασφημίας, καὶ μήτε τὸν πλησίον, μήτε τὸν θεὸν λέγωμεν κακῶς. πολλοὶ γὰρ εἰς τοῦτο μανίας ἐξώκειλαν τῶν κακηγόρων, ὡς ἀπὸ τῶν συνδούλων, ἐπὶ τὸν δεσπότην ἀναστῆσαι τὴν γλῶτταν τὴν ἑαυτῶν. ὅσον δὲ τοῦτό ἐστι κακὸν ἀπὸ τῶν κατεχόντων νῦν ἡμᾶς μάνθανε πραγμάτων. ἰδοὺ γοῦν ἄνθρωπος ὑβρίσθη, καὶ πάντες δεδοίκαμεν, καὶ τρέμομεν, οἵ τε ὑβρικότες, οἵ τε μηδὲν ἑαυτοῖς συνειδότες τοιοῦτον· ὁ δὲ θεὸς καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὑβρίζεται. τί λέγω καθ' ἑκάστην ἡμέραν;

[a] Alii, φεύγωμεν bis.

[b] Alii, ἐπὶ τῶν κακηγόρων, alii, κατηγόρων.

A καθ' ἑκάστην μὲν οὖν ὥραν, παρὰ πλουτούντων, παρὰ πενήτων, παρὰ τῶν ἐν ἀνέσει, παρὰ τῶν ἐν θλίψει, παρὰ τῶν ἐπηρεαζόντων, παρὰ τῶν ἐπηρεαζομένων, καὶ οὐδεὶς οὐδαμοῦ λόγος. Διὰ τοῦτο συνεχώρησεν ὑβρισθῆναι τὸν ὁμόδουλον, ἵνα ἀπὸ τοῦ κινδύνου τοῦ διὰ τὴν ὕβριν γινομένου, ταύτην τοῦ δεσπότου τὴν φιλανθρωπίαν μάθῃς. καίτοι τοῦτο νῦν πρῶτον καὶ μόνον γέγονεν, ἀλλ' ὅμως οὐδὲ διὰ τοῦτο προσδοκῶμεν ἀπολαύσεσθαι συγγνώμης τινὸς οὐδὲ ἀπολογίας· τὸν δὲ θεὸν καθ' ἑκάστην παροργίζομεν τὴν ἡμέραν, καὶ οὐδεμίαν ποιούμεθα τὴν ἐπιστροφὴν, καὶ ἔτι φέρει μετὰ μακροθυμίας ἁπάσης. εἶδες πόση ἡ φιλανθρωπία τοῦ δεσπότου; καί- B τοι γε ἐπὶ τῆς παρανομίας ταύτης οἱ πεπλημμεληκότες ἑάλωσαν, καὶ εἰς δεσμωτήριον ἐνέπεσον, καὶ δίκην ἔδοσαν, ἀλλ' ὅμως ἔτι δεδοίκαμεν. οὔπω ἤκουσε τὰ γεγενημένα ὁ ὑβρισθεὶς, οὐδὲ ψῆφον ἐξήνεγκε, καὶ πάντες τρέμομεν. ὁ δὲ θεὸς καθ' ἑκάστην ἀκούει τὴν ἡμέραν τὰς εἰς αὐτὸν γινομένας ὕβρεις, καὶ οὐδεὶς ἐπιστρέφεται· καὶ ταῦτα οὕτως ὄντος ἡμέρου καὶ φιλανθρώπου τοῦ θεοῦ. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἀρκεῖ τὸ ἁμάρτημα μόνον εἰπεῖν, καὶ λῦσαι τὸ ἔγκλημα· ἐπὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων τοὐναντίον ἅπαν· ὅταν ὁμολογήσωσιν οἱ ἡμαρτηκότες, τότε μειζόνως κολάζον- C ται· ὃ δὴ καὶ νῦν γέγονε. καὶ οἱ μὲν σιδήρῳ, οἱ δὲ πυρὶ, οἱ δὲ θηρίοις παραδοθέντες ἀπώλοντο, οὐκ ἄνδρες δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ παῖδες, καὶ οὐ τὸ τῆς ἡλικίας ἄωρον, οὐχ ἡ τοῦ δήμου ῥύμη, οὐ τὸ μανίᾳ δαιμόνων [a] ἐμπλησθέντας ταῦτα ποιῆσαι, οὐχ ἡ δοκοῦσα ἀπαίτησις ἀφόρητος εἶναι, οὐ πενία, οὐ τὸ κοινῇ μετὰ πάντων ἁμαρτεῖν, οὐ τὸ ὑποσχέσθαι μηδέποτε τοιαῦτα τολμήσειν λοιπὸν, οὐκ ἄλλο οὐδὲν αὐτοὺς ὅλως ἐξείλετο, ἀλλὰ συγγνώμης χωρὶς ἁπάσης ἐπὶ τὸ βάραθρον ἀπήγοντο, στρατιωτῶν ἐνόπλων ἑκατέρωθεν αὐτοὺς [b] περιαγόντων, καὶ παρατηρούντων μή τις ἐξαρπάσῃ τοὺς καταδίκους, καὶ παρηκολούθουν μητέ- D ρες πόῤῥωθεν μὲν ὁρῶσαι τοὺς παῖδας ἀποτεμνομένους, ὀδύρεσθαι δὲ τὴν συμφορὰν οὐ τολμῶσαι. ἐνίκα γὰρ τὸ πάθος ὁ φόβος, καὶ τῆς φύσεως ἐκράτει τὸ δέος, καὶ καθάπερ οἱ τοὺς ναυαγοῦντας ἀπὸ γῆς ὁρῶντες ἄνθρωποι, ὀδυνῶνται μὲν, προσελθεῖν δὲ καὶ ἐξελέσθαι τοὺς καταποντιζομένους οὐκ ἔχουσιν· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα, καθάπερ ὑπὸ κυμάτων τινῶν τῷ φόβῳ τῶν στρατιωτῶν ἀνειργόμεναι αἱ μητέρες, οὐ μόνον προσελθεῖν καὶ ἐξελέσθαι τῆς καταδίκης αὐτοὺς οὐκ ἐτόλμησαν, ἀλλὰ καὶ δακρῦσαι ἔδεισαν. ἆρα στοχάζεσθε ἐντεῦθεν τοῦ θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν; πῶς ἄφατος; πῶς ἄπειρος; πῶς ἅπαντα ὑπερβαίνει E λόγον; ἐνταῦθα μὲν γὰρ καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὁ ὑβρισθεὶς, καὶ ἅπαξ τοῦ παντὸς χρόνου τοῦτο πέπονθεν, καὶ οὐ κατ' ὄψιν, οὐδὲ παρὼν, καὶ ὁρῶν, καὶ ἀκούων, καὶ ὅμως οὐδεὶς ἔτυχε συγγνώμης τῶν τετολμηκότων· ἐπὶ δὲ τοῦ θεοῦ οὐδὲν τούτων ἐστὶν εἰπεῖν. καὶ γὰρ τοσοῦτόν ἐστι τὸ μέσον ἀνθρώπου καὶ θεοῦ, ὅσον οὐδὲ λόγος παραστῆσαι δυνήσεται, καὶ καθ' ἑκάστην ὑβρίζεται τὴν ἡμέραν παρὼν, καὶ ὁρῶν, καὶ ἀκούων, καὶ οὔτε σκηπτὸν ἀφῆκεν, οὔτε τὴν θάλατταν τῇ γῇ ἐπιδραμεῖν ἐκέλευσε καὶ καταποντίσαι πάντας, οὔτε τῇ γῇ διαστῆναι, καὶ δέξασθαι πάντας τοὺς ὑβρικότας προσέταξεν, ἀλλ' ἀνέχεται, καὶ μακροθυμεῖ, καὶ συγγνώ-

A vero per singulas horas, a divitibus, a pauperibus, a quietis, ab afflictis, a calumniantibus, a calumniam ferentibus, neque ullus usquam id curat. Ideo conservum violari permisit, ut ex periculo per contumeliam exorto discas domini benignitatem. Atqui hoc nunc primum factum est, & solum: nec tamen propter hoc nos ullam assequuturos esse veniam, vel excusationem exspectamus: Deum vero quotidie irritamus, & nullam facimus conversionem, & adhuc cum omni longanimitate sustinet. Vidisti quanta Domini sit clementia? Et in hac quidem prævaricatione qui B peccaverunt, capti sunt, & in carcerem detrusi, pœnasque dederunt: sed tamen adhuc timemus: necdum enim facta læsus audivit, neque sententiam enunciavit, & omnes tremimus: Deus vero quotidie contumelias in se factas audit, & nemo convertitur: licet ille sit tam clemens & mitis. Illi peccatum dicere sufficit, & crimen solvitur: in hominibus vero contrarium penitus, cum peccatores confessi fuerint, tunc magis puniuntur: quod quidem & nunc factum est. Nam hi quidem ferro, C illi vero igni, quidam autem bestiis traditi perierunt, non viri tantum, sed & pueri: nec ætatis immaturitas, nec populi tumultus, nec quod furore diabolico perciti quidam hæc fecerint, nec quod exactio intolerabilis esset, non paupertas, non quod commune peccatum fuerit, non quod promiserint, numquam se amplius talia ausuros, non aliud quidquam omnino ipsos eripuit: sed absque omni venia ad barathrum abducebantur, militibus armatis utrinque ipsos agentibus, & observantibus, ne quis reos eriperet: & sequebantur matres, procul quidem filios conspicien- D tes abstractos, calamitatem autem conqueri non audentes. Affectum enim vincebat formido, & naturam superabat metus. Et sicut naufragos a terra contuentes homines, dolent quidem, accedere autem & submersos eripere non valent: ita quidem & hic tamquam undis quibusdam, militum timore prohibitæ matres, non tantum accedere, & ipsos a damnatione eruere non audebant, sed & timebant deplorare. An hinc Dei misericordiam conjicitis? quam ineffabilis sit? quam infinita? quomodo omnem transcendat orationem? Hic quidem is, qui læsus est, & ejusdem E naturæ, & semel ex omni tempore hoc passus est, & non coram, neque præsens, & cernens, & audiens, & tamen nemo reorum veniam assequutus est. De Deo autem nihil horum dicere licet: etenim tantum est Dei & hominis discrimen, quantum nemo verbis posset exprimere: quotidie contumelia afficitur præsens & videns & audiens, & neque fulmen immisit, neque mare jussit terram inundare, & omnes submergere, neque terram hiare, & temeratores absorbere mandavit: sed tolerat, & longanimiter agit, & veniam se datu-

Præsentis calamitatis descriptio.

a Tres MSS. ἐμπρησθέντας.

b Alii, προσαγόντων, alii, ἀγόντων.

rum promittit contumeliæ auctoribus, si A tantum pœnitentiam agant, & se non amplius hæc facturos polliceantur. Vere nunc exclamandi tempus : *Quis loquetur potentias Domini? auditas faciet omnes laudes ejus?* Quot Dei imagines non tantum dejecerunt, sed & conculcaverunt? cum enim reum angas, cum dispolies, cum trahas, cum dejicias, Dei imaginem conculcas. Audi certe Paulum dicentem, quod homo non debet operire caput, imago enim & gloria Dei est : & rursus ipsum Deum dicentem : *Faciamus hominem secundum imaginem & similitudinem nostram.* Si vero di- B cas, non esse ejusdem substantiæ hominem atque Deum, quid tum? neque enim æs statuæ ejusdem est atque Imperator substantiæ, sed tamen hanc ausi lædere pœnas dederunt : sic & in hominibus, etsi non ejusdem cum Deo substantiæ sunt homines, sicut neque re vera sunt, tamen imago vocati sunt, & propter appellationem ipsos honorem recipere oportebat. Tu vero propter paululum auri, conculcas, angis, trahis, & nullam adhuc pœnam dedisti.

Psal. 105. 2.

1. Cor. 11. 7.

Gen. 1. 18.

7. Contingat igitur hodie quamdam bonam & dexteram fieri mutationem : illud C certe vobis prædico, & contestor, quod etsi hæc præterierit nubes, nos autem in eodem manserimus torpore, rursum multo his quæ in præsentiarum exspectantur, pejora patiemur : quoniam & nunc non tantum Imperatoris iram, quantum segnitiem vestram timeo. Non enim duobus aut tribus diebus supplicasse nobis ad defensionem sufficit : sed potius vitæ mutationem fieri oportet, & a malitia desistentes in virtute permanere continue. Sicut enim ægrotantes, nisi semper ordinate vixerint, nulla ipsis disciplinæ per tres D aut quatuor dies servatæ utilitas : sic & peccantes nisi semper sobrii sint, nihil proderit ipsis duorum vel trium dierum correctio. Ut enim, dicitur, lotus postea in luto rursum inquinatus, nihil profecit : sic per tres dies agens pœnitentiam, & rursum ad priora revertens, nihil lucratus est. Ne igitur quod semper facimus, hoc & nunc faciamus. Etenim terræmotibus sæpius comprehendentibus, & fame & siccitate, tribus vel quatuor diebus moderati & mansuetiores facti, rursus ad priora redivimus, propereaque hæc acci- E derunt. Sed si non prius, nunc saltem in eadem permaneamus pietate, & eamdem mansuetudinem servemus : ne rursum altero indigeamus flagello. Annon poterat Deus ea, quæ acciderunt, prohibere? sed permisit, ut se contemnentes per conservi metum modestiores efficeret. Non mihi quis dicat, quod multi sontium effugerunt, multi vero insontium pœnam subierunt : etenim hoc dicentes multos sæpius audio, non in præsenti tantum seditione, sed

Terræ motus frequentes Antiochiæ.

σεσθαι ἐπαγγέλλεται τοῖς ὑβρικόσιν, ἂν μετανοήσωσι μόνον, καὶ ὑπόσχωνται μηκέτι ταῦτα ποιεῖν. ἀληθῶς [a] νῦν εὔκαιρον ἀνακηρύξαι· τίς λαλήσει τὰς δυναστείας τοῦ κυρίου; ἀκουστὰς ποιήσει πάσας τὰς αἰνέσεις αὐτοῦ; πόσοι τοῦ θεοῦ τὰς εἰκόνας οὐχὶ κατέβαλον μόνον, ἀλλὰ καὶ κατεπάτησαν; ὅταν γὰρ ἄγχῃς τὸν ὑπεύθυνον, ὅταν ἀποδύῃς, ὅταν ἕλκῃς, τοῦ θεοῦ τὴν εἰκόνα καταπατεῖς. ἄκουσον γοῦν τοῦ Παύλου λέγοντος, ὅτι ἄνθρωπος οὐκ ὀφείλει κατακαλύπτεσθαι τὴν κεφαλὴν, εἰκὼν καὶ δόξα θεοῦ ὑπάρχων· καὶ πάλιν αὐτοῦ τοῦ θεοῦ λέγοντος, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. ἂν δὲ λέγῃς, ὅτι οὐχὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὁ ἄνθρωπός ἐστι τῷ θεῷ· καὶ τί τοῦτο, οὐδὲ γὰρ ὁ χαλκὸς τῶν ἀνδριάντων τῆς αὐτῆς οὐσίας ἦν τῷ βασιλεῖ, ἀλλ' ὅμως δίκην ἔδοσαν οἱ τολμήσαντες· ὥστε καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων, εἰ καὶ μὴ τῆς αὐτῆς οὐσίας εἰσὶ τῷ θεῷ οἱ ἄνθρωποι· ὥσπερ οὖν οὐδὲ εἰσὶν, ἀλλ' ὅμως εἰκὼν ἐκλήθησαν, καὶ διὰ τὴν προσηγορίαν ἔδει τιμῆς ἀπολαύειν αὐτούς· σὺ δὲ ὑπὲρ ὀλίγου χρυσίου καταπατεῖς, ἄγχεις, σύρεις, καὶ οὐδεμίαν οὐδέπω δίκην ἔδωκας τήμερον.

Γένοιτο μὲν οὖν ἵνα χρηστὴν καὶ δεξιὰν γένεσθαι μεταβολήν. ἐκεῖνο μέντοι προλέγω καὶ διαμαρτύρομαι, ὅτι κἂν τοῦτο παρέλθῃ τὸ νέφος, ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τῆς αὐτῆς μένωμεν ῥαθυμίας, πάλιν πολλῷ χαλεπώτερα πεισόμεθα τῶν νῦν προσδοκωμένων· ἐπεὶ καὶ νῦν οὐχ οὕτω δέδοικα τοῦ βασιλέως τὴν ὀργὴν, ὡς τὴν ὑμετέραν δέδοικα ῥαθυμίαν. οὐ γὰρ δὴ τὸ λιτανεῦσαι δύο καὶ τρεῖς ἡμέρας ἀρκεῖ εἰς ἀπολογίαν ἡμῖν, ἀλλ' ὁλόκληρον δεῖ τοῦ βίου ποιήσασθαι μεταβολὴν, καὶ τῆς πονηρίας ἀποστάντας, μένειν ἐπὶ τῆς ἀρετῆς διηνεκῶς. καθάπερ γὰρ οἱ νοσοῦντες, ἂν μὴ διαπαντὸς εὐτακτῶσιν, οὐδὲν αὐτοῖς ὄφελος τῆς μέχρι τριῶν ἢ τεσσάρων ἡμερῶν φιλοσοφίας· οὕτω καὶ οἱ ἁμαρτάνοντες, ἂν μὴ διαπαντὸς σωφρονῶσιν, οὐδὲν αὐτοῖς ἔσται πλέον ἀπὸ τῆς διορθώσεως τῶν δύο καὶ τριῶν ἡμερῶν. ὥσπερ γὰρ, φησὶν, ὁ βαπτιζόμενος, εἶτα ἐν τῷ βορβόρῳ μολυνόμενος πάλιν, οὐδὲν ὠφέλησεν· οὕτως ὁ τρεῖς ἡμέρας μετανοήσας, καὶ πάλιν ἐπὶ τὰ πρότερα ἐπανελθὼν, οὐδὲν εἰργάσατο πλέον. μὴ τοίνυν ὅπερ ἀεὶ ποιοῦμεν, τοῦτο καὶ νῦν ποιήσωμεν· καὶ γὰρ σεισμῶν πολλάκις καταλαβόντων, καὶ λιμοῦ, καὶ αὐχμοῦ, τρεῖς, καὶ τέσσαρας ἡμέρας σωφρονισθέντες καὶ ἐπιεικέστεροι γενόμενοι, πάλιν ἐπὶ τὰ πρότερα ἐπανήλθομεν· διὰ τοῦτο καὶ ταῦτα γεγένηται· ἀλλ' εἰ καὶ μὴ πρότερον, νῦν γοῦν ἐπὶ τῆς αὐτῆς μείνωμεν εὐλαβείας, τὴν αὐτὴν ἐπιείκειαν διατηρήσωμεν, ἵνα μὴ πάλιν ἑτέρας δεηθῶμεν πληγῆς. μὴ γὰρ οὐκ ἠδύνατο κωλῦσαι τὰ γεγενημένα ὁ θεός; ἀλλ' ἀφῆκεν, ἵνα τοὺς καταφρονοῦντας αὐτοῦ ἐν τῷ τοῦ συνδούλου φόβῳ σωφρονεστέρους ἐργάσηται. καὶ μή μοι λεγέτω τις, ὅτι πολλοὶ τῶν [b] αἰτίων διέφυγον, πολλοὶ δὲ τῶν ἀναιτίων ἐνέπεσον· καὶ γὰρ τοῦτο πολλῶν πολλάκις ἀκούω λεγόντων, οὐκ ἐπὶ τῆς παρούσης στάσεως μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν

a Savil. & unus, εὔκαιρον νῦν ἀνακηρύξαι. Infra, ὅταν ἕλκῃς, ὅταν καταβάλλῃς, τοῦ θεοῦ.

b Savil. & Morel αἰτίων, alii, ὑπαιτίων, quæ lectiones ambæ optime quadrant. Ibid. alii, ἐνέπεσαν.

ἑτέραις πολλαῖς τοιαύταις περιστάσεσι. τί οὖν ἂν εἴποιμι πρὸς τοὺς τὰ τοιαῦτα λέγοντας; ὅτι εἰ καὶ τῆς παρούσης στάσεως ἀναίτιος ἦν ὁ ἁλοὺς, ἀλλ' ἑτέραν ἁμαρτίαν εἰργάσατό ποτε χαλεπωτέραν, εἶτα μὴ μεταβαλλόμενος, ἐν τῇ παρούσῃ δίκην ἔδωκε. καὶ γὰρ ἔθος τῷ Θεῷ τοῦτο ποιεῖν· ὅταν ἁμάρτωμεν, οὐκ εὐθέως [a] ἐπεξέρχεται τοῖς πλημμελήμασιν, ἀλλ' ἀνίησι, διδοὺς ἡμῖν προθεσμίαν μετανοίας, ὥστε διορθώσασθαι καὶ μεταβαλέσθαι· ἂν δὲ διὰ τὸ μὴ δοῦναι δίκην, νομίσαντες καὶ τὸ ἁμάρτημα ἐξηλεῖφθαι καταφρονήσωμεν, ἔνθα οὐχ ὑπονοοῦμεν, ἐκεῖ μετὰ ταῦτα ἁλωσόμεθα πάντως. τοῦτο δὲ γίνεται, ἵνα ὅταν ἁμάρτωμεν, καὶ μὴ κολασθῶμεν, μὴ θαρσήσωμεν, ἂν μὴ μεταβαλώμεθα· εἰδότες ὅτι ἔνθα οὐ προσδοκῶμεν, ἐμπεσούμεθα πάντως. ὥστε, ἂν [b] ἁμαρτήσῃς, καὶ μὴ κολασθῇς, μὴ καταφρονήσῃς, ἀγαπητέ· ἀλλὰ δι' αὐτὸ τοῦτο μειζόνως φοβήθητι, εἰδὼς ὅτι κοῦφον τῷ Θεῷ, ὅτε ἂν θέλῃ ἀνταποδοῦναι πάλιν. διὰ τοῦτο γὰρ τότε σε οὐκ ἐκόλασεν, ἵνα λάβῃς προθεσμίαν μετανοίας. μὴ τοίνυν λέγωμεν, ὅτι ἀναίτιος ὢν ἐνέπεσεν ὁ δεῖνα, ἕτερος δὲ αἴτιος ὢν διέφυγεν· ὅ τε γὰρ ἀναίτιος ἐμπεσὼν, ὥσπερ ἔφην, ἑτέρων ἁμαρτημάτων ἔδωκε δίκην [c], ὅ τε νῦν διαφυγὼν, ἐὰν μὴ μεταβάληται, εἰς ἑτέραν ἁλώσεται παγίδα. ἂν οὕτω διακεισώμεθα, οὐδέποτε τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων ἐπιλησόμεθα, ἀλλ' ἀεὶ δεδοικότες, τρέμοντες, μή ποτε ὑπόσχωμεν δίκην, ἀναμνησθησόμεθα ταχέως αὐτῶν. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἁμαρτίας ἀναμιμνήσκειν εἴωθεν, ὡς τιμωρία καὶ κόλασις· καὶ τοῦτο δῆλον ἀπὸ τῶν τοῦ Ἰωσὴφ ἀδελφῶν. ἐπειδὴ γὰρ ἀπέδοντο ἐκεῖνοι τὸν δίκαιον, καὶ ἔτη τρία καὶ δέκα παρῆλθεν, ὑποπτεύοντες κολάζεσθαι, καὶ περὶ τῶν ἐσχάτων δεδοικότες, ἀνεμνήσθησαν τῆς ἁμαρτίας, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἔλεγον· ναὶ, ἐν ἁμαρτίαις γάρ ἐσμεν περὶ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν τοῦ Ἰωσήφ. ὁρᾷς πῶς ὁ φόβος ἀνέμνησεν αὐτοὺς τῆς πλημμελείας ἐκείνης; καὶ ὅτε μὲν ἡμάρτανον, οὐκ ᾐσθάνοντο· ὅτε δὲ κολάζεσθαι προσεδόκησαν, τότε ἀνεμνήσθησαν. ταῦτ' οὖν εἰδότες ἅπαντα, ποιησώμεθα τοῦ βίου μεταβολὴν, καὶ διόρθωσιν, καὶ περὶ τῆς ἀπαλλαγῆς τῆς ἐπικειμένης ἀγωνίας ὑπὲρ εὐλαβείας καὶ ἀρετῆς φροντίσωμεν. καὶ τέως τρεῖς ἐντολὰς ὑμῖν παρακαταθέσθαι βούλομαι, ἵνα μοι ταύτας ἐπὶ τῆς νηστείας κατορθώσητε· τὸ μηδένα κακῶς λέγειν, τὸ μηδένα ἐχθρὸν ἔχειν, τὸ καθόλου πᾶσαν ἐκ τοῦ στόματος ἀπελάσαι τὴν πονηρὰν τῶν ὅρκων συνήθειαν. καὶ καθάπερ ἐπειδὰν χρυσίον ἐπιβληθὲν ἀκούσωμεν, ἀπιὼν οἴκαδε ἕκαστος, καὶ τὴν γυναῖκα καλέσας, [d] καὶ τὰ τέκνα, καὶ τοὺς οἰκέτας σκοπεῖ μετ' ἐκείνων καὶ βουλεύεται, πόθεν τὴν εἰσφορὰν καταβάλῃ ταύτην· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἐντολῶν ποιήσωμεν τούτων τῶν πνευματικῶν. ἀναχωρήσας οἴκαδε ἕκαστος, καλείτω τὴν γυναῖκα, καὶ τὰ παιδία, καὶ λεγέτω ὅτι εἰσφορὰ ἐπεβλήθη πνευματικὴ τήμερον, εἰσφορὰ δι' ἧς ἔσται τις λύσις τῶν δεινῶν τούτων, καὶ ἀπαλλαγὴ, εἰσφορὰ οὐχὶ πένητας τοὺς καταβάλλοντας, ἀλλὰ πλουσιωτέρους ποιοῦσα, ὥστε μηδένα ἐχθρὸν

A sed & in aliis multis hujusmodi negotiis. Quid igitur talia objicientibus dicendum? quod etsi in præsenti seditione insons erat is qui captus est, tamen aliud peccatum aliquando gravius commisit, deinde non mutatus, nunc pœnas dedit. Etenim hoc facere Deus consuevit: cum peccaverimus, non statim peccata ulciscitur, sed remittit, dans nobis pœnitentiæ tempus, ut corrigamur & mutemur: si vero quod non pœnas dederimus, peccatum deletum esse existimantes contemserimus, ubi non putamus, ibi post hæc omnino capiemur. Hoc autem fit, ut cum peccaverimus, &
B non fuerimus puniti, non confidamus, nisi fuerimus mutati: scientes quod ubi non putamus omnino cademus. Itaque si peccaveris, & punitus non fueris, ne contemnas, dilecte: sed propter hoc ipsum magis time, sciens quod facile Deo est, quando velit, iterum retribuere. Ideo enim tum te non punivit, ut habeas pœnitentiæ tempus. Ne igitur dicamus, quod crimine carens ille ceciderit, alter vero facinoris auctor effugerit. Innocens etenim punitus, ut ante dixi, aliorum peccatorum pœnas luit: & qui nunc effugit, nisi mutatus fuerit, in alio capietur laqueo. Si sic dispositi
C simus, numquam propriorum obliviscemur peccatorum: sed semper timentes, trementes, ne quando subeamus judicium, cito ipsorum recordabimur: nihil enim sic peccata in memoriam revocare consuevit, ut pœna & castigatio: & hoc manifestum ex fratribus Joseph. Cum enim illi justum vendidissent, & tredecim anni præteriissent, puniri metuentes, & de vita timentes, peccati recordati sunt, & inter se dicebant: *Certe: in peccatis enim sumus propter fratrem nostrum Joseph.* Gen. 42, 21. Vides quomodo timor ille ipsos peccati sui commonefecit? & quando peccabant quidem non
D sentiebant: quando vero puniri metuebant, tunc recordati sunt. Hæc igitur omnia scientes, vitam mutare velimus & corrigere, & ante instantis angustiæ liberationem de religione & virtute cogitemus. Et interim tria vobis mandata commendare volo, ut hæc mihi in jejunio præstetis: nemini detrahatis, inimicum habeatis neminem, & omnem prorsus ex ore malam juramentorum consuetudinem expellatis. Et sicut cum aurum imperatum audierimus, abiens quisque domum & uxorem vocans, & filios, & servos, consi-
E derat cum illis & consultat unde tributum illud eroget: sic & in mandatis his spiritualibus faciamus, domum quisque regressus, uxorem & filios vocet, & dicat, tributum spirituale hodie impositum est, tributum, inquam, per quod erit quædam horum malorum solutio & liberatio: tributum, quod conferentes non pauperes, sed ditiores facit, ut neminem inimicum

Moralis exhortatio.

a Sic tres Mss. Editi vero ὑπεξέρχεται.
b Alii, ἁμάρτῃς.
c Alii, ὅτε δὲ νῦν.
d Savil. & quidam alii, καὶ τὰ παιδία.

habeamus, detrahamus nemini, nec omnino juremus. Consideremus, curam agamus, consultemus, quomodo hæc impleamus mandata, omne impendamus studium, nos alter alterum commoneamus, alter alterum corrigamus, ut non debitores abeamus illuc, deinde mutuari ab aliis coacti, illud quod virgines fatuæ patiamur, & immortali salute excidamus. Si sic nostræ instituamus vitæ rationem, hinc vobis spondeo, & polliceor, quod & præsentis calamitatis aliqua solutio dabitur, & istorum malorum liberatio: & quod omnibus majus est, futurorum fructus bonorum. Oportebat quidem omnem vobis mandare virtutem, sed hunc esse correctionis optimum modum puto, ut per partes legem acceptam impleamus, & tum ad alias pergamus. Sicut enim agro proposito, agricola paulatim fodiens, sic ad finem venit: sic & nos si legem hanc nobis ponamus, ut per quadragesimam præsentem hæc tria mandata diligenter exerceamus: proculdubio cum bonæ consuetudinis custodiam prudenter exhibuerimus, cum majore facilitate & ad reliqua veniemus, & ad ipsum disciplinæ verticem pervenientes, tum præsentem vitam bona cum spe transigemus, tum & in futura cum multa Christo fiducia assistemus, & arcanis fruemur bonis: quæ nos assequi detur, gratia & benignitate domini nostri Jesu Christi, per quem, & cum quo gloria Patri una cum sancto Spiritu in sæcula sæculorum, Amen.

A ἔχειν, μηδένα κακῶς λέγειν, μηδὲ ὀμνύναι καθόλου. σκοπήσωμεν, φροντίσωμεν, βουλευσώμεθα, ὅπως ἐκπληρώσωμεν τὰς ἐντολὰς ταύτας, πᾶσαν εἰσενεγκώμεθα σπουδὴν, ἀλλήλοις ὑπομνήσωμεν, ἀλλήλους διορθωσώμεθα, ἵνα μὴ ὀφείλοντες ἀπέλθωμεν ἐκεῖ, εἶτα δεόμενοι δανείσασθαι παρὰ ἑτέρων, μὴ τὸ τῶν παρθένων πάθωμεν τῶν μωρῶν, καὶ τῆς ἀθανάτου σωτηρίας ἐκπέσωμεν. ἂν οὕτω τὸν ἑαυτῶν ῥυθμίζωμεν βίον, ἐντεῦθεν ὑμῖν ἐγγυῶμαι καὶ ὑπισχνοῦμαι, [a] ὅτι καὶ τῆς παρούσης συμφορᾶς ἔσται τις λύσις, καὶ τῶν δεινῶν τούτων ἀπαλλαγή· καὶ τὸ δὴ πάντων μεῖζον, τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἡ
B ἀπόλαυσις. ἔδει μὲν γὰρ ὑμῖν ὁλόκληρον ἐγχειρίζειν τὴν ἀρετήν· ἀλλὰ τοῦτον [b] ἄριστον ἡγοῦμαι τρόπον διορθώσεως, τὸ κατὰ μέρος λαμβάνοντας τοὺς νόμους κατορθοῦν, καὶ τότε ἐπὶ τοὺς ἄλλους ἰέναι. καθάπερ γὰρ ἀρούρας προκειμένης, ὁ γηπόνος κατὰ μέρος διασκάπτων ἅπασαν, οὕτως ἐπὶ τὸ τέλος ἔρχεται· οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐὰν νόμον ἑαυτοῖς τοῦτον θῶμεν, ὥστε κατὰ τὴν παροῦσαν τεσσαρακοστὴν ταύτας μετὰ ἀκριβείας κατορθῶσαι τὰς τρεῖς ἐντολὰς, πάντως καὶ τῇ τῆς καλῆς συνηθείας ἀσφαλείᾳ παραδοῦναι τὴν φυλακὴν μετὰ πλείονος τῆς εὐκολίας καὶ ἐπὶ τὰς λοιπὰς ἥξομεν, καὶ πρὸς αὐτὴν ἐλθόντες τῆς φιλοσοφίας
C τὴν κορυφὴν, καὶ τὸν παρόντα βίον [c] μετὰ χρηστῆς τῆς ἐλπίδος καρπωσόμεθα, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι μετὰ πολλῆς παραστησόμεθα παῤῥησίας τῷ Χριστῷ, καὶ τῶν ἀποῤῥήτων ἀπολαύσομεν ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀξιωθῆναι, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

[a] Savil. & plurimi MSS. ὡς καί, Morel. & alii, ὅτι καί.
[b] Savil. & quidam alii, ἄριστον εἶναι ἡγοῦμαι.
[c] Savil. μετὰ χρηστῆς βιωσόμεθα τῆς ἐλπίδος. Mox idem, πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν.

EXHORTATIO AD POPULUM *de patientia & tolerantia, ab exemplis Job & trium puerorum: & de abstinentia a juramentis.*

HOMILIA IV.

1. BENEDICTUS Deus, qui dolentes animas vestras consolatus est, & vacillantes mentes confirmavit. Quod enim congruam ceperitis consolationem, per studium hoc & audiendi promtitudinem demonstrastis. Non enim datur, animam dolentem & tristitiæ nube pressam posse quæ dicuntur cum promtitudine audire: vos autem video cum multa benevolentia, & acri studio nobis attendentes omnibus tristibus excussis, & audiendi desiderio instantem angustiam repulisse. Propterea Deo vobiscum gratias ago, quod philosophiam vestram miseria non vicerit, nec vigorem vestrum timor remiserit, nec alacritatem vestram exstinxerit tribulatio, nec labefecerit zelum vestrum periculi magnitudo, nec superaverit amorem in Deum hominum timor, nec studium vestrum

D
ΠΑΡΑΚΛΗΣΙΣ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΛΑΟΝ περὶ καρτερίας καὶ ὑπομονῆς ἐκ παραδειγμάτων τοῦ τε Ἰὼβ καὶ τῶν τριῶν παίδων· καὶ περὶ τῆς τῶν ὅρκων ἀποχῆς.

ΟΜΙΛΙΑ Δʹ.

ΕΥΛΟΓΗΤΟΣ ὁ θεὸς ὁ παρακαλέσας τὰς ὀδυνωμένας ὑμῶν ψυχὰς, ὁ στηρίξας δονουμένας ὑμῶν τὰς διανοίας. ὅτι γὰρ ἱκανὴν ἐδέξασθε παράκλησιν, διὰ τῆς σπουδῆς ταύτης ἐδείξατε, καὶ διὰ τῆς περὶ τὴν ἀκρόασιν προθυμίας. οὐ γάρ ἐστι ψυχὴν ὀδυνωμένην, καὶ νέφει κατεχομένην ἀθυμίας, δυνηθῆναι μετὰ
E προθυμίας ἀκοῦσαί τι τῶν λεγομένων· ὑμᾶς δὲ ὁρῶ μετὰ πολλῆς τῆς εὐνοίας, καὶ σφοδρᾶς τῆς σπουδῆς ἡμῖν προσέχοντας, καὶ πάντα ἀποτιναξαμένους τὰ λυπηρὰ, καὶ τῷ τῆς ἀκροάσεως ἔρωτι παρωσαμένους τὴν ἐπικειμένην ὀδύνην. διὰ τοῦτο εὐχαριστῶ τῷ θεῷ μεθ' ὑμῶν, ὅτι οὐκ ἤλεγξεν ὑμῶν τὴν φιλοσοφίαν ἡ συμφορὰ, οὐδὲ ἐξέλυσεν ὑμῶν τὸν τόνον ὁ φόβος, οὐδὲ ἔσβεσεν ὑμῶν τὴν προθυμίαν ἡ θλίψις, οὐδὲ ἐμάρανεν ὑμῶν τὸν ζῆλον ὁ κίνδυνος, οὐδὲ ἐνίκησε τὸν περὶ θεὸν πόθον ὁ τῶν ἀνθρώπων φόβος, οὐδὲ κατέβαλεν ὑμῶν τὴν σπουδὴν

δὲ αὐτὴν ἡ τοῦ καιροῦ δυσκολία· καὶ οὐ μόνον οὐ κατέβαλεν, ἀλλὰ καὶ ἐπέῤῥωσεν· οὐ μόνον οὐκ ἐξέλυσεν, ἀλλὰ καὶ ἐπέτεινεν· οὐ μόνον οὐκ ἔσβεσεν, ἀλλὰ καὶ ἀνῆψε πλέον. κεκένωται μὲν ἡ ἀγορὰ, ἡ δὲ ἐκκλησία πεπλήρωται· ἐκείνη τραγῳδίας ὑπόθεσις, αὕτη χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης πνευματικῆς ἀφορμή. ὅταν οὖν ἐμβάλῃς εἰς τὴν ἀγορὰν, ἀγαπητὲ, [a] καὶ τὴν ἐρημίαν θεασάμενος στενάξῃς, καταφύγε πρὸς τὴν μητέρα, καὶ παραμυθήσεταί σε εὐθέως τῷ πλήθει τῶν οἰκείων τέκνων, καὶ δείξει σοι τὸν ἀδελφῶν ἀπηρτισμένον τὸν χορὸν, καὶ πᾶσαν ἀποκρούσεταί σου τὴν ἀθυμίαν. ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς πόλεως ἐπιθυμοῦμεν ἄνδρας ἰδεῖν, καθάπερ οἱ τὰς ἐρήμους οἰκοῦντες· εἰς δὲ
B
τὴν ἐκκλησίαν καταφεύγοντες ὑπὸ τοῦ πλήθους στενοχωρούμεθα. καὶ καθάπερ τῆς θαλάττης στασιαζούσης, καὶ πολλῷ τῷ χειμῶνι μαινομένης, εἰς τὸν λιμένα καταφεύγειν ἀναγκάζει ὁ φόβος ἔξωθεν ἅπαντας· οὕτω καὶ νῦν τὰ τῆς ἀγορᾶς κύματα, καὶ ὁ τῆς πόλεως χειμὼν, πάντας εἰς τὴν ἐκκλησίαν συνελαύνει πάντοθεν, καὶ τῷ συνδέσμῳ τῆς ἀγάπης σφίγγει μετ' ἀλλήλων τὰ μέλη. εὐχαριστῶμεν τοίνυν καὶ διὰ ταῦτα τῷ Θεῷ, ὅτι τοσοῦτον ἀπὸ τῆς θλίψεως ἐκαρπωσάμεθα κέρδος, ὅτι τοσαύτην ἀπὸ τοῦ πειρασμοῦ τὴν ὠφέλειαν ἐλάβομεν. ἐὰν μὴ πειρασμὸς, οὐδὲ στέφανος· ἐὰν μὴ παλαίσματα, οὐδὲ
C
βραβεῖα· ἐὰν μὴ σκάμματα, οὐδὲ τιμαί· ἐὰν μὴ θλίψις, οὐδὲ ἄνεσις· ἐὰν μὴ χειμὼν, οὐδὲ θέρος. καὶ τοῦτο οὐκ ἐπ' ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν σπερμάτων ἐστὶν ἰδεῖν. καὶ γὰρ ἐκεῖ πολὺν μὲν τὸν ὑετὸν, πολλὴν δὲ τῶν νεφῶν τὴν συνδρομὴν, πολὺν δὲ χρεία δεῖ τὸν κρυμὸν, εἰ μέλλοι κομῶν ὁ στάχυς ἀνίστασθαι· ὅπου δὲ σπόρου καιρὸς, καὶ ὑετοῦ καιρός. ἐπεὶ οὖν καὶ νῦν ἐφέστηκε χειμὼν ψυχῶν, οὐκ ἀέρος, σπείρωμεν καὶ ἡμεῖς ἐν τῷ χειμῶνι τούτῳ, ἵνα ἐν τῷ θέρει θερίσωμεν. σπείρωμεν δάκρυα, ἵνα θερίσωμεν ἀγαλλίασιν. οὐκ ἐμὸς οὗτος ὁ λόγος, προφητικὸν ἐστι τὸ παράγγελμα, οἱ σπείροντες ἐν δάκρυσι,
D
ἐν ἀγαλλιάσει θεριοῦσιν. οὐχ οὕτω τὰ σπέρματα καταφερόμενος ὑετὸς θάλλειν ποιεῖ καὶ αὔξεσθαι, ὡς τὸν τῆς εὐσεβείας σπόρον ἀνίσχει καὶ παρασκευάζει κομᾷν ὁ ἐκ τῶν δακρύων καταφερόμενος ὑετός· οὗτος ἀποσμήχει ψυχὴν, ἄρδει διάνοιαν, [b] προκόψαι ταχέως ποιεῖ τὴν διδασκαλίας τὴν βλάστησιν. διὰ τοῦτο καὶ αὔλακα βαθεῖαν ἀνατέμνειν ἀναγκαῖον. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ὁ προφήτης παρῄνεσεν, οὕτως εἰπών· νεώσατε ἑαυτοῖς νεώματα. καὶ μὴ σπείρετε ἐπ' ἀκάνθαις. καθάπερ οὖν ὁ τὸ ἄροτρον ἐμβαλὼν κάτωθεν τὴν γῆν διαῤῥήγνυσιν, ἀσφαλῆ τοῖς σπέρμασι παρασκευάζων τὴν φυλακὴν, ὥστε μὴ κατενεχθέντα ἄνω κεῖσθαι ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας, ἀλλ' εἰς αὐτὰς τῆς γῆς
E
παραπεμφθῆναι τὰς λαγόνας, καὶ ἐν ἀσφαλεῖ καταθέσθαι τὰς ῥίζας· οὕτω καὶ ἡμᾶς ἀναγκαῖον ποιεῖν, καὶ καθάπερ ἀρότρῳ τῇ θλίψει καταχρησαμένους ἀναῤῥῆξαι τῆς καρδίας τὸ βάθος. τοῦτο γὰρ καὶ ἕτερος προφήτης παραινεῖ λέγων, διαῤῥήξατε τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ μὴ τὰ ἱμάτια ὑμῶν. διαῤῥήξωμεν τοίνυν τὰς καρδίας, ἵνα εἴ τις πονηρὰ βοτάνη, καὶ λογισμὸς δολερός ἐστιν ἐν ἡμῖν, πρόῤῥιζον αὐτὸν ἀνασπάσωμεν, καὶ καθαρὰς τοῖς τῆς εὐ-

A temporis iniquitate dejecerit: non tantum non dejecit, sed & confirmavit: non tantum non remisit, sed & intendit: non tantum non exstinxit, sed & amplius accendit. Evacuatum quidem forum est, sed ecclesia repleta: illud luctus materia, hæc gaudii & lætitiæ spiritualis occasio. Cum igitur in forum te contuleris, dilecte, & solitudinem conspicatus ingemueris: confuge ad matrem, & statim te propriorum filiorum multitudine consolabitur: & perfectum ostendet tibi fratrum chorum, & omnem tristitiam repellet. In urbe quidem viros cernere desideramus tamquam deserta habitantes: in ecclesiam vero confugientes multitudine comprimimur. Et quemadmodum mari æstuante, & multis procellis furente, ad portum confugere timor omnes cogit: sic & nunc fori procellæ, & civitatis hyems omnes in ecclesiam undique compellunt, & caritatis vinculo membra inter se constringunt. Gratias agamus igitur & propter hæc Deo, quod tantum ex tribulatione carpsimus emolumentum, quod tantam ex tentatione utilitatem cepimus. Nisi tentatio, nec corona: nisi certamina, nec præmia: nisi stadia, nec honores: nisi tribulatio, nec remissio: nisi hyems, nec æstas. Et hoc non in hominibus tantum, sed in seminibus quoque ipsis intueri licet: & in his enim multam quidem pluviam, multam vero nubium collisionem, multam denique glaciem fieri oportet, si vernans spica exsurgere debet: ubi vero sementis tempus, tempus & pluviæ. Postquam igitur & nunc ingruit hyems animarum, non aëris: seramus & nos in hac hyeme, ut in æstate metamus: seminemus lacrymas, ut exsultationem metamus. Non meus hic sermo, prophetica denunciatio est: *Qui seminant in lacrymis*, inquit, *in exsultatione metent.* Non sic semina demissus imber germinare & crescere facit, ut pietatis semen excitat, & vernare facit ex lacrymis ruens imber: hic animam deterget, irrigat mentem, doctrinæ germen brevi progredi facit: propterea & profundum sulcum proscindere necessarium. Etenim & propheta hoc admonuit ita dicens: *Novate vobis novalia, & nolite seminare in spinis.* Quemadmodum igitur qui aratrum immittit inferne terram sulcat, tutam seminibus custodiam parans, ne jacta in superficie remaneant, sed in ipsos terræ sinus condantur, & in tuto radices figant: sic & nos facere necessarium, & tamquam aratro tribulatione utentes, cordis profundum scindere: hoc enim & alius propheta admonet, dicens: *Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra.* Corda igitur scindamus, ut si qua mala herba, & dolosa cogitatio nobis inest, radicitus eam vellamus, & puras pietatis seminibus ter-

In calamitate Antiocheni ad Ecclesiam confugiebant.

Psal. 125. 5.

Jerem. 4. 3.

Joël. 2. 13.

[a] Unus, καὶ ταύτην ἔρημον θεασάμενος. Infra quatuor MSS. καὶ δείξει σοι τῶν ἀδελφῶν ἀπηρτισμένον. In aliis τῶν ἀδελφῶν deest.

[b] Savil. & tres MSS. προκύψαι non male.

ras exhibeamus. Nisi enim nunc renovemus, nisi nunc seminemus, nisi nunc fundamus lacrymas, cum adest tribulatio & jejunium, quando umquam in compunctionem veniemus? Num quando remissio & deliciæ fuerint? sed hoc fieri non potest: remissio enim & deliciæ in segnitiem inducere consueverunt: sicut tribulatio ad studium revocare, & mentem exterius circa multa vagantem & occupatam ad sese convertere. Ne igitur de hac tristitia doleamus, sed Deo gratias agamus: multum enim ex tribulatione lucrum. Nam & cum agricola semina cum multo labore collecta seminaverit, ut adveniat imber, exoptat: & ignarus quispiam omnia quæ fiunt cernens, admirabitur, forteque apud seipsum dicet: Quid hic homo tandem facit? collecta dissipat, nec dissipat tantum, sed & terræ cum multa cura commiscet, ne facile colligi possint: nec commiscet tantum terræ, sed & optat vehementem pluviam, ut projecta omnia marcescant, & lutum fiant: & turbatur cernens erumpere fulmina & coruscationes deferri: agricola vero non ita, sed lætatur & gaudet tempestatem cernens: non enim præsentia respicit, sed futura spectat: non respicit ad fulmina, sed manipulos computat: non marcescentia semina, sed vernantes spicas: non gravem imbrem, sed jucundissimum areæ pulverem. Itidem & nos, non præsentem spectemus tribulationem, aut dolorem: sed orientem ex ipsa utilitatem, ex ipsa nascentem fructum. Exspectemus areæ manipulos: si etenim vigilemus, multum ex hoc tempore fructum congregare, & mentis nostræ penum implere poterimus: si vigilemus, non tantum nihil grave ex hac patiemur tribulatione, sed & innumera bona capiemus: sin vero torpeamus, remissio nos perdet. Non advertentem enim utraque lædunt, cum sedulitate vero viventi utraque prosunt. Et sicut aurum etsi aquis immoretur, propriam præfert speciem: sive in conflatorium ceciderit, splendidius rursum apparet: lutum autem & fœnum, sive aquis immisceri accidat, hoc quidem marcescit, illud vero dissolvitur: sive in ignem ceciderit, hoc quidem frigitur, illud autem comburitur: sic certe & justus & peccator: ille quidem sive remissione fruatur, manet splendidus, sicut aurum aquæ immersum: sive in tentationem ceciderit, splendidior fit, sicut aurum igne examinatum: peccator vero sive remissionem nanciscatur, dissolvitur & marcescit, sicut fœnum & lutum aquæ immorans: sive tentationem sustineat, comburitur, & perditur, sicut lutum & fœnum ab igne.

2. Non igitur conficiamur præsentibus malis: si enim in peccatis sis, ea destruuntur & comburuntur facile per tribulationem: si vero virtute sis præditus, illustraris & splendescis per ipsam: si continue

Ærumnarum fructus.

A σεβείας σπέρμασι παραβάλωμεν τὰς ἀρούρας. ἐὰν γὰρ μὴ νῦν νεώσωμεν· ἐὰν μὴ νῦν σπείρωμεν· ἐὰν μὴ νῦν δακρύσωμεν, ὅτε θλίψις καὶ νηστεία, πότε λοιπὸν ἥξομεν εἰς κατάνυξιν; ὅταν ἄνεσις ᾖ καὶ τρυφή; ἀλλὰ τοῦτο ἀδύνατον. ἡ γὰρ ἄνεσις καὶ ἡ τρυφὴ εἰς ῥαθυμίαν ἐνάγειν εἴωθεν, ὥσπερ ἡ θλίψις [a] πρὸς σπουδὴν ἐπανάγει, καὶ πεπλανημένην ἔξω, καὶ περὶ πολλὰ τὴν διάνοιαν κεχυμένην, πρὸς ἑαυτὴν ἐπιστρέφει. μὴ τοίνυν ἀλγῶμεν ὑπὲρ τῆς ἀθυμίας ταύτης, ἀλλὰ καὶ εὐχαριστῶμεν τῷ θεῷ· πολὺ γὰρ ἀπὸ τῆς θλίψεως τὸ κέρδος. καὶ γὰρ ὁ γεωργὸς ἐπειδὰν σπείρῃ τὰ μετὰ πολλοῦ τοῦ πόνου συλλεγέντα σπέρματα, χειμῶνα γενέσθαι εὔχεται· καὶ ὁ μὲν ἰδιώτης θεωρῶν

B τὰ γινόμενα ἅπαντα θαυμάσεται, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἴσως ἐρεῖ, τί ποτε ὁ ἄνθρωπος οὗτος ποιεῖ; τὰ συλλεγέντα σκορπίζει· καὶ οὐχὶ σκορπίζει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀναμίγνυσι μετὰ πολλῆς ἀκριβείας τῇ γῇ, ὥστε αὐτὰ μηδὲ συλλέξαι δυνηθῆναι ῥᾳδίως, καὶ οὐκ ἀναμίγνυσι μόνον τῇ γῇ, ἀλλὰ καὶ εὔχεται γενέσθαι σφοδρὸν τὸν ὑετὸν, ὥστε κατασαπῆναι τὰ καταβληθέντα ἅπαντα, καὶ γενέσθαι πηλόν· καὶ θορυβεῖται βλέπων βροντὰς καταῤῥηγνυμένας, καὶ ἀστραπὰς καταφερομένας· ὁ δὲ γηπόνος οὐχ οὕτως, ἀλλὰ χαίρει καὶ ἀγάλλεται χειμῶνα ὁρῶν· οὐ γὰρ τὰ παρόντα βλέπει, ἀλλὰ τὰ μέλλοντα ἀναμένει· οὐ πρὸς τὰς βροντὰς ὁρᾷ, ἀλλὰ

C τὰ δράγματα ἀναλογίζεται· οὐ τὰ σηπόμενα σπέρματα, ἀλλὰ τοὺς κομῶντας στάχυας· οὐ τὸν φορτικὸν ὑετὸν, ἀλλὰ τὸν ἥδιστον τῆς ἅλω κονιορτόν· οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς, μὴ τὴν θλίψιν ὁρῶμεν τὴν παροῦσαν, μηδὲ τὴν ὀδύνην, ἀλλὰ τὴν ἐξ αὐτῆς γινομένην ὠφέλειαν, τὸν ἐξ αὐτῆς τικτόμενον καρπόν. ἀναμένωμεν τῆς ἅλω τὰ δράγματα, καὶ γὰρ ἐὰν νήφωμεν, πολὺν ἀπὸ τοῦ καιροῦ τούτου δυνησόμεθα συναγαγεῖν τὸν καρπὸν, καὶ πληρῶσαι τὰ ταμιεῖα τῆς διανοίας τῆς ἡμετέρας· ἂν νήφωμεν, οὐ μόνον οὐδὲν πεισόμεθα ἀπὸ τῆς θλίψεως ταύτης δεινὸν, ἀλλὰ καὶ μυρία

D καρπωσόμεθα ἀγαθά· ἂν δὲ ῥαθυμῶμεν, καὶ ἡ ἄνεσις ἡμᾶς ἀπολεῖ· τὸν μὲν γὰρ μὴ προσέχοντα ἑκάτερα βλάπτει, τὸν δὲ μετὰ ἀκριβείας ζῶντα ἀμφότερα ὠφελεῖ. καὶ καθάπερ τὸ χρυσίον κἂν ὕδασιν ὁμιλήσῃ, τὴν οἰκείαν εὐπρέπειαν ἐπιδείκνυται· κἂν εἰς χωνευτήριον ἐμπέσῃ, φαιδρότερον γίνεται πάλιν· ὁ δὲ πηλὸς καὶ ὁ χόρτος ἂν ὕδασιν ἀναμιχθεὶς τύχῃ, ὁ μὲν διαλύεται, ὁ δὲ σήπεται· κἂν εἰς πῦρ ἐμπέσῃ, ὁ μὲν φρύγεται, ὁ δὲ κατακαίεται· οὕτω δὴ καὶ ὁ δίκαιος, καὶ ὁ ἁμαρτωλός· ὁ μὲν γὰρ κἂν [b] ἀνέσεως ἀπολαύῃ, μένει λαμπρὸς, καθάπερ τὸ χρυσίον περικλυζόμενον ὕδατι. κἂν εἰς πειρασμὸν ἐμπέσῃ, φαιδρότερος

E γίνεται, καθάπερ τὸ χρυσίον βασανιζόμενον ὑπὸ τοῦ πυρός· ὁ δὲ ἁμαρτωλὸς κἂν ἀνέσεως τύχῃ διαλύεται καὶ κατασήπεται, καθάπερ ὁ χόρτος καὶ ὁ πηλὸς ὁμιλῶν ὕδατι· κἂν πειρασμὸν ὑπομένῃ, κατακαίεται καὶ ἀπόλλυται, καθάπερ ὁ χόρτος καὶ πηλὸς ὑπὸ τοῦ πυρός.

Μὴ τοίνυν ἀλύωμεν ἐπὶ τοῖς παροῦσι δεινοῖς· ἐὰν γὰρ ἁμαρτίας ἔχῃς, ἀφανίζονται καὶ κατακαίονται ῥᾳδίως ὑπὸ τῆς θλίψεως· ἐὰν δὲ ἀρετὴν ἔχῃς, λαμπρύνῃ καὶ φαιδρύνῃ παρ' αὐτῆς· ἐὰν γὰρ ἀγρυπνῇς διηνεκῶς

a Sic Savil. & maxima pars Mss. Morel. vero εἰς σπουδήν.

b Savil. ἀνέσεως τύχῃ.

καὶ νήφῃς, ἀνώτερος ἔσῃ βλάβης ἁπάσης. οὐ γὰρ ἡ τῶν πειρασμῶν φύσις, ἀλλ' ἡ τῶν πειραζομένων ῥαθυμία τὰ πτώματα ἐργάζεσθαι πέφυκεν. ὥστε εἰ βούλει τρυφᾶν καὶ ἀνέσεως ἀπολαύειν καὶ ἡδονῆς, μὴ ζήτει ἡδονὴν μήτε ἄνεσιν· ἀλλὰ ζήτει ψυχὴν ὑπομονῆς γέμουσαν καὶ καρτερίαν ἐπιδείξασθαι δυναμένην· ὡς ἐὰν μὴ τοῦτο ἔχῃς, οὐχὶ πειρασμός σε ἐλέγξει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄνεσίς σε ἀπολεῖ καὶ καταβαλεῖ μειζόνως. ὅτι γὰρ οὐχ ἡ [a] τῶν δεινῶν προσβολή, ἀλλ' ἡ τῆς ἡμετέρας διανοίας ῥαθυμία ἀνατρέπει τὴν σωτηρίαν ἡμῶν, ἄκουσον τί φησιν ὁ Χριστός. πᾶς ὅστις ἀκούει μου τοὺς λόγους τούτους, καὶ ποιεῖ αὐτούς, ὁμοιωθήσεται ἀνδρὶ φρονίμῳ, ὅστις ᾠκοδόμησε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν πέτραν, καὶ κατέβη ἡ βροχή, καὶ ἦλθον οἱ ποταμοί, καὶ ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι, καὶ προσέρρηξαν τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ, καὶ οὐκ ἔπεσεν· τεθεμελίωτο γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν· καὶ πάλιν· ὅστις ἀκούει μου τοὺς λόγους τούτους, καὶ οὐ ποιεῖ αὐτούς, ὁμοιωθήσεται ἀνδρὶ μωρῷ, ὅστις ᾠκοδόμησεν αὐτοῦ τὴν οἰκίαν ἐπὶ τὴν ψάμμον, καὶ κατέβη ἡ βροχή, καὶ ἦλθον οἱ ποταμοί, καὶ ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι, καὶ προσέρρηξαν τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ, καὶ κατέπεσε, καὶ ἦν ἡ πτῶσις αὐτῆς μεγάλη. ὁρᾷς ὅτι οὐχ αἱ τῶν πειρασμῶν προσβολαί, ἀλλ' ἡ τῶν οἰκοδομούντων ἄνοια τὴν πτῶσιν ἐποίησεν; καὶ γὰρ ἐκεῖ βροχή, καὶ ἐνταῦθα βροχή· κἀκεῖ ποταμοί, καὶ ἐνταῦθα ποταμοί· κἀκεῖ πνευμάτων προσβολαί, καὶ ἐνταῦθα τὸ αὐτὸ τοῦτο· κἀκεῖνος ᾠκοδόμησε, καὶ οὗτος ᾠκοδόμησε· καὶ ἡ αὐτὴ οἰκοδομή, καὶ οἱ αὐτοὶ πειρασμοί· ἀλλ' οὐ τὸ αὐτὸ τέλος. ἐπειδὴ οὐχ ὁ αὐτὸς θεμέλιος. οὐ γὰρ τῶν πειρασμῶν ἡ φύσις· ἀλλὰ τοῦ οἰκοδομήσαντος ἡ ἄνοια τὴν πτῶσιν ἐποίησεν· ἐπεὶ [b] ἔδει καὶ τὴν ἐπὶ τῆς πέτρας οἰκοδομηθεῖσαν καταπεσεῖν οἰκίαν, νῦν δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἔπαθεν. ἀλλὰ μὴ περὶ οἰκίας εἰρῆσθαι ταῦτα νομίζητε· περὶ γὰρ ψυχῆς ἐστιν ὁ λόγος τὴν τῶν θείων λόγων ἀκρόασιν διὰ τῶν ἔργων ἐπιδεικνυμένης ἢ διακρουομένης. οὕτως ᾠκοδόμησεν ἑαυτοῦ τὴν ψυχὴν ὁ Ἰώβ· κατέβη ἡ βροχή, πῦρ γὰρ ἔπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατέφαγε πάντα τὰ ποίμνια· ἦλθον οἱ ποταμοί, οἱ πυκνοὶ καὶ συνεχεῖς, καὶ ἐπάλληλοι τῶν συμφορῶν ἄγγελοι· ὁ μὲν τῶν αἰπολίων, ὁ δὲ τῶν καμήλων, ὁ δὲ τῶν παίδων λέγων τὴν ἀπώλειαν. ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι, τὰ πικρὰ τῆς γυναικὸς ῥήματα· εἰπὸν γάρ τι, φησί, ῥῆμα πρὸς κύριον, καὶ τελεύτα. καὶ οὐκ ἔπεσεν ἡ οἰκία, οὐχ ὑπεσκελίσθη ἡ ψυχή, οὐκ ἐβλασφήμησεν ὁ δίκαιος, ἀλλὰ καὶ ηὐχαρίστησεν οὕτως εἰπών, ὁ κύριος ἔδωκεν, ὁ κύριος ἀφείλετο, ὡς τῷ κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτως καὶ ἐγένετο. ὁρᾷς ὅτι οὐχὶ τῶν πειρασμῶν ἡ φύσις, ἀλλ' ἡ τῶν ῥαθυμούντων ὀλιγωρία τὴν πτῶσιν ποιεῖν εἴωθεν; ὡς τόν γε ἰσχυρὸν καὶ ἰσχυρότερον ἡ θλίψις ἐργάζεται. τίς ταῦτά φησιν; ὁ ἐν τῇ θλίψει τραφεὶς ὁ μακάριος Παῦλος, οὕτω λέγων· ἡ θλίψις ὑπομονὴν κατεργάζεται, ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμήν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα. καὶ καθάπερ τὰ ἰσχυρὰ τῶν δένδρων ἡ τῶν ἀνέμων ῥύμη προσπίπτουσα καὶ πάντοθεν ῥιπίζουσα οὐκ ἀνασπᾷ, ἀλλὰ στερρότερα καὶ ἰσχυρότερα ταῖς προσβολαῖς ταύταις κατασκευάζει· οὕτω καὶ ψυχὴν ἁγίαν, καὶ

A vigiles & sobrius sis, eris omni damno superior. Non enim tentationum natura, sed tentatorum segnities ruinas efficere solet. Itaque si vis gaudere, & remissione & voluptate potiri, neque voluptatem, neque remissionem quæras: sed animam patientia plenam quære, & tolerantiam exhibere valentem: quod si hoc non habeas, non* tantum tentatio te superabit, sed & remissio perdet, & magis dejiciet. Quod enim non gravium incursus casuum, sed mentis nostræ torpor salutem nostram subvertat, audi quid dicat Christus: B *Quicumque audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro prudenti, qui ædificavit domum suam super petram, & descendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat super petram*: & rursum: *Omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificavit domum suam super arenam, & descendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina ejus magna.* Vides quod non tentationum inflictus, sed ædificantium stultitia ruinam fecerit? Etenim illic pluvia, C & hic pluvia: & illic flumina, & hic flumina: illic ventorum incursus, & hic idem: ille ædificavit, & hic ædificavit: eadem ædificatio, & eædem tentationes, sed non idem finis: quoniam non idem fundamentum, non enim tentationum natura, sed ædificantis imprudentia ruinam fecit: alioqui oportuisset & domum supra petram ædificatam cadere: nunc vero nihil tale passa est. Sed ne de domo hæc dicta esse putetis, de anima enim sermo est divinorum verborum auditum per opera demonstrante, vel repellente. Sic animam suam Job ædificavit: descendit pluvia, D ignis enim de cælo cecidit, & omnes greges absumsit: venerunt flumina, frequentes nempe, continui, & sibi succedentes calamitatum nuncii: hic quidem gregum, ille vero camelorum, ille rursus filiorum interitum dicens: flaverunt venti, amara uxoris verba: *Dic*, inquit, *verbum contra Dominum, & morere*: & non cecidit domus, non est supplantata anima, non blasphemavit justus: sed & gratias egit, sic dicens: *Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est.* Vides quod E non tentationum natura, sed torpentium ignavia ruinam facere soleat? Itaque fortem virum tribulatio fortiorem reddit. Quis hoc ait? in tribulatione nutritus beatus Paulus ita dicens: *Tribulatio patientiam operatur, patientia vero probationem, probatio vero spem.* Et sicut firmas arbores ventorum impetus irruens, & undique jactans non evellit, sed solidiores & firmiores his incursibus reddit: sic & animam

Matt. 7. 24.

Job 1. 16.

Job 2. 9.

Job 1. 21.

Rom. 5. 4.

[a] Sic Savil. & aliquot Manuscripti recte, Morel. vero τῶν ἡδονῶν perperam.

[b] Sic Savil. & plurimi Mss. Morel. vero, ἐποίησεν, ἔδει γὰρ τήν.

sanctam, & pie viventem tentationum incursus & tribulationum, non supplantant, atque etiam ad majorem patientiam incitant: sicut & beatum Job splendidiorem & venerabiliorem reddiderunt. Nunc igitur nobis quidem homo irascitur, & homo iisdem passionibus obnoxius, similique anima præditus, & timuimus: tunc autem illi dæmon malignus & ferus erat iratus, nec simpliciter irascebatur, sed omnes movebat artes, omnemque adhibebat versutiam, & nec ita quidem justi fortitudinem superavit. Et hic quidem cum homo sit, nunc irascitur, nunc conciliatur, & tamen timore mortui sumus. Tunc vero diabolus erat impugnans, qui numquam hominum naturæ conciliatur, sed bellum sine fœdere, & pugnam sine induciis generi nostro indixit, & tamen ipsius sagittas justus derisit. Quam igitur nos excusationem, vel qualem veniam habere possumus, humanam tentationem non ferentes, qui tantopere in gratia philosophamur, cum ille ante gratiam, & in veteri testamento illud tam intolerabile bellum generose tulerit? Hæc igitur, dilecti, semper inter nos disseramus, & per hos sermones nos ipsos exhortemur. Etenim vos testes, conscientiaque vestra, quantum ex hac tentatione utilitatis habuerimus. Dissolutus enim modestus factus est, ferox humanior, segnis studiosus. Qui numquam ecclesiam viderant, sed totos in theatris exigebant dies, nunc in ecclesia tota die morantur. Proptereane igitur doles, quod te probum timore Deus reddidit? quod te per tribulationem ad tuæ salutis sensum perduxit? Sed torquetur conscientia tua? sed quotidie percellitur mens tua mortem exspectans, & minas maximas? at hinc quoque nobis magna ad virtutem accessio erit, crescente nobis per angustiam religione. Potest enim Deus omnia gravia hac ipsa die solvere: sed donec nos purgatos videat, donec videat factam conversionem, & pœnitentiam firmam & inconcussam, non dissolvit tribulationem. Etenim aurifex donec aurum bene purgatum viderit, de conflatorio non extrahit: sic & Deus non abducit hanc nubem, donec nos penitus emendaverit. Qui enim tentationem permisit, ipse novit & tentationis solvendæ tempus. Et sicut citharœdus neque nervum intendit, ut non abrumpat: neque remittit ultra modum, ne harmoniæ concentum lædat: sic & Deus agit, neque in remissione continua, nec in longa tribulatione nostram constituit animam, secundum suam prudentiam utrumque faciens: non sinit enim nos continua potiri remissione, ne segniores fiamus; non sinit autem rursum in continua esse tribulatione, ne concidamus, neve desperemus.

Bona mutatio ex calamitate parta.

3. Ipsi igitur adversitatis finiendæ tempus relinquamus, nos vero tantum in sanctitate vivamus. Opus enim nostrum ad

A εὐλαβείᾳ συζῶσαν, αἱ τῶν πειρασμῶν ἐπαγωγαὶ, καὶ τῶν θλίψεων, οὐχ ὑποσκελίζουσιν, ἀλλὰ πρὸς πλείονα ὑπομονὴν ἀλείφουσι, καθάπερ καὶ τὸν μακάριον Ἰὼβ λαμπρότερον ἐποίησαν [a] καὶ σεμνότερον. νῦν μὲν οὖν ἄνθρωπος ἡμῖν ὀργίζεται, ἄνθρωπος ὁμοιοπαθὴς καὶ ὁμόψυχος, καὶ δεδοίκαμεν· τότε δὲ ἐκείνῳ δαίμων πονηρὸς καὶ ἄγριος ἦν ὀργιζόμενος, καὶ οὐχ ἁπλῶς ὠργίζετο, ἀλλὰ πάντα ἐκίνει τὰ μηχανήματα, καὶ πᾶσαν προσῆγε μαγγανείαν, καὶ οὐδὲ οὕτως ἤλεγξε τοῦ δικαίου τὴν ἀνδρείαν. καὶ οὗτος μὲν ἄνθρωπος ὢν, νῦν μὲν ὀργίζεται, νῦν δὲ καταλλάττεται, καὶ ὅμως ἀποτεθνήκαμεν τῷ δέει· τότε δὲ B διάβολος ἦν ὁ πολεμῶν, ὁ μηδέ ποτε καταλλαττόμενος τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει, ἀλλὰ πόλεμον ἄσπονδον, καὶ μάχην ἀκήρυκτον πρὸς τὸ γένος ἡμῶν ἀράμενος, ἀλλ' ὅμως κατεγέλασεν αὐτοῦ τῶν βελῶν ὁ δίκαιος. τίνα οὖν ἂν ἔχοιμεν ἀπολογίαν, ἢ ποίαν συγγνώμην, οὕτως ἀνθρώπινον πειρασμὸν οὐ φέροντες οἱ τοσαῦτα φιλοσοφοῦντες ἐν τῇ χάριτι, τοῦ πρὸ τῆς χάριτος καὶ τῆς παλαιᾶς διαθήκης οὕτω τὸν ἀφόρητον πόλεμον ἐκεῖνον ἐνεγκόντος γενναίως; ταῦτα οὖν ἀεὶ διαλεγώμεθα, ἀγαπητοὶ, πρὸς ἀλλήλους, καὶ διὰ τούτων ἑαυτοὺς παρακαλῶμεν τῶν λόγων. καὶ γὰρ ὑμεῖς μάρτυρες, καὶ τὸ συνειδὸς τὸ ὑμέτερον, ὅσον ἀπὸ τοῦ πειρασμοῦ τούτου τὸ κέρδος C ἐσχήκαμεν. ὁ ἀκόλαστος, σώφρων ἐγένετο νῦν· ὁ θρασὺς, ἐπιεικέστερος· ὁ ῥᾴθυμος, σπουδαῖος· οἱ μηδέ ποτε ἐκκλησίαν [b] ἰδόντες, ἀλλ' ἐν θεάτροις προσεδρεύοντες, ἐν ἐκκλησίᾳ διημερεύουσι νῦν. διὰ ταῦτα οὖν ἀλγεῖς, εἰπέ μοι, ὅτι σε σπουδαῖον τῷ φόβῳ ἐποίησεν ὁ θεός; ὅτι σε τῇ θλίψει πρὸς αἴσθησιν τῆς σεαυτοῦ σωτηρίας ἤγαγεν; ἀλλ' ὀδυνᾶταί σου τὸ συνειδός; ἀλλὰ τιτρώσκεταί σου καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἡ διάνοια θάνατον προσδοκῶσα, καὶ ἀπειλὴν μεγίστην; ἀλλὰ καὶ ἐντεῦθεν ἡμῖν πολλὴ πρὸς ἀρετὴν ἐπίδοσις ἔσται, ἐπιτεινομένης ἡμῖν τῆς εὐλαβείας διὰ τῆς ἀγωνίας. δυνατὸς μὲν γὰρ ὁ θεὸς ἅπαντα λῦσαι σήμερον τὰ δεινά· ἀλλ' ἕως ἂν ἴδῃ καθαρθέντας D ὑμᾶς, ἕως ἂν ἴδῃ γενομένην ἐπιστροφὴν, καὶ μετάνοιαν παγίαν καὶ ἄσειστον, οὐ καταλύει τὴν θλῖψιν. καὶ γὰρ ὁ χρυσοχόος, ἕως ἂν ἴδῃ τὸ χρυσίον καλῶς ἐκκαθαρθὲν, οὐκ ἀνασπᾷ τοῦ χωνευτηρίου· οὕτω καὶ ὁ θεὸς, οὐ παράγει τοῦτο τὸ νέφος, ἕως ἂν ἡμᾶς σωφρονίσῃ καλῶς. ὁ γὰρ συγχωρήσας τὸν πειρασμὸν, αὐτὸς οἶδεν καὶ τὸν καιρὸν τῆς λύσεως τοῦ πειρασμοῦ. οὕτω καὶ ὁ κιθαρῳδὸς, οὔτε ἐπιτείνει τὴν νευρὰν, ἵνα μὴ διαρρήξῃ, οὔτε χαλᾷ πέρα τοῦ μέτρου, ἵνα μὴ λυμήνηται τὴν συμφωνίαν τῆς ἁρμονίας· οὕτω καὶ ὁ θεὸς ποιεῖ, οὔτε ἐν ἀνέσει διηνεκεῖ, E οὔτε ἐν θλίψει μακρᾷ τὴν ἡμετέραν καθίστησι ψυχὴν, κατὰ τὴν αὐτοῦ σύνεσιν ἀμφότερα ταῦτα ποιῶν. οὐκ ἀφίησι μὲν γὰρ διηνεκοῦς ἀνέσεως ἀπολαύειν, ἵνα μὴ γενώμεθα ῥᾳθυμότεροι· οὐκ ἀφίησι δὲ ἐν θλίψει συνεχεῖ εἶναι πάλιν, ἵνα μὴ καταπέσωμεν, μηδὲ ἀπαγορεύσωμεν.

Αὐτῷ τοίνυν παραχωρῶμεν τὸν καιρὸν τῆς ἀπαλλαγῆς τῶν δεινῶν, ἡμεῖς δὲ εὐχώμεθα μόνον, ἡμεῖς ἐν εὐλαβείᾳ ζήσωμεν. ἡμῶν μὲν γὰρ ἔργον τὸ μεταβαλέσθαι

a Alii, καὶ φαιδρότερον.

b Locum in Morel. corruptum, sic efferunt Savil. & aliquot MSS.

πρὸς ἀρετήν, τοῦ θεοῦ δὲ ἔργον, τὸ λῦσαι τὰ δεινά· καὶ γάρ σου τοῦ πειραζομένου μᾶλλον αὐτὸς βούλεται σβέσαι τὴν πυρὰν ταύτην, ἀλλ' ἀναμένει σου τὴν σωτηρίαν. ὥσπερ οὖν ἐξ ἀνέσεως ἐγένετο θλίψις, οὕτω καὶ ἀπὸ θλίψεως ἄνεσιν χρὴ προσδοκᾷν. οὐδὲ γὰρ ἀεὶ χειμὼν, οὐδὲ ἀεὶ θέρος· οὐκ ἀεὶ κύματα, οὐδὲ ἀεὶ γαλήνη· οὐκ ἀεὶ νὺξ, οὐδὲ ἀεὶ ἡμέρα· οὕτως οὐδὲ ἀεὶ θλίψις, ἀλλ' ἔσται καὶ ἄνεσις, μόνον ἐὰν ἐν τῇ θλίψει διαπαντὸς εὐχαριστῶμεν τῷ θεῷ. καὶ γὰρ οἱ τρεῖς παῖδες εἰς κάμινον ἐνεβλήθησαν, καὶ οὐδὲ οὕτως ἐπελάθοντο τῆς εὐλαβείας, οὐδὲ ἐφόβησεν αὐτοὺς ἡ φλὸξ, ἀλλὰ τῶν ἐν θαλάμῳ καθημένων, καὶ μηδὲν πασχόντων δεινὸν, σπουδαιότερον τῷ πυρὶ κυκλούμενοι τὰς ἱερὰς ἐκείνας ἀνέπεμπον εὐχάς. διὰ τοῦτο τεῖχος αὐτοῖς ἐγένετο τὸ πῦρ, καὶ στολὴ ἡ φλὸξ, καὶ πηγὴ ἡ κάμινος, καὶ δεδεμένους λαβοῦσα λελυμένους ἀπέδωκεν· ἔλαβε θνητὰ σώματα, καὶ ὡς ἀθανάτων ἀπέσχετο· [a] ἔγνω τὴν φύσιν, ἀλλ' ᾐδέσθη τὴν εὐλάβειαν. ἔδησε τοὺς πόδας ὁ τύραννος, καὶ ἔδησαν οἱ πόδες τοῦ πυρὸς τὴν ἐνέργειαν. ὢ παραδόξου πράγματος· τοὺς δεδεμένους ἔλυσεν ἡ φλὸξ, καὶ αὐτὴ λοιπὸν ὑπὸ τῶν δεδεμένων ἐδέδετο· μετέβαλε γὰρ τῶν πραγμάτων τὴν φύσιν τῶν νεανίσκων ἡ εὐλάβεια, μᾶλλον δὲ οὐ τὴν φύσιν μετέβαλεν, ἀλλ' ὃ πολλῷ θαυμαστότερον ἦν, μενούσης τῆς φύσεως τὴν ἐνέργειαν ἔστησεν. οὐ γὰρ ἔσβεσε τὸ πῦρ, ἀλλὰ καιόμενον ἀργὸν ἐποίησε· καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν καὶ παράδοξον, οὐκ ἐπὶ τῶν σωμάτων τοῦτο τῶν ἁγίων ἐγένετο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἱματίων αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τῶν ὑποδημάτων· καὶ καθάπερ ἐπὶ τῶν ἀποστόλων, τὰ ἱμάτια Παύλου νοσήματα καὶ δαίμονας ἤλαυνε, [b] καὶ αἱ σκιαὶ Πέτρου θάνατον ἐφυγάδευον· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα τῶν παίδων τούτων τὰ ὑποδήματα τὴν τοῦ πυρὸς δύναμιν ἔσβεσεν. οὐκ οἶδα πῶς εἴπω· τὸ γὰρ θαῦμα πᾶσαν ὑπερβαίνει λόγου διήγησιν. καὶ γὰρ ἔσβεστο ἡ ἐνέργεια, καὶ οὐκ ἔσβεστο· ὅτε μὲν γὰρ τοῖς σώμασιν ὡμίλει τῶν ἁγίων ἐκείνων, ἔσβεστο· ὅτε δὲ τὰ δεσμὰ διαρρῆξαι ἔδει, οὐκ ἔσβεστο· τὰ γοῦν δεσμὰ διέρρηξε, καὶ τῶν ἀστραγάλων οὐχ ἥψατο. εἶδες πόση ἡ ἐγγύτης; καὶ οὐκ ἠπατήθη τὸ πῦρ, οὐδὲ ἐνδοτέρω τῶν δεσμῶν παρελθεῖν ἐτόλμησεν. ἔδησεν ὁ τύραννος, καὶ ἔλυσεν ἡ φλόξ· ἵνα μάθῃς καὶ τοῦ βαρβάρου τὴν ὠμότητα καὶ τοῦ στοιχείου τὴν ὑπακοήν. τίνος δὲ ἕνεκεν ἔδησεν εἰς πῦρ ἐμβαλεῖν μέλλων; ἵνα τὸ θαῦμα μεῖζον γένηται, ἵνα παραδοξότερον τὸ σημεῖον, ἵνα μὴ νομίσῃς ὀφθαλμῶν ἀπάτην εἶναι τὰ ὁρώμενα. εἰ γὰρ μὴ πῦρ ἦν ἐκεῖνο τὸ πῦρ, οὐκ ἂν τὰ δεσμὰ κατέφαγεν· καὶ ὃ πολλῷ μεῖζον ἦν, οὐκ ἂν τοὺς ἔξωθεν στρατιώτας καθημένους ἥρπασεν· νυνὶ δὲ, ἐν μὲν τοῖς ἔξω τὴν δύναμιν ἐπεδείξατο, ἐν δὲ τοῖς ἔνδον τὴν ὑπακοὴν ἔδειξε. σὺ δέ μοι σκόπει πανταχοῦ, πῶς ὁ διάβολος δι' ὧν πολεμεῖ τοῖς τοῦ θεοῦ δούλοις, διὰ τούτων τὴν οἰκείαν δύναμιν καθαιρεῖ· οὐχ ἑκὼν, ἀλλὰ τοῦ θεοῦ τοῦ σοφοῦ καὶ εὐμηχάνου τοῖς ὅπλοις

A virtutem mutari, Dei vero opus, malis urgentibus finem imponere. Etenim ipse magis, quam tu qui tentaris, hoc incendium exstinguere vult, sed salutem tuam exspectat. Sicut igitur ex remissione tribulatio facta est: sic & ex tribulatione remissionem exspectare convenit. Neque enim semper hyems, neque semper æstas, neque semper procella, neque semper tranquillitas, non semper nox, neque semper dies: sic neque semper tribulatio, sed erit & remissio, si tantum in tribulatione Deo gratias B semper agamus. Nam tres in fornacem pueri conjecti sunt: & nec ita religionis obliti sunt, nec ipsos terruit flamma, sed iis, qui in cubiculo sederent, & nihil grave paterentur, studiosius, igne licet circumdati, sacras illas preces emittebant. Ideo murus ipsis factus est ignis, & vestis flamma, & fons fornax: & ligatos acceptos, solutos reddidit: mortalia suscepit corpora, & tamquam immortalibus abstinuit: agnovit naturam, sed pietati reverentiam exhibuit. Vinxit pedes tyrannus, & ignis vim pedes vinxerunt. O rem admirabilem! vinctos solvit flamma, & ipsa de reliquo a vinctis vincta est: mutavit enim C rerum naturam adolescentulorum pietas: imo vero non naturam mutavit, sed quod erat mirabilius, permanentis naturæ vim repressit: non enim ignem exstinxit, sed ardentem inefficacem reddidit: & quod est mirabile ac stupendum, non in sanctis tantum corporibus hoc factum est, sed & in vestimentis ipsorum & calceamentis: & sicut in apostolis, vestimenta Pauli ægritudines & dæmones pellebant, & Petri umbra mortem fugabat: sic etiam hic puerorum calceamenta ignis virtutem exstinxerunt. Nescio quomodo dicam: miraculum omnem verborum narrationem D transcendit. Nam vis erat exstincta, & non exstincta: cum enim circa sanctorum illorum corpora versabatur, erat exstincta: cum vero vincula dirumpere oportuit, non erat exstincta: compedes igitur dirupit, & talos non tetigit: Vidisti quanta propinquitas? neque vi sua privatus est ignis, neque ultra vincula procedere ausus fuit. Vinxit tyrannus, & flamma resolvit, ut & Barbari crudelitatem discas, & elementi obedientiam. Qua vero causa in ignem missurus eos ligavit? Ut miraculum fieret majus, ut mirabilius signum, ne putares esse oculorum errorem ea quæ vide- E bantur: nisi enim ignis ille ignis fuisset, vincula non absumsisset, non exterius sedentes milites, quod multo magis fuit, rapuisset: nunc autem exterioribus quidem vim, interioribus vero obedientiam exhibuit. Tu vero mihi considera ubique, quomodo diabolus per quæ Dei servos impugnat, per hæc propriam vim destruat, non volens quidem, sed Dei sapientia & providentia illius armis & arti-

[a] Savilius, οὐκ ἔγνω, Morel. ἔγνω, omissa negatione, alii, οὐκ

[b] Alii, καὶ ἡ σκιά... ἐφυγάδευεν.

bus in ipsius caput utente: quod quidem A & hic factum est. Diabolus enim illic tunc tyranno se insinuans, neque ferro sanctorum capita abscindi permisit, neque bestiis tradi, neque ullo alio tali modo puniri: sed in ignem injici suasit, ut neque reliquiæ illorum sanctorum remanerent ipsis corporibus consumtis, & ipsorum cinere cum sarmentorum cinere commixto: Deus autem hoc ipso ad impietatis destructionem usus est, & eo modo quem ego mox dicam. Deus apud Persas ignis esse putatur, ipsumque multo cultu venerantur Barbari etiam nunc regionem illam habitantes. Volens igitur Deus radicitus impietatis materiam auferre, concessit hujusmodi pœnæ modum, ut præ oculis omnium ipsum colentium, servis suis victoriam conferret: per ipsa opera ipsis persuadere volens, quod Gentilium dii non Deum tantum, sed & Dei servos timeant.

Ignis apud Persas Deus putatur.

4. Et considera victoriæ coronam per contraria textam, & factos tropæi testes ipsos inimicos. *Misit enim*, inquit, *Nabuchodonosor rex ad congregandum omnes magistratus, & duces, & præsides, principes, & tyrannos, & in potestatibus constitutos, & omnes regionum præfectos; ut venirent ad novæ dedicationem statuæ, & congregati sunt omnes.* Inimicus theatrum parat, ac spectatores cogit, stadium proponit, ipse spectaculum convocat, & theatrum non vulgarium hominum, non privatorum, sed omnium honoratorum, & omnium magistratuum, ut & testimonium apud multos fide dignum fiat. Venerant ad aliud vocati spectaculum, & alia conspicati, omnes abierunt. Venerunt statuam adoraturi, & statuam quidem deriserunt: abierunt vero Dei potentiam admirati per signa in pueris exhibita. Et vide ubi stadium hoc statuerat: non in urbe, nec in ullo agro, sed plani & nudi campi hoc orbis theatrum suscipiunt: in campo enim Deira extra civitatem effigiem erexit, & præco pertransiens clamabat: *Vobis dicitur gentes, tribus, populi, linguæ quacumque hora audieritis vocem tubæ, fistulæ, & citharæ, sambucæque, & psalterii, & symphoniæ & omnis generis musicorum, cadentes adorate statuam auream*; vere enim cadere erat simulacrum adorare; *& quicumque non cadens adoraverit, in eadem hora projicietur in caminum ignis ardentem.* Vidisti quam difficilia certamina parata sint, & quot insidiarum necessitates, quam profunda vorago, & præcipitium utrinque? sed ne timueris: quanto magis machinamenta inimicus auxerit, tanto magis puerorum fortitudinem demonstrat. Ideo enim tot musicorum concentus, ideo caminus ardens, ut & voluptas & timor assistentium animas obsideret. Asper adstantium quispiam est, & rigidus? molliat ipsum, in-

Dan. 3. 2.

Dan. 3. 4.

A ἐκείνου καὶ ταῖς μεθοδείαις κατὰ τῆς ἐκείνου κεχρημένου κεφαλῆς. ὃ δὴ καὶ ἐνταῦθα γέγονεν. ὁ μὲν γὰρ διάβολος ἐμπνεύσας τῷ τυράννῳ τότε ἐκείνῳ, οὔτε σιδήρῳ τὰς τῶν ἁγίων ἀποτμηθῆναι κεφαλὰς ἀφῆκεν, οὔτε θηρίοις παραδοθῆναι· οὔτε ἄλλῳ τινὶ τοιούτῳ τρόπῳ κολασθῆναι· ἀλλ᾽ εἰς τὸ πῦρ ἐμβληθῆναι, ἵνα μηδὲ τὰ λείψανα μένῃ τῶν ἁγίων ἐκείνων τῶν σωμάτων αὐτοῖς ἀφανισθέντων, καὶ τῆς τέφρας αὐτῶν τῇ τέφρᾳ τῶν κληματίδων ἀναμιγείσης. ὁ δὲ θεὸς αὐτῷ δὴ τούτῳ πρὸς ἀναίρεσιν τῆς ἀσεβείας ἐχρήσατο, καὶ πῶς, ἐγὼ λέγω. θεὸς παρὰ τοῖς Πέρσαις
B εἶναι νομίζεται τὸ πῦρ, καὶ τιμῶσιν αὐτὸ μετὰ πολλῆς τῆς θεραπείας οἱ βάρβαροι, οἱ τὴν χώραν ἐκείνην οἰκοῦντες ἔτι καὶ νῦν. βουλόμενος τοίνυν ὁ θεὸς πρόρριζον ἀνελεῖν τῆς ἀσεβείας τὴν ὑπόθεσιν, συνεχώρησεν αὐτῷ τῷ τρόπῳ τῆς κολάσεως ταύτης, ἵνα κατ᾽ ὀφθαλμοὺς τῶν θεραπευόντων αὐτὸ πάντων τοῖς αὐτοῦ δούλοις τὰ νικητήρια δῷ, διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν πείσας αὐτοὺς, ὅτι οἱ τῶν Ἑλλήνων θεοὶ οὐχὶ τὸν θεὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς τοῦ θεοῦ δούλους δεδοίκασι.

Καὶ σκόπει διὰ τῶν ἐναντίων πλεκόμενον τῆς νίκης τὸν
C στέφανον, καὶ μάρτυρας τοῦ τροπαίου γινομένους αὐτοὺς τοὺς ἐχθρούς. ἀπέστειλε γὰρ, φησὶ, Ναβουχοδονόσορ ὁ βασιλεὺς συναγαγεῖν πάντας τοὺς ὑπάτους, καὶ στρατηγοὺς, καὶ τοπάρχας, ἡγουμένους, καὶ τυράννους, καὶ τοὺς ἐπ᾽ ἐξουσιῶν, καὶ πάντας τοὺς ἄρχοντας τῶν χωρῶν ἐλθεῖν εἰς τὰ ἐγκαίνια τῆς εἰκόνος· καὶ συνήχθησαν πάντες. ὁ ἐχθρὸς συνάγει τὸ θέατρον, καὶ αὐτὸς συγκροτεῖ τοὺς θεατάς· αὐτὸς τὰ σκάμματα τίθησι, καὶ θέατρον οὐ τῶν τυχόντων ἀνθρώπων, οὐκ ἰδιωτῶν τινων, ἀλλὰ τῶν ἐντίμων πάντων τῶν ἐν ἀρχαῖς, ἵνα καὶ ἡ μαρτυρία ἀξιόπιστος γένηται παρὰ τοῖς πολλοῖς. ἦλθον ἐφ᾽ ἑτέρᾳ κληθέντες ὑποθέσει, καὶ ἕτε-
D ρα θεασάμενοι πάντες ἀπῆλθον. ἦλθον προσκυνήσοντες τὴν εἰκόνα, καὶ τῆς μὲν εἰκόνος καταγελάσαντες, ἐκπλαγέντες δὲ τοῦ θεοῦ τὴν δύναμιν διὰ τῶν εἰς τοὺς παῖδας τούτους γινομένων σημείων, ἀπῆλθον. καὶ ὅρα ποῦ τὸ στάδιον ἀνέῳγε τοῦτο· οὐκ ἐν πόλει, οὐδὲ ἐν χώρᾳ τινὶ, ἀλλ᾽ ὕπτια καὶ ψιλὰ πεδία δέχεται τοῦτο τῆς οἰκουμένης τὸ θέατρον. ἐν γὰρ πεδίῳ Δεηρᾷ, τῆς πόλεως ἔξω, τὴν εἰκόνα ἔστησε, καὶ ὁ κήρυξ περιϊὼν ἐβόα, ὑμῖν λέγεται ἔθνη, φυλαὶ, λαοὶ, γλῶσσαι, ἐν ᾗ ἂν ὥρᾳ ἀκούσητε τῆς φωνῆς τῆς σάλπιγγος, σύριγγός τε, καὶ κιθάρας, σαμβύκης τε, καὶ ψαλτηρίου, καὶ συμφωνίας, καὶ παντὸς γένους μουσικῶν,
E πεσόντες προσκυνήσατε τῇ εἰκόνι τῇ χρυσῇ, ὄντως γὰρ πεσεῖν ἦν τὸ προσκυνῆσαι τὸ εἴδωλον, καὶ ὃς ἐὰν μὴ προσκυνήσῃ πεσὼν, ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ [a] ἐμβληθήσεται εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρὸς τὴν καιομένην. εἶδες πῶς χαλεπὰ τὰ παλαίσματα γέγονε, καὶ ὅσαι τῆς ἐπιβουλῆς αἱ ἀνάγκαι, καὶ πῶς βαθὺ τὸ βάραθρον, καὶ κρημνὸς ἑκατέρωθεν; ἀλλὰ μὴ δείσῃς· ὅσῳ γὰρ ἂν αὐξήσῃ τὰ μηχανήματα ὁ ἐχθρὸς, τοσούτῳ μᾶλλον δείκνυσι τῶν παίδων τὴν ἀνδρείαν. διὰ γὰρ τοῦτο συμφωνία μουσικῶν τοσούτων, διὰ τοῦτο ἡ κάμινος ἡ καιομένη, ἵνα καὶ ἡδονὴ καὶ φόβος πολιορκῇ τὰς τῶν παρόντων ψυχάς. [b] πικρός τίς ἐστι τῶν παρόντων καὶ δυσένδοτος; μαλαττέτω, φησὶν,

[a] Alii, ἐμπεσεῖται, minus recte.

[b] Alii, σκληρός τις.

αὐτὸν γοητεύουσα τῆς παναρμονίου μουσικῆς ἡ μελῳδία. ἀλλ' ἀνώτερος ταύτης γίνεται τῆς ἐπιβουλῆς; φοβείτω καὶ καταπληττέτω τῆς φλογὸς ἡ ὄψις. καὶ ἦν φόβος καὶ ἡδονή· ἡ μὲν διὰ τῶν ὤτων, ὁ δὲ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἐπεισιὼν τῇ ψυχῇ· ἀλλὰ τὸ γενναῖον τῶν νεανίσκων ἐκείνων οὐδὲν τούτων ἤλεγξεν· ἀλλ' ὥσπερ εἰς τὸ πῦρ ἐμπεσόντες, ἐκράτησαν τῆς φλογός· οὕτω πάσης ἐπιθυμίας καὶ ἀγωνίας κατεγέλασαν. πάντα γὰρ ταῦτα δι' ἐκείνους ὁ διάβολος προπαρεσκεύασεν· οὐ γὰρ περὶ τῶν ὑπηκόων ἠμφισβήτει, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἐθάῤῥει, ὅτι οὐδεὶς ἀντιπεσεῖται τῷ νόμῳ τοῦ βασιλέως· ἐπειδὴ δὲ ἅπαντες ἔπεσαν καὶ ἡττήθησαν, τότε εἰς μέσον οἱ παῖδες ἄγονται μόνοι, ἵνα καὶ ταύτῃ ἡ νίκη λαμπροτέρα γένηται, ἐν τοσούτῳ πλήθει νικώντων καὶ ἀνακηρυττομένων αὐτῶν. οὐδὲ γὰρ ἦν οὕτω θαυμαστὸν, εἰ μηδενὸς ὑποσκελισθέντες οὗτοι προλαβόντες ἠνδρίσαντο πρῶτοι. τὸ δὲ μέγιστον καὶ παράδοξον, ὅτι τῶν πεπτωκότων τὸ πλῆθος οὐκ ἐφόβησεν αὐτοὺς, οὐδὲ ἐξέλυσεν, οὐδὲ εἶπον πρὸς ἑαυτούς τι τοιοῦτον, ὃ πολλοὶ πολλάκις λέγειν εἰώθασιν· εἰ μὲν γὰρ πρῶτοι καὶ μόνοι προσκυνεῖν ἡμεῖς ἐμέλλομεν [a] τὴν εἰκόνα, ἔγκλημα τὸ γινόμενον ἦν· εἰ δὲ μετὰ τοσούτων μυριάδων τοῦτο ποιοῦμεν, τίς οὐ δώσει συγγνώμην; τίς ἀπολογίας οὐκ ἀξιώσει; ἀλλ' οὐδὲν οὔτε εἶπον, οὔτε ἐνενόησάν τι τοιοῦτον ἐκεῖνοι, τὰ πτώματα τῶν τοσούτων ἰδόντες τυράννων. σὺ δέ μοι σκόπει καὶ τῶν διαβαλλόντων αὐτοὺς τὴν κακουργίαν, πῶς καὶ κακοήθως αὐτῶν καὶ πικρῶς κατηγόρησαν ἐκεῖνοι. εἰσὶ γὰρ, φησὶν, ἄνδρες Ἰουδαῖοι, οὓς κατέστησας ἐπὶ τὰ ἔργα τῆς χώρας Βαβυλῶνος. οὐ γὰρ ἁπλῶς ἐμνημόνευσαν τοῦ ἔθνους, ἀλλὰ καὶ τῆς τιμῆς ἀνέμνησαν, ἵνα ἐκκαύσωσι τὴν τοῦ βασιλέως ὀργὴν, μονονουχὶ λέγοντες, ὅτι τοὺς δούλους τοὺς αἰχμαλώτους τοὺς ἀπόλιδας ἄρχοντας ἡμῶν ἐποίησας. οἱ δὲ καὶ τὴν τοσαύτην τιμὴν ὑβρίζουσι, καὶ παροινοῦσιν εἰς τὸν τετιμηκότα. διὰ τοῦτο λέγουσιν, οἱ Ἰουδαῖοι οὓς κατέστησας ἐπὶ τὰ ἔργα τῆς χώρας Βαβυλῶνος, οὐχ ὑπήκουσαν τῷ δόγματί σου, καὶ τοῖς θεοῖς σου οὐ λατρεύουσι. μέγιστος ἔπαινος ἡ κατηγορία, καὶ τὰ ἐγκλήματα ἐγκώμια γίνεται, καὶ ἡ μαρτυρία ἀνύποπτος, τῶν ἐχθρῶν αὐτὴν παρεχομένων. τί οὖν ὁ βασιλεύς; ἐκέλευσεν εἰς μέσον ἀχθῆναι αὐτοὺς ὥστε πάντοθεν αὐτοὺς φοβῆσαι. ἀλλ' οὐδὲν ἐκείνους ἐξέπληξεν· οὐχ ὁ θυμὸς τοῦ βασιλέως, οὐ τὸ μόνους ἐν μέσῳ τοσούτων ἀπειλῆφθαι, οὐ τὸ πῦρ ὁρώμενον, οὐχ αἱ σάλπιγγες ἠχοῦσαι, οὐ πάντες εἰς αὐτοὺς πῦρ βλέποντες, ἀλλὰ πάντων τούτων καταγελάσαντες, ὡς εἰς ψυχρὰν πηγὴν ὑδάτων ἐμπίπτειν μέλλοντες, ἐπὶ τὴν κάμινον [b] εἰσῄεσαν τὴν μακαρίαν ἐκείνην ἀφιέντες φωνὴν, ὅτι τοῖς θεοῖς σου οὐ λατρεύομεν, καὶ τῇ εἰκόνι τῇ χρυσῇ ᾗ ἔστησας οὐ προσκυνοῦμεν. καὶ ταύτην οὐχ ἁπλῶς ἐκίνησα τὴν ἱστορίαν, ἀλλ' ἵνα μάθητε, ὅτι κἂν θυμὸς ᾖ βασιλικὸς, κἂν ἐπιβουλὴ στρατιωτῶν, κἂν φθόνος ἐχθρῶν, κἂν αἰχμαλωσία, κἂν ἐρημία, κἂν πῦρ, κἂν κάμινος, κἂν μυρία δεινὰ, τὸν δίκαιον οὐδὲν ἐλέγξαι, οὐδὲ φοβῆσαι δυνήσεται. εἰ γὰρ, ἔνθα ἀσεβὴς ἦν ὁ βασιλεὺς,

A quit, delectans omnisonæ musicæ melodia. Sed his insidiis superior est? terreat & percellat flammæ aspectus. Et erat timor & voluptas, hæc per aures, ille per oculos animæ subrepens. Verumtamen adolescentulorum illorum generositatem horum nihil superavit: sed sicut in ignem projecti flammam vicerunt, sic omnem concupiscentiam & anxietatem deriserunt. Hæc enim omnia propter ipsos diabolus præparaverat: non enim de subditis dubitabat, sed potius multum confidebat, nullum regis legi repugnaturum esse. Postquam vero ceciderunt omnes, & victi sunt, tunc in medium pueri soli aguntur,
B ut sic quoque victoria fiat clarior, cum in tanta multitudine ipsi vincant, & victores renuncientur: neque enim tam mirabile fuisset, si nullo supplantato, primi viriliter egissent. Hoc autem maximum & mirabile est, quod cadentium multitudo ipsos non terruit, non solvit. Non intra se tale quid dixerunt, quod multi sæpe dicere consueverunt: Si primi nos imaginem adoraremus, id peccatum esset: si vero cum tot millibus hoc faciamus, quis veniam non dabit? quis excusatione dignos non censebit? Sed nihil illi tale aut dixerunt,
C aut cogitaverunt, tot tyrannorum lapsus intuiti. Tu vero mihi & calumniantium ipsos malignitatem considera, & quam improbe & acerbe ipsos accusaverint. *Sunt*, inquit, *viri Judæi, quos constituisti super opera regionis Babylonis.* Dan. 3. 12. Non enim solum gentem commemorarunt, sed & honorem in memoriam revocaverunt, ut regis iram accenderent tantum non dicentes: Servos civitate carentes captivos, principes nostros fecisti: hi vero & tantum honorem contumelia afficiunt, & in eum qui se honoravit, insolenter agunt. Ideo dicunt,
D *Judæi quos constituisti super opera regionis Babylonis, non paruerunt decreto tuo, & diis tuis non serviunt.* Maxima laus accusatio, & crimina laudes fiunt, & testimonium indubitatum inimicis ipsum perhibentibus. Quid igitur rex? jussit ipsos in medium agi, ut ipsos undique terreret. Sed nihil illos consternavit: non regis furor, non quod soli in tantæ turbæ medio derelicti essent, non ignis spectatus, non canentes tubæ, non omnes ipsos ardentibus oculis intuentes: sed hæc illi omnia deridentes, tam-
E quam in frigidum aquarum fontem mittendi, in fornacem ingressi sunt, beatam illam emittentes vocem: *Diis tuis non servimus, & statuam auream, quam erexisti, non adoramus.* Dan. 3. 18. Hanc non temere recitavi historiam, sed ut discatis, quod licet furor instet regius, etsi militum insidiæ, etsi inimicorum invidia, etsi captivitas, etsi orbitas, etsi ignis, etsi fornax, etsi innumera alia, justum nihil superare, aut terrere poterit. Si enim ubi impius erat rex,

a Unus, τῇ εἰκόνι. Mox duo MSS. μυριάδων καὶ λαῶν ἀπείρων.

b Sic Savil. & aliquot MSS. Morel. vero, ᾔεσαν.

non formidaverunt adolescentuli tyranni furorem, multo magis nos confidere oportet, humanum & mitem habentes Imperatorem, & de hac tribulatione Deo gratias agere, ex prædictis doctos, ærumnis nos clariores effici & apud Deum, & apud homines, si ipsas generose ferre sciamus. Etenim nisi servi fuissent hi, ipsorum libertatem non cognovissemus: nisi captivi fuissent, non eorum animi nobilitatem didicissemus: nisi inferiori patria excidissent, non cognovissemus supernæ civitatis esse ipsorum virtutem: nisi terrenus rex ipsis fuisset iratus, non audissemus benevolentiam, quam cælestis rex erga ipsos gerebat.

5. Et tu igitur si illum benevolum habeas, licet in fornacem cadas, ne desperes: sicut si succenseat, licet in paradiso sis, ne confidas: etenim in paradiso erat Adam, & postquam Deum irritavit, nihil profuit paradisus: in fornace erant isti, & postquam se bene gesserunt, nihil obfuit fornax. In paradiso erat Adam, & quia segnis erat, supplantatus fuit: fimo insidebat Job, & quia vigilabat, superavit: at quanto paradisus est fimo melior? sed nihil loci virtus inhabitanti profuit, postquam seipsum ille prodidit: sicut nec loci vilitas virtute undique munitum læsit. Et nos igitur animam nostram muniamus, sive enim pecuniarum mulcta immineat, sive mors, pietatem vero auferat nemo, sumus omnibus beatiores. Hoc & Christus mandavit dicens: *Estote igitur prudentes sicut serpentes.* Sicut enim ille reliquum objicit corpus, ut caput servet: sic & tu: sive pecunias, sive corpus, sive præsentem vitam, sive omnia amittere oporteat, ut pietatem conserves, noli tristari. Si enim illam habens migraveris, omnia tibi cum majori Deus claritate retribuet, & corpus cum majori rursum gloria restituet, & pro pecuniis, bona quæ nulla verborum vi possunt exprimi. Nonne in fimo nudus sedebat Job, innumeris mortibus graviorem sustinens vitam? sed quia pietatem non abjecit, omnia cum majori copia rediere priora, corporis sanitas & species, omnis filiorum cœtus, possessiones omnes, & quod omnium maximum, splendida patientiæ corona. Sicut enim in arboribus accidit, ut si quis fructum cum foliis auferat, & ramos omnes amputet radice manente, tota cum majori etiam ornatu arbor resurgat: sic quidem & in nobis, si pietatis radix permaneat, etsi divitiæ auferantur, & corpus corrumpatur, omnia rursus nobis cum majori gloria redeunt. Omnem igitur animæ solicitudinem, & superfluam curam abjicientes, ad nos ipsos redeamus, corpus & animam ornemus virtutis ornamento: justitiæ arma, sed non arma peccati, corporis nostri membra exhibentes: & ante

Matth. 10. 16.

A οὐκ ἐξεπλάγησαν οἱ νεανίσκοι τὸν τοῦ τυράννου θυμόν· πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς θαῤῥεῖν χρὴ φιλάνθρωπον καὶ ἥμερον ἔχοντας βασιλέα, καὶ χάριν εἰδέναι τῷ θεῷ τῆς θλίψεως ταύτης· ἀπὸ τῶν εἰρημένων μαθόντας, ὅτι αἱ θλίψεις λαμπροτέρους ποιοῦσι καὶ παρὰ θεῷ, καὶ παρὰ ἀνθρώποις, τοὺς εἰδότας αὐτὰς φέρειν γενναίως. καὶ γὰρ, εἰ μὴ ἐγένοντο οὗτοι δοῦλοι, οὐκ ἂν ἔγνωμεν αὐτῶν τὴν ἐλευθερίαν· εἰ μὴ αἰχμάλωτοι ἐγένοντο, οὐκ ἂν αὐτῶν ἐμάθομεν τὴν εὐγένειαν τῆς ψυχῆς· εἰ μὴ τῆς κάτω πατρίδος [a] ἐξέπεσον, οὐκ ἂν ἔγνωμεν τῆς ἄνω πολιτείας αὐτῶν τὴν ἀρετήν· εἰ μὴ ὠργίσθη αὐτοῖς ὁ ἐν τῇ γῇ B βασιλεὺς, οὐκ ἂν ἐμάθομεν τὴν εὔνοιαν ἣν εἶχε περὶ αὐτοὺς ὁ ἐπουράνιος βασιλεύς.

Καὶ σὺ τοίνυν ἐὰν ἔχῃς ἐκεῖνον εὐμενῆ, κἂν εἰς κάμινον ἐμπέσῃς, μὴ ἀπογνῷς· ὥσπερ ἂν ὀργίζηται, κἂν ἐν παραδείσῳ ᾖς, μὴ θαῤῥήσῃς. καὶ γὰρ ἐν παραδείσῳ ἦν ὁ Ἀδὰμ, καὶ ἐπειδὴ θεὸν παρώργισεν, οὐδὲν ὠφέλησεν ὁ παράδεισος· ἐν καμίνῳ ἦσαν οὗτοι, καὶ ἐπειδὴ εὐδοκίμησαν, οὐδὲν ἔβλαψεν ἡ κάμινος. ἐν παραδείσῳ ἦν ὁ Ἀδάμ· καὶ ἐπειδὴ ῥάθυμος ἦν, ὑπεσκελίσθη· ἐν κοπρίᾳ ἐκάθητο ὁ Ἰὼβ, καὶ ἐπειδὴ ἔνηφεν, ἐκράτει. καί τοι πό- C σῳ βέλτιον παράδεισος κοπρίας; ἀλλ' οὐδὲν ὠφέλησεν ἡ ἀρετὴ τοῦ χωρίου τὸν ἐνοικοῦντα, ἐπειδὴ προὔδωκεν ἑαυτὸν ἐκεῖνος· ὥσπερ οὖν οὐδὲν ἔβλαψεν ἡ εὐτέλεια τοῦ τόπου τὸν ἀρετῇ πάντοθεν τετειχισμένον. καὶ ἡμεῖς τοίνυν τὴν ψυχὴν ἀσφαλισώμεθα τὴν ἡμετέραν· κἂν γὰρ ζημία χρημάτων ἐπίῃ, κἂν θάνατος, τὴν δὲ εὐσέβειαν μηδεὶς ἡμᾶς ἀφέληται, μακαριώτεροι πάντων ἐσμέν. τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς [b] ἐπέταξεν εἰπὼν, γίνεσθε οὖν φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις. καθάπερ γὰρ ἐκεῖνος τὸ λοιπὸν προΐεται ἅπαν σῶμα, ὥστε διασῶσαι τὴν κεφαλήν· οὕτω καὶ σὺ, κἂν χρήματα, κἂν σῶμα, κἂν τὴν παροῦσαν ζωὴν, κἂν πάντα D προέσθαι δέῃ, ὥστε διατηρῆσαι τὴν εὐσέβειαν, μὴ ἀθύμει. ἂν γὰρ ἐκείνην ἔχων ἀπέλθῃς, πάντα σοι μετὰ πλείονος ἀποδώσει τῆς λαμπρότητος ὁ θεὸς, καὶ τὸ σῶμα μετὰ μείζονος δόξης ἀναστήσει πάλιν, καὶ ἀντὶ χρημάτων, τὰ ἀγαθὰ τὰ πᾶσαν ὑπερβαίνοντα λόγου δύναμιν. οὐχὶ γυμνὸς ἐπὶ τῆς κοπρίας ἐκάθητο ὁ Ἰὼβ, μυρίων θανάτων χαλεπωτέραν ὑπομένων ζωήν; ἀλλ' ἐπειδὴ τὴν εὐσέβειαν οὐκ ἀπέβαλεν, πάντα μετὰ πλείονος αὐτῷ ἐπανῆλθε τῆς περιουσίας τὰ πρότερα· σώματος ὑγεία καὶ κάλλος, τῶν παίδων ὁ χορὸς ἅπας, τὰ κτήματα, καὶ τὸ δὴ μεῖζον ἁπάντων, ὁ λαμπρὸς τῆς ὑπομονῆς στέφανος. καθάπερ E γὰρ ἐπὶ τῶν δένδρων γίνεται, κἂν τὸν καρπόν τις ἀφέληται μετὰ τῶν φύλλων, κἂν τοὺς κλάδους πάντας ἐκκόψῃ, τῆς ῥίζης μενούσης, ὁλόκληρον καὶ μετὰ πλείονος ἀνίσταται τῆς εὐπρεπείας τὸ δένδρον· οὕτω δὴ καὶ ἐφ' ἡμῶν, ἐὰν ἡ ῥίζα μένῃ τῆς εὐσεβείας, κἂν ὁ πλοῦτος ἀφαιρεθῇ, κἂν τὸ σῶμα διαφθαρῇ, πάντα πάλιν μετὰ μείζονος ἡμῖν ἐπάνεισι τῆς δόξης. πᾶσαν τοίνυν μέριμναν τῆς ψυχῆς ἐκβαλόντες καὶ φροντίδα περιττὴν, πρὸς ἑαυτοὺς ἐπανέλθωμεν, καὶ τὸ σῶμα, καὶ τὴν ψυχὴν καλλωπίσωμεν τῷ κόσμῳ τῆς ἀρετῆς· ὅπλα δικαιοσύνης, ἀλλὰ μὴ ὅπλα ἁμαρτίας τὰ μέλη τοῦ σώματος ἡμῶν κατασκευάζοντες· καὶ πρότερον

[a] Quinque MSS. ἐξέπεσαν.

[b] Unus, προσέταξεν. Mox quidam MSS. ὡς ὁ ὄφις.

ἁπάντων

A ἁπάντων τὴν γλῶτταν παιδεύσωμεν εἶναι διάκονον τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος, πάντα ἰὸν καὶ πονηρίαν ἐκ τοῦ στόματος ἐκβάλλοντες, καὶ ῥημάτων αἰσχρῶν μελέτην. Καὶ γὰρ ἡμεῖς ἐσμὲν κύριοι καὶ πονηρίας καὶ δικαιοσύνης ὄργανον ἕκαστον τῶν ἡμετέρων ποιῆσαι μελῶν. Ἄκουσον γοῦν πῶς τὴν γλῶτταν οἱ μὲν ἁμαρτίας, οἱ δὲ δικαιοσύνης ἐποίησαν ὅπλον. Ἡ γλῶσσα αὐτῶν μάχαιρα ὀξεῖα. Ἕτερος δέ τις, φησὶ, περὶ τῆς ἑαυτοῦ γλώσσης, Ἡ γλῶσσά μου κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου. Ἐκείνη φόνον εἰργάσατο, αὕτη νόμον ἔγραφε θεῖον· διὰ τοῦτο μάχαιρα μὲν ἐκείνη, κάλαμος δὲ ἦν αὕτη· οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, ἀλλὰ B παρὰ τὴν προαίρεσιν τῶν χρωμένων. Ἡ μὲν γὰρ φύσις τῆς γλώττης καὶ ταύτης κἀκείνης ἦν μία· ἡ δὲ ἐργασία οὐ μία. Καὶ περὶ τοῦ στόματος δὲ πάλιν ὁμοίως τὸ αὐτὸ τοῦτό ἐστιν ἰδεῖν· οἱ μὲν γὰρ εἶχον τὸ στόμα σηπεδόνος γέμον καὶ πονηρίας, διὰ τοῦτο ὁ κατηγορῶν ἔλεγε, Τὸ στόμα αὐτῶν ἀρᾶς καὶ πικρίας γέμει· τὸ δὲ αὐτοῦ οὐ τοιοῦτον, ἀλλὰ Τὸ στόμα μου λαλήσει σοφίαν, καὶ ἡ μελέτη τῆς καρδίας μου σύνεσιν. Ἕτεροι δὲ πάλιν χεῖρας εἶχον ἀνομίας ἐμπεπλησμένας, καὶ τούτων κατηγορῶν πάλιν ἔλεγεν, Ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν αἱ ἀνομίαι, καὶ ἡ δεξιὰ αὐτῶν ἐπλήσθη δώ- C ρων· αὐτὸς δὲ χεῖρας εἶχεν οὐδὲν ἕτερον ἢ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνατείνεσθαι μεμελετηκυίας· διὸ καὶ περὶ τούτων [a] ἔλεγεν· Ἔπαρσις τῶν χειρῶν μου θυσία ἑσπερινή. [a] Καὶ ἐπὶ τῆς καρδίας τὸ αὐτὸ τοῦτο πάλιν ἐστὶν ἰδεῖν· τῶν μὲν γὰρ ἡ καρδία ματαία ἦν, τούτου δὲ ἀληθής· διὸ καὶ περὶ ἐκείνων φησὶν, Ἡ καρδία αὐτῶν ματαία· περὶ δὲ τῆς ἑαυτοῦ, Ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν. Καὶ ἐπὶ ἀκοῆς δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο ἴδοι τις ἄν. Οἱ μὲν γὰρ εἶχον θηρίων ἀκοὴν ἀμείλικτον καὶ ἀσύγγνωστον, καὶ κακίζων αὐτοὺς οὕτως ἔλεγεν, Ὡσεὶ ἀσπίδος κωφῆς καὶ βυούσης τὰ ὦτα αὐτῆς· ἡ δὲ αὐτοῦ ἀκοὴ δοχεῖον τῶν θείων ῥημάτων ἦν. Καὶ τοῦτο αὐτὸ πάλιν D ἐδήλωσεν εἰπὼν, Κλινῶ εἰς παραβολὴν τὸ οὖς μου, ἀνοίξω ἐν ψαλτηρίῳ τὸ πρόβλημά μου.

Ταῦτ' οὖν εἰδότες πάντοθεν ἑαυτοὺς ἀρετῇ τειχίσωμεν, καὶ οὕτως ἀποκρουσόμεθα τοῦ θεοῦ τὴν ὀργὴν, καὶ τὰ μέλη τοῦ σώματος ὅπλα δικαιοσύνης ποιήσωμεν, καὶ ὀφθαλμοὺς, καὶ στόμα, καὶ χεῖρας, καὶ πόδας, καὶ καρδίαν, καὶ γλῶτταν, καὶ πᾶν τὸ σῶμα παιδεύσωμεν ἀρετῇ χρήσιμον [b] εἶναι μόνῃ. Καὶ [b] τῶν τριῶν δὲ ἐκείνων μνημονεύσωμεν περὶ ὧν πρὸς τὴν ὑμετέραν διελέχθην ἀγάπην, παρακαλῶν μηδένα ἔχειν ἐχθρὸν, μηδὲ κακῶς λέγειν τινὰ τῶν E λελυπηκότων ὑμᾶς, καὶ τὴν πονηρὰν τῶν ὅρκων ἐκβάλλειν ἀπὸ τοῦ στόματος ὑμῶν συνήθειαν. Καὶ περὶ μὲν τῶν δυοῖν ἐντολῶν, ἐν ἑτέρῳ καιρῷ διαλεξόμεθα, τὴν δὲ παροῦσαν ἑβδομάδα ἅπασαν περὶ τῶν ὅρκων ὑμῖν ἐροῦμεν, ἀπὸ τῆς εὐκολωτέρας ἐντολῆς ποιούμενοι τὴν ἀρχήν. Οὐδὲ γὰρ πόνος οὐδεὶς περιγενέσθαι τῆς τῶν ὅρκων συνηθείας, ἐὰν θελήσωμεν μικρὰν γοῦν εἰσενεγκεῖν σπουδὴν, ἀλλήλους ὑπομιμνήσκοντες, νουθετοῦντες, τηροῦντες, δίκην ἀπαιτοῦντες, καὶ εὐθύνας τοὺς ἐπιλανθανομένους. Τί

A omnia linguam ut sit spiritualis gratiæ ministra instituamus, omne virus & malignitatem ex ore projicientes, & turpium verborum meditationem. Etenim in nostra potestate est, unum quodque membrorum nostrorum sive malitiæ, sive justitiæ instrumentum facere. Audi igitur, quo modo linguam, hi quidem peccati, illi vero justitiæ arma fecerunt. *Lingua ipsorum gladius acutus.* Psalm. 56. 5. Alter vero quidam de sua dicit lingua: *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.* Psal. 44. 2. Illa cædem operata est, hæc divinam legem scribebat: propterea illa quidem gladius, calamus autem hæc erat: B non secundum propriam naturam, sed secundum utentium electionem. Linguæ enim natura & hujus & illius una erat, operatio autem non una. Et de ore rursus idem cernere licet: etenim hi quidem habebant os sanie & improbitate plenum, propterea incusando dicebat: *Os ipsorum maledictione & amaritudine plenum est:* Psal. 13. 3. ipsius vero non tale, sed *os meum*, inquit, *loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam.* Psal. 48. 3. Alii vero rursus manus habebant iniquitatis plenas, & hos accusans rursus C dicebat: *In manibus ipsorum iniquitates, & dextra eorum repleta est muneribus.* Psal. 25. 10. Ipse vero manus nihil aliud facere, quam in cælum erigi, assuetas habebat, idcirco & de his dicebat: *Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.* Psal. 140. 2. In corde quoque licet idem videre. Quorumdam enim cor vanum est, hujus autem verum; propterea de illis dicit: *Cor eorum vanum est*, de suo autem, *Eructavit cor meum verbum bonum.* Psal. 44. 1. Et de auditu rursum idem videre licet. Alii namque bestiarum auditum habebant immitem & implacabilem, & ipsos vituperans, sic dicebat: *Sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas:* Psal. 57. 5. ipsius au- D tem auditus divinorum erat verborum receptaculum, & hoc ipsum manifestavit, dicens: *Inclinabo in parabolam aurem meam, aperiam in psalterio propositionem meam.* Psal. 48. 4.

Moralis exhortatio.

6. Hæc igitur scientes, nos undique virtute muniamus, & sic Dei iram repellemus: & corporis membra justitiæ arma faciamus: & oculos, manus, pedes, cor, linguam, & omne corpus ut virtuti tantum utile sit instituamus: & illorum trium recordemur, de quibus ad vestram caritatem verba feci, rogans ut inimicum E haberetis neminem, neque cuiquam eorum qui vos tristitia affecerint, maledicatis, & improbam juramentorum consuetudinem ex ore vestro ejiciatis. Et de duobus quidem mandatis in alio tempore disseremus: per hanc vero hebdomadam totam de juramentis vobis dicemus, a faciliori mandato initium facientes: nec enim labor ullus est juramentorum consuetudinem vincere, si velimus vel parum impendere studii, nos invicem commonefacientes, admonentes, observantes, rationem & pœnas ab iis, qui obliti fuerint,

a Sic Savil. & omnes fere MSS. Morel. vero, καὶ περὶ τῆς

b Savil. & unus Codex, τῶν τριῶν δὲ νόμων ἐκείνων.

A καὶ ἀφ' ὧν, καὶ εἰς ἄνδρας, καὶ πόλεις, καὶ ἔθνη, καὶ δήμους ὁλοκλήρους ἐποίησε. καὶ γὰρ καὶ τῇ Νινευιτῶν [a] ἠπείλησε πόλει, καὶ εἶπεν, ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ Νινευῒ καταστραφήσεται. τί οὖν, εἰπέ μοι, κατεστράφη ἡ Νινευῒ, καὶ ἀνετράπη ἡ πόλις; τοὐναντίον μὲν οὖν ἅπαν, καὶ ἀνέστη, καὶ λαμπροτέρα γέγονε, καὶ χρόνος τοσοῦτος διελθὼν τὴν δόξαν αὐτῆς οὐκ ἠφάνισεν, ἀλλὰ πάντες αὐτὴν ᾄδομεν ἔτι, καὶ νῦν θαυμάζομεν, ὅτι λιμήν τις ἄριστος ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἅπασι γέγονεν, οὐκ ἀφιεῖσα εἰς ἀπόγνωσιν ἐμπεσεῖν, ἀλλὰ καλοῦσα ἅπαντας εἰς μετάνοιαν, καὶ δι' ὧν ἔπραξε, καὶ δι' ὧν ἀπήλαυσε τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας, πείθουσα μηδέ ποτε τῆς οἰκείας ἀπογινώσκειν σωτηρίας, B ἀλλὰ βίον ἄριστον ἐπιδεικνυμένους, καὶ τὴν ἀγαθὴν ἐλπίδα προβαλλομένους θαῤῥεῖν περὶ τοῦ τέλους ὡς ἐσομένου πάντως χρηστοῦ. τίς γὰρ οὐκ ἂν ἀνασταίη, τὸ κατ' ἐκείνους παράδειγμα ἀκούων, κἂν πάντων νωθρότατος ᾖ; εἵλετο γοῦν τὴν ἑαυτοῦ πρόῤῥησιν διαπεσεῖν ὁ θεὸς, καὶ μὴ διαπεσεῖν τὴν πόλιν· μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἡ προφητεία διέπεσεν. εἰ μὲν γὰρ ἐπὶ τῆς αὐτῆς πονηρίας τῶν ἀνθρώπων μενόντων οὐκ ἐξέβη εἰς ἔργον τὰ τῆς ἀποφάσεως, εἶχεν ἴσως ἄν τις ἐγκαλεῖν τοῖς εἰρημένοις· εἰ δὲ μεταβαλλομένων αὐτῶν καὶ τῆς αἰτίας ἀποστάντων ἀπέστη καὶ τῆς ὀργῆς ὁ θεὸς, τίς δυνήσεται λοιπὸν C ἐπιλαβέσθαι τῆς προφητείας, καὶ καταγνῶναι ψεῦδος τῶν εἰρημένων; καὶ γὰρ τὸν νόμον, ὃν ἐξ ἀρχῆς ἔθηκεν ὁ θεὸς διὰ τοῦ προφήτου πᾶσιν ἀνθρώποις διαλεγόμενος, τοῦτον καὶ τότε διετήρησε. τίς οὖν ἐστιν ὁ νόμος; πέρας λαλήσω, φησὶν, ἐπὶ ἔθνος καὶ ἐπὶ βασιλείαν τοῦ ἐκριζοῦν αὐτοὺς, καὶ κατασκάπτειν καὶ ἀπολλύειν· καὶ ἔσται, ἐὰν μετανοήσωσιν ἀπὸ τῆς κακίας, μετανοήσω κἀγὼ ἀπὸ τῆς ὀργῆς, ἧς ἐλάλησα ποιῆσαι αὐτοῖς. τοῦτον τοίνυν φυλάττων τὸν νόμον, μεταβαλομένους ἔσωσε, καὶ ἀποστάντας τῆς κακίας, ἀπήλλαξε τῆς ὀργῆς. ᾔδει τῶν βαρ- D βάρων τὴν ἀρετὴν, διὰ τοῦτο τὸν προφήτην κατήπειγεν· οὕτω καὶ τότε ἐδονεῖτο ἡ πόλις, τῆς προφητικῆς ἀκούουσα φωνῆς, ἀλλ' οὐδὲν παρεβλάβη, ἀλλὰ καὶ ὠφελήθη παρὰ τοῦ φόβου. ὁ γὰρ φόβος ἐκεῖνος τὴν σωτηρίαν ἔτεκεν· ἡ ἀπειλὴ τὸν κίνδυνον ἔλυσεν, ἡ τῆς καταστροφῆς ἀπόφασις τὴν καταστροφὴν ἔστησεν. ὢ καινοῦ καὶ παραδόξου πράγματος· ἀπόφασις θάνατον ἀπειλοῦσα ζωὴν ἔτεκεν. ἀπόφασις μετὰ τὸ ἐξενεχθῆναι, τότε ἄκυρος γέγονεν ἀπεναντίας τοῖς ἔξωθεν δικάζουσιν· ἐπὶ μὲν γὰρ τούτων τὸ προενεχθῆναι τὴν ψῆφον εἰς μέσον, κυρίαν ποιεῖ τὴν ψῆφον γενέσθαι, ἐπὶ δὲ τοῦ θεοῦ τοὐναντίον, τὸ προενεχθῆναι τὴν ψῆφον, τοῦτό ἐστι τὸ ποιῆσαν αὐτὴν ἄκυρον. E εἰ γὰρ μὴ προηνέχθη, οὐκ ἂν ἤκουσαν οἱ ἡμαρτηκότες· εἰ δὲ μὴ ἤκουσαν, οὐκ ἂν μετενόησαν, οὐκ ἂν ἀπεκρούσαντο τὴν τιμωρίαν, οὐκ ἂν ἀπήλαυσαν τῆς παραδόξου σωτηρίας ἐκείνης. πῶς γὰρ οὐ παράδοξος, ὅταν ὁ μὲν δικαστὴς ἀποφαίνηται, οἱ δὲ κατάδικοι τὴν ἀπόφασιν λύωσι διὰ τῆς μετανοίας; οὐ γὰρ ἔφυγον τὴν πόλιν καθάπερ καὶ ἡμεῖς νῦν, ἀλλὰ μένοντες αὐτὴν ἔστησαν. παγὶς ἦν, καὶ τεῖχος αὐτὴν ἐποίησαν· βάραθρον ἦν, καὶ κρημνὸς, καὶ

A mentia, & ex his quæ in viros, & civitates, & gentes, & populos integros fecit. Etenim Ninivitarum civitati minatus eſt, & dixit: *Adhuc tres dies, & Ninive ſubvertetur.* Jon. 3. 5. Quid igitur, dic mihi, Ninive ſubverſa eſt & urbs deſtructa fuit? Contra prorſus accidit, & ſurrexit, & clarior facta eſt, & tantum tempus præteritum ipſius gloriam non deſtruxit, ſed omnes eam celebramus adhuc quoque, & admiramur: quoniam portus quidam optimus ex illo tempore peccantibus omnibus exſtitit, in deſperationem cadere non permittens, ſed omnes ad pœnitentiam vocans, B & per ea quæ fecit, & per quæ Dei providentiam eſt aſſequuta, perſuadens numquam de propria ſalute deſperare, ſed vitam gerentes bonam, & optimam ſpem proponentes, de fine tamquam penitus bono futuro confidere. Quis enim non excitetur illorum exemplum audiens, licet omnium ſit ignaviſſimus? Elegit itaque Deus prophetiam potius ſuam irritam cadere, quam civitatem corruere: imo vero neque prophetia cecidit. Si enim hominibus in eadem malitia permanentibus non in opus ſententia proceſſiſſet, poſſet quis C forte dicta criminari: quod vero mutatis ipſis, & a malitia deſiſtentibus, etiam Deus ab ira deſtiterit, quis amplius prophetiam carpere poterit, & dicta mendacii condemnare? Etenim legem, quam ab initio Deus cunctis hominibus poſuit per Prophetam loquens, hanc & tunc conſervavit. Quam autem legem? *Ad ſummam loquar*, inquit, *ad gentem & regnum, ut eradicem, & ſuffodiam, & perdam: & erit, ſi pœnitentiam egerint malitiæ, me quoque pœnitebit iræ, quam loquutus fueram facere illis.* Jerem. 18. 7. Hanc igitur legem cuſtodiens pœni- D tentes ſalvavit, & a vitio diſcedentes ab ira liberavit. Noverat Barbarorum virtutem, & ideo Prophetam urgebat: ſic & tunc agitabatur civitas audita voce prophetica, ſed in nullo læſa eſt, quin & a timore adjuta. Timor enim ille ſalutem peperit, comminatio periculo liberavit, ſubverſionis ſententia ſubverſionem cohibuit. O novam rem & admirabilem! denunciatio mortem minans, vitam peperit. Sententia poſtquam lata fuit, tunc invalida facta eſt, contra quam apud ſæculares judices: apud hos enim in medium prolata, rata fit ſententia: apud Deum E contra, proferri ſententiam eam invalidam facit: niſi enim prolata fuiſſet, non utique peccatores audiſſent: ſi vero non audiſſent, neque egiſſent pœnitentiam, neque pœnam repuliſſent, nec fuiſſent illa mirabili ſalute potiti. Quomodo enim non mirabilis, cum judex ſententiam tulerit, rei vero per pœnitentiam ſententiam ſolverint? Non enim urbem fugerunt, ſicut nos nunc: ſed manentes, ipſam nutantem firmarunt. Laqueus erat, & munimen ipſam reddiderunt: vorago erat & præcipi-

[a] Savil & quidam Mſſ. ἠπείλησε πόλιν καταστρέφειν, καὶ εἶπεν . . . ἔτι τρεῖς ἡμέραι: ſic ſemper lectum eſt in LXX. Interpretibus, vel a primis Eccleſiæ ſæculis: τρεῖς pro τεσσαράκοντα.

tium, & tutelæ turrim fecerunt. Audierunt quod ædificia corruent, neque fugerunt ædificia, sed peccata fugerunt: non discesserunt quisque de domo sua, sicut nunc nos, sed discessit quisque a via sua mala. Num enim, inquit, muri iram pepererunt? nos vulneris auctores, nos medicamentum præparemus: propterea non locorum permutationibus, sed morum conversioni salutem crediderunt.

6. Hæc Barbari: & nos non confundimur, neque nos abscondimus, quando illis mores convertentibus, nos loca permutamus, & ebriorum hominum opera facimus, substantiamque nostram exponimus? Dominus nobis irascitur, & nos iram solvere omittentes, quæ in domo sunt circumferimus, & circuimus quærentes, ubi substantiam deponamus, cum esset opus quærere, ubi animam deponeremus: imo vero nec oportet quærere, sed virtute & vitæ rectitudine ipsi securitatem præbere. Neque enim si servo irascentibus nobis & indignantibus, ille adversus iram se excusare omittens, in cellulam suam descendens, vestimenta & omnes colligens sarcinulas & colligans, de fuga meditaretur, hunc ipsius contemtum facile ferremus. Desistamus igitur ab hoc importuno studio, & dicamus quisque ad Deum:
Psal. 138. 7. *Quo ibo a spiritu tuo: & a facie tua quo fugiam?* Barbarorum philosophiam imitemur: illi in incertis pœnitentiam egerunt: non enim hoc habebat sententia: si convertamini & pœnitentiam agatis, civita-
Jon. 3. 9. tem firmabo: sed simpliciter, *Adhuc tres dies & Ninive subvertetur.* Quid igitur illi? *Quis novit an pœnitebit Deum mali, quod loquutus est facere nobis?* Quis novit? Nesciunt rei finem, nec pœnitentiam negligunt: nesciunt Dei benignitatis consuetudinem, & in incertis mutantur: nec enim habebant alios Ninivitas ad quos respicerent pœnitentia acta servatos: nec Prophetas legerant, nec Patriarchas audierant, nec usi sunt consilio: non admonitionem nacti sunt, neque sibi persuaserant, omnino Deum pœnitentia placandum esse. Neque enim hoc habebat comminatio, sed dubitabant, hærebantque, & tamen cum omni diligentia pœnitentiam egerunt. Quæ igitur ratio nobis erit, cum illi quidem nec unde de fine confiderent habentes, tantam exhibeant mutationem: tu vero qui de divina benignitate confidere potes, & qui multa sæpius pignora cepisti ejus circa te curæ, & Prophetas, & Apostolos audisti, & per ipsas res instructus es, nec ad eamdem cum ipsis mensuram virtutis pervenire contendas? Magna igitur horum hominum virtus, multo autem major Dei clementia, & hanc ex ipsa minarum magnitudine conspicere licet. Ob hoc enim sententiæ non

A πύργον αὐτὴν ἀσφαλείας κατεσκεύασαν. ἤκουσαν ὅτι πεσεῖται τὰ οἰκοδομήματα, καὶ οὐκ ἔφυγον τὰ οἰκοδομήματα, ἀλλ' ἔφυγον τὰ ἁμαρτήματα· οὐκ ἀπέστη ἕκαστος ἀπὸ τῆς οἰκίας αὐτοῦ καθάπερ ἡμεῖς νῦν, ἀλλ' ἀπέστησαν ἕκαστος ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς. μὴ γὰρ οἱ τοῖχοι, φησὶ, τὴν ὀργὴν ἔτεκον; ἡμεῖς αἴτιοι τοῦ τραύματος, ἡμεῖς δὲ φάρμακον κατασκευάσωμεν. διὰ τοῦτο οὐ τόπων ἐναλλαγαῖς, ἀλλὰ τρόπων μεταβολῇ τὴν σωτηρίαν ἐπίστευσαν.

Ταῦτα οἱ βάρβαροι, καὶ οὐκ αἰσχυνόμεθα οὐδὲ ἐγκαλυπτόμεθα, ἐκείνων τρόποις μεταβαλλόντων, ἡμεῖς τόπους ἀμείβοντες, καὶ μεθυόντων ἀνθρώπων ἔργα ποιοῦντες, B καὶ τὰς οὐσίας ὑπεκτιθέντες; ὁ δεσπότης ἡμῖν ὀργίζεται καὶ ἡμεῖς ἀφέντες καταλῦσαι τὴν ὀργὴν, [a] τὰ τῆς οἰκίας περιστρεφόμεθα καὶ περιερχόμεθα, ζητοῦντες ποῦ καταθώμεθα τὴν οὐσίαν, δέον ζητεῖν ποῦ τὴν ψυχὴν παρακαταθώμεθα· μᾶλλον δὲ οὐδὲ χρὴ ζητεῖν, ἀλλ' ἀρετῇ καὶ ὀρθότητι βίου τὴν ἀσφάλειαν αὐτῆς ἐγχειρίζειν. οὐδὲ γὰρ εἰ πρὸς οἰκέτην ὀργιζομένων καὶ ἀγανακτούντων ἡμῶν, ὁ δὲ πρὸς τὴν ὀργὴν ἀπολογήσασθαι ἀφεὶς ἐκεῖνος εἰς τὸν οἰκίσκον τὸν ἑαυτοῦ κατελθὼν, τὰ ἱμάτια καὶ τὰ ἔπιπλα πάντα συναγαγὼν, καὶ καταδήσας περὶ φυγῆς ἐβουλεύετο, ῥᾳδίως ἂν ἠνέγκαμεν τὴν καταφρόνησιν ταύ- C την. παυσώμεθα τοίνυν τῆς ἀκαίρου ταύτης σπουδῆς, καὶ εἴπωμεν ἕκαστος πρὸς τὸν θεὸν, ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου ποῦ φύγω; μιμησώμεθα τὴν τῶν βαρβάρων φιλοσοφίαν, ἐκεῖνοι ἐπ' ἀδήλοις μετενόησαν, οὐ γὰρ εἶχεν ἡ ἀπόφασις τοῦτο, ὅτι ἐὰν ἐπιστρέψητε, καὶ μετανοήσητε, στήσω τὴν πόλιν, ἀλλ' ἁπλῶς, ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ Νινευὴ καταστραφήσεται· τί οὖν ἐκεῖνοι; τίς οἶδεν εἰ μετανοήσει ὁ θεὸς ἀπὸ τῆς κακίας, ἧς ἐλάλησε ποιῆσαι ἡμῖν; τίς οἶδεν; οὐκ ἴσασι τὸ τέλος τοῦ πράγματος, καὶ οὐκ ἀμελοῦσι τῆς μετανοίας· οὐκ ἐπίστανται τὸν τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας τὸν τρόπον, καὶ D ἐπ' ἀδήλοις μεταβάλλονται· οὐδὲ γὰρ εἶχον πρὸς ἑτέρους Νινευΐτας ἰδεῖν μετανοήσαντας καὶ σωθέντας, οὐδὲ ἀνέγνωσαν προφήτας, οὐδὲ ἤκουσαν πατριαρχῶν, οὐκ ἀπήλαυσαν συμβουλῆς, οὐ μετέσχον παραινέσεως, οὐδὲ ἦσαν πεπεικότες ἑαυτοὺς, ὅτι πάντως ἐξιλεώσονται τὸν θεὸν τῇ μετανοίᾳ· οὐδὲ γὰρ εἶχε τοῦτο ἡ ἀπειλὴ, ἀλλ' ἀμφέβαλλον καὶ ἠμφισβήτουν περὶ τούτου, καὶ ὅμως μετενόησαν μετ' ἀκριβείας ἁπάσης. τίς οὖν ἔσται λόγος ἡμῖν ὅταν οἱ μὲν περὶ τοῦ τέλους θαρρεῖν οὐκ ἔχοντες, τοσαύτην [b] ἐπιδεικνύμενοι φαίνωνται τὴν μεταβολὴν, σὺ δὲ ὁ θαρρεῖν ἔχων περὶ τῆς φιλανθρωπίας τοῦ θεοῦ, καὶ πολ- E λὰ πολλάκις ἐνέχυρα λαβὼν αὐτοῦ τῆς κηδεμονίας, καὶ προφητῶν καὶ ἀποστόλων ἀκούσας, καὶ δι' αὐτῶν παιδευθεὶς τῶν πραγμάτων, μηδὲ πρὸς τὸ αὐτὸ τῆς ἀρετῆς ἐκείνοις μέτρον [c] φθάσαι φιλονεικήσῃς; μεγάλη μὲν οὖν καὶ ἡ τῶν ἀνθρώπων τούτων ἀρετὴ, πολλῷ δὲ μείζων ἡ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπία, καὶ ταύτην ἀπ' αὐτοῦ τοῦ μεγέθους τῆς ἀπειλῆς ἔστιν ἰδεῖν. διὰ γὰρ τοῦτο οὐ προσέθηκε τῇ ἀπο-

a Savil. & plurimi MSS. τὰ ἐπὶ τῆς οἰκίας.
b Savil. & omnes fere MSS. ἐπιδεδειγμένοι, Morel. ἐπιδεικνύμενοι.
c Sic Savil. & MSS. plurimi, Morel. vero, μέτρον ἐλθεῖν. Infra, quidam MSS. ἐκβαλὼν τὴν ψῆφον.

φάσει, ὅτι ἐὰν δὲ μετανοήσητε, φείσομαι, ἵνα ἀόριστον A
ἐμβάλλων τὴν ψῆφον, αὐξήσῃ τὸν φόβον, καὶ τὸν φόβον αὐξήσας, ταχύτερον πρὸς τὴν μετάνοιαν συνωθήσῃ. καὶ ὁ μὲν προφήτης αἰσχύνεται τὸ μέλλον προειδὼς, καὶ στοχαζόμενος ὡς ἀτέλεστα μένει τὰ εἰρημένα· ὁ δὲ θεὸς οὐκ αἰσχύνεται, ἀλλ' ἓν μόνον ζητεῖ τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν, καὶ τὸν οἰκέτην τὸν ἑαυτοῦ διορθοῦται. ἐπειδὴ γὰρ εἰς τὸ πλοῖον εἰσῆλθεν ἐκεῖνος, διήγειρεν εὐθέως τὴν θάλατταν, ἵνα μάθῃς, ὅτι ὅπου ἁμαρτία, ἐκεῖ χειμών· ὅπου παρακοὴ, ἐκεῖ κλυδώνιον· καὶ ἐσαλεύετο μὲν ἡ πόλις διὰ τὰ ἁμαρτήματα τῶν Νινευϊτῶν, ἐσαλεύετο δὲ τὸ
πλοῖον διὰ τὴν παρακοὴν τοῦ προφήτου. ἐκεῖνοι μὲν οὖν τὸν B
Ἰωνᾶν εἰς τὸ πέλαγος ἔρριψαν, καὶ ἔστη τὸ πλοῖον· ἡμεῖς δὲ τὴν ἁμαρτίαν καταποντίσωμεν, καὶ στήσεται πάντως ἡ πόλις. ὥστε τῆς φυγῆς οὐδὲν ὄφελος ἡμῖν, οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνον ὠφέλησεν ἡ φυγή· τοὐναντίον μὲν οὖν καὶ κατέβλαψεν. ἔφυγε γοῦν τὴν γῆν, καὶ οὐκ ἔφυγε τὴν ὀργὴν τοῦ θεοῦ· ἔφυγε τὴν γῆν, καὶ τὸν χειμῶνα εἰσήγαγεν εἰς τὴν θάλασσαν· καὶ οὐ μόνον αὐτὸς οὐδὲν ἀπώνατο τῆς φυγῆς ἀγαθὸν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑποδεξαμένους αὐτὸν εἰς ἔσχατον ἐνέβαλε κίνδυνον· καὶ ὅτε μὲν ἐπὶ τοῦ πλοίου καθήμενος ἔπλει, καὶ ναῦται, καὶ κυβερνῆται παρῆσαν, καὶ ἅπασα τῆς νηὸς ἡ
κατασκευὴ, περὶ τῶν ἐσχάτων ἐκινδύνευεν· ἐπειδὴ δὲ εἰς C
τὸ πέλαγος καταποντισθεὶς, καὶ τὴν ἁμαρτίαν διὰ τῆς τιμωρίας ἀποθέμενος, εἰς τὸ ἀπερμάτιστον κατηνέχθη πλοῖον, τὴν γαστέρα φημὶ τοῦ κήτους, πολλῆς ἀπήλαυσε τῆς ἀδείας· ἵνα μάθῃς, ὅτι ὥσπερ τὸν ἐν ἁμαρτίᾳ ζῶντα, οὐδὲ πλοῖον ὠφελεῖ, οὕτω τὸν τὴν ἁμαρτίαν ἀποθέμενον, οὐδὲ θάλαττα ἀπόλλυσιν, οὐδὲ θηρία διαφθείρει. ἔλαβε γοῦν αὐτὸν τὰ κύματα, καὶ οὐκ ἀπέπνιξεν· ἔλαβε τὸ κῆτος, καὶ οὐκ ἀνεῖλεν· ἀλλὰ καὶ τὸ ζῷον, καὶ τὸ στοιχεῖον σῶον τῷ θεῷ τὴν παρακαταθήκην ἀπέδωκε, καὶ διὰ πάντων ἐμάνθανε φιλάνθρωπος, καὶ ἥμερος εἶναι ὁ προφήτης, καὶ μήτε ναυτῶν ἀνοήτων, μήτε κυμάτων
ἀγρίων, μήτε θηρίων ὠμότερος εἶναι. καὶ γὰρ οἱ ναῦται οὐκ D
ἐκ πρώτης εὐθέως, ἀλλὰ μετὰ πολλὴν αὐτὸν ἀνάγκην προὔδωκαν, καὶ ἡ θάλαττα δὲ καὶ τὸ θηρίον μετὰ πολλῆς τῆς εὐνοίας ἐφύλαξαν, τοῦ θεοῦ πάντα ταῦτα οἰκονομοῦντος. ἐπανῆλθε τοίνυν, ἐκήρυξεν, ἠπείλησεν, ἔπεισεν, ἔσωσεν, ἐφόβησεν, διώρθωσεν, ἔστησεν δὲ ἑνὸς καὶ πρώτου κηρύγματος. οὐ γὰρ ἐδεήθη πολλῶν ἡμερῶν οὐδὲ συνεχοῦς συμβουλῆς, ἀλλὰ τὰ ψιλὰ ἐκεῖνα εἰπὼν ῥήματα πάντας εἰς μετάνοιαν ἤγαγε. διὰ τοῦτο αὐτὸν οὐκ εὐθέως ἐκ τοῦ πλοίου εἰς τὴν πόλιν ἐχειραγώγησεν ὁ θεὸς, ἀλλὰ παρέδωκαν οἱ ναῦται τῇ θαλάττῃ, ἡ θάλαττα τῷ κήτει, τὸ κῆτος τῷ θεῷ, ὁ θεὸς τοῖς Νινευΐ-
ταις, καὶ διὰ μακρᾶς [a] τῆς περιόδου τὸν φυγάδα ἐπανήγαγεν, ἵνα πάντας παιδεύσῃ, ὅτι θεοῦ χεῖρας φυγεῖν ἀμήχανον. ὅτι ὅπου περ ἂν τις ἀφίκηται, τὴν ἁμαρτίαν ἐπισυρόμενος, μυρία ὑποστήσεται τὰ δεινὰ, κἂν τῶν ἀνθρώπων μηδεὶς παρῇ, αὐτὴ πανταχόθεν ἡ κτίσις ἀντιστήσεται μετὰ πολλῆς αὐτῷ τῆς σφοδρότητος. μὴ τοίνυν τῇ φυγῇ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν ἐγχειρίσωμεν, ἀλλὰ τῇ τοῦ τρόπου μεταβολῇ. μὴ γὰρ ἐπειδὴ μένεις E

[a] Alii, μακρᾶς τῆς μεθόδου.

A addidit: Si vero pœnitentiam egeritis, parcam: ut indefinitam inferens sententiam, & timorem augens, celerius ad pœnitentiam compelleret. Et Propheta quidem erubescit futurum sciens & conjectans, quod infecta manebunt dicta: Deus autem non erubescit, sed unum dumtaxat, hominum scilicet salutem, quærit, & servum suum emendat. Postquam enim navigium ille ingressus est, statim excitavit mare, ut discas quod ubi peccatum, ibi procella: ubi inobedientia, ibi fluctuatio: & quatiebatur quidem civitas propter peccata Ninivitarum, quatieba-
B tur autem & navigium propter Prophetæ inobedientiam. Illi igitur Jonam in mare dejecerunt, & stetit navigium: nos quoque peccata submergamus, & civitas omnino stabit. Itaque fugæ nulla nobis utilitas, sicut nec illum fuga quidquam adjuvit, quinimo & læsit. Fugiebat ergo terram, & Dei iram non effugiebat. Fugiebat terram, & in mare tempestatem induxit: nec tantum nullum ex fuga bonum nactus est, sed etiam eos qui se susceperunt, in extremum periculum adduxit, & quando navigans in navigio sedebat, & nautæ, & gubernatores aderant,
C omnisque nauticus apparatus, de extremis periclitabatur: postquam autem in mare projectus, & peccatum per supplicium deponens, in incompositum deductus est navigium, ceti scilicet ventrem, multa potiebatur libertate: ut discas; sicut in peccatis viventi neque navigium prodest: sic peccato exutum neque mare perdere, neque bestias devorare. Ipsum igitur undæ susceperunt, nec suffocaverunt: cetus suscepit, & non interemit: verum & animal, & elementum incolume depositum Deo reddiderunt; & per omnia instituebatur Propheta ut esset
D mansuetus & humanus, & neque stultis nautis, neque feris undis, neque bestiis crudelior esset. Etenim nautæ non in principio statim, sed post multam necessitatem ipsum prodiderunt: mare vero & bestia cum multa benevolentia custodierunt, Deo hæc omnia dispensante. Rediit igitur, prædicavit, minatus est, persuasit, salvavit, terruit, correxit, & una primaque prædicatione firmavit: neque enim multorum dierum indiguit, neque continui consilii, sed nuda illa loquutus verba, omnes in pœnitentiam deduxit. Ideo ipsum non statim de navigio Deus ad ur-
E bem duxit, sed nautæ mari tradiderunt, mare ceto, cetus Deo, Deus Ninivitis, & per longum circuitum profugum restituit: ut omnes doceat, Dei manus effugere impossibile esse. Nam quocumque quis proficiscatur, peccatum pertrahens, infinita sustinebit detrimenta: & si hominum nemo adsit, ipsa undecumque creatura cum multa illi resistet vehementia. Ne igitur fugæ salutem nostram credamus, sed morum mutationi. Num enim

quia in civitate manes, propterea Deus irritatur, ut fugias? quoniam peccasti, propterea indignatur. Igitur peccatum depone, & unde vulneri causa, inde mali fontem reprime: contraria enim contrariis curare & medici jubent. Ex crapula ergo nata est febris? inediâ morbum corrigunt: ex tristitia quis infirmatus est? lætitiam huic aptam medicinam esse dicunt. Sic & in animæ ægritudinibus facere oportet: iram torpor excitavit? industria hanc repellamus, multamque præ nobis feramus mutationem. Jejunium habemus auxiliatorem, & commilitonem maximum, & præter jejunium instantem angustiam, & periculi timorem: instemus igitur animæ hoc tempore: etenim ipsi omnia quæcumque voluerimus, facile persuadere poterimus. Pavidus enim & tremens, & a deliciis omnibus expeditus, atque in timore vivens, facile philosophari potest, & cum multa alacritate virtutis semina suscipere.

Juramenta vitanda.

7. Primum igitur ei persuadeamus, ut a juramentorum fuga mutationem incipiat: etsi enim heri & nudiustertius de hac vobis loquutus sum materia, neque tamen hodie desistam, neque cras, neque perendie eadem monere. Et quid dico crastinam aut tertiam diem? donec vos correctos videam, non absistam: si enim legem prævaricantes non erubescunt, multo magis nos jubentes, ne prævaricemini, de frequenti admonitione non erubescere par est. De iisdem enim continue commonefacere, non dicentis, sed audientium est crimen, diuturna super simplicibus & facilibus præceptis indigentium disciplina. Quid enim facilius quam non jurare? consuetudinis tantum opus est: non est corporis labor, non est pecuniarum impendium. Vis discere quomodo vitium superari possit? quomodo ab improba consuetudine liberari liceat? ego te quemdam docebo modum: quem si tenueris, superabis omnino. Cum videris teipsum, vel alium quemque, vel servum, vel filium, vel uxorem hoc malo captos, & continue commonefactos, neque correctos, jube non cœnatos cubare, & hanc tibique & illis damnationem impone, damnationem non damnum, sed lucrum ferentem. Talia enim sunt spiritualia: & lucrum ferunt, & celerrimam correctionem: lingua enim assidue cruciata, vel nemine commonente sufficientem capit admonitionem a siti compressa, a fame angustiata, & licet omnium simus stolidissimi, tota die hujus tormenti magnitudine commoniti, alio consilio & admonitione non indigebimus. Laudastis dicta, verum & factis laudem demonstrate. Quod enim alioqui hujus concionis emolumentum? Si quotidie puerulus ad scholam pergat, postea nil discat: num ad excusationem sufficiat nobis, ipsum illuc quotidie pergere? non hoc ipsum maximum duce-

A ἐν τῇ πόλει, διὰ τοῦτο παροξύνεται ὁ θεὸς, ἵνα φύγῃς; ἐπειδὴ ἥμαρτες, διὰ τοῦτο ἀγανακτεῖ. οὐκοῦν τὴν ἁμαρτίαν ἀπόθου, καὶ ὅθεν ἡ αἰτία τῷ τραύματι, ἐκεῖθεν ἀνάστειλον τοῦ κακοῦ τὴν πηγήν. τὰ γὰρ ἐναντία τοῖς ἐναντίοις θεραπεύειν καὶ ἰατρῶν παῖδες κελεύουσιν. ἐξ ἀδηφαγίας οὖν ἐτέχθη πυρετός; ἀσιτίᾳ μεθοδεύουσι τὸ νόσημα· ἐξ ἀθυμίας ἠῤῥώστησέ τις; εὐθυμίαν τούτῳ φάρμακον ἐπιτήδειον εἶναι φασίν· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν τῆς ψυχῆς νοσημάτων ποιεῖν χρή· ῥᾳθυμία τὴν ὀργὴν ἤγειρε; σπουδῇ ταύτην ἀποκρουσώμεθα, καὶ πολλὴν ἐπιδειξώμεθα τὴν μεταβολήν. ἔχομεν βοηθὸν μεγίστην καὶ σύμμαχον τὴν νηστείαν, καὶ μετὰ B τῆς νηστείας, τὴν ἐπικειμένην ἀγωνίαν, καὶ τὸν τοῦ κινδύνου φόβον· ἐπιθώμεθα τοίνυν τῇ ψυχῇ νῦν εἰς καιρόν· καὶ γὰρ εὐκόλως αὐτὴν δυνησόμεθα πεῖσαι πάντα ὅσα ἂν θέλωμεν. ὁ γὰρ περιδεὴς, καὶ τρέμων καὶ τρυφῆς ἁπάσης ἀπηλλαγμένος, καὶ φόβῳ συζῶν, εὐκόλως δύναται φιλοσοφεῖν, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς προθυμίας τὰ τῆς ἀρετῆς ὑποδέχεσθαι σπέρματα.

Πείσωμεν τοίνυν αὐτὴν ἀπὸ τῆς τῶν ὅρκων φυγῆς πρώτην τὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον ποιήσασθαι μεταβολήν· εἰ γὰρ καὶ χθὲς, καὶ πρὸ ἐκείνης περὶ ταύτης ὑμῖν διελέχθην τῆς ὑποθέσεως, ἀλλ' οὐδὲ σήμερον ἀποστήσομαι, οὐδὲ τὴν ἐπιοῦσαν, οὐδὲ τὴν μετ' ἐκείνην ταῦτα συμβουλεύων. C καὶ τί λέγω τὴν αὔριον, καὶ τὴν μετ' ἐκείνην; ἕως ἂν ὑμᾶς ἴδω [a] κατορθοῦντας, οὐκ ἀφέξομαι. εἰ γὰρ οἱ παραβαίνοντες τὸν νόμον οὐκ αἰσχύνονται, πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς τοὺς κελεύοντας μὴ παραβαίνειν, οὐκ ἄξιον αἰσχύνεσθαι τῇ συνεχείᾳ τῆς παραινέσεως. τὸ γὰρ συνεχῶς περὶ τῶν αὐτῶν ὑπομιμνήσκειν, οὐ τοῦ λέγοντος, ἀλλὰ τῶν ἀκουόντων ἐστὶν ἔγκλημα διηνεκοῦς δεομένων διδασκαλίας ὑπὲρ ψιλῶν καὶ εὐκατορθώτων πραγμάτων. τί γὰρ εὐκολώτερον τοῦ μὴ ὀμνύναι; συνηθείας ἐστὶ τὸ κατόρθωμα μόνον, οὐκ ἔστι πόνος σώματος, οὐκ ἔστι δαπάνη χρημάτων. βούλει μαθεῖν πῶς δυνατὸν περιγενέσθαι τοῦ νοσήματος; D πῶς δυνατὸν ἀπαλλαγῆναι τῆς πονηρᾶς συνηθείας; ἐγώ σε διδάξω τρόπον τινὰ, ὃν ἂν ποιήσῃς, περιέσῃ πάντως. ὅταν ἴδῃς ἢ σαυτὸν, ἢ ἕτερόν τινα ἢ τῶν οἰκετῶν ἢ τῶν παίδων, ἢ τὴν γυναῖκα ἁλόντας τῷ κακῷ τούτῳ, συνεχῶς ὑπομνησθέντας καὶ οὐ διορθωθέντας, κέλευσον μὴ δειπνήσαντας καθευδῆσαι, καὶ ταύτην καὶ σαυτῷ κἀκείνοις τὴν καταδίκην ἐπίθες, καταδίκην οὐχὶ ζημίαν, ἀλλὰ κέρδος φέρουσαν. τοιαῦτα γὰρ τὰ πνευματικά, καὶ κέρδος φέρει, καὶ ταχίστην τὴν διόρθωσιν. ἡ γὰρ γλῶσσα βασανιζομένη διηνεκῶς, καὶ μηδενὸς ὑπομιμνήσκοντος E ἱκανὴν λαμβάνει παράκλησιν ὑπὸ τοῦ δίψους κατατεινομένη ὑπὸ τῆς πείνης ἀγχομένη, κἂν ἁπάντων ὦμεν ἀναισθητότεροι, διὰ πάσης ἡμέρας τῷ μεγέθει τῆς βασάνου ταύτης ὑπομιμνησκόμενοι, οὐ δεησόμεθα συμβουλῆς ἑτέρας καὶ παραινέσεως. ἐπῃνέσατε τὸ εἰρημένον, ἀλλ' ὅμως καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων δείξατε τὸν ἔπαινον. ἐπεὶ τί τὸ κέρδος τῆς ἐνταῦθα συλλογῆς; εἰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὸ παιδίον εἰς διδασκαλεῖον βαδίζοι, εἶτα μηδὲν μανθάνοι πλέον, ἆρα ἀρκέσει εἰς ἀπολογίαν ἡμῖν, τὸ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐκεῖ βαδίζειν αὐτό; οὐκ αὐτὸ μὲν οὖν

[a] Alii, κατορθώσαντας.

τοῦτο μέγιστον ποιησόμεθα ἔγκλημα, ὅτι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐκεῖ βαδίζων, μάτην τοῦτο ποιεῖ; τοῦτο δὴ καὶ ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν λογιζώμεθα, καὶ πρὸς ἑαυτοὺς λέγωμεν· χρόνον τοσοῦτον εἰς ἐκκλησίαν ἀπαντῶντες, συνάξεως ἀπολαύοντες φρικωδεστάτης, καὶ πολὺ τὸ κέρδος ἐχούσης, ἂν τοιοῦτοι πάλιν ἀπέλθωμεν, οἷοι παρεγενόμεθα, μηδὲν τῶν ἡμετέρων κατορθώσαντες ἐλαττωμάτων, τί τὸ ὄφελος ἔσται ἡμῖν τῆς ἐνταῦθα ἀφίξεως; καὶ γὰρ τὰ πολλὰ τῶν πραγμάτων οὐ δι' αὐτὰ γίνεται, ἀλλὰ διὰ τὰ συμβαίνοντα ἐξ αὐτῶν. οἷόν τι λέγω· ὁ σπείρων οὐ διὰ τοῦτο σπείρει, ἵνα σπείρῃ μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ θερίσῃ, ὡς εἰ μὴ τοῦτο γένοιτο, καὶ ζημίαν ὁ σπόρος οἴσει τῶν σπερμάτων κατασαπέντων εἰκῆ καὶ μάτην. ὁ ἔμπορος οὐ διὰ τοῦτο πλεῖ, ἵνα [a] πλῇ μόνον, ἀλλ' ἵνα διὰ τῆς ἀποδημίας πλείω ποιήσῃ τὴν οὐσίαν, ὡς εἰ μὴ τοῦτο προσγένοιτο, καὶ ζημία συμβήσεται ἐσχάτη, καὶ ἐπιβλαβὴς ἡ τῶν ἐμπόρων ἀποδημία. τοῦτο δὴ καὶ ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν λογιζώμεθα· καὶ γὰρ ἡμεῖς εἰς ἐκκλησίαν ἀπαντῶμεν, οὐ δι' αὐτὸ τοῦτο μόνον, ἵνα ἐνταῦθα διατρίβωμεν, ἀλλ' ἵνα τι κερδάναντες μέγα καὶ πνευματικὸν κέρδος ἀπέλθωμεν. ἂν τοίνυν κενοὶ καὶ μηδὲν λαβόντες ἀπίωμεν, καὶ κατάκρισις ἡ σπουδὴ γίνεται. ὅπως ἂν τοῦτο μὴ γένηται, [b] καὶ ζημία ἐσχάτη, ἀπιόντες ἐντεῦθεν, μετ' ἀλλήλων οἱ φίλοι, μετὰ τῶν τέκνων οἱ πατέρες, μετὰ τῶν οἰκετῶν οἱ δεσπόται, μελετᾶτε καὶ γυμνάζετε ὅπως τὸ ἐπιταχθὲν ἀνύσητε, ἵνα ἐπειδὴ ἐπανέλθητε πάλιν, καὶ περὶ τῶν αὐτῶν ἀκούητε συμβουλευόντων ἡμῶν, μὴ καταισχύνησθε τοῦ συνειδότος ὑμῶν ἐπιλαμβανομένου, ἀλλὰ χαίρητε καὶ εὐφραίνησθε συνορῶντες τὸ πλέον τῆς παραινέσεως ὑμῖν κατορθωθέν. ταῦτα μὴ μόνον ἐνταῦθα φιλοσοφῶμεν· οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ πᾶν ἡ πρόσκαιρος αὕτη παραίνεσις ἐξελεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς οἰκίας ἀνὴρ παρὰ γυναικὸς ταῦτα ἀκουέτω, καὶ γυνὴ παρὰ ἀνδρός, καὶ ἅμιλλά τις γινέσθω σπουδαζόντων ἁπάντων προλαβεῖν εἰς τὴν τοῦ νόμου τούτου συμπλήρωσιν, καὶ ὁ προλαβὼν καὶ κατορθώσας, ὀνειδιζέτω τῷ λειπομένῳ, ἵνα αὐτὸν τοῖς σκώμμασι διεγείρῃ πλέον, ὁ ὑστερήσας καὶ μηδέπω κατωρθωκώς, βλεπέτω τὸν προλαβόντα, καὶ φιλονεικείτω φθάσαι πρὸς ἐκεῖνον ταχέως. ἐὰν ταῦτα βουλευώμεθα, ἐὰν ταῦτα μεριμνῶμεν, ταχέως ἂν ἡμῖν καὶ τὰ ἄλλα κατευοδωθήσεται πράγματα. σὺ μερίμνησον τὰ τοῦ θεοῦ, καὶ αὐτὸς προνοήσεται τῶν σῶν. καὶ μή μοι λέγε, τί δὲ ἐὰν ἀνάγκην ὅρκων τις ἡμῖν ἐπιθῇ; τί δὲ ἐὰν μὴ πιστεύῃ; μάλιστα μὲν γὰρ, ὅπου παραβαίνεται νόμος, ἀνάγκης μεμνῆσθαι οὐ χρή. μία γάρ ἐστιν ἀνάγκη ἀπαραίτητος, τὸ μὴ προσκροῦσαι θεῷ. πλὴν ἀλλ' ἐκεῖνο λέγω, τέως τοὺς περιττοὺς περίκοψον ὅρκους, τοὺς ἁπλῶς, καὶ χωρὶς ἀνάγκης, τοὺς ἐπὶ τῆς οἰκίας, τοὺς ἐπὶ τῶν φίλων, τοὺς ἐπὶ τῶν οἰκετῶν· κἂν τούτους ἀνέλῃς, ἐν ἐκείνοις οὐδὲν ἐμοῦ δεήσῃ λοιπόν· αὐτὸ γὰρ τὸ στόμα μελετήσαν δεδοικέναι καὶ φεύγειν τὰς πολυορκίας, οὐδ' ἂν μυριάκις τις ἀναγκάσῃ, καταδέξεται λοιπὸν εἰς ἐκείνην ἐμπεσεῖν τὴν συνήθειαν. ἀλλ' ὥσπερ νῦν μετὰ πολλοῦ τοῦ πόνου, καὶ μυρίας τῆς ἐνοχλήσεως φοβοῦντες,

A mus crimen, quod per singulos dies illuc pergens, hoc frustra faciat? Hoc & in nobis ipsis cogitemus, & intra nos ipsos dicamus: Tantum temporis ad ecclesiam occurrentes, terribilissima fruentes synaxi, ipsaque multum lucrum habente, si tales rursum discedamus, quales advenimus; nullum defectuum nostrorum corrigentes, quæ nobis erit hujus profectionis utilitas? Etenim multa non propter se fiunt, sed propter ea quæ ex ipsis eveniunt. Quale illud est: seminans non ideo seminat, ut tantum seminet, sed ut & metat: quod nisi hoc fieret, & damnum sementis pate-
B retur, seminibus incassum putrefactis. Mercator non propter hoc navigat, ut tantum naviget, sed ut peregrinando auctiorem faciat rem: quod nisi hoc adsit, & damnum accidet extremum, & damnosa mercatorum peregrinatio. Hoc idem & in nobis ipsis ratiocinemur: etenim & nos in ecclesiam convenimus, non propter hoc ipsum solum, ut hic immoremur, sed ut aliquid magnum & spirituale lucrati discedamus. Si igitur inanes & nihil adepti abeamus, condemnationem nobis hoc studium accerset. Quod ne fiat, utque tantum damnum evitemus, abeuntes hinc
C inter sese amici, cum filiis patres, cum servis domini meditamini, & laborate quo modo imperatum expediatis: ut postquam iterum reversi fueritis, & de eisdem nos suadentes audieritis, non pudore afficiamini, mordente vos conscientia: sed gaudeatis, & lætemini admonitionis majorem vobis partem expletam conspicientes. Hæc non tantum hic philosophemur: non enim hæc momentanea admonitio totum eradicare potest, verum & domi vir ab uxore hæc audiat, & uxor a conjuge: & æmulatio quædam fiat omnibus ad hujus legis impletionem pervenire studentibus; & qui
D prius impleverit deficienti exprobret, ut ipsum magis excitet: qui deficit, & nondum implevit, prævenientem spectet, & ad ipsum celeriter pervenire contendat. Si hæc meditemur, si hæc curemus, brevi nobis & alia prospere negotia dirigentur. Tu quæ Dei sunt meditare, & ipse tuis providebit. Nec mihi dicas: Quid vero, si quis jurandi necessitatem nobis imponat? quid si non credat? Sane vero, ubi lex violanda, necessitatis meminisse non oportet. Una est enim inevitabilis necessitas, Deum non offendere. Verumtamen interim illud præsta, superflua recide juramenta, temere & sine necessitate, domi,
E cum amicis, cum servis prolata: si hæc sustuleris, in illis mei nihil amplius indigebis: ipsum enim os in hoc exercitatum, ut jurandi frequentiam timeat & fugiat, neque si quis millies coëgerit, in illam amplius cadere consuetudinem admittet: sed ut nunc multo labore, & infinita interturbatione, terrentes, minan-

a Savil. & duo MSS. πλέῃ.
b Savil. καὶ ζημία συμβῇ ἐσχάτη, Morel. καὶ ζημία ἐσχάτη, unus Codex, καὶ ζημία γένοιτ' ἂν ἐσχάτη.

tes, admonentes, conſulentes, vix potuimus in aliam ipſum conſuetudinem transmutare: ſic & tunc quidem, licet infinitam quis inferat neceſſitatem, hanc transgredi legem non poterit perſuadere. Sed ſicut venenum quodpiam numquam guſtare quis vellet, etiam inſtante neceſſitate: ſic neque juramenta admittere. Hoc autem ſi fiat, vobis ſolamen erit, & hortamentum ad reliquas virtutis partes attingendas. Qui enim nihil præſtitit, torpeſcit, & cito concidit animo: qui vero ſibi conſcius eſt, quod vel unum expleverit mandatum, ex hoc bene ſperare doctus, majori cum ſtudio ad reliqua procedet: poſtea aliud capiens ad aliud celeriter veniet, nec prius deſiſtet, quam ad ipſum culmen perveniat. Si enim in pecuniis quanto quis plures comparaverit, tanto plures cupit: multo magis in officiis ſpiritualibus hoc contingere videas. Propterea feſtino, & urgeo, ut res principium capiat, & in animis veſtris virtutis fundamentum jaciatur: & precamur, & ſupplicamus, ut non tantum hora præſenti horum ſitis verborum memores, verum & domi, & in foro, & ubicumque commoremini. Utinam mihi dari poſſet, ut vobiſcum converſarer, non hoc longo mihi ſermone fuiſſet opus: nunc vero cum hoc non liceat, vos me abſente verborum memores eſtote meorum, & ad menſam ſedentes ingredi me putate, & adſtare, & omnia quæ nunc vobis hic dico, inſonare: & ubicumque vobis de me habebitur ſermo, præ omnibus hujus mementote mandati, & hanc mihi amoris in vos mei retributionem reddite: ſi hoc vos impleſſe videro, totum recepi, dignam laborum cepi mercedem. Ut igitur & nos reddatis promtiores, & vos bonæ ſpei efficiamini, & majorem ad reliquam mandata facilitatem paretis, multo hanc legem ſtudio in animis veſtris reponite, & tunc admonitionis utilitatem ſcietis. Quoniam & aureum veſtimentum ex ſe pulcrum videtur, multo pulcrius autem nobis videbitur noſtro circumpoſitum corpori: ſic & Dei mandata pulcra quidem ſunt, etiam cum laudantur, multo autem pulcriora, cum & explentur, apparent. Etenim nunc brevi temporis momento dicta noſtra laudatis: ſi vero res impleatis, per omnem diem, & per omne tempus & nos & vos ipſos laudabitis. Nec hoc eſt magnum, quod invicem nos laudabimus, ſed quod & Deus nos ſuſcipiet: nec tantum ſuſcipiet, ſed & magnis illis remunerabitur & ineffabilibus donis: quæ nos omnes aſſequi contingat gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti, per quem & cum quo Patri gloria unà cum Sancto ſpiritu, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

A ἀπειλοῦντες, παραινοῦντες, συμβουλεύοντες, μόλις ἰσχύσαμεν εἰς ἑτέραν αὐτὸ μεταθεῖναι συνήθειαν. οὕτω δὴ καὶ τότε, κἂν μυρίαν ἀνάγκην ἐπιθῇ τις, οὐ δυνήσεται πεῖσαι τοῦτον παρασαλεῦσαι τὸν νόμον. ἀλλ' ὥσπερ δηλητηρίου τινὸς οὐκ ἂν ἕλοιτό ποτε οὐδὲ ἀνάγκης ἐπικειμένης ἀπογεύσασθαί τις, οὕτως οὐδὲ ὅρκον προέσθαι. τοῦτο δὲ ὑμῖν κατορθωθὲν παράκλησις ἔσται καὶ προτροπὴ, πρὸς τὸ καὶ τῶν λοιπῶν τῆς ἀρετῆς ἐφάψασθαι μερῶν. ὁ μὲν γὰρ μηδὲν κατορθωκὼς ὅλως, ῥαθυμεῖ καὶ ἀναπίπτει ταχέως· ὁ δὲ συνειδὼς ἑαυτῷ ὅτι μίαν γοῦν τινα ἐντολὴν ἐπλήρωσεν, εὔελπις ἀπὸ ταύτης γενόμενος, μετὰ B πλείονος σπουδῆς ἐπὶ τὰς λοιπὰς βαδιεῖται πάλιν, εἶτα ἑτέραν προσλαβὼν, ἐφ' ἑτέραν ἥξει ταχέως, καὶ οὐ πρότερον ἀποστήσεται, ἕως ἂν ἐπ' αὐτὴν ἔλθῃ [a] τὴν κεφαλήν. εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν χρημάτων ὅσῳπερ ἄν τις πλείονα περιβάληται, τοσούτῳ πλειόνων ἐφίεται· πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῶν κατορθωμάτων τῶν πνευματικῶν τοῦτο συμβαῖνον ἴδοι τις ἄν. διὰ τοῦτο σπεύδω καὶ ἐπείγομαι ἀρχὴν τὸ πρᾶγμα λαβεῖν, καὶ προοίμιον τῆς ἀρετῆς καταβαλεῖν ἐν ταῖς ὑμετέραις ψυχαῖς, καὶ [b] δεόμεθα καὶ ἀντιβολοῦμεν τούτων τῶν ῥημάτων, μὴ κατὰ τὴν παροῦσαν ὥραν μεμνῆσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς οἰκίας, καὶ ἐπὶ τῆς ἀγο- C ρᾶς, καὶ ὅπουπερ ἂν διατρίβητε. εἴθε μοι δυνατὸν ἦν ὑμῖν συγγενέσθαι, καὶ οὐκ ἄν μοι τῆς μακρᾶς ταύτης ἐδέησε μακρηγορίας· νῦν δὲ ἐπειδὴ τοῦτο οὐκ ἔνι, ἀντ' ἐμοῦ τῶν ἐμῶν μέμνησθε ῥημάτων, καὶ ἐπὶ τραπέζης καθήμενοι ἐπεισιέναι με νομίζετε καὶ παρεστάναι, καὶ ταῦτα ἐνηχεῖν ἅπερ ὑμῖν ἐνταῦθα λέγω νῦν. καὶ ὅπουπερ ἂν περὶ ἐμοῦ λόγος ὑμῖν γίνηται, ἀντὶ πάντων ταύτης μέμνησθε τῆς ἐντολῆς, καὶ ταύτην μοι τῆς περὶ ὑμᾶς ἀγάπης ἀπόδοτε τὴν ἀμοιβήν. ἐὰν ἴδω κατορθώσαντας ὑμᾶς, τὸ πᾶν ἀπείληφα, ἱκανὴν τῶν πόνων [c] ἀπεδεξάμην τὴν ἀντίδοσιν. ἵνα οὖν καὶ ἡμᾶς προθυμοτέρους ποιήσητε, καὶ D ὑμεῖς εὐέλπιδες γίνησθε, καὶ πλείονα ταῖς λοιπαῖς ἐντολαῖς πρὸς τὸ κατορθοῦσθαι παρασκευάσητε τὴν εὐκολίαν, μετὰ πολλῆς τοῦτον τὸν νόμον τῆς σπουδῆς ἐν ταῖς ὑμετέραις ἀπόθεσθε ψυχαῖς, καὶ τότε εἴσεσθε τῆς παραινέσεως τὴν ὠφέλειαν. ἐπεὶ καὶ ἱμάτιον χρυσοῦν καλὸν μέν ἐστι καὶ ὁρώμενον, πολλῷ δὲ πλέον ἡμῖν φαίνεται περικείμενον ἡμῶν τῷ σώματι· οὕτω καὶ αἱ τοῦ Θεοῦ ἐντολαὶ καλαὶ μέν εἰσι καὶ ἐπαινούμεναι, πολλῷ δὲ καλλίους φαίνονται κατορθούμεναι. νῦν μὲν γὰρ ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ τὰ λεγόμενα ἐπαινεῖτε, ἐὰν δὲ κατορθώσητε, διὰ πάσης τῆς ἡμέρας, καὶ διὰ παντὸς τοῦ χρόνου, καὶ ἡμᾶς καὶ E ὑμᾶς αὐτοὺς ἐπαινέσεσθε· καὶ οὐ τοῦτό ἐστι τὸ μέγα, ὅτι ἀλλήλους ἐπαινεσόμεθα, ἀλλ' ὅτι καὶ ὁ Θεὸς ἡμᾶς ἀποδέξεται, καὶ οὐκ ἀποδέξεται μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀμείψεται ταῖς μεγάλαις ἐκείναις καὶ ἀπορρήτοις δωρεαῖς, ὧν γένοιτο πάντας [d] ἡμᾶς ἀξιωθῆναι, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

a Savil. τὴν κορυφήν.
b Alii, δέομαι καὶ ἀντιβολῶ.

c Alii, ἐδεξάμην. Infra Sav. & quidam MSS. ἐν ταῖς ὑμετέραις ἐναπόθεσθε.
d ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι, Savil. & quidam MSS.

OTI

ΟΤΙ ΧΡΗΣΙΜΟΣ Ο ΤΩΝ ΑΡΧΟΝΤΩΝ φόβος καὶ διήγησις τῶν κατὰ τὴν ὁδὸν συμβάντων τοῖς ἀγγελίαν τῆς στάσεως τῷ βασιλεῖ φέρουσι, καὶ ὅτι ὁ ἀδίκως τι πάσχων, καὶ εὐχαριστῶν τῷ συγχωροῦντι θεῷ, ἴσος ἐστὶ τῷ διὰ τὸν θεὸν τὰ αὐτὰ πάσχοντος· καὶ τὰ παραδείγματα πάλιν ἐκ τῶν τριῶν παίδων καὶ τῆς Βαβυλωνίας καμίνου, καὶ περὶ τῆς τῶν ὅρκων ἀποχῆς.

ΟΜΙΛΙΑ ϛʹ.

A ΠΟΛΛΑΣ μὲν ἀνηλώσαμεν ἡμέρας παρακαλοῦντες ὑμῶν τὴν ἀγάπην, οὐ μὴν διὰ τοῦτο ἀποστησόμεθα τῆς ὑποθέσεως ταύτης, ἀλλ' ἕως ἂν μένῃ τὸ ἕλκος τῆς ἀθυμίας, καὶ τὸ φάρμακον τῆς παραμυθίας ἐπιθήσομεν. Εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν τοῦ σώματος τραυμάτων, οὐ παύονται ἐπαντλοῦντες ἰατρῶν παῖδες, ἕως ἂν ἴδωσι λῆξαν τὸ πάθος· πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῆς ψυχῆς τοῦτο ποιεῖν χρή. καὶ γὰρ ἕλκος ψυχῆς ἡ ἀθυμία, καὶ δεῖ συνεχῶς αὐτὴν ἐπαντλεῖν προσηνέσι ῥήμασιν. οὐδὲ γὰρ οὕτως οἴδημα σαρκὸς χαλᾷν εἴωθε θερμῶν ὑδάτων φύσις, ὡς B ψυχῆς πάθος καταστέλλειν πέφυκε παρακλητικῶν λόγων δύναμις. οὐ χρεία σπογγίας ἐνταῦθα, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἰατρῶν, ἀλλ' ἀντὶ σπόγγου τὴν γλῶτταν μεταχειρισόμεθα. οὐ χρεία πυρὸς ἐνταῦθα, ἵνα θερμαίνωμεν ὕδατα, ἀλλ' ἀντὶ πυρὸς τῇ τοῦ πνεύματος χρησόμεθα χάριτι. φέρε οὖν καὶ τήμερον τὸ αὐτὸ τοῦτο πράξωμεν. Εἰ γὰρ μὴ ἡμεῖς ὑμᾶς παρακαλέσωμεν, πόθεν ἑτέρωθεν παράκλησιν δέξησθε; δικασταὶ φοβοῦσιν; οὐκοῦν ἱερεῖς παρακαλείτωσαν· ἄρχοντες ἀπειλοῦσιν; οὐκοῦν ἡ ἐκκλησία παραμυθείσθω. καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν παιδίων τῶν μικρῶν οὕτω γίνε- C ται· διδάσκαλοι τὰ παιδία φοβοῦσι, καὶ τύπτουσι, καὶ δεδακρυμένα πρὸς τὰς μητέρας παραπέμπουσιν· αἱ δὲ μητέρες ὑποδεξάμεναι τοῖς κόλποις τοῖς ἑαυτῶν κατέχουσι, [a] καὶ περισφίγγουσι, καὶ τὰ δάκρυα καταψήσασαι καταφιλοῦσι, καὶ τὴν ὀδυνωμένην αὐτῶν ἀνακτῶνται ψυχὴν, πείθουσαι δι' ὧν λέγουσιν, ὅτι χρήσιμος ὁ τῶν διδασκάλων αὐτοῖς φόβος. ἐπεὶ οὖν καὶ ὑμᾶς ἐφόβησαν ἄρχοντες, καὶ ἐναγωνίους ἐποίησαν, ἡ ἐκκλησία, ἡ κοινὴ πάντων ἡμῶν μήτηρ τοὺς κόλπους ἁπλώσασα, καὶ ὑπτίαις D ὑποδεξαμένη χερσὶ, καθ' ἑκάστην παρακαλεῖ τὴν ἡμέραν, λέγουσα, ὅτι χρήσιμος καὶ ὁ τῶν ἀρχόντων φόβος ἐστὶ, καὶ ὅτι χρησίμη καὶ ἡ ἐντεῦθεν παράκλησις. ἐκείνων μὲν γὰρ ὁ φόβος οὐκ ἀφίησιν ὑπὸ τῆς ῥαθυμίας ἐκλύεσθαι· ταύτης δὲ ἡ παράκλησις οὐκ ἀφίησιν ὑπὸ τῆς ἀθυμίας καταπίπτειν· καὶ δι' ἀμφοτέρων ὁ θεὸς τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν οἰκονομεῖ. καὶ γὰρ τοὺς ἄρχοντας αὐτὸς ὥπλισεν, ἵνα φοβῶσι τοὺς ἀσελγαίνοντας· καὶ τοὺς ἱερέας αὐτὸς ἐχειροτόνησεν, ἵνα παρακαλῶσι τοὺς ὀδυνωμένους. καὶ ταῦτα ἀμφότερα μετὰ τῶν γραφῶν, καὶ αὐτὴ τῶν πραγμάτων [b] ἡ πεῖρα E διδάσκει. Εἰ γὰρ ἀρχόντων ὄντων, καὶ στρατιωτῶν ζώντων ἐν ὅπλοις μανία ἀνθρώπων εὐαριθμήτων, μιγάδων, καὶ ἐπηλύδων, ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ τοσαύτην

QUOD UTILIS EST MAGISTRATUUM timor, & narratio eorum, quæ per viam acciderunt iis, qui nuncium seditionis Imperatori afferebant: & quod qui indigna patitur, & gratias agit permittenti Deo, par sit ei qui talia propter Deum patitur. Exempla rursum a tribus pueris & fornace Babylonica: & de abstinentia a juramentis.

HOMILIA VI.

A 1. MULTOS quidem impendimus dies caritatem vestram consolantes, non propterea tamen ab hac desistemus materia: sed donec tristitiæ vulnus remanserit, consolationis medicamentum imponemus. Si enim corporis vulnera curare non desinunt medici, donec desivisse dolorem viderint: multo magis hoc in anima fieri convenit. Etenim animæ vulnus est tristitia: & ipsam continue lenibus fovere verbis oportet. Nec enim ita B carnis tumorem calidarum solet aquarum natura remittere, ut animæ æstum consolantium copia sermonum sedare consuevit. Non hic opus spongia, sicut medicis, sed pro spongia linguam tractabimus. Non hic opus igne, quo aquas calefaciamus, sed pro igne spiritus gratia utemur. Age igitur & hodie hoc ipsum faciamus. Nisi enim nos consolationem vobis attulerimus, unde solamen abunde capietis? Judices terrent, ideo sacerdotes consolentur: magistratus minantur, ideo ecclesia confir- C met. Etenim hoc in parvulis evenit; præceptores terrent, & verberant, & lacrymantes ad matres remittunt: matres vero sinu suscipientes continent, & circumplectuntur, & lacrymas detergentes osculantur, & dolentem ipsorum animam relevant, verbis persuadentes, ipsis utilem esse præceptorum metum. Quoniam igitur & vos terruerunt magistratus, & anxios reddiderunt, ecclesia communis omnium mater nostra sinus aperiens, & su- *Magistratuum timor utilis.* D pinis suscipiens manibus quotidie consolatur, dicens utilem esse magistratuum metum, utilem etiam hinc profectam consolationem. Illorum enim metus non sinit nos torpore dissolvi: hujus autem consolatio sub tristitia succumbere non permittit: & per utraque Deus salutem nostram disponit. Nam & magistratus ipse armavit, ut lascivientes terreant: & sacerdotes ipse elegit, ut dolentes consolentur: & hæc utraque Scripturarum exempla, E & ipsa rerum experientia docet. Si enim cum non deessent magistratus, & milites in armis præsto essent, furor paucorum hominum promiscuorum, & advenarum brevi temporis momento tantum nobis in-

[a] Sic Savil. & maxima pars Codicum, Morel. περιβάλλουσι.

[b] Aliquot MSS. ἡ πεῖρα βοᾷ· εἰ γάρ.

cendium fecit, & tantam excitavit procellam, & de naufragio cunctos metuere compulit: si magistratuum metus omnino sublatus fuisset, ad quid furoris isti non venissent: nonne a fundamentis hanc nobis urbem evertissent, & omnia confundentes, ipsas demum animas nostras abstulissent? Si enim judicialia sustuleris tribunalia, omnem vitæ nostræ ordinem sustuleris: & sicut si gubernatorem à navi separaveris, scapham submerseris: & si ducem ab exercitu abduxeris, vinctos hostibus tradideris milites: ita si magistratus de civitatibus abstuleris, feris irrationabilibus magis irrationabilem degemus vitam, inter nos mordentes, & nos devorantes, pauperiorem potentior, mansuetiorem audacior. Sed horum nihil nunc est per Dei gratiam: in religione enim viventes nihil opus horum habent correctione. *Justo enim lex non est posita*, inquit. Multi vero ad vitium spectantes, nisi hunc imminentem timorem haberent, infinitis utique malis civitates implessent, quæ Paulus quoque cognoscens dicebat: *Non enim est potestas, nisi a Deo: & quæ sunt potestates, a Deo ordinatæ sunt.* Quod enim in domibus faciunt lignorum contignationes, hoc magistratus in civitatibus: & sicut si illas sustuleris, dissoluti parietes per sese corruunt: ita si ex mundo magistratus tollas, & horum metum, & domus, & civitates, & gentes cum multa inter se licentia corruent, nemine exsistente qui contineat & repellat, & pœnæ timore eos quiescere persuadeat. Ne igitur doleamus, dilecti, propter magistratuum metum, verum & Deo gratias agamus quod torporem nostrum corripuerit, & nos diligentiores effecerit. Quod enim, quæso, damnum factum est ex cura & solicitudine ista? quod honestiores facti simus, & mansuetiores: quod diligentiores, & attentiores: quod ebrium & meretricia canentem cantica videamus neminem: quod supplicationes continuæ, & lacrymæ, & preces: quod risus importunus, & turpia verba, & omnis lascivia expulsa sit, & mulierem modestam & liberam civitas nostra tota nunc imitetur? Propter hæc doles? quin gaudere propter hæc & Deo gratias agere magis oportet, quod tantam mollitiem paucorum dierum formidine resolverit. Non nego, inquit, sed si ad metum usque tantum periclitaremur, satis essemus utilitatis lucrati: nunc vero timemus ne ulterius malum procedat, & de ultimis periclitemur omnes: sed ne timeatis, Paulus vos consolatur dicens: *Fidelis est Deus, qui non sinet vos tentari plus quam potestis, sed faciet & cum tentatione proventum, ut possitis sufferre: ipse enim dixit, Non te dimittam, neque te derelinquam.* Si enim rebus ipsis castigare vellet, & malorum experientia, non tot diebus nos timori tradidisset: cum enim punire noluerit, terret. Quoniam si

Marginal notes: 1. Tim. 1. 9. — Rom. 13. 1. — Aerumnarum utilitas. — 1. Cor. 10. 13. — Heb. 13. 5. — Jos. 1. 5.

a Alii, ὑμῶν.

A ἡμῖν ἀνῆψε πυρὰν, καὶ χειμῶνα τοσοῦτον ἤγειρε, καὶ περὶ ναυαγίας δεδοικέναι ἐποίησεν ἅπαντας· εἰ καθόλου τῶν ἀρχόντων ὁ φόβος ἀνῄρητο, ποῦ οὐκ ἂν οὗτοι ἦλθον μανίας, ἆρα οὐκ ἂν ἐκ βάθρων ἡμῖν τὴν πόλιν ἀνέτρεψαν, καὶ πάντα ἄνω καὶ κάτω ποιήσαντες, αὐτὰς ἂν ἡμῶν ἀφείλοντο τὰς ψυχάς; ἐὰν γὰρ τὰ δικαστήρια ἀνέλῃς, πᾶσαν τῆς ζωῆς ἡμῶν ἀνεῖλες τὴν εὐταξίαν. καὶ ὥσπερ νηὸς τὸν κυβερνήτην ἐὰν ἀποστήσῃς, κατεπόντισας τὸ σκάφος, καὶ τὸν στρατηγὸν ἂν ἀπαγάγῃς τοῦ στρατοπέδου, δεδεμένους τοῖς πολεμίοις παρέδωκας τοὺς στρατιώτας· οὕτω τῶν πόλεων τοὺς ἄρχοντας ἂν ἀνέλῃς, θηρίων ἀλόγων B ἀλογώτερον βιωσόμεθα βίον, δάκνοντες ἀλλήλους, καὶ κατεσθίοντες, τὸν πενέστερον ὁ πλούσιος, τὸν ἀσθενέστερον ὁ δυνατώτερος, τὸν ἐπιεικέστερον ὁ θρασύτερος. ἀλλὰ νῦν τούτων οὐδέν ἐστι διὰ τὴν χάριν τοῦ θεοῦ· οἱ μὲν γὰρ εὐλαβείᾳ συζῶντες οὐδὲν δέονται τῆς τούτων παιδαγωγίας. δικαίῳ γὰρ νόμος οὐ κεῖται, φησίν. οἱ δὲ πολλοὶ πρὸς κακίαν βλέποντες, εἰ μὴ τὸν ἀπὸ τούτων φόβον εἶχον αὐτοῖς ἐπικείμενον, μυρίων ἂν κακῶν τὰς πόλεις ἐνέπλησαν, ἅπερ οὖν καὶ ὁ Παῦλος συνιδὼν ἔλεγεν, οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία εἰ μὴ ὑπὸ θεοῦ, καὶ αἱ οὖσαι ἐξουσίαι, C ὑπὸ θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν. ὅπερ γάρ εἰσιν ἐν ταῖς οἰκίαις τῶν ξύλων αἱ ἱμαντώσεις, τοῦτο καὶ οἱ ἄρχοντες ἐν ταῖς πόλεσιν· καὶ καθάπερ ἂν ἐκείνας ἀνέλῃς, διαλυθέντες οἱ τοῖχοι συμπίπτουσιν ἀλλήλοις αὐτομάτως· οὕτω τῆς οἰκουμένης ἂν ἀφέλῃς τοὺς ἄρχοντας, καὶ τὸν ἐκ τούτων φόβον, καὶ οἰκίαι, καὶ πόλεις, καὶ ἔθνη μετὰ πολλῆς ἀλλήλοις συμπεσοῦνται τῆς ἀδείας, οὐδενὸς ὄντος τοῦ κατέχοντος καὶ ἀνακρουομένου, καὶ τῷ φόβῳ τῆς κολάσεως ἀναπείθοντος ἡσυχάζειν. μὴ τοίνυν ἀλγῶμεν, ἀγαπητοὶ, διὰ τὸν ἀπὸ τῶν ἀρχόντων φόβον, ἀλλὰ καὶ εὐχαριστῶμεν τῷ θεῷ, ὅτι τὴν ῥᾳθυμίαν ἡμῶν ἀνέστειλε, καὶ σπουδαιοτέρους εἰργάσατο. D τί γὰρ, εἰπέ μοι, γέγονε βλάβος ἀπὸ τῆς φροντίδος ταύτης, καὶ τῆς μερίμνης; ὅτι σεμνότεροι γεγόναμεν καὶ ἐπιεικέστεροι; ὅτι σπουδαιότεροι καὶ προσεκτικώτεροι; ὅτι μεθύοντα καὶ ᾄδοντα πορνικὰ ᾄσματα οὐδένα βλέπομεν; ἀλλ' ὅτι λιταὶ διηνεκεῖς, καὶ δάκρυα, καὶ εὐχαί; ὅτι γέλως ἄκαιρος καὶ αἰσχρὰ ῥήματα, καὶ διάχυσις ἅπασα ἀπελήλαται, καὶ γυναῖκα εὐσχήμονα, καὶ ἐλευθέραν ἡ πόλις [a] ἡμῖν ἅπασα μιμεῖται νῦν; διὰ ταῦτα ἀλγεῖς, εἰπέ μοι; διὰ ταῦτα μὲν οὖν χαίρειν δίκαιον καὶ εὐχαριστεῖν τῷ θεῷ, ὅτι τοσαύτην βλακείαν ὀλίγων ἡμερῶν [b] φόβῳ κατέλυσε. ναὶ, φησὶν, ἀλλ' εἰ μὲν μέχρι φόβου μόνον ἐκινδυνεύομεν, ἱκανὴν ἂν ἐκαρπωσάμεθα E τὴν ὠφέλειαν· νυνὶ δὲ δεδοίκαμεν μὴ περαιτέρω προέλθῃ τὸ δεινὸν, καὶ περὶ τῶν ἐσχάτων κινδυνεύσωμεν ἅπαντες. ἀλλὰ μὴ δείσητε, Παῦλος ὑμᾶς παραμυθεῖται λέγων, ὅτι πιστὸς ὁ θεὸς, ὃς οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δύνασθε, ἀλλὰ ποιήσει σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔμβασιν τοῦ δύνασθαι ὑμᾶς ὑπενεγκεῖν· αὐτὸς γὰρ εἶπεν, οὐ μή σε ἀνῶ, οὐδ' οὐ μή σε ἐγκαταλίπω. εἰ γὰρ δι' ἔργων ἐβούλετο κολάσαι, καὶ διὰ τῆς πείρας αὐτῆς, οὐκ ἂν τοσούτων ἡμερῶν παρέδωκεν ἡμᾶς φόβῳ. ὅταν γὰρ μὴ βούληται κολάζειν, φοβεῖ. ἐπεὶ εἰ

b Alii, φόβος.

μέλλοι κολάζειν, περιττὸς ὁ φόβος, περιττὴ ἡ ἀπειλή· νῦν δὲ μυρίων χαλεπωτέραν θανάτων ὑπέστημεν ζωὴν, ἐν τοσαύταις ἡμέραις δεδοικότες καὶ τρέμοντες, καὶ τὰς σκιὰς αὐτὰς ὑποπτεύοντες, καὶ τὴν τοῦ Κάϊν τίνοντες δίκην, καὶ ἐκ μέσου τῶν ὕπνων ἀποπηδῶντες ἀπὸ τῆς διηνεκοῦς ἀγωνίας. ὥστε εἰ καὶ παρωργίσαμεν τὸν θεὸν, ἐξιλεωσάμεθα νῦν τοσαύτην ὑπομείναντες τὴν τιμωρίαν. καὶ γὰρ εἰ καὶ μὴ τὴν ἁμαρτημάτων ἀξίαν [a] ἐδώκαμεν δίκην, ἀλλ' ἀρκοῦσαν τῇ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίᾳ.

Οὐκ ἐντεῦθεν δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέρωθεν πολλαχόθεν θαῤῥεῖν χρή. οὐδὲ γὰρ ὀλίγα ἡμῖν ἐνέχυρα τῶν χρηστῶν ἐλπίδων ἔδωκεν ὁ θεὸς ἤδη, καὶ πρῶτον μὲν ἁπάντων οἱ τὴν πονηρὰν κομίζοντες ἀγγελίαν, ἐξελθόντες ἐντεῦθεν καθάπερ τινὲς ὑπόπτεροι, καὶ πάλαι καταλήψεσθαι προσδοκήσαντες τὸ στρατόπεδον, κατὰ μέσην ἔτι διατρίβουσι τὴν ὁδόν· τοσαῦτα αὐτοῖς κωλύματα καὶ ἐμπόδια γέγονε, καὶ τοὺς ἵππους ἀφέντες ὀχήματα ἐλαύνουσι νῦν, ὅθεν ἀνάγκη πᾶσα βραδυτέραν αὐτοῖς γενέσθαι τὴν ἐκεῖσε ἄφιξιν. ἐπειδὴ γὰρ τὸν ἱερέα τὸν ἡμέτερον, καὶ κοινὸν πατέρα ἀνέστησεν ὁ θεὸς ἐντεῦθεν, καὶ ἔπεισεν ἀπελθεῖν, καὶ τῆς πρεσβείας συνεφάψασθαι ταύτης, κατέσχε λοιπὸν ἐκείνους κατὰ μέσην τὴν ὁδὸν, ἵνα μὴ φθάσαντες τὸ πῦρ ἀνάψωσι, καὶ τῷ διδασκάλῳ λοιπὸν ἀνόνητον ποιήσωσι τὴν διόρθωσιν, τὰς βασιλικὰς ἐμπρήσαντες ἀκοάς. ὅτι γὰρ οὐκ ἄνευ θεοῦ τὸ κώλυμα γέγονε δῆλον ἐκεῖθεν· ἄνθρωποι τὸν ἅπαντα [b] χρόνον τοιαύταις συντραφέντες ἀποδημίαις, καὶ τοῦτο ἔργον ἔχοντες ἵππους ἐλαύνειν διηνεκῶς, νῦν ὑπ' αὐτῆς τῆς ἱππασίας συντριβέντες ὑστέρησαν, καὶ γέγονεν ἀπ' ἐναντίας τοῖς τοῦ Ἰωνᾶ πράγμασι τὰ συμβάντα νῦν. ἐκεῖνον μὲν γὰρ μὴ βουλόμενον ἀπελθεῖν ἤπειγε· τούτους δὲ βουλομένους ἀπελθεῖν ἐκώλυσεν. ὢ καινοῦ καὶ παραδόξου πράγματος· ἐκεῖνος οὐκ ἐβούλετο κηρύξαι καταστροφὴν, καὶ ἄκοντα αὐτὸν ἀνέστησεν· οὗτοι μετὰ πολλοῦ τοῦ τάχους σπεύδουσιν ἀπαγγεῖλαι καταστροφὴν, καὶ ἄκοντας αὐτοὺς πάλιν ἐκώλυσε. τί δή ποτε; ὅτι ἐνταῦθα μὲν τὸ τάχος βλάβος, ἐκεῖ δὲ τὸ τάχος κέρδος ἔφερε· διὰ τοῦτο κἀκεῖνον ἤπειξε διὰ τοῦ κήτους, καὶ διὰ τῶν ἵππων τούτους συνεπόδισεν. ὁρᾷς θεοῦ σοφίαν; διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν, ὧν ἕκαστος ἤλπισεν ἀνύειν τὸ προκείμενον, διὰ τούτων συνεποδίσθησαν ἕκαστος. ἐκεῖνος διὰ τοῦ πλοίου προσεδόκησε πτήσεσθαι, καὶ τὸ πλοῖον αὐτῷ δεσμὸς ἐγένετο· διὰ τῶν ἵππων οὗτοι προσεδόκησαν ταχύτερον ὄψεσθαι τὸν βασιλέα, καὶ οἱ ἵπποι γεγόνασι κώλυμα· μᾶλλον δὲ οὐχ οἱ ἵπποι ὥσπερ οὖν οὐδὲ ἐκείνῳ τὸ πλοῖον, ἀλλ' ἡ πρόνοια τοῦ θεοῦ πανταχοῦ πάντα μετὰ τῆς οἰκείας οἰκονομοῦσα σοφίας. καὶ σκόπει κηδεμονίαν, πῶς καὶ ἐφόβησε καὶ παρεκάλεσε· παρὰ μὲν γὰρ αὐτὴν τὴν ἡμέραν, ὅτε τὰ παράνομα ἐτολμήθη πάντα ἐκεῖνα, ἀφεὶς αὐτοὺς ἐξελθεῖν ὡς ἀπαγγελοῦντας πρὸς βασιλέα τὰ συμβεβηκότα ἅπαντα, τῷ τάχει τῆς ἐξόδου πάντας ἐφόβησεν· ἐπειδὴ δὲ ἀπῆλθον, καὶ δύο καὶ τρεῖς ἀνήλωσαν ἡμέρας, καὶ λοιπὸν ματαίαν εἶναι ἐνομίζομεν τοῦ ἱερέως τοῦ

[a] Savil. ἔδομεν.

[b] Alii, χρόνον τῆς ζωῆς αὐτῶν τοιαύταις, καὶ τοῦτο μόνοις. Mox quidam ἔργον. Infra quidam, τούτους δὲ ἐπειγομένους ἀπελθεῖν.

A punitururs esset, timor esset superfluus, superfluæ minæ. Nunc vero innumeris mortibus graviorem vitam sustinuimus, tot diebus trepidantes, & trementes, & ipsas umbras reformidantes, atque ipsius Cain pœnam luentes, & e medio somno præ continua anxietate exsilientes; ita ut si etiam Deum irritassemus, nunc tantam passi pœnam, reddidissemus propitium. Etsi enim non dignum peccato supplicium dedimus, Dei tamen clementiæ sufficit.

2. Non tantum autem ex hoc, sed etiam ex aliis multis confidere oportet. Non enim modica nobis bonæ spei pignora jam Deus dedit: & quod est omnium pri-
B mum, qui malum attulere nuncium, hinc velut alati digressi, & dudum ad castra se perventuros esse putantes, circa medium adhuc iter morantur; tot obstacula & impedimenta ipsis acciderunt, & equos dimittentes, nunc vehicula agunt: unde necesse est eos illuc tardius perventuros esse. Postquam enim Antistitem nostrum, & communem patrem Deus hinc suscitavit, & persuasit abire, & obire legationem hanc, mox illos circa medium itineris consequutus est, ne prævenientes ignem succenderent, & in reliquuum correctionem doctori inutilem redderent, regiis auribus inflammatis. Quod enim non sine Deo factum sit hoc impedimentum, inde
C manifestum: homines totum tempus in talibus peregrinationibus impendentes, & hoc officium habentes equos continue agendi, nunc ab ipsa equitatione contriti defecerunt, & quæ nunc accidere, Jonæ rebus contraria facta sunt. Illum enim urgebat Deus abire nolentem, hos volentes vetuit. O novum & admirabile negotium! ille subversionem prædicare nolebat, & invitum eum excitavit: hi cum celeritate subversionem annunciare festinant, & invitos ipsos rursum prohibuit. Qua tandem de causa? quoniam hic quidem cele-
D ritas damnum, illic vero celeritas lucrum ferebat: ideo & illum per cetum festinare fecit, & hos per equos impedivit. Vides Dei sapientiam? per quæ quisque, quod exspectabat, se expediturum speravit, per hæc quisque impeditus est. Per navigium ille se evasurum putavit, & navigium illi vinculum factum est: isti per equos ocyus se Imperatorem visuros sperarunt, & equi fuerunt impedimento: imo vero non equi, sicut nec illi navigium, sed Dei providentia ubique omnia propria dispensans sapientia. Et considera providentiæ modum, quomodo & terruit, & consolatus est: ipso enim die quo omnia illa patrata sunt facinora, ipsos quidem exire, tamquam omnia quæ acciderant Imperatori nunciaturos permittens, exeundi celeritate omnes perterruit: postquam vero abierunt, & duos tresve dies contriverunt, cum jam inanem esse Antistitis nostri pro-

Nuncii seditionis Antiochenæ in via moras trahere coguntur.

Jonæ 1.

ρίαν μόνην, καὶ τοῦτο ἐδήλωσε δι᾽ αὐτῆς τῶν πραγμάτων τῆς πείρας. ἐπὶ μὲν γὰρ ζημίᾳ χρημάτων, καὶ ἀῤῥωστίᾳ, καὶ θανάτῳ, καὶ [a] τοῖς ἄλλοις τοῖς συμπίπτουσιν ἡμῖν δεινοῖς ἀλγοῦντες καὶ ἀθυμοῦντες, οὐ μόνον οὐδεμίαν ἀπὸ τῆς λύπης καρπούμεθα παραμυθίαν, ἀλλὰ καὶ ἐπιτείνομεν τὰ δεινά· ἐπὶ δὲ τῶν ἁμαρτημάτων ἂν ἀλγήσωμεν καὶ λυπηθῶμεν, ὑποτεμνόμεθα τῆς ἁμαρτίας τὸν ὄγκον, καὶ μικρὰν τὴν μεγάλην ποιοῦμεν, πολλάκις δὲ καὶ τέλεον αὐτὴν ἐξαλείφομεν ἅπασαν. τοῦτο δή μοι μέμνησθε διηνεκῶς, ἵνα ἐφ᾽ ἁμαρτίᾳ μόνον ἀλγῆτε, ἐφ᾽ ἑτέρῳ δὲ μηδενί· καὶ [b] μετὰ τούτων κἀκεῖνο πάλιν ὅτι θάνατον καὶ λύπην ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν βίον ἡμῶν εἰσενεγκοῦσα, ὑπ᾽ ἀμφοτέρων τούτων ἀναιρεῖται πάλιν, ὅπερ οὖν καὶ αὐτὸ σαφέστερον πρώην ἀπεδείξαμεν. μηδὲν οὖν οὕτω φοβώμεθα, ὡς τὸ ἁμαρτάνειν καὶ πλημμελεῖν· μὴ φοβώμεθα κόλασιν, καὶ διαφευξόμεθα κόλασιν· καθάπερ οὖν καὶ οἱ τρεῖς παῖδες οὐκ ἐφοβήθησαν τὴν κάμινον, καὶ διέφυγον τὴν κάμινον· τοιούτους εἶναι χρὴ τοὺς τοῦ θεοῦ δούλους. εἰ γὰρ οἱ ἐν τῇ παλαιᾷ τραφέντες, ὅτε οὔπω ἐνενέκρωτο θάνατος, οὔτε αἱ χαλκαῖ πύλαι συνεκλάσθησαν, οὔτε οἱ μοχλοὶ οἱ σιδηροῖ [c] συνετρίβησαν, οὕτω γενναίως κατετόλμησαν τῆς τελευτῆς, τίνα ἕξομεν ἀπολογίαν ἡμεῖς, ἢ ποίαν συγγνώμην, τοσαύτης ἀπολαύσαντες τῆς χάριτος, καὶ μηδὲ πρὸς τὰ αὐτὰ φθάνοντες ἐκείνοις μέτρα τῆς ἀρετῆς νῦν, ὅτε ὄνομα μόνον ἐστὶν ὁ θάνατος πράγματος ἔρημον; οὐδὲν γὰρ ἕτερόν ἐστιν ὁ θάνατος, ἀλλ᾽ ἢ ὕπνος, καὶ ἀποδημία, καὶ μετάστασις, καὶ ἀνάπαυσις, καὶ λιμὴν εὔδιος, καὶ ταραχῆς ἀπαλλαγή, καὶ βιωτικῶν ἐλευθερία φροντίδων. ἀλλὰ τὸν μὲν παρακλήσεως ἐνταῦθα καταλύσωμεν τὸν λόγον· καὶ γὰρ πέμπτην ἡμέραν ἔχομεν παρακαλοῦντες ὑμῶν τὴν ἀγάπην, καὶ λοιπὸν καὶ ἐνοχλεῖν δοκοῦμεν. τοῖς μὲν γὰρ προσέχουσιν ἀρκεῖ τὰ εἰρημένα, τοῖς δὲ μικροψύχοις, κἂν πλείονα τῶν εἰρημένων προσθῶμεν, οὐδὲν ἔσται πλέον. ὥρα δὲ λοιπὸν ἡμῖν ἐπὶ τὴν τῶν γραφῶν ἐξήγησιν τρέψαι τὴν διδασκαλίαν. ὥσπερ γὰρ εἰ μηδὲν περὶ τῆς συμφορᾶς ταύτης διελέχθημεν, ὠμότητα ἄν τις ἡμῶν κατέγνω καὶ ἀπανθρωπίαν· οὕτως ἂν διαπαντὸς περὶ αὐτῆς διαλεγώμεθα, μικροψυχίαν ἄν τις καταγνοίη δικαίως. παραθέμενοι τοίνυν ὑμῶν τὰς καρδίας τῷ θεῷ τῷ δυναμένῳ λαλῆσαι εἰς τὴν διάνοιαν ὑμῶν, καὶ πᾶσαν ἔνδοθεν ἀπελάσαι λύπην, τῆς εἰωθυίας διδασκαλίας ἁψώμεθα νῦν, καὶ μάλιστα ὁπότε καὶ πᾶσα γραφῆς ἐξήγησις παράκλησίς ἐστι καὶ παραμυθία. ὥστε κἂν δοκῶμεν ἀφίστασθαι τοῦ παρακαλεῖν, πάλιν εἰς τὴν αὐτὴν ἐμπίπτομεν ὑπόθεσιν διὰ τῆς τῶν γραφῶν ἐξηγήσεως· ὅτι γὰρ πᾶσα γραφὴ παράκλησίς ἐστι τοῖς προσέχουσιν, αὐτόθεν ὑμῖν τοῦτο ποιήσω φανερόν. οὐ γὰρ δὴ περιελθὼν τῶν γραφῶν τὰς ἱστορίας πειράσομαι ζητῆσαι παραμυθητικούς τινας λόγους· ἀλλ᾽ ὥστε σαφεστέραν τῆς ὑποσχέσεως ἀπόδειξιν παρασχεῖν, τὸ σήμερον ἡμῖν ἀναγνωσθὲν [d] μεταχειροῦμαι βιβλίον, καὶ εἰ δοκεῖ τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ, καὶ τὸ προοίμιον, ὃ δοκεῖ μάλιστα μηδὲ ἴχνος ἐμφαίνειν παραμυθίας, ἀλλὰ

A ter ſolum peccatum, & hoc per ipſam rerum experientiam manifeſtaverit. In pecuniarum enim mulcta, & morte, & ægritudine, & aliis nobis ingruentibus moleſtiis dolentes & mœrentes, non tantum nullam conſolationem capimus, verum & moleſtias augemus: in peccatis vero ſi doleamus & contriſtemur, peccati magnitudinem minuimus, & quod erat magnum, reddimus parvum: ſæpe vero & funditus ipſum totum delemus. Hoc mihi aſſidue recordamini, ut ob peccatum tantum doleatis: nullam autem ob rem præterea: & præter hoc illud quoque, quod mortem & triſtitiam in vitam noſtram pecca- B tum inferens, ab his ambobus viciſſim deſtruitur: quod quidem ipſum manifeſtius & antea demonſtravimus. Nihil igitur ſic timeamus, ut peccatum & prævaricationem. Ne timeamus pœnam, & pœnam effugiemus: ſicut & tres illi pueri non timuerunt fornacem, & fornacem effugerunt: tales eſſe decet Dei ſervos. Si enim in veteri teſtamento educati, quando nondum mors erat mortificata, nec æreæ portæ confractæ, nec vectes ferrei contriti, tam generoſam contra mortem audaciam præ ſe tulere: quam nos habebimus ex- C cuſationem, aut quam veniam, tantam nacti gratiam, & neque pares illis virtutis gradus nunc aſſequuti, cum mors nomen ſolum ſit re privatum? Nihil enim aliud mors eſt, quam ſomnus, & migratio, & tranſlatio, & requies, & tranquillus portus, & perturbationis liberatio, & a vitæ curis abſolutio. Sed hic conſolationis ſermonem ſolvamus: etenim quintam diem agimus veſtram conſolantes caritatem, & jam moleſti videmur. Attentis enim dicta ſufficiunt, puſillanimis autem etiam ſi dictis plura addamus, nihil pro- D fuerit. Tempus vero nobis jam ad ſcripturarum expoſitionem convertere doctrinam: quemadmodum enim ſi nihil de hac ærumna loquuti eſſemus, crudelitatis & inhumanitatis nos aliquis condemnaſſet: ſic ſi ſemper de ipſa diſſeramus, puſillanimitatis jure nos condemnaret. Corda igitur veſtra Deo commendantes, qui in mente veſtra loqui poteſt, & omnem ex pectore triſtitiam expellere, conſuetam doctrinam nunc attingamus, maxime quando omnis Scripturæ expoſitio exhortatio eſt & conſolatio. Itaque etſi a conſolando abſiſtere vi- E demur, rurſum per ſcripturarum expoſitionem in eamdem materiam incidimus. Quod enim mentem adhibentibus tota Scriptura conſolatio ſit, jam nunc vobis palam faciam: non enim Scripturarum hiſtoriam circumiens, quoſdam conſolatorios ſermones quærere conabor: ſed ut apertiorem promiſſionis demonſtrationem præbeam, hodie lectum tractabo librum: & ſi libet, ipſius principium, & procemium, quod maxime videtur neque conſolationis veſtigium demonſtrare, ſed a conſolato-

a Alii, τοῖς λοιποῖς.
b Savil. & quidam Mſſ. μετὰ τοῦτο.
c Alii, συνεθλάσθησαν. Infra quidam, συγγνώμην τοιαύτης.
d Alii, μεταχειριούμεθα. Infra Sav. & alii, ἠλλοτριῶσθαι λόγου.

riis penitus verbis alienum esse, in medium proponens, quod dico manifestum faciam. Quod tandem est hoc prooemium? Gen. 1. 1. *In principio fecit Deus cælum & terram: terra autem erat invisibilis & incomposita, & tenebræ erant super faciem abyssi.* Numquid hæc aliquibus e vobis videntur tristitiæ consolationem habere? Nonne historiæ narratio est, & de creatione doctrina?

2. Vultis igitur demonstrem consolationem in hac dictione absconditam? Exsurgite igitur, & cum diligentia advertite quæ dicenda sunt. Cum enim audieris, quod cælum, terram, mare, aërem, aquas, stellas multas, duo luminaria magna, plantas, quadrupedes, natatilia & volatilia animalia, omniaque generaliter quæ videntur, propter te, tuamque salutem & honorem Deus creaverit, nonne magnam capis consolationem, & maximam dilectionis Dei demonstrationem hanc suscipis, cum cogitaveris, quod tantum & talem mundum tam pulcrum & magnum & admirabilem propter te pusillum in medium protulerit? Cum igitur audieris, *In principio fecit Deus cælum & terram*, ne simpliciter dictum prætercurras, sed terræ magnitudinem mente percurre, & reputa quam lautam nobis & opimam produxit mensam, & multam passim nobis delectationem præbuit: & quod quidem est maximum, in nullorum laborum retributionem dedit, nec in meritorum præmium tantum & talem mundum: sed pariter nos finxit, & hoc regno genus nostrum honoravit, inquit enim, Gen. 1. 11. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Quid est, *ad imaginem & similitudinem nostram?* Principatus imaginem dixit, ut sicut nullus in cælo est Deo superior, sic super terram nullus sit homine superior. Uno enim hoc & primo honoravit, quod ad imaginem suam eum fecerit. Secundo, quod non laborum præmium nobis imperium præbuerit, sed solam exhibuerit benignitatis suæ gratiam. Tertio autem quod naturale nobis illud elargitus sit. Imperia enim aut naturalia sunt, aut electione fiunt; naturalia sunt, ut leonis in quadrupedes, & in aves aquilæ; electione fiunt, sicut nostri Imperatoris. Hic enim non natura conservis imperat, ideo sæpe imperium amittit. Talia enim exsistunt, quæ non natura adsunt, ut facile admittant mutationem, & translationem. At non ita leo, sed natura quadrupedibus dominatur, sicut itidem & alitibus aquila. Semper igitur cum genere conjuncta est regni species, nec ullum quis videt leonem umquam hunc amittentem principatum. Tale nobis imperium Deus a principio largitus est, & nos omnibus præposuit: nec hoc solo naturam nostram decoravit, sed & ipsa loci præstantia, egregium nobis habitaculum designans paradisum, & rationem dans, & animam largiens immortalem. Sed non hæc dicam: ego enim tantam Dei dile-

A καὶ καθόλου παρακλητικῶν ἀλλοτριοῦσθαι λόγων, εἰς μέσον προθεὶς, ὃ λέγω ποιήσω φανερόν. τί ποτ' οὖν ἐστι τὸ προοίμιον; ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου. ἆρα μὴ δοκεῖ τισιν ὑμῶν παράκλησιν ἔχειν ἀθυμίας τὰ εἰρημένα; οὐχ ἱστορίας διήγησίς ἐστι καὶ δημιουργίας διδασκαλία;

Βούλεσθε οὖν ἐπιδείξω τὴν ἐγκεκρυμμένην τῇ ῥήσει ταύτῃ παράκλησιν; διαναστῆτε τοίνυν, καὶ μετὰ ἀκριβείας προσέχετε τοῖς ῥηθήσεσθαι μέλλουσιν. ὅταν γὰρ ἀ- B κούσῃς ὅτι τὸν οὐρανὸν, τὴν γῆν, τὴν θάλατταν, τὸν ἀέρα, τὰ ὕδατα, τοὺς ἀστέρας τοὺς πολλοὺς, τοὺς δύο φωστῆρας τοὺς μεγάλους, τὰ φυτὰ, τὰ τετράποδα, τὰ νηκτὰ, τὰ πετόμενα ζῶα, πάντα ἁπλῶς τὰ ὁρώμενα διὰ σὲ καὶ τὴν σὴν σωτηρίαν καὶ τιμὴν ἐποίησεν ὁ θεὸς, οὐχ ἱκανὴν εὐθέως λαμβάνεις παράκλησιν, καὶ τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ μεγίστην δέχῃ ταύτην ἀπόδειξιν, ὅταν ἐννοήσῃς, ὅτι τοσοῦτον καὶ τηλικοῦτον κόσμον, οὕτω καλὸν, καὶ μέγαν, καὶ θαυμαστὸν διὰ σὲ τὸν βραχὺν εἰς μέσον παρήγαγεν; ὅταν οὖν ἀκούσῃς, ὅτι ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐ- C ρανὸν καὶ τὴν γῆν, μὴ ἁπλῶς παραδράμῃς τὸ εἰρημένον, ἀλλ' ἔπελθε τῇ διανοίᾳ τὸ εὖρος τῆς γῆς, καὶ ἀναλόγισαι πῶς ἡμῖν πολυτελῆ, καὶ δαψιλῆ τράπεζαν ἀνῆκεν, καὶ πολλὴν πολλαχόθεν παρέχειν ἡμῖν εὐφροσύνην· καὶ τὸ δὴ μέγιστον, ὅτι οὐ πόνων ἀμοιβὴν ἔδωκεν, οὐδὲ κατορθωμάτων ἀντίδοσιν τὸν τοσοῦτον καὶ τηλικοῦτον κόσμον, ἀλλ' ὁμοῦ τε ἡμᾶς ἔπλασε, καὶ τῇ βασιλείᾳ ταύτῃ τὸ γένος ἡμῶν ἐτίμησε. ποιήσωμεν γὰρ ἄνθρωπον, φησὶ, κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν· τί ἐστι κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν; τῆς ἀρχῆς εἰκόνα φησὶ, καὶ ὥσπερ οὐδεὶς ἀνώτερος θεοῦ ἐν οὐρανῷ, οὕτω μη- D δεὶς ἔστω ἀνώτερος ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς. ἑνὶ μὲν οὖν τούτῳ καὶ πρώτῳ τετίμηκεν, τῷ κατ' εἰκόνα αὐτὸν ποιῆσαι· δευτέρῳ δὲ τῷ μὴ πόνων ἀμοιβὴν ἡμῖν παρασχεῖν τὴν ἀρχὴν, ἀλλὰ γυμνὴν τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας ποιῆσαι τὴν χάριν. τρίτῳ τῷ φυσικὴν ἡμῖν χαρίσασθαι αὐτήν. τῶν γὰρ ἀρχῶν αἱ μέν εἰσι φυσικαὶ, αἱ δὲ χειροτονηταί. φυσικαὶ μὲν, ὡς ἡ τοῦ λέοντος ἐπὶ τῶν τετραπόδων, ὡς ἐπὶ τῶν ὀρνίθων ἡ τοῦ ἀετοῦ· χειροτονηταὶ δὲ ὡς ἡ τοῦ βασιλέως τοῦ καθ' ἡμᾶς. οὗτος γὰρ οὐχὶ φύσει κρατεῖ τῶν E ὁμοδούλων· διὸ καὶ ἀποβάλλει πολλάκις τὴν ἀρχήν. τοιαῦτα γὰρ τὰ μὴ φύσει προσόντα, ῥᾳδίαν δέχεται τὴν μεταβολὴν καὶ τὴν μετάπτωσιν· ὁ δὲ λέων οὐχ οὕτως, ἀλλὰ φύσει κρατεῖ τῶν τετραπόδων, ὥσπερ οὖν καὶ τῶν ὀρνίθων ὁ ἀετός. ἀεὶ γοῦν τῷ γένει συγκεκλήρωται τὸ τῆς βασιλείας εἶδος, καὶ οὐδένα ἄν τις ἴδοι λέοντα ποτὲ τὴν ἀρχὴν ἀποβαλόντα ταύτην. τοιαύτην καὶ ἡμῖν τὴν βασιλείαν ἐξ ἀρχῆς ὁ θεὸς ἐχαρίσατο, καὶ πᾶσιν ἡμᾶς ἐπέστησε· καὶ οὐ τούτῳ μόνον ἐτίμησεν ἡμῶν τὴν φύσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτῇ τοῦ χωρίου τῇ προεδρίᾳ, ἐξαίρετον οἰκητήριον ἀποτάξας ἡμῖν τὸν παράδεισον, καὶ λόγον δοὺς καὶ ψυχὴν ἀθάνατον χαρισάμενος. ἀλλὰ μὴ εἴπω ταῦτα· ἐγὼ γὰρ

τοσαύτην περιουσίαν εἶναί φημι τῆς τοῦ θεοῦ κηδεμονίας, ὡς μὴ μόνον ἀφ' ὧν ἐτίμησεν, ἀλλὰ καὶ ἀφ' ὧν ἐκόλασεν ὁμοίως ἡμᾶς δύνασθαι τὴν ἀγαθότητα αὐτοῦ δεικνύναι καὶ τὴν φιλανθρωπίαν. καὶ τοῦτο μάλιστα πάντων ὑμᾶς παρακαλῶ μετὰ ἀκριβείας εἰδέναι, ὅτι ὁ θεὸς οὐχὶ τιμῶν μόνον, οὐδὲ εὐεργετῶν, ἀλλὰ καὶ κολάζων καὶ τιμωρούμενος ὁμοίως ἐστὶν ἀγαθός· κἂν πρὸς Ἕλληνας, κἂν πρὸς αἱρετικοὺς ἀγῶνες ἡμῖν καὶ μάχαι κινῶνται περὶ τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας καὶ ἀγαθότητος, μὴ μόνον ἀφ' ὧν ἐτίμησεν, ἀλλὰ καὶ ἀφ' ὧν ἐτιμωρήσατο, ἐπιδεικνύμενοι αὐτοῦ τὴν ἀγαθότητα. εἰ γὰρ τιμῶν μόνον ἐστὶν ἀγαθός, [a] κολάζων δὲ οὐκ ἔστιν ἀγαθός, ἐξ ἡμισείας ἀγαθὸς ἂν εἴη· ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο· μὴ γένοιτο. ἐπὶ ἀνθρώπων μὲν γὰρ εἰκὸς τοῦτο συμβαίνειν, ἐπειδὴ θυμῷ καὶ πάθει τὰς τιμωρίας ἐπάγουσιν· ὁ δὲ θεὸς ἀπαθὴς ὤν, κἂν εὐεργετῇ, κἂν κολάζῃ, ὁμοίως ἐστὶν ἀγαθός, καὶ τῆς βασιλείας οὐκ ἔλαττον, ἡ τῆς γεέννης ἀπειλὴ δείκνυσιν αὐτοῦ τὴν ἀγαθότητα· καὶ πῶς; ἐγὼ λέγω· εἰ μὴ γέενναν ἠπείλησεν, εἰ μὴ κόλασιν ἡτοίμασεν, οὐκ ἂν πολλοὶ τῆς βασιλείας ἐπέτυχον. οὐ γὰρ οὕτως ἡ τῶν ἀγαθῶν ὑπόσχεσις πρὸς ἀρετὴν ἐκκαλεῖται τοὺς πολλούς, ὡς ἡ τῶν κακῶν ἀπειλὴ τῷ φόβῳ συνωθεῖ, καὶ διανίστησι πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν. ὥστε καὶ εἰ ἐναντίον γέεννα [b] τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, ἀλλὰ πρὸς ἓν ἑκάτερον βλέπει τέλος, τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν· ἐκείνη μὲν ἐπισπωμένη πρὸς ἑαυτὴν, αὕτη δὲ συνωθοῦσα πρὸς ἐκείνην, καὶ τῷ φόβῳ διορθουμένη τοὺς ἀμελέστερον διακειμένους.

Τοῦτον δὲ οὐχ ἁπλῶς μηκύνω τὸν λόγον, ἀλλ' ἐπειδὴ πολλάκις λιμῶν, καὶ αὐχμῶν γινομένων, καὶ πολέμων, καὶ ὀργῆς βασιλικῆς ἐμπιπτούσης, καὶ ἑτέρων τινῶν τοιούτων ἀδοκήτων πραγμάτων, πολλοὶ τοὺς ἀφελεστέρους ἀπατῶντες λέγουσιν, ὅτι οὐκ ἄξια ταῦτα τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας. ἵν' οὖν μὴ παραλογιζώμεθα, ἀλλ' ἴδωμεν ἀκριβῶς, ὅτι κἂν λιμὸν, κἂν πόλεμον, κἂν ἄλλο ὁτιοῦν ἐπαγάγῃ δεινὸν, ἀπὸ φιλανθρωπίας τοῦτο ποιεῖ, καὶ πολλῆς τῆς κηδεμονίας, ἠναγκάσθην ἐνδιατρίψαι τούτῳ τῷ λόγῳ. ἐπεὶ καὶ οἱ πατέρες οἱ μάλιστα πάντων τὰ ἔκγονα φιλοῦντες, καὶ τραπέζης εἴργουσι, καὶ πληγὰς ἐπάγουσι, καὶ ἀτιμίᾳ κολάζουσι, καὶ ἑτέροις μυρίοις τοιούτοις ἀσελγαίνοντας διορθοῦνται τοὺς παῖδας· ἀλλ' ὅμως πατέρες εἰσὶν, οὐχὶ τιμῶντες μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῦτα ποιοῦντες, καὶ τότε μάλιστα πατέρες, ὅταν τοιαῦτα ποιῶσιν. εἰ δὲ ἄνθρωποι θυμῷ καὶ ὀργῇ πολλάκις τοῦ συμφέροντος ἐκφερόμενοι, οὐκ ὠμότητι καὶ ἀπανθρωπίᾳ, ἀλλὰ κηδεμονίᾳ καὶ φιλοστοργίᾳ νομίζονται κολάζειν οὓς φιλοῦσι, πολλῷ μᾶλλον περὶ τοῦ θεοῦ οὕτω διακεῖσθαι χρὴ, τοῦ πᾶσαν πατρικὴν φιλοστοργίαν ὑπερβαίνοντος τῇ τῆς οἰκείας ἀγαθότητος ὑπερβολῇ. καὶ ἵνα μὴ νομίσῃς ὅτι στοχασμός ἐστι τὰ εἰρημένα, φέρε ἐπ' αὐτὴν τὴν γραφὴν τὸν λόγον ἀγάγωμεν. ἐπειδὴ γὰρ ἠπατήθη καὶ παρελογίσθη παρὰ τοῦ πονηροῦ δαίμονος ὁ ἄνθρωπος, ἴδωμεν πῶς ἁμαρτίαν αὐτῷ τοιαύτην ἁμαρτόντι τότε ἐχρήσατο ὁ θεός. ἆρα ἠφάνισεν αὐτὸν παντελῶς; καίτοι γε ὁ τοῦ δι-

ctionis superabundantiam esse dico, ut non tantum ex iis quibus nos honoravit, sed & quibus castigavit, similiter possimus demonstrare ipsius bonitatem & benignitatem. Et hoc maxime omnium vos cum diligentia considerare cohortor, Deum non tantum cum honorat & benefacit, sed & cum castigat & punit similiter esse bonum: & sive contra Gentiles, sive contra Hæreticos nobis certamina moveantur, & pugnæ de Dei benignitate, non tantum ex quibus nos honoravit, sed & ex quibus nos punivit, ipsius bonitatem demonstrabimus. Si enim honorans tantum bonus esset, puniens vero non esset, ex dimidio bonus esset: sed non ita est, absit. In hominibus quidem hoc evenire verisimile est, quoniam cum furore & ex affectu pœnas inferunt: Deus autem cum nullis sit affectibus obnoxius, sive benefaciat, sive puniat, similiter est bonus: nec regno minus gehennæ comminatio ipsius bonitatem demonstrat: & quo pacto id fiat, ego dicam. Nisi gehennam minatus fuisset, nisi pœnam præparasset, non multi regnum assequi potuissent. Non enim ita bonorum promissio ad virtutem multos evocat, ut malorum intentatio timore compellit, & ad animæ curam excitat. Itaque etsi cælorum regno gehenna contraria est, ad unum tamen ambo finem respiciunt, hominum salutem: illud quidem ad se alliciens, hæc autem ad illud compellens, & negligentiores timore corrigens.

Deus non tantum cum benefacit, sed etiam cum castigat, bonus est.

3. Hunc autem non incassum sermonem protraho: sed quoniam sæpe fame, & siccitatibus venientibus, & bellis, & ira regia irruente, & aliis istiusmodi inexspectatis rebus, multi simpliciores decipiunt dicendo, non digna hæc esse Dei providentia. Ne igitur decipiamur, sed certo sciamus, quod sive famem, sive bellum, sive aliud quodcumque molestum inducat, ex benignitate & multa dilectione hoc efficiat, huic sermoni coactus sum immorari. Nam & patres omnium maxime filios amantes & mensa prohibent, & flagella infligunt, & afficiunt ignominia, & aliis infinitis talibus lascivientes pueros corrigunt: sed tamen patres sunt, non tantum dum honorant, sed & dum hæc faciunt, & tunc maxime patres, cum hæc faciunt. Si autem homines, qui furore & ira sæpe ab utili declinant, non crudelitate & inhumanitate, sed cura & caritate, quos amant, punire putantur: multo magis de Deo sic sentire oportet, qui bonitatis suæ cumulo omnem excedit paternam caritatem. Et ne credas hæc per conjecturam esse dicta, age ad ipsam Scripturam sermone revertamur. Postquam enim homo ab improbo dæmone deceptus & allectus est, videamus quomodo ipsum tale operatum crimen Deus tractavit. Numquid ipsum omnino perdidit? Et quidem

a Savil. & quidam MSS. κολάζων δὲ οὐκέτι, ἐξ ἡμισείας.

b Sav. & quidam MSS. τῆς βασιλείας. Mox iidem, πρὸς ἓν ἑκάτερ.

justitiæ ratio hoc exigebat, nihil quidem boni operatum, tantam vero benevolentiam assequutum, mox a primordiis lascivientem de medio tolli, & funditus deleri: sed non hoc fecit Deus, nec abominatus est, nec eum aversatus, qui se tam ingratum in benefactorem exhibuit, sed ad ipsum venit, sicut ad ægrotum medicus. Et noli oscitanter dictum prætercurrere, carissime, sed cogita quale est, nec angelum, nec archangelum, nec ullum alium illius conservorum misisse: sed ipsummet Dominum ad collapsum descendisse, jacentem relevasse, & solum ad solum tamquam ad amicum infortunatum, & in magna constitutum adversitate accessisse. Quod enim ex multa hoc caritate fecerit, & ipsa verba, quæ ad ipsum dixit, ipsius ineffabilem amorem demonstrant. Et quid opus est, ut omnia verba dicam? prima profecto dictio statim ipsius amorem demonstravit. Non enim dixit, sicut par erat injuriam passum dicere: O scelerate & scelestissime, tali mea benevolentia potitus, tanto decoratus regno, omnibus terrestribus nullo tuo merito præhabitus, & meæ curæ pignora per opera & veram providentiæ probationem assequutus, improbum dæmonem & pestiferum tuæ salutis inimicum, Domino & tutore, cui crederes, digniorem duxisti? Quid ille tale tua causa præstitit, quale ego? Nonne cælum propter te creavi? terram, mare, solem, lunam, & stellas omnes? Non enim ulli angeli hujus creaturæ indigebant, sed propter te & requiem tuam, talem & tantum feci mundum: & tu nuda verba, & promissionem falsam, & pollicitationem fraude plenam, collata operibus ipsis beneficentia, & providentia, fide digniorem esse ratus, te ipsum illi tradidisti, measque leges conculcasti? Hæc enim & his plura læsum par erat dicere: sed non ita Deus, verum omnino contra. A prima enim voce ipsum statim erexit, ac jacentem, timentem, & trementem confidere fecit, prior eum vocans ipse: quinimo non tantum prior vocans, sed etiam ex suo ipsum nomine appellans, & dicens: *Adam ubi es?* amorem suum, & multam circa ipsum curam ostendit. Jam enim omnes nostis hoc esse legitimæ amicitiæ indicium. Sic facere consueverunt qui mortuos revocant, frequenter ipsorum nomina versantes: sicut vicissim qui odio habent, & inimice erga quospiam affecti sunt, nec nomina eorum qui se læsere, ferunt commemorare. Ideo Saül nullam quidem injuriam passus, multas vero & magnas injurias in David machinatus, postquam ipsum aversabatur & oderat, nec illius appellationem commemorare sustinebat, sed considentibus omnibus postquam non venisse vidit, quid inquit? non dixit, ubi est David? sed, *ubi est filius Jesse?* a patre ipsum vocans: & iterum Judæi de Chri-

Gen. 3. 9.

Dei erga primum hominem clementia.

1. Reg. 20. 27.

Joan. 7. 11.

A καὶ λόγος τοῦτο [a] ἀπῄτει, τὸν οὐδὲν μὲν ἀγαθὸν ἐπιδειξάμενον, τοσαύτης δὲ ἀπολαύσαντα τῆς εὐνοίας, εἶτα ἐκ προοιμίων ἀποσκιρτήσαντα, ἀρθῆναι ἐκ τοῦ μέσου καὶ ἀφανισθῆναι τέλεον· ἀλλ' οὐκ ἐποίησε τοῦτο ὁ Θεὸς, οὐδὲ ἐβδελύξατο καὶ ἀπεστράφη τὸν οὕτως ἀγνώμονα περὶ τὸν εὐεργέτην γενόμενον, ἀλλ' ἔρχεται πρὸς αὐτὸν, καθάπερ πρὸς ἄῤῥωστον ἰατρός. καὶ μὴ παραδράμῃς ἁπλῶς τὸ εἰρημένον, ἀγαπητὲ, ἀλλ' ἐννόησον ἡλίκον, τὸ μήτε ἄγγελον πέμψαι, μήτε ἀρχάγγελον, μήτε ἄλλον τινὰ τῶν συνδούλων τῶν ἐκείνου, ἀλλ' αὐτὸν τὸν δεσπότην καταβῆναι πρὸς τὸν παραπεπτωκότα, καὶ κείμενον ἀναστῆσαι, καὶ μόνον πρὸς μόνον, καθάπερ φίλον πρὸς φίλον κακῶς πράττοντα, καὶ ἐν πολλῇ καταστάντα δυσημερίᾳ
B παραγενέσθαι. ὅτι γὰρ τοῦτο ἐκ πολλῆς κηδεμονίας ἐποίησε, καὶ αὐτὰ τὰ ῥήματα, ἃ πρὸς αὐτὸν εἶπε, δείκνυσιν αὐτοῦ τὴν ἄφατον φιλοστοργίαν. καὶ τί λέγω τὰ ῥήματα ἅπαντα; ἡ πρώτη μὲν οὖν ῥῆσις εὐθέως αὐτοῦ τὸ φίλτρον ἐνέφηνεν. οὐ γὰρ εἶπεν, καθάπερ εἰκὸς ἦν ὑβρισμένον εἰπεῖν· ὦ μιαρὲ, καὶ παμμίαρε, τοιαύτης ἀπολαύσας εὐνοίας παρ' ἐμοῦ, τοσαύτῃ τιμηθεὶς βασιλείᾳ, καὶ τῶν ἐπὶ τῆς γῆς προτιμηθεὶς ἁπάντων ἀντ' οὐδενὸς κατορθώματος, καὶ διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν ἐνέχυρα λαβὼν τῆς ἐμῆς κηδεμονίας, καὶ τῆς προνοίας ἀπόδειξιν ἀληθῆ, πονηρὸν
C δαίμονα, καὶ λυμεῶνα, καὶ τῆς σῆς ἐχθρὸν σωτηρίας ἀξιοπιστότερον [b] ἐποίησας τοῦ δεσπότου καὶ κηδεμόνος; τί σοι τοιοῦτον ἐκεῖνος ἔδειξεν οἷον ἐγώ; οὐχὶ τὸν οὐρανὸν ἐποίησα διὰ σέ; τὴν γῆν, τὴν θάλατταν, τὸν ἥλιον, τὴν σελήνην, τὰ ἄστρα πάντα; οὐ γὰρ δή που τῶν ἀγγέλων τινὲς ταύτης ἐδέοντο τῆς δημιουργίας, ἀλλὰ διὰ σὲ, καὶ τὴν ἀνάπαυσιν τὴν σὴν τὸν τοσοῦτον καὶ τηλικοῦτον ἐποίησα κόσμον· καὶ ψιλὰ ῥήματα, καὶ ὑπόσχεσιν ψευδῆ, καὶ ἐπαγγελίαν ἀπάτης γέμουσαν, τῆς διὰ τῶν ἔργων εὐεργεσίας τε καὶ προνοίας ἀξιοπιστοτέραν νομίσας εἶναι, ἐκείνῳ σαυτὸν ἐδώ-
D κας, καὶ τοὺς ἐμοὺς κατεπάτησας νόμους; ταῦτα γὰρ καὶ πλείονα τούτων τὸν ὑβρισμένον εἰκὸς ἦν εἰπεῖν· ἀλλ' οὐχ ὁ Θεὸς οὕτως, ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαν. ἀπὸ γὰρ τῆς πρώτης φωνῆς εὐθέως αὐτὸν ἀνέστησε κείμενον, καὶ δεδοικότα, καὶ τρέμοντα θαῤῥεῖν παρεσκεύασε πρῶτος αὐτὸν καλέσας αὐτός· μᾶλλον δὲ οὐ τὸ καλέσαι πρῶτος, ἀλλὰ καὶ τὸ προσειπεῖν αὐτὸν ἀπὸ τῆς αὐτοῦ προσηγορίας καὶ εἰπεῖν, Ἀδὰμ ποῦ εἶ; ἔδειξεν αὐτοῦ τὸ φίλτρον, καὶ τὴν πολλὴν περὶ αὐτὸν κηδεμονίαν· ἴστε γὰρ δή που πάντες, ὅτι φιλίας γνησίας ἐστὶ τοῦτο τεκμήριον. οὕτω καὶ οἱ ἀνακαλοῦντες τοὺς τετελευτηκότας, εἰώθασι ποιεῖν, συνεχῶς
E τὰ ὀνόματα αὐτῶν περιστρέφοντες, ὡς οἵ γε μισοῦντες καὶ ἀπεχθῶς πρός τινας ἔχοντες, οὐδὲ τὰ ὀνόματα ἀναμνησθῆναι τῶν λελυπηκότων ἀνέχονται. ὁ γοῦν Σαοὺλ ἀδικηθεὶς μὲν οὐδὲν, πολλὰ δὲ καὶ μεγάλα τὸν Δαυὶδ ἀδικήσας, ἐπειδὴ αὐτὸν ἀπεστρέφετο καὶ ἐμίσει, οὐδὲ τῆς προσηγορίας αὐτοῦ ἀναμνησθῆναι ἀνείχετο, ἀλλὰ συνηγμένων ἁπάντων, ἐπειδὴ παραγενόμενον οὐκ εἶδεν, τί φησί; οὐκ εἶπεν, ποῦ ἐστι Δαυίδ; ἀλλὰ ποῦ ἐστιν ὁ υἱὸς Ἰεσσαί; ἀπὸ τοῦ πατρὸς αὐτὸν καλέσας. καὶ πάλιν οἱ Ἰουδαῖοι

a Savil. & quidam MSS. ἀπαιτεῖ.

b Savil. & alii quidam, ἐποίησα.

ἐπὶ

ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ τὸ αὐτὸ ποιοῦσιν. ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸν ἀπεστρέφοντο καὶ ἐμίσουν, οὐκ εἶπον, ποῦ ἐστιν ὁ Χριστός; ἀλλὰ ποῦ ἐστιν ἐκεῖνος;

Ἀλλ' ὁ θεὸς κἂν τούτῳ βουλόμενος δεῖξαι, ὅτι τὸ φίλτρον οὐκ ἔσβεσεν ἡ ἁμαρτία, οὐδὲ τὴν πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν ἀνεῖλεν ἡ παρακοή, [a] ἀλλ' ἔτι προνοεῖ καὶ κήδεται τοῦ περιπεπτωκότος, φησίν· Ἀδὰμ ποῦ εἶ; οὐκ ἀγνοῶν ὅπου διέτριβεν, ἀλλ' ἐπειδὴ τοῖς ἡμαρτηκόσιν ἔρραπται τὸ στόμα, τῆς ἁμαρτίας ἀποστρεφούσης τὴν γλῶτταν, καὶ τοῦ συνειδότος αὐτῆς ἐπιλαμβανομένου, καὶ μένουσιν ἄφωνοι οἱ τοιοῦτοι, ὥσπερ τινὶ δεσμῷ τῇ σιγῇ κατεχόμενοι, βουλόμενος ὁ θεὸς εἰς παῤῥησίαν αὐτὸν ἐκκαλέσασθαι διαλέξεως, καὶ δοῦναι θαῤῥεῖν, καὶ εἰς ἀπολογίαν ὧν ἥμαρτεν ἐμβαλεῖν, ἵνα τινὸς ἀπολαύσῃ συγγνώμης, πρότερος αὐτὸς αὐτὸν ἐκάλεσε, τὸ πολὺ τῆς ἀγωνίας ὑποτεμνόμενος τῇ προσηγορίᾳ, καὶ τὸν φόβον ἀπελαύνων, καὶ τὸ στόμα διὰ ταύτης ἀνοίγων τῆς κλήσεως. διὸ καὶ ἔλεγεν, Ἀδὰμ ποῦ εἶ; ἑτέρωθι κατέλιπόν σε, φησὶ, καὶ ἑτέρωθι νῦν εὑρίσκω· κατέλιπον ἐν παῤῥησίᾳ καὶ δόξῃ, καὶ εὑρίσκω νῦν ἐν ἀτιμίᾳ καὶ σιγῇ. καὶ σκόπει θεοῦ κηδεμονίαν, οὐκ ἐκάλεσε τὴν Εὔαν, οὐκ ἐκάλεσε τὸν ὄφιν, ἀλλὰ τὸν ἁπάντων κουφότερον ἡμαρτηκότα, τοῦτον εἰς τὸ δικαστήριον εἰσάγει πρότερον, ἵνα ἀπὸ τοῦ δυναμένου συγγνώμης ἀπολαῦσαί τινος ἀρξάμενος, ἡμερωτέραν ἐνέγκῃ τὴν ψῆφον καὶ πρὸς τὴν μεγάλα ἐξαμαρτοῦσαν. καὶ δικασταὶ μὲν οὖν τοὺς συνδούλους τοὺς ἑαυτῶν καὶ τῆς αὐτῆς αὐτοῖς κοινωνοῦντας φύσεως, οὐκ ἀνέχονται δι' ἑαυτῶν ἐξετάζειν, ἀλλὰ μέσον τινὰ τῶν διακονουμένων αὐτοῖς προβαλλόμενοι, τὰς ἑαυτῶν ἐρωτήσεις ἐκεῖνον παρασκευάζουσι διαβιβάζειν πρὸς τὸν κατάδικον, καὶ δι' αὐτοῦ λέγουσι, καὶ ἀκούουσιν ἅπερ ἂν ἐθέλωσιν, ἐπειδὰν τοὺς ἡμαρτηκότας ἐξετάζωσιν· ὁ δὲ θεὸς οὐκ ἐδεήθη μεσίτου τινὸς πρὸς τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ δικάζει καὶ παραμυθεῖται. καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ θαυμαστὸν, ἀλλ' ὅτι καὶ διορθοῦται τὰ πλημμελήματα. δικασταὶ μὲν γὰρ ἐπειδὰν λάβωσι λῃστὰς καὶ τυμβωρύχους, οὐχ ὅπως αὐτοὺς ἐργάσωνται βελτίους σκοποῦσιν, ἀλλ' ὅπως αὐτοὺς ἀπαιτήσωσι τῶν ἡμαρτημένων δίκην· ὁ δὲ θεὸς τοὐναντίον ἅπαν· ἐπειδὰν τινὰ λάβῃ ἡμαρτηκότα, οὐχ ὅπως ἀπαιτήσῃ δίκην σκοπεῖ, ἀλλ' ὅπως αὐτὸν διορθώσηται, καὶ βελτίω ποιήσῃ, καὶ πρὸς τὸ μέλλον ἀχείρωτον. ὥστε ὁμοῦ καὶ δικαστὴς, καὶ ἰατρὸς, καὶ διδάσκαλός ἐστιν ὁ θεός. καὶ γὰρ ὡς δικαστὴς ἐξετάζει, καὶ ὡς ἰατρὸς διορθοῦται, καὶ ὡς διδάσκαλος παιδεύει τοὺς ἡμαρτηκότας εἰς πᾶσαν ἐνάγων φιλοσοφίαν. εἰ δὲ ἓν ῥῆμα ψιλὸν καὶ βραχὺ τοσαύτην ἐνεδείξατο τοῦ θεοῦ τὴν κηδεμονίαν, τί εἰ πᾶσαν ταύτην ἀναγνοίημεν ὑμῖν τὴν δίκην, καὶ ὁλόκληρα ἀναπτύξωμεν τὰ ὑπομνήματα; ὁρᾷς πῶς πᾶσα γραφὴ παράκλησίς ἐστι καὶ παραμυθία; ἀλλὰ ταῦτα μὲν κατὰ τὸν προσήκοντα καιρὸν ἐροῦμεν· πρὸ δὲ τούτων ἀναγκαῖον εἰπεῖν, πότε τὸ βιβλίον ἐδόθη [b] τοῦτο. οὐ γὰρ δὴ ἐν ἀρχῇ, οὐδὲ εὐθέως τοῦ Ἀδὰμ γενομένου ταῦτα ἐγράφετο, ἀλλὰ μετὰ πολλὰς ὕστερον γενεάς· καὶ ἄξιον ζητῆσαι τίνος ἕνεκεν μετὰ πολλὰς ὕστερον γε-

a Alii, ἀλλὰ προνοεῖ καὶ κηδέμενος.

A sto idem faciunt: quoniam enim ipsum aversabantur & oderant, non dixerunt, Ubi est Christus? sed, *Ubi est ille?*

4. Sed Deus & in hoc demonstrare volens, quod nec peccatum amorem exstinxerit, nec inobedientia suam in ipsum benevolentiam sustulerit, sed adhuc provideat, & curam gerat lapsi, inquit: *Adam ubi es?* non ignorans ubi degeret, sed quoniam iis qui peccaverunt os consutum est, peccato linguam avertente, & conscientia ipsam cohibente; stupidique illi remanent, silentio tamquam quodam vinculo coërciti. Volens itaque Deus ipsum
B ad fiduciam & libertatem loquendi provocare, & in eorum quæ admiserat purgationem inducere, ut aliqua frueretur venia, ipsum prior ipse vocavit, anxietatis multum appellatione recidens, & expellens timorem, osque vocando aperiens. Ideoque dicebat, *Adam ubi es?* Alibi te reliqui, inquit, & alibi nunc invenio: reliqui in fiducia & gloria, nunc autem invenio in confusione & silentio. Et considera curam Dei: non Evam vocavit, non vocavit serpentem, sed qui omnium levissime peccaverat, hunc ad judicium pri-
C mum accersit: ut ab eo incipiens, qui aliqua poterat venia potiri, etiam in eam quæ multum peccaverat, mitiorem ferat sententiam. Et judices quidem conservos suos, & ejusdem secum naturæ participes, per seipsos examinari non sustinent, sed ministrorum quempiam sibi medium proponentes, interrogationes illum suas ad reum proferre jubent, & per ipsum quæcumque velint, dicunt, & audiunt, dum reos examinant: Deus autem mediatore nullo ad hominem opus habuit, sed ipse per seipsum judicat, & consolatur. Nec
D hoc tantum est admirabile, sed etiam quod commissa corrigat. Judices enim cum latrones ceperint, & sacrilegos, non quomodo ipsos reddant meliores considerant, sed quomodo ab ipsis peccatorum pœnas exigant: Deus autem contra, cum aliquem ceperit peccatorem, non considerat, quomodo sumat supplicium: sed quomodo ipsum corrigat, & meliorem faciat, & in futurum inexpugnabilem. Itaque & judex pariter, & medicus, & magister est Deus: etenim tamquam judex examinat, & tamquam medicus corrigit, & tamquam magister docet, prævaricatos in
E omnem disciplinam inducens. Si vero unum & breve verbum tantam Dei curam demonstravit: quid si totam vobis litem legeremus, & integra explicaremus monumenta? Cernis quomodo tota Scriptura consolatio est, & exhortatio? Et hoc quidem congruo tempore dicemus: ante hæc autem necessarium est dicere, quando liber hic editus fuit: non enim in principio, non statim post Adam hæc scripta sunt, sed post multas generationes: & operæ precium est quærere, cur post mul-

b Savil. & aliquot MSS. τοῦτο, οὐδὲ γὰρ ἐν ἀρχῇ.

tas generationes, & cur tandem Judæis dumtaxat, & non omnibus hominibus? cur Hebraica lingua? cur in deserto Sina? neque enim simpliciter locum Apostolus prætercurrit, sed & in hoc magnam nobis contemplationem demonstrat, sic

Gal. 4. 24. dicens: *Hæc enim duo testamenta sunt, unum a monte Sina in servitutem generans.*

5. Quin & alia plura quærere necessarium esset: sed video tempus nobis non permittere ut sermonem tanto pelago committamus: ideo his in congruum tempus dilatis, iterum de jurandi abstinentia vobis differemus, & rogabimus caritatem vestram, ut multo circa hanc rem studio utatur. Quomodo enim non absurdum, servum quidem non audere Dominum nominatim & sine honoris præfatione appellare: angelorum vero Dominum temere & contemtim ubique jactare? Et si Evangelium quidem capere oporteat, manibus lotis, & cum multa reverentia & religione tremens & timens sumis: Evangelii vero Dominum temere lingua passim versas? Vis discere quomodo ipsum appellant supernæ virtutes, cum quanto tremore, quanto horrore, quanta admiratione? *Vidi Dominum sedentem*, inquit, *in throno alto & elevato, & Seraphim stabant circa ipsum, & clamabant alter ad alterum, & dicebant, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus sabaoth: plena omnis terra gloria ejus.* Vidisti cum quanto timore, quanto horrore nominant eum glorificantes, & laudantes? Tu vero in precibus quidem & supplicationibus, cum multo invocas ipsum torpore, quando horrescere oportebat, & vigilare, & sobrium esse: in jurando vero, cum nec omnino adducere admirabile nomen oportebat, varia quædam & alia super alia connectis juramenta: & qualis venia, quæ vero nobis erit excusatio, licet millies consuetudinem objiciamus? Dicitur quod quidam externorum oratorum præ quadam stulta consuetudine dexterum eundo humerum assidue movebat, sed tamen consuetudinem vicit, & gladios acutos utrinque humeris imposuit, ut vulneris timore membrum inepte se movens corrigeret: hoc & tu linguæ facias, & ipsi pro gladio divinæ pœnæ timorem impone, & omnino superabis. Impossibile enim, impossibile, inquam, est meditantes & studentes, & opus hoc facientes umquam superari. Dicta nunc laudatis, sed cum correcti fueritis, magis laudabitis, non tantum nos, sed & vos ipsos, & cum majore voluptate audietis quæ dicentur, & cum pura conscientia Deum invocabitis, qui tantum tibi parcit, ut dicat, *Neque per caput tuum jurabis:* tu vero sic ipsum contemnis, ut & per ipsius gloriam jures. Et quid faciam, inquiet aliquis, adversus eos, qui necessitatem inducunt? Qualem necessitatem, o homo? Discant omnes te omnia malle pati, quam Dei legem transgredi, & ab inferenda ne-

Consueta ad juramenta vitanda exhortatio.

Hesai. 6. 1.

a Sav. παραμίγνυσι, Mor. παραδείκνυσι, quidam MSS. παρανοίγνυσι.

A νεὰς, καὶ τί δήποτε Ἰουδαίοις μόνον, καὶ οὐχὶ πᾶσιν ἀνθρώποις; καὶ τί δήποτε τῇ Ἑβραΐδι γλώσσῃ, καὶ τίνος ἕνεκεν ἐπὶ τῆς ἐρήμου Σινᾶ; οὐδὲ γὰρ τὸν τόπον ἁπλῶς ὁ Ἀπόστολος παρατρέχει· ἀλλὰ κἀντεῦθεν μεγάλην ἡμῖν [a] παραδείκνυσι θεωρίαν, οὕτω λέγων· αὗται γάρ εἰσι δύο διαθῆκαι, μία μὲν ἀπὸ ὄρους Σινᾶ εἰς δουλείαν γεννῶσα.

Καὶ ἕτερα δὲ πλείω τούτων ἀναγκαῖον ζητῆσαι, ἀλλ' ὁρῶ τὸν καιρὸν ἡμῖν οὐκ ἐπιτρέποντα πρὸς τοιοῦτον ἀφεῖναι τὸν λόγον πέλαγος· διόπερ ταῦτα τῷ προσήκοντι καιρῷ ταμιευσάμενοι, πάλιν περὶ τῆς τῶν ὅρκων ἀπαλλα-

B γῆς ὑμῖν διαλεξόμεθα, καὶ παρακαλέσομεν ὑμῶν τὴν ἀγάπην πολλῇ περὶ τὸ πρᾶγμα τοῦτο χρήσασθαι τῇ σπουδῇ. πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον οἰκέτην μὲν μὴ τολμᾶν ἐξ ὀνόματος τὸν δεσπότην τὸν ἑαυτοῦ καλεῖν, μηδὲ ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε· τὸν δὲ τῶν ἀγγέλων δεσπότην ἁπλῶς καὶ μετὰ πολλῆς τῆς καταφρονήσεως πανταχοῦ περιφέρειν; κἂν μὲν εὐαγγέλιον κατασχεῖν δέῃ, τὰς χεῖρας ἀπονιψάμενος, μετὰ πολλῆς τῆς αἰδοῦς καὶ τῆς εὐλαβείας φρίττων καὶ δεδοικὼς κατέχεις· τὸν δὲ τοῦ εὐαγγελίου δεσπότην ἁπλῶς ἐπὶ τῆς γλώττης πανταχοῦ περιφέρεις; βούλει μαθεῖν πῶς αὐ-

C τὸν καλοῦσιν αἱ ἄνω δυνάμεις, μεθ' ὅσης φρίκης, μεθ' ὅσης ἐκπλήξεως, μεθ' ὅσου θαύματος; εἶδον τὸν κύριον καθήμενον, φησὶν, ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, καὶ τὰ Σεραφὶμ εἱστήκεισαν κύκλῳ αὐτοῦ, καὶ ἐκέκραγον ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον, καὶ ἔλεγον· ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος σαβαώθ· πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. εἶδες μεθ' ὅσου φόβου, μεθ' ὅσης φρίκης καλοῦσι δοξολογοῦσαι καὶ ὑμνοῦσαι; σὺ δὲ ἐν εὐχαῖς μὲν καὶ ἱκετηρίαις μετὰ πολλῆς αὐτὸν καλεῖς τῆς ῥᾳθυμίας, ὅτε φρίττειν ἔδει, καὶ ἐγρηγορέναι, καὶ νήφειν· ἐν ὅρκοις δὲ ὅτε οὐδ' ὅλως τὸ θαυμαστὸν

D τοῦτο ὄνομα παράγειν ἐχρῆν, ποικίλους τινὰς καὶ ἐπαλλήλους ὅρκους συνείρεις· καὶ ποία συγγνώμη, τίς δὲ ἡμῖν ἔσται ἀπολογία, κἂν μυριάκις συνήθειαν προβαλλώμεθα; λέγεταί τις τῶν ἔξωθεν ῥητόρων ὑπό τινος συνηθείας ἀλόγου τὸν δεξιὸν συνεχῶς ὦμον κινεῖν βαδίζων, ἀλλ' ὅμως περιεγένετο τῆς συνηθείας, καὶ μαχαίρας ἀκονήσας ἑκατέρωθεν ἐπέθηκε τοῖς ὤμοις, ὥστε τῷ φόβῳ τῆς τομῆς σωφρονίσαι τὸ μέλος ἀκαίρως κινούμενον· τοῦτο καὶ σὺ ποίησον ἐπὶ τῆς γλώττης, καὶ ἀντὶ μαχαίρας ἐπίθες αὐτῇ τὸν φόβον τῆς τοῦ θεοῦ κολάσεως, καὶ περιέσῃ πάντως. ἀμήχανον

E γὰρ, ἀμήχανον μεριμνῶντας καὶ σπουδάζοντας, καὶ ἔργον τοῦτο ποιουμένους ἡττηθῆναί ποτε. ἐπαινεῖτε νῦν τὰ εἰρημένα, ἀλλ' ὅταν κατορθώσητε, μειζόνως ἐπαινέσετε, οὐχ ἡμᾶς μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑμᾶς αὐτοὺς, καὶ μετὰ πλείονος τῆς ἡδονῆς ἀκούσετε τῶν λεγομένων, καὶ μετὰ καθαροῦ τοῦ συνειδότος καλέσετε τὸν θεὸν, ὃς οὕτως σου φείδεται, ὡς εἰπεῖν, μηδὲ κατὰ τῆς κεφαλῆς σου ὀμόσῃς· σὺ δὲ οὕτως αὐτοῦ καταφρονεῖς, ὡς καὶ κατὰ τῆς αὐτοῦ δόξης ὀμνύναι. [b] καὶ τί πάθω, φησὶ, πρὸς τοὺς ἀνάγκην ἐπάγοντας; ποίαν ἀνάγκην, ἄνθρωπε; μαθέτωσαν ἅπαντες, ὅτι πάντα αἱρήσῃ παθεῖν, ἢ τὸν τοῦ θεοῦ παραβῆναι νόμον, καὶ ἀποστήσονται

b Savil. καὶ τί ποιήσω.

A τῆς ἀνάγκης. ὅτι γὰρ οὐχ ὅρκος ἀξιόπιστον ποιεῖ, ἀλλὰ βίου μαρτυρία καὶ πολιτείας ἀκρίβεια, καὶ ὑπόληψις ἀγαθή, πολλοὶ πολλάκις διεῤῥάγησαν ὀμνύντες, καὶ οὐδένα ἔπεισαν, ἕτεροι δὲ ἐπινεύσαντες μόνον, ἀξιοπιστότεροι τῶν τοσαῦτα ὀμωμοκότων ἐφάνησαν. Ταῦτ' οὖν εἰδότες ἅπαντα, καὶ τὴν κειμένην τοῖς τε ὀμνύουσι τοῖς τε ἐπιορκοῦσι κόλασιν πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν βλέποντες, ἀποστῶμεν τῆς πονηρᾶς συνηθείας, ἵν' ἐντεῦθεν καὶ πρὸς τὰ λοιπὰ βαδίζοντες κατορθώματα, τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἐπιτύχωμεν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀξιωθῆναι, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ νῦν, καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν. B

cessitate desistent. Quod enim non juramentum fide dignum hominem faciat, sed vitæ testimonium, & conversationis integritas, & mens bona, sæpe multi jurantes disrupti sunt, & non persuaserunt: alii vero annuentes tantum, multo juratis fide digniores apparuerunt. Hæc igitur omnia scientes, & pœnam jurantibus & pejerantibus statutam ante oculos ponentes, improba consuetudine absistamus, ut hinc & ad reliqua gradientes virtutis opera, consequamur bona futura: quæ nos omnes assequi detur, gratia, & benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem & cum quo Patri una cum Spiritu sancto gloria, imperium, honor nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

ΠΡΟΤΡΟΠΗ ΕΙΣ ΑΡΕΤΗΝ, καὶ εἰς τό, Περιεπάτει ὁ θεὸς τὸ δειλινὸν ἐν τῷ παραδείσῳ· καὶ περὶ τοῦ φεύγειν τοὺς ὅρκους.

ΟΜΙΛΙΑ η'.

ΕΓΝΩΤΕ πρῴην πῶς πᾶσα γραφὴ παράκλησιν φέρει καὶ παραμυθίαν· κἂν ἱστορίας διήγησις ᾖ. καὶ γὰρ τό, Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, C ἱστορίας ἐξήγησις ἦν, ἀλλ' ἔδειξεν ὁ λόγος πολλῆς γέμουσαν παραμυθίας τὴν ῥῆσιν· οἷον, ὅτι διπλῆν τράπεζαν ὁ θεὸς ἐποίησε, γῆν καὶ θάλατταν ὁμοῦ προθείς, καὶ φωστῆρας διπλοῦς ἥλιον καὶ σελήνην ἀνάψας ἄνωθεν, καὶ διπλοῦ δρόμου καιρόν, ἡμέραν, καὶ νύκτα ἐργασάμενος, καὶ τὴν μὲν εἰς ἐργασίαν, τὴν δὲ εἰς ἀνάπαυσιν. οὐ γὰρ ἐλάττονα τῆς ἡμέρας ἡμῖν εἰσφέρει λειτουργίαν ἡ νύξ· ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τῶν δένδρων εἶπον, ὅτι τῶν ἐγκάρπων τὰ ἄκαρπα ἐφάμιλλον παρέχεται χρείαν, οὐκ ἀναγκάζοντα ἡμᾶς τῶν ἡμέρων ἅπτεσθαι δένδρων εἰς τὰς οἰκοδομάς· καὶ τῶν ἡμέρων ζώων οὐκ ἐλάττονα παρέχεται χρείαν D ἡμῖν τὰ ἄγρια καὶ ἀνήμερα, καὶ τῷ φόβῳ πρὸς τὰς πόλεις ἡμᾶς συνελαύνοντα, καὶ προσεκτικωτέρους ποιοῦντα, καὶ συσφίγγοντα πρὸς ἀλλήλους, καὶ τῶν μὲν τὴν δύναμιν ἐγγυμνάζοντα, τῶν δὲ τὰ νοσήματα λύοντα· πολλὰ γὰρ ἐξ ἐκείνων τὰ φάρμακα κατασκευάζουσιν ἰατρῶν παῖδες· καὶ τῆς παλαιᾶς ἡμᾶς ἁμαρτίας ἀναμιμνήσκοντα. ὅταν γὰρ ἀκούσω, ὅτι ἔσται ὁ φόβος ὑμῶν καὶ ὁ τρόμος ἐπὶ πάντα τὰ θηρία τῆς γῆς, εἶτα τὴν τιμὴν ἀκρωτηριασθεῖσαν ἴδω ταύτην, ἀναμιμνήσκομαι τῆς ἁμαρτίας, ἣ καὶ τὸν φόβον ἡμῶν ἐξέλυσε, καὶ τὴν ἀρχὴν ὑπετέμετο, καὶ γίνομαι βελτίων, καὶ σωφρονέστερος, μαθὼν τὴν ἐκ τῆς ἁμαρτίας ἡμῖν [a] γεγενημένην ζημίαν. ὥσπερ οὖν ὅπερ ἔφην, E οὐ τὸ τυχὸν εἰς τὸν βίον ἡμῶν συντελεῖ ταῦτά τε τὰ εἰρημένα καὶ ἕτερα πλείω τούτων, ἅπερ ὁ ποιήσας οἶδε θεός· οὕτω δὴ καὶ ἡ νὺξ οὐκ ἐλάττονα τῆς ἡμέρας εἰσφέρει χρῆσιν, ἀνάπαυσις οὖσα πόνων, καὶ φάρμακον οὖσα νοσημάτων. πολλάκις γοῦν ἰατροὶ πολλὰ πραγματευσάμενοι, καὶ μυρία κατασκευάσαντες φάρμακα, οὐκ ἴσχυσαν ἀπαλλά-

AD VIRTUTEM EXHORTATIO, *& in illud Genesis*, Deambulabat Deus in meridie in Paradiso, *& de fugiendis juramentis.*

HOMILIA VIII.

1. AUDISTIS nuper, quomodo omnis Scriptura consolationem afferat & refrigerium, licet historica sit narratio. Etenim illud, *In principio fecit Deus cælum & terram*, historiæ expositio erat: sed demonstravit oratio & multa plenam consolatione dictionem esse: quale est, quod duplicem Deus mensam fecerit, terram & mare simul ponens: & luminaria gemina, solem & lunam superne accendens: & duplicis cursus tempus, diem & noctem operatus: illum quidem in operationem, hanc in requiem. Non enim minus ministerium, quam dies nobis nox affert: sed sicut in arboribus dixi, quod fructuosis infructuosæ æmulam præbeant utilitatem, facientes ne cogamur ad ædificia domesticas arbores attingere: & mansuefactis animalibus non minorem nobis utilitatem sylvestria & immitia afferunt, quæ timore sui nos in urbes compellunt, reddunt cautiores, & nos mutuo constringunt: atque horum quidem exercent virtutem, illorum vero morbos solvunt; multa enim ex iis medicamenta medici conficiunt; antiqui item nos peccati commonent. Cum enim audiero, *Timor vester erit super omnes bestias terræ*, & postea honorem hunc sublatum videro, peccati reminiscar, quod & timorem nostri dissolvit, & principatum imminuit, & efficiar melior & prudentior, damnum ex peccato nobis illatum contemplatus. Sicut igitur, quod & antea dixi, ad vitam nobis omnia conferunt hæc quæ dicta sunt, & alia his plura, quæ qui fecit Deus, ipse novit: ita quidem & nox non minorem, quam dies, usum affert, cum laborum sit requies, & morborum medicina. Sæpe enim medici multa operati, & infinita medicamina moliti, a morbo ægrum liberare

Gen. 1. 1.

Noctis utilitas.

Gen. 9. 2.

a Savil. & quidam Mss. ἐγγινομένην. Mox quidam Mss. ἔφην, καὶ τὰ τυχόντα εἰς τὸν βίον ἡμῶν συντελεῖ.

non potuerunt : somnus autem sponte adveniens, omnem solvit ægritudinem, & infinitis illis laboribus liberavit : nec morbis tantum corporis, sed & animæ nox est medicina, dolentes animas sedans. Sæpe quispiam postquam filium amisit, innumeris illi consolationes afferentibus, a fletibus & gemitu desistere non valuit : nocte vero superveniente, somni cessit imperio superatus, palpebras ad somnum composuit, & exiguam quampiam diurnorum cepit malorum consolationem. Age vero jam ad materiam eamus unde processit oratio. Nam probe novi vos huic omnes inhiare, & quemque discere exoptare qua de causa non ab initio editus sit hic liber, sed neque nunc expositionis hujus esse tempus video. Quid ita tandem? ad finem nobis hæc devenit hebdomas, & materiam attingere metuo, deinde statim expositionem intercepturus. Multis enim diebus opus habet hoc argumentum, ejusque mentio frequenter habenda: ideo rursum ipsum differamus. Sed ne ægre feratis, cum fœnore vobis omnino debitum reddemus : sic enim & nobis, qui persolvimus, expedit. Nunc autem interim dicemus quod heri relictum fuit.

Gen. 3. 8. Quid autem heri relictum fuit? *Deambulabat*, inquit, *Deus in paradiso in meridie.* Quid ais, *Deambulabat Deus?* Non deambulabat : quomodo enim ubique præsens, & omnia implens? sed in Adam talem sensum posuit, ut seipsum corriperet, ne dissolutus esset, ut fugiendo & latendo aliquam excusationis partem prætenderet, vel ante ipsa verba. Sicut enim qui in judicium adducendi sunt, commissorum pœnas subituri, squallidi, sordentes, tristes, contemti judicantibus apparent, ut ex habitu ipsos ad humanitatem & veniam & misericordiam trahant : sic & in Adam factum est. Oportebat enim demissum in judicium hoc trahi, propterea prævenit ipsum Deus, & corripuit. Sed quod aliquis deambularet, sensit : unde vero cogitavit quod Deus deambularet? Talis est peccantium consuetudo : omnia suspecta habent, umbras tremunt, omnem strepitum timent, quemque putant contra se venire. Multos igitur sæpe conspicati, ad aliud ministerium currentes, ad se venire cogitaverunt peccatores : & aliis alia inter se differentibus, peccati sibi ipsis conscii putant illos de se sermocinari.

2. Talis enim res peccatum est, nullo prodit arguente, nullo condemnat accusante, pavidum facit, & timidum peccatorem, sicut justitia contrarium. Audi igitur quomodo & hujus pavorem, & illius libertatem Scriptura designavit : *Fu-*

Prov. 28. 1. *git impius nemine persequente*, inquit. Quomodo persequente nemine fugit? intus habet agentem conscientiæ accusatorem, & hunc ubique circumfert : & sicut seipsum non potest fugere, sic nec eum qui intus

A ξαι τῆς ἀῤῥωστίας τὸν κάμνοντα· ὕπνος δὲ αὐτόματος ἐπελθὼν, τὸ πᾶν ἔλυσε νόσημα, καὶ τῶν μυρίων ἐκείνων ἀπήλλαξε πόνων. οὐ παθῶν δὲ σωματικῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ψυχικῶν νοσημάτων ἐστὶ φάρμακον ἡ νὺξ ἀναπαύουσα τὰς ὀδυνωμένας ψυχάς. πολλάκις γοῦν τις ἀπέβαλεν υἱὸν, καὶ μυρίων μυρία παρακαλούντων οὐκ ἠνέσχετο τῶν θρήνων ἀποστῆναι καὶ τῆς οἰμωγῆς· νυκτὸς δὲ ἐπελθούσης, εἶξε τῇ τυραννίδι τοῦ ὕπνου ἡττηθεὶς, καὶ τὰ βλέφαρα κατεκοίμισε, καὶ μικράν τινα τῶν [a] καθημερινῶν κακῶν παραμυθίαν ἔλαβε. φέρε δὴ λοιπὸν πρὸς τὴν ὑπόθεσιν ἴωμεν, ἀφ' ἧς καὶ ταῦτα εἰρήκαμεν. καὶ γὰρ οἶδα ὅτι

B πρὸς ταύτην κεχήνατε πάντες, καὶ ἕκαστος ὑμῶν ὠδίνει μαθεῖν τίνος ἕνεκεν οὐκ ἐξ ἀρχῆς τὸ βιβλίον τοῦτο ἐδόθη, ἀλλ' οὐδὲ νῦν ὁρῶ τὸν καιρὸν ὄντα τῆς ἐξηγήσεως ταύτης. τί δήποτε; πρὸς τὸ τέλος ἡμῖν ἡ ἑβδομὰς ἀπήντησε, καὶ δέδοικα τῆς ὑποθέσεως ἅψασθαι, εἶτα εὐθέως ἐκκόψαι τὴν διδασκαλίαν. πολλῶν γὰρ ἐφεξῆς ἡμερῶν ἡμῖν ὑπόθεσις δεῖται καὶ συνεχοῦς τῆς μνήμης, διὸ πάλιν αὐτὴν ἀναβαλώμεθα. ἀλλὰ μὴ δυσχεράνητε, μετὰ τόκου πάντως ὑμῖν ἀποδώσομεν τὸ χρέος. οὕτω γὰρ καὶ ἡμῖν τοῖς καταβάλλουσι συμφέρει, τέως δὲ τὸ χθὲς παραλειφθὲν ἐροῦμεν νῦν. τί δὲ τὸ χθὲς παραλειφθὲν ἦν; περιεπάτει,

C φησὶν, ὁ θεὸς ἐν τῷ παραδείσῳ τὸ δειλινόν. τί λέγεις, εἰπέ μοι, περιεπάτει ὁ θεός; οὐ περιεπάτει ὁ θεός· πῶς γὰρ ὁ πανταχοῦ παρὼν, καὶ τὰ πάντα πληρῶν; ἀλλὰ τοιαύτην αἴσθησιν ἐνέθηκε τῷ Ἀδὰμ, ἵν' ἑαυτὸν συστείλῃ, ἵνα μὴ διακεχυμένος ᾖ, ἵνα τὸ φυγεῖν καὶ κρυβῆναι μέρος τι τῆς ἀπολογίας [b] προβάληται καὶ πρὸ τῶν ῥημάτων αὐτῶν. καθάπερ γὰρ οἱ μέλλοντες εἰς δικαστήριον εἰσάγεσθαι, καὶ εὐθύνας τῶν πεπλημμελημένων ὑπέχειν, αὐχμῶντες, ῥυπῶντες, στυγνοὶ, κατεσταλμένοι τοῖς δικάζουσι φαίνονται, ὥστε καὶ ἀπὸ τοῦ σχήματος αὐτοὺς εἰς φιλανθρωπίαν ἐπισπάσασθαι, καὶ ἔλεον, καὶ συγγνώμην· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ

D Ἀδὰμ γέγονε. καὶ γὰρ ἔδει κατεσταλμένον εἰς τὸ δικαστήριον εἰσαχθῆναι τοῦτον· διὰ τοῦτο προλαβὼν ὁ θεὸς, αὐτὸν συνέστειλεν. ἀλλ' ὅτι μέν τις περιεπάτει ᾔσθετο· πόθεν δὲ ἐνόμισεν ὅτι ὁ θεὸς περιεπάτει; τοιοῦτον τῶν ἁμαρτανόντων τὸ ἔθος ἐστὶ, πάντα ὑποπτεύουσι, τὰς σκιὰς τρέμουσι, πάντα ψόφον δεδοίκασι, καὶ ἕκαστον ἐπ' αὐτοὺς βαδίζειν νομίζουσι. πολλοὺς γοῦν πολλάκις ἰδόντες ἐφ' ἑτέραν τρέχοντας διακονίαν, ἐνόμισαν ἐπ' αὐτοὺς ἥκειν [c] οἱ ἁμαρτάνοντες, καὶ ἄλλων ἄλλα πρὸς ἀλλήλους διαλεγομένων, οἱ συνειδότες ἑαυτοῖς ἁμαρτίαν, περὶ αὐτῶν ἐκείνους διαλέγεσθαι νομίζουσι.

E Τοιοῦτον γὰρ ἡ ἁμαρτία, οὐδενὸς ἐλέγχοντος προδίδωσιν, οὐδενὸς κατηγοροῦντος καταδικάζει, καὶ ψοφοδεῆ ποιεῖ καὶ δειλὸν τὸν ἡμαρτηκότα· ὥσπερ οὖν ἡ δικαιοσύνη τὸ ἐναντίον. ἄκουσον γοῦν πῶς καὶ τούτου τὴν δειλίαν, κἀκείνου τὴν παῤῥησίαν ὑπέγραψεν ἡ γραφή· φεύγει, ὁ ἀσεβὴς, φησὶν, οὐδενὸς διώκοντος. πῶς οὐδενὸς διώκοντος [d] φεύγει; ἔνδον ἔχει τὸν ἐλαύνοντα, τὸν τοῦ συνειδότος κατήγορον, καὶ τοῦτον πανταχοῦ περιφέρει· καὶ καθάπερ ἑαυτὸν οὐκ ἂν δυνηθείη φυγεῖν, οὕτως οὐδὲ τὸν ἔνδοθεν αὐ-

[a] Savil. & duo MSS μεθημερινῶν.
[b] Alii & Savil. συγκαταβάλληται.
[c] Alii, οἱ ἁμαρτῶντες.

[d] Aliquot MSS. φεύγει; ἐπειδὴ οὐδένα ἔχει. Infra Savil. δυνηθεὶς φυγεῖν. Paulopost Savil. & quidam alii, ὅπου περ ἂν ἀπίῃ.

τὸν ἐλαύνοντα, ἀλλ' ὅπου περ ἂν ἀπίῃ, μαστίζεται καὶ τραῦμα ἀνίατον ἔχει· ἀλλ' οὐχ ὁ δίκαιος τοιοῦτος. ἀλλ' ὁποῖος; ἄκουε, δίκαιος ὡς λέων πέποιθε. τοιοῦτος ἦν ὁ Ἠλίας· εἶδεν γοῦν τὸν βασιλέα πρὸς αὐτὸν ἐρχόμενον, καὶ εἰπόντος ἐκείνου, ἵνα τί διαστρέφεις τὸν Ἰσραήλ; οὐκ ἐγὼ διαστρέφω, φησὶν, ἀλλὰ σὺ καὶ ὁ οἶκος τοῦ πατρός σου. ἀληθῶς δίκαιος ὡς λέων πέποιθε. καθάπερ γὰρ λέων κυνιδίου τινὸς εὐτελοῦς κατεξανέστη τοῦ βασιλέως· καίτοι πορφυρίδα εἶχεν ἐκεῖνος, ἀλλ' εἶχεν μηλωτὴν οὗτος, ἱμάτιον τῆς πορφυρίδος ἐκείνης σεμνότερον. ἡ μὲν γὰρ πορφυρὶς ἐκείνη τὸν λιμὸν ἔτεκε τὸν χαλεπὸν, ἡ μηλωτὴ δὲ αὕτη τὰ δεινὰ ἔλυσεν· αὕτη τὸν Ἰορδάνην ἔσχισεν, αὕτη τὸν Ἐλισσαῖον διπλοῦν Ἠλίαν ἐποίησεν. ὢ πόση τῶν ἁγίων ἡ ἀρετή· οὐχὶ τὰ ῥήματα αὐτῶν μόνα, οὐδὲ τὰ σώματα, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ ἱμάτια τῇ κτίσει πάσῃ πάντοτέ ἐστιν αἰδέσιμα. ἡ μηλωτὴ τούτου τὸν Ἰορδάνην ἔσχισε, τὰ ὑποδήματα τῶν τριῶν παίδων τὸ πῦρ κατεπάτησαν, [a] τὸ ξύλον τοῦ Ἐλισσαίου τὰ ὕδατα μετέβαλε, καὶ σιδήριον ὑπὲρ τὴν ἐπιφάνειαν βαστάζειν ἐποίησεν. ἡ ῥάβδος Μωϋσέως τὴν ἐρυθρὰν ἔσχισε θάλασσαν, τὴν πέτραν ἔρρηξε, τὰ ἱμάτια Παύλου νοσήματα ἤλασεν, ἡ σκιὰ Πέτρου θάνατον ἐφυγάδευσεν, ἡ τέφρα τῶν ἁγίων μαρτύρων πονηροὺς ἀπελαύνει δαίμονας. διὰ τοῦτο μετ' ἐξουσίας ἅπαντα πράττουσι, καθάπερ καὶ ὁ Ἠλίας· οὐ γὰρ δὴ ἑώρα τὸ διάδημα καὶ τὴν ἔξωθεν φαντασίαν τοῦ βασιλέως, ἀλλ' ἑώρα τὴν ψυχὴν ῥάκια περιβεβλημένην, αὐχμῶσαν, ῥυπῶσαν, καὶ καταδίκου παντὸς ἀθλιώτερον διακειμένην· καὶ ἰδὼν αὐτὸν αἰχμάλωτον καὶ δοῦλον ὄντα τῶν παθῶν, κατεφρόνησεν αὐτοῦ τῆς ἀρχῆς. καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῆς σκηνῆς, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τῆς ἀληθείας ἐδόκει βασιλέα βλέπειν. τί γὰρ ὄφελος τῆς ἔξωθεν [b] εὐπορίας, ὅταν ἔνδον πενία τοσαύτη ᾖ; τί δὲ βλάβος τῆς ἔξωθεν πενίας, ὅταν ἔνδον τοσοῦτος ἀπόκειται πλοῦτος; τοιοῦτος ἦν λέων καὶ ὁ μακάριος Παῦλος, εἰσελθὼν γὰρ εἰς τὸ δεσμωτήριον καὶ βοήσας μόνον, τὰ θεμέλια πάντα ἔσεισε, τὰ δεσμὰ κατέφαγεν, οὐκ ὀδοῦσι χρησάμενος, ἀλλὰ ῥήμασι· διόπερ, οὐχὶ λέοντας αὐτοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἕτερόν τι πλέον λεόντων χρὴ καλεῖν. ὁ μὲν γὰρ λέων εἰς δίκτυα πολλάκις ἐμπεσὼν ἁλίσκεται· οἱ δὲ ἅγιοι δεθέντες, τότε ἰσχυρότεροι γίνονται· καθάπερ καὶ ὁ μακάριος οὗτος ἐπὶ τοῦ δεσμωτηρίου τότε ἐποίησε, τοὺς δεσμώτας λύσας, τοὺς τοίχους σαλεύσας, τὸν δεσμοφύλακα δήσας, καὶ τῷ τῆς εὐσεβείας χειρωσάμενος λόγῳ. ὁ λέων φθέγγεται, καὶ τὰ θηρία φυγαδεύει πάντα· ὁ ἅγιος φθέγγεται, καὶ τοὺς δαίμονας ἀπελαύνει πάντοθεν. ὅπλα τοῦ λέοντος κόμη τριχῶν, ὀνύχων ἀκμὴ, καὶ ὀδόντες ἠκονημένοι· ὅπλα δικαίου φιλοσοφία, καρτερία, ὑπομονὴ, ὑπεροψία τῶν παρόντων ἁπάντων. ταῦτα τὰ ὅπλα τις ἔχων, οὐκ ἀνθρώπων μόνον πονηρῶν, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν καταγελάσεται τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων. φρόντισον τοίνυν τῆς κατὰ θεὸν ζωῆς ἄνθρωπε, καὶ οὐδεὶς περιέσεταί σου ποτὲ, ἀλλὰ κἂν ἁπάντων εὐτελέστερος εἶναι δοκῇς, πάντων δυνατώτερος ἔσῃ· ὥσπερ ἂν ἀμελήσῃς τῆς κατὰ ψυχὴν ἀρετῆς, κἂν ἁπάντων δυνατώτερος ᾖ, εὐχείρωτος ἔσῃ τοῖς ἐπιβου-

A ipsum agitat : sed quocumque abeat, flagellatur, & vulnus habet immedicabile. At non talis justus : sed qualis, audi : *Justus tamquam leo*, inquit, *confidit*. Talis erat Helias : vidit igitur regem ad se venientem : & dicente illo, *Ut quid pervertis Israël? Non ego perverto Israel*, inquit, *sed tu & domus patris tui*. (3. Reg. 18. 17.) Vere justus ut leo confidit : sicut enim leo in regem tamquam in vilem catellum insurrexit. Tametsi purpuram habebat ille : sed hic meloten habebat indumentum purpura illa venerabilius. Purpura enim illa famem peperit gravem : melote autem hæc calamitates discussit, B hæc Jordanem divisit; (4. Reg. 2.) hæc Elisæum duplicem Eliam fecit. O quanta sanctorum virtus! Non sola ipsorum verba & corpora, sed & ipsa indumenta creaturæ omni perpetuo sunt venerabilia. Hujus melote Jordanem divisit : calceamenta trium puerorum ignem conculcaverunt : Elisæi lignum aquas mutavit, & ut ferrum in superficie portarent effecit : Mosis virga mare Rubrum divisit, petram scidit : Pauli vestimenta languores expulerunt : umbra Petri mortem fugavit : sanctorum Martyrum favilla malignos expellit dæmonas. Propterea cum C fiducia omnia faciunt; sicut & Elias: non enim spectabat diadema, & exteriorem regis splendorem, sed animam pannosam, squallentem, sordidam, & omni reo miserius affectam respiciens, & ipsum intus captivum esse, ac vitiorum servum, ipsius principatum contemsit : etenim tamquam in scena, sed non in veritate regem sibi cernere videbatur. Quæ enim exterioris opulentiæ utilitas, cum intus est tanta pauperies? Quæ vero paupertatis noxa, cum intus tantæ repositæ sunt divitiæ? Talis erat leo & beatus Paulus : (Act. 16.) carcerem enim ingressus, solo clamore omnia fun-D damenta concussit, vincula rosit, non dentibus, sed verbis : propterea non leones ipsos tantum, sed & aliud quid leonibus majus oportet appellare. Leo enim in retia sæpe lapsus capitur : sancti vero cum ligantur, hinc fortiores fiunt : sicut & hic beatus in carcere tunc fecit, solvens compeditos, parietes concutiens, carceris custodem alligans, & pietatis verbo capiens. Leo clamat, & omnes bestias fugat : sanctus clamat, & dæmones undique expellit. Leonis arma, jubarum horror, unguium mucro, & dentes acuti : arma justi, E philosophia, temperantia, patientia, præsentium contemtus omnium. Hæc arma quisquis habet, non homines tantum improbos, sed & ipsas adversarias potestates deridebit. Stude igitur, o homo, secundum Deum vivere, & nemo te umquam superabit; sed etiam si omnium vilissimus esse videaris, omnium eris potentissimus, sicut si animi virtutem neglexeris, etiam si omnium sis potentissimus, omnibus insidiantibus eris facile expugna-

Elisæus duplex Elias secundum interpretationem Chrysostomi.

Martyrum favilla dæmonas expellit.

a Sic Savil & omnes pene MSS. Morel. τὰ ξύλα. Ibid. Sav. ὑπὲρ τῆς ἐπιφανείας, Morel. ὑπὲρ τὴν ἐπιφάνειαν. Infra duo MSS. ἁγίων καὶ καλλινίκων μαρτ-

b Sic Savil. & maxima pars MSS. recte Morel. εὐπρεπείας.

A bilis. Et hoc quidem dicta demonstraverunt exempla : si vis autem, & per opera te docere conabor, vim justorum inexpugnabilem, & facilem peccatorum captivitatem. Audi igitur quomodo hæc ambo
tilium multi contradicturi erant, & dicturi: quomodo Deus homines qui fuerunt ante Mosem judicabit? non misit legislatorem, non legem tulit, non prophetam paravit, non apostolum, non evangelistam, quomodo ab ipsis pœnas exiget? Volens Paulus demonstrare, quod a natura docti legem haberent, & agenda ma- Rom. 2. 14. nifeste scirent; audi quid inquit: *Cum enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt: ejusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis:* quomodo sine literis? *Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus, in die qua judicabit Deus occulta hominum, secundum evangelium meum per Jesum Christum.* Et iterum: *Quicumque enim sine lege peccaverunt, sine lege peribunt: & quicumque in lege peccaverunt, per legem judicabuntur.* Quid est, sine lege peribunt? non lege accusante, sed conscientia & cogitationibus. Si vero legem non habuissent conscientiæ, nec ipsos perire peccantes oportebat. Quomodo enim si sine lege peccaverunt? Sed cum sine lege dicit, non dicit non habuisse legem, sed non habuisse legem scriptam: naturæ vero Rom. 2. 1. legem habuisse. Et rursum: *Gloria autem & honor, & pax omni operanti bonum, Judæo primum & Græco.*

A δὴ γὰρ πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων ἀντιλέγειν ἔμελλον, καὶ λέγειν ὅτι, πῶς κρινεῖ ὁ θεὸς τοὺς ἀνθρώπους τοὺς πρὸ Μωσέως; οὐ νομοθέτην ἔπεμψεν, οὐ νόμον εἰσήνεγκεν, οὐ προφήτην ἀπέστειλεν, οὐκ ἀπόστολον, οὐκ εὐαγγελιστήν. πῶς οὖν αὐτοὺς εὐθύνας ἀπαιτεῖ; βουλόμενος ὁ Παῦλος δεῖξαι, ὅτι αὐτοδίδακτον εἶχον νόμον, καὶ τὰ πρακτέα σαφῶς ᾔδεσαν, ἄκουσον πῶς φησίν. Ὅταν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῇ, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες ἑαυτοῖς εἰσὶ νόμος, οἵτινες ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν. πῶς χωρὶς γραμμάτων; Συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως καὶ με- B ταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων, ἢ καὶ ἀπολογουμένων ἐν ἡμέρᾳ, ὅτε κρινεῖ ὁ θεὸς τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. καὶ πάλιν, Ὅσοι γὰρ ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται· καὶ ὅσοι ἐν νόμῳ ἥμαρτον, διὰ νόμου κριθήσονται. τί ἐστιν ἀνόμως ἀπολοῦνται; οὐχὶ τοῦ νόμου κατηγοροῦντος, ἀλλὰ τῶν λογισμῶν καὶ τοῦ συνειδότος. εἰ γὰρ μὴ εἶχον νόμον τὸν τοῦ συνειδότος, οὐδὲ ἀπολέσθαι αὐτοὺς ἁμαρτάνοντας ἔδει. πῶς γὰρ εἰ ἀνόμως ἥμαρτον; ἀλλ' ἀνόμως ὅταν εἴπῃ, οὐ τοῦτο λέγει, ὅτι οὐκ εἶχον νόμον, ἀλλ' ὅτι οὐκ εἶχον νόμον γραπτὸν, τὸν δὲ τῆς φύσεως νόμον εἶχον. καὶ πάλιν, Δόξα δὲ, καὶ C τιμὴ, καὶ εἰρήνη παντὶ τῷ ἐργαζομένῳ τὸ ἀγαθὸν Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι.

5. Hæc autem dicebat de superioribus loquens temporibus, quæ ante Christi adventum fuerunt. Et Græcum hîc vocat non idololatram, sed Deum quidem solum adorantem, Judaïcarum vero observationum necessitati non deditum, sabbatismis dico, & circumcisioni, & variis purificationibus: sed sapientiam, & pietatem omnem exhibentem. Et rursum de Rom. 2. 9. eodem disserens, inquit: *Ira, & indignatio, & angustia super omnem animam hominis operantis malum, Judæi primum & Græci.* Rursum hic Græcum vocat, observatione Judaica liberatum. Si itaque neque legem audivit, neque cum Judæis conversatus est, quomodo erit ipsi ira & indignatio, & tribulatio malum operanti? Quoniam intus conscientiam habebat increpantem, & docentem, & erudientem in omnibus. Unde hoc manifestum? Ex iis in quibus alios castigavit peccantes, leges tulit, judicia constituit. Hoc igitur declarans Paulus, de viventibus in vitio dice- Rom. 1. 32. bat: *Qui cum justitiam Dei cognovissent, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt.* Et unde scierunt voluntatem Dei esse, ut qui in improbitate vivunt puniantur? Unde? ex iis in quibus alios judicabant peccantes. Si enim malum esse non putes cædem, cum homicidam ceperis, sententia tua non punies: nisi malum esse putes adulterare, cum inciderit adulter, libera ipsum a pœna. Si vero & in aliorum peccatis leges scribis, & pœ-

Ταῦτα δὲ ἔλεγε περὶ τῶν ἄνω χρόνων διαλεγόμενος τῶν πρὸ τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ. καὶ Ἕλληνα ἐνταῦθα καλεῖ οὐ τὸν εἰδωλολάτρην, ἀλλὰ τὸν προσκυνοῦντα μὲν τὸν θεὸν μόνον, οὐκ ἐνδεδεμένον δὲ τῇ τῶν Ἰουδαϊκῶν παρατηρήσεων ἀνάγκῃ, σαββατισμοῖς λέγω καὶ περιτομῇ, καὶ καθαρισμοῖς διαφόροις, ἀλλὰ φιλοσοφίαν καὶ εὐσέβειαν ἅπασαν ἐπιδεικνύμενον. καὶ πάλιν περὶ τοῦ αὐτοῦ δια- D λεγόμενος, φησὶ, Θυμὸς, καὶ ὀργὴ, θλίψις καὶ στενοχωρία ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου κατεργαζομένου τὸ κακὸν, Ἰουδαίου τε πρῶτον καὶ Ἕλληνος. πάλιν ἐνταῦθα Ἕλληνα καλεῖ τὸν ἀπηλλαγμένον τῆς παρατηρήσεως τῆς Ἰουδαϊκῆς. εἰ τοίνυν μήτε νόμου ἤκουσε, μήτε μετὰ Ἰουδαίων ἀνεστράφη, πῶς ἔσται αὐτῷ θυμὸς, καὶ ὀργὴ, καὶ θλίψις ἐργαζομένῳ τὸ κακόν; ἐπειδὴ συνειδὸς εἶχεν ἔνδον ἐνηχοῦν αὐτῷ, καὶ διδάσκον, καὶ παιδεῦον ἅπαντα. πόθεν δῆλον τοῦτο; ἀφ' ὧν ἑτέρους ἁμαρτάνοντας ἐκόλασεν, ἀφ' ὧν νόμους ἔθηκεν, ἀφ' ὧν τὰ δικαστήρια ἐκάθισε. τοῦτο γοῦν αὐτὸ δηλῶν ὁ Παῦλος ἔλεγε περὶ E τῶν ἐν κακίᾳ ζώντων, Οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ θεοῦ ἐπιγνόντες, ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες ἄξιοι θανάτου εἰσὶν, οὐ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ [a] συνδοκοῦσι τοῖς πράσσουσι. καὶ πόθεν ᾔδεισαν, φησὶν, ὅτι θέλημα θεοῦ ἐστι τοὺς ἐν πονηρίᾳ ζῶντας θανάτῳ κολάζεσθαι; πόθεν; ἐξ ὧν ἑτέροις ἐδίκαζον ἁμαρτάνουσιν. εἰ γὰρ μὴ νομίζεις κακὸν εἶναι τὸν φόνον, ἐπειδὰν λάβῃς ἀνδροφόνον, ὑπὸ τῇ σῇ ψήφῳ μὴ κολάσῃς· εἰ μὴ νομίζεις κακὸν εἶναι τὸ μοιχεύειν, ἐπειδὰν ἐμπέσῃ μοιχὸς, ἄφες αὐτὸν τῆς τιμωρίας. εἰ δὲ ἐν τοῖς ἑτέρων ἁμαρτήμασι καὶ νόμους

[a] Alii, καὶ συνευδοκοῦσι. Infra, θανάτῳ ante κολάζεσθαι, deest in Savil. & in aliquot MSS.

γράφεις, καὶ τιμωρίας ὁρίζεις, καὶ ἀκριβὴς εἶ δικαστὴς, A ποίαν ἂν σχοίης ἀπολογίαν ἐν οἷς αὐτὸς ἁμαρτάνεις, λέγων ἀγνοεῖν τὰ πρακτέα; ἐμοιχεύσατε καὶ σὺ κἀκεῖνος· τίνος οὖν ἕνεκεν ἐκεῖνον μὲν κολάζεις, σαυτὸν δὲ συγγνώμης ἀξιοῖς; εἰ γὰρ μὴ ᾔδεις [a] κακὸν εἶναι τὴν μοιχείαν, οὐδὲ ἕτερον τιμωρεῖσθαι ἔδει· εἰ δὲ ἕτερον μὲν κολάζεις, σὺ δὲ νομίζεις διαφεύγειν τὴν κόλασιν· πῶς ἂν ἔχοι λόγον τῶν αὐτῶν ἁμαρτημάτων μὴ τὰς αὐτὰς διδόναι δίκας; τοῦτο γοῦν αὐτὸ ἐγκαλῶν ὁ Παῦλος ἔλεγε, λογίζῃ δὲ τοῦτο, ὦ ἄνθρωπε, ὁ κρίνων τοὺς τὰ τοιαῦτα πράττοντας καὶ ποιῶν αὐτὰ, ὅτι σὺ ἐκφεύξῃ τὸ κρίμα τοῦ θεοῦ; οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν. ἀπὸ γὰρ τῆς ψήφου, φησὶν, ἧς ἐξήνεγκας καθ' B ἑτέρου, ἀπὸ ταύτης σοι κρινεῖ ὁ θεὸς τότε. οὐ γὰρ δήπου σὺ μὲν δίκαιος, ὁ δὲ θεὸς ἄδικος. εἰ γὰρ σὺ οὐ περιορᾷς ἕτερον ἀδικούμενον, πῶς ὁ θεὸς περιόψεται; εἰ σὺ διορθοῖς τὰ ἑτέρων ἁμαρτήματα, πῶς ὁ θεὸς οὐ διορθώσεταί σε; εἰ δὲ οὐ παραπόδας ἐπάγει σοι τὴν τιμωρίαν, μὴ θάρρει διὰ τοῦτο, ἀλλὰ φοβοῦ μειζόνως. οὕτω καὶ Παῦλος ἐκέλευσε λέγων, ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀνοχῆς, καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς, ἀγνοῶν ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει; διὰ γὰρ τοῦτο ἀνέχεται, φησὶν, οὐχ ἵνα χείρων γένῃ, ἀλλ' ἵνα μετανοήσῃς· εἰ δὲ μὴ βούλει, κολάσεως μείζονος ἐφόδιον ἡ μακροθυμία σοι C γίνεται ἀμετανοήτῳ μένοντι. καὶ τοῦτο γοῦν αὐτὸ δηλῶν ἔλεγε, κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν, θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς, καὶ ἀποκαλύψεως, καὶ δικαιοκρισίας τοῦ θεοῦ, ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. ἐπεὶ οὖν ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα ἀποδίδωσι, καὶ νόμον διὰ τοῦτο φυσικὸν ἡμῖν ἐνέθηκε, καὶ γραπτὸν ὕστερον ἔδωκεν, ἵνα εὐθύνας ἀπαιτήσῃ τῶν ἁμαρτημάτων, ἵνα κατορθοῦντας στεφανώσῃ· μετὰ πολλῆς οὖν τῆς σπουδῆς, καὶ ὥσπερ εἰς δικαστήριον ἀπαντήσεσθαι μέλλοντες φοβερὸν, τὰ καθ' ἑαυτοὺς οἰκονομήσωμεν, εἰδότες ὡς οὐδεμιᾶς ἀπολαύσομεν συγγνώμης, εἰ μετὰ φυσικὸν καὶ γραπτὸν νόμον, καὶ διδασκαλίαν τοσαύτην, καὶ συνεχῆ παραίνεσιν, τῆς ἡμε- D τέρας ἀμελήσαιμεν σωτηρίας.

Βούλομαι οὖν πάλιν περὶ τῶν ὅρκων ὑμῖν διαλεχθῆναι, αἰσχύνομαι δέ. ἐμοὶ μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν ἐπαχθὲς, καὶ ἐν ἡμέρᾳ καὶ ἐν νυκτὶ τὰ αὐτὰ πρὸς ὑμᾶς λέγειν, δέδοικα δὲ μὴ τὰς πολλὰς ταύτας ἡμέρας ὑμῖν παρακολουθήσας, πολλὴν ὑμῶν [b] καταγνῶ ῥαθυμίαν περὶ πράγματος οὕτως εὐκόλου διηνεκῶς δεομένων ὑπομνήσεως. οὐκ αἰσχύνομαι δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ δέδοικα περὶ ὑμῶν· ἡ γὰρ συνεχὴς διδασκαλία τοῖς μὲν προσέχουσι σωτήριον καὶ χρήσιμον, τοῖς δὲ ῥαθυμοῦσι βλαβερὸν καὶ ἐπικίνδυνον. E καὶ γὰρ ὅσῳπερ ἄν τις πλεονάκις ἀκούσῃ, τοσούτῳ μᾶλλον ἐπισπᾶται τὴν κόλασιν μὴ ποιῶν τὰ λεγόμενα. τοῦτο γοῦν καὶ Ἰουδαίοις ὀνειδίζων ἔλεγεν ὁ θεὸς, ἀπέστειλα τοὺς προφήτας μου ὀρθρίζων, καὶ ἀποστέλλων, καὶ οὐδὲ οὕτως εἰσηκούσατε. ἡμεῖς μὲν οὖν ἀπὸ πολλῆς κηδεμονίας τοῦτο ποιοῦμεν, [c] δεδοίκαμεν δὲ μὴ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην τὴν φοβερὰν ἀντικαταστῇ πᾶσιν ὑμῖν ἡ παραίνεσις αὕτη καὶ ἡ

[a] Alii, κακὸν ὂν τὴν μοιχ-
[b] Alii, καταγνώσομαι.

nas definis, & severus es judex: quam habere possis excusationem, in quibus ipse peccas, dicens te agenda ignorare? Mœchati enim estis & tu & ille. Quare illum quidem punis, te vero venia dignum censes? Si enim malum nesciebas esse adulterium, neutrum puniri oportebat: si vero alterum quidem punias, te vero pœnam effugere existimes: quomodo rationi consentaneum videri poterit, eorumdem criminum reos non easdem pendere pœnas? Hoc igitur ipsum accusans Paulus dicebat: *Existimas autem hoc, o homo, qui judicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies judicium Dei?* Non est ita, non est. Ex judicio enim quod in alium protulisti, ex hoc te Deus tunc judicabit. Non enim profecto tu quidem justus, Deus autem injustus. Si enim non despicis alium injuria affectum, quomodo Deus despiciet? si tu corrigis aliorum peccata, quomodo te Deus non corriget? Si vero non tibi statim pœnam infert, ne ob hoc confidas, sed time magis. Sic & Paulus jussit dicens: *An divitias bonitatis ejus, & patientiæ, & longanimitatis contemnis, ignorans, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?* Propterea enim tolerat, non ut pejor fias, sed ut pœnitentiam agas: si vero non vis, majoris materia ultionis tibi est Dei longanimitas sine pœnitentia permanenti. Et hoc quippe declarans, dicebat: *Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & revelationis justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus.* Quoniam igitur cuique secundum opera reddit, & legem propterea nobis naturalem indidit, & scriptam postmodum dedit, ut pœnas exigat peccatorum, & recte agentes coronet: multo itaque studio, tamquam ad tremendum conventuri judicium, actiones nostras dispensemus, scientes quod nullam assequemur veniam, si post naturalem, & scriptam legem, & doctrinam tantam, & admonitionem assiduam, salutem nostram negligamus.

Rom. 2. 3.
Rom. 2. 4.
Rom. 2. 5.

6. Volo itaque rursum de juramentis vobis loqui, erubesco autem. Mihi quidem grave non est die nocteque eadem vobis dicere: sed timeo, ne postquam vos his multis diebus admonuero, multum torporem vestrum damnabilem ostendam, qui in negotio tam facili continua egeatis admonitione. Nec tantum erubesco, sed & timeo vobis. Assidua namque doctrina advertentibus salutaris quidem & utilis, torpentibus vero damnosa & periculosa. Etenim quanto quis sæpius audierit, tanto majorem ultionem attrahet, non faciens quæ dicuntur. Hoc igitur & Judæis improperans, dicebat Deus: *Misi prophetas meos exsurgens diluculo, & emittens, neque sic exaudistis.* Nos nempe ex multa sollicitudine hoc facimus, sed timemus ne die illa tremenda obsit vobis omnibus hæc ad-

Iterum de juramentis.
Jer. 29. 9.

[c] Alii, δέδοικα δέ.

monitio & consilium. Cum enim & bonum opus sit facile, & qui assidue commonefaciat non desit, quid poterimus in excusationem dicere? vel quæ nos ratio ab ultione eripiet? Dic nempe mihi, si argentum abs te mutuum dari contingat, annon semper debitori occurrens ipsum mutui commonefacis? Hoc & nunc fac, & quisque putet argentum sibi proximum debere, hujus scilicet mandati expletionem, & occurrens solutionis ipsum commoneat, sciens non parvum nobis repositum esse periculum, fratrum curam non agentibus. Propterea & ego eadem dicere non desisto. Timeo enim, ne illa die

Matth. 25. 27. audiam: Improbe serve & segnis, oportebat te erogare argentum meum numulariis. Ecce erogavi, non semel, neque bis, sed sæpius: vestrum vero reliquum est fœnus reddere. Usura vero est, auditæ monitionis per opera exhibitio: etenim dominica sunt, quæ mutuo dantur. Ne igitur negligenter suscipiamus, sed cum diligentia depositum contineamus, ut cum multa negotiatione ipsum illo die reddamus. Nisi enim & alios in idem officium induxeris, audies vocem illam, quam audivit qui talentum defodit. At vobis ne eveniat hanc audire, sed aliam vocem, quam ei, qui negotiatus erat, reddidit

Matth. 25. 21. Christus, dicens: *Euge serve bone & fidelis, quoniam super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam.* Hanc autem audiemus vocem, si idem quod ille studium exhibuerimus, idem vero studium præstabimus, si hoc, quod dico, fecerimus. Cum adhuc fervens est auditus in vobis, egressi exhortamini inter vos: & sicut disjungimini quisque cum salutatione, sic cum admonitione quisque domum recedat, & dicat proximo: Considera & recordare, quomodo mandatum custodias, & omnino superabimus. Cum enim & amici te dimiserint cum tali consilio, & domum profectum rursum eadem uxor admoneat, & cum soli estis oratio nostra vos contineat, celeriter hanc consuetudinem improbam expellemus. Novi quidem vos admirari quare tantum de hoc mandato studium faciam: verum adimplete mandatum, & tunc dicam. Interim quippe illud dico, legem esse divinam hoc mandatum, & ipsum transgredi non esse tutum: si autem impletum videro, & aliam vobis causam commemorabo hac non minorem, ut discatis, me jure pro hac lege studium exhibere. Restat vero jam per supplicationem sermonem absolvere. Unanimiter igitur omnes dicamus: Deus nolens tam mortem peccatoris, quam ut convertatur & vivat: & hanc & alias leges omnes nos exsequutos, dignare sic assistere tribunali Christi tui, ut fiduciam multam assequuti, in regnum perveniamus ad gloriam tuam: quoniam te decet gloria, una cum unigenito Filio tuo, & sancto Spiritu, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

A συμβουλή. ὅταν γὰρ καὶ τὸ κατόρθωμα εὔκολον ᾖ, καὶ ὁ συνεχῶς ὑπομιμνήσκων μὴ διαλιμπάνῃ, ποίαν ἕξομεν ἀπολογίαν εἰπεῖν; ἢ τίς ἡμᾶς ἐξαιρήσεται τῆς κολάσεως λόγος; εἰπὲ γάρ μοι, ἂν ἀργύριόν σοι χρεωστούμενον τύχῃ, οὐκ ἀεὶ συντυγχάνων τῷ ὀφείλοντι ἀναμιμνήσκεις τοῦ δανείσματος; τοῦτο καὶ σὺ ποίησον, καὶ ἕκαστος νομιζέτω τὸν πλησίον ἀργύριον ὀφείλειν αὐτῷ, τὴν ἐκπλήρωσιν τῆς ἐντολῆς ταύτης, καὶ ἀπαντῶν ὑπὲρ τῆς ἐκτίσεως αὐτὸν ἀναμιμνησκέτω, εἰδὼς ὡς οὐ μικρὸς ἡμῖν ἀπόκειται κίνδυνος τῶν ἀδελφῶν οὐκ ἐπιμελουμένοις. διὰ τοῦτο καὶ

B ἐγὼ τὰ αὐτὰ λέγων οὐ παύομαι. δέδοικα γὰρ μήποτε κατ' ἐκείνην ἀκούσω τὴν ἡμέραν, πονηρὲ δοῦλε καὶ ὀκνηρὲ, ἔδει σε καταβαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου ἐπὶ τοὺς τραπεζίτας. ἰδοὺ γοῦν κατέβαλον οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ πολλάκις· ὑμῶν ἐστὶ λοιπὸν τὸν τόκον ἐπιδείξασθαι. τόκος δὲ ἀκροάσεως, ἡ διὰ τῶν ἔργων ἐπίδειξις· καὶ γὰρ δεσποτικὰ τὰ καταβαλλόμενα. μὴ τοίνυν παρέργως ὑποδεξώμεθα, ἀλλὰ μετ' ἀκριβείας κατέχωμεν τὴν παρακαταθήκην, ἵνα μετὰ πολλῆς τῆς ἐργασίας αὐτὴν ἀποδῶμεν κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην. ἐὰν γὰρ μὴ καὶ ἑτέρους εἰς τὸ αὐτὸ ἐναγάγῃς κατόρθωμα, ἀκούσῃ τῆς φωνῆς ἐκείνης ἧς ἤκουσεν ὁ τὸ τάλαντον κατορύξας. ἀλλὰ μὴ γένοιτο ταύτης,

C ἀλλὰ τῆς ἄλλης ὑμᾶς ἀκοῦσαι φωνῆς ἣν πρὸς τὸν ἐργασάμενον ἀφῆκε λέγων ὁ Χριστὸς, εὖ δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἧς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω. ταύτης δὲ ἀκουσόμεθα τῆς φωνῆς, ἂν τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ σπουδὴν ἐπιδειξώμεθα, τὴν αὐτὴν δὲ ἐπιδειξόμεθα σπουδὴν, ἐὰν τοῦτο ὃ λέγω ποιήσωμεν. ἔτι θερμῆς οὔσης τῆς ἀκροάσεως ἐν ὑμῖν ἐξελθόντες παρακελεύεσθε ἀλλήλοις, [a] καθάπερ ἕκαστος μετὰ προσηγορίας διαλύεσθε, οὕτω μετὰ παραγγελίας ἕκαστος οἴκαδε ἀναχωρείτω, καὶ τῷ πλησίον λεγέτω, σκόπει καὶ μέμνησο ὅπως φυλάξῃς τὴν ἐντολὴν, καὶ πάντως περιεσόμεθα. ὅταν γὰρ φίλοι παραπέμπωσι

D μετὰ τοιαύτης συμβουλῆς, καὶ οἴκοι γενόμενον ἡ γυνὴ πάλιν τὰ αὐτὰ ἀναμιμνήσκῃ, καὶ μόνους ὄντας ὁ λόγος ὁ ἡμέτερος κατέχῃ, ταχέως ἀποκρουσόμεθα τὴν πονηρὰν συνήθειαν ταύτην. οἶδα μὲν ὅτι θαυμάζετε τίνος ἕνεκεν τοσαύτην ὑπὲρ τῆς ἐντολῆς ταύτης ποιοῦμαι σπουδήν. κατορθώσατε δὲ τὸ ἐπιταχθὲν, καὶ τότε ἐρῶ. τέως μὲν γὰρ ἐκεῖνο λέγω, ὅτι νόμος ἐστὶ θεῖος τὸ ἐπίταγμα τοῦτο, καὶ παραβῆναι αὐτὸν οὐκ ἀσφαλές· ἐὰν δὲ ἴδω κατορθωθὲν, καὶ ἑτέραν ὑμῖν αἰτίαν ἐρῶ οὐκ ἐλάττονα ταύτης, ἵνα μάθητε ὅτι δικαίως τοσαύτην ὑπὲρ τοῦ νόμου τούτου [b] ποιοῦμαι σπουδήν· ὥρα δὲ λοιπὸν εἰς εὐχὴν κα-

E ταλῦσαι τὸν λόγον. κοινῇ τοίνυν πάντες εἴπωμεν· ὁ θεὸς ὁ μὴ θέλων τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι αὐτὸν καὶ ζῆν, καὶ τοῦτον καὶ τοὺς λοιποὺς νόμους ἅπαντας καταξίωσον ἡμᾶς ἐξανύσαντας, οὕτω παραστῆναι τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ σου, ἵνα παῤῥησίας πολλῆς ἀπολαύσαντες, τῆς βασιλείας ἐπιτύχωμεν εἰς δόξαν σὴν, ὅτι σοὶ πρέπει δόξα, ἅμα τῷ μονογενεῖ σου παιδὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

[a] Alii, καὶ ὥσπερ ἕκαστος.

[b] Alii, ποιοῦμαι.

ΕΥΧΑΡΙΣΤΙΑ ΕΤΙ ΠΡΟΣ ΤΟΝ θεὸν περὶ τῆς μεταβολῆς τῶν σκυθρωπῶν· καὶ ἀνάμνησις τῶν διὰ τὴν στάσιν διασυρέντων καὶ τιμωρηθέντων· ὁμοίως δὲ πάλιν περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου δημιουργίας· καὶ ὅτι φυσικὸν νόμον [a] ἐδέξατο· καὶ περὶ τοῦ τελείως κατορθῶσαι τὸ μὴ ὀμνύειν.

ΟΜΙΛΙΑ ιγʹ.

A ΑΠΟ τῆς αὐτῆς ἀρχῆς καὶ τῶν αὐτῶν προοιμίων, ὧν χθὲς καὶ πρὸ ἐκείνης ἠρξάμην, καὶ σήμερον ἄρξομαι· ἐρῶ καὶ νῦν· εὐλογητὸς ὁ θεός. οἵαν τὴν παρελθοῦσαν εἴδομεν τετράδα, καὶ οἵαν τὴν παροῦσαν ὁρῶμεν νῦν; πόσος ἐν ἐκείνῃ ζόφος τότε ἦν; πόση κατὰ τὴν παροῦσαν γαλήνη νῦν κατὰ τὴν ἡμέραν ταύτην; τὸ φοβερὸν ἐκεῖνο γέγονεν ἐν τῇ πόλει δικαστήριον, καὶ τὰς καρδίας ἁπάντων διέσεισε, καὶ νυκτὸς οὐδὲν ἄμεινον διακεῖσθαι ἐποίησε τὴν ἡμέραν, οὐ τῆς ἀκτῖνος σβεσθείσης, ἀλλὰ τῆς ἀθυμίας B καὶ τοῦ φόβου πηρωσάντων ὑμῶν τοὺς ὀφθαλμούς. ἵν᾽ οὖν καὶ ἡμεῖς πλείονα καρπωσώμεθα τὴν ἡδονήν, μικρὰ τῶν τότε συμβάντων διηγήσασθαι βούλομαι. καὶ γὰρ ὑμῖν καὶ τοῖς μεθ᾽ ἡμᾶς ἐσομένοις ἅπασι χρησίμην ὁρῶ τὴν τούτων διήγησιν οὖσαν. ἐπεὶ καὶ τοῖς ἐκ ναυαγίου διασωθεῖσιν ἡδὺ τοῦ κυμάτων μεμνῆσθαι, καὶ τῆς ζάλης, καὶ τῶν ἀνέμων, ἐπειδὰν εἰς λιμένα καταπλεύσωσι· καὶ τοῖς ἀρρωστίᾳ περιπεσοῦσι ποθεινὸν μετὰ τὴν ἀρρωστίαν τοὺς πυρετούς, δι᾽ οὓς παρὰ μικρὸν ἦλθον ἀποθανεῖν, διηγεῖσθαι πρὸς ἑτέρους. ὅταν γὰρ παρέλθῃ τὰ δεινά, ἡδονὴν ἔχει τῶν δεινῶν ἡ διήγησις, τῆς ψυχῆς οὐκ ἔτι δεδοικυίας, ἀλλὰ μείζονα καρπουμένης τὴν εὐφροσύνην. C ἡ γὰρ τῶν παρελθόντων κακῶν μνήμη ἀεὶ τὴν ἐνεστῶσαν εὐημερίαν ἀκριβέστερον ὁρᾶσθαι ποιεῖ. ἐπειδὴ γὰρ τὸ μὲν πλέον τῆς πόλεως ἀπὸ τοῦ φόβου καὶ τῆς ἀπειλῆς ἐκείνης πρὸς τὰς ἐρήμους, καὶ τὰς φάραγγας, καὶ τοὺς λανθάνοντας μετῴκιστο τόπους, τοῦ φόβου πάντοθεν αὐτοὺς συνελαύνοντος, καὶ κεναὶ μὲν ἦσαν γυναικῶν αἱ οἰκίαι, κενὴ δὲ ἀνδρῶν ἡ ἀγορά, μόλις δὲ δύο ἢ τρεῖς βαδίζοντες ἐν τῷ μέσῳ μετ᾽ ἀλλήλων ἐφαίνοντο, καὶ αὐτοὶ οὗτοι καθάπερ ἔμψυχοι νεκροὶ περιϊόντες. ἀπῄειμεν εἰς τὸ δικαστήριον τὸ τέλος ὀψόμενοι τῶν γινομένων, καὶ ἰδόντες ἐκεῖ τῆς πόλεως τὰ λείψανα συνειλεγμένα, μάλιστα πάντων D ἐθαυμάσαμεν ἐκεῖνο, ὅτι πλήθους ὄντος περὶ τὰς θύρας, ὡς οὐδενὸς παρόντος, βαθυτάτη ἦν ἡ σιγή, πάντων εἰς ἀλλήλους βλεπόντων, καὶ μήτε ἐρέσθαι τὸν παρεστῶτα, μήτε ἀκοῦσαί τι παρ᾽ ἐκείνου τολμῶντός τινος. τὸν γὰρ πλησίον ὑπώπτευεν ἕκαστος, διὰ τὸ πολλοὺς ἤδη παρ᾽ ἐλπίδα πᾶσαν ἐκ μέσης ἀναρπασθέντας τῆς ἀγορᾶς, ἔνδον κατέχεσθαι· καὶ πάντες κοινῇ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἐβλέπομεν, καὶ τὰς χεῖρας ἀνετείνομεν σιγῇ τὴν ἄνωθεν ἐκδεχόμενοι ῥοπήν, καὶ τὸν θεὸν παρακαλοῦντες παραστῆναί τε τοῖς δικαζομένοις, καὶ μαλάξαι τὰς τῶν δικαζόντων καρδίας, καὶ E ποιῆσαι ἥμερον γενέσθαι τὴν ψῆφον. καὶ καθάπερ οἱ τοὺς ναυαγοῦντας ἀπὸ τῆς γῆς βλέποντες, προσελθεῖν μὲν

a Savil. ἐδέξατο διὰ τῆς γνώσεως τῶν πρακτέων, καὶ τῶν οὐ πρακτέων, καὶ | περὶ τοῦ κατορθῶσαι.

GRATIARUM ACTIO ADHUC AD Deum de mutatione tristium, & commemoratio eorum, qui propter seditionem raptati, pœnas luerant. Similiter rursus expositio de hominis creatione: & quod legem acceperit naturalem: & de jurandi consuetudine radicitus tollenda.

HOMILIA XIII.

A 1. AB eodem principio, & iisdem prooemiis, quibus heri & nudius tertius cœpi, & hodie incipiam. Dicam & nunc: Benedictus Deus: quale præteritum vidimus quatriduum, & quale nunc videmus præsens? quanta in illo obscuritas tunc erat? quanta nunc in præsenti tranquillitas? Tremendum in civitate tribunal illud, & omnium corda concussit, & nocte fecit diem nihilo esse meliorem, non radiis exstinctis, sed tristitia & timore B oculos offuscantibus vestros. Ut igitur & nos majorem capiamus voluptatem, pauca eorum, quæ tunc acciderunt, commemorare volo. Et vobis enim, & posteris omnibus utilem horum esse video narrationem: quoniam & de naufragio servatis jucundum est fluctuum meminisse, & tempestatis, & ventorum, postquam in portum navigaverint: & morbo detentis, pergratum est post ægritudinem, febres, per quas pene ad mortem venerunt, aliis narrare. Cum enim gravia præterierint, voluptatem habet eorum commemoratio, C anima non amplius formidante, sed majorem capiente delectationem. Præteritorum enim memoria malorum, præsentem tranquillitatem accuratius gustandam exhibet. Postquam enim civitatis major pars præ timore & comminatione illa ad deserta & fauces montium & occulta locorum transmigravit, metu ipsos undique cogente: & vacuæ mulieribus erant domus, vacuum viris forum, vix autem duo vel tres euntes in medio simul videbantur, & ipsi tamquam animati mortui circumeuntes; abibamus in forum judiciale D gestorum finem visuri: & collectas civitatis reliquias cernentes, illud omnium maxime admirati fuimus, quod multitudine circa fores morante, tamquam præsente nemine, silentium erat profundissimum, omnibus inter sese respicientibus, & nemine assistentem interrogare, aut quidquam audire ab illo audente. Proximum enim quisque suspectum habebat: quoniam multi jam præter omnem spem ex medio rapti foro intus coërcebantur: & omnes pariter in cælum aspiciebamus, & manus extendebamus cum silentio superne subsidium exspectantes, & Deo supplicantes, ut judicandis adesset, & judican- E tium corda mulceret, & mitem faceret sententiam. Et sicut qui naufragantes a terra vident, accedere quidem, & ma-

Consternatio Antiochenorum in perquisitione de statuis eversis.

num porrigere, vel ærumnam relevare non possunt, cum undis arceantur: extrinsecus autem ab ipsis littoribus manus extendentes & lacrymantes, Deum orant ut assistat fluctuantibus: ita & hic tacite omnes mente Deum invocabant, petentes, ut ad tribunal velut in fluctus adductis manum porrigeret, nec sineret navigium submergi, nec in extremum naufragium judicantium solveret judicium: & hæc quidem erant pro foribus. Postquam vero interiorem aulam introivimus, rursus alia his terribiliora vidimus, milites armatos ensibus & clavis, & multam interius judicantibus quietem præstantes. Quoniam enim necessarii illorum omnes, & uxores, & matres, & filiæ ante fori januam constiterant, ut si eveniret quempiam ad mortem duci, nemo ærumnæ spectaculo accensus, tumultum & turbationem ullam faceret, omnes procul arcebant milites, ipsorum mentem pavore præoccupantes. Quod autem omnium maxime miserabile, mater & soror cujusdam, qui intus judicabatur, ad ipsa judicantium vestibula jacebant, se humi sternentes, & commune omnibus factæ circumstantibus spectaculum, oculos velatæ, & tantum dumtaxat erubescentes, quantum calamitatis necessitas permittebat: neque aderat ipsis ancillula, non vicina, non amica, non ulla necessariarum alia, sed solæ vili amictu in medio tot militum positæ, per humum se trahentes circa ipsas fores, iis, qui intus judicabantur, graviora patiebantur, carnificum vocem audientes, verberum sonitum, vapulantium luctum, tremendas judicantium minas, & dum singuli flagellarentur gravioribus quam illi doloribus hæ conficiebantur. Quoniam enim in aliorum testimoniis de criminum declaratione periclitabatur, sicubi quempiam flagellari, ut reos diceret, sentiebant, & ululare: in cælum respicientes Deum orabant, ut illi fortitudinem & tolerantiam daret, ne necessariorum suorum salus proderetur per aliorum acrem verberum dolorem ferre non valentium, infirmitatem: & tale quid rursum, quale fluctuantibus solet, accidebat. Sicut enim illi, si quando undæ impetum videant eminus insurgentem, paulatim crescentem, & navem submergere minantem, etiam priusquam ipsi propior fiat, præ timore ceu mortui sunt: sic & illæ si quando voces & ululatus audiebant emitti, veritæ ne in tormentis fatiscentes qui testimonium dicere cogebantur, contra necessariorum aliquem dicerent, infinitas ante oculos mortes videbant. Et erat cernere intus tormenta, extra tormenta: illos nempe carnifices, has vero naturæ torquebat imperium, & viscerum compassio: intus luctus, foris luctus: intus reorum, foris necessariorum. Imo vero

Miserabile spectaculum.

A καὶ χεῖρα ὀρέξαι καὶ διορθῶσαι τὴν συμφορὰν οὐκ ἔχουσι τοῖς κύμασι διειργόμενοι, ἔξωθεν δὲ ἀπὸ τῶν αἰγιαλῶν τὰς χεῖρας ἀνατείνοντες, καὶ δακρύοντες, τὸν θεὸν παρακαλοῦσιν παραστῆναι τοῖς κλυδωνιζομένοις· οὕτω καὶ ἐνταῦθα πάντες σιγῇ, καὶ κατὰ διάνοιαν ἐκάλουν τὸν θεὸν, ἀξιοῦντες τοῖς ἐν τῷ δικαστηρίῳ, καθάπερ ἐν κύμασιν ἀπειλημμένοις χεῖρα ὀρέξαι, καὶ μὴ συγχωρῆσαι καταποντισθῆναι τὸ σκάφος, μηδὲ εἰς ναυάγιον παντελὲς καταλῦσαι τῶν δικαζόντων τὴν κρίσιν· καὶ ταῦτα μὲν ἦν περὶ τῶν θυρῶν. ἐπειδὴ δὲ ἐνδοτέρω τῆς αὐλῆς εἰσέβημεν, πάλιν εἴδομεν ἕτερα φοβερώτερα τούτων, στρατιώτας B καθωπλισμένους ξίφεσι καὶ ῥοπάλοις, καὶ πολλὴν [a] τοῖς ἔνδον δικάζουσι τὴν ἡσυχίαν παρέχοντας. ἐπειδὴ γὰρ οἱ προσήκοντες ἅπαντες ἐκείνοις, καὶ γυναῖκες, καὶ μητέρες, καὶ θυγατέρες, καὶ πατέρες εἱστήκεισαν περὶ τῶν τοῦ δικαστηρίου θυρῶν, ὥστε εἴ τινα συμβαίη τὴν ἐπὶ θάνατον ὁδὸν ἀπενεχθῆναι, μηδένα τῇ θέᾳ τῆς συμφορᾶς ἐμπρησθέντα θόρυβόν τινα ποιῆσαι καὶ ταραχὴν, πόῤῥωθεν ἐφόβουν οἱ στρατιῶται [b] πάντων προκαταλαμβάνοντες αὐτῶν τῷ δέει τὴν διάνοιαν. τὸ δὲ πάντων ἐλεεινότερον, μήτηρ μία καὶ ἀδελφὴ τῶν ἔνδον κρινομένων τινὸς, πρὸς αὐτὰ τῶν δικαζόντων ἐκάθηντο τὰ πρόθυρα, κυλινδούμεναι περὶ τὸ ἔδαφος, καὶ κοινὸν οὖσαι θέατρον τοῖς C περιεστῶσιν ἅπασι, συγκαλυπτόμεναι τὰς ὄψεις, καὶ τοσοῦτον αἰσχυνόμεναι μόνον, ὅσον ἐπέτρεπεν ἡ τῆς συμφορᾶς ἀνάγκη, καὶ οὔτε θεραπαινὶς αὐταῖς παρῆν, οὔτε γείτων, οὔτε φίλη, οὐκ ἄλλη τις τῶν ἐπιτηδείων, ἀλλὰ μόναι μετὰ τῶν εὐτελῶν ἱματίων ἐν μέσῳ τοσούτων ἀπειλημμέναι στρατιωτῶν, χαμαὶ συρόμεναι περὶ τὰς θύρας αὐτὰς, τῶν ἔνδον δικαζομένων ἐλεεινότερα ἔπασχον, τῆς τῶν δημίων ἀκούουσαι φωνῆς, τοῦ κτύπου τῶν μαστίγων, τοῦ θρήνου τῶν μαστιζομένων, τῆς φοβερᾶς τῶν δικαζόντων ἀπειλῆς, καὶ καθ' ἕκαστον τῶν παιομένων, χαλεπωτέρας τῶν παιομένων ὑπέμενον ὀδύνας αὗται. ἐπειδὴ γὰρ ἐν ταῖς ἑτέρων μαρ- D τυρίαις ἐκινδυνεύετο ἡ τῶν ἐγκλημάτων ἀπόδειξις, εἴ ποτέ τινος ᾔσθοντο μαστιζομένου, ὥστε εἰπεῖν τοὺς ὑπευθύνους, καὶ ὀλολύζοντος· εἰς τὸν οὐρανὸν βλέπουσαι τὸν θεὸν παρεκάλουν δοῦναί τινα ἰσχὺν καὶ ὑπομονὴν ἐκείνῳ, ὥστε μὴ τῶν αὐτοῖς προσηκόντων τὴν σωτηρίαν ἐν τῇ ἑτέρων ἀσθενείᾳ προδοθῆναι, τὴν δριμεῖαν ἀπὸ τῶν πληγῶν ὀδύνην μὴ δυναμένων ἐνεγκεῖν· καὶ ταυτὸν πάλιν ὅπερ ἐπὶ τῶν χειμαζομένων συνέβαινε. καθάπερ γὰρ ἐκεῖνοι εἴ ποτε κύματος ἴδοιεν ἐμβολὴν πόῤῥωθεν κορυφουμένην, καὶ κατὰ μικρὸν αὐξομένην, καὶ μέλλουσαν βαπτίζειν τὸ σκάφος, καὶ πρὶν ἢ πλησίον γενέσθαι τοῦ πλοίου προαποτε- E θνήκασι τῷ δέει· οὕτω δὴ κἀκεῖναι, εἴ ποτε φωνῶν καὶ ὀλολυγμῶν ᾔσθοντο φερομένων, δεδοικυῖαι μὴ πρὸς τὰς βασάνους ἀπαγορεύσαντες οἱ καταμαρτυρεῖν ἀναγκαζόμενοι, κατείπωσί τινος τῶν αὐτοῖς ἐπιτηδείων, μυρίους πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἑώρων θανάτους. καὶ ἦν ἰδεῖν ἔνδον βασάνους, ἔξω βασάνους· ἐκείνους μὲν γὰρ οἱ δήμιοι, ταύτας δὲ ἐβασάνιζεν ἡ τῆς φύσεως τυραννὶς, καὶ ἡ τῶν σπλάγχνων συμπάθεια· καὶ ἦν ἔνδον θρῆνος, ἔξω θρῆνος· ἔνδον τῶν ὑπευθύνων, ἔξω τῶν αὐτοῖς προσηκόντων.

a Savil. & quidam Mss. τοῖς ἔνδοθεν.

b Iidem, πάντας προκαταλ- Morel. πάντων.

μᾶλλον δὲ οὐχ οὗτοι μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ οἱ δικάζοντες ἐθρήνουν κατὰ διάνοιαν, καὶ χαλεπώτερα πάντων ἔπασχον, οὕτω πικρᾷ τραγῳδίᾳ ἀναγκαζόμενοι τότε ὑπηρετεῖν.

Ἐγὼ δὲ παρακαθήμενος καὶ ταῦτα βλέπων, ὅτι γυναῖκες, καὶ παρθένοι θαλαμευόμεναι, νῦν κοινὸν ἐγίνοντο θέατρον ἅπασι, καὶ αἱ ἐπὶ στρωμνῆς ἁπαλῆς κατακλινόμεναι, τὸ ἔδαφος ἀντὶ στρωμνῆς ἔχουσι, καὶ αἱ τοσαύτης ἀπολαύουσαι θεραπείας θεραπαινίδων, εὐνούχων, τῆς ἄλλης ἁπάσης φαντασίας, νῦν ἁπάντων ἐκείνων ἔρημοι πρὸς τοὺς ἁπάντων σύρονται πόδας, ἕκαστον παρακαλοῦσαι συνεισενεγκεῖν τι τῶν εἰς αὐτὸν ἡκόντων τοῖς κρινομένοις, καὶ κοινὸν παρὰ πάντων ἐλέου ἔρανον γενέσθαι, ἐφθεγξάμην ἐκεῖνο τὸ τοῦ Σολομῶντος, ματαιότης ματαιοτήτων, τὰ πάντα ματαιότης. Εἶδον γὰρ τοῦτό τε αὐτὸ, καὶ ἕτερον λόγιον δι' αὐτῶν τῶν ἔργων ἐκβαῖνον τὸ λέγον, ὅτι πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου, ἐξηράνθη ὁ χόρτος, καὶ τὸ ἄνθος ἐξέπεσε. Καὶ γὰρ πλοῦτος τότε, καὶ εὐγένεια, καὶ περιφάνεια, καὶ φίλων προστασία, καὶ πάντα ἠλέγχετο τὰ βιωτικὰ, τῆς ἁμαρτίας, καὶ τῆς παρανομίας τῆς γεγενημένης τὴν συμμαχίαν ἅπασαν τρεψαμένης ταύτην. Καὶ καθάπερ μήτηρ στρουθῶν τῶν νεοττῶν ἀφαιρεθέντων, ἐλθοῦσα καὶ τὴν καλιὰν εὑροῦσα κενὴν, ἐξελέσθαι μὲν οὐ δύναται τοὺς ἁλόντας αὐτῆς νεοττοὺς, περιιπταμένη δὲ τοῦ θηρατοῦ τὰς χεῖρας, αὐτῷ τούτῳ τὴν ὀδύνην ἐνδείκνυται· οὕτω δὴ καὶ αἱ γυναῖκες ἐποίουν τότε ἐκεῖναι, ἀναρπασθέντων αὐταῖς ἐκ τῆς οἰκίας τῶν παίδων, καὶ ἔνδον ἀπειλημμένων, ὥσπερ ἐν δικτύῳ τινὶ καὶ παγίδι, προσελθεῖν μὲν καὶ ἐξελέσθαι τοὺς ἁλόντας οὐκ ἴσχυον, παρὰ δὲ περὶ τὰς θύρας αὐτὰς καλινδεῖσθαι, καὶ θρηνεῖν, καὶ ὀλοφύρεσθαι, καὶ τῶν θηρευσάντων πειρᾶσθαι γενέσθαι ἐγγὺς, τὴν ὀδύνην ἐδείκνυον. Ταῦτα δὴ τότε ὁρῶν, [a] εἰς νοῦν ἐλαβόμην τὸ φοβερὸν ἐκεῖνο δικαστήριον, καὶ πρὸς ἐμαυτὸν εἶπον· Εἰ νῦν ἀνθρώπων δικαζόντων, οὐ μήτηρ, οὐκ ἀδελφὴ, οὐ πατὴρ, οὐκ ἄλλος οὐδεὶς, καίτοι γε ἀνεύθυνοι τῶν τολμηθέντων ὄντες, οὐκ ἰσχύουσιν ἐξελέσθαι τοὺς κρινομένους, τίς ἐν τῷ φοβερῷ τοῦ Χριστοῦ δικαστηρίῳ παραστήσεται κρινομένοις ἡμῖν; τίς τολμήσει ῥῆξαι φωνήν; τίς ἐξελέσθαι τοὺς ἀπαγομένους ἐπὶ τὰς ἀφορήτους ἐκείνας κολάσεις; καίτοι πρῶτοι τῆς πόλεως ἦσαν οἱ τότε δικαζόμενοι, καὶ αὐτὸ τῆς εὐγενείας τὸ κεφάλαιον. Ἀλλ' ὅμως ἠγάπων, εἴ τις δοίη πάντα ἀποβαλοῦσιν, εἰ δέοι καὶ τὴν ἐλευθερίαν αὐτὴν, τῆς παρούσης ἀπολαύειν ζωῆς. Τῆς ἡμέρας δὲ λοιπὸν πρὸς τὸ τέλος ἐπειγομένης, καὶ βαθυτάτης γινομένης ἑσπέρας, καὶ τοῦ τέλους τῆς ψήφου προσδοκωμένου, ἐν μείζονι πάντες ἦσαν ἀγωνίᾳ, καὶ τὸν Θεὸν ἠξίουν μέλλησίν τινα καὶ ἀναβολὴν γενέσθαι, καὶ τῇ ψυχῇ τῶν δικαζόντων ἐμβαλεῖν εἰς τὴν τοῦ βασιλέως γνώμην ἀνενεγκεῖν τῶν ἐξητασμένων τὴν γνῶσιν. Ἔσεσθαι γάρ τι ἴσως χρηστὸν ἀπὸ τῆς ὑπερθέσεως ταύτης· καὶ κοιναὶ παρὰ τοῦ δήμου λιταὶ πρὸς τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν ἀνεπέμποντο, τὰ λείψανα σῶσαι τῆς πόλεως, καὶ μὴ περιιδεῖν τέλεον ἐκ βάθρων ἀνασπωμένην αὐτήν. Καὶ οὐκ ἦν ἰδεῖν οὐδένα ἀδακρυτὶ ταῦτα βοῶντα. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν τούτων τοὺς

A non ipsi tantum, sed & ipsi judices corde lugebant, & omnibus graviora patiebantur, tam acerbæ calamitati ministrare coacti.

2. Ego autem assidens & hæc cernens, quod mulieres & virgines thalamis assuetæ, nunc commune cunctis spectaculum factæ essent, & molli assuetæ strato, terram pro strato nunc haberent, & nuper tantum nactæ obsequium ancillularum, eunuchorum, & reliquæ omnis pompæ, nunc omnibus illis privatæ ad omnium pedes prosternerentur, singulos orantes ut aliquid judicandis pro facultate sua in B auxilium conferrent, & simul omnes aliquid misericordiæ reis tribuerent, illud dixi Salomonis: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Eccle. 1. 2. Videbam enim & hoc ipsum, & aliud oraculum ipsis rebus completum, nempe, *omnis gloria hominis, tamquam flos fœni: siccatum est fœnum, & cecidit flos.* Isa. 40. 7. Etenim divitiæ tunc & nobilitas, claritas, & amicorum patrocinium, & omnia vitæ adjumenta nihili erant, peccato & iniquitate commissa omnem hanc opem subvertente: & sicut avicularum mater C pullis sublatis veniens, & nidum inanem comperiens, suos quidem pullos captos eripere non potest, venatoris autem manus circumvolans, per hoc ipsum dolorem suum demonstrat: sic & illæ mulieres tunc faciebant, raptis sibi domo filiis, & interius tamquam in rete quoddam vel laqueum arreptis, accedere quidem, & eripere captos non poterant: sed circa fores ipsas se volutando, lugendo, gemendo & spiculatoribus propinquare tentando dolorem demonstrabant. Hæc equidem tunc aspiciens, in illius tremendi judicii cogitationem veni, & intra me di- D cebam: Si ab hominibus judicantibus non mater, non soror, non pater, non alius quispiam, licet a perpetratis immunis, reos eripere potest, quis in tremendo Christi judicio nobis adstabit judicandis? quis in vocem erumpere audebit? quis abductos ad intolerabiles illas pœnas eripere valebit? Atqui civitatis primates, qui tunc judicabantur, erant, & ipsum nobilitatis caput. Attamen læti fuissent, si quis eis concessisset, ut amittentes omnia, & si oporteret, ipsam libertatem, præsenti vita potirentur. Die vero jam exa- E cto, profundissimoque facto vespere, cum judicii finis exspectaretur, in majori erant omnes anxietate, & a Deo petebant dilationem aliquam & prorogationem fieri, & judicantium animo immitti, ut ad Imperatoris sententiam referrent exquisitorum cognitionem: fore enim fortassis aliquod bonum ex hac dilatione: & communes a populo supplicationes ad benignas Dei aures emittebantur, ut servaret reliquias civitatis, nec ipsam a fundamentis penitus everti sineret. Nec videre licebat quemquam non hæc cum lacrymis clamantem: verumtamen ni-

[a] Savil. & quidam Mss. εἰς νοῦν ἐβαλόμην, Morel. & alii, εἰς νοῦν ἐλαβόμην.

hil eorum judices interius causas audientes tunc inflexit: sed unum solum respiciebant, ut diligens commissorum quæstio fieret, & postremo catenis ipsis injectis in carcerem per medium forum agebant, homines equos domi alentes, bravia proponere solitos, aliaque innumera valentes clariora numerare officia: bona publicabant, & in omnium foribus signacula cernere licebat. Et horum uxores paterna domo ejectæ, singulæ illud uxoris Job per opera implebant: domum ex domo & locum ex loco circumibant, diversorii indigentes: nec enim hoc ipsum erat ipsis facile reperire, unoquoque timente, & tremente quempiam reorum necessarium suscipere, & curæ habere. Verumtamen tot illa passi, omnibus his contenti erant, quoniam vita non exciderant præsenti: & neque pecuniarum mulcta, neque ignominia, neque tanta traductio, neque quodcumque aliud hujusmodi ipsos mordebat. Calamitatis enim magnitudo, & majora his patiendi exspectatio, eorum animos philosophari tantum effecit: & tunc discebant, quam facilis sit nobis virtus, proclivis & expedita, & quod per nostrum dumtaxat neglectum laboriosa res esse videatur. Hi enim qui paulo ante modicarum mulctam pecuniarum non æque tulerunt, majore pressi formidine, cum omnia sua amisissent, ac si thesaurum invenissent, sic se habebant, quoniam animam non perdiderant. Itaque si futuræ sensus gehennæ nos teneret, & intolerabiles illas cogitaremus pœnas, etiam si rem, & animam, & corpus Dei legibus tradidissemus, non doleremus, scientes quod majora lucrabimur, a futuris malis liberationem. Forte cor vestrum non parum dictorum deploratio mollivit: sed ne feratis ægre: etenim quoniam subtiliores sum aggressurus sententias, & mollioris indigeo mentis, hoc feci de industria, ut narrationis timore mens vestra omni torpore excusso, ab omnibus exsurgens vitæ curis, multa cum facilitate in animæ profundum dicendorum virtutem demittat: satis quippe & prius vobis sermo demonstravit, quod naturalis nobis sit insita lex bonorum & contrariorum.

Calamitas ad virtutem ducit.

3. Ut autem manifestior nobis fiat demonstratio, in eadem & hodie sermonum materia iterum desudabimus. Quod ab initio Deus hominem fingens, utraque dignoscentem fecerit ipsum, demonstrant omnes homines: cum peccamus enim etiam subditos veremur: & sæpe dominus scortum adiens, postea servorum quempiam modestiorum intuitus erubuit, & ab hac improba via recessit. Rursum cum alii nos nominibus vitia nostra indicantibus compellant, contumeliam id esse dicimus: & si ægre feramus, in judicium eos qui id fecerunt trahimus. Ita scimus,

a Savil. & aliquot MSS. ἐπιθέντες, Morel. & alii, περιθέντες.
b Savil. & quidam alii, ἐπειδὴ τὴν ψυχήν.
c Alii, ἀποτιναξαμένην.

A δικάζοντας ἔνδον ἀκούοντας ἔκαμψε τότε, ἀλλ' ἓν μόνον ἐσκόπουν, ὅπως ἀκριβὴς γένηται ἡ τῶν τολμηθέντων ἐξέτασις· καὶ τέλος ἁλύσεις αὐτοῖς [a] περιθέντες, καὶ σιδήρῳ δήσαντες, ἐπὶ τὸ δεσμωτήριον ἔπεμπον διὰ μέσης τῆς ἀγορᾶς, ἀνθρώποις ἱπποτρόφοις, ἀγωνοθέτας, ἑτέρας μυρίας λαμπροτέρας ἔχοντας ἀριθμεῖν λειτουργίας, καὶ τὰς οὐσίας ἐδήμευον, καὶ σήμαντρα ἐν ταῖς θύραις ἁπάντων ἦν ἰδεῖν. καὶ αἱ γυναῖκες αἱ τούτων τὰς πατρῴας ἐκβαλλόμεναι οἰκίας, ἑκάστη ἐκεῖνο τὸ τῆς γυναικὸς τοῦ Ἰὼβ διὰ τῶν ἔργων ἐπλήρουν. οἰκίαν γὰρ ἐξ οἰκίας καὶ τόπον ἐκ τόπου περιήρχοντο καταγωγῆς δεόμεναι. καὶ γὰρ οὐδὲ B τοῦτο αὐταῖς εὔκολον ἦν, ἑκάστου δεδοικότος καὶ τρέμοντος τῶν προσηκόντων τινὰ τῶν ὑπευθύνων ὑποδέξασθαι καὶ θεραπεῦσαι. ἀλλ' ὅμως τοσούτων γενομένων, ἔστεργον πᾶσι τούτοις οἱ παθόντες, ἐπειδὴ τῆς παρούσης οὐκ ἐξέπεσαν ζωῆς· καὶ οὔτε ζημία χρημάτων, οὔτε ἀτιμία, οὔτε ἡ τοσαύτη πομπὴ, οὔτε ἄλλο τι τῶν τοιούτων οὐδὲν αὐτοὺς ἔδακνε. τὸ γὰρ τῆς συμφορᾶς μέγεθος καὶ τὰ μείζονα προσδοκήσαντας τούτων ταῦτα ὑπομεῖναι, φιλοσοφεῖν παρεσκεύαζε τὴν ψυχήν. καὶ τότε ἐμάνθανον πῶς εὔκολος ἡμῖν ἡ ἀρετὴ, ῥᾴδιόν τε καὶ εὐκατόρθωτον, καὶ παρὰ τὴν ἡμετέραν ὀλιγωρίαν μόνον ἐπίπονος εἶναι δοκεῖ. οὗτοι γὰρ οἱ πρὸ τούτου χρημάτων ὀλίγων ζημίαν οὐκ ἐνεγκόντες πρᾴως, C ἐπειδὴ φόβῳ κατεσχέθησαν μείζονι, πάντα τὰ ὄντα ἀποβαλόντες, ὡς θησαυρὸν εὑρηκότες διέκειντο, [b] ὅτι τὴν ψυχὴν οὐκ ἀπέβαλον. ὥστε εἰ καὶ τῆς μελλούσης γεέννης εἶχεν ἡμᾶς αἴσθησις, καὶ τὰς ἀφορήτους ἐκείνας ἐνενοοῦμεν κολάσεις, εἰ καὶ τὴν οὐσίαν, καὶ τὴν ψυχὴν, καὶ τὸ σῶμα ἐπεδώκαμεν ὑπὲρ τῶν τοῦ θεοῦ νόμων, οὐκ ἂν ἠλγήσαμεν, εἰδότες ὅτι μείζονα κερδανοῦμεν τὴν τῶν μελλόντων δεινῶν ἀπαλλαγήν. τάχα ἱκανῶς ὑμῶν κατεμάλαξε τὴν καρδίαν ἡ τραγῳδία τῶν εἰρημένων, ἀλλὰ μὴ δυσχεράνητε. καὶ γὰρ ἐπειδὴ μέλλω λεπτοτέρων κατατολμᾶν D νοημάτων, καὶ ἁπαλωτέρας δέομαι διανοίας, ἐπίτηδες τοῦτο ἐποίησα, ὥστε τῷ φόβῳ τοῦ διηγήματος τὴν διάνοιαν ὑμῶν πᾶσαν [c] ἀποτινάξασθαι ῥαθυμίαν, καὶ τῶν βιωτικῶν ἀπαλλαγεῖσαν φροντίδων ἁπάντων, μετὰ πολλῆς τῆς εὐκολίας πρὸς τὸ βάθος τῆς ψυχῆς παραπέμψαι τῶν λεγομένων τὴν δύναμιν· ἱκανῶς μὲν οὖν καὶ πρώην ὑμῖν ὁ λόγος ἀπέδειξεν, ὅτι φυσικὸς ἡμῖν ἔγκειται νόμος τῶν καλῶν καὶ τῶν οὐ τοιούτων.

Ἵνα δὲ ἐκ περιουσίας ἡμῖν ἡ ἀπόδειξις γένηται, τῇ αὐτῇ καὶ σήμερον ἐπαγωνιούμεθα πάλιν ὑποθέσει τῶν λόγων. [d] ὅτι ἐξ ἀρχῆς τὸν ἄνθρωπον πλάττων ὁ θεὸς ἀμφοE τέρων αὐτὸν ἐπιστημονικὸν ἐποίησε, δηλοῦσι πάντες ἄνθρωποι· τοὺς γοῦν ὑπευθύνους ἡμῖν αἰσχυνόμεθα ἁμαρτάνοντες ἅπαντες, καὶ πολλάκις δεσπότης πρὸς πόρνην γυναῖκα βαδίζων, εἶτα τῶν ἐπιεικεστέρων τινὰ οἰκετῶν ἰδὼν, ἐρυθριάσας ἀνεχώρησε τῆς ἀτόπου ταύτης ὁδοῦ. πάλιν λοιδορούμενοι παρ' ἑτέρων τὰ τῆς πονηρίας ὀνόματα, ὕβριν τὸ πρᾶγμα εἶναι φαμέν· κἂν κακῶς [e] πάθωμεν, εἰς δικαστήριον ἕλκομεν τοὺς ποιήσαντας. οὕτως ἴσμεν τί

d Savil. & aliqui, ὅτι γὰρ ἐξ ἀρχῆς, Morel. & alii, ὅτι ἐξ ἀρχῆς.
e Alii, πάσχωμεν.

μὲν

μὲν κακία, τί δὲ ἀρετή. τοῦτο γοῦν αὐτὸ καὶ ὁ Χριστὸς ἐμφαίνων καὶ δεικνὺς, ὅτι οὐδὲν ξένον, οὐδὲ ὑπερβαῖνον ἡμῶν τὴν φύσιν νομοθετεῖ, ἀλλ' ὃ πάλαι προλαβὼν ἐγκατέθηκεν ἡμῶν τῷ συνειδότι, μετὰ τοὺς πολλοὺς ἐκείνους μακαρισμοὺς οὕτως ἔλεγεν, ἃ θέλετε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, ταῦτα καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς. οὐ χρεία πολλῶν λόγων, φησὶν, οὐδὲ μακροτέρων νόμων, οὐδὲ διδασκαλίας ποικίλης· τὸ θέλημά σου γενέσθω νόμος. θέλεις εὐεργετεῖσθαι; εὐεργέτησον ἕτερον. θέλεις ἐλεεῖσθαι; ἐλέησον τὸν πλησίον. θέλεις ἐπαινεῖσθαι; ἐπαίνεσον ἕτερον. θέλεις ἀγαπᾶσθαι; φίλησον. θέλεις τῶν πρωτείων ἀπολαύειν; παραχώρησον ἑτέρῳ πρότερον τούτων. σὺ γενοῦ δικαστής· σὺ γενοῦ νομοθέτης τῆς σαυτοῦ ζωῆς· καὶ πάλιν ὃ μισεῖς, ἄλλῳ μὴ ποιήσῃς. διὰ μὲν τούτου τῆς κακίας εἰσάγει τὴν ἀπαλλαγὴν, διὰ δὲ τοῦ προτέρου τῆς ἀρετῆς τὴν ἐργασίαν. ὃ μισεῖς, ἄλλῳ μὴ ποιήσῃς. μισεῖς ὑβρίζεσθαι; μὴ ὑβρίσῃς ἕτερον. μισεῖς βασκαίνεσθαι; μηδὲ σὺ φθονήσῃς ἑτέρῳ. μισεῖς ἀπατᾶσθαι; μηδὲ σὺ ἀπατήσῃς ἄλλον. καὶ ἐπὶ πάντων δὲ ἁπλῶς, ἂν τὰ δύο ῥήματα ταῦτα κατέχωμεν, οὐ δεησόμεθα διδασκαλίας ἑτέρας. τῆς γὰρ ἀρετῆς τὴν μὲν γνῶσιν ἐνέθηκεν ἡμῶν τῇ φύσει, τὴν δὲ πρᾶξιν, καὶ τὴν διόρθωσιν ἐπέτρεψεν ἡμῶν τῇ προαιρέσει. τάχα ἀσαφὲς τὸ λεγόμενον· οὐκοῦν πειράσομαι σαφέστερον αὐτὸ ποιῆσαι πάλιν. εἰς τὸ εἰδέναι ὅτι καλὸν τὸ σωφρονεῖν οὐ δεόμεθα λόγων, οὐδὲ διδασκαλίας· ἔχομεν γὰρ ἐν τῇ φύσει τὴν γνῶσιν [a] αὐτοῦ, καὶ οὐ χρεία πόνων οὐδὲ καμάτων, ὥστε περιελθεῖν καὶ ζητῆσαι εἰ καλὸν ἡ σωφροσύνη καὶ χρήσιμον, ἀλλὰ κοινῇ γνώμῃ πάντες ὁμολογοῦμεν τοῦτο, καὶ οὐδεὶς ἀμφιβάλλει περὶ τῆς ἀρετῆς. οὕτω καὶ τὴν μοιχείαν κακὸν εἶναι νομίζομεν, καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα πόνων ἡμῖν δεῖ καὶ μαθήσεως, ὥστε γνῶναι τὴν τῆς ἁμαρτίας ταύτης κακίαν· ἀλλὰ πάντες ἐν ταῖς τοιαύταις ψήφοις ἐσμὲν αὐτοδίδακτοι, καὶ τὴν ἀρετὴν, κἂν μὴ μετιῶμεν αὐτὴν, ἐπαινοῦμεν· ὥσπερ οὖν τὴν κακίαν, κἂν ἐργαζώμεθα, μισοῦμεν. καὶ τοῦτο θεοῦ κατόρθωμα γέγονε μέγιστον, ὥστε τὸ συνειδὸς ἡμῶν, καὶ τὴν προαίρεσιν τέως καὶ πρὸ τῆς πράξεως [b] οἰκειῶσαι μὲν τῇ ἀρετῇ, ἐκπολεμῶσαι δὲ τῇ πονηρίᾳ. ὥσπερ οὖν ἔφην, ἡ μὲν γνῶσις ἑκατέρων τούτων ἔγκειται τῷ συνειδότι πάντων ἀνθρώπων, καὶ οὐ δεόμεθα διδασκάλου τινὸς πρὸς τὸ ταῦτα μαθεῖν· ἡ δὲ διόρθωσις λοιπὸν προαιρέσει, καὶ σπουδῇ, καὶ πόνοις ἐγκεχείρισται. τί δή ποτε; ὅτι εἰ τὸ πᾶν τῆς φύσεως ἐποίησεν, ἀστεφάνωτοι, καὶ χωρὶς βραβείων ἀπήλθομεν ἄν· καὶ ὥσπερ τὰ ἄλογα τῶν πλεονεκτημάτων ὧν ἔχει κατὰ φύσιν, οὐκ ἂν λάβοι μισθὸν, οὐδὲ ἔπαινον· οὕτως οὐδὲ ἡμεῖς ἀπολαύσαιμεν ἄν τινος τούτων. τὰ γὰρ τῆς φύσεως πλεονεκτήματα οὐ τῶν ἐχόντων, ἀλλὰ τοῦ δεδωκότος ἐστὶν ἔπαινος καὶ ἐγκώμιον. τῇ μὲν οὖν φύσει τὸ πᾶν οὐκ ἐπέτρεψε· διὰ τοῦτο πάλιν τὴν προαίρεσιν ὁλόκληρον ἀναδέξασθαι τὸ φορτίον οὐκ εἴασε, καὶ τὸ τῆς γνώσεως, καὶ τὸ τῆς διορθώσεως, ἵνα μὴ πρὸς τὸν πόνον ἀπαγορεύσῃ τῆς ἀρετῆς· ἀλλ' ὑπαγορεύει μὲν αὐτῇ τὸ συνειδὸς τὰ πρακτέα,

[a] Alii, αὐτῶν, alii, αὐτοί.

[b] Savil. & quidam, οἰκειώσασθαι.

quid vitium, quid virtus sit. Hoc quippe ipsum & Christus declarans, & demonstrans se nihil novum, aut nostram transscendens naturam sancire: sed id, quod a principio conscientiæ indiderat nostræ, post multas illas beatitudines ita dicebat: *Quæ vultis ut faciant vobis homines, hæc & vos facite ipsis.* (Matt. 7. 12.) Non opus est multis sermonibus, inquit, neque prolixis legibus, nec varia doctrina: voluntas tua sit lex. Vis beneficia capere? confer beneficium alteri. Vis misericordiam consequi? miserere proximi. Vis laudari? lauda alium. Vis amari? ama. Vis primas habere? concede illas prius alteri. (Leges caritatis erga proximum.) Tu sis judex, tu sis vitæ tuæ legislator: & rursum, Quod odisti, alii ne facias. Per hoc quidem a malo fugam inducit, per illud autem virtutis operationem. Quod odisti, alii ne facias. Odisti contumeliam pati? ne alium afficias contumelia. Odisti invidiam pati? neque tu alteri invideas. Odio habes falli? neque tu fallas alium. Et vero in omnibus generatim si hæc duo verba retineamus, alia disciplina non indigebimus. Virtutis enim cognitionem indidit animæ nostræ, actionem vero & emendationem voluntati nostræ concessit. Fortassis obscurum est quod dicitur: igitur idipsum manifestius reddere conabor. Ut sciamus quod bonum sit temperantia, non opus habemus verbis, neque doctrina: nam in natura cognitionem hanc habemus, nec opus est cum laboribus aut fatigationibus circumire & quærere an bonum sit temperantia & utile: sed communi sententia omnes hoc confitemur, & nemo dubitat de virtute. Sic & adulterium malum esse putamus, & neque hic laboribus & disciplina nobis est opus, ut peccati hujus malitia noscatur, sed omnes in hujusmodi sententiis sumus per nos ipsos docti: & virtutem, licet ipsam non obeamus, commendamus: sicut vicissim vitium, licet operemur, odimus. Et hoc fuit maximum Dei beneficium, ut conscientiam quidem nostram & voluntatem, & jam ante actionem virtuti applicaret, infestam autem redderet improbitati. Sicut igitur dixi, horum quidem amborum cognitio omnium hominum conscientiæ insita est, nec ullo indigemus præceptore ad hæc discenda: emendatio vero laboribus, voluntati, & studio data est. Quare tandem? quoniam si totum naturæ tribuisset, sine coronis & præmiis fuissemus: & sicut bruta virtutum quas habent a natura, mercedem aut laudem capere non debent, sic neque nos, si horum aliquid habuissemus. Naturæ enim munera, non habentium, sed datoris sunt laus & commendatio. Ideo igitur non totum naturæ permisit: ac rursum voluntatem totum pondus suscipere non concessit, & cognitionis, & emendationis, ne a virtutis laboribus abhorreret: sed dictat quidem ipsi conscientia

quæ sunt agenda, ad operationem vero ipsa de suo labore affert. Et quod bonum quidem sit moderate vivere, sine labore novimus: naturalis enim est cognitio: temperantiam vero non possumus exercere, nisi laborantes, & cupiditatem refrænantes, multumque subeuntes laborem. Non enim hoc quoque nobis adest a natura, sicut cognitio, sed opus habet sedulitate, & studio. Nec solum ita nobis pondus levavit, sed & alio modo rursum ipsorum meritorum quædam naturalia nobis inesse sinens: etenim unà cum iis qui contumeliam patiuntur, indignari, naturale omnes habemus: statim quippe infestantibus efficimur inimici, licet ipsi nihil simus passi: & gratulari defensione & auxilio potientibus, & in alienis calamitatibus affligi, & caritate mutua delectari. Etsi enim rerum casus simultatem quamdam inducere videantur, habemus tamen communem inter nos amorem. Et hoc quidam sapiens innuens dicebat: *Omne animal amat sibi simile, & homo proximum suum.* (Eccli. 13. 15)

4. Multos autem & alios præter conscientiam præceptores nobis Deus præposuit: etenim patres filiis, & dominos servis, & viros uxoribus, & doctores discipulis, & legislatores & judices subditis, & amicos amicis. Sæpe vero & ab inimicis non minus lucramur, quam ab amicis: cum enim nobis peccata exprobraverint, etiam invitos in ipsorum correctionem excitant. Tot autem doctores nobis præposuit, ut facilis nobis utilitatis inventio & reparatio fieret, multitudine ad id compellentium non permittente nos ab iis, quæ nobis expediunt, excidere. Etenim si parentes contemnamus, magistratus timentes, erimus omnino mitiores: & si illos in peccatis despiciamus, numquam conscientiæ increpationem effugere possumus: & si hanc aspernemur & repellamus, multorum opinionem timentes, meliores erimus; si ad hanc non erubescamus, insitus legum timor vel invitos nos castigare poterit: & eos qui juvenes sunt, magistri & patres, adultos vero legislatores & principes in curam suam sumentes componunt: servique segnius se habentes & a supradictis, & a dominis necessitatem modestiæ servandæ habent, & mulieres a viris, & multi undique generi nostro muri sunt, ne facile in vitium dilabamur, & cadamus. Ad hæc autem omnia & ægritudines, & negotiorum pressuræ nos docent: etenim & paupertas cohibet, & mulcta castigat, & periculum corripit, & multa alia hujusmodi. Non terret te pater? nec magister? non princeps? non legislator? non judex? non te confundit amicus? non te mordet inimicus? non castigat Dominus? non docet maritus? non corrigit conscientia? sed corporalis ægritudo superveniens sæpe omnia correxit, & mulcta audacem fecit hu-

A πρὸς δὲ τὴν ἐργασίαν αὐτὴ τοὺς παρ' ἑαυτῆς εἰσφέρει πόνους. καὶ ὅτι μὲν καλὸν τὸ σωφρονεῖν μηδὲν κάμνοντες ἐπιστάμεθα· τῆς φύσεως γὰρ ἡ γνῶσις· σωφροσύνην δὲ οὐκ ἂν δυνηθείημεν κατορθῶσαι μὴ κάμνοντες, μηδὲ τὴν ἐπιθυμίαν χαλινώσαντες, καὶ πολὺν ὑποστάντες πόνον. τοῦτο γὰρ οὐκ ἔτι ἐκ φύσεως ἡμῖν πρόσεστι, καθάπερ ἡ γνῶσις, ἀλλὰ δεῖται προθυμίας καὶ σπουδῆς. οὐ ταύτῃ δὲ μόνον ἐπεκούφισεν ἡμῖν τὸ βάρος, ἀλλὰ καὶ ἑτέρῳ τρόπῳ πάλιν, καὶ αὐτῶν τῶν κατορθωμάτων ἔνια φυσικὰ ἀφεὶς εἶναι ἐν ἡμῖν· καὶ γὰρ τὸ συναγανακτεῖν τοῖς ὑβριζομένοις φυσικὸν ἅπαντες ἔχομεν, εὐθέως οὖν τοῖς ἐπηρεά- B ζουσιν ἐχθροὶ γινόμεθα, κἂν μηδὲν ὦμεν αὐτοὶ πεπονθότες, καὶ τὸ συνήδεσθαι τοῖς ἀντιλήψεως καὶ βοηθείας ἀπολαύουσι, καὶ τὸ κατακλᾶσθαι ἐπὶ ταῖς ἑτέρων συμφοραῖς, καὶ τῇ φιλοστοργίᾳ τῇ πρὸς ἀλλήλους. κἂν γὰρ πραγμάτων περιστάσεις δοκοῦσι μικροψυχίαν τινὰ εἰσάγειν, ἀλλ' ὅμως ἔχομεν κοινὸν πρὸς ἀλλήλους φίλτρον. καὶ τοῦτό τις σοφὸς αἰνιττόμενος ἔλεγε, πᾶν ζῶον ἀγαπᾷ τὸ ὅμοιον αὐτῷ, καὶ ἄνθρωπος τὸν πλησίον αὐτοῦ.

Πολλοὺς δὲ καὶ ἑτέρους μετὰ τοῦ συνειδότος ἐπέστησεν ἡμῖν διδασκάλους ὁ θεός. καὶ γὰρ πατέρας τοῖς υἱοῖς, καὶ C δεσπότας τοῖς δούλοις, καὶ ἄνδρας ταῖς γυναιξὶ, καὶ διδασκάλους τοῖς μαθηταῖς, καὶ νομοθέτας καὶ δικαστὰς τοῖς ἀρχομένοις, καὶ φίλους τοῖς φίλοις. πολλάκις δὲ καὶ παρ' ἐχθρῶν ἐκερδάναμεν οὐκ ἔλαττον ἢ παρὰ φίλων. ὅταν γὰρ ἡμῖν ὀνειδίσωσι τὰ ἁμαρτήματα, καὶ ἄκοντας εἰς διόρθωσιν αὐτῶν διεγείρουσι. τοσούτους δὲ ἡμῖν διδασκάλους ἐπέστησεν, ἵνα εὔκολος ἡμῖν ἡ τοῦ λυσιτελοῦντος εὕρεσίς τε καὶ διόρθωσις γένηται, τοῦ πλήθους τῶν πρὸς αὐτὸ συνελαυνόντων ἡμᾶς οὐκ ἀφιέντος ἐκπεσεῖν τῶν συμφερόντων ἡμῖν. κἂν γὰρ τῶν γεγεννηκότων καταφρονήσωμεν, τοὺς ἄρχοντας δεδοικότες ἐπιεικέστεροι πάντως ἐσόμεθα· D κἂν ἐκείνους διαπτύσωμεν ἁμαρτάνοντες, τὴν τοῦ συνειδότος οὐδέποτε δυνησόμεθα διαφυγεῖν ἐπιτίμησιν· κἂν ταύτην ἀτιμάσωμεν καὶ διακρουσώμεθα, τὴν παρὰ τῶν πολλῶν ὑπόληψιν δεδοικότες ἀμείνους ἐσόμεθα· κἂν πρὸς ταύτην ἀναισχυντήσωμεν, ὁ τῶν νόμων [a] ἐγκείμενος φόβος καὶ ἄκοντας ἡμᾶς σωφρονίσαι δυνήσεται, καὶ νέους μὲν ὄντας διδάσκαλοι καὶ πατέρες· αὐξηθέντας δὲ οἱ νομοθέται καὶ ἄρχοντες παραλαβόντες ῥυθμίζουσιν· οἵ τε οἰκέται, ἅτε ῥαθυμότερον διακείμενοι μετὰ τῶν εἰρημένων καὶ τὴν παρὰ τῶν δεσποτῶν ἀνάγκην εἰς σωφροσύνην ἔχουσι· καὶ αἱ γυναῖκες τοὺς ἄνδρας, καὶ πολλὰ πανταχόθεν ἡμῶν τῷ E γένει τὰ τειχία πρὸς τὸ μὴ ῥᾳδίως εἰς κακίαν ἐξολισθῆσαι καὶ καταπεσεῖν. πρὸς δὲ τούτοις ἅπασι, καὶ νόσοι, καὶ περιστάσεις πραγμάτων ἡμᾶς παιδεύουσι. καὶ γὰρ πενία κατέχει, καὶ ζημία σωφρονίζει, καὶ κίνδυνος καταστέλλει, καὶ πολλὰ ἕτερα τοιαῦτα. οὐ φοβεῖ σε πατήρ; οὐδὲ διδάσκαλος; οὐκ ἄρχων; οὐ νομοθέτης; οὐ δικαστής; οὐκ ἐντρέπει σε φίλος, οὐ δάκνει σε ἐχθρός; οὐ σωφρονίζει δεσπότης; οὐ διδάσκει ἀνήρ; οὐ διορθοῦταί σε τὸ συνειδός; ἀλλ' ἀῤῥωστία πολλάκις ἐπελθοῦσα σωματικὴ τὸ πᾶν κατώρθωσε, καὶ ζημία δὲ τὸν θρασύτερον ἐποίησεν ἐπιεικέστερον·

a Savil. & magna pars MSS. ἐπικείμενος. Morel. ἐγκείμενος.

erat qui reſponderet, inquit, *ex toto populo*: *& dixit Saül*, *Vos eritis in ſervitutem*, *& ego & filius meus Jonathas in ſervitutem.* Quod autem dicit, tale eſt: Nihil aliud, inquit, ſtudetis, quam hoſtibus vos tradere, & pro liberis ſervos facere, Deum contra vos inſtigantes, reum non tradendo. Reſpice autem & aliam ex juramento conflatam contrarietatem. Cum enim opus eſſet, ſi auctorem invenire volebat, nihil tale minari, nec juramento ultionem obligare, ut audaciores facti reum promtius in medium agerent: ille rurſum ex ira & furore multo & priori ſtultitia contra, quam vult, iterum facit. Quid opus eſt multa dicere? ſorti negotium conceſſit, & ſorte examinantur Saül, & Jonathas. Et dixit Saül: *Jacite ſortem inter me & Jonathan*, *& jaciunt ſortem*, *& capitur Jonathas*: *& dixit Saül ad Jonathan*: *Annuncia mihi*, *quid feciſti? Et annunciavit ipſi Jonathas*, *dicens*: *Guſtans guſtavi in ſummitate ſceptri quod habebam in manu mea*, *parum mellis*, *& en ego morior.* Quem non flexiſſent, quem non in miſericordiam egiſſent hæc verba? Conſidera quantum procellæ deinde Saül ſuſtinuit, cum ipſius viſcera dirumperentur, & utrinque profundiſſimum appareret præcipitium: ſed tamen nec ita correctus eſt: ſed quid ait? *Hæc faciat mihi Deus*, *& hæc adjiciat*, *quoniam morte morieris hodie.* Ecce tertium rurſus juramentum, nec ſimpliciter tertium, ſed etiam cum multa temporis anguſtia. Non enim ſimpliciter dixit, *morieris*: ſed, *hodie.* Feſtinabat enim diabolus ipſum in hanc impiam agere cædem, & impellere. Propterea nec ſententiæ ſtatum diem adhibere permittit, ne qua ex mora mali fiat correctio. Et dixit populus ad Saül: *Hæc faciat nobis Deus*, *& hæc adjiciat*, *ſi morte morietur*, *qui fecit ſalutem magnam Iſraël*: *vivit Dominus*, *ſi cadet capillus de capite ejus in terram*, *quia miſericordiam Dei fecit in die hac.* Ecce & populus ſecundum juravit, & regi contrarium juravit. Nunc mihi reminiſcimini funiculum a puerulis tractum, & diſruptum, & trahentes ſupinos projicientem. Juravit Saül, non ſemel, neque bis, ſed & ſæpius: contraria juravit populus, & jam contendebat. Neceſſe jam omnino juramentum ſcindi: nam hos omnes vere juraſſe eſt impoſſibile. Nec mihi rei eventum dicas, ſed cogita, quot mala naſcebantur: & quomodo qualem poſt per Abeſſalom calamitatem & tyrannidem hinc diabolus ſtruebat. Si enim voluiſſet rex reſiſtere, & ad juramentum procedere, totus reſtitiſſet populus, & tyrannis crudeliſſima facta fuiſſet: & rurſum ſi voluiſſet filius propriæ conſulens ſaluti ſeipſum exercitui dedere, parricida ſtatim exſtitiſſet. Vides & tyrannidem, & filii cædem, & parricidium & bellum civile, & pugnam, & jugulationes, & cruores, & in-

1. Reg. 14. 42.

Juramentorum damna multa.

A ὁ ἀποκρινόμενός, φησιν, ἐκ παντὸς τοῦ λαοῦ. καὶ εἶπε Σαοὺλ, ὑμεῖς ἔσεσθε εἰς δουλείαν καὶ ἐγὼ, καὶ Ἰωνάθαν ὁ υἱός μου εἰς δουλείαν. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· οὐδὲν ἕτερον σπουδάζετέ φησιν, ἀλλ' ἢ τοῖς πολεμίοις ὑμᾶς παραδοῦναι, καὶ δούλους ἀντ' ἐλευθέρων ποιῆσαι, τὸν θεὸν καθ' ὑμῶν παροξύναντες, τῷ μὴ διδόναι τὸν ὑπεύθυνον. ὅρα δὲ καὶ ἄλλην ἀπὸ τοῦ ὅρκου γινομένην ἐναντίωσιν. δέον γὰρ, εἴπερ ἐβούλετο τὸν αἴτιον εὑρεῖν, μηδὲν ἀπειλῆσαι τοιοῦτο, μηδὲ ὅρκῳ καταδῆσαι τὴν τιμωρίαν, ἵν' ἀδεέστεροι γινόμενοι προχειρότερον εἰς μέσον ἀγάγωσι τὸν ὑπεύθυνον· ὁ δὲ ὑπὸ θυμοῦ, καὶ μανίας πολλῆς, καὶ τῆς B προτέρας ἀλογίας, πάλιν τοὐναντίον ἤπερ βούλεται ποιεῖ. τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν; κλήρῳ δὲ τὸ πρᾶγμα ἐπέτρεψε, καὶ [a] κατακληροῦνται Σαοὺλ καὶ Ἰωνάθαν. καὶ εἶπε Σαοὺλ, βάλετε κλῆρον ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ Ἰωνάθαν. καὶ βάλλουσι κλῆρον, καὶ κατακληροῦται Ἰωνάθαν. καὶ εἶπε Σαοὺλ, πρὸς Ἰωνάθαν, ἀπάγγειλόν μοι τί ἐποίησας· καὶ ἀπήγγειλεν αὐτῷ Ἰωνάθαν λέγων, γευσάμενος ἐγευσάμην ἐν ἄκρῳ τῷ σκήπτρῳ ἐν τῇ χειρί μου μικρὸν. [b] ἐκ τοῦ μέλιτος· καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ἀποθνήσκω. τίνα οὐκ ἂν ἐπέκαμψε; τίνα οὐκ ἂν εἰς οἶκτον ἤγειρε ταῦτα τὰ ῥήματα; C ἐννόησον ὅσον χειμῶνα λοιπὸν ὁ Σαοὺλ ὑπέμεινε τῶν σπλάγχνων αὐτῷ διακοπτομένων, καὶ ἑκατέρωθεν βαθυτάτου κρημνοῦ φαινομένου· ἀλλ' ὅμως οὐδὲ οὕτως ἐσωφρονίζετο, ἀλλὰ τί φησι; τάδε ποιήσαι μοι ὁ θεὸς, καὶ τάδε προσθείη, ὅτι θανάτῳ ἀποθανῇ σήμερον. ἰδοὺ τρίτος ὅρκος πάλιν, καὶ οὐδὲ ἁπλῶς τρίτος, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς τοῦ καιροῦ στενοχωρίας. οὐ γὰρ εἶπεν ἁπλῶς ὅτι ἀποθανῇ, ἀλλὰ σήμερον. ἠπείγετο γὰρ, ἠπείγετο ὁ διάβολος ὠθῶν καὶ συνελαύνων αὐτὸν εἰς τὴν παράνομον ταύτην σφαγήν. διόπερ οὐκ ἀφίησιν οὐδὲ προθεσμίαν δοῦναι τῇ ψήφῳ, ἵνα μηδεμία ἀπὸ τῆς μελλήσεως διόρθωσις γένηται D τοῦ κακοῦ. καὶ εἶπεν ὁ λαὸς πρὸς Σαοὺλ, τάδε ποιήσαι ἡμῖν ὁ θεὸς, καὶ τάδε προσθείη, εἰ θανάτῳ θανατωθήσεται ὁ ποιήσας τὴν σωτηρίαν τὴν μεγάλην τῷ Ἰσραήλ. ζῇ κύριος, εἰ πεσεῖται τῆς τριχὸς τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν, ὅτι ἔλεον θεοῦ ἐποίησεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ. ἰδοὺ καὶ ὁ δῆμος δεύτερον ὤμοσε, καὶ ἀντώμοσε τῷ βασιλεῖ. νῦν ἀναμνήσθητέ μοι τοῦ καλωδίου τοῦ παρὰ τῶν παίδων ἑλκομένου, καὶ διαρρηγνυμένου, καὶ τοὺς ἕλκοντας ῥίπτοντος ὑπτίους. ὤμοσεν ὁ Σαοὺλ, οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ καὶ πολλάκις· ἀντώμοσεν ὁ λαὸς, καὶ ἀντέτεινεν. ἀνάγκη λοιπὸν διαρραγῆναι πάντως τὸν ὅρκον· πάντας γὰρ εὐορκῆσαι E τούτους ἀδύνατον. καὶ μή μοι τὴν ἔκβασιν τοῦ πράγματος εἴπῃς, ἀλλ' ἐννόησον ὅσα ἐτίκτετο κακὰ, καὶ πῶς τὴν τοῦ Ἀβεσσαλὼμ τραγῳδίαν καὶ τυραννίδα ἐντεῦθεν κατεσκεύαζεν ὁ διάβολος. εἰ γὰρ ἐθέλησεν ὁ βασιλεὺς ἀντιτεῖναι καὶ ἐπεξελθεῖν τῷ ὅρκῳ, πᾶς ὁ δῆμος ἂν ἀντέστη, καὶ τυραννὶς ἂν ἐγένετο χαλεπωτάτη· πάλιν εἰ ἐθέλησεν ὁ παῖς τῆς οἰκείας φειδόμενος σωτηρίας δοῦναι ἑαυτὸν τῷ στρατοπέδῳ, πατροκτόνος ἂν εὐθέως ἐγένετο. ὁρᾷς καὶ τυραννίδα, καὶ παιδοκτονίαν, καὶ πατροκτονίαν, καὶ πόλεμον ἐμφύλιον, καὶ μάχην, καὶ σφαγὰς, καὶ αἵματα, καὶ μυ-

[a] Morel. κατακληροῦται, alii, κατακληροῦνται. Infra MSS. plurimi, ἀνὰ μέσον ἐμοῦ, καὶ ἀνὰ μέσον Ἰωνάθαν.

[b] Ita Savil. & Maxima pars MSS. Morel. vero, μικρὸν μέλι.

ἐίοις νεκροὺς ἀφ' ἑνὸς ὅρκου γινομένους; εἰ γὰρ συνέβη γενέσθαι πόλεμον, καὶ ὁ Σαοὺλ ἂν ἐσφάγη, καὶ Ἰωνάθαν, ἴσως καὶ πολλοὶ τῶν στρατιωτῶν κατεκόπησαν ἄν· [a] καὶ οὐδενὶ οὕτω τὰ τῆς εὐορκίας προεχώρησεν. ὥστε μὴ τοῦτο ἴδῃς ὅτι οὐ γέγονεν, ἀλλ' ἐκεῖνο σκόπει, ὅτι ἡ τοῦ πράγματος φύσις ταῦτα ἠνάγκαζε γενέσθαι· ὁ δὲ λαὸς ἐκράτησε. φέρε τοίνυν ἀριθμήσωμεν τὰς γεγενημένας ἐπιορκίας. παρεβάθη πρότερος ὁ ὅρκος τοῦ Σαοὺλ ὑπὸ [b] τοῦ παιδὸς, δεύτερος καὶ τρίτος πάλιν ὁ αὐτοῦ Σαοὺλ ὁ περὶ τῆς σφαγῆς τοῦ παιδός· καὶ ἔδοξεν ὁ λαὸς εὐορκεῖν, ἀλλ' ἐάν τις ἀκριβῶς ἐξετάσῃ τὸ πρᾶγμα, καὶ οὗτοι πάλιν τοῖς τῆς ἐπιορκίας ἐγκλήμασιν ὑπεύθυνοι πάντες ἐγένοντο. τὸν γὰρ πατέρα αὐτοῦ τοῦ Ἰωνάθαν ἐπιορκῆσαι ἠνάγκασαν, οὐκ ἐκδόντες τῷ πατρὶ τὸν υἱόν. ὁρᾷς εἷς ὅρκος ὅσοις ἀνθρώποις ὑπέβαλεν ἐπιορκίᾳ, καὶ ἑκόντας, καὶ ἄκοντας; ὅσα κακὰ εἰργάσατο; ὅσας σφαγὰς ἐποίησεν;

Ἐγὼ μὲν οὖν ὑπεσχόμην ἀρχόμενος τοῦ λόγου δεῖξαι ἐν ταῖς ἀντωμοσίαις πάντως ἐπιορκίαν γινομένην, ἡ δὲ ἱστορία προϊοῦσα πολλῷ πλέον ἤπερ παρεσκευαζόμην, ἀπέδειξεν. οὐ γὰρ ἕνα καὶ δύο καὶ τρεῖς ἀνθρώπους, ἀλλὰ δῆμον, οὐχ ἕνα καὶ δύο καὶ τρεῖς ὅρκους, ἀλλὰ πολλῷ πλέον παραβαθέντας [c] ὑπέφηνεν. ἐνῆν καὶ ἑτέραν ἱστορίαν εἰπεῖν καὶ δεῖξαι, καὶ ἐξ ἐκείνης χαλεπωτέραν ταύτης καὶ μείζονα συμφορὰν ἐργασάμενον ὅρκον ἕνα. καὶ γὰρ πόλεων, καὶ γυναικῶν, καὶ παιδίων αἰχμαλωσίαν, καὶ πυρπόλησιν, καὶ βαρβάρων ἔφοδον, καὶ ἁγίων μολυσμὸν, καὶ μυρία ἕτερα χαλεπώτερα τοὺς Ἰουδαίους ἅπαντας εἷς ὅρκος διέθηκεν. ἀλλ' ὁρῶ πρὸς μῆκος τὸν λόγον ἐκτεινόμενον, διὰ τοῦτο ἐνταῦθα τῆς ἱστορίας ταύτης τὴν διήγησιν καταλύσας, μετὰ τὴν Ἰωάννου κεφαλῆς καὶ τὴν τοῦ Ἰωνάθαν σφαγὴν, καὶ τὴν πανωλεθρίαν τοῦ δήμου παντὸς, τὴν οὐ γινομένην μὲν, συμβᾶσαν δὲ ὅμως ἀπὸ τῆς ἀνάγκης τῶν ὅρκων, πρὸς ἀλλήλους λέγειν παρακαλῶ, καὶ ἐν οἰκίᾳ, καὶ ἐν ἀγορᾷ, καὶ πρὸς γυναῖκας, καὶ πρὸς φίλους, καὶ πρὸς γείτονας, καὶ πρὸς πάντας ἀνθρώπους ἁπλῶς ὑπὲρ τοῦ πράγματος τούτου ποιεῖσθαι σπουδὴν, καὶ μὴ νομίζειν ἀρκοῦσαν ἡμῖν ἀπολογίαν εἶναι, εἰ συνήθειαν προβαλοίμεθα. ὅτι γὰρ σκῆψις ταῦτα, καὶ πρόφασις, καὶ οὐ συνηθείας, ἀλλὰ ῥαθυμίας ἐστὶν ἡ παρανομία, ἀπὸ τῶν ἤδη συμβάντων ὑμᾶς πεῖσαι πειράσομαι. ἀπέκλεισε τὰ βαλανεῖα τῆς πόλεως ὁ βασιλεὺς, καὶ μηδένα λούσασθαι ἐκέλευσε, καὶ οὐδεὶς ἐτόλμησε παραβῆναι τὸν νόμον, οὐδὲ αἰτιάσασθαι τὸ γεγενημένον, οὐδὲ συνήθειαν προβαλέσθαι· ἀλλὰ καὶ ἐν ἀρρωστίᾳ ὄντες πολλάκις, καὶ ἄνδρες, καὶ γυναῖκες, καὶ παῖδες, καὶ γέροντες, καὶ ὠδίνων ἄρτι παυσάμεναι πολλαὶ γυναῖκες, καὶ ἀναγκαίως ἅπαντες τὸ φάρμακον τοῦτο ἐπιζητοῦντες, φέρουσι καὶ ἑκόντες καὶ ἄκοντες τὸ ἐπίταγμα, καὶ οὔτε ἀσθένειαν σώματος προβάλλονται, οὔτε συνηθείας τυραννίδα, οὔτε τὸ ἑτέρων ἁμαρτανόντων αὐτοὶ κολάζεσθαι, οὔτε ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδέν. ἀλλὰ στέργουσι τὴν τιμωρίαν ταύτην, διὰ τὸ μείζονα προσδοκῆσαι κακὰ, καὶ καθ' ἑκάστην εὔχονται τὴν ἡμέραν

[a] Savil. & plurimi Mss καὶ οὐδ' ἂν οὕτω τὰ, & hanc lectionem sequitur Interpres; Morel. vero, καὶ οὐδενὶ οὕτω τὰ.

A finita cadavera ex uno patrata juramento: Si namque bellum fieri accidisset, & Saül forsitan & Jonathas jugulatus fuisset, & multi militum fuissent trucidati: & nulli sic juramentum bene cessisset. Itaque ne consideres hoc, quod non ita factum sit: sed illud considera, quod rei natura hæc fieri cogebat: populus autem vicit. Age igitur numeremus commissa perjuria. Temeratum est primum Saülis juramentum a filio: secundum rursus, & tertium ipsius Saülis de filii cæde: & visus est populus B vere jurasse: sed si quis diligenter rem examinet, & hi rursus omnes perjurii criminibus obnoxii facti sunt. Ipsius enim Jonathæ patrem pejerare coëgerunt, patri filium non dedentes. Vides quot homines tum volentes, tum invitos perjurio obnoxios unum fecit juramentum? quot mala molitum est, quot cædes patravit?

6. Equidem sermonem incipiens promisi me demonstraturum in contrariis juramentis omnino perjurium nasci: historia vero progressa, multo plus quam conabar demonstravit. Non enim unum, & C duos & tres homines sed populum, non unum & tria, sed multo plura juramenta temerata exhibuit. Licebat & aliam narrare historiam, & ex illa demonstrare graviorem hac & majorem calamitatem unum fecisse juramentum. Etenim civitatum & mulierum & puerulorum captivitate, & incendio, & barbarorum invasione, & sanctorum pollutione, & innumeris aliis gravioribus malis Judæos affecit unum omnes jusjurandum. Sed in longum sermonem protendi video: propterea historiæ hujus narrationem hic absolvens, cum Joannis capite Jonathæ cædem, & perniciem generalem totius populi licet non D admissam, de juramentorum tamen necessitate provenientem, inter vos commemorare exhortor, & domi, & in foro, & apud conjuges, & apud amicos, & apud vicinos, & apud omnes generaliter hujus rei curam gerere: nec putare idoneam esse nobis defensionem, si consuetudinem prætendamus. Quod enim excusatio hæc sit & prætextus, nec consuetudinis, sed torporis sit culpa, ab his quæ jam evenere, vobis persuadere conabor. Civitatis balnea Imperator obstruxit, & lavari jussit neminem, & legem transgre- E di est ausus nemo, aut factum incusare, aut consuetudinem prætendere: verum & qui sæpe sunt in ægritudine viri, mulieres, pueri & senes, & multæ partus doloribus recenter liberatæ mulieres, & omnes necessario tale remedium petentes, velint nolint mandatum hoc ferunt, & neque morbum corporis, neque consuetudinis tyrannidem, neque aliis peccantibus se puniri, nec aliud talium quidquam prætendunt: sed hujusmodi grate excipiunt ultionem, quia majora exspectant mala, & quotidie precantur hactenus re-

Imperator Antiochenos balneis interdixerat in pœnam.

[b] Alii, ὑπὸ τοῦ παιδός.
[c] Alii, ἀπέφηνεν. Alii, ὑπέφηνεν.

gium furorem sistere. Vides quod ubi est timor, facile solvatur consuetudo, etiamsi valde diuturna sit & necessaria? Atqui non lavari grave. Etsi enim sæpius philosophemur, corporis natura arguitur, nihil ab animi philosophia in propriam valetudinem adjuvari: non jurare vero valde facile, & nullum affert nocumentum, non corporibus, non animis, sed etiam multum emolumenti, magnam utilitatem, multam opulentiam. Quomodo igitur non absurdum Imperatore jubente, vel difficillima sustinere: Deo vero statuente id quod neque grave sit, neque difficile, verum perquam facile & commodum, contemnere & deridere & consuetudinem prætendere? Ne quæso, ne in tantum salutem nostram contemnamus, sed timeamus Deum, sicut hominem timemus. Novi vos exhorruisse talibus auditis: sed horrore dignum est ne tantum quidem Deo, quantum hominibus honorem attribuere: sed imperatoria decreta diligenter observantes, divina & de cælis delapsa conculcare, & supervacaneum esse putare circa hoc studium. Quænam excusatio nobis erit reliqua? quæ vero venia, quando post tantam admonitionem in iisdem permanemus? Etenim nascente miseria hac, quæ civitatem detinet, hanc incepi admonitionem. Et illa quidem jam debet finiri: nos vero non unum explevimus mandatum: quomodo igitur malorum nos detinentium petemus solutionem, cum nec unum obire mandatum potuerimus? quomodo vero bonam exspectabimus mutationem? quomodo autem orabimus? qua lingua Deum invocabimus? Si enim legem exsequamur, multam capiemus voluptatem, Imperatore civitati conciliato: si vero in peccato manserimus, pudor & opprobrium undique nobis erit: quoniam cum Deus periculum solverit, nos in eodem mansimus torpore. Utinam mihi liceret frequenter jurantium animas exuere, & ipsarum oculis subjicere vulnera & cicatrices quas quotidie capiunt a juramentis: nec admonitionis, aut consilii indigeremus: quoniam vulnerum aspectus omni sermone potentius, huic improbæ consuetudini etiam plurimum adhærentes a malitia abducere posset. Verumtamen si minus oculis, cogitationi quidem certe ipsorum animæ dedecus subjicere, & ipsam tabefactam & corruptam ostendere
Eccli. 23. 11. licet. *Sicut enim*, inquit, *servus qui continue flagellatur, de cicatrice non mundabitur: sic jurans, & Deum semper nominans, a peccato non innocens fiet.* Impossibile enim, impossibile os juramento assuefactum, non frequenter pejerare. Propterea supplico omnibus, ut perniciosam hanc & improbam consuetudinem deponentes ex anima, aliam coronam reportetis. Et sicut ubique de civitate nostra cantant, quod prima omnium in orbe terrarum Christia-

μέχρι τούτου στῆναι τὴν βασιλικὴν ὀργήν. ὁρᾷς ὅτι ἔνθα φόβος, εὐκόλως λύεται συνήθεια, κἂν σφόδρα χρονία τις
A ᾖ καὶ ἀναγκαία; καίτοι τὸ μὴ λούσασθαι χαλεπόν. κἂν γὰρ [a] πολλάκις φιλοσοφῶμεν, ἡ τοῦ σώματος φύσις ἐλέγχεται οὐδὲν ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν ψυχὴν φιλοσοφίας εἰς τὴν οἰκείαν ὑγίειαν ὠφελουμένη· τὸ δὲ μὴ ὀμνύειν σφόδρα ῥᾴδιον, καὶ οὐδεμίαν οἴσει βλάβην, οὐ τοῖς σώμασιν, οὐ ταῖς ψυχαῖς, ἀλλὰ καὶ πολὺ τὸ κέρδος, μεγάλην τὴν ἀσφάλειαν, πολλὴν τὴν εὐπορίαν. πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον, βασιλέως μὲν ἐπιτάττοντος καὶ τὰ χαλεπώτατα φέρειν, θεοῦ δὲ νομοθετοῦντος οὐδὲν χαλεπὸν, οὐδὲ δύσκολον, ἀλλὰ ῥᾴδιον σφόδρα καὶ εὔκολον, καταφρονεῖν καὶ καταγελᾶν, καὶ
B συνήθειαν προβάλλεσθαι; μὴ, παρακαλῶ, μὴ μέχρι τοσούτου τῆς ἑαυτῶν καταφρονῶμεν σωτηρίας, ἀλλὰ φοβηθῶμεν τὸν θεὸν, ὡς φοβούμεθα ἄνθρωπον. οἶδα ὅτι ἐφρίξατε τοῦτο ἀκούοντες, ἀλλὰ φρίκης ἄξιον τὸ μηδὲ τοσαύτην ἀπονέμειν τῷ θεῷ τιμὴν, ἀλλὰ τοὺς βασιλικοὺς νόμους μετὰ ἀκριβείας φυλάττοντας, τοὺς θείους καὶ ἐκ τῶν οὐρανῶν καταβάντας καταπατεῖν, καὶ περίεργον εἶναι νομίζειν τὴν περὶ ταῦτα σπουδήν. ποία γὰρ ἡμῖν ἀπολογία λοιπὸν ἔσται· τίς δὲ συγγνώμη, ὅταν μετὰ τοσαύτην παραίνεσιν τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένωμεν; καὶ γὰρ ἀρξαμένης τῆς συμφορᾶς ταύτης τῆς τὴν πόλιν κατεχούσης ἠρξάμην τῆς
C παραινέσεως ταύτης, καὶ ἡ μὲν μέλλει λύεσθαι λοιπὸν, ἡμεῖς δὲ οὐδέπω μίαν ἐντολὴν κατωρθώσαμεν· πῶς οὖν αἰτήσομεν ἀπαλλαγὴν τῶν κατεχόντων ἡμᾶς δεινῶν μίαν ἐντολὴν ἀνύσαι μὴ δυνηθέντες; πῶς δὲ προσδοκήσομεν τὴν χρηστὴν μεταβολήν; πῶς δὲ εὐξόμεθα; ποίᾳ γλώττῃ τὸν θεὸν καλέσομεν; ἂν μὲν γὰρ ἀνύσωμεν τὸν νόμον, πολλὴν καρπωσόμεθα τὴν ἡδονὴν, τοῦ βασιλέως τῇ πόλει καταλλαγέντος· ἂν δὲ μείνωμεν ἐπὶ τῆς παρανομίας, αἰσχύνη καὶ ὄνειδος ἡμῖν ἔσται πάντοθεν, ὅτι, τοῦ θεοῦ λύσαντος τὸν κίνδυνον, ἡμεῖς ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἐμείναμεν ῥαθυμίας. εἴθε μοι δυνατὸν ἦν τὰς ψυχὰς ἀποδῦσαι τῶν πο-
D λυόρκων, καὶ ὄψεσιν ὑποβαλεῖν αὐτῶν τὰ τραύματα, καὶ τοὺς μώλωπας οὓς ἀπὸ τῶν ὅρκων καθ' ἑκάστην λαμβάνουσι τὴν ἡμέραν· καὶ οὐκ ἂν ἐδεήθημεν παραινέσεως ἢ συμβουλῆς, τῆς τῶν τραυμάτων ὄψεως ἀρκούσης λόγου παντὸς δυνατώτερον, καὶ τοὺς σφόδρα ἐπικειμένους τῇ πονηρᾷ ταύτῃ συνηθείᾳ τῆς πονηρίας ἀπαγαγεῖν. πλὴν ἀλλ' εἰ καὶ μὴ ταῖς ὄψεσι δυνατὸν, τῷ λογισμῷ δυνατὸν αὐτῶν ὑποβαλεῖν τῆς ψυχῆς τὸ αἶσχος, καὶ δεῖξαι σεσηπυῖαν αὐτὴν καὶ διεφθαρμένην. ὥσπερ γάρ, φησιν, οἰκέτης ἐτα-
E ζόμενος ἐνδελεχῶς ἀπὸ μώλωπος οὐ καθαρισθήσεται, οὕτως ὁ ὀμνύων καὶ ὀνομάζων τὸν θεὸν διαπαντὸς, ἀπὸ ἁμαρτίας οὐ [b] καθαρισθήσεται. ἀμήχανον γὰρ, ἀμήχανον στόμα μεμελετηκὸς ὀμνύναι, μὴ συνεχῶς ἐπιορκεῖν. διὸ δὴ παρακαλῶ πάντας τὴν ὀλέθριον ταύτην καὶ πονηρὰν συνήθειαν ἀποθεμένους τῆς ψυχῆς ἕτερον στέφανον ἀναδήσασθαι. καὶ ὥσπερ πανταχοῦ περὶ τῆς πόλεως ᾄδουσι τῆς ἡμετέρας, ὅτι πρώτη τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἁπασῶν τὸ

[a] Savil. & aliquot MSS. μυριάκις, Morel. πολλάκις.

[b] Savil. & aliquot MSS. ἀθωωθήσεται, Morel. & alii, καθαρισθήσεται

[a] χριστιανῶν [a] ὄνομα ἐνεδύσατο, οὕτω δὴ ποιεῖτε πάντα λέγειν, ὅτι μόνη τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἁπασῶν Ἀντιόχεια τοὺς ὅρκους τῶν οἰκείων ὅρων ἀπήλασε. μᾶλλον δὲ, ἂν τοῦτο γένηται, οὐκ αὐτὴ στεφανωθήσεται μόνη, ἀλλὰ καὶ ἑτέρας εἰς τὸν αὐτὸν ἀνάξει ζῆλον· καὶ καθάπερ τὸ ὄνομα τῶν χριστιανῶν ὥσπερ ἔκ τινος πηγῆς ἐντεῦθεν ἀρξάμενον πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπέκλυσεν, οὕτω δὴ καὶ τὸ κατόρθωμα τοῦτο τὴν ῥίζαν καὶ τὴν ἀφορμὴν ἐντεῦθεν λαβὸν, πάντας τοὺς τὴν γῆν οἰκοῦντας ἀνθρώπους μαθητὰς ὑμετέρους ἐργάσεται, ὥστε διπλοῦν ὑμῖν καὶ τριπλοῦν γενέσθαι τὸν μισθόν· καὶ ὑπὲρ τῶν οἰκείων κατορθωμάτων, καὶ ὑπὲρ τῆς τῶν ἄλλων διδασκαλίας. τοῦτο διαδήματος ὑμῖν παντὸς ἔσται λαμπρότερον, τοῦτο μητρόπολιν ὑμῖν ποιήσει τὴν πόλιν, οὐκ ἐν τῇ γῇ, ἀλλὰ [b] καὶ ἐπὶ τῶν οὐρανῶν, τοῦτο κατ' ἐκείνην ἡμῶν προστήσεται τὴν ἡμέραν, καὶ τὸν τῆς δικαιοσύνης ἡμῖν οἴσει στέφανον· οὗ γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

[a] Savil. & quidam Mss. ὄνομα ἀπεδύσατο, alii, ὄνομα ἐνεδύσατο.

[b] Alii, ἐν τῷ οὐρανῷ.

A norum nomen induit: sic facite ut omnes dicant solam omnium in mundo Antiochiam propriis juramenta finibus expulisse. Imo vero si hoc fiat, non tantum ipsa coronabitur, verum etiam alias in eumdem zelum rediget. Et sicut Christianorum nomen, velut ex quodam fonte hinc incipiens, totum mundum inundavit: sic profecto & meritum hoc radicem & occasionem hinc capiens, omnes terram habitantes discipulos vestros efficiet, ut duplex vobis & triplex fiat merces, & de propriis meritis, & de aliorum doctrina. B Hoc, diademate quolibet vobis erit splendidius: hoc metropolim vobis civitatem faciet, non in terra tantum, verum & in cælis: hoc & nobis die illa patrocinabitur, & justitiæ coronam nobis afferet: quam ut omnes assequamur, detur gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri gloria, simul & sancto Spiritui in sæcula sæculorum. Amen.

C

ΕΤΙ ΕΙΣ ΤΗΝ ΣΥΜΦΟΡΑΝ τῆς πόλεως Ἀντιοχείας, καὶ ὅτι χρήσιμον πανταχοῦ φόβος, καὶ ὅτι πένθος γέλωτος λυσιτελέστερον, καὶ εἰς τὴν ῥῆσιν τὴν λέγουσαν, ἐπίγνωθι ὅτι ἐν μέσῳ παγίδων διαβαίνεις, καὶ ὅτι τοῦ φονεύειν τὸ ὀρκίζειν χεῖρον.

ΟΜΙΛΙΑ ιε'.

ΕΔΕΙ καὶ τήμερον καὶ τῷ προτέρῳ σαββάτῳ τὸν περὶ νηστείας κινῆσαι λόγον, καὶ μηδεὶς ἄκαιρον εἶναι νομιζέτω τὸ λεχθέν. ἐν μὲν γὰρ ταῖς ἡμέραις τῆς νηστείας οὐδὲν δεῖ συμβουλῆς καὶ παραινέσεως εἰς τοῦτο, αὐτῆς τῶν ἡμερῶν τῆς παρουσίας καὶ τοὺς σφόδρα ἀναπεπτωκότας διεγειρούσης πρὸς τὸν τῆς νηστείας ἀγῶνα. ἐπειδὴ δὲ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων εἰσιέναι τε εἰς νηστείαν μέλλοντες, καθάπερ πολιορκίᾳ τινὶ μακρᾷ παραδίδοσθαι μελλούσης τῆς γαστρὸς ἀδηφαγίαν καὶ μέθην προλαβόντες ἀποτίθενται, ἐξιόντες τε πάλιν, ὥσπερ ἔκ τινος μακροῦ λιμοῦ καὶ χαλεποῦ δεσμωτηρίου τῆς νηστείας ἀπαλλαγέντες, μετὰ πολλῆς τῆς ἀπειροκαλίας ἐπὶ τὰς τραπέζας τρέχουσι, καθάπερ σπουδάζοντες τὴν ἐκ τῆς νηστείας γενομένην αὐτοῖς ὠφέλειαν τῇ τῆς ἀδηφαγίας ἀμετρίᾳ καταλῦσαι πάλιν, ἀναγκαῖον ἦν καὶ τότε καὶ νῦν, τοὺς περὶ ἐγκρατείας κινῆσαι λόγους. ἀλλ' ὅμως οὔτε πρώην εἰρήκαμέν τι τοιοῦτον, οὔτε νῦν ἐροῦμεν. ὁ γὰρ τῆς ἐπικειμένης συμφορᾶς φόβος ἀντὶ πάσης παραινέσεως καὶ συμβουλῆς ἀρκεῖ τὰς ἁπάντων σωφρονίσαι ψυχάς. τίς γὰρ οὕτως ἄθλιος καὶ ταλαίπωρος, ὡς ἐν τοσούτῳ χειμῶνι μεθύειν; τίς οὕτως ἀναίσθητος, ὡς τῆς πόλεως οὕτω σαλευομένης, καὶ ναυαγίας τοιαύτης ἀπειλουμένης, μὴ νήφειν, καὶ ἐγρηγορέναι, καὶ πάσης συμβουλῆς καὶ παραινέσεως ἀκριβέστερον, ἀπὸ τῆς ἀγωνίας διορθοῦσθαι ταύτης; οὐ γὰρ τοσοῦτον ἐργάσασθαι δυνήσεται λόγος, ὅσον ἐργάζεται φόβος· καὶ τοῦτο αὐτὸ ἀπὸ τῶν

ITIDEM IN CALAMITATEM civitatis Antiochiæ; utilem ubique timorem esse, luctumque risu utiliorem, & in illud dictum, Agnosce quod in medio laqueorum pertransis, *& quod pejus jurare, quam occidere.*

HOMILIA XV.

1. OPORTEBAT & hodie, & superiore sabbato, de jejunio facere sermonem: intempestivum hoc dictum esse cogitet nemo. Nam in diebus quidem jejunii consilio nihil opus est, & admonitione, D ipsa dierum præsentia etiam negligentissimos ad jejunii certamen excitante: sed quoniam hominum multi jejunium aggressuri, tamquam longæ cuidam obsessioni tradendus sit venter, crapulæ & ebrietati præoccupantes indulgent: rursumque egressi tamquam ex longa quadam esurie, & gravi jejunii carcere soluti, cum multo dedecore ad mensas currunt, ceu studentes sibi ortam ex jejunio utilitatem crapulæ excessu rursum perdere; operæ precium fuit & tunc, & nunc de temperantia instituere sermonem. Verumtamen E neque prius quidquam hujusmodi diximus, neque nunc dicemus: instantis enim calamitatis timor pro omni admonitione & consilio cunctorum animas moderari valet. Quis enim tam miser & ærumnosus, ut in tanta tempestate inebrietur? Quis tam insensatus, ut civitate sic fluctuante, & naufragio tali imminente non sobrius sit, & vigilet, & hac anxietate non diligentius, quam omni consilio & admonitione corrigatur? Non enim tantum efficere poterit sermo, quantum timor operatur: & hoc ipsum ex iis, quæ

Calamitas virtutis magistra.

nunc acciderunt, demonstrare facile est. A Quot namque sermones impendimus, torpidorum multos admonentes, & consulentes ut theatra, & illinc provenientes lascivias dimitterent? & non abstinebant, sed semper usque ad hanc diem ad illicita saltantium spectacula concurrebant, diabolicam concionem adversus Dei Ecclesiæ plenitudinem constituebant, & hujus loci psalmodiis clamores inde cum multa sublati vehementia obstrepebant. Sed ecce nunc tacentibus nobis, & nihil de hoc dicentibus sponte orchestram obstruxerunt, & circus inaccessibilis factus est. B Antehac nostrorum multi ad illos currebant: nunc autem illinc omnes ad Ecclesiam confugerunt, & nostrum omnes laudant Deum. Vides quantum ex timore lucri factum est? Nisi bonus esset timor, filiis patres pædagogos non præponerent, non legislatores civitatibus ullos magistratus. Quid gehenna gravius? sed hujus metu nil utilius: gehennæ namque timor regni nobis affert coronam. Ubi timor est, livor non est: ubi timor est, pecuniarum amor non vexat: ubi timor est, exstinctus furor est, cupiditas improba corrupta, C omnis irrationabilis passio exterminata. Et sicut in domo stante milite semper armato, non latro, non fur, non alius quis talia mala patrantium apparere propius audebit: sic & metu animas nostras occupante, illiberalium nulla perturbationum facile nobis subrepit, sed omnes fugiunt, & pelluntur, timoris imperio undique exactæ. Nec hoc solum est quod ex timore lucramur, verum & aliud hoc multo majus. Non enim improbas tantum nostras expellit passiones, sed & omnem cum multa facilitate virtutem inducit. D Ubi timor est, ibi & eleemosynæ studium, & orationis intentio, & lacrymæ ferventes & continuæ, & gemitus multam habentes compunctionem. Nihil enim tantum peccata consumit, virtutemque crescere facit & germinare, quantum assidui timoris natura. Propterea qui non vivit in timore, recte illum agere non est possibile: sicut vicissim cum timore viventem, est impossibile peccare. Ne igitur doleamus, dilecti, neque animum despondeamus ob præsentem tribulationem, sed solertem Dei sapientiam admiremur. Unde namque civitatem nostram diabolus se eversurum speravit, Deus inde restituit ipsam, & correxit. E Diabolus nempe quibusdam impiis hominibus inspiravit, ut Imperatorum statuas injuriis afficerent, quo & ipsum urbis solum destrueretur: Deus autem hoc ipso facto ad majorem nostram correctionem usus est, exspectatæ comminationis timore omnem extrudens torporem: & factum est contra, quam dæmon volebat, ex iis quæ ipse struxerat. Civitas enim quotidie nobis expurgatur, & angiporti &, bivia, & plateæ libe-

Gehennæ timor regni coronam affert.

a Alii, πλλοῖς, alii, πολλούς.
b Alii, ἔφραξαν, alii ἐνέφραξαν, vel ἀνέφραξαν.

συμβεβηκότων νῦν δυνατὸν ἀποδεῖξαι. πόσους γοῦν ἀνηλώσαμεν λόγους, [a] πολλοὺς τῶν ῥαθυμούντων παραινοῦντες, καὶ συμβουλεύοντες τὰ θέατρα ἀφεῖναι, καὶ τὰς ἐκεῖθεν ἀκολασίας; καὶ οὐκ ἠνέσχοντο, ἀλλ᾽ ἀεὶ κατὰ τὴν ἡμέραν ταύτην ἐπὶ τὰς παρανόμους τῶν ὀρχουμένων συνέτρεχον θεωρίας, καὶ σύλλογον διαβολικὸν ἀντικαθίστασαν τῷ πληρώματι τῆς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ, καὶ ταῖς ἐνταῦθα ψαλμῳδίαις ἀντήχουν αἱ ἐκεῖθεν κραυγαὶ μετὰ πολλῆς φερόμεναι τῆς σφοδρότητος· ἀλλ᾽ ἰδοὺ νῦν σιγώντων ἡμῶν, καὶ οὐδὲν περὶ τούτου λεγόντων, αὐτόματοι τὴν ὀρχήστραν [b] ἔφραξαν, καὶ ὁ ἱππόδρομος ἄβατος γέγονε· καὶ πρὸ τούτου μὲν πολλοὶ τῶν ἡμετέρων πρὸς ἐκείνους ἔτρεχον· νυνὶ δὲ πάντες ἐκεῖθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν κατέφυγον, καὶ τὸν ἡμέτερον ἅπαντες ἀνυμνοῦσι θεόν. ὁρᾷς πόσον ἀπὸ τοῦ φόβου τὸ κέρδος ἐγένετο; εἰ μὴ καλὸν ἦν ὁ φόβος, οὐκ ἂν πατέρες παιδαγωγοὺς τοῖς παισὶν ἐπέστησαν, οὐκ ἂν οἱ νομοθέται ταῖς πόλεσιν ἄρχοντας. τί γεέννης χαλεπώτερον; ἀλλ᾽ οὐδὲν τοῦ ταύτης χρησιμώτερον φόβου· ὁ γὰρ τῆς γεέννης φόβος τὸν τῆς βασιλείας ἡμῖν κομίζει στέφανον. ἔνθα φόβος ἐστὶν, οὐκ ἔστι φθόνος· ἔνθα φόβος ἐστὶ, χρημάτων ἔρως οὐκ ἐνοχλεῖ· ἔνθα φόβος ἐστὶν, ἔσβεσται θυμὸς, ἐπιθυμία κατέσταλται πονηρὰ, ἅπαν ἀλόγιστον ἐξώρισται πάθος· καὶ καθάπερ ἐν οἰκίᾳ στρατιώτου διηνεκῶς ὡπλισμένου, οὐ λῃστὴς, οὐ τοιχωρύχος, οὐκ ἄλλος τις τῶν τὰ τοιαῦτα κακουργούντων τολμήσει φανῆναι πλησίον, οὕτω καὶ φόβου τὰς ἡμετέρας κατέχοντος ψυχὰς, οὐδὲν τῶν ἀνελευθέρων παθῶν ἐπεισέρχεται ῥᾳδίως ἡμῖν· ἀλλὰ πάντα δραπετεύει καὶ φυγαδεύεται τῇ τυραννίδι τοῦ φόβου πάντοθεν ἐξελαυνόμενα. καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶν ὃ καρπούμεθα ἀπὸ τοῦ φόβου, ἀλλὰ καὶ ἕτερον πολλῷ τούτου μεῖζον. οὐ γὰρ δὴ τὰ πονηρὰ ἡμῶν ἀπελαύνει πάθη μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν εἰσάγει μετὰ πολλῆς εὐκολίας τὴν ἀρετήν. ἔνθα φόβος ἐστὶν, ἐκεῖ καὶ ἐλεημοσύνης σπουδὴ, καὶ εὐχῆς ἐπίτασις, καὶ δάκρυα θερμὰ καὶ ἐπάλληλα, καὶ στεναγμοὶ πολλὴν ἔχοντες τὴν κατάνυξιν. οὐδὲν γὰρ οὕτω κατεσθίει μὲν ἁμαρτήματα, ἀρετὴν δὲ αὔξεσθαι ποιεῖ καὶ θάλλειν, ὡς διηνεκὴς φόβου φύσις· διὰ τοῦτο τὸν μὴ συζῶντα φόβῳ, [c] ἀδύνατον κατορθοῦσθαι· ὥσπερ οὖν τὸν ἐν φόβῳ ζῶντα ἀδύνατον διαμαρτεῖν. μὴ τοίνυν ἀλγῶμεν, ἀγαπητοὶ, μηδὲ καταπίπτωμεν ἐπὶ τῇ παρούσῃ θλίψει, ἀλλὰ θαυμάσωμεν τὸ εὐμήχανον τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας. δι᾽ ὧν γὰρ προσεδόκησεν ὁ διάβολος τὴν πόλιν ἡμῶν καταβαλεῖν, διὰ τούτων αὐτὴν [d] ὁ θεὸς ἀνέστησέν τε καὶ ἀνώρθωσεν· ὁ μὲν γὰρ διάβολος ἐνέπνευσέ τισι παρανόμοις ἀνθρώποις, ὥστε εἰς τοὺς τῶν βασιλέων ὑβρίσαι ἀνδριάντας, ἵνα καὶ αὐτὸ τῆς πόλεως ἀφανισθῇ τὸ ἔδαφος· ὁ δὲ θεὸς αὐτῷ δὴ τούτῳ τῷ γεγενημένῳ πρὸς σωφρονισμὸν ἡμῶν πλείονα ἀπεχρήσατο, τῷ φόβῳ τῆς προσδοκωμένης ἀπειλῆς, πᾶσαν ἐκβαλὼν ῥᾳθυμίαν· καὶ γέγονε τοὐναντίον, ἤπερ ὁ δαίμων ἠθέλησε, δι᾽ ὧν αὐτὸς κατεσκεύασεν. ἡ γὰρ πόλις ἡμῖν καθ᾽ ἑκάστην ἐκκαθαίρεται τὴν ἡμέραν, καὶ στενωποὶ, καὶ ἄμφοδα, καὶ

c Alii, ἀμήχανοι κατορθῶσαι.
d Ita Savil. & magna pars Mss. in Morel. ὁ θεὸς deest.

ἀγοραὶ

ἀγοραὶ τῶν πορνικῶν καὶ διακεκλασμένων ἀπηλλάγησαν ᾀσμάτων, καὶ ὅπουπερ ἄν τις ἴδῃ, λιταὶ, καὶ εὐφημίαι, καὶ δάκρυα ἀντὶ γέλωτος ἀτάκτου, καὶ ῥήματα φιλοσοφίαν ἔχοντα ἀντὶ ῥημάτων αἰσχρῶν, καὶ ἐκκλησία γέγονεν ἡ πόλις ἅπασα τῶν ἐργαστηρίων ἀποκεκλεισμένων, καὶ πάντων ἐν ταῖς πανδήμοις ταύταις διημερευόντων λιταῖς, καὶ τὸν Θεὸν ἐν τῇ μιᾷ κοινῇ φωνῇ μετὰ πολλῆς καλούντων τῆς προθυμίας. ποῖος ταῦτα λόγος ἀνύσαι ποτὲ ἴσχυσε; ποία παραίνεσις; τίς συμβουλή; πόσον χρόνου μῆκος;

Διὰ ταῦτα εὐχαριστῶμεν, καὶ μὴ ἀποδυσπετῶμεν, μηδὲ δυσχεραίνωμεν· ὅτι γὰρ καλὸν ὁ φόβος, ἐδίδαξε μὲν τὰ εἰρημένα. ἄκουσον δὲ καὶ Σολομῶντος περὶ αὐτοῦ φιλοσοφοῦντος οὕτως, Σολομῶντος τοῦ πάσῃ συντραφέντος τρυφῇ, καὶ πολλῆς ἀπολαύσαντος ἀδείας· τί οὖν ἐκεῖνός φησιν; ἀγαθὸν πορευθῆναι εἰς οἶκον πένθους, ἢ πορευθῆναι εἰς οἶκον γέλωτος. τί λέγεις, εἰπέ μοι; ὅπου θρῆνος, καὶ δάκρυα, καὶ οἰμωγαὶ, καὶ ὀδύνη, καὶ ἀθυμία τοσαύτη, βέλτιον ἀπελθεῖν μᾶλλον, ἢ ὅπου χορεῖαι, καὶ κύμβαλα, καὶ γέλως, καὶ τρυφὴ, καὶ ἀδηφαγία, καὶ μέθη; [a] ναί, φησι. τίνος ἕνεκεν εἰπέ μοι, καὶ διὰ τί; ὅτι ἐκεῖθεν μὲν παροινία, ἐντεῦθεν δὲ σωφροσύνη τίκτεται· κἂν ἀπέλθῃ τις εἰς εὐπορωτέρου συμπόσιον, οὐκέτι μετὰ τῆς αὐτῆς ἡδονῆς ὄψεται τὴν οἰκίαν, ἀλλ' ἀηδῶς μὲν πρὸς τὴν γυναῖκα ἐπανήξει, ἀηδῶς δὲ τῆς ἑαυτοῦ μεθέξει τραπέζης, καὶ δυσάρεστος καὶ τοῖς οἰκέταις, καὶ τοῖς παιδίοις, καὶ πᾶσιν ἔσται τοῖς κατὰ τὴν οἰκίαν, ἀπὸ τῆς ἑτέρων εὐπορίας ἀκριβέστερον κατιδὼν τὴν ἑαυτοῦ πενίαν. καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ δεινὸν, ἀλλ' ὅτι καὶ βασκαίνει πολλάκις τῷ καλέσαντι αὐτὸν πρὸς τὴν εὐωχίαν, καὶ ὅλως οὐδὲν ἀγαθὸν λαβὼν οἴκαδε ἐπανήξει· ἐπὶ δὲ τῶν πενθούντων οὐδὲν τοιοῦτόν ἐστιν εἰπεῖν, ἀλλὰ πολλὴ μὲν ἡ φιλοσοφία, πολλὴ δὲ ἡ [b] σωφροσύνη. ἅμα γάρ τις ἐπιβῇ τῶν προθύρων τῆς οἰκίας τῆς τὸν νεκρὸν ἐχούσης, καὶ τὸν τετελευτηκότα εἶδεν ἄφωνον κείμενον, καὶ τὴν γυναῖκα τὰς τρίχας τίλλουσαν, τὰς παρειὰς καταξαίνουσαν, τοὺς βραχίονας κατατέμνουσαν, καταστέλλεται, σκυθρωπάζει, καὶ τῶν συγκαθημένων ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον οὐδὲν ἕτερον φθέγγεται, ἀλλ' ἢ, ὅτι οὐδέν ἐσμεν, καὶ ἡ κακία ἡμῶν ἄφατος. τί τούτων φιλοσοφώτερον τῶν ῥημάτων γένοιτ' ἂν, ὅταν καὶ τῆς φύσεως τὴν εὐτέλειαν ἐπιγινώσκωμεν, καὶ τὴν πονηρίαν διαβάλλωμεν, καὶ μηδὲν εἶναι τὰ παρόντα νομίζωμεν· ἑτέροις μὲν ῥήμασι, γνώμῃ δὲ τῇ αὐτῇ τὰ τοῦ Σολομῶντος φθεγγόμενοι ἐκεῖνα τὰ θαυμαστὰ, καὶ πολλῆς φιλοσοφίας γέμοντα, ὅτι ματαιότης ματαιοτήτων, καὶ τὰ πάντα ματαιότης; ὁ εἰς οἶκον πενθούντων εἰσελθὼν, εὐθέως δακρύει τὸν ἀπελθόντα, κἂν ἐχθρὸς ᾖ. εἶδες πόσον βελτίων αὕτη ἐκείνης ἡ οἰκία; ἐκεῖ μὲν γὰρ, κἂν φίλος ᾖ, φθονεῖ, ἐνταῦθα δὲ, κἂν ἐχθρὸς ᾖ, δακρύει· τοῦτο, ὃ μάλιστα πάντων ὁ Θεὸς ἐπιζητεῖ, τὸ μὴ ἐφήδεσθαι τοῖς λελυπηκόσιν. οὐ ταῦτα δὲ μόνον ἐστὶν ἐκεῖθεν καρπώσασθαι τὰ καλὰ, ἀλλὰ καὶ ἕτερα τούτων οὐκ ἐλάττω. καὶ γὰρ ἀναμιμνήσκεται τῶν ἁμαρτημάτων ἕκαστος

[a] Hæc, ναί, φησι, in solo Morel. desunt.
[b] Savil. & multi MSS. φιλοφροσύνη, Morel. σωφροσύνη. Paulopost Mor. | εἶδεν ἄφωνον, Savil. ἴδῃ ἄφωνον, alii ἰδὼν ἄφωνον.

ratæ meretriciis & lubricis sunt cantibus: & quocumque respexerit aliquis, supplicationes, & benedictiones, & lacrymæ pro risu soluto, & verba philosophiam habentia pro verbis turpibus: & Ecclesia facta nobis est civitas tota, officinis clausis, omnibus in his publicis supplicationibus diem totum agentibus, & Deum una communique voce cum multa invocantibus alacritate. Quis hæc sermo umquam expedire potuisset? quæ admonitio? quod consilium? quanta temporis longitudo?

2. Propterea Deo gratias agamus, non moleste feramus, nec indignemur: quod enim bonum sit timor, & memorata demonstraverunt: audi vero & Salomonem de hoc ita philosophantem, Salomonem, inquam, omnibus innutritum deliciis, & multa potitum libertate. Quid igitur inquit ille? *Melius est ire in domum luctus, quam in domum convivii.* (Eccle. 7. 3.) Quid est, quæso, quod ais? Ubi luctus, & lacrymæ, & gemitus, & dolor, & tristitia tanta, melius illinc abscedere, quam ubi choreæ, & cymbala, & risus, & deliciæ, & crapula, & ebrietas. Etiam, ait. Verum, qua de causa, quæso, & quapropter? quoniam illinc quidem petulantia, hinc vero modestia nascitur: & si quis ad opulentioris abeat convivium, non amplius cum eadem lætitia domum revertetur: sed tristis quidem ad uxorem redibit, tristis autem & de sua mensa participabit, & molestus servis & filiis, & omnibus erit domesticis, ex aliorum copia suam diligentius paupertatem considerans. Nec hoc solum est grave, sed id etiam quod sæpe vocanti se ad convivium invidet, & nihil penitus boni gratique sumens domum revertitur. Circa lugentes vero nihil tale dici potest, sed multa ibi philosophia, multa modestia. Simul enim ac quispiam domus mortuum habentis vestibulum ascenderit, mortuum intuitus mutum, jacentem, & uxorem crines vellentem, lacerantem genas, & brachia secantem, corripitur, tristatur, & considentium quisque ad proximum nil aliud loquitur, quam quod nil sumus, & malitia nostra sit ineffabilis. Quid his verbis sapientius esse possit, cum & naturæ vilitatem agnoscamus, & nostram accusemus improbitatem, & nihil esse præsentia cogitemus: aliis quidem verbis, sententia tamen eadem Salomonis illa loquentes mirabilia, & multæ plena philosophiæ, *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas?* (Eccle. 1. 2.) Lugentium domum ingressus, statim lacrymis defunctum prosequitur, etiamsi sit inimicus. Vidisti quanto melior hæc quam illa domus? Ille enim, etiamsi amicus sit, invidet: hic autem, etiamsi inimicus sit, lacrymatur: quod omnium maxime Deus exquirit, ut non insultemus iis, qui nos contristavere. Non hæc autem sola possunt hinc bona excerpi, verum & alia his non minora. Etenim peccatorum quisque suorum reminiscitur,

tremendi tribunalis, & pœnarum illarum, & judicii, ac licet sit infinita ab aliis passus mala, & domi tristitias habeat, ipsorum omnium medelâ captâ ita revertitur. Cogitans enim & se, & eos omnes, qui superbia tument, idipsum brevi passuros esse, & transitoria cuncta præsentia esse, sive suavia sint, sive tristia, tristitiam & invidiam omnem deponens, & levem reddens animam, & relevatus sic domum revertetur: & hinc mansuetior erit in omnes, & humanior, benignior, & sapientior, futurorum timore ipsius animam subingresso, & omnes spinas absumente. Et hæc omnia cognoscens ille dicebat, *Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum convivii.* Illinc torpor, hinc anxietas nascitur: illinc contemtus, hinc timor ad omnem nos virtutem deducens. Nisi bonum esset timor, non multos impendisset Christus sermones & longos, de pœna & supplicio illic futuris loquens. Timor nil aliud est, quam murus, & munimentum, & turris inexpugnabilis: etenim multa nobis munitione opus est: quia multæ sunt undique insidiæ, sicut ipse Salomon rursum sic admonens dicebat: *Agnosce quod in medio laqueorum transis, & super propugnaculis urbium ambulas.* Papæ, quot bonorum plenum est hoc verbum, nec minus quam superius! Ipsum igitur in mente quisque nostra scribamus, & semper in memoria circumferamus, & non facile peccabimus. Inscribamus prius ipsum cum omni diligentia discentes. Non enim dixit: Aspice quod in medio laqueorum pertransis, sed, *agnosce.* Et quare dixit, *agnosce?* Obumbratus est, inquit, laqueus: hoc enim laqueus est, quando non aperte mors apparet, neque manifesta clades, sed undique obtecta adjacet: propterea dixit, *agnosce.* Multa tibi opus est consideratione, & diligenti scrutatione: sicut enim pueri terra laqueos, sic diabolus vitæ voluptatibus peccata circumtexit. Sed agnosce perscrutans diligenter: & si lucrum occurrerit, ne lucrum aspicias solum, sed scrutare diligenter, ne forte mors & peccatum intra lucrum sit absconditum: & si videris, refuge. Rursus cum delectatio & voluptas occurrerit, ne voluptatem solum respicias, sed ne forte iniquitas aliqua in voluptatis profundo obumbrata sit, diligenter considera, & si inveneris, resilito. Sive consulat quispiam, sive aduletur, sive obsequatur, sive honores polliceatur, sive quodcumque aliud; omnia cum diligentia examinemus: & undique consideremus, ne forte damnum aliquod, ne forte periculum aliquod ex consilio, vel honore, vel obsequio nobis eveniat, & ne celeriter & inconsiderate accurramus. Si enim unus tantum & duo laquei forent, facilis esset custodia: nunc autem ipsorum multitudinem ostendere volens Salomon, quomodo dicit, audias: *Agnosce, quod in medio laqueorum pertran-*

Eccle. 7. 3.

Eccle. 9. 20.

In mundo plena omnia laqueis.

a Alii repetunt φόβος, φόβος.
b Alii, πόλεως.

τῆς ἑαυτοῦ, καὶ τοῦ δικαστηρίου τοῦ φοβεροῦ, καὶ τῶν εὐθυνῶν ἐκείνων, καὶ τῆς κρίσεως, κἂν ᾖ μυρία κακὰ πεπονθὼς παρ' ἑτέρων, καὶ λύπας κατὰ τὴν οἰκίαν ἔχων, πάντων αὐτῶν λαβὼν τὸ φάρμακον οὕτως ἐπάνεισιν. ἐννοήσας γὰρ, ὅτι μικρὸν ὕστερον καὶ αὐτὸς πείσεται τοῦτο, καὶ πάντες δὲ οἱ μεγάλα φυσῶντες, καὶ ὅτι παρέρχεται τὰ παρόντα ἅπαντα, κἂν χρηστὰ ᾖ, κἂν λυπηρὰ, ἀθυμίαν καὶ βασκανίαν ἅπασαν ἀποθέμενος, καὶ κούφην ποιήσας τὴν ψυχὴν, καὶ πτερωθεὶς, οὕτως οἴκαδε ἀναστρέψει· καὶ ἐντεῦθεν ἡμερώτερος ἔσται πᾶσι λοιπὸν, ἐπιεικέστερος, καὶ προσηνέστερος, καὶ φιλοσοφώτερος, τοῦ φόβου τῶν μελλόντων ἐπεισελθόντος αὐτοῦ τῇ ψυχῇ, καὶ τὰς ἀκάνθας δαπανήσαντος ἁπάσας. καὶ ταῦτα πάντα ἐκεῖνος συνιδὼν ἔλεγεν, ὅτι ἀγαθὸν πορευθῆναι εἰς οἶκον πένθους, ἢ πορευθῆναι εἰς οἶκον πότου· ἐκεῖθεν ῥᾳθυμία, ἐντεῦθεν ἀγωνία γίνεται· ἐκεῖθεν καταφρόνησις, ἐντεῦθεν [a] φόβος, ὁ πρὸς ἅπασαν ἡμᾶς παιδαγωγῶν ἀρετήν. εἰ μὴ καλὸν ἦν ὁ φόβος, οὐκ ἂν τοὺς πολλοὺς καὶ μακροὺς ἀνήλωσε λόγους ὁ Χριστὸς περὶ τῆς ἐκεῖ κολάσεως καὶ τιμωρίας διαλεγόμενος. ὁ φόβος οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ τεῖχος καὶ ἀσφάλεια, καὶ πύργος ἀκαταγώνιστος· καὶ γὰρ πολλῆς ἡμῖν ἀσφαλείας δεῖ, διὰ τὸ πολλὰς εἶναι πανταχοῦ τὰς ἐνέδρας· καθάπερ αὐτὸς οὗτος πάλιν παραινῶν ὁ Σολομὼν ἔλεγεν, ἐπίγνωθι, ὅτι ἐν μέσῳ παγίδων διαβαίνεις, καὶ ἐπὶ ἐπάλξεων [b] πόλεων περιπατεῖς. βαβαὶ πόσων γέμει τοῦτο τὸ ῥῆμα ἀγαθῶν· καὶ οὐκ ἔλαττον ἢ τὸ πρότερον. ἐγγραψώμεθα τοίνυν ἕκαστος ἐπὶ τῆς διανοίας αὐτὸ τῆς ἡμετέρας, καὶ περιφέρωμεν ἐπὶ τῆς μνήμης ἀεὶ, καὶ οὐχ ἁμαρτησόμεθα ταχέως. ἐγγράψωμεν πρότερον αὐτὸ μετὰ ἀκριβείας ἁπάσης μαθόντες· οὐ γὰρ εἶπε, βλέπε, ὅτι ἐν μέσῳ παγίδων διαβαίνεις, ἀλλ' ἐπίγνωθι. καὶ τίνος ἕνεκεν εἶπεν, ἐπίγνωθι; συνεσκίασταί, φησιν, ἡ παγίς· τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ παγὶς, ὅταν μὴ φανερὸς ὁ ὄλεθρος φαίνηται, μηδὲ δήλη ἡ βλάβη, ἀλλὰ πανταχόθεν περιεσταλμένη παράκειται· διὰ τοῦτό φησιν, ἐπίγνωθι· πολλῆς σοι δεῖ τῆς κατανοήσεως, καὶ ἀκριβοῦς τῆς ἐρεύνης. ὥσπερ γὰρ τὰ παιδία τῇ γῇ τὴν παγίδα, οὕτως ὁ διάβολος τὰς ἁμαρτίας ταῖς βιωτικαῖς περιέστειλεν ἡδοναῖς· ἀλλ' ἐπίγνωθι διερευνώμενος ἀκριβῶς, καὶ ἐὰν ἐμπέσῃ κέρδος, μὴ τὸ κέρδος ἴδῃς μόνον, ἀλλ' ἐρεύνησον ἀκριβῶς, μή που θάνατος καὶ ἁμαρτία εἰς τὸ κέρδος ἔνδον ἐγκέκρυπται· κἂν ἴδῃς, ἀπόφυγε. πάλιν, ὅταν τέρψις καὶ ἡδονὴ περιεμπέσῃ, μὴ τὴν ἡδονὴν ἴδῃς μόνον, ἀλλὰ μή που παρανομία τις ἐν τῷ βάθει τῆς ἡδονῆς συνεσκίασται, μετὰ ἀκριβείας ἐξέτασον, κἂν εὕρῃς, ἀποπήδησον· κἂν συμβουλεύῃ τις, κἂν κολακεύῃ, κἂν θεραπεύῃ, κἂν τιμὰς ἐπαγγέλληται, κἂν ὁτιοῦν ἕτερον, πάντα ἐξετάσωμεν μετὰ ἀκριβείας, καὶ περισκοπῶμεν πάντοθεν μή πού τις βλάβη, μή πού τις κίνδυνος ἀπὸ τῆς συμβουλῆς, ἢ τῆς τιμῆς, ἢ τῆς θεραπείας ἡμῖν ἐγγένηται, καὶ μὴ ταχέως καὶ ἀπερισκέπτως ἐπιτρέχωμεν. εἰ μὲν γὰρ μία καὶ δύο μόνον ἦσαν αἱ παγίδες, εὔκολος ἦν ἡ φυλακή· νῦν δὲ τὸ πλῆθος αὐτῶν ἐνδείξασθαι βουλόμενος ὁ Σολομὼν, [c] ἄκουσον πῶς φησιν, ἐπίγνωθι ὅτι ἐν μέσῳ

c Alii, ἄκουσον τί φησιν.

παγίδων διαβαίνεις· οὐκ εἶπεν, ὅτι παρὰ παγίδας διαβαίνεις, ἀλλ' ἐν μέσῳ παγίδων. ἑκατέρωθεν ἡμῖν τὰ βάραθρα, ἑκατέρωθεν οἱ δόλοι. ἐνέβη τις εἰς ἀγορὰν, εἶδεν ἐχθρὸν, ἐφλέγμανεν ἀπὸ τῆς ὄψεως μόνης· εἶδε φίλον εὐδοκιμοῦντα, ἐβάσκηνεν· εἶδε πένητα, κατεφρόνησε, καὶ παρεῖδε· εἶδε πλούσιον, καὶ ἐφθόνησεν. εἶδέ τινα ἐπηρεαζόμενον, ἀπεδυσπέτησεν· εἶδέ τινα ἐπηρεάζοντα, ἐδυσχέρανεν· εἶδε γυναῖκα εὔμορφον, ἑάλω. εἶδες πόσαι παγίδες ἀγαπητέ; διὰ τοῦτό, φησιν, ἐπίγνωθι ὅτι ἐν μέσῳ παγίδων διαβαίνεις. καὶ ἐν οἰκίᾳ παγίδες, καὶ ἐπὶ τραπέζης παγίδες, καὶ ἐπὶ συλλόγων παγίδες. πολλάκις ἀπερισκέπτως τις μεταξὺ φίλων θαῤῥῶν ἐφθέγξατό τι τῶν οὐκ ὀφειλόντων ἐξενεχθῆναι ῥημάτων, καὶ κίνδυνον ἤνεγκε τοσοῦτον, ὥστε ὁλόκληρον ἀνατρέψαι τὴν οἰκίαν.

Πανταχόθεν τοίνυν διερευνώμεθα τὰ πράγματα μετ' ἀκριβείας· πολλάκις καὶ γυνὴ γέγονε παγὶς τοῖς μὴ προσέχουσι, πολλάκις παιδία, πολλάκις φίλοι, πολλάκις γείτονες. καὶ τίνος ἕνεκεν τοσαῦται παγίδες, φησίν; ἵνα μὴ κάτωθεν πετώμεθα, ἀλλὰ τὰ ἄνω ζητῶμεν. καὶ γὰρ τὰ πετεινὰ ἕως ἂν τὸν ὑψηλὸν ἀέρα τέμνῃ, οὐ ταχέως ἁλίσκεται, οὕτω καὶ σὺ, ἕως ἂν πρὸς τὰ ἄνω βλέπῃς, οὔτε ὑπὸ παγίδος, οὔτε ὑφ' ἑτέρας τινὸς ἁλώσῃ ῥᾳδίως ἐπιβουλῆς. ἰξευτής ἐστιν ὁ διάβολος· γενοῦ τοίνυν τῶν ἐκείνου καλάμων ὑψηλότερος. ὁ πρὸς τὸ ὕψος ἀναβὰς οὐκέτι οὐδὲν θαυμάσεται τῶν βιωτικῶν πραγμάτων· ἀλλ' ὥσπερ ἐπειδὰν εἰς τὴν κορυφὴν ἀναβαίνωμεν τῶν ὀρῶν, μικρὰ καὶ ἡ πόλις ἡμῖν εἶναι δοκεῖ καὶ τὰ τείχη, καὶ μυρμήκων δίκην ἐπὶ τῆς γῆς οἱ ἄνδρες ἡμῖν βαδίζοντες φαίνονται, οὕτως ἐπειδὰν ἐπὶ τὴν ὑψηλὴν ἔννοιαν τῆς φιλοσοφίας ἀνέλθῃς, οὐδέν σε τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ἐκπλῆξαι δυνήσεται, ἀλλὰ μικρὰ πάντα φανεῖται, καὶ πλοῦτος, καὶ δόξα, καὶ δυναστεία, καὶ τιμὴ, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον, ὅταν τὰ ἐν οὐρανοῖς βλέπῃς. καθάπερ οὖν καὶ Παύλῳ μικρὰ πάντα ἐφαίνετο, καὶ νεκρῶν ἀχρηστότερα τὰ λαμπρὰ τοῦ παρόντος βίου. διὰ τοῦτο καὶ ἐβόα λέγων, ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται· διὰ τοῦτο ἡμῖν παραινεῖ λέγων, τὰ ἄνω φρονεῖτε· ἄνω; ποῖα λέγεις, εἰπέ μοι; ὅπου ἥλιος; ὅπου σελήνη; οὐχί φησιν. ἀλλὰ ποῦ; ὅπου ἄγγελοι, ὅπου ἀρχάγγελοι, ὅπου τὰ χερουβὶμ, καὶ τὰ σεραφίμ; οὐχί φησιν· ἀλλὰ ποῦ; ὅπου ὁ Χριστός ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ καθήμενος. πειθώμεθα τοίνυν, κἀκεῖνο διηνεκῶς λογιζώμεθα, ὅτι καθάπερ τῷ στρουθίῳ ὄφελος οὐδὲν τῶν πτερῶν ὑπὸ τῆς παγίδος ἁλόντι, ἀλλ' εἰκῆ καὶ μάτην πτερύσσεται, οὕτω καί σοι τῶν λογισμῶν οὐδὲν ὄφελος, ἐὰν κατὰ κράτος ὑπὸ τῆς πονηρᾶς ἐπιθυμίας ἁλῷς, ἀλλ' ὅσα ἂν σκιρτήσῃς, ἑάλως. διὰ τοῦτο πτερὰ τοῖς στρουθίοις, ἵνα ἐκφύγῃ τὰς παγίδας· διὰ τοῦτο λογισμοὶ τοῖς ἀνθρώποις, ἵνα ἐκφύγωσι τὰ ἁμαρτήματα. τίνα οὖν ἕξομεν συγγνώμην, τίνα δὲ ἀπολογίαν, ὅταν τῶν ἀλόγων ὦμεν ἀνοητότεροι; ὁ μὲν γὰρ στρουθὸς ἅπαξ ἁλοὺς ὑπὸ παγίδος, εἶτα διαφυγὼν, καὶ ἔλαφος δὲ [a] εἰς δίκτυον ἐμπεσοῦσα, καὶ διαδρᾶσα, δυσκόλως ἁλώσονται πάλιν τοῖς αὐτοῖς· ἑκάστῳ γὰρ ἡ πεῖρα διδάσκαλος ἀσφαλείας

[a] Alii, εἰς δίκτυα.

A *sis.* Non dixit, juxta laqueos pertransis, sed in medio laqueorum. Utrinque nobis voragines, utrinque doli. Processit quispiam in forum, vidit inimicum, exarsit ex aspectu solo: vidit amicum laudem consequentem, invidit: vidit pauperem, contemsit, & despexit: divitem, & invidit. Quempiam vidit affectum injuria & ægre tulit: quempiam vidit infestantem, & indignatus est: vidit speciosam mulierem, captus est. Viden' quot laquei? Ideo dicit, *agnosce, quod in medio laqueorum transis.* Et domi laquei, & in mensa laquei, & in concionibus laquei. Sæpius inconsi-
B derate quis inter amicos confidens, loquutus est aliquod verborum quæ proferri non debent, & tale pertulit periculum, ut totam domum subverteret.

3. Undique igitur res cum diligentia perscrutemur, & uxor sæpe non advertentibus laqueus est facta, sæpe filii, sæpe amici, vicini sæpe. Et qua de re tot laquei? ne deorsum volemus, sed superiora quæramus. Etenim volatilia donec altum aërem secant, non facile capiuntur: ita tu donec ad superiora respexeris, nec laqueo, nec ullis facile capieris insidiis. Auceps est diabolus: sis igitur ipsius cala-
C mis sublimior. Qui ascendit in altum, non amplius ullam rerum admirabitur humanarum, sed sicut postquam in montium verticem ascenderimus, parva nobis & urbs & mœnia apparent, & formicarum more nobis viri super terram ire videntur: sic postquam ad celsam philosophiæ cogitationem ascenderis, nihil terrenorum te percellere poterit, sed parva videbuntur omnia, & divitiæ, & gloria, & potentia, & honor, & si quid aliud hujusmodi, cum cælestia respicias: sicut scilicet & Paulo parva omnia videbantur, & mortuis inutiliora ea, quæ in præsenti vita
D sunt splendida. Propterea clamabat, dicens: *Mihi mundus crucifixus est*: ideo nos Gal. 6. 14.
admonet his verbis: *Quæ sursum sunt, sapite.* Quæ sursum sunt, qualia dicis, dic Colos. 3. 2.
mihi? Ubi sol, ubi luna? Non, inquit: sed ubi? Ubi Angeli, ubi Archangeli? Ubi Cherubim, & Seraphim? Non, inquit: sed ubi? *Ubi Christus est in dextera Dei sedens.* Pareamus igitur, & illud assidue ratiocinemur, quod sicut aviculæ laqueo captæ alarum utilitas nulla: sed frustra & incassum alas ipsa concutit: ita tibi nulla ratiocinationum utilitas, si ab improba
E penitus cupiditate captus sis, sed quantumcumque resilieris, captus es. Ideo alæ sunt aviculis, ut effugiant laqueos: ideo ratiocinationes hominibus, ut peccata fugiant. Quam igitur veniam habebimus, quam vero defensionem, cum brutis simus dementiores? Avicula namque semel capta laqueo, mox elapsa, & cervus in rete decidens & effugiens, iisdem iterum difficile capiuntur: nam cuique fit expe-

Experientia cautelæ magistra.

rientia cautelæ magistra. Nos sæpius iisdem capti, in eadem cadimus: neque brutorum providentiam & solicitudinem nos ratione decorati imitamur. Quoties quippe mulierem conspicati, innumera passi sumus gravia, domum concepta reversi cupiditate, & multis diebus dolore confecti? Verumtamen non corrigimur, sed vix priore curato vulnere, rursus in eadem labimur, & ab iisdem expugnamur, & propter brevem visus voluptatem diuturnum quemdam & continuum dolorem sustinemus. Sed si frequenter nobis hoc repetere dictum didicerimus, omnibus malis abstinebimus. Laqueus maximus mulieris forma: imo vero non mulieris forma, sed lascivus aspectus. Non enim res calumniemur: sed nos, & nostrum torporem. Neque dicamus, Ne sint mulieres: sed, ne sint adulteria: neque dicamus, ne sit pulcritudo, sed, ne sit fornicatio: neque dicamus, ne sit venter: sed, non sit crapula: non enim venter crapulam facit, sed negligentia nostra. Non dicamus quia comeditur & bibitur, omnia hinc mala: non enim propter hoc, sed propter torporem & ingluviem nostram. Non comedit quippe, nec bibit diabolus, & cecidit: comedit & bibit Paulus, & in cælum ascendit. Quot dicentes audio, Non sit paupertas? Obmutescere faciamus igitur eos, qui talia ægre ferunt: blasphemia enim est talia dicere. Dicamus igitur ipsis, Non sit pusillanimitas: paupertas enim innumera vitæ bona intulit nostræ, & sine paupertate inutiles sunt divitiæ. Ne calumniemur itaque nec has, nec illam: paupertas enim & divitiæ sunt arma, ad virtutem utraque ferentia, si velimus. Sicut igitur generosus miles, quodcumque ferrum capiat, propriam virtutem ostendit: sic imbellis & ignavus ab omnibus impeditur. Et ut discas hoc verum esse illius mihi Job recordare, qui simul & dives & pauper factus est, & utraque arma tractavit, & in utrisque vicit. Et quando dives quidem erat, dicebat: *Janua mea omni venienti fuit aperta*: quando vero pauper factus est, dicebat: *Dominus dedit, dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est.* Dum fuit dives, multam hospitalitatem; cum factus est pauper, multam patientiam exhibuit. Et tu igitur si dives es, multam demonstra eleemosynam: si pauper factus es, patientiæ multum & tolerantiæ. Neque enim divitiæ malum, nec paupertas simpliciter, sed juxta voluntatem utentium hæc utraque fiunt.

Job 31. 32.

Job 1. 21.

4. Nos igitur ipsos instituamus, ut non talia de rebus feramus judicia, neque Dei opera, sed improbam hominum voluntatem accusemus. Neque pusillanimem divitiæ possunt adjuvare, nec magnanimo pauperies umquam nocet. Agnoscamus igitur laqueos, & ab ipsis procul eamus: agnoscamus præcipitia, nec appropinquemus. Hoc maximæ securitatis nobis erit

A γοῦ. ἡμεῖς δὲ πολλάκις τοῖς αὐτοῖς ἁλόντες τοῖς αὐτοῖς περιπίπτομεν, καὶ οὐδὲ τῶν ἀλόγων τὸ προνοητικὸν καὶ μεμεριμνημένον οἱ λόγῳ τιμηθέντες μιμούμεθα. ποσάκις οὖν ἰδόντες γυναῖκα, μυρία ἐπάθομεν δεινὰ οἴκαδε ἀναχωρήσαντες, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν δεξάμενοι, καὶ ἐπὶ πολλαῖς ὀδυνηθέντες ἡμέραις, ἀλλ' ὅμως οὐ σωφρονιζόμεθα, ἀλλὰ μόλις τὸ πρότερον θεραπεύσαντες ἕλκος, πάλιν τοῖς αὐτοῖς περιπίπτομεν, καὶ ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἁλισκόμεθα, καὶ διὰ βραχεῖαν ἡδονὴν ὄψεως, διηνεκῆ τινα καὶ χρόνιον ὑπομένομεν ὀδύνην. ἀλλ' ἐὰν μάθωμεν συνεχῶς ταύτην ἐπιλέγειν ἑαυτοῖς τὴν ῥῆσιν, B πάντων ἀποστησόμεθα τῶν δεινῶν· παγὶς μεγίστη κάλλος γυναικός· μᾶλλον δὲ οὐχὶ κάλλος γυναικὸς, ἀλλ' ἡ ἀκόλαστος ὄψις· μὴ γὰρ δὴ τὰ πράγματα διαβάλλωμεν, ἀλλ' ἡμᾶς, καὶ τὴν ἡμετέραν ῥαθυμίαν· μηδὲ λέγωμεν, μὴ ἔστωσαν γυναῖκες, ἀλλὰ μὴ ἔστωσαν μοιχεῖαι· μηδὲ λέγωμεν, μὴ ἔστω κάλλος, ἀλλὰ μὴ ἔστω πορνεία· μηδὲ λέγωμεν, μὴ ἔστω κοιλία, ἀλλὰ μὴ ἔστω ἀδηφαγία. οὐ γὰρ ἡ κοιλία τὴν ἀδηφαγίαν ποιεῖ, ἀλλ' ἡ ἡμετέρα ῥαθυμία. μὴ λέγωμεν, διὰ τὸ φαγεῖν, καὶ πιεῖν πάντα τὰ κακά· οὐ γὰρ διὰ τοῦτο, ἀλλὰ διὰ τὴν ῥαθυμίαν, καὶ τὴν ἀπληστίαν τὴν ἡμετέραν. C οὐκ ἔφαγε γοῦν, οὐδὲ ἔπιεν ὁ διάβολος, καὶ κατέπεσεν· ἔφαγεν καὶ ἔπιεν ὁ Παῦλος, καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνῆλθε. πόσων ἀκούω λεγόντων, μὴ ἔστω πενία; ἐπιστομίζωμεν τοίνυν τοὺς τὰ τοιαῦτα δυσχεραίνοντας· βλασφημία γὰρ τὸ τὰ τοιαῦτα λέγειν ἐστί. λέγωμεν τοίνυν πρὸς αὐτοὺς, μὴ ἔστω μικροψυχία· πενία γὰρ μυρία εἰς τὸν βίον ἡμῶν εἰσήγαγεν ἀγαθὰ, καὶ χωρὶς πενίας ὁ πλοῦτος ἄχρηστος. μὴ τοίνυν μήτε τοῦτον, μήτε ἐκείνην διαβάλλωμεν. πενία γὰρ καὶ πλοῦτος ὅπλα ἐστὶ πρὸς ἀρετὴν ἑκάτερα φέροντα, ἂν ἐθέλωμεν. ὥσπερ οὖν ὁ γενναῖος στρατιώτης, ὅπερ ἂν ὅπλον λάβῃ, τὴν οἰκείαν ἀρετὴν ἐπιδείκνυται, D οὕτως ὁ ἄνανδρος, καὶ δειλὸς ὑφ' ἑκατέρων ἐμποδίζεται. καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, ἀναμνήσθητί μοι τοῦ Ἰὼβ, ὃς ὁμοῦ καὶ πλούσιος καὶ πένης γέγονε, καὶ ἑκάτερα τὰ ὅπλα μετεχειρίσατο, καὶ ἐν ἑκατέροις ἐκράτησε. καὶ ὅτε μὲν πλούσιος ἦν, ἔλεγεν, ἡ θύρα μου παντὶ ἐλθόντι ἠνέῳκτο· ὅτε δὲ πένης γέγονεν, ἔλεγεν, ὁ κύριος ἔδωκεν, ὁ κύριος ἀφείλετο, ὡς τῷ κυρίῳ ἔδοξεν οὕτω καὶ ἐγένετο. ὅτε πλούσιος ἦν, πολλὴν τὴν φιλοξενίαν, ὅτε πένης γέγονε, πολλὴν τὴν ὑπομονὴν ἐπεδείξατο. καὶ σὺ τοίνυν πλούσιος εἶ; πολλὴν ἐπιδείκνυσο τὴν ἐλεημοσύνην· E πένης γέγονας; πολλὴν τὴν καρτερίαν καὶ τὴν ὑπομονήν. οὔτε γὰρ πλοῦτος κακὸν, οὔτε πενία ἁπλῶς· ἀλλὰ παρὰ τὴν προαίρεσιν τῶν χρωμένων ἑκάτερα ταῦτα γίνεται.

Παιδεύσωμεν τοίνυν ἑαυτοὺς μὴ τοιαύτας περὶ τῶν πραγμάτων ἔχειν τὰς κρίσεις, μηδὲ τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ τὴν προαίρεσιν τὴν πονηρὰν τῶν ἀνθρώπων διαβάλλειν. τὸν μικρόψυχον οὐδὲ ὁ πλοῦτος ὠφελῆσαι δύναται· τὸν μεγαλόψυχον οὐδὲ ἡ πενία καταβλάπτει ποτέ. ἐπιγνῶμεν τοίνυν τὰς παγίδας, καὶ πόῤῥωθεν αὐτῶν βαδίζωμεν· ἐπιγνῶμεν τοὺς κρημνοὺς, καὶ μηδὲ ἐγγὺς γινώμεθα. τοῦτο ἀσφαλείας ἡμῖν ἔσται μεγίστης ὑπόθεσις.

huc est & terrenus, mundana sapit, & ad mundanam vanitatem stupet, gloriam amat præsentem. Si a primordiis statim audierit, quod factus Christianus, vinctus mox fiet, & catena circumdabitur, confusus & erubescens a prædicatione resiliet. Propterea dicit: *Absque vinculis his*, non ipse vincula recusans; absit: sed illius condescendens infirmitati, quoniam ipse sic illa diligit, & amplectitur, ut ambitiosa mulier monilia sua. Unde hoc manifestum? *Gaudeo in passionibus meis*, inquit, *& suppleo defectus tribulationum Christi in carne mea.* Et iterum: *Quoniam vobis donatum est a Christo non tantum in ipsum credere, verum & pro ipso pati.* Et iterum: *Non tantum autem, sed & gloriamur in tribulationibus.* Si gaudet igitur & gloriatur, & id vocat donum gratuitum, certum quod propter hanc causam ad Judicem loquens hæc dicebat. Quoniam & & aliàs rursum in necessitatem delapsus gloriandi, hoc ipsum demonstrat, dicens: *Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, in necessitatibus, in contumeliis, in persequutionibus, in angustiis, ut inhabitet in me virtus Christi.* Et iterum: *Si gloriari oportet, in infirmitate mea gloriabor.* Et alibi seipsum aliis comparans, & per comparationem nobis excellentiam demonstrans, sic inquit: *Ministri Christi sunt, ut minus sapiens loquor, plus ego.* Et excessum demonstrare volens, non quod mortuos resuscitaverit, dæmonesve expulerit, neque quod mundaverit leprosos, aliudve quid hujusmodi fecerit, dixit: sed quid? Quod innumeras passus sit molestias: cum enim dixisset, *plus ego*, intulit tentationum multitudinem: *In plagis supra modum, in mortibus frequenter, in carceribus abundantius, a Judæis quinquies quadragenas una minus accepi, ter virgis cæsus sum, semel lapidatus, ter naufragium feci, nocte ac die in profundo maris fui:* & reliqua omnia. Sic ubique gloriatur in tribulationibus Paulus, & ea re mirum in modum sese ornat, ac jure merito. Nam hoc est quod maxime Christi virtutem demonstrat, quoniam per talia vicerunt Apostoli, per vincula, tribulationes, flagella, & extrema mala. Nam hæc duo Christus denunciavit, tribulationem & remissionem, labores & coronas, sudores & retributiones, suavia & tristia: sed tristia quidem vitæ dedit præsenti, suavia vero in futurum distulit, pariter demonstrans se homines non decipere, atque ipsum ærumnarum pondus ordine quodam minuere satagens. Qui decipit enim suavia prius proponit, & mox infert tristia. Quale est: Plagiarii puerulos sæpe parvos prædantes, & furantes, non plagas & verbera, neque aliud hujusmodi pollicentur, sed placentas & bellaria, & alia talia quibus puerilis gaudere consuevit ætas, prætendunt, ut his illi allecti, & libertatem suam prodentes, in extremum periculum delabantur. Avium vero pis-

Coloss. 1. 24. Philip. 1. 29. Rom. 5. 3. 2. Cor. 12. 1. 2. Cor. 11. 30.

Non de patratis miraculis, sed de ærumnis gloriatur Paulus.

a In aliis, αἰῶνα deest,

A νής ἐστιν ἔτι καὶ γήϊνος, βιωτικὰ φρονεῖ, καὶ πρὸς τὴν κοσμικὴν φαντασίαν ἐπτόηται, δόξης ἐρᾷ τῆς παρούσης. ἂν ἐκ προοιμίων εὐθέως ἀκούσῃ, ὅτι γενόμενος Χριστιανὸς, δεσμώτης εὐθέως γενήσεται, καὶ ἅλυσιν περικείσεται, αἰσχυνθεὶς καὶ ἐρυθριάσας ἀποπηδήσεται τοῦ κηρύγματος· διὰ τοῦτο, φησὶν, ἄνευ τῶν δεσμῶν τούτων, οὐκ αὐτὰ τὰ δεσμὰ παραιτούμενος· μὴ γένοιτο· ἀλλ' ἐκείνου τῇ ἀσθενείᾳ συγκαταβαίνων, ἐπεὶ αὐτὸς οὕτως αὐτὰ φιλεῖ καὶ ἀσπάζεται, ὡς γυνὴ φιλόκοσμος τὰ χρύσεα τὰ ἑαυτῆς. πόθεν τοῦτο δῆλον; χαίρω ἐν τοῖς παθήμασί μου, φησὶ, καὶ ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου. καὶ πάλιν· ὅτι ὑμῖν ἐχαρίσθη ἀπὸ τοῦ
B Χριστοῦ, οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν. καὶ πάλιν· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν. εἰ τοίνυν χαίρει καὶ καυχᾶται, καὶ χάρισμα τὸ πρᾶγμα καλεῖ, εὔδηλον, ὅτι διὰ τὴν αἰτίαν ταύτην πρὸς τὸν δικαστὴν διαλεγόμενος ταῦτα ἔλεγεν. ἐπεὶ καὶ εἰς ἀνάγκην ἀλλαχοῦ πάλιν ἐμπεσὼν τοῦ καυχήσασθαι, τοῦτο αὐτὸ ἐνδείκνυται λέγων· ἥδιστα οὖν καυχήσομαι, φησὶν, ἐν ταῖς ἀσθενείαις μου, ἐν ἀνάγκαις, ἐν ὕβρεσιν, ἐν διωγμοῖς, ἐν στενοχωρίαις, ἵνα ἐπισκηνώσῃ ἐπ' ἐμὲ ἡ δύναμις τοῦ Χριστοῦ. καὶ πάλιν· εἰ καυχᾶσθαι δεῖ, τὰ τῆς ἀσθενείας μου καυχήσομαι. καὶ ἀλλαχοῦ συγκρίνων ἑαυτὸν ἑτέροις, καὶ τὴν κατὰ σύγκρισιν ὑπεροχὴν ἡμῖν ἐνδεικνύμενος, οὑτωσί πως φησί· διάκονοι
C Χριστοῦ εἰσί· παραφρονῶν λαλῶ, ὑπὲρ ἐγώ. καὶ δεῖξαι βουλόμενος τὴν ὑπεροχὴν, οὐχ ὅτι νεκροὺς ἀνέστησεν, οὐδ' ὅτι δαίμονας ἀπήλασεν, οὐδ' ὅτι λεπροὺς ἐκαθάρισεν, οὐδ' ὅτι ἄλλο τι τῶν τοιούτων ἐποίησεν, εἶπεν, ἀλλὰ τί; ὅτι τὰ μυρία ἔπαθε δεινά. εἰπὼν γοῦν, ὅτι ὑπὲρ ἐγὼ, ἐπήγαγε τῶν πειρασμῶν τὸ πλῆθος οὕτω λέγων· ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως, ἐν θανάτοις πολλάκις, ἐν φυλακαῖς περισσοτέρως· ὑπὸ Ἰουδαίων πεντάκις τεσσαράκοντα παρὰ μίαν ἔλαβον· τρὶς ἐῤῥαβδίσθην· ἅπαξ ἐλιθάσθην· τρὶς ἐναυάγησα· νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα, καὶ τὰ λοιπὰ ἅπαντα. οὕτω πανταχοῦ καυχᾶ-
D ται ἐν ταῖς θλίψεσιν ὁ Παῦλος, καὶ ἐγκαλλωπίζεται τῷ πράγματι μεθ' ὑπερβολῆς· καὶ μάλα εἰκότως. τοῦτο γάρ ἐστιν ὃ μάλιστα τὴν δύναμιν ἐνδείκνυται τοῦ Χριστοῦ· ὅτι διὰ τούτων ἐκράτησαν οἱ ἀπόστολοι· διὰ δεσμῶν, καὶ θλίψεων, καὶ μαστίγων, καὶ τῶν ἐσχάτων κακῶν. δύο γὰρ ταῦτα ὁ Χριστὸς ἐπηγγείλατο, θλῖψιν καὶ ἄνεσιν, πόνους καὶ στεφάνους, ἱδρῶτας καὶ ἀμοιβὰς, χρηστὰ καὶ λυπηρά. ἀλλὰ τὰ μὲν λυπηρὰ κατὰ τὸν παρόντα βίον δέδωκε· τὰ δὲ χρηστὰ εἰς τὸν μέλλοντα [a] αἰῶνα ἐταμιεύσατο, ὁμοῦ τε
E δεικνὺς, ὅτι οὐκ ἀπατᾷ τοὺς ἀνθρώπους καὶ αὐτὸ τῶν δεινῶν τὸ φορτικὸν ὑποτέμνεσθαι τῇ τάξει βουλόμενος. ὁ μὲν γὰρ ἀπατῶν τὰ χρηστὰ προτείνεται πρότερον, καὶ ὕστερον ἐπάγει τὰ λυπηρά. οἷόν τι λέγω· ἀνδραποδισταὶ πολλάκις παιδία μικρὰ συλῶντες καὶ κλέπτοντες, οὐ πληγὰς καὶ μάστιγας, οὐδ' ἄλλο τι τῶν τοιούτων ὑπισχνοῦνται, ἀλλὰ πλακοῦντας, καὶ τραγήματα, καὶ ἕτερα τοιαῦτα, οἷς ἡ παιδικὴ χαίρειν εἴωθεν ἡλικία, προτείνουσιν, ἵνα τούτοις ἐκεῖνα δελεασθέντα, καὶ τὴν ἐλευθερίαν αὐτῶν ἀποδόμενα εἰς κίνδυνον ἐμπέσῃ τὸν ἔσχατον· καὶ ὀρνίθων δὲ

καὶ ἰχθύων. [a] οἱ θηρευταὶ οὕτω τὰ θηρευόμενα δελεάζουσι, A τὴν συνήθη τροφὴν καὶ καθ' ἡδονὴν τοῖς ἀγρευομένοις οὖσαν πρότερον προτείνοντες, καὶ τὴν παγίδα ταύτῃ περιστέλλοντες. ὥστε ἀπατώντων μάλιστα τοῦτο ἔργον ἐστὶ, πρότερον τὰ χρηστὰ προτείνεσθαι, εἶτα ὕστερον ἐπάγειν τὰ λυπηρὰ, κηδομένων δὲ καὶ φροντιζόντων τοὐναντίον ἅπαν. οἱ γοῦν πατέρες ἀπεναντίας τοῖς ἀνδραποδισταῖς ποιοῦσιν, ὅταν εἰς διδασκαλεῖον πέμπωσι τὰ παιδία, παιδαγωγοὺς ἐφιστῶσι, πληγὰς ἀπειλοῦσι, φόβον ἐπιτειχίζουσι, καὶ ἐπειδὰν τὴν προτέραν ἡλικίαν οὕτως ἀγάγωσι, τότε ἐν ἕξει γενομένοις αὐτοῖς τιμὰς, καὶ δυναστείας, καὶ τρυφὴν, καὶ τὸν αὐτῶν πλοῦτον ἅπαντα ἐγχειρίζουσιν. B

Οὕτω καὶ ὁ θεὸς ἐποίησεν, οὐ κατὰ τοὺς ἀνδραποδιστὰς, ἀλλὰ κατὰ τοὺς πατέρας τοὺς κηδομένους, πρότερον εἰς τὰ λυπηρὰ ἐνέβαλε, καθάπερ παιδαγωγοῖς καὶ διδασκάλοις τῇ παρούσῃ θλίψει παραδιδοὺς, ἵνα διὰ τούτων παιδευθέντες, σωφρονισθέντες, ὑπομονὴν ἅπασαν ἐπιδειξάμενοι, φιλοσοφίαν ἅπασαν μαθόντες, εἶτα ἐν ἕξει γενόμενοι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν κληρονομήσωμεν· πρότερον ἐπιτηδείους κατεσκεύασε πρὸς τὴν οἰκονομίαν τοῦ διδομένου πλούτου, καὶ τότε αὐτὸν ἐγχειρίζει τὸν πλοῦτον. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἐποίησεν, ἡ τοῦ πλούτου δόσις, οὐ δωρεὰ, ἀλλὰ κόλασις ἦν καὶ τιμωρία. καθάπερ γὰρ παῖς ἀνόητος C καὶ ἄσωτος τὸν πατρῷον κλῆρον διαδεξάμενος ὑπ' αὐτοῦ τούτου κατακρημνίζεται, φρόνησιν οὐκ ἔχων ἀρκοῦσαν πρὸς τὴν τῶν χρημάτων οἰκονομίαν· εἰ δὲ συνετὸς γένοιτο καὶ ἐπιεικὴς, καὶ σώφρων, καὶ μέτριος, εἰς δέον οἰκονομῶν τὰ πατρῷα, λαμπρότερος ταύτῃ καὶ περιφανέστερος γίνεται· οὕτω καὶ ἐφ' ἡμῶν ἀνάγκη συμβαίνειν. ἐπειδὰν σύνεσιν πνευματικὴν δεξώμεθα, ἐπειδὰν εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας καταντήσωμεν οἱ πάντες, τότε ἡμῖν ἐγχειρίζει πάντα, ἅπερ ὑπέσχετο· νυνὶ δὲ καθάπερ παιδία μικρὰ παιδεύει μετὰ παρακλήσεως καὶ παραμυθίας· καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ κέρδος ἀπὸ D τοῦ τὰς θλίψεις προλαβεῖν, ἀλλὰ καὶ ἕτερον οὐκ ἔλαττον τούτου. ὁ μὲν γὰρ πρότερον τρυφῶν, εἶτα μετὰ τὴν τρυφὴν κόλασιν προσδοκῶν, οὐδὲ τῆς παρούσης τρυφῆς αἰσθάνεται, διὰ τὴν προσδοκίαν τῶν ἐπαγομένων δεινῶν. ὁ δὲ πρότερον ὢν ἐν λυπηροῖς, εἶτα μετὰ ταῦτα μέλλων ἀπολαύσεσθαι χρηστῶν, καὶ τῶν παρόντων ὑπερορᾷ δυσχερῶν, διὰ τὴν ἐλπίδα τῶν μελλόντων χρηστῶν. οὐ τοίνυν ἀσφαλείας ἕνεκεν μόνον τῆς ἡμετέρας, ἀλλὰ καὶ ἡδονῆς, καὶ παραμυθίας πρότερα ἔταξεν εἶναι τὰ δεινὰ, ἵνα τῇ ἐλπίδι τῶν μελλόντων κουφιζόμενοι, μηδεμίαν τῶν παρόντων λάβωμεν αἴσθησιν, καὶ τοῦτο αὐτὸ ὁ Παῦλος δεικνὺς καὶ ἐμ- E φαίνων, ἔλεγεν, ὅτι τὸ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται ἡμῖν, μὴ σκοπούντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα. ἐλαφρὰν τὴν θλῖψιν ἐκάλεσεν, οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν φύσιν τῶν δεινῶν, ἀλλὰ παρὰ τὴν προσδοκίαν τῶν μελλόντων ἀγαθῶν. καθάπερ γὰρ ὁ ἔμπορος οὐκ αἰσθάνεται τῆς κατὰ τὴν ναυτιλίαν ταλαιπωρίας, τῇ τῶν φορτίων ἐλπίδι κουφιζόμενος· καὶ ὁ πυκτεύων γενναίως φέρει τὰ τραύματα τῆς κεφαλῆς,

ciumque venatores, ita quæ venantur alliciunt, consuetam capiendis & jucundam prius escam præbentes, & sic laqueum contegentes. Itaque decipientium maxime opus hoc est, prius suavia proponere, quo mox inferant tristia: providentium autem & diligentium omnino contrarium. Patres itaque plagiariis contrarium faciunt; cum ad ludum pueros literarium mittunt, pædagogos proponunt, flagella minantur, timorem incutiunt: & cum priorem sic ætatem transegerint, tunc ipsis in habitu virili constitutis, honores, potentiasque, & delicias, & omnes divitias suas tradunt.

5. Sic Deus quoque fecit, non plagiariorum, sed patrum more qui curam gerunt, prius res adversas & tristes immisit tamquam pædagogis & præceptoribus præsenti tradens tribulationi; quo per hæc correcti, & moderati, postquam tolerantiam omnem, omnemque disciplinam didicerimus, mox ad perfectam ætatem ducti, cælorum regnum hereditate consequamur: sed prius idoneos reddit ad dandam dispensationem divitiarum, & postmodum ipsas præbebit divitias. Nisi enim hoc fecisset, divitiarum erogatio non donum, sed ultio fuisset & pœna. Sicut enim puer insipiens & prodigus paternam suscipiens hereditatem, ab hac ipsa præcipitatur, prudentiam non habens pecuniarum dispensationi parem: si vero prudens sit, probus, temperans, atque modestus, in necessaria dispensans paterna bona, splendidior ita fit & illustrior: sic & in nobis est necesse evenire. Cum spiritualem prudentiam acceperimus, cum in virum perfectum omnes, in ætatis mensuram pervenerimus, tunc nobis tradit omnia quæ pollicitus est: nunc vero tamquam pueros parvos docet cum exhortatione & consolatione. Nec hoc solum est emolumentum ex præmissis tribulationibus, verum & aliud illo non inferius. Qui enim prius erat in deliciis, mox post delicias ultionem exspectans, neque præsentibus fruitur deliciis propter futurarum molestiarum exspectationem: qui vero prius erat in tristibus, deinde post hæc suavibus potiturus, etiam præsentes difficultates propter futurorum spem bonorum contemnit. Non igitur tutelæ tantum causa nostræ, verum & voluptatis & consolationis, priora statuit esse molesta, ut futurorum spe relevati nullum præsentium capiamus sensum. Et hoc ipsum Paulus significans dicebat, *Momentanea levitas tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum pondus gloriæ nobis operatur, non considerantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur.* (2. Cor. 4. 17.) Levem appellavit tribulationem, non propter propriam gravium naturam, sed propter futurorum exspectationem bonorum. Sicut enim mercator non sentit navigationis laborem, lucrorum spe relevatus: & pugil generose fert capitis vulnera, coronam respiciens:

[a] Quatuor MSS. οἱ θηραταί.

A ita profecto nos quoque in cælum & cælestia intendentes bona, quæcumque inferantur gravia, generose cuncta feremus, bona futurorum spe roborati. Hac itaque accepta sententia abeamus: quamvis namque simplex & brevis sit, multam tamen habet philosophiæ doctrinam. Qui in dolore & tribulatione est, idoneam habet consolationem: qui in deliciis & luxuria, magnam moderationis exhortationem. Cum enim ad mensam discumbens, sententiæ hujus memineris, statim ab ebrietate crapulaque resilies, discens ex hac sententia, quod anxios nos esse conveniat, & intra teipsum
B dices: Paulus in vinculis & carceribus, ego vero in ebrietate & lauta mensa: & quam assequar veniam? Hoc & mulieribus opportunum dictum. Ambitiosæ enim & sumtuosæ, & auro undique se circumligantes, catenæ hujus reminiscentes odio habebunt, ut existimo, & abominabuntur ornatum illum, & ad hæc vincula current. Illa namque ornamenta multorum causæ malorum fuerunt, & innumera bella intra domum contraxerunt, & livores pepererunt, & invidias, & odium: hæc vero peccata mundi solverunt, & terrue-
C runt dæmonas, & diabolum fugaverunt. Cum his in carcere degens custodi persuasit, cum his Agrippam attraxit, cum his multos Paulus discipulos acquisivit, propterea dicebat: *In quo male patior usque ad vincula tamquam malefactor, sed Dei verbum non est vinctum.* Sicut enim radium vincire possibile non est, nec domi concludere: sic neque prædicationis verbum. Et quod multo amplius est, doctor vinctus erat, & verbum volabat: ille carcerem habitabat, & doctrina alata passim in orbe terrarum currebat.

2. Tim. 2. 9.

D 6. Hæc igitur scientes, ne succumbamus in rebus adversis, sed potius tunc potentiores efficiamur, tunc fortiores: *Tribulatio enim patientiam operatur.* Ne doleamus in calamitatibus quæ inferuntur, sed in omnibus Deo gratias agamus. Secundam jejunii septimanam expedivimus, sed non hoc consideremus: non enim hoc est expedivisse jejunium, si tempus prætererimus, sed si transegerimus cum recte factis. Hoc nobiscum reputemus, si studiosiores facti sumus, si defectum aliquem nostrum correximus, si abluimus crimina. Consuetudinem omnes habent per quadragesimam interrogandi, quot quisque septima-
E nas quadragesimæ jejunavit: & dicentes audire licet, hos quidem quod duas, hos vero quod tres, illos autem quod omnes jejunaverint septimanas. Et quod lucrum, si recte factis carentes, jejunium transegerimus? Si alius dicat, totam jejunavi quadragesimam, tu dic, inimicum habebam, & conciliatus sum: habebam detrahendi consuetudinem, & destiti: jurandi tenebar usu, & mos improbus mihi correctus est. Nulla mercatoribus utilitas, si ma-

Moralis exhortatio ad emendationem.
Rom. 5. 3.
Rom. 5.

A πρὸς τὸν στέφανον ἀποβλέπων, οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς πρὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀτενίζοντες ἀγαθὰ, ὅσα ἂν ἐπιφέρηται δεινὰ, πάντα γενναίως οἴσομεν τῇ χρηστῇ τῶν μελλόντων ἐλπίδι νευρούμενοι. Ταύτην τοίνυν λαβόντες τὴν ῥῆσιν ἀπέλθωμεν. εἰ γὰρ καὶ ψιλὴ καὶ βραχεῖα, ἀλλὰ πολλὴν ἔχει φιλοσοφίας διδασκαλίαν. ὁ ἐν ὀδύνῃ καὶ θλίψει, ἀρκοῦσαν ἔχει παράκλησιν· ὁ ἐν τρυφῇ καὶ πολυτελείᾳ, μέγαν σωφρονισμόν. ὅταν γὰρ ἐπὶ τῆς τραπέζης κατακείμενος ἀναμνησθῇς τῆς ῥήσεως ταύτης, ἀποπηδήσεις ταχέως τῆς μέθης καὶ τῆς ἀδηφαγίας, μαθὼν διὰ τῆς λέξεως ταύτης, ὅτι ἐναγωνίους ἡμᾶς εἶναι χρή·
B καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἐρεῖς, Παῦλος ἐν δεσμοῖς καὶ δεσμωτηρίοις, ἐγὼ δὲ ἐν μέθῃ καὶ πολυτελεῖ τραπέζῃ, καὶ ποίας τεύξομαι συγγνώμης; τοῦτο καὶ γυναιξὶν ἐπιτήδειον τὸ ῥῆμα· αἱ γὰρ φιλόκοσμοι, καὶ πολυτελεῖς, καὶ [a] χρυσῷ πάντοθεν ἑαυτὰς καταδεσμοῦσαι, τῆς ἁλύσεως ταύτης ἀναμνησθεῖσαι, μισήσουσιν, εὖ οἶδ' ὅτι, καὶ βδελύξονται τὸν κόσμον ἐκεῖνον, καὶ πρὸς ταῦτα δραμοῦνται τὰ δεσμά. ἐκεῖνα μὲν γὰρ πολλῶν κακῶν αἴτια γέγονε πολλάκις, καὶ μυρίους πολέμους εἰς τὴν οἰκίαν [b] συνήγαγε, καὶ φθόνους, καὶ βασκανίας, καὶ μῖσος ἔτεκε. ταῦτα δὲ τῆς οἰκου-
C μένης τὰς ἁμαρτίας ἔλυσε, καὶ δαίμονας ἐφόβησε, καὶ διάβολον ἐφυγάδευσε. μετὰ τούτων ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ διατρίβων τὸν δεσμοφύλακα ἔπεισε, μετὰ τούτων [c] τὸν Ἀγρίππαν ἐπεσπάσατο, μετὰ τούτων πολλοὺς μαθητὰς κατεσκεύασεν ὁ Παῦλος. διὰ τοῦτο καὶ ἔλεγεν, ἐν ᾧ κακοπαθῶ μέχρι δεσμῶν ὡς κακοῦργος, ἀλλ' ὁ λόγος τοῦ θεοῦ οὐ δέδεται. καθάπερ γὰρ ἀκτῖνα δῆσαι οὐ δυνατὸν, οὐδὲ συγκλεῖσαι ἐν οἰκίᾳ, οὕτως οὐδὲ τοῦ κηρύγματος τὸν λόγον, καὶ πολλῷ πλέον ὁ διδάσκαλος ἐδέδετο, καὶ ὁ λόγος ἐπέτετο· ἐκεῖνος τὸ δεσμωτήριον ᾤκει, καὶ ἡ διδασκαλία πτερωθεῖσα πανταχόσε τῆς οἰκουμένης ἔτρεχε.

D Ταῦτ' οὖν εἰδότες μὴ προκαταπίπτωμεν ἐπὶ τοῖς δεινοῖς· ἀλλὰ μᾶλλον τότε δυνατώτεροι γινώμεθα, τότε ἰσχυρότεροι· ἡ γὰρ θλίψις ὑπομονὴν κατεργάζεται. μὴ ἀλγῶμεν ἐπὶ ταῖς ἐπαγομέναις συμφοραῖς, ἀλλ' ἐν ἅπασιν εὐχαριστῶμεν τῷ θεῷ. δευτέραν ἑβδομάδα τῆς νηστείας παρήλθομεν· ἀλλὰ μὴ τοῦτο σκοπῶμεν· οὐ γὰρ τοῦτό ἐστι παρελθεῖν νηστείαν, ἐὰν τὸν χρόνον παρέλθωμεν, ἀλλ' ἐὰν μετὰ κατορθωμάτων παρέλθωμεν. τοῦτο λογισώμεθα, εἰ σπουδαιότεροι γεγόναμεν, εἰ διωρθώσαμέν τι τῶν ἡμετέρων ἐλαττωμάτων, εἰ τὰ ἁμαρτήματα ἀπενιψάμεθα. ἔθος ἅπασιν ἐρωτᾶν κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν, πό-
E σας ἕκαστος ἑβδομάδας ἐνήστευσε· καὶ ἔστιν ἀκοῦσαι λεγόντων τῶν μὲν, ὅτι δύο, τῶν δὲ, ὅτι τρεῖς, τῶν δὲ, ὅτι πάσας ἐνήστευσαν τὰς ἑβδομάδας. καὶ τί τὸ κέρδος, ἐὰν ἔρημοι κατορθωμάτων παρέλθωμεν τὴν νηστείαν; ἐὰν ἕτερος λέγῃ, ὅτι πᾶσαν ἐνήστευσα τὴν τεσσαρακοστὴν, σὺ εἰπὲ, ὅτι ἐχθρὸν εἶχον, καὶ κατηλλάγην· ἔθος εἶχον κακηγορεῖν, καὶ ἐπαυσάμην· ἔθος εἶχον ὀμνύναι, καὶ ἔλυσα τὸ πονηρὸν ἔθος. οὐδὲν ὄφελος τοῖς ἐμπόροις, ἂν πολὺ μῆκος πελά-

[a] Alii, καὶ χρυσίῳ.
[b] Alii, εἰσήγαγε.

[c] Quidam MSS. τὸν Φῆστον ἐπεσπάσατο male.

γους

γοὶ παραδράμωσιν, ἀλλ' ἐὰν μετὰ φορτίων πλέωσι, καὶ πολλῆς τῆς ἐμπορίας. οὐδὲν ὄφελος τῆς νηστείας ἡμῖν, ἂν παρέλθωμεν αὐτὴν ἁπλῶς, εἰκῇ καὶ μάτην. ἂν τὴν τῶν βρωμάτων νηστεύωμεν νηστείαν, παρελθουσῶν τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν παρέρχεται καὶ ἡ νηστεία· ἐὰν δὲ ἁμαρτημάτων ἀπεχώμεθα, καὶ τῆς νηστείας παρελθούσης ταύτης, ἐκείνη πάλιν μένει, καὶ διηνεκὴς ἔσται ἐντεῦθεν ἡμῖν ἡ ὠφέλεια, καὶ πρὸ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν οὐ μικρὰς ἡμῖν ἐνταῦθα ἀποδώσει τὰς ἀμοιβάς. ὥσπερ γὰρ ὁ ζῶν ἐν πονηρίᾳ, καὶ πρὸ τῆς γεέννης κολάζεται τῷ συνειδότι κεντούμενος· οὕτως ὁ πλουτῶν ἐν κατορθώμασι, καὶ πρὸ τῆς βασιλείας χαρᾶς μεγίστης ἀπολαύσεται, χρησταῖς ἐντρεφόμενος ἐλπίσι. διὰ τοῦτο ὁ Χριστὸς, φησὶ, πάλιν ὄψομαι ὑμᾶς, καὶ χαρήσεσθε, καὶ τὴν χαρὰν ὑμῶν οὐδεὶς λαμβάνει. βραχὺ τὸ ῥῆμα, ἀλλὰ πολλὴν ἔχει παραμυθίαν. τί ποτ' οὖν ἐστι, τὴν χαρὰν ὑμῶν οὐδεὶς λαμβάνει; χρήματα ἂν ἔχῃς, πολλοὶ δύνανταί σου τὴν χαρὰν τὴν ἀπὸ τοῦ πλούτου λαβεῖν, καὶ κλέπτης διορύττων τοῖχον, καὶ οἰκέτης ἀφαιρούμενος τὰ ἐμπιστευθέντα, καὶ βασιλεὺς δημεύων, καὶ βάσκανος ἄνθρωπος ἐπηρεάζων. δυναστείαν ἂν ἔχῃς, πολλοὶ δύνανταί σου λαβεῖν τὴν ἀπὸ ταύτης χαράν, ὅταν γὰρ παραλυθῇ τὰ τῆς ἀρχῆς, [a] παραλυθήσεται καὶ τὰ τῆς ἡδονῆς· καὶ ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ἀρχῇ πολλὰ συμπίπτοντα πράγματα δυσκολίαν ἔχοντα καὶ φροντίδας, ὑποτέμνεταί σου τὴν εὐθυμίαν. ἰσχὺν σώματος ἐὰν ἔχῃς, νόσος ἐπελθοῦσα κατέλυσε τὴν ἀπὸ ταύτης χαράν. κάλλος ἐὰν ἔχῃς καὶ ὥραν, γῆρας ἐπελθὸν ἐμάρανε καὶ ἀφείλετο τὴν χαράν. τραπέζης ἐὰν ἀπολαύῃς πολυτελοῦς, ἑσπέρας καταλαβούσης, κατελύθη καὶ ἡ τῆς εὐωχίας χαρά. ἕκαστον γὰρ τῶν βιωτικῶν πραγμάτων εὐεπηρέαστόν ἐστι, καὶ μόνιμον ἡμῖν οὐκ ἰσχύει παρασχεῖν τὴν ἡδονήν· ἡ δὲ εὐσέβεια καὶ ἡ κατὰ ψυχὴν ἀρετὴ τοὐναντίον ἅπαν. ἐλεημοσύνην ἐὰν ποιήσῃς, οὐδεὶς ἀφελεῖν δύναται τὸ κατόρθωμα, κἂν στρατόπεδα, κἂν βασιλεῖς, κἂν μυρίοι συκοφάνται, κἂν ἐπίβουλοι πάντοθεν ἐπιθῶνται, τὸ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀποτεθὲν κτῆμα ἀφελέσθαι οὐ δύνανται· ἀλλὰ μένει διηνεκὴς ἡ χαρά. ἐσκόρπισε γὰρ, φησὶν, ἔδωκε τοῖς πένησιν, ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα. καὶ μάλα εἰκότως· ἐν γὰρ τοῖς τῶν οὐρανῶν ἀπόκειται ταμιείοις, ὅπου οὐ κλέπτης διορύττει, οὐ λῃστὴς λαμβάνει, οὐ σὴς κατεσθίει. εὐχὰς ἐὰν εὔξῃ συνεχεῖς καὶ ἐκτενεῖς, τὸν καρπὸν τὸν ἀπὸ τούτων οὐδεὶς συλῆσαι δυνήσεται· καὶ γὰρ οὗτος ὁ καρπὸς ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἐρρίζωται πάσης ἐπηρείας ἀπηλλαγμένος, καὶ μένων ἀχείρωτος. ἐὰν κακῶς παθὼν εὐεργετήσῃς, ἐὰν κακῶς ἀκούσας φιλοσοφήσῃς, ἐὰν λοιδορηθεὶς εὐλογήσῃς, ταῦτα τὰ κατορθώματα μένει διηνεκῶς, καὶ τὴν ἐκ τούτων χαρὰν οὐδεὶς λαμβάνει· ἀλλ' ὁσάκις [b] ἂν αὐτῶν ὑπομνησθῇς, χαίρῃ καὶ εὐφραίνῃ, καὶ πολλὴν καρποῦσαι τὴν ἡδονήν. οὕτω δὴ καὶ τὸ φεύγειν ὅρκον ἐὰν κατορθώσωμεν, καὶ πείσωμεν τὴν γλῶτταν τὴν ἡμετέραν ἀπέχεσθαι τῆς ὀλεθρίου συνηθείας ταύτης, τὸ μὲν κατόρθωμα ἔσται ἐν βραχεῖ καιρῷ, ἡ δὲ εὐφροσύνη τοῦ κατορθώματος διηνεκῶς καὶ ἀδιαλείπτως. λοιπὸν ὑμᾶς καὶ ἑτέρων διδασκάλους εἶναι

A gnam maris longitudinem percurrerint, sed si cum rerum copia, & multo mercimonio navigaverint: nulla jejunii nobis utilitas, si infructuose ipsum tempus & temere prætereamus. Si ciborum jejunium jejunemus, præteritis quadraginta diebus præterit & jejunium. Si vero peccatis abstineamus, & transacto jejunio illud remanet, & continua erit hinc nobis utilitas, atque ante regnum cælorum non parvas nobis hic reddet retributiones. Sicut enim qui in nequitia vivit, & ante gehennam punitur, conscientia stimulatus: sic B qui meritis abundat, & ante regnum magna fruetur lætitia, se bona spe pascens. Idcirco Christus inquit: *Iterum videbo vos, & gaudebitis, & gaudium vestrum nemo tollet a vobis.* (Joan. 16. 22.) Breve verbum, sed multam habet consolationem. Quidnam tandem est, nemo gaudium vestrum tollet? Pecunias si habeas, multi tuum ex divitiis gaudium auferre possunt, & fur parietem perfodiens, & credita subripiens servus, & Imperator in fiscum redigens, & invidus homo calumnians. Si potentiam habeas, multi possunt tuum ex hoc gaudium tollere. Cum enim principatus finierit, voluptas C quoque finiet: quin & in ipso principatu multæ res accidentes, difficultates habentes & curas, lætitiam tuam diminuunt. Si corporis robur habeas, morbus adortus hujusmodi gaudium aufert. Si pulcritudinem habeas & speciem, senectus superveniens tabefecit, & gaudium abstulit. Si mensa fruaris lauta, vespere occupante soluta est convivii lætitia. Rerum enim quælibet mundanarum infestari facile potest, nec stabilem nobis voluptatem affert: pietas autem & animi virtus contra. Eleemosynam si feceris, meritum D auferre potest nemo: sive exercitus, sive reges, sive infiniti calumniatores & insidiatores instent undique, in cælis repositam possessionem auferre non possunt, sed perenne permanet gaudium. *Dispersit* enim, inquit, *dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum.* (Psalm. 111.) Nec immerito: in cælorum enim cellariis reposita sunt, ubi fur non perfodit, latro non tollit, tinea non consumit. Si preces fuderis continuas & intentas, earum fructum auferre poterit nemo: hic etenim fructus in cælo radicatus est, ab omni calumnia liber, & permanens inexpugnabilis. Si male passus, be- E nefeceris: si maledictis lacessitus, patienter tuleris: si conviciis affectus, benedixeris: hæc merita perpetuo manent, & ortam ex his lætitiam auferet nemo, sed quotiescumque ipsorum recordatus fueris, gaudes & lætaris, & multa frueris voluptate. Sic profecto & fugere juramentum si prævaleamus, & ab hac consuetudine perniciosa abstinere linguæ nostræ suadeamus, meriti quidem labor brevi absolvetur, lætitia vero meriti jugiter erit & indesinenter. Cæterum vos & aliorum

[a] Alii, παραλύεται καὶ

[b] Alii, ἂν τούτων ἀναμνησθῇς. Paulopost iidem, καρποῦσαι τὴν εὐφροσύνην.

præceptores esse oportet & duces, & amicos proximi, servos autem conservi, & juvenes coævos suscipere, instituere & inducere debent. Nonne si quis tibi aureum unum pro singulis hominibus correctis promisisset, omne studium adhibuisses, & assiduus adstitisses persuadens & exhortans? Nunc vero non aureum unum, neque decem, neque viginti, vel centum, vel mille, neque totam Deus terram tibi pollicetur in horum laborum retributionem, sed quod orbe toto majus est, hoc tibi præbet, cælorum regnum: nec hoc solum, verum & aliud præter hoc. Quale vero hoc? *Qui educit preciosum a vili, sicut os meum erit*, inquit. (Jer. 15.19.) Quid huic posset esse par ad honoris & securitatis rationem? Quæ vero nobis excusatio & venia post tantam promissionem, proximorum salutem negligentibus esse valeat? Tu vero si cæcum quidem in voraginem decidentem videris, manum porrigis, & indignum esse putas, pereuntem despicere: videns autem quotidie omnes præcipitari fratres in improbam juramentorum consuetudinem, nec verbum audes proferre? Sed dixisti semel, & non audivit: dic igitur bis & ter, & toties, donec persuaseris. Nobis quotidie loquitur Deus, & non audimus, nec alloqui desistit: hanc tu quoque curam imitare circa proximum. Propterea conjuncti inter nos sumus, & urbes habitamus & in Ecclesiis congregamur, ut alter alterius onera portemus, ut alter alterius peccata corrigamus. Et sicut multi eamdem officinam habitantes homines differenter quidem negotiantur, omnia vero in commune reponunt: sic profecto & nos agamus, quæcumque bona quisque conferre potest proximo, ne pigeat eum, neque differat: sed fiat negotiatio quædam, & talis collatio spiritualis, ut in commune omnia deponentes, & multas adepti divitias, & magnum consequuti thesaurum, communiter omnes regnum assequamur cælorum, gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem, & cum quo Patri gloria, simul & sancto Spiritui nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

A χρὴ καὶ καθηγητὰς, καὶ φίλους τοῦ πλησίον, καὶ τοὺς οἰκέτας δὲ τοὺς συνδούλους, καὶ νέους, τοὺς ὁμήλικας λαμβάνειν, καὶ παιδεύειν, καὶ ἐνάγειν. ἆρα εἴ τίς σοι χρύσινον ἕνα καθ' ἕκαστον διορθούμενον ἄνθρωπον ἐπηγγείλατο, οὐ πᾶσαν ἂν ἐποιήσω σπουδὴν, καὶ διημέρευες προσεδρεύων, πείθων, παρακαλῶν; νῦν δὲ οὐχ ἕνα χρύσινον, οὐδὲ δέκα, οὐδὲ εἴκοσι, καὶ ἑκατὸν, καὶ χιλίους, οὐδὲ γῆν ὁλόκληρον ὑπισχνεῖταί σοι τῶν πόνων τούτων ἀμοιβὴν ὁ θεός· ἀλλ' ὃ τοῦ κόσμου παντὸς μεῖζόν ἐστι, τοῦτό σοι δίδωσι, τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἕτερον πρὸς τούτῳ. ποῖον δὴ τοῦτο; ὁ ἐξάγων τίμιον ἐξ ἀναξίου, ὡς στόμα B μου ἔσται, φησί· τί τούτου γένοιτ' ἂν ἴσον εἰς τιμῆς λόγον καὶ ἀσφαλείας; ποία δὲ ἡμῖν ἀπολογία καὶ συγγνώμη μετὰ τὴν τοσαύτην ὑπόσχεσιν τῆς τῶν πλησίον ἀμελοῦσι σωτηρίας; σὺ δ' ἂν μὲν εἰς βάραθρον ἴδῃς καταπίπτοντα τυφλὸν, χεῖρα ὀρέγεις, καὶ νομίζεις ἀνάξιον εἶναι τὸ περιϊδεῖν ἀπολλύμενον· ὁρῶν δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν κατακρημνιζομένους πάντας τοὺς ἀδελφοὺς εἰς τὴν πονηρὰν τῶν ὅρκων συνήθειαν, [a] οὐδὲ ῥῆμα προέσθαι τολμᾷς; ἀλλ' εἶπας ἅπαξ, καὶ οὐκ ἤκουσεν· οὐκοῦν εἰπὲ καὶ δὶς, καὶ τρὶς, καὶ τοσαυτάκις, ἕως ἂν πείσῃς. καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὁ θεὸς ἡμῖν διαλέγεται, καὶ οὐκ ἀκούομεν, καὶ οὐκ ἀφίσταC ται διαλεγόμενος· ταύτην καὶ σὺ μίμησαι τὴν κηδεμονίαν περὶ τὸν πλησίον. διὰ τοῦτο μετ' ἀλλήλων ἐσμὲν, καὶ πόλεις οἰκοῦμεν, καὶ ἐν ἐκκλησίαις συναγόμεθα, ἵνα τὰ ἀλλήλων βάρη βαστάζωμεν, ἵνα τὰ ἀλλήλων ἁμαρτήματα διορθώμεθα. καὶ καθάπερ ἐργαστήριον ἓν οἰκοῦντες ἄνθρωποι διαφόρως μὲν ἐμπορεύονται, πάντα δὲ εἰς τὸ κοινὸν ἀποτίθενται· οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς ποιῶμεν. ἅπερ ἂν ἕκαστος ἀγαθὰ δύναται εἰσφέρειν τῷ πλησίον, μὴ ὀκνείτω, μηδὲ ἀναδυέσθω, ἀλλὰ γινέσθω πραγματεία τις καὶ [b] ἀντίδοσις τοιαύτη πνευματικὴ, ἵνα εἰς τὸ κοινὸν ἅπαντα καταθέμενοι, καὶ πολὺν κτησάμενοι πλοῦτον, καὶ μέγαν ποιήσαντες τὸν θησαυρὸν, κοινῇ πάντες τύχωμεν τῆς βαD σιλείας τῶν οὐρανῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

[a] Alii, οὐδὲ δέκα χρυσίνους, οὐδέ.

[b] Alii, ἀντίδοσις αὐτη.

IN MAGISTRATUS AB IMPERATORE Theodosio missos Ellebichum Magistrum militum, & Cæsarium Magistrum, ad prævaricatorum inquisitionem propter statuarum subversionem.

Vide notam Fr. Ducæi infra, & nostrum Monitum.

HOMILIA XVII.

1. OPPORTUNE omnes hodie simul concinuimus, *Benedictus Dominus Deus Israël, qui facit mirabilia solus.* (Psalm. 71.8.) Etenim miranda, & opinionem excedentia facta sunt negotia: urbem totam & popu-

E ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΑΡΧΟΝΤΑΣ ΤΟΥΣ παρὰ τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου ἀποσταλέντας Ἑλλέβιχον στρατηλάτην καὶ Καισάριον μάγιστρον εἰς τὴν τῶν πεπλημμεληκότων ἐξέτασιν διὰ τὴν τῶν ἀνδριάντων καταστροφήν.

ΟΜΙΛΙΑ ιζ'.

ΕΙΣ καιρὸν [c] ὑπεψήλαμεν ἅπαντες κοινῇ τήμερον· εὐλογητὸς κύριος ὁ θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ, ὁ ποιῶν θαυμάσια μόνος. καὶ γὰρ θαυμαστὰ καὶ παράδοξα γέγονε πράγματα· πόλιν ὁλόκληρον καὶ δῆμον τοσοῦτον κατα-

[c] Savil. & quidam MSS. ὑπεψάλαμεν.

A ποντίζεσθαι μέλλοντα, καὶ ὑποβρύχιον γίνεσθαι καὶ ἀπόλλυσθαι τέλεον ἀθρόον, ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ τῆς ναυαγίας ἁπάσης ἀπήλλαξεν. εὐχαριστήσωμεν τοίνυν, μὴ μόνον, ὅτι τὸν χειμῶνα ἔλυσεν, ἀλλ' ὅτι καὶ γενέσθαι αὐτὸν συνεχώρησε· μὴ μόνον ὅτι τῆς ναυαγίας ἡμᾶς ἀπήλλαξεν, ἀλλ' ὅτι καὶ πρὸς τοσαύτην ἀγωνίαν καταπεσεῖν ἀφῆκε, καὶ τὸν περὶ τῶν ἐσχάτων ἡμῖν ἐπικρεμασθῆναι κίνδυνον. οὕτω καὶ Παῦλος ἐκέλευσεν ἐν παντὶ εὐχαριστεῖν. ὅταν δὲ εἴπῃ, ἐν παντὶ εὐχαριστεῖτε, τοῦτο λέγει, μὴ μόνον ἐν τῇ λύσει τῶν δεινῶν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ καιρῷ τῶν δεινῶν. τοῖς γὰρ ἀγαπῶσι τὸν θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν. εὐχαριστήσωμεν αὐτῷ διὰ τὴν λύσιν τῶν πειρασμῶν, καὶ B μὴ ἐπιλαθώμεθα τούτων ποτέ; εὐχαῖς προσέχωμεν, ἱκετηρίαις συνεχέσιν, εὐλαβείᾳ πολλῇ. ὅτε παρὰ τὴν ἀρχὴν ἡ χαλεπὴ τῶν κακῶν τούτων ἀνήφθη πυρά, ἔλεγον, ὅτι οὐκ ἔστι καιρὸς διδασκαλίας, ἀλλὰ καιρὸς εὐχῶν· τοῦτο δὴ καὶ νῦν, ἐπειδὴ ἐσβέσθη, λέγω, ὅτι νῦν μάλιστα καιρὸς εὐχῶν, ἢ πρότερον, νῦν καιρὸς δακρύων καὶ κατανύξεως, καὶ ψυχῆς πεπονημένης, καὶ πολλῆς σπουδῆς, καὶ πολλῆς ἀσφαλείας. τότε μὲν γὰρ αὐτὴ τῶν θλίψεων ἡ φύσις, καὶ ἄκοντας ἡμᾶς συνέστελλε, καὶ σωφρονεῖν παρεσκεύαζε, καὶ πρὸς πλείονα ἤγαγεν εὐλάβειαν· νυνὶ δὲ ἀφαιρεθέντος τοῦ χαλινοῦ, καὶ τοῦ νέφους παρελθόντος, δέος, μὴ πρὸς ῥαθυμίαν ἀποκλίνωμεν, μὴ χαυνότεροι γενώ- C μεθα πάλιν ὑπὸ τῆς ἀνέσεως, μὴ δὲ περὶ ἡμῶν εἴπῃ τις, ὅτε ἀπέκτεινεν αὐτοὺς, τότε ἐξεζήτουν αὐτὸν, καὶ ἐπέστρεφον, καὶ ὤρθριζον πρὸς τὸν θεόν. διὰ τοῦτο καὶ Μωϋσῆς Ἰουδαίοις παρῄνει λέγων, φαγὼν, καὶ πιὼν, καὶ ἐμπλησθεὶς μνήσθητι κυρίου τοῦ θεοῦ σου. νῦν ὑμῶν ἡ εὐγνωμοσύνη φανεῖται, ἂν ἐπὶ τῆς εὐλαβείας μένητε τῆς αὐτῆς· τότε μὲν γὰρ πολλοὶ τῷ φόβῳ, καὶ τῇ τῶν δεινῶν ἐπαγωγῇ τὴν σπουδὴν ὑμῶν ἐλογίζοντο· νῦν δὲ καθαρὸν ὑμῶν ἔσται τὸ κατόρθωμα, ἂν μείνητε τὴν αὐτὴν διατηροῦντες σπουδήν· ἐπεὶ καὶ παιδίον, ἕως μὲν ἂν ὑπὸ παιδαγωγοῦ τινος ἄγηται [a] φοβεροῦ, καὶ μετὰ σωφροσύνης, καὶ ἐπιεικείας ζῇ, θαυ- D μαστὸν οὐδέν· ἀλλὰ τῷ τοῦ παιδαγωγοῦ φόβῳ τὴν σωφροσύνην τοῦ νέου λογίζονται πάντες· ὅταν δὲ ἀποθέμενος τὴν ἐκεῖθεν ἀνάγκην, ἐπὶ τῆς αὐτῆς μένῃ σεμνότητος, τότε καὶ τὴν ἐπὶ τῆς προτέρας ἡλικίας σωφροσύνην αὐτῷ πάντες λογίζονται. τοῦτο δὴ καὶ ἡμεῖς [b] ποιήσωμεν, ἐπὶ τῆς αὐτῆς μένωμεν εὐλαβείας, ἵνα καὶ τῆς προτέρας σπουδῆς πολὺν τὸν ἔπαινον παρὰ τοῦ θεοῦ καρπωσώμεθα. μυρία προσεδοκήσαμεν δεινὰ, τὰς οὐσίας διαρπαγήσεσθαι πάντων, τὰ οἰκήματα ἐμπρησθήσεσθαι μετὰ τῶν οἰκούντων, E τὴν πόλιν ἐκ μέσης ἀναρπασθήσεσθαι τῆς οἰκουμένης, καὶ τὰ λείψανα αὐτῆς ἀπολεῖσθαι ἅπαντα, ἄροτρον αὐτῆς τὸ ἔδαφος δέξεσθαι· ἀλλ' ἰδοὺ ταῦτα πάντα ἐπὶ τῆς προσδοκίας ἔστη μόνον, καὶ εἰς ἔργον οὐκ ἐξῆλθε. καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ θαυμαστὸν, ὅτι τοσοῦτον κίνδυνον ἔλυσεν ὁ θεὸς, ἀλλ' ὅτι καὶ μεγάλα ἡμᾶς εὐηργέτησε, καὶ τὴν πόλιν ἡμῶν ἐκόσμησε, καὶ διὰ τοῦ πειρασμοῦ τούτου, καὶ τῆς συμ-

lum tantum jam submergendum, & sub undas agendum & perdendum funditus statim, uno temporis momento ab omni naufragio liberavit. Gratias igitur agamus, non tantum quoniam tempestatem sedavit, sed etiam quoniam fieri ipsam permisit: non tantum quoniam naufragio nos liberavit, sed etiam quod in tantam nos angustiam cadere permisit, & extremum periculum nobis imminere. Sic & Paulus jussit in omnibus gratias agere. Cum vero dicit: *In omnibus gratias agite*: hoc significat, Non tantum in gravium solutione, verum & in gravium tempore. Nam *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Gratias ipsi agamus propter tentationum absolutionem, & harum numquam obliviscamur: orationibus vacemus, supplicationibus continuis, pietati multæ. Cum a principio gravis horum malorum pyra fuit accensa, dicebam non esse doctrinæ tempus, sed orationum: hoc profecto & nunc postquam exstincta est dico, nunc magis tempus orationum esse, quam prius: nunc maxime lacrymarum tempus & compunctionis, & animæ anxiæ, multique studii & cautelæ. Tunc nempe ipsa tribulationum natura vel invitos nos corripiebat, & modestos faciebat, & ad majorem agebat reverentiam: nunc autem ablato freno, & nube præterita, timendum, ne ad torporem declinemus, ne segniores reddamur rursum ex remissione, ne de nobis quoque quispiam dicat: *Cum occideret eos, tunc quærebant eum & revertebantur, & diluculo veniebant ad Deum.* Ideo Moses Judæos admonebat, dicens: *Postquam comederis & biberis, & fueris repletus, recordare Domini Dei tui.* Nunc sincerum propositum vestrum videbitur, si in eadem manseritis pietate; tunc quippe multi timori, & malorum illationi studium vestrum attribuebant: nunc vero purum erit meritum vestrum, si in eodem studio permaneatis. Quoniam & puerulus si dum ab aliquo agitur pædagogo terribili, cum modestia vivit & mansuetudine, nihil est mirandum, sed pædagogi timori pueri modestiam attribuunt omnes: cum vero deposita necessitate ille in eadem manserit honestate, tunc & quam habuit in priore ætate modestiam, ipsi omnes adscribunt. Hoc & nos utique faciamus, in eadem manentes reverentia, ut & prioris studii laudem multam a Deo capiamus. Innumera exspectavimus mala, omnium substantias direptum iri, habitacula cum habitantibus comburenda, civitatem medio tollendam ex orbe, & ipsius reliquias omnes perituras, aratrum ipsius terram suscepturam: sed ecce hæc omnia intra exspectationem tantum steterunt, & in opus non processerunt. Nec hoc solum est mirandum, quod tantum periculi Deus abstulit, sed etiam quoniam magnis nos affecit beneficiis, & civitatem nostram ornavit, nosque per hanc tentationem & ca-

1. Thess. 5. 18.

Rom. 8. 28.

Ps. 77. 38.

Deut. 6. 11.

[a] Savil. & quidam MSS. φοβεροῦ καὶ σωφρονῇ, καὶ μετὰ ἐπιεικείας ζῇ. | [b] Alii, ποιῶμεν.

lamitatem probatiores effecit. Quo vero pacto, ego dicam. Nam quando ab Imperatore missi ad commissorum inquisitionem tremendum illud constituere judicium, omnesque ad scelerum pœnas vocabant, & varia mortis omnibus erat exspectatio, tunc vertices montium habitantes monachi, propriam exhibuere philosophiam. Namque tot annis in cavernis suis conclusi, nemine advocante, suadente nemine, postquam nubem tantam civitatem circumstantem viderunt, tabernacula speluncasque suas derelinquentes, undique confluxerunt, velut angeli quidam de cælo profecti: & erat cernere tunc civitatem similem redditam cælo, cum ubique occurrerent illi sancti vel ex aspectu solo dolore pressos consolantes, & ad omnem calamitatis contemtum inducentes. Quis enim illos conspicatus, mortem non derisisset? non despexisset vitam? Nec hoc solum erat mirabile, sed quod ad principes ipsos accedentes cum fiducia loquebantur pro reis, & omnes sanguinem effundere parati erant, & capita deponere, ut captos ab exspectatis tribulationibus eriperent: & dixerunt se non prius recessuros, quam judices parcerent civitatis populo, vel se simul cum reis ad Imperatorem legatos mitterent. Religiosus est, inquit, qui nostro orbi dominatur, fidelis, cum pietate vivens: nos igitur ipsum omnino reconciliabimus, non permittemus vobis, neque concedemus ensem polluere, nec ullius abscindere caput. Si vero non abstineatis, & nos cum ipsis omnino moriemur. Gravia quidem patrata sunt, & nos confitemur, sed Imperatoris humanitatem non excedit gestorum iniquitas. * Dicitur quidam ipsorum aliud verbum philosophiæ plenum dixisse, Statuæ quidem dejectæ rursum erectæ fuerunt, & propriam receperunt formam, & facinus correctionem habuit celerrimam: si autem vos Dei imaginem occideritis, quomodo rursum poteritis peremtum revocare? quomodo perditos resuscitare, & animas corporibus reddere? Multa & de judicio ipsis disseruere.

Monachi ex montibus Antiochiam descendunt, ut civitati veniam impetrent.

2. Quis non obstupesceret? quis non virorum sapientiam admiraretur? Quoniam quædam reorum mater nudato capite, & canis ostensis, judicaturi equum fræno apprehendit, & per forum prætercurrens, sic ad judicium simul ingressa est: omnes obstupefacti sumus, omnes admirati pietatem & magnanimitatem: quomodo non magis ad hos obstupescere oportet? Illa enim etiam si mortua esset pro filio, nihil mirandum: magna enim naturæ vis, & inexpugnabilis viscerum necessitas. Hi vero quos non genuerunt, nec educarunt: imo vero quos non noverunt, quorum nomen non audierunt, quibuscum numquam conversati sunt, quos ex sola noverunt calamitate, in tantum amaverunt, ut etiam

φορᾶς δοκιμωτέρους εἰργάσατο. καὶ πῶς, ἐγὼ λέγω. ὅτε οἱ παρὰ τοῦ βασιλέως ἀποσταλέντες ἐπὶ τὴν τῶν γεγενημένων ἐξέτασιν, τὸ φοβερὸν ἐκεῖνο συνεκρότησαν δικαστήριον, καὶ πάντας ἐπὶ τὰς εὐθύνας τῶν τετολμημένων ἐκάλουν, καὶ θανάτων διαφόρων προσδοκία πᾶσιν ἦν, τότε οἱ τὰς ἀκρωρείας τῶν ὀρῶν κατοικοῦντες μοναχοὶ τὴν οἰκείαν ἐπεδείξαντο φιλοσοφίαν. ἔτεσι γὰρ τοσούτοις ἐν ταῖς αὐτῶν καλύβαις συγκεκλεισμένοι, οὐδενὸς παρακαλέσαντος, οὐδενὸς συμβουλεύσαντος, ἐπειδὴ τοσοῦτον νέφος εἶδον [a] τὴν πόλιν περιϊστάμενον, καταλιπόντες αὐτῶν τὰς σκηνὰς, καὶ τὰ σπήλαια, πάντοθεν συνέῤῥευσαν, καθάπερ ἐξ οὐρανοῦ τινὲς ἄγγελοι παραγενόμενοι, καὶ ἦν ἰδεῖν τὴν πόλιν ἐοικυῖαν οὐρανῷ τότε, πανταχοῦ τῶν ἁγίων ἐκείνων φαινομένων, καὶ ἀπὸ τῆς ὄψεως μόνον παρακαλούντων τοὺς ὀδυνωμένους, καὶ πρὸς πᾶσαν ὑπεροψίαν συμφορᾶς ἀγόντων. τίς γὰρ ἰδὼν ἐκείνους οὐκ ἂν κατεγέλασε θανάτου; οὐκ ἂν ὑπερεῖδε ζωῆς; οὐ τοῦτο δὲ μόνον ἦν τὸ θαυμαστὸν, ἀλλ' ὅτι καὶ τοῖς ἄρχουσιν αὐτοῖς προσελθόντες μετὰ παῤῥησίας διελέχθησαν ὑπὲρ τῶν ὑπευθύνων, καὶ τὸ αἷμα παρεσκευάσαντο πάντες ἐκχεῖν, καὶ τὰς κεφαλὰς ἀποθέσθαι, ὥστε τοὺς ἁλόντας τῶν προσδοκωμένων ἐξαρπάσαι δεινῶν, καὶ οὐκ ἔφησαν ἀποστήσεσθαι πρότερον, ἕως ἂν ἢ φείσωνται τοῦ δήμου τῆς πόλεως οἱ δικάζοντες, ἢ κοινῇ [b] μετὰ τῶν ὑπευθύνων αὐτοὺς πρὸς βασιλέα πέμψωσι. θεοφιλὴς γάρ ἐστι, φησὶν, ὁ κρατῶν τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης, πιστὸς, ἐν εὐσεβείᾳ ζῶν· ἡμεῖς οὖν αὐτὸν καταλλάξομεν πάντως· οὐκ ἐπιτρέψομεν ὑμῖν, οὐδὲ συγχωρήσομεν αἱμάξαι ξίφος, οὐδὲ ἀποτεμεῖν κεφαλήν. εἰ δὲ μὴ ἀνάσχοισθε, καὶ ἡμεῖς μετ' αὐτῶν ἀποθανούμεθα πάντως. δεινὰ μὲν τὰ τετολμημένα καὶ ἡμεῖς ὁμολογοῦμεν, ἀλλ' οὐχ ὑπερβαίνει τὴν τοῦ βασιλέως φιλανθρωπίαν ἡ τῶν γεγενημένων παρανομία. λέγεταί τις ἐξ αὐτῶν καὶ ἕτερον ῥῆμα γέμον φιλοσοφίας εἰπεῖν, ὅτι οἱ μὲν ἀνδριάντες οἱ κατενεχθέντες ἀνέστησαν πάλιν, καὶ τὸ οἰκεῖον ἀπέλαβον σχῆμα, καὶ τὸ γεγενημένον διόρθωσιν ἔσχε ταχίστην· ὑμεῖς δὲ ἂν τοῦ θεοῦ τὴν εἰκόνα ἀποκτείνητε, πῶς δυνήσεσθε πάλιν ἀνακαλέσασθαι τὸ πεπλημμελημένον; πῶς ἀναστῆσαι τοὺς ἀπολλυμένους, καὶ τὰς ψυχὰς τοῖς σώμασιν ἀποδοῦναι; πολλὰ καὶ περὶ κρίσεως αὐτοῖς διελέχθησαν.

Τίς οὐκ ἂν ἐκπλαγείη, τίς οὐκ ἂν θαυμάσειε τὴν φιλοσοφίαν τῶν ἀνδρῶν; ἵνα μία τῶν ὑπευθύνων μήτηρ γυμνώσασα τὴν κεφαλὴν, καὶ τὰς πολιὰς δείξασα τοῦ μέλλοντος δικάζειν κατάσχῃ τὸν ἵππον ἀπὸ τοῦ χαλινοῦ καὶ παρατρέχουσα διὰ τῆς ἀγορᾶς οὕτως εἰς τὸ δικαστήριον [c] εἰσέλθῃ, πάντες ἐξεπλάγημεν, πάντες ἐθαυμάσαμεν τὴν φιλοστοργίαν, τὴν μεγαλοψυχίαν· πῶς οὐχὶ μᾶλλον τούτους ἐκπλήττεσθαι χρή; ἐκείνη μὲν γὰρ εἰ καὶ ἀπέθανεν ὑπὲρ τοῦ παιδὸς, οὐδὲν θαυμαστόν· μεγάλη γὰρ ἡ τῆς φύσεως τυραννὶς, καὶ ἄμαχος ἡ τῶν ὠδίνων ἀνάγκη· οὗτοι δὲ οὓς οὐκ ἐγέννησαν, οὐδὲ ἔθρεψαν, μᾶλλον δὲ οὓς οὐκ εἶδον, ὧν οὐκ ἤκουσαν, οἷς οὐδέποτε συνεγένοντο, οὓς ἀπὸ τῆς συμφορᾶς ἐγνώρισαν μόνης, οὕτως ἐφίλησαν

a Alii, τῇ πόλει.
b Savil. & quidam alii, μετὰ τῶν καταδίκων.
c Savil. & aliquot Mss. συνεισέλθῃ.
* Is erat Macedonius Monachus. Vide notam Front. Ducæi ad calcem,

ὡς εἰ καὶ μυρίας εἶχον ψυχὰς ἑλέσθαι πάσας ὑπὲρ τῆς τούτων ἐπιδοῦναι σωτηρίας. μὴ γάρ μοι τοῦτο εἴπῃς, ὅτι οὐκ ἐσφάγησαν, οὐδὲ ἐξέχεαν τὸ αἷμα, ἀλλ' ὅτι τοσαύτῃ πρὸς τοὺς δικάζοντας ἐχρήσαντο παῤῥησίᾳ, ὅσῃ μόνους τοὺς ἀπεγνωκότας τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς χρήσασθαι εἰκὸς ἦν, καὶ μετὰ τοιαύτης γνώμης ἀπὸ τῶν ὀρῶν ἐπὶ τὸ δικαστήριον ἔδραμον. οὐδὲ γὰρ εἰ μὴ πρότερον ἑαυτοὺς πρὸς πᾶσαν παρεσκεύασαν σφαγὴν, οὐκ ἂν οὕτως ἴσχυσαν πρὸς τοὺς δικάζοντας ἐλευθεροστομῆσαι τότε, καὶ τοσαύτην ἐπιδείξασθαι μεγαλοψυχίαν. καὶ γὰρ διημέρευον πρὸ τῶν θυρῶν τοῦ δικαστηρίου καθήμενοι, τοὺς ἀπάγεσθαι μέλλοντας ἐξαρπάσαι τῶν δημίων παρεσκευασμένοι. ποῦ νῦν εἰσιν οἱ τοὺς τρίβωνας ἀναβεβλημένοι, καὶ βαθὺ γένειον δεικνύντες, καὶ ῥόπαλα τῇ δεξιᾷ φέροντες, οἱ τῶν ἔξωθεν φιλόσοφοι, τὰ κυνικὰ καθάρματα, οἱ τῶν ἐπιτραπεζίων κυνῶν ἀθλιώτερον διακείμενοι, καὶ γαστρὸς ἕνεκεν πάντα ποιοῦντες, πάντες κατέλιπον τότε τὴν πόλιν, πάντες ἀπεπήδησαν, εἰς τὰ σπήλαια [a] κατεκρύβησαν, μόνοι δὲ οἱ διὰ τῶν ἔργων ἀληθῶς τὴν φιλοσοφίαν ἐπιδεικνύμενοι, καθάπερ οὐδενὸς δεινοῦ τὴν πόλιν κατειληφότος, οὕτως ἀδεῶς ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἐφάνησαν. καὶ οἱ μὲν τὰς πόλεις οἰκοῦντες πρὸς τὰ ὄρη καὶ τὰς ἐρημίας ἀπεπήδησαν, οἱ δὲ τῆς ἐρήμου πολῖται εἰς τὴν πόλιν εἰσήλασαν, δεικνύντες διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν, ὅπερ ἐν ταῖς ἔμπροσθεν ἡμέραις οὐ διέλειπον λέγων, ὅτι τὸν μετὰ τῆς ἀρετῆς ζῶντα οὐδὲ κάμινός τι βλάψαι δυνήσεται. τοσοῦτόν ἐστι φιλοσοφία ψυχῆς πάντων ὑψηλοτέρα γινομένη καὶ τῶν χρηστῶν, καὶ τῶν λυπηρῶν ἁπάντων. οὔτε γὰρ ἐν ἐκείνοις χαυνοῦται, οὔτε ὑπὸ τούτων καταστέλλεται, καὶ ταπεινοῦται, ἀλλὰ μένει διὰ πάντων ἴση, τὴν οἰκείαν ἰσχὺν καὶ δύναμιν ἐπιδεικνυμένη. τίνα γὰρ οὐκ ἤλεγξεν ἡ τοῦ παρόντος καιροῦ δυσκολία; οἱ τὰ πρῶτα πολιτευσάμενοι παρ' ἡμῖν, οἱ ἐν δυναστείαις ὄντες, οἱ πλοῦτον ἄφατον περιβεβλημένοι, οἱ πολλὴν πρὸς βασιλέα παῤῥησίαν ἔχοντες, τὰς οἰκίας ἀφέντες [b] ἐρήμους ἅπαντες, ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν ἐβουλεύοντο σωτηρίας, καὶ φιλία πᾶσα, καὶ συγγένεια τότε ἠλέγχετο, καὶ οὓς πάλαι ᾔδεσαν, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς συμφορᾶς τούτους ἀγνοεῖν ἐβούλοντο, καὶ ἀγνοεῖσθαι παρ' ἐκείνων ηὔχοντο· οἱ δὲ μοναχοὶ ἄνθρωποι πένητες, ἱματίου πλέον οὐδὲν ἔχοντες εὐτελοῦς, ἐν ἀγροικίᾳ βεβιωκότες, οὐδένες εἶναι δοκοῦντες ἔμπροσθεν, ὄρεσι καὶ νάπαις ὁμιλοῦντες καθάπερ τινὲς λέοντες μετὰ μεγάλου καὶ ὑψηλοῦ φρονήματος, πάντων δεδοικότων καὶ κατεπτηχότων, εἰς τὸ μέσον στάντες τὸ δεινὸν ἔλυσαν, οὐκ ἐν πολλαῖς ἡμέραις, ἀλλ' ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ. καὶ καθάπερ οἱ γενναῖοι τῶν ἀριστέων οὐ συμπλακέντες τοῖς ἐναντίοις, ἀλλὰ καὶ φανέντες ἐπὶ τῆς παρατάξεως μόνον, καὶ βοήσαντες τρέπονται τοὺς ἀντιπάλους· οὕτω δὴ καὶ οὗτοι ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ καὶ κατέβησαν, καὶ διελέχθησαν, καὶ τὴν συμφορὰν ἔλυσαν, καὶ πρὸς τὰ οἰκεῖα ἀνέβησαν καταγώγια. τοσοῦτόν ἐστιν ἡ παρὰ τοῦ Χριστοῦ τοῖς ἀνθρώποις εἰσενεχθεῖσα φιλοσοφία. καὶ τί λέγω περὶ τῶν πλουτούντων, καὶ τῶν ἐν δυναστείαις ὄντων, ὅπου καὶ αὐτοὶ οἱ δικάζειν λαβόντες ἐξουσίαν, οἱ τὰς ἀνωτάτω διέποντες ἀρχὰς, παρ' αὐτῶν τούτων παρα-

[a] Alii, ἀπεκρύβησαν.

A ſi infinitas habuiſſent animas, omnes pro illorum ſalute tradere vellent. Neque mihi dicas hoc quod non jugulati ſint, nec ſanguinem effuderint: ſed quod tanta contra judices uſi ſint libertate, quanta ſolos de ſalute ſua deſperatos uti veriſimile fuit: & tali cum ſententia de montibus ad tribunal cucurrerint. Nec enim niſi prius ſe neci cuilibet præparaſſent, tam libere potuiſſent judices alloqui, & tantam tunc exhibere magnanimitatem: etenim ante prætorii januas totos dies agebant ſedentes, abducendos de carnificum manibus B eripere parati. Ubi nunc ſunt pallia geſtantes, & profundam oſtentantes barbam, & baculos dextra ferentes, externorum philoſophi, cynica piacula, ſubmenſalibus canibus inferiores, ventriſque cauſa cuncta facientes? Omnes tunc civitatem deſeruerunt, reſilierunt omnes, in cavernas conditi ſunt: ſoli vero qui per opera vere philoſophiam exhibent, ac ſi nullum civitatem malum comprehendiſſet, ſic intrepide in foro apparuerunt. Et urbem quidem habitantes, ad montes & deſerta avolaverunt: eremi vero incolæ C in urbem ingreſſi ſunt, per ipſa demonſtrantes opera ſua, quod ſuperioribus diebus non deſtiti dicere, nempe cum virtute viventem neque fornacem quidquam lædere poſſe: tanto eſt animæ ſapientia omnibus ſublimior, & ſuavibus & triſtibus cunctis: nec enim in illis molleſcit, nec his contrahitur & humiliatur, ſed per omnia manet æqualis, propriam fortitudinem & vim exhibens. Quem enim non ſuperaſſet præſentis temporis difficultas? proceres noſtræ reipublicæ in poteſtatibus exiſtentes, divitias immenſas ſortiti, qui multam apud Imperatorem fiduciam ha- D bebant, domos deſerentes orbas, omnes de propria ſalute conſultabant: & amicitia omnis, & cognatio tunc ſuperabatur, & quos olim noverant, in tempore calamitatis hos ignorare, & ab aliis ignorari optabant. Monachi vero homines pauperes, veſte vili plus nihil habentes, viventes in ruſticitate, nulli eſſe apparentes, in montibus & ſaltibus verſantes, velut quidam leones magno & alto ſenſu præditi, omnibus pavefactis & trepidantibus in medio conſiſtentes, malum diſſolvere E non multis diebus; ſed brevi temporis momento. Et ſicut generoſi bellatores non tantum adverſarios complexi, ſed etiam viſi tantum in acie, & vociferati adverſarios fugant: ſic & hi die una & deſcenderunt, & diſſeruerunt, & ſolverunt calamitatem, & ad propria reverſi ſunt tabernacula. Tanti eſt philoſophia a Chriſto in genus humanum introducta. Et quid dico de divitibus, & in poteſtate conſtitutis, cum & ii qui judicandi poteſtatem aſſequuti erant, ſummos gerentes magiſtratus

Omnes Philoſophi Gentiles urbem in calamitate deſeruerunt.

[b] Alii, ἐρήμους ἕκαστος ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν.

ab his ipsis rogati monachis, ut cum venia sententiam ferrent, eventus se dominos esse negaverint? haud tutum enim, sed periculosum esse, non tantum injuriam inferre Imperatori, sed etiam eos qui contumeliæ rei convicti sint, impunitos dimittere. Sed hi omnibus fuere potentiores, & animi magnitudine & tolerantia assidentes supplicarunt, ut quam ab Imperatore non acceperant potestatem, hanc exhiberent: & deprehensis iis qui rei essent, judicibus persuadere potuerunt, ne damnationis sententiam efferrent, sed ad Imperatoris nutum eos rejicerent, & promiserunt se illi persuasuros, & effecturos ut omnino veniam daret iis, qui in se peccaverant, & peregrinationem aggressi sunt: sed judices ipsorum sapientiam reveriti, & sensus altitudine perculsi, hanc eos longam obire viam non permisere, sed si dumtaxat ipsorum voces haberent in scriptis, se cum literis discessuros, & Imperatorem exoraturos, ut omnem iram dimitteret, spoponderunt: quod & fore exspectamus. Etenim cum sententia diceretur, ingressi multæ sapientiæ verba dixere, ac per literas Imperatori supplicaverunt, & judicii fecere mentionem, & se sua deposituros esse capita dixerunt, nisi hoc fieret, & post has sumtas in literis voces judices abierunt, quod omni corona splendidius vestram civitatem exornabit. Et quæ sunt hic nunc gesta, audiet Imperator, audiet magna civitas, audiet & totus orbis, quod tales Antiochenorum urbem habitent Monachi, ut Apostolicam exhibeant fiduciam: & literis nunc lectis, in castris omnes ipsorum magnanimitatem admirabuntur, omnes civitatem nostram beatam vocabunt, & malam repellemus famam: scientque omnes, gesta non civitatem inhabitantium fuisse, sed hominum externorum & perditorum: & idonea civitatis morum demonstratio Monachorum erit testimonium. Ne igitur tristemur dilecti, sed spe bona instructi simus. Si enim apud homines libertas tantum molestiæ prohibere potuit, apud Deum ipsum fiducia quid non operabitur? Hæc etiam Gentilibus dicamus, cum de philosophis nobiscum disputare audebunt. Ex his manifestum est priora fuisse falsa apud illos: ex his manifestum est & apud nos vera fuisse priora de Joanne, Petro, & Paulo, & omnibus aliis. Quoniam enim in illorum pietatem successerunt, propterea & eorum fiduciam exhibuerunt: quoniam iisdem legibus educati sunt, ideo & ipsorum virtutem sunt imitati. Itaque non est opus nobis literis ad Apostolicam virtutem demonstrandam, rebus ipsis clamantibus, & discipulis magistros repræsentantibus: non nobis sermonibus opus est ad Gentilium nugas manifestandas, & philosophorum ipsorum pusillanimitatem, rebus ipsis clamantibus, tam præsentibus, quam præteritis, quod

A κελευόμενοι τῶν μοναχῶν μετὰ συγγνώμης ποιήσασθαι τὴν ψῆφον, οὐκ ἔφησαν εἶναι κύριοι τοῦ τέλους· σφαλερὸν γὰρ εἶναι καὶ ἐπικίνδυνον, οὐχ ὑβρίζειν μόνον εἰς τὸν βασιλέα, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑβρικότας λαβόντας τιμωρίας ἀφεῖναι χωρίς. ἀλλ' οὗτοι πάντων ἐγένοντο κυριώτεροι, καὶ τῇ μεγαλοψυχίᾳ καὶ τῇ καρτερίᾳ προσεδρεύοντες ἐδυσώπησαν, ἣν οὐκ ἔλαβον παρὰ τοῦ βασιλέως ἐξουσίαν, ταύτην ἐπιδείξασθαι. καὶ ἴσχυσαν, τῶν ὑπευθύνων γινομένων φανερῶν, πεῖσαι τοὺς δικάζοντας μὴ τὴν καταδικάζουσαν ἐξενεγκεῖν ψῆφον, ἀλλ' εἰς τὴν βασιλέως γνώμην ἀναβαλέσθαι τὸ τέλος, καὶ ὑπέσχοντο πείσειν ἐκεῖνον πάντως B δοῦναι συγγνώμην τοῖς εἰς αὐτὸν ἡμαρτηκόσι, καὶ τῆς ἀποδημίας ἥπτοντο. ἀλλ' οἱ δικάζοντες αἰδεσθέντες αὐτῶν τὴν φιλοσοφίαν, καὶ τὸ ὑψηλὸν καταπλαγέντες φρόνημα, οὐ συνεχώρησαν στείλασθαι ταύτην τὴν μακρὰν ὁδόν, * ἀλλ' εἰ φωνὰς αὐτῶν λάβοιεν μόνον ἐν τοῖς γράμμασιν ἀπελεύσεσθαι, καὶ βασιλέα δυσωπήσειν ἀφεῖναι τὴν ὀργὴν ἅπασαν, ὃ δὴ καὶ προσδοκῶμεν ἔσεσθαι. καὶ γὰρ τῆς δίκης λεγομένης, εἰσελθόντες πολλῆς ἐφθέγξαντο φιλοσοφίας ῥήματα, καὶ διὰ τῶν γραμμάτων παρεκάλεσαν τὸν βασιλέα καὶ τῆς κρίσεως ἀνέμνησαν, καὶ τὰς ἑαυτῶν ἔφασαν ἀποθήσειν κεφαλάς, εἰ μὴ τοῦτο γένοιτο. C καὶ ταύτας οἱ δικάζοντες διὰ γραμμάτων λαβόντες τὰς φωνάς, ἀπῆλθον, ὃ παντὸς στεφάνου λαμπρότερον τὴν ὑμετέραν κοσμήσει πόλιν. καὶ νῦν τὰ ἐνταῦθα γεγενημένα ἀκούσεται μὲν βασιλεύς, ἀκούσεται δὲ καὶ ἡ μεγάλη πόλις, ἀκούσεται δὲ πᾶσα ἡ οἰκουμένη, ὅτι τοιοῦτοι τὴν Ἀντιοχέων πόλιν οἰκοῦσι μοναχοί, ὡς ἀποστολικὴν ἐπιδείξασθαι παῤῥησίαν, καὶ τῶν γραμμάτων νῦν ἀναγινωσκομένων ἐν τῷ στρατοπέδῳ πάντες αὐτῶν θαυμάσονται τὴν μεγαλοψυχίαν, πάντες τὴν πόλιν ἡμῶν μακαριοῦσι, καὶ τὴν πονηρὰν ἀποκρουσόμεθα δόξαν, καὶ εἴσονται πάντες, ὡς τὰ γεγενημένα οὐ τῶν ἐνοικούντων τὴν πόλιν ἦν, ἀλλ' ἀνθρώπων ξένων, καὶ D διεφθαρμένων, καὶ ὅτι ἱκανὴ τοῦ τῆς πόλεως ἤθους ἀπόδειξις ἡ τῶν μοναχῶν ἔσται μαρτυρία. μὴ τοίνυν ἀλύωμεν ἀγαπητοί, ἀλλὰ χρηστὰς προσδοκῶμεν ἐλπίδας. εἰ γὰρ ἡ πρὸς ἀνθρώπους παῤῥησία τοσοῦτον ἴσχυσε κωλῦσαι δεινόν, ἡ πρὸς τὸν θεὸν αὐτῶν παῤῥησία τί οὐκ ἐργάσεται; ταῦτα καὶ πρὸς Ἕλληνας λέγωμεν, ὅταν τολμῶσιν ὑπὲρ φιλοσόφων ἡμῖν διαλέγεσθαι. ἀπὸ τούτων εὔδηλον, ὅτι καὶ τὰ πρότερα ἦν ψευδῆ τὰ παρ' ἐκείνοις. ἀπὸ τούτων δῆλον, ὅτι καὶ τὰ πρότερα ἦν ἀληθῆ τὰ παρ' ἡμῖν, τὰ περὶ E Ἰωάννου, καὶ Παύλου, καὶ Πέτρου, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων. ἐπειδὴ γὰρ τὴν ἐκείνων εὐσέβειαν διεδέξαντο, διὰ τοῦτο καὶ τὴν αὐτῶν παῤῥησίαν ἐπεδείξαντο· ἐπειδὴ τοῖς αὐτοῖς νόμοις ἐτράφησαν, διὰ τοῦτο καὶ τὴν αὐτῶν ἀρετὴν ἐζήλωσαν. ὥστε οὐ χρεία γραμμάτων ἡμῖν ὑπὲρ τοῦ δεῖξαι τὴν ἀποστολικὴν ἀρετήν, τῶν πραγμάτων αὐτῶν βοώντων, καὶ τῶν μαθητῶν τοὺς διδασκάλους ἐνδεικνύντων· οὐ χρεία λόγων ἡμῖν, ὥστε τὸν τῶν Ἑλλήνων δεῖξαι λῆρον, καὶ τὴν τῶν παρ' αὐτοῖς φιλοσόφων μικροψυχίαν, τῶν πραγμάτων αὐτῶν βοώντων τῶν νῦν καὶ τῶν προτέρων, ὡς ἅπαντα τὰ

* Alii, ἀλλ' εἰ φωνὰς αὐτῶν λαβεῖν μόνον.

A παρ' αὐτοῖς μῦθος, καὶ σκηνὴ, καὶ ὑπόκρισις. οὐχ οἱ μοναχοὶ δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ ἱερεῖς τὴν αὐτὴν ἐπεδείξαντο μεγαλοψυχίαν, καὶ τὴν ἡμετέραν διενείμαντο σωτηρίαν. καὶ ὁ μὲν εἰς τὸ στρατόπεδον ἀπῆρε, πάντα δεύτερα θέμενος τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, καὶ αὐτὸς ἕτοιμος ὢν, εἰ μὴ πείσειε τὸν βασιλέα, ἀποθανεῖν· οὗτοι δὲ ἐνταῦθα μείναντες, καὶ τὰ αὐτὰ τοῖς μοναχοῖς ἐπιδειξάμενοι, ταῖς οἰκείαις χερσὶ τοὺς δικάζοντας [a] κατέχοντες οὐκ ἐπέτρεπον εἰσελθεῖν, πρὶν ἢ περὶ τοῦ τέλους ὑποσχέσθαι τῆς δίκης, καὶ ἡνίκα μὲν ἑώρων ἀνανεύοντας, πολλῇ τῇ παρρησίᾳ [b] καὶ αὐτοὶ πάλιν ἐκέχρηντο. ἐπειδὴ δὲ εἶδον ἐπινεύσαντας, B ποδῶν ἁψάμενοι, καὶ γονάτων, καὶ χεῖρας καταφιλήσαντες, ἑκατέραν τὴν ἀρετὴν μεθ' ὑπερβολῆς ἐπεδείξαντο, τήν τε ἐλευθερίαν, τήν τε ἐπιείκειαν. ὅτι μὲν γὰρ οὐκ ἦν θρασύτητος ἡ παρρησία, τὸ καταφιλῆσαι γόνατα, καὶ ποδῶν ἅψασθαι, μάλιστα ἔδειξαν· πάλιν ὅτι ταῦτα κολακεία οὐκ ἦν, οὐδὲ δουλοπρέπειά τις, οὐδὲ ἐξ ἀνελευθέρου γνώμης ἐγίνετο, τὰ φθάσαντα ἐμαρτύρησεν αὐτῶν τὴν παρρησίαν. οὐ ταῦτα δὲ μόνον ἀπὸ τοῦ πειρασμοῦ τὰ καλὰ ἐκαρπωσάμεθα, ἀλλὰ καὶ πολλὴν σωφροσύνην, πολλὴν ἐπιείκειαν· καὶ μοναστήριον ἡμῖν ἡ πόλις ἐξαίφνης ἐγένετο. οὐκ ἄν τις αὐτὴν οὕτως ἐκόσμησεν, εἰ χρυσοῦς ἀνδριάντας C [c] ἔστησεν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, ὡς νῦν ἐστι λαμπρὰ καὶ περιφανὴς τοὺς καλοὺς τῆς ἀρετῆς ἀνδριάντας προβαλλομένη, καὶ τὸν οἰκεῖον ἐπιδείξασα πλοῦτον. ἀλλὰ τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως λυπεῖ, ἀλλ' οὐδὲ ἐκεῖνα μὲν οὕτω φορτικὰ, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ πολὺ τὸ κέρδος ἤνεγκε. τί γὰρ ἐπαχθὲς, εἰπέ μοι, τῶν γινομένων; ὅτι τὴν ὀρχήστραν ἀνέφραξεν; ὅτι τὸν ἱππόδρομον ἄβατον ἐποίησεν; ὅτι τὰς τῆς πονηρίας πηγὰς ἀπέκλεισε καὶ κατέχωσε; μηδὲ ἀνοιχθῆναι μὲν οὖν εἴη ταῦτα ποτέ. ἐντεῦθεν αἱ ῥίζαι τῆς πονηρίας ἐβλάστησαν τῇ πόλει, ἐντεῦθεν οἱ τὸ ἦθος αὐτῆς διαβάλλοντές εἰσιν, οἱ τὰς αὐτῶν φωνὰς τοῖς ὀρχουμένοις πωλοῦντες, καὶ τριῶν ὀβολῶν τὴν ἑαυτῶν [d] προδιδόντες ἐκείνοις σωτηρίαν, D οἱ πάντα ἄνω καὶ κάτω κινοῦντες· διὰ ταῦτα ἀλγεῖς, ἀγαπητέ; διὰ ταῦτα μὲν οὖν καὶ χαίρειν χρὴ, καὶ εὐφραίνεσθαι, καὶ χάριτας ὁμολογεῖν τῷ βασιλεῖ, ὅτι ἡ κόλασις αὐτοῦ διόρθωσις γέγονε, καὶ ἡ τιμωρία παιδαγωγία, καὶ ἡ ὀργὴ διδασκαλία. ἀλλ' ὅτι τὰ βαλανεῖα ἡμῖν ἀποκέκλεισται; ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἀφόρητον, καὶ ἄκοντας τοὺς [e] τὸν ἁβρὸν, καὶ χαῦνον, καὶ διαλελυμένον βίον ζῶντας, πρὸς τὴν φιλοσοφίαν ἐπαναγαγεῖν. ἀλλ' ὅτι τὸ τῆς πόλεως ἀφεῖλεν ἀξίωμα, καὶ οὐκέτι καλεῖσθαι αὐτὴν μητρόπολιν εἴασεν; ἀλλὰ τί ποιῆσαι ἐχρῆν; ἐπαινέσαι τὰ γεγενημένα, καὶ χάριν ὁμολογῆσαι; καὶ τίς οὐκ ἂν αὐτὸν ἐμέμψατο, E ὅτι οὐδὲ [f] μέχρι ῥήματος ἐπεδείξατο τὴν ἀγανάκτησιν; οὐχ ὁρᾷς τοὺς πατέρας, ὅτι πολλὰ τοιαῦτα ποιοῦσιν εἰς τοὺς υἱοὺς ἑαυτῶν; ἀποστρέφονται, καὶ τραπέζης εἴργουσι. τοῦτο καὶ ὁ βασιλεὺς ἐποίησε τοιαύτας ἐπιθεὶς τιμωρίας, βλάβην μὲν οὐδεμίαν ἐχούσας, πολλὴν δὲ φερούσας τὴν διόρθωσιν. ἐννόησον τίνα προσεδοκήσαμεν,

A omnia apud ipsos fabulæ, & scena, & hypocrisis. Nec Monachi tantum, verum & sacerdotes eamdem præstiterunt animi magnitudinem, nostramque salutem dispensarunt. Et alius quidem in castra se contulit, omnia dilectioni vestræ postponens, & ipse paratus, nisi Imperatori persuaderet, mori: alii vero hic remanentes, & eadem quæ Monachi exhibentes, propriis manibus judices continentes, non sinebant ingredi, priusquam de judicii fine promitterent: & cum renuentes quidem videbant, multa fiducia & ipsi vicissim utebantur. B Ut autem annuentes viderunt, pedes & genua complexi, & manus exosculati, utramque virtutem superabundanter exhibuere, libertatem & mansuetudinem. Quod enim non superbiæ esset fiducia, exosculando genua, & pedes amplectendo, maxime demonstraverunt. Rursum quod humilitas illa non esset assentatio, neque servilitas quædam, nec ex illiberali sententia profecta, quæ præmissa ipsorum fiduciæ fuerunt, testificata sunt. Neque hæc sola de tentatione bona lucrati sumus, verum & multam modestiam, ac mansuetudinem, & civitas nobis repente monasterium facta est. C Non sic illam quis ornasset, si aureas in foro statuas erexisset, sicut nunc clara & illustris est, quæ bonas virtutis statuas protulit, & proprias exhibuit divitias. At quæ ab Imperatore profecta sunt contristant: sed nec illa profecto gravia, verum & ipsa multum attulerunt emolumenti. Quid enim molesti, dic mihi, factum est? quod orchestram obstruxerit, quod circum inaccessibilem fecerit, quod nequitiæ fontes excluserit & obruerit? Utinam nec concederetur umquam hos aperiri. Hinc nequitiæ radices in civitate germinaverunt, hinc sunt qui moribus ipsius crimen afferunt, suas voces saltantibus vendentes, & D tribus obolis suam illis salutem prodentes, confundentes omnia. Propterea tristaris, carissime? Imo ideo & gaudere & lætari oportet, & gratias Imperatori agere: quoniam ipsius ultio correctio fuit, & pœna eruditio, & ira doctrina. An quia balnea nobis occlusa sunt? sed hoc non intolerabile, vel invitos, lubricam & mollem & dissolutam degentes vitam, ad philosophiam reduci. An quod civitatis abstulit dignitatem, nec amplius ipsam Metropolim appellari permisit? sed quid facere oportebat? laudare commissa, & gratias E agere? & quis ipsum non accusasset, quod non vel speciem indignantis præ se tulisset? Non cernis patres multa hujusmodi in filios suos facere? Aversantur, & mensa prohibent. Hoc quoque Imperator fecit, tales imponens ultiones, nullum quidem habentes damnum, multam vero correctionem afferentes. Cogita quæ ex-

Pœnæ ab Imperatore Antiochenis inflictæ.

Metropolis dignitas translata ad Laodicenos. Vide notam Frontonis Ducæi & vitam Chrysostomi nostram ad annum 387.

a Alii, κατεῖχον.
b Savil. & quidam alii, καὶ οὕτω.
c Alii, ἀνέστησεν.

d Alii, προπίνοντες.
e Alii, τὸν ὑγρὸν καὶ χαῦνον.
f Quidam alii, μέχρι ῥήματος.

A spectavimus, & quæ facta sunt, & tunc maxime sciemus Dei gratiam. Doles quod civitatis dignitas ablata sit? disce quid tandem sit civitatis dignitas, & tunc manifeste scies, quod si habitatores ipsam non prodiderint, auferre poterit alius nemo civitatis dignitatem. Non quod Metropolis sit, neque quod prædita sit magnitudine & ornatu ædificiorum, neque quod multas habeat columnas, & latas porticus, & deambulationes, neque quod ante alias civitates prædicetur: sed inhabitantium virtus & pietas, hæc est dignitas, & ornatus, & tutela civitatis: ita ut si hoc desit, omnium sit vilissima, licet infinitum ab B Imperatoribus consequatur honorem. Vis civitatis tuæ dignitatem discere? vis gentilia ipsius ornamenta nosse? dicam sedulo, non ut discas tantum, verum ut & imiteris. Quæ tandem est civitatis nostræ dignitas? *Contigit primum Antiochiæ discipulos appellari Christianos:* hoc autem civitatum quæ sunt in mundo cunctarum habet nulla, nec ipsa Romuli civitas: propterea contra omnem terrarum orbem oculos erigere potest: quoniam erga Christum amoris ignem habet, propter fiduC ciam, propter virtutem illam. Vis & aliam civitatis audire dignitatem & laudem? Fames olim difficillima futura erat, & Antiochiam habitantes statuerunt, prout quisque abundabat, ad sanctos Jerosolymam habitantes aliquid mittere. Ecce & secundam dignitatem, in fame caritatem. Non contraxit ipsos tempus, nec segniores reddidit calamitatis exspectatio: sed quando alii aliena colligunt, tunc illi sua emittebant, nec præsentibus tantum, verum & longe sedentibus. Vidisti fidem in Deum, & caritatem in proximum? Vis & aliam civitatis hujus discere dignitatem? D Descenderunt quidam ex Judæa Antiochiam, perturbantes prædicationem, & Judaicas inducentes observationes. Non tacite tulerunt illi innovationem, nec acquieverunt, sed convenientes, & Ecclesiam facientes, Jerosolymam Paulum miserunt & Barnabam, & effecerunt ut Apostoli dogmata a Judaica infirmitate pura quovis terrarum mitterent. Hæc civitatis dignitas, hæc præstantia, hoc ipsam facit Metropolim, non in terra, sed in cælo. Itaque omnes alii honores corruptibiles sunt & caduci, & cum præsenti E vita solvuntur: frequenter autem & ante præsentem vitam finem habent: sicut & nunc utique habuerunt. Mihi civitas non habens pios cives omni villa vilior est, & quacumque spelunca ignobilior. Et quid dico de civitate? Ut enim diligenter discas virtutem solam cives ornare, nihil tibi de civitate dico, sed quod est omni civitate venerabilius, Jerosolymitanum Dei templum in medium afferens, hoc demonstrare conabor. Hoc enim templum, in quo sacrificia, & orationes & cultus, ubi sancta sanctorum, & Cherubim, & testa-

Antiochiæ vera dignitas. Act. 11. 26.

Act. 11. 29

Act. 15. 1.

a δυνήσεται. ἀξίωμα τίνων πόλεως, οὐ τὸ

A καὶ ἅπαντα γέγονε, καὶ τότε μάλιστα εἰσόμεθα τοῦ θεοῦ τὴν χάριν. ἀλγεῖς ὅτι τὸ τῆς πόλεως ἀξίωμα ἀφῄρηται; μάθε τί ποτέ ἐστι τῆς πόλεως ἀξίωμα, καὶ τότε εἴσῃ σαφῶς, ὅτι ἐὰν οἱ οἰκοῦντες αὐτὸ μὴ προδῶσιν, οὐδεὶς ἕτερος ἀφελέσθαι [a] δυνήσεται πόλεως ἀξίωμα. οὐ τὸ μητρόπολιν εἶναι, οὐδὲ τὸ μέγεθος ἔχειν, καὶ κάλλος οἰκοδομημάτων, οὐδὲ τὸ πολλοὺς κίονας, καὶ στοὰς εὐρείας, καὶ περιπάτους, οὐδὲ τὸ πρὸ τῶν ἄλλων ἀναγορεύεσθαι πόλεων, ἀλλ' ἡ τῶν ἐνοικούντων ἀρετὴ καὶ εὐσέβεια, τοῦτο καὶ ἀξίωμα, καὶ κόσμος, καὶ ἀσφάλεια πόλεως, ὡς ἂν μὴ τοῦτο ᾖ, πάντων ἐστὶν εὐτελεστέρα, κἂν μυρίας [b] παρὰ βα-

B σιλέων ἀπολαύῃ τιμῆς. βούλει μαθεῖν σὺ τῆς πόλεως τὸ ἀξίωμα; βούλει τὰ πάτρια αὐτῆς εἰδέναι. ἐγὼ ταῦτα μετὰ ἀκριβείας ἐρῶ, οὐχ ἵνα μάθῃς μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ ζηλώσῃς. τί ποτ' οὖν ἐστι τὸ τῆς παρ' ἡμῖν πόλεως τὸ ἀξίωμα; ἐγένετο πρῶτον ἐν Ἀντιοχείᾳ τοὺς μαθητὰς χρηματίσαι χριστιανούς. τοῦτο δὲ οὐδεμία τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἔχει πόλεων, οὐδ' αὐτὴ ἡ Ῥωμύλου πόλις· διὰ τοῦτο πρὸς ἅπασαν τὴν οἰκουμένην ἀντιβλέψαι δύναται διὰ τὸ φίλτρον τὸ περὶ τὸν Χριστὸν, διὰ τὴν παῤῥησίαν, διὰ τὴν ἀνδρείαν ἐκείνην. βούλει καὶ ἕτερον ἀκοῦσαι τῆς πόλεως

C ἀξίωμα καὶ ἐγκώμιον; λιμός ποτε χαλεπώτατος ἔμελλεν ἔσεσθαι, καὶ οἱ κατοικοῦντες ἐν Ἀντιοχείᾳ ὥρισαν, καθὼς ηὐπορεῖτό τις, πέμψαι πρὸς τοὺς ἁγίους τοὺς κατοικοῦντας ἐν Ἱεροσολύμοις. ἰδοὺ καὶ δεύτερον ἀξίωμα, ἡ ἐν λιμῷ φιλοφροσύνη. οὐ συνέστειλεν αὐτοὺς ὁ καιρὸς, οὐδὲ ὀκνηροτέρους ἐποίησεν ἡ τῆς συμφορᾶς προσδοκία· ἀλλ' ὅτε πάντες τὰ ἑτέρων συλλέγουσι, [c] τότε αὐτοὶ τὰ ἑαυτῶν προΐεντο, οὐχὶ τοῖς παροῦσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πόῤῥω καθημένοις. εἶδες πίστιν περὶ τὸν θεὸν, καὶ ἀγάπην τὴν περὶ τὸν πλησίον; βούλει καὶ ἕτερον μαθεῖν τῆς πόλεως ταύτης ἀξίωμα; κατῆλθόν τινες ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας εἰς Ἀντιόχειαν ἐπιθολοῦντες τὸ κήρυγμα, καὶ Ἰουδαϊκὰς

D ἐπεισάγοντες παρατηρήσεις· οὐκ ἤνεγκαν σιγῇ τὴν καινοτομίαν ἐκεῖνοι, οὐδὲ ἡσύχασαν· ἀλλὰ συνελθόντες, καὶ ἐκκλησίαν ποιήσαντες, εἰς Ἱεροσόλυμα ἔπεμψαν Παῦλον καὶ Βαρνάβαν, καὶ παρεσκεύασαν τοὺς ἀποστόλους καθαρὰ δόγματα, πάσης Ἰουδαϊκῆς ἀπηλλαγμένα ἀσθενείας πανταχοῦ διαπέμψασθαι τῆς οἰκουμένης. τοῦτο πόλεως ἀξίωμα, τοῦτο προεδρεία, τοῦτο μητρόπολιν αὐτὴν ποιεῖ, οὐκ ἐν τῇ γῇ, ἀλλ' ἐν τῷ οὐρανῷ. ὡς αἵγε ἄλλαι πᾶσαι τιμαὶ φθαρταὶ καὶ ἐπίκηροι, καὶ τῷ

E παρόντι συγκαταλύονται βίῳ, πολλάκις δὲ καὶ πρὸ τοῦ παρόντος βίου τέλος λαμβάνουσι, καθάπερ οὖν καὶ νῦν ἔλαβον. ἐμοὶ πόλις μὴ ἔχουσα πολίτας θεοφιλεῖς πάσης κώμης ἐστὶν εὐτελεστέρα, καὶ σπηλαίου παντὸς ἀτιμοτέρα. καὶ τί λέγω περὶ πόλεως; ἵνα γὰρ μάθῃς ἀκριβῶς, ὅτι ἀρετὴ μόνη κοσμεῖ τοὺς ἐνοικοῦντας, οὐδέν σοι λέγω περὶ πόλεως, ἀλλ' ὃ πάσης πόλεώς ἐστι σεμνότερον, τὸν τοῦ θεοῦ ναὸν, τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις εἰς μέσον ἐνεγκὼν τοῦτο ἀποδεῖξαι πειράσομαι. οὗτος γὰρ ὁ ναὸς, ἐν ᾧ θυσίαι, καὶ εὐχαὶ, καὶ λατρεῖαι, ἔνθα τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, καὶ τὰ χερουβὶμ, καὶ

b Alii & Morel. παρὰ βασιλέως. Paulopost, alii, βούλει τὰ πατρῷα.

c Alii, τότε ἐκεῖνοι. Infra Sav. & alii, Ἰουδαϊκὰς παρεισάγοντες παρατηρήσεις. ἢ διαθήκας

A ἡ διαθήκη, καὶ ἡ στάμνος ἡ χρυσῆ, τὰ μεγάλα σύμβολα τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας τῆς περὶ τὸ γένος ἐκεῖνο, ἔνθα χρησμοὶ ἄνωθεν συνεχεῖς ἐφέροντο, ἔνθα προφῆται ἔνθεοι ἐγίνοντο, ἔνθα οὐκ ἀνθρωπίνης τέχνης, ἀλλὰ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας ἡ διατύπωσις ἔργον ἐγίνετο, ἔνθα πολλῷ πάντοθεν οἱ τοῖχοι κατελάμποντο χρυσίῳ, καὶ πρὸς πᾶσαν ὑπερβολὴν καὶ ὕλης πολυτέλεια, καὶ τέχνης ἀκρίβεια συνελθοῦσαι, μόνον τοιοῦτον ἐπὶ τῆς γῆς ἔδειξαν ναὸν τότε. μᾶλλον δὲ οὐ τέχνης ἀκρίβεια μόνον, ἀλλὰ καὶ Θεοῦ σοφία τῆς οἰκοδομῆς συνεφήψατο ἐκείνης. οὐ γὰρ οἴκοθεν, [a] οὐδὲ παρ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ πάντα μαθὼν [a] ὁ Σολομῶν, καὶ τὴν ὑπογραφὴν ἐκ τῶν οὐρανῶν κατενεγκὼν, B οὕτως αὐτὸν διεχάραξε καὶ ἀνέστησεν. ἀλλ' ὅμως ὁ καλὸς οὗτος καὶ θαυμαστὸς ναὸς, καὶ ἅγιος, τῶν χρωμένων αὐτῷ διαφθαρέντων, οὕτως ἠτιμώθη, καὶ κατεφρονήθη, καὶ γέγονε βέβηλος, ὡς πρό γε τῆς ἁλώσεως σπήλαιον αὐτὸν καλεῖσθαι λῃστῶν, καὶ σπήλαιον ὑαίνης· μετὰ δὲ ταῦτα βαρβαρικαῖς, καὶ ἀκαθάρτοις, καὶ βεβήλοις παραδοθῆναι χερσί. [b] βούλει καὶ [b] περὶ πόλεων τὸ αὐτὸ τοῦτο μαθεῖν; τί τῶν ἐν Σοδόμοις πόλεων λαμπρότερον ἦν; καὶ γὰρ οἰκίαι καὶ οἰκοδομήματα λαμπρὰ, καὶ τείχη παρ' αὐτοῖς ἦν, καὶ χώρα λιπαρὰ, καὶ εὔγεως, καὶ τῷ παραδείσῳ τοῦ Θεοῦ C προσεοικυῖα· ἡ δὲ καλύβη τοῦ Ἀβραὰμ εὐτελὴς, καὶ μικρὰ, καὶ οὐδεμίαν ἔχουσα ἀσφάλειαν· ἀλλὰ πολέμου ποτὲ γινομένου βαρβαρικοῦ, τὰς μὲν πόλεις τὰς τειχήρεις κατέσκαψάν τε, καὶ εἷλον οἱ βάρβαροι, καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας λαβόντες αἰχμαλώτους ἀπῆλθον· τὸν δὲ τῆς ἐρήμου πολίτην Ἀβραὰμ οὐκ ἤνεγκαν ἐπελθόντα. καὶ μάλα εἰκότως· τῆς γὰρ ἀπὸ τοῦ πλήθους καὶ τῶν τειχῶν ἀσφαλείας πολλῷ μείζονα εἶχε δύναμιν, τὴν εὐσέβειαν. εἰ Χριστιανὸς εἶ, πόλιν οὐκ ἔχεις ἐπὶ τῆς γῆς. τῆς πόλεως ἡμῶν τεχνίτης D καὶ δημιουργός ἐστιν ὁ Θεός· κἂν ἅπασαν λάβωμεν τὴν οἰκουμένην, ξένοι καὶ παρεπίδημοι πάσης ἐσμέν. εἰς τὸν οὐρανὸν ἐνεγράφημεν, ἐκεῖ πολιτευόμεθα· μὴ κατὰ τὰ παιδία τὰ μικρὰ τῶν μεγάλων ὑπερορῶντες, τὰ μικρὰ θαυμάζωμεν. οὐ μέγεθος πόλεως, ἀλλὰ ψυχῆς ἀρετὴ κόσμος ἐστὶ καὶ ἀσφάλεια. εἰ δὲ ἀξίωμα εἶναι νομίζεις πόλεως, ἐννόησον πόσοι πορνοκόποι, πόσοι μαλακοὶ, καὶ διεφθαρμένοι, καὶ μυρίων γέμοντες κακῶν κοινωνοῦσί σοι τῆς ἀξίας ταύτης, καὶ καταφρόνησόν ποτε τῆς τιμῆς ταύτης. ἀλλ' οὐκ ἐκείνη τοιαύτη· καὶ γὰρ ἀδύνατόν ἐστιν αὐτῆς μετασχεῖν τὸν μὴ πᾶσαν ἐπιδειξάμενον ἀρετήν. μὴ τοίνυν E [c] ἀνόητοι γινώμεθα, ἀλλὰ τότε ἀλγῶμεν, ὅταν τὸ ἀξίωμα ἡμῶν τῆς ψυχῆς ἀφέληταί τις, ὅταν ἁμαρτίαν ἐργασώμεθα, ὅταν τῷ κοινῷ πάντων δεσπότῃ προσκρούσωμεν, ὡς τά γε νῦν γεγενημένα οὐ μόνον οὐδὲν παραβλάψει τὴν πόλιν, ἀλλ' ἐὰν νήφωμεν, καὶ ὠφελήσει τὰ μέγιστα. καὶ γὰρ γυναικὶ νῦν ἔοικεν ἡμῖν ἡ πόλις εὐσχήμονι, καὶ ἐλευθέρᾳ, καὶ σώφρονι· ὁ φόβος ἐπιεικεστέραν αὐτὴν καὶ σεμνοτέραν ἐποίησε, καὶ τῶν μιαρῶν ἐκείνων τῶν τὰ γε-

[a] Alii, ὁ Μωϋσῆς. Male.
[b] Sic Savil. & maxima pars Mss. Morel. & pauci alii, περὶ πόλεως.

A mentum, & urna aurea, magna indicia divinæ circa genus illud providentiæ: ubi oracula superne continua ferebantur, ubi prophetæ divino afflabantur numine: ubi non humanæ artis, sed divinæ sapientiæ typus erat: ubi multo parietes undique fulgebant auro, & supra omnem modum tum materiæ pretiosissima species, tum artis diligentia conjunctæ solum super terram templum hujusmodi tunc fuisse demonstraverunt: imo vero non artis tantum diligentia, verum & Dei sapientia simul illud ornavit ædificium. Non enim ex proprio nutu, nec a semetipso, sed a B Deo cuncta Salomon discens, & descriptionem cælitus referens, sic ipsum designavit, & erexit. Verumtamen templum tam pulcrum, & mirabile, & sanctum, utentibus ipso perditis, tantæ ignominiæ habitum est, sicque contemtum & profanum redditum, ut ante captivitatem quidem spelunca vocaretur latronum, & spelæum hyænæ, post hæc vero barbaricis, & immundis, & profanis manibus traditum sit. Vis & de civitate hoc idem discere? Quid Sodomis & conjunctis civitatibus fuit præclarius? Etenim domus & C ædificia splendida, & parietes pulcherrimi apud ipsos erant, & regio pinguis, & fertilis, & paradiso Dei assimilata: cella vero Abrahami vilis & parva, & nullum habens munimen. Sed exorto quandoque bello barbarico, urbes quidem mœnibus munitas suffoderunt, & ceperunt barbari, & incolas captivos abducentes abierunt: solitudinis autem civem Abraham ingruentem non tulerunt. Nec immerito: multitudinis enim & murorum munimine multo majorem vim habebat, pietatem scilicet. Si Christianus es, civitatem non D habes super terram. Civitatis nostræ opifex & architectus est Deus: licet omnem capiamus orbem, hospites & peregrini totius sumus. In cælum adscripti sumus, illic conversamur, non puerorum more parvorum magna contemnentes, parva admiremur. Non civitatis magnitudo, sed animi virtus ornamentum est & munimentum. Si vero civitatis quoque dignitatem esse putaveris magnitudinem, cogita quot lenones, quot molles & perditi, & innumeris pleni malis dignitati huic communicant, & tandem hunc contemne honorem. Sed non ille talis est: non enim ipsius E partem capere licet illi, qui non omnem exhibeat virtutem. Ne igitur stulti fiamus, sed tunc doleamus, cum quis animæ nostræ dignitatem abstulerit, cum peccatum fuerimus operati, cum communem omnium Dominum offenderimus: siquidem quæ nunc patrata sunt, non tantum nihil lædent civitatem, sed si sobrii simus, & maxime adjuvabunt. Etenim nunc civitas nostra mulieri formosæ, & liberæ, & modestæ similis esse videtur. Timor ipsam fecit mansuetiorem & honestiorem, & a sceleratis illis, qui hæc ne-

3. Reg. 6. 4.

Matth. 21.

Non magnitudo, sed pietas civitates exornat.

[c] Savil. & multi Mss. ἀνοηταίνωμεν.

fanda sunt ausi facinora, liberavit. Ne igitur muliebri ploremus luctu: etenim multos per forum dicentes audivi: Væ tibi Antiochia, quid tibi factum est? quomodo es honore privata? Et cum audissem, puerilem talia dicentium mentem derisi. Non enim hæc nunc oportet dicere: sed cum saltantes videris, potantes, blasphemantes, jurantes, pejerantes, mentientes, tunc his utere verbis: Væ tibi civitas, quid tibi factum est? Si vero forum videris paucos habens viros mansuetos, & modestos, & moderatos, civitatem illam voca beatam. Nihil enim ipsam paucitas lædere poterit, cum non desit virtus: sicut contra, nihil umquam proderit multitudo, cum adsit malitia. *Si fuerit numerus filiorum Israël*, inquit, *velut arena maris, reliquiæ salvabuntur.* Nihil me multitudo poterit exorare, inquit. Sic & Christus fecit, vocavit civitates miseras, non propter paucitatem, neque quoniam non essent Metropoles: & Jerusalem rursum propter hoc ipsum miseram dixit, sic inquiens: *Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt.* Quam enim mihi confert utilitatem multitudo, dic mihi, si vitiose vivat? quin e contrario & damnum ex hoc nascitur. Quid enim aliud nunc illata mala fecit? nonne torpor & contemtus, & inhabitantium improbitas? numquid dignitas civitati profuit? numquid ædificii magnitudo? numquid quia Metropolis? Si vero apud regem terræ nihil ipsi prævaricatæ hoc profuit, sed illa cuncta sublata sunt: multo magis apud Angelorum Dominum nihil ipsi proderit dignitas ista: nihil enim nos illo die poterit adjuvare, quod Metropolim habitemus, porticus latas habentem, & alias hujusmodi dignitates. Et quid dico illum diem? quid vel ad præsentem vitam prodesse poterit, civitatem esse tibi Metropolim? numquid ex hoc domum quisquam male dispositam correxit, vel ex hac ullum dignitate proventum habuit, vel tristitiam repulit, vel corporis ægritudinem, vel animi vitium deposuit? Ne ludamus, dilecti, nec ad vulgi opiniones respiciamus, sed discamus quæ tandem sit civitatis dignitas, quid quod civitatem reddat Metropolim. Nec hæc dico, quod desperem civitatem hanc formam priorem resumturam, & in propria futuram præsidentia. Humanus enim, & pius est Imperator. Vos autem volo etiam si reddita fuerit, non altum ob hoc sapere, neque gloriari, nec ex his civitatem nobis magnifice efferre. Cum vis civitatis laudem efferre, ne mihi Daphnem suburbanam dicas, nec altitudinem cupressorum, & multitudinem, nec aquarum fontes, nec multos homines civitatem habitare, nec usque ad profundissimam vesperam cum multa libertate in foro versari, nec venalium rerum copiam habere,

Esa. 10.22. Rom. 9.27.

Matth. 23. 37.

A γενημένα τολμησάντων ἀπήλλαξε. μὴ τοίνυν γυναικώδεις θρηνῶμεν θρήνους· καὶ γὰρ ἤκουσα πολλῶν κατὰ τὴν ἀγορὰν λεγόντων· οὐαί σοι Ἀντιόχεια, τί σοι γέγονε; πῶς ἠτιμώθης; καὶ ἀκούσας κατεγέλασα τῆς παιδικῆς τῶν ταῦτα λεγόντων διανοίας. οὐ γὰρ νῦν ταῦτα λέγειν χρή· ἀλλ' ὅταν ἴδῃς ὀρχουμένους, μεθύοντας, ᾄδοντας, βλασφημοῦντας, ὀμνύοντας, ἐπιορκοῦντας, ψευδομένους, τότε ταύτην ἐπίλεγε τὴν ῥῆσιν, οὐαί σοι πόλις, τί σοι γέγονεν; ἐὰν δὲ ἴδῃς τὴν ἀγορὰν ὀλίγους ἔχουσαν ἄνδρας ἐπιεικεῖς, καὶ σώφρονας, καὶ μετρίους, μακάριζε τὴν πόλιν ἐκείνην. οὐδὲν γὰρ ἡ ὀλιγότης αὐτὴν παραβλάψαι B ποτὲ δυνήσεται τῆς ἀρετῆς προσούσης, ὥσπερ οὖν τὸ πλῆθος οὐδὲν ὠφελήσει ποτὲ, κακίας οὔσης. ἐὰν ᾖ ὁ ἀριθμὸς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, φησὶν, ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, τὸ κατάλειμμα σωθήσεται. οὐδέν με τὸ πλῆθος δυσωπῆσαι δυνήσεται, φησίν· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησεν· ἐταλάνισε πόλεις οὐ δι' ὀλιγότητα, οὐ διὰ τὸ μὴ εἶναι μητροπόλεις· καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ πάλιν δι' αὐτὸ τοῦτο ἐταλάνισεν οὕτω λέγων· Ἱερουσαλὴμ, Ἱερουσαλὴμ, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτήν. τί γάρ μοι τὸ πλῆθος ὄφελος φέρει, εἰπέ μοι, ἂν μετὰ κακίας ᾖ πολιτευόμενον; τοὐναντίον μὲν C οὖν καὶ βλάβος ἀπὸ τούτου γίνεται. νῦν οὖν τὰ γεγενημένα κακὰ τί ἄλλο εἰργάσατο; οὐχ ἡ ῥαθυμία, καὶ ἡ ὀλιγωρία, καὶ ἡ μοχθηρία τῶν ἐνοικούντων; μή τι τὸ ἀξίωμα τὴν πόλιν ὠφέλησε; μή τι τὸ μέγεθος τῆς οἰκοδομῆς; μή τι τὸ μητρόπολιν αὐτὴν εἶναι; εἰ δὲ παρὰ βασιλεῖ τῷ ἐπὶ τῆς γῆς οὐδὲν αὐτῆς τοῦτο ἁμαρτούσης περιέσῃ, ἀλλὰ πάντα ἐκεῖνα ἀφῄρηται, πολλῷ μᾶλλον παρὰ τῷ δεσπότῃ τῶν ἀγγέλων οὐδὲν αὐτῆς τὸ ἀξίωμα περιστήσεται τοῦτο· οὐδὲν γὰρ ἡμᾶς ὠφελῆσαι δυνήσεται κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, τὸ μητρόπολιν οἰκεῖν, καὶ στοὰς ἔχουσαν εὐρείας, καὶ τὰ ἄλλα ἀξιώματα τὰ τοιαῦτα. καὶ τί λέγω κατὰ τὴν D ἡμέραν ἐκείνην; εἰς γὰρ τὸν παρόντα βίον, τί σε ὠφελῆσαι δυνήσεται, τὸ μητρόπολιν εἶναί σου τὴν πόλιν; ἆρα οἰκίαν τις κακῶς διακειμένην ἀπὸ τούτου διώρθωσεν, ἢ πρόσοδόν τινα ἔσχεν; ἢ ἀπὸ τῆς ἀξίας ταύτης ἀθυμίαν ἀπεκρούσατο, ἢ σώματος ἀρρωστίαν [a] ἔλυσεν, ἢ κακίαν ψυχῆς ἀπέθετο; μὴ παίζωμεν, ἀγαπητοί, μηδὲ πρὸς τὰς τῶν πολλῶν ὑπολήψεις βλέπωμεν, ἀλλὰ μάθωμεν, τί ποτέ ἐστι πόλεως ἀξίωμα, τί ποτέ ἐστι τὸ ποιοῦν πόλιν μητρόπολιν. ταῦτα λέγω προσδοκῶν μὲν πάλιν ἀπολήψεσθαι καὶ τοῦτο τὴν πόλιν τὸ σχῆμα, καὶ ἐπὶ τῆς οἰκείας φανήσεσθαι προεδρίας· καὶ γὰρ φιλάνθρω- E πος ὁ βασιλεὺς καὶ θεοφιλής· βούλομαι δὲ ὑμᾶς, εἰ καὶ ἀποδοθείη, μὴ μέγα ἐπὶ τούτῳ φρονεῖν, μηδὲ ἐγκαλλωπίζεσθαι, μηδὲ ἐκ τούτων τὴν πόλιν ἡμῶν σεμνύνειν. ὅταν ἐθέλῃς τῆς πόλεως εἰπεῖν ἐγκώμιον, μή μοι τὴν Δάφνην εἴπῃς τὸ προάστειον, μηδὲ τὸ πλῆθος καὶ μῆκος τῶν κυπαρίττων, μηδὲ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, μηδὲ τὸ πολλοὺς τὴν πόλιν οἰκεῖν ἀνθρώπους, μηδὲ τὸ μέχρι βαθυτάτης ἑσπέρας ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς διατελεῖσθαι μετὰ ἀδείας πολλῆς, μηδὲ τῶν ὠνίων τὴν ἀφθονίαν, αἰσθητὰ ἅπαντα.

[a] ἔλυσεν deest in quibusdam Manuscriptis.

A ταῦτα, καὶ μέχρι τοῦ παρόντος μένοντα βίου· ἀλλ' ἐὰν ἔχῃς εἰπεῖν ἀρετὴν, ἐπιείκειαν, ἐλεημοσύνην, παννυχίδας, εὐχὰς, σωφροσύνην, φιλοσοφίαν ψυχῆς, ἀπὸ τούτων κόσμει τὴν πόλιν. ταῦτα καὶ τοῖς τὴν ἔρημον οἰκοῦσι παρόντα πάσης πόλεως λαμπροτέραν αὐτὴν ποιεῖ· καὶ πάλιν πάντων εὐτελεστέραν, ἂν μὴ παρῇ ταῦτα τοῖς ἐκείνης πολίταις. τοῦτο μὴ ἐπὶ πόλεως μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπ' ἀνθρώπων [a] ποιήσωμεν. ἐὰν ἴδῃς ἄνθρωπον πολυσαρκοῦντα, εἰς εὐεξίαν πολλὴν ἐκβεβηκότα, ὑψηλὸν, καὶ τοὺς ἄλλους ὑπερβαίνοντα τῷ μήκει τοῦ σώματος, μὴ θαυμάσῃς, ἕως ἂν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν καταμάθῃς· μὴ ἀπὸ τῆς ἔξωθεν εὐμορφίας, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν διάνοιαν κάλ- B λους μακαρίζωμεν ἅπαντας. μικρὸς ἦν ὁ Δαυῒδ, καὶ βραχὺς [b] τῷ σώματι· ἀλλ' ὅμως ὁ βραχὺς ἐκεῖνος καὶ μικρὸς, καὶ τῶν ὅπλων γεγυμνωμένος ἁπάντων, στρατόπεδον τοσοῦτον, καὶ τὸν σαρκικὸν ἐκεῖνον πύργον ἀπὸ μιᾶς κατήνεγκε πληγῆς, οὐκ ἀκοντίσας δόρυ, οὐδὲ βέλος ἀφεὶς, οὐδὲ ξίφος γυμνώσας, ἀλλὰ [c] μικρᾷ βολῇ τὸ πᾶν ἐργασάμενος. διὰ τοῦτο καί τις παραινεῖ λέγων, μὴ ἐπαινέσῃς ἄνθρωπον ἐν κάλλει αὐτοῦ, μηδὲ βδελύξῃ ἄνδρα ἐν ὁράσει αὐτοῦ· μικρὰ ἐν πετεινοῖς ἡ μέλισσα, καὶ ἀρχὴ γλυκασμάτων ὁ καρπὸς αὐτῆς. τοῦτο καὶ ἐπὶ πόλεως καὶ ἀνδρῶν λέγωμεν, καὶ πρὸς ἀλλήλους φιλοσοφῶ- C μεν, καὶ τῷ Θεῷ χάριν ἔχωμεν διηνεκῶς, καὶ ὑπὲρ τῶν παρόντων, καὶ ὑπὲρ τῶν παρελθόντων, καὶ παρακαλῶμεν αὐτὸν κοινῇ μετὰ ἐκτενείας πάσης, ὥστε καὶ τοὺς τὸ δεσμωτήριον οἰκοῦντας, καὶ τοὺς εἰς τὴν ἀλλοτρίαν μετοικίζεσθαι μέλλοντας, τοὺς μὲν ἀφεθῆναι, τοὺς δὲ ἐπανελθεῖν. μέλη ἡμῶν εἰσι κἀκεῖνοι, μεθ' ἡμῶν ἐκλυδωνίσθησαν, μεθ' ἡμῶν τὸν χειμῶνα ὑπέστησαν· παρακαλῶμεν τοίνυν τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν μεθ' ἡμῶν αὐτοὺς ἀπολαῦσαι τῆς γαλήνης. μὴ λεγέτω τις, τί δέ μοι μέλει λοιπόν; ἀπηλλάγην τοῦ κινδύνου, ἀπολλύσθω ὁ δεῖνα, διαφθειρέσθω ἕτερος. μὴ παροξύνωμεν τὸν Θεὸν διὰ τῆς ὑπεροψίας D ταύτης, ἀλλ' ὡς αὐτοὶ ὄντες ἐν τοῖς δεινοῖς, οὕτως ὀδυνώμεθα, οὕτω τὸν Θεὸν μετ' ἐκτενείας παρακαλῶμεν, ἐκεῖνο τὸ Παύλου πληροῦντες ῥητὸν, τοῖς δεσμίοις ὡς συνδεδεμένοι, τοῖς κακουχουμένοις, ὡς καὶ αὐτοὶ ὄντες ἐν σώματι, καὶ κλαίοντες μετὰ κλαιόντων, τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι. τοῦτο καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς ὠφελήσει τὰ μέγιστα· οὐδὲν γὰρ οὕτω τὸν Θεὸν εὐφραίνειν εἴωθεν, ὡς τὸ μετὰ πολλῆς προθυμίας ἀλγεῖν ὑπὲρ τῶν μελῶν τῶν ἡμετέρων. παρακαλῶμεν τοίνυν αὐτὸν κοινῇ καὶ ὑπὲρ τῶν παρόντων, καὶ ὑπὲρ τῶν μελλόντων, ὥστε κἀκείνης ἡμᾶς ἐξαρπάσαι τῆς κολάσεως. τὰ μὲν γὰρ παρόντα, οἷα ἂν ᾖ, φορητά τέ ἐστι, καὶ τέλος ἔχει· τὰ δὲ ἐκεῖ βασα- E νιστήρια ἀθάνατά τε καὶ ἄφυκτα. μετὰ δὲ τῆς παρακλήσεως καὶ αὐτοὶ σπουδάζωμεν, μηκέτι τοιούτοις περιπίπτειν ἁμαρτήμασιν, εἰδότες ὅτι λοιπὸν οὐδὲ συγγνώμης ἀπολαῦσαι δυνησόμεθα. κοινῇ τοίνυν τῷ Θεῷ προσπίπτωμεν ἅπαντες, καὶ ἐνταῦθα ὄντες, καὶ κατὰ τοὺς οἴκους γενόμενοι λέγωμεν, δίκαιος εἶ Κύριε ἐπὶ πᾶσιν, οἷς ἐποίησας ἡμῖν, ὅτι ἐν ἀληθινῇ κρίσει ἐπήγαγες, ὅσα

A sensibilia hæc omnia cum sint, & usque ad præsentem permaneant vitam: sed si dicere possis virtutem, mansuetudinem, eleemosynam, nocturnas vigilias, orationes, modestiam, animi sapientiam, ex istis civitatem commenda. Hæc si & eremum habitantibus adsint, omni civitate splendidiorem ipsam faciunt; & contra civitatem omnium vilissimam, si hæc illius non adsint civibus. Hoc non in civitate tantum, verum & in hominibus faciamus. Si hominem videris corpulentum, in habitudinem multam progressum, altæ staturæ & alios corporis proceritate superantem, ne ad- B mireris, donec animum ejus didiceris. Ne ab exteriori pulcritudine, sed a mentis ornatu omnes beatos censeamus. Parvus 1. Reg. 17.
erat David, & brevis statura, verumtamen brevis ille & parvus, & armis nudus omnibus, exercitum tantum & carneam turrim illam uno prostravit ictu, non hastam jaculatus, neque sagittam mittens, nec ensem stringens, sed totum modico lapidis jactu: Ideo quidam admonet dicens. *Ne laudaveris hominem in specie ejus,* Eccli. 11. 2.
nec abomineris virum in aspectu ejus. Parva inter volatilia apis, & initium dulcoris ipsius fructus. Hoc & de civitatibus & homi- C nibus dicamus, & inter nos philosophemur, ac Deo gratias habeamus assidue & de præsentibus, & de præteritis, & simul ipsum rogemus cum omni contentione, ut & carcerem habitantes, & in exsilium transportandi, illi quidem dimittantur, hi vero revertantur. Membra nostra sunt & & illi nobiscum fluctuati sunt, nobiscum procellam sustinuerunt: rogemus igitur benignitatem divinam, ut nobiscum tranquillitatem assequantur. Nemo dicat: Quæ vero mihi cura est amplius? Liberatus sum ipse periculo, pereat ille, moriatur D alter. Ne Deum exacerbemus per hanc aspernationem: sed tamquam ipsi simus in adversis, sic doleamus, sic Deum cum sedulitate precemur, illud Pauli dictum implentes: *Cum vinctis tamquam simul vin-* Rom. 12. 15.
cti, cum male habentibus tamquam & ipsi simus in corpore, & flentes cum flentibus, humilibus consentientes. Hoc & nobis ipsis maxime proderit: nihil enim sic Deum delectare consuevit, sicut cum multa alacritate pro membris nostris dolemus. Oremus igitur ipsum simul & pro præsentibus, & pro futuris, ut & ab illa nos pœna liberet. Præsentia enim qualiacumque sint, tolerabilia sunt, & finem habent: E illa vero tormenta immortalia & inevitabilia. Præter consolationem vero studeamus & ipsi non amplius talibus labi peccatis, scientes nos ultra veniam non assequuturos. Simul igitur ante Deum procidamus omnes, & dum hic sumus, & domum profecti dicamus: Justus es Domine Dan. 3. 27.
in omnibus quæ fecisti nobis: quoniam in vero judicio induxisti, quæcumque indu-

a Alii, ποιῶμεν.
b Alii, τὸ σῶμα.

c Savil. & plurimi MSS. μικρᾷ βώλῳ, alii, μικρᾷ βολῇ. Paulopost, alii, μὴ ἐπαινέσῃς ἄνδρα.

xisti. Si peccata nostra obstiterint nobis, A fac nobis propter nomen tuum, & ne concedas amplius talium nos molestiarum experientiam capere, *nec nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo:* quoniam tuum est regnum & potentia, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

ἐπήγαγες. εἰ αἱ ἁμαρτίαι ἡμῶν ἀντέστησαν ἡμῖν, ποίησον ἡμῖν ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου, καὶ μὴ συγχωρήσῃς μηκέτι τοιούτων δεινῶν πεῖραν λαβεῖν, μηδὲ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

IN PRÆDICTUM SEDITIONIS argumentum: de jejunio, & in Apostolicum dictum, Gaudete in Domino semper.

Philip. 3. & 4.

HOMILIA XVIII.

1. MULTOS vidi gaudentes, & inter B se dicentes: Vicimus, superavimus, jejunii dimidium profligatum est. Tales autem hortor non propterea gaudere, quia profligatum sit jejunii dimidium, sed illud considerare, si peccatorum sit profligatum dimidium; & tunc exsultare: hoc enim voluptate dignum, hoc est quod quæritur, & propter quod facta sunt omnia, ut defectus nostros corrigamus, ne tales exeamus de jejunio, quales jejunium ingressi sumus, sed abluti, & omni mala consuetudine deposita, C sic sacram agamus solemnitatem. Si hoc desit, non tantum nulla nobis erit utilitas, verum & maximum ex consummato jejunio damnum. Ne igitur lætemur, quod jejunii prolixitatem expedivimus: nihil enim magnum hoc est: sed lætemur, quando cum bonis operibus ipsum exegerimus, ut etiam ipso transacto, fructus ipsius effulgeat: etenim hyemis lucrum tunc maxime demonstratur, cum illa præterierit. Namque vernantes segetes, & foliis ac fructu affluentes arbores per ipsum aspectum clamant utilitatem sibi ex hyeme factam. Hoc & in nobis pariter fiat: etenim D pluviis continuis & crebris in hyeme per jejunii tempus potiti sumus, continuam haurientes doctrinam, & semina suscepimus spiritualia, & deliciarum spinas abscidimus. Perseveremus igitur quæ suscepimus cum diligentia servantes, ut & jejunio præterito jejunii scaturiat fructus: & per bona quæ de jejunio cepimus, etiam ipsius jejunii recordemur. Si nos igitur sic comparemus, adveniens jejunium cum voluptate suscipiemus denuo. Multos etenim video se ita pusillanimiter habentes, ut in præsenti de futura soliciti sint quadragesima, E multosque dicentes audivi, se post jejunii liberationem non sentire voluptatem ex remissione propter futuri anni solicitudinem. Quid his, quæso, magis esse posset pusillanime? Quæ vero hujus causa? quod adveniente jejunio non quomodo bene disponatur anima studeamus, sed in sola ciborum abstinentia ipsam definiamus. Itaque si multum in morum correctione ab ipso lucraremur, quotidie jeju-

Jejunium quo pacto prosit.

[a] ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΡΟΕΙΡΗΜΕΝΗΝ ὑπόθεσιν τῆς στάσεως, περὶ νηστείας, καὶ εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ ἀποστόλου, χαίρετε ἐν κυρίῳ πάντοτε.

ΟΜΙΛΙΑ ιη'.

ΠΟΛΛΟΥΣ εἶδον χαίροντας, καὶ πρὸς ἀλλήλους λέγοντας, ἐνικήσαμεν, ἐκρατήσαμεν, ἐδαπανήθη τῆς νηστείας τὸ ἥμισυ. τοὺς δὲ τοιούτους παρακαλῶ, μὴ διὰ τοῦτο χαίρειν, ὅτι ἐδαπανήθη τῆς νηστείας τὸ ἥμισυ, ἀλλ' ἐκεῖνο σκοπεῖν, εἰ τῶν ἁμαρτημάτων ἐδαπανήθη τὸ ἥμισυ, καὶ τότε ἀγάλλεσθαι· τοῦτο γὰρ ἡδονῆς ἄξιον, τοῦτό ἐστιν τὸ ζητούμενον καὶ δι' ὃ πάντα γίνεται, ἵνα τὰ ἐλαττώματα ἡμῶν διορθώσωμεν, ἵνα μὴ τοιοῦτοι ἐξέλθωμεν ἀπὸ νηστείας, οἷοι εἰσήλθομεν εἰς νηστείαν, ἀλλ' ἀπονιψάμενοι, καὶ πάντα ἀποθέμενοι τὰ τῆς πονηρᾶς συνηθείας, οὕτω τὴν ἱερὰν ἀγάγωμεν ἑορτήν· ὡς ἂν μὴ τοῦτο ᾖ, οὐ μόνον οὐδὲν ἡμῖν ἔσται κέρδος, ἀλλὰ καὶ βλάβος μέγιστον τῆς νηστείας δαπανηθείσης. μὴ τοίνυν χαίρωμεν, ὅτι διηνύσαμεν τῆς νηστείας τὸ μῆκος· τοῦτο γὰρ οὐδὲν μέγα ἐστίν· ἀλλὰ χαίρωμεν, ὅταν μετὰ κατορθωμάτων αὐτὸ διανύσωμεν, ἵνα καὶ ἀπελθούσης ταύτης, ὁ ταύτης διαλάμπῃ καρπός. [b] καὶ γὰρ τοῦ χειμῶνος τὸ κέρδος τότε μάλιστα δείκνυται, ὅταν ἐκεῖνος παρέλθῃ· καὶ γὰρ κομῶντα τὰ λήϊα, καὶ φύλλοις, καὶ καρπῷ τὰ δένδρα βρίοντα διὰ τῆς ὄψεως βοᾷ τὴν ἐκ τοῦ χειμῶνος γενομένην ὠφέλειαν αὐτοῖς. τοῦτο δὴ καὶ ἐφ' ἡμῶν γενέσθω. καὶ γὰρ ὑετῶν συνεχῶν καὶ ἐπαλλήλων ἀπελαύσαμεν ἐν τῷ χειμῶνι κατὰ τὸν τῆς νηστείας καιρὸν διηνεκοῦς μεταλαβόντες διδασκαλίας, καὶ σπέρματα ἐδεξάμεθα πνευματικὰ, καὶ τὰς ἀκάνθας τῆς τρυφῆς ἀπετέμομεν. μένωμεν τοίνυν ἅπερ ὑπεδεξάμεθα τηροῦντες μετὰ ἀκριβείας, ἵνα καὶ τῆς νηστείας ἀπελθούσης ὁ τῆς νηστείας βρύῃ καρπὸς, καὶ διὰ τῶν ἀγαθῶν, ὧν ἐκαρπωσάμεθα ἀπὸ τῆς νηστείας, καὶ αὐτῆς μνημονεύωμεν τῆς νηστείας. ἐὰν οὕτως ἑαυτοὺς παρασκευάσωμεν, προσιοῦσαν αὐτὴν μεθ' ἡδονῆς δεξόμεθα πάλιν. καὶ γὰρ οὕτως ὁρῶ πολλοὺς μικροψύχως ἔχοντας, ὡς ἐν τῷ παρόντι περὶ τῆς μελλούσης μεριμνᾷν τεσσαρακοστῆς, καὶ πολλῶν ἤκουσα λεγόντων, ὅτι μετὰ τὴν τῆς νηστείας ἀπαλλαγὴν οὐκ αἰσθάνονται τῆς ἡδονῆς τῆς ἐκ τῆς ἀνέσεως διὰ τὴν φροντίδα τοῦ μέλλοντος ἐνιαυτοῦ. τί ἂν γένοιτο τούτου μικροψυχότερον εἰπέ μοι; τί δὲ τὸ αἴτιον τούτου ἐστίν; ὅτι νηστείας [c] παραγενομένης οὐχ ὅπως τὰ κατὰ ψυχὴν εὖ διατεθείη σπουδάζομεν, ἀλλ' ἐν τῇ τῶν σιτίων ἀποχῇ μόνον αὐτὴν ὁριζόμεθα. ὡς εἰ μέγα εἰς τὴν τῶν τρόπων διόρθωσιν ἀπ' αὐτῆς ἐκαρπωσάμεθα, κᾂν ηὐξάμεθα

[a] Savil. hunc effert titulum, ὁμιλία λεχθεῖσα εἰς τὴν μέσην τῶν νηστειῶν, καὶ εἰς τὸ ἀποστολικὸν ῥητὸν τὸ λέγον, χαίρετε ἐν κυρίῳ πάντοτε, καὶ περὶ τῆς προειρημένης ἐν τῇ πόλει στάσεως.

[b] Savil. & aliquot MSS. καὶ γὰρ τοῦ χειμῶνος ἀπελθόντος, μένει τὸ τοῦ χειμῶνος κέρδος, καὶ τότε μάλιστα δείκνυται.

[c] Savil. & quidam alii, παρελθούσης minus recte.

καθ' ἑκάστην ἡμέραν παραγίνεσθαι τὴν νηστείαν, δι' αὐτὴν τὴν τῶν ἔργων αἴσθησιν λαμβάνοντες τῶν κατορθωμάτων αὐτῆς, καὶ οὐκ ἄν ποτε τὴν ἐπιθυμίαν αὐτῆς ἐξεβάλομεν· οὐκ ἂν προσδοκωμένης αὐτῆς ἐγινόμεθα κατηφεῖς καὶ ἐναγώνιοι. τὸν γὰρ κατὰ διάνοιαν εὖ διακείμενον, καὶ τῆς ψυχῆς ἐπιμελούμενον τῆς ἑαυτοῦ, οὐδὲν ὅλως τῶν ὄντων θλίψαι δυνήσεται, ἀλλ' ἀπολαύσεται καθαρᾶς ἡδονῆς καὶ διηνεκοῦς. καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, ἠκούσατε τοῦ Παύλου σήμερον παραινοῦντος ἡμῖν καὶ λέγοντος, χαίρετε ἐν κυρίῳ πάντοτε, πάλιν ἐρῶ, χαίρετε. καὶ οἴδαμεν, ὅτι πολλοῖς ἀδύνατον εἶναι δοκεῖ τὸ λεγόμενον· πῶς γὰρ οἷόν τε, φησὶν, ἄνθρωπον ὄντα χαίρειν διηνεκῶς; τὸ μὲν γὰρ χαίρειν οὐ δύσκολον· τὸ δὲ διηνεκῶς χαίρειν, τοῦτο καὶ ἀδύνατον εἶναί μοι δοκεῖ, ἴσως εἴποι ἄν τις· πολλαὶ γὰρ ἀθυμίας ἡμᾶς ἀνάγκαι περιστοιχίζονται. ἢ γὰρ παῖδά τις ἀπέβαλεν, ἢ γυναῖκα, ἢ φίλον γνήσιον παντὸς συγγενοῦς ἀναγκαιότερον, ἢ ζημίαν ὑπέστη χρημάτων, ἢ νόσῳ περιέπεσεν, ἢ περίστασιν πραγμάτων ὑπέμεινεν ἑτέραν, ἢ παρ' ἀξίαν ὑβρισθεὶς ἤλγησεν, ἢ λιμὸς, ἢ λοιμὸς, ἢ εἴσπραξις ἀφόρητος, ἢ τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν πράγματα· μᾶλλον δὲ οὐκ ἂν φθάνοιμεν ἅπαντα καταλέγοντες, ὅσα καὶ ἰδίᾳ, καὶ δημοσίᾳ λυπεῖν ἡμᾶς εἴωθεν. πῶς οὖν δυνατὸν, φησὶ, πάντοτε χαίρειν; δυνατὸν μὲν οὖν, ἄνθρωπε· καὶ εἰ μὴ δυνατὸν ἦν, οὐκ ἂν ὁ Παῦλος παρῄνεσεν, οὐδ' ἂν συνεβούλευσεν ἄνθρωπος πνευματικῆς ἀπολαύων σοφίας. καὶ διὰ τοῦτο συνεχῶς ὑμῖν ἔλεγον, καὶ λέγων οὐ παύσομαι, ὅτι ἃ μηδαμοῦ, [a] μηδὲ παρ' ἑτέρῳ τινί ἐστι μαθεῖν, ταῦτα ἐνταῦθα ὑμῖν ἔξεστι φιλοσοφεῖν. ἡδονῆς μὲν γὰρ, καὶ τοῦ χαίρειν ἐπιθυμοῦσιν ἅπαντες, καὶ διὰ τοῦτο πάντα ποιοῦσι, καὶ λέγουσι, καὶ πραγματεύονται. καὶ γὰρ ἔμπορος διὰ τοῦτο πλεῖ, ἵνα χρήματα συναγάγῃ· χρήματα δὲ συνάγει ἵνα ἔχων ἀποκείμενα, χαίρῃ· καὶ ὁ στρατευόμενος διὰ τοῦτο στρατεύεται, καὶ ὁ γεωργὸς διὰ τοῦτο γεωργεῖ, καὶ τέχνην ἕκαστος διὰ τοῦτο μέτεισι, καὶ ἀρχῆς οἱ ἐρῶντες διὰ τοῦτο ἐρῶσιν, ἵνα δόξης ἀπολαύσωσι, δόξης δὲ ἀπολαύειν βούλονται, ἵνα χαίρωσι· καὶ πρᾶγμα ἕκαστον πρὸς τοῦτο ἴδοι τις ἂν [b] ἐπιγινόμενον ἡμῖν τὸ τέλος, καὶ πρὸς τοῦτο ἕκαστος βλέπων διὰ πολλῶν τῶν μέσων ἐπ' αὐτὸ σπεύδει βαδίζειν. εὐθυμίας μὲν, ὅπερ ἔφην, ἐρῶσι πάντες, ἐπιτυχεῖν δὲ οὐχ ἅπαντες δύνανται· οὐ γὰρ ἴσασι τὴν ἐκεῖ φέρουσαν ὁδόν· ἀλλὰ πολλοὶ νομίζουσιν, ὅτι τὸ πλουτεῖν αἴτιον τούτου γίνεται. εἰ δὲ τοῦτο αἴτιον ἦν, οὐδεὶς ἂν τῶν χρήματα κεκτημένων ἠθύμησέν ποτε· νυνὶ δὲ πολλοὶ τῶν πλουτούντων ἀβίωτον εἶναι τὸν βίον νομίζουσι, καὶ θανάτους μυρίους εὔχονται, ἐπειδὰν δυσημερίας τινὸς αἴσθωνται, καὶ οἱ σφόδρα ἀθυμοῦντες, οὗτοι μάλιστα πάντων εἰσί. μὴ γάρ μοι τὰς τραπέζας αὐτῶν ἴδῃς, μηδὲ τοὺς κόλακας αὐτῶν, καὶ τοὺς παρασίτους, ἀλλὰ τὰ ἐξ αὐτῶν [c] γινόμενα πράγματα, τὰς ἐπηρείας, τὰς συκοφαντίας, τοὺς κινδύνους, τὰς ἀγωνίας, καὶ τὸ τούτου πολλῷ χαλεπώτερον, ὅτι καὶ ἀμελέτητοι πρὸς ταύτας

A nium adesse oraremus, per ipsa opera ejus meritorum sensum capientes, nec umquam ipsius desiderium ejiceremus, numquam ipsum exspectantes tristes fieremus & anxii. Mente quippe bene dispositum, & animæ suæ curam habentem nulla res contristare poterit, sed is pura continuaque fruetur voluptate. Quod hoc sit verum, hodie Paulum audistis nos admonentem & dicentem: *Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete.* Scimus multis videri non posse fieri quod dictum est. Quomodo namque fieri potest, inquit, ut qui homo est, semper gaudeat? B Gaudere namque non difficile, perpetuo autem gaudere, impossibile mihi esse videtur, dicet fortasse aliquis: multæ enim nos tristitiæ necessario circumcursant. Vel enim filium quis amisit, vel uxorem, vel amicum sincerum, magis quam ullus consanguineus necessarium, vel pecuniarum jacturam fecit, vel in ægritudinem incidit, vel aliarum rerum sustinuit damnum vel præter dignitatem contumeliam passus indoluit: vel fames, vel pestis, vel exactio quæ ferri non potest, vel familiaria negotia: quinimo numquam omnia recensere possemus, quæcumque & privatim, & pu- C blice nos mœrore afficere consueverunt. Quomodo igitur, inquit, possibile semper gaudere? Possibile admodum o homo: & si possibile non esset, non admonuisset Paulus, nec consuluisset, cum homo spiritualí esset præditus sapientia. Idcirco frequenter hoc vobis dicebam, & dicere non desinam: quæ nullatenus ab alio quoquam disci possunt, hæc vobis licet hic philosophari. Voluptatem enim quærunt, & gaudere cupiunt omnes, & propter hoc omnia faciunt & dicunt & negotiantur. Etenim mercator ideo navigat, ut pecu- D nias congreget: congregat autem pecunias, ut habens repositas gaudeat: & qui militat, ideo militat, & agricola ideo terram colit, & artem quisque suam propterea tractat: & dominationis cupidi ideo cupiunt, ut gloria fruantur: gloria vero frui volunt, ut gaudeant: & negotium quodque ad hunc finem nobis tendere quis viderit: & ad hunc quisque respiciens, per multa media ad ipsum ire festinat. Lætitiam quippe, quod dixi, amant omnes, assequi vero non omnes possunt: nesciunt enim viam eo tendentem; sed multi putant, quod divitiis affluere hujus E sit causa. Si hæc autem causa fuisset, nemo pecunias possidentium umquam fuisset dolore pressus: nunc vero divitum multi vitam non vitalem esse putant, & innumeras mortes exoptant, cum aliquam adversitatem senserint, & hi maxime omnium dolent. Ne mihi quippe mensas ipsorum respexeris, nec assentatores & parasitos, sed res ex ipsis orientes, infestationes & calumnias, pericula, anxietates, & quod his longe molestius est, quod im-

Divitiæ lætitiam non pariunt.

[a] Alii, παρ' ἑτέρων τινῶν, alii, παρ' ἑτέρῳ τινί.
[b] Alii, ἐπιγινόμενον. Paulopost, aliquot Manuscripti, μὲν οὖν ὅπερ ἔφην ἐρῶσιν ἅπαντες.
[c] Alii, τικτόμενα.

præmeditati ad has devoluti mutationes, philosophari nesciant, & casus generose ferre. Ideo non ea videntur ipsis gravia, quæ talia per naturam sunt, verum & levia ipsis intolerabilia esse videntur: sicut vicissim in pauperibus contrarium accidit; & illa tolerari posse videntur, quæ intolerabilia sunt: quippe qui multa talia prius meditati fuerint. Non enim tam rerum natura, quam patientium dispositio, magna vel parva videri facit incumbentia nobis mala. Et ne horum exempla amborum longius accersam, de iis quæ vobis acciderunt, disseram. Ecce enim pauperes quidem omnes evaserunt, populus periculo liberatus est, & pura potitur securitate: qui autem rempublicam tractabant, & equos domi alebant, bravia in certaminibus proponebant, & alia administrabant, ipsi carcerem nunc habitant, de extremis timent, & ab omnibus patratorum soli dant pœnas, & in continuo metu vivunt, omnibusque nunc miseriores sunt, non propter periculorum magnitudinem, sed quia præteritum tempus in deliciis egerunt.

2. Multi namque cum eos hortaremur & moneremus, ut generose res adversas ferrent, dicebant: nil umquam tale meditati sumus, nec talia philosophari novimus, propterea magna indigemus consolatione. Alii rursum putant bonam valetudinem esse voluptatis causam, non est autem: multi namque bene valentes, & ipsi millies mori optaverunt, illatas sibi non ferentes injurias. Alii rursum gloria potiri, & imperio insignitum esse, & magistratus administrare, & a multis adulationibus demulceri, perpetuæ lætitiæ causam esse dicunt: sed nec istud est. Et quid loquor de aliis magistratibus? etsi enim ad ipsum imperium mente ascendamus, in illo quoque viventem multis circumventum molestiis inveniemus: & tanto plures tristitiæ necessitates habentem, quanto majore quoque rerum fastu circumdatus est. Et quid opus est bella pugnasque commemorare, & barbarorum insultus? ipsos sæpe timet, qui secum domi conversantur. Etenim regum multi hostilibus elapsi manibus, corporis sui custodum insidias non effugerunt. Tot vero regibus tristitiæ necessitates sunt, quot mari undæ. Cum igitur nec regnum vitam sine tristitia reddere possit, quid aliud hoc præstare poterit? Humanorum quidem nihil, sed solum Pauli breve istud & exile verbum nobis hunc aperiet thesaurum. Non enim multis opus est sermonibus, nec longo circuitu: sed si solum dictum cogitemus, viam ad hoc ferentem inveniemus: nec enim simpliciter dixit: Gaudere semper, sed addidit continuæ volup-
Philip 4.4. tatis causam, cum dixit: *Gaudete in Domino semper*. In Domino gaudens, ex accidente nullo voluptate hac excidere potest.

A ἐρχόμενοι τὰς μεταβολὰς, φιλοσοφεῖν οὐκ ἐπίστανται, οὐδὲ γενναίως τὰ συμπίπτοντα φέρειν. διόπερ οὐδὲ τοιαῦτα αὐτοῖς φαίνεται τὰ δεινὰ, οἷά ἐστι τῇ φύσει, ἀλλὰ καὶ τὰ κοῦφα ἀφόρητα λοιπὸν εἶναι δοκεῖ. ὥσπερ οὖν ἐπὶ τῶν πενήτων τοὐναντίον γίνεται, καὶ τὰ ἀνήκεστα φορητὰ [a] φαίνεται, ὡς τὰ πολλὰ τοιαῦτα αὐτοῖς μεμελετηκόσιν· οὐδὲ γὰρ οὕτως ἡ τῶν πραγμάτων φύσις, ὡς ἡ τῶν πασχόντων διάθεσις, καὶ μεγάλα καὶ μικρὰ ποιεῖ φαίνεσθαι τὰ ἐπιόντα ἡμῖν κακά. καὶ ἵνα μὴ πόῤῥωθεν ἀγάγω τὰ παραδείγματα ἑκατέρων τούτων, ἀπὸ τῶν συμβάντων ὑμῖν διαλέξομαι· ἰδοὺ γοῦν οἱ μὲν πένητες διέφυγον ἅπαντες, B καὶ ὁ δῆμος ἀπήλλακται τοῦ κινδύνου, καὶ ἀδείας ἀπολαύει καθαρᾶς· οἱ δὲ τὰ τῆς πόλεως πράττοντες πράγματα, ἱπποτρόφοι, καὶ ἀγωνοθέται, [b] καὶ τὰ ἄλλα λειτουργήσαντες, οὗτοι τὸ δεσμωτήριον οἰκοῦσι νῦν, καὶ περὶ τῶν ἐσχάτων δεδοίκασι, καὶ τῶν ἅπασι τετολμημένων αὐτοὶ τὰς εὐθύνας ὑπέχουσι, καὶ φόβῳ συζῶσι διηνεκεῖ, καὶ πάντων ἀθλιώτερον ἐκεῖνοι διάκεινται νῦν, οὐ διὰ τὸ μέγεθος τῶν κινδύνων, ἀλλὰ διὰ τὸ τρυφῇ τὸν ἔμπροσθεν χρόνον συνεζηκέναι.

Πολλοὶ γοῦν παρ' ἡμῶν παρακαλούμενοι, καὶ γενναίως φέρειν συμβουλευόμενοι τὰ δεινὰ, τοῦτο ἔλεγον, C ὅτι οὐδέ ποτε τοιοῦτον ἐμελετήσαμεν, οὐδὲ ἐπιστάμεθα τοιαῦτα φιλοσοφεῖν· διὰ τοῦτο πολλῆς δεόμεθα τῆς παρακλήσεως. ἕτεροι πάλιν νομίζουσιν, ὅτι τὸ ὑγιαίνειν, τοῦτό ἐστιν αἴτιον ἡδονῆς. οὐκ ἔστι δέ. πολλοὶ γοῦν τῶν ὑγιαινόντων καὶ αὐτοὶ μυριάκις ηὔξαντο ἀποθανεῖν, τὰς ἐπαγομένας αὐτοῖς οὐκ ἐνεγκόντες ἐπηρείας. ἄλλοι πάλιν τὸ δόξης ἀπολαύειν, καὶ δυναστείας ἐπειλῆφθαι, καὶ διέπειν ἀρχὰς, καὶ παρὰ πολλῶν κολακεύεσθαι, διηνεκοῦς χαρᾶς ποιητικὸν εἶναί φασιν· οὐκ ἔστι δὲ οὐδὲ τοῦτο. καὶ τί λέγω τὰς ἄλλας ἀρχάς; κἂν γὰρ ἐπ' αὐτὴν D ἀναβῶμεν τῷ λόγῳ τὴν βασιλείαν, καὶ τὸν ἐν ἐκείνῃ ζῶντα, πολλαῖς εὑρήσομεν περιεστοιχισμένον ἀθυμίαις, καὶ τοσούτῳ πλείους ἔχοντα λύπης ἀνάγκας, ὅσῳ καὶ μείζονα περιβέβληται πραγμάτων ὄγκον. καὶ τί χρὴ λέγειν πολέμους καὶ μάχας, καὶ τὰς παρὰ τῶν βαρβάρων ἐπαναστάσεις; πολλάκις αὐτοὺς τοὺς ἔνδον ἀναστρεφομένους δέδοικε. καὶ γὰρ πολλοὶ τῶν βασιλευσάντων τὰς πολεμικὰς διαφυγόντες χεῖρας, τὰς τῶν σωματοφυλάκων οὐ διέφυγον ἐπιβουλάς. τοσαῦται δὲ τοῖς βασιλεῦσιν ἀθυμίας ἀνάγκαι, ὅσα τῇ θαλάττῃ τὰ κύματα. εἰ δὲ βασιλεία οὐκ ἂν ἄλυπον ἐργάσαιτο βίον, τί ἕτερον δυνήσεται κατορθῶσαι τοῦτο; τῶν μὲν βιωτικῶν οὐδέν· τὸ δὲ Παύλου E ῥῆμα μόνον τὸ βραχὺ τοῦτο καὶ ψιλὸν αὐτὸ ἡμῖν τοῦτον ἀνοίξει τὸν θησαυρόν. οὐ γὰρ πολλῶν δεῖ λόγων, οὐδὲ μακρᾶς τῆς περιόδου, ἀλλ' ἐὰν ἐννοήσωμεν μόνον τὸ εἰρημένον, εὑρήσομεν τὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ τοῦτο φέρουσαν. οὐδὲ γὰρ εἶπεν ἁπλῶς, χαίρετε πάντοτε, ἀλλὰ προσέθηκε τὴν αἰτίαν τῆς διηνεκοῦς ἡδονῆς, χαίρετε ἐν Κυρίῳ πάντοτε εἰπών· ὁ ἐν Κυρίῳ χαίρων, οὐδενὶ τῶν συμπιπτόντων, τῆς ἡδονῆς ταύτης ἐκπεσεῖν δύναται. τὰ μὲν

[a] Alii, φαίνεται, τῷ πολλὰ τοιαῦτα ἔμπροσθεν αὐτοὺς μεμελετηκέναι· οὐ γὰρ οὕτως. Infra alii, ἀγάγω τὸ παράδειγμα.

[b] Alii, καὶ τὰς ἄλλας λειτουργίας λειτουργήσαντες.

τὰ γὰρ ἄλλα πάντα, ἐφ' οἷς χαίρομεν, τρεπτά τέ ἐστι καὶ εὐμετάπτωτα, καὶ ἀλλοιοῦται ῥᾳδίως· καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἔχει τὸ δεινὸν, ἀλλ' ὅτι καὶ μένοντα οὐ παρέχει τοσαύτην ἡμῖν τὴν ἡδονὴν, ὡς τὴν ἐκ τῶν ἄλλων ἡμῖν ἐπιγινομένην ἀθυμίαν [a] διακρούεσθαι καὶ συσκιάζειν· ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ φόβος ἀμφότερα ταῦτα ἔχει, βέβαιός τέ ἐστι καὶ ἀκίνητος, καὶ τοσαύτην βρύει χαρὰν, ὡς μηδεμίαν ἡμᾶς αἴσθησιν τῶν ἄλλων λαμβάνειν δεινῶν. ὁ γὰρ τὸν Θεὸν, ὡς χρὴ, φοβούμενος, καὶ ἐπ' αὐτῷ θαῤῥῶν, τὴν ῥίζαν ἐκαρπώσατο τῆς ἡδονῆς, καὶ πᾶσαν τῆς εὐθυμίας ἔχει τὴν πηγήν. καὶ καθάπερ εἰς πέλαγος ἄπειρον σπινθὴρ μικρὸς ἐμπεσὼν ἀφανίζεται ῥᾳδίως, οὕτως ὅσαπερ ἂν περιπέσῃ τῷ φοβουμένῳ τὸν Θεὸν, καθάπερ εἰς πέλαγος ἀχανὲς εὐθυμίας ἐμπίπτοντα κατασβέννυται καὶ ἀπόλλυται. καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν μάλιστα τοῦτό ἐστιν, ὅτι τῶν λυπούντων παρόντων μένει χαίρων αὐτός. εἰ μὲν γὰρ μηδὲν ἦν τὸ λυποῦν, οὐκ ἦν αὐτῷ μέγα, τὸ δύνασθαι διηνεκῶς χαίρειν· τὸ δὲ πολλῶν ἐπικειμένων τῶν εἰς ἀθυμίαν [b] ἐμβιβαζόντων ἀνώτερον εἶναι ἁπάντων, καὶ ἐν μέσοις τοῖς λυπηροῖς εὐφραίνεσθαι, τοῦτό ἐστι τὸ παράδοξον. καὶ καθάπερ τοὺς παῖδας τοὺς τρεῖς οὐδεὶς ἂν ἐθαύμασε μὴ κατακαέντας, εἰ πόῤῥω τῆς Βαβυλωνίας ἦσαν καμίνου· τὸ γὰρ ἐκπλῆξαν ἅπαντας τοῦτό ἐστιν, ὅτι τῷ πυρὶ τοσοῦτον ὁμιλήσαντες χρόνον, τῶν οὐχ ὡμιληκότων ἐξέβησαν ἀλυπώτεροι· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἁγίων ἐστὶν εἰπεῖν, ὅτι εἰ μηδεὶς αὐτοῖς ἐπήγετο πειρασμὸς, οὐκ ἂν αὐτοὺς ἐθαυμάσαμεν διηνεκῶς χαίροντας· τὸ δὲ ἐκπλήξεως ἄξιον, καὶ φύσιν ἀνθρωπίνην ὑπερβαῖνον, τοῦτό ἐστιν, ὅτι μυρίοις κυκλούμενοι κύμασι πάντοθεν, τῶν γαλήνης καθαρᾶς ἀπολαυόντων ῥᾷον διάκεινται. ὅτι μὲν οὖν οὐδένα βίον τῶν ἔξωθεν εὑρεῖν δυνατὸν εὐθυμίᾳ συγκεκληρωμένον [c] διηνεκῶς, δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων· ὅτι δὲ τὸν πιστὸν ἀμήχανον οὐ διηνεκοῦς ἀπολαύειν ἡδονῆς, καὶ τοῦτο αὐτὸ πάλιν ἀποδεῖξαι πειράσομαι, οὐχ ἵνα μάθητε μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ ζηλώσητε τὸν ἄλυπον τοῦτον βίον. ἔστω γάρ τις μηδὲν ἑαυτοῦ κατεγνωκὼς, ἀλλ' ἀγαθῷ συνειδότι συντρεφόμενος, καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα κεχηνὼς, καὶ τὰς ἀγαθὰς ἐκείνας ἀναμένων ἐλπίδας, τί τοῦτον, εἰπέ μοι, εἰς ἀθυμίαν ἐμβαλεῖν δυνήσεται; οὐ πάντων ἀφορητότατον ὁ θάνατος εἶναι δοκεῖ; ἀλλ' ἡ τούτου προσδοκία οὐ μόνον αὐτὸν οὐ λυπεῖ, ἀλλὰ καὶ εὐφραίνει μειζόνως· οἶδε γὰρ, ὅτι ἡ τοῦ θανάτου παρουσία πόνων ἐστὶν ἀπαλλαγὴ, καὶ δρόμος ἐπὶ τοὺς στεφάνους, καὶ τὰ βραβεῖα τὰ ἀποκείμενα τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας καὶ ἀρετῆς ἀγωνισαμένοις. ἀλλὰ παίδων ἄωρος τελευτή; ἀλλὰ καὶ τοῦτο φέρει γενναίως, καὶ ἐρεῖ τὰ τοῦ Ἰὼβ ῥήματα, ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλατο, ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτως καὶ ἐγένετο· εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον εἰς τοὺς αἰῶνας. εἰ δὲ θάνατος, καὶ παίδων ἀποβολὴ λυπεῖν οὐ δύναται, πολλῷ μᾶλλον ζημία χρημάτων, καὶ ἀτιμίαι, καὶ κατηγορίαι, καὶ διαβολαὶ τῆς οὕτω μεγάλης καὶ γενναίας ψυχῆς οὐκ ἄν ποτε ἅψαιντο, οὐδὲ ὀδύνη σώματος· ἐπεὶ καὶ οἱ ἀπόστολοι ἐμαστίζοντο μὲν, οὐκ ἠθύμουν δέ. μέγα μὲν οὖν καὶ τοῦτο· τὸ δὲ πολ-

[a] Aliquot MSS. ἀθυμίαν ἀποκρούεσθαι.
[b] Alii, ἐμβαλλόντων.

A Alia nempe cuncta, in quibus gaudemus, mutabilia sunt, volubilia, & facile vertuntur: nec hoc solum habent molestum, sed etiam quod manentia non tantam nobis afferunt voluptatem, ut ex aliis nascentem tristitiam repellant & obumbrent. Dei vero timor hæc habet utraque, stabilis est immotusque, & tantam emittit lætitiam, ut nullus nos aliorum sensus malorum capiat. Qui Deum enim, sicut oportet, timet, & in ipso confidit, voluptatis radicem lucratus est, & omnem habet lætitiæ fontem: & sicut in mare decidens immensum scintilla parva facile de-
B letur: sic quantacumque Deum timenti incidant, velut in vastum lætitiæ pelagus incidentia exstinguuntur atque perduntur. Et revera hoc est maxime mirabile, quod cum adsint quæ contristare solent, ipse gaudens permaneat. Si nihil enim triste adesset, non esset ipsi magnum semper posse gaudere: multis autem incumbentibus, quæ in tristitiam impellant, omnibus esse superiorem, & in mediis tristibus lætari, hoc est admirabile. Et sicut tres pueros non arsisse miraretur nemo, si procul a Babylonica stetissent fornace: quod enim omnes consternavit, hoc est, quod in igne
C tantum temporis versati, minus læsi sunt egressi, quam qui versati non fuerant: sic & in sanctis dicere licet, quod si nulla ipsis institisset tentatio, ipsos perpetuo gavisos esse non admiraremur. Stupore autem dignum, & supra naturam humanam hoc est, quod infinitis undique undis circumdati, tranquillitate pura fruentibus melius affecti sint. Quod igitur nullam exteriorem vitam gaudium continuum habentem invenire liceat, ex dictis patet:
D quod autem fidelis non possit non continua frui voluptate, rursum & hoc ipsum demonstrare conabor, non ut discatis tantum, sed etiam ut hanc tristitia carentem vitam sectemini. Sit enim aliquis nihil in se damnandum habens, sed bona fretus conscientia, ad futura anhelans, & exspectans illam beatam spem: quid hunc quæso in tristitiam poterit inducere? Nonne omnibus rebus intolerabilior mors esse videtur? sed hujus exspectatio non tantum ipsum non contristat, verum & potius delectat: novit enim mortis præsentiam laborum esse liberationem, & cur-
E sum ad coronas, & bravia pro pietate & virtute pugnantibus reposita. Sed filiorum immatura mors? Verum & hoc generose fert, & dicet Jobi verba: *Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino visum est, ita & factum est: sit nomen Domini benedictum in sæcula.* Si vero mors & filiorum jactura contristare non potest, multo minus pecuniarum jactura, & contumeliæ, accusationes & calumniæ tam magnum & generosum animum tangere possent, neque corporis dolor: quoniam & Apostoli flagellabantur quidem, sed non dolebant. Magna quidem sunt & hæc, sed multo

Vir fidelis continua fruitur voluptate.

Job 1. 21.

[c] Morel. & quidam MSS. διηνεκῶς, alii, διηνεκεῖ.

ter justitiam. Vides quomodo nullibi divitum quemquam, non generosum, non gloria potitum beatificant divinæ leges, sed virtutem tantum assequutum? Quod quæritur enim, in omnibus quæ facimus vel patimur, Dei timorem esse convenit, & si hanc præmittas radicem, non remissio tantum, nec honores, neque gloria atque ministeria, verum & infestationes & calumniæ, & contumeliæ, & ignominiæ, & tormenta, & omnia generaliter voluptatis fructus tibi germinabunt. Et sicut arborum radices, ipsæ quidem sunt amaræ, jucundissimos autem nobis fructus ferunt: sic profecto & secundum Deum tristitia multam nobis afferet voluptatem. Norunt quicumque sæpe cum dolore oraverunt, & lacrymas effuderunt, quantam sint lucrati lætitiam: quomodo conscientiam expurgarint, quomodo exsurrexerint cum bona spe: quod enim semper dico, non rerum natura, sed mens nostra nos contristare vel lætificare consuevit. Si igitur hanc talem reddamus, qualem esse decet, omnis lætitiæ pignus habebimus: & sicut corpus, non tantum aëris natura aut exteriores incursus, quantum propria dispositio & lædit & adjuvat: sic & in anima, & multo magis. Hic etenim naturæ est necessitas, illic vero totum in voluntate situm est. Propterea Paulus innumera passus mala, naufragia, bella, persequutiones, insidias, latronum incursus, & quæcumque nec oratione numerare licet, & quotidie moriens, non tantum non dolebat, nec indignabatur, verum & gloriabatur, & gaudebat, dicebatque: *Nunc gaudeo in passionibus meis, & suppleo defectus tribulationum Christi in carne mea.* Et iterum: *Non tantum autem, verum & gloriamur in tribulationibus.* Gloriatio vero voluptatis est intentio.

Colos. 1. 24.

Rom. 5. 3.

4. Si lætitiam itaque cupis, non pecunias, non corporis sanitatem, non gloriam, non potentiam, non delicias, non lautas mensas, non sericarum vestium amictus quæras: non pretiosos agros domosve splendidas & illustres, aut aliud hujusmodi quidquam sectare: sed philosophiam, quæ est secundum Deum, exerce, apprehende virtutem, & nil eorum quæ sunt, aut exspectantur, te poterit contristare. Quid dico contristare? imo accessio tibi voluptatis erunt, quæ alios contristant: etenim flagella, mortes, mulctæ, accusationes, ærumnæ, & omnia talia, cum propter Deum nobis inferantur, & hanc habeant radicem, multam nobis in animam inducunt voluptatem. Nos enim miseros facere poterit nemo, nisi nos ipsos faciamus: sicut scilicet neque beatos, nisi nos efficiamus, post Dei gratiam. Utque discatis eum solum esse beatum, qui timet Dominum: non ex præteritis, verum ex iis, quæ contigerunt nobis, hoc vobis nunc demonstrabo. Periculum fuit,

Nemo nos miseros facit nisi nos ipsi.

A διωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης. ὁρᾷς πῶς πανταχοῦ οὐδένα τῶν πλουτούντων, οὐ τῶν ἐν εὐγενείᾳ, οὐ τῶν δόξης ἀπολαυόντων μακαρίζουσιν οἱ θεῖοι νόμοι, ἀλλὰ τὸν ἀρετῆς ἐπειλημμένον; τὸ γὰρ ζητούμενον, πάντων, ὧν ἂν ποιῶμεν, ἢ πάσχωμεν, ὑπόθεσιν εἶναι τὸν τοῦ θεοῦ φόβον, κἂν ταύτην προκαταβάλῃς τὴν ῥίζαν, οὐκ ἄνεσις μόνον, οὐδὲ τιμαὶ, καὶ δόξαι, καὶ θεραπεῖαι, ἀλλὰ καὶ ἐπήρειαι, καὶ συκοφαντίαι, καὶ ὕβρεις, καὶ ἀτιμίαι, καὶ βάσανοι, καὶ πάντα ἁπλῶς ἡδονῆς σοι βλαστήσει καρπούς. καὶ καθάπερ τῶν δένδρων αἱ ῥίζαι αὐταὶ μέν εἰσι πικραὶ, ἡδίστους δὲ ἡμῖν τοὺς καρποὺς φέρουσιν, οὕτω δὴ καὶ ἡ κατὰ B θεὸν λύπη πολλὴν ἡμῖν οἴσει τὴν ἡδονήν. ἴσασιν, ὅσοι πολλάκις μετ' ὀδύνης ηὔξαντο, καὶ δάκρυα ἐξέχεαν, πόσην ἐκαρπώσαντο τὴν εὐφροσύνην, πῶς ἐξεκάθηραν τὸ συνειδὸς, πῶς μετὰ χρηστῆς ἀνέστησαν ἐλπίδος. ὅπερ γὰρ ἀεὶ λέγω, οὐχ ἡ τῶν πραγμάτων φύσις, ἀλλ' ἡ διάνοια ἡ ἡμετέρα λυπεῖν ἡμᾶς εἴωθε, καὶ εὐφραίνειν. ἂν τοίνυν ταύτην κατασκευάσωμεν, οἵαν εἶναι χρὴ, [a] πάσης εὐθυμίας ἐνέχυρον ἕξομεν· καὶ καθάπερ τὸ σῶμα οὐχ οὕτως ἡ τῶν ἀέρων φύσις, οὐδὲ αἱ ἔξωθεν προσβολαὶ, ὡς ἡ οἰκεία κατασκευὴ καὶ βλάπτει καὶ ὠφελεῖ, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς καὶ πολλῷ πλέον. ἐνταῦθα μὲν γὰρ φύσεώς ἐστιν ἀνάγκη, ἐκεῖ δὲ τὸ πᾶν ἐπὶ τῇ προαιρέσει κεῖται. διὰ τοῦτο ὁ Παῦλος μυρία ὑπομείνας δεινὰ, ναυάγια, C πολέμους, ἐπαναστάσεις, ἐπιβουλὰς, λῃστῶν ἐφόδους, καὶ ὅσα οὐδὲ ἀπαριθμήσασθαι ἔνι τῷ λόγῳ, καὶ καθημερινοὺς θανάτους ἀποθνήσκων, οὐ μόνον οὐκ ἤλγει, οὐδὲ ἐδυσχέραινεν, ἀλλὰ καὶ ἐκαυχᾶτο, καὶ ἔχαιρε, καὶ λέγει, νῦν χαίρω ἐν τοῖς παθήμασί μου, καὶ ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου. καὶ πάλιν· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν· ἡ δὲ καύχησις ἡδονῆς ἐστιν ἐπίτασις.

Αν τοίνυν εὐθυμίας ἐπιθυμῇς, μὴ χρήματα, μὴ σώ- D ματος ὑγίειαν, μὴ δόξαν, μὴ δυναστείαν, μὴ τρυφὴν, μὴ τραπέζας πολυτελεῖς, μὴ σηρικῶν ἱματίων περιβολὰς, μὴ πολυτελεῖς ἀγροὺς, μὴ οἰκίας λαμπρὰς, καὶ περιφανεῖς, μηδὲ ἄλλο τι τῶν τοιούτων δίωκε μηδέν· ἀλλὰ φιλοσοφίαν μέτελθε τὴν κατὰ θεὸν, καὶ ἀρετῆς ἐπιλαβοῦ· καὶ οὐδέν σε οὐ τῶν ὄντων, οὐ τῶν ἐλπιζομένων λυπῆσαι δυνήσεται. τί λέγω λυπῆσαι; προσθήκη μὲν οὖν ἡδονῆς σοι γενήσεται τὰ τοὺς ἄλλους λυποῦντα· καὶ γὰρ μάστιγες, καὶ θάνατος, καὶ ζημίαι, καὶ κακηγορίαι, καὶ τὸ κακῶς πάσχειν, καὶ πάντα τὰ E τοιαῦτα, ὅταν διὰ τὸν θεὸν ἡμῖν ἐπάγηται, καὶ ταύτην ἔχῃ τὴν ῥίζαν, πολλὴν ἡμῖν εἰς τὴν ψυχὴν εἰσάγει τὴν ἡδονήν. οὐδεὶς γὰρ ἡμᾶς ἀθλίους ποιῆσαι δυνήσεται, ἐὰν μὴ ἑαυτοὺς ποιήσωμεν· ὥσπερ οὖν οὐδὲ μακαρίους, ἐὰν μὴ ἑαυτοὺς ἐργασώμεθα μετὰ τὴν τοῦ θεοῦ χάριν. καὶ ἵνα μάθητε, ὅτι ἐκεῖνος μόνος ἐστὶ μακάριος, ὁ φοβούμενος τὸν κύριον, οὐκ ἀπὸ τῶν παρελθόντων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἡμῖν συμβάντων τούτων ὑμῖν ἀποδείξω νῦν. ἐκινδύνευσεν

[a] Alii, πάσης εὐνοίας ἐνέχυρον.

ἡμῖν ἡ πόλις ἀφανισθῆναι πᾶσα, καὶ τῶν μὲν πλουτούντων, καὶ περιφανῶν, καὶ ἐπισήμων ἀνδρῶν οὐδεὶς ἐτόλμησεν ἐν τῷ μέσῳ φανῆναι, ἀλλὰ πάντες ἔφυγον καὶ ἀπεπήδων· οἱ δὲ τὸν θεὸν φοβούμενοι, οἱ ἐν μοναστηρίοις διατρίβοντες, οὕτω μετὰ πολλῆς τῆς παῤῥησίας καταδραμόντες πάντα ἔλυσαν, καὶ τοσοῦτον ἀπέσχον αὐτοὺς φοβῆσαι, καὶ εἰς ἀγωνίαν ἐμβαλεῖν τὰ συμβάντα δεινὰ, καὶ αἱ προσδοκώμεναι ἀπειλαὶ, ὅτι πόῤῥω καθήμενοι τῆς συμφορᾶς, καὶ οὐδὲν κοινὸν ἔχοντες, ἑαυτοὺς ἔῤῥιψαν εἰς μέσην τὴν πυρὰν, καὶ πάντας ἐξείλοντο, καὶ ὃ πᾶσι δοκεῖ φοβερὸν εἶναι καὶ φρικῶδες, ὁ θάνατος, τοῦτο οὕτω μετὰ πάσης ἀνεδέξαντο τῆς προθυμίας, καὶ μετὰ πλείονος ἔτρεχον ἐπὶ τὸ πρᾶγμα ἡδονῆς, ἢ ἐπ' ἀρχὰς ἕτεροι καὶ τιμάς. ᾔδεσαν γὰρ ὅτι μεγίστη αὕτη ἀρχὴ καὶ τιμή. καὶ δι' αὐτῶν τῶν ἔργων ἔδειξαν, ὅτι οὗτος μόνος μακάριός ἐστιν ὁ φιλοσοφίας ἐπειλημμένος τῆς ἄνω, καὶ μεταβολὴν οὐδεμίαν δέχεται, οὐδὲ δυσημερίαν ὑπομένει τινὰ, ἀλλὰ διηνεκοῦς εὐημερίας ἀπολαύει, καὶ πάντων καταγελᾷ τῶν δοκούντων εἶναι λυπηρῶν. νῦν γοῦν οἱ μὲν ἐν δυναστείαις, ἀθυμίᾳ πολλῇ κατέχονται τὸ δεσμωτήριον οἰκοῦντες, ἁλύσεις περιβεβλημένοι, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀποθανεῖσθαι προσδοκῶντες· οὗτοι δὲ καθαρωτάτης ἀπολαύουσιν ἡδονῆς, κἂν συμβαίῃ τι παθεῖν δεινὸν, καὶ ἃ τοῖς ἄλλοις εἶναι δοκεῖ φοβερὰ, ταῦτα τούτοις ἐστὶ ποθεινά. ἴσασι γὰρ ἐπὶ τί τρέχουσι, καὶ ποία λῆξις μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν διαδέξεται. καὶ τοσαύτῃ συζῶντες ἀκριβείᾳ, καὶ θανάτου καταγελῶντες, ὅμως ὑπὲρ τῶν ἄλλων ἀλγοῦσι, καὶ ἀπὸ τούτου μεγίστην πάλιν ὠφέλειαν καρποῦνται. σπουδάσωμεν τοίνυν τῆς ψυχῆς ἐπιμελεῖσθαι τῆς ἡμετέρας, καὶ οὐδὲν ἡμᾶς τῶν ἀδοκήτων λυπῆσαι δύναται· καὶ ὑπὲρ τῶν ἐμβεβλημένων τὸν θεὸν παρακαλῶμεν, ὥστε αὐτοὺς ἀπαλλάξαι τῆς ἐπικειμένης συμφορᾶς. ἠδύνατο μὲν γὰρ ὁ θεὸς ἀθρόον λῦσαι τὸ δεινὸν, καὶ μηδὲ μικρὰ ἀφεῖναι λείψανα· ἀλλ' ἵνα μὴ πάλιν ἐπὶ τὴν προτέραν ἐπανέλθωμεν ῥαθυμίαν, ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν τὸν χείμαῤῥον τῶν κακῶν τούτων χαλᾶν παρεσκεύασε, κατέχων ἡμᾶς ἐπὶ τῆς αὐτῆς εὐλαβείας. καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, καὶ πολλοὶ πρὸς τὴν προτέραν ἐπανῆλθον ἂν ῥαθυμίαν, εἰ συντόμως ἐλύθη τὸ πᾶν, δῆλον ἐκεῖθεν, ἔτι τὰ λείψανα μένει τῆς συμφορᾶς, καὶ ἔτι τοῦ βασιλέως ἄδηλός ἐστιν ἡ γνώμη, καὶ οἱ τὰ τῆς πόλεως ἄγοντες πράγματα ἅπαντές εἰσιν ἐν δεσμοῖς, καὶ πολλοὶ τῶν τὴν πόλιν ἡμῖν οἰκούντων τῇ τοῦ λούεσθαι ἐπιθυμίᾳ ἐπὶ τὸν ποταμὸν τρέχουσι, μυρία κωμῳδοῦντες ἐκεῖ, ἀσελγαίνοντες, σκιρτῶντες, χορεύοντες, γυναῖκας ἐπισυρόμενοι. ἆρα τίνος ἂν εἶεν ἐκεῖνοι συγγνώμης ἄξιοι, ποίας ἀπολογίας; μᾶλλον δὲ ποίας οὐκ ἂν εἶεν ἄξιοι κολάσεως καὶ τιμωρίας; ἡ κεφαλὴ τῆς πόλεως ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, τὰ μέλη ἡμῶν ἐν ἐξορίᾳ, ἄδηλος ἡ περὶ τούτων ψῆφος, καὶ σὺ χορεύεις εἰπέ μοι, καὶ παίζεις, καὶ γελᾷς; οὐ γὰρ φέρομεν τὴν ἀλουσίαν, φησίν. ὢ τῆς ἀναισχύντου γνώμης, ὢ τῆς βαναύσου καὶ διεφθαρμένης. πόσοι γεγόνασιν εἰπέ μοι μῆνες; πόσοι ἐνιαυτοί; οὔπω εἴκοσιν ἡμέρας ἔχεις τῶν βαλανείων ἀποκλεισθεὶς, καὶ ὡς

A ne urbs nobis tota deleretur, & divitum quidem, illustrium, insigniumque virorum in medio apparere ausus est nemo, sed fugerunt omnes, & recesserunt: qui vero Deum timebant, commorantes in monasteriis, hi multa cum fiducia accurrentes, omnia solverunt: & tantum abfuit ut accidentia mala, & exspectatæ comminationes ipsos terrerent; & in anxietatem injicerent, ut longe a calamitate sedentes, & nihil habentes commune, sponte seipsos in medium mitterent incendium, & omnes eriperent: & quod omnibus terribile & horrendum esse videtur, mortem B ipsi cum omni alacritate exspectaverunt; & cum majori ad eam voluptate cucurrerunt, quam ad magistratus alii & honores. Norant enim, magnum esse hunc magistratum & honorem, & per ipsa demonstrarunt opera, eum solum esse beatum, qui philosophiam apprehendit cælestem, & mutationem nullam suscipit, nec ullam sustinet adversitatem, sed continua tranquillitate fruitur, & omnia deridet, quæ videntur esse tristia. Nunc enim qui sunt in primis magistratibus, tristitia multa te- C nentur carcerem habitantes; catenis obstricti, quotidie mori exspectantes: hi vero purissima fruuntur voluptate, etiam si quid grave pati accidat: & quæ aliis terribilia esse videntur, hæc ipsis sunt desiderabilia: norunt enim ad quid currunt, & quis finis postquam hinc discesserint, suscipiet: & cum tanto viventes studio, & mortem deridentes, pro aliis tamen dolent, & ex hoc vicissim magnam capiunt utilitatem. Studeamus igitur animæ nostræ curam habere, & inexspectatorum nihil nos poterit contristare, & pro carceratis Deum oremus, ut eos ab imminenti liberet calamitate. Poterat nempe to- D tum simul solvere malum, & ne tenues quidem dimittere reliquias: sed ne rursus ad priorem revertamur torporem, sensim & paulatim horum torrentem malorum remittere curavit, in eadem nos retinens pietate. Et quod hoc sit verum, quodque multi ad priorem rediissent torporem, si brevi cuncta soluta fuissent, inde manifestum est: adhuc calamitatis reliquiæ remanent, & adhuc Imperatoris est incerta sententia, & omnes qui civitatis negotia administrabant sunt in vinculis: multi tamen civitatem nobiscum habitantium lavandi cupiditate ad fluvium currunt, in- E numeris illic se conviciis mordentes, luxuriantes, lascivientes, saltantes, feminas pertrahentes. Qua igitur illi venia digni? qua excusatione? imo vero qua non sunt pœna & ultione digni? Civitatis caput in carcere, membra nostra in exsilio, incerta de his sententia: & tu, dic quæso, saltas, & ludis, & rides? Dicit aliquis: Non illoti manere ferimus. O impudentem sententiam! O mechanicam & perditam! Quot menses rogo fuerunt? Quot anni? Nondum viginti dies balneis exclusus egi-

sti, & tamquam totum illotus transegeris annum, sic mœres & indignaris? Siccine quæso fuisti cum militum incursum, cum per singulos mori dies exspectabas, quando in deserta fugiebas, & ad montium currebas vertices? Si quis tibi tunc totum annum illotum manere proposuisset, ut ab instanti liberareris anxietate, nonne promte suscepisses atque tulisses? Cum igitur illi, qui absque omni damno hæc solvit, Deo gratias agere conveniat; lascivis rursum & contumeliam facis, & quoniam metus transivit, ad majorem iterum torporem rediisti? Sic te tetigerunt mala, ut appetas & balnea? Licet enim balnea permitterentur, non poterat morientium calamitas, etiam eis qui in his non essent molestiis, persuadere, ut omnium oblivíscerentur deliciarum? De anima periculum est, & tu balneorum recordaris, & deliciis vis vacare? Contemnis qui nunc effugisti? vide ne majoris pœnæ tibi necessitatem circumponas, & ablatas rursum minas cum majori attrahas discrimine, & idem patiaris, quod de dæmonibus inquit
Luc. 11. 26. Christus. Postquam enim egressus fuerit spiritus immundus, inquit, & postea invenerit domum vacantem, & scopis mundatam, septem alios spiritus nequiores se iterum assumens, revertitur in animam, & fiunt posteriora ejus pejora prioribus. Timeamus igitur & nos, ne a prioribus liberati, persequentes torporem prioribus pejora subeamus. Novi vos ab hac alienos stultitia: verum & incomposite ambulantes cohibete, punite, castigate; ut semper gaudeatis, sicut Paulus imperavit: ut & propriorum hic meritorum, & aliorum curæ multam & hic & in futura vita capiamus mercedem, gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem, & cum quo Patri, simul & Sancto Spiritui gloria, honor, & adoratio nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

A ἐνιαυτὸν ἔχων ὁλόκληρον ἐν ἀλουσίᾳ οὕτως ἀλύεις καὶ [a] δυσχεραίνεις; οὕτως ἦσθα, εἰπέ μοι, ὅτε στρατιωτῶν προσεδόκησας ἔφοδον, ὅτε καθ' ἑκάστην ἤλπιζες τὴν ἡμέραν ἀποθανεῖσθαι; ὅτε εἰς τὰς ἐρημίας ἔφυγες, καὶ τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων ἔτρεχες; εἴ τίς σοι τότε προέτεινεν ἐνιαυτὸν ὁλόκληρον ἐν ἀλουσίᾳ μεῖναι, ὥστε ἀπαλλαγῆναι τῆς ἐπικειμένης ἀγωνίας, οὐκ ἂν ἑτοίμως κατεδέξω καὶ ὑπέμεινας; δέον οὖν εὐχαριστεῖν τῷ χωρὶς πάσης ζημίας λύσαντι ταῦτα θεῷ, σκιρτᾷς πάλιν καὶ ἐξυβρίζεις; καὶ ἐπειδὴ παρῆλθεν ὁ φόβος, πρὸς μείζονα B πάλιν ἐπανῆλθες ῥᾳθυμίαν; οὕτως σου καθήψατο τὰ δεινά, ὡς καὶ βαλανείων ἐπιθυμῆσαι; εἰ γὰρ ἀνεῖτο τὰ βαλανεῖα, οὐκ ἦν ἱκανὴ τῶν ἔτι κατεχομένων ἡ συμφορά, καὶ τοὺς οὐκ ὄντας ἐν τοῖς δεινοῖς τούτους πεῖσαι πάσης ἐπιλαθέσθαι τρυφῆς; περὶ ψυχῆς ὁ κίνδυνός ἐστι, καὶ σὺ βαλανείων μέμνησαι, καὶ τρυφᾷν βούλει; καταφρονεῖς ὅτι διέφυγες νῦν; ὅρα μὴ μείζονος κολάσεως σαυτῷ περιστήσῃς ἀνάγκην, καὶ πάλιν ἀπελθοῦσαν καλέσῃς μετὰ πλείονος τῆς περιουσίας τὴν ἀπειλήν, καὶ πάθῃς ταυτόν, ὃ [b] περὶ τῶν δαιμόνων φησὶν ὁ Χριστός· ἐπειδὰν γὰρ ἐξέλθῃ τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτόν, φησιν, εἶτα εὕρῃ τὸν οἶκον C σχολάζοντα καὶ σεσαρωμένον, ἑπτὰ ἕτερα πνεύματα πονηρότερα ἑαυτοῦ πάλιν λαβὸν ἐπεισέρχεται τῇ ψυχῇ, καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα αὐτοῦ χείρονα τῶν πρώτων. φοβηθῶμεν οὖν καὶ ἡμεῖς, μὴ τῶν προτέρων ἀπαλλαγέντες, μείζονα τῶν προτέρων ἐπισπασώμεθα διὰ τῆς μετὰ ταῦτα ῥᾳθυμίας. οἶδα, ὅτι ὑμεῖς ταύτης καθαροί ἐστε τῆς ἀτοπίας· ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀκοσμοῦντας κατέχετε, κολάζετε, σωφρονίζετε, ἵνα πάντοτε [c] χαίρητε, καθὼς ὁ Παῦλος προσέταξεν, ὅπως καὶ τῶν οἰκείων κατορθωμάτων καὶ τῆς ἑτέρων προνοίας πολλὴν καὶ ἐνταῦθα, καὶ κατὰ τὴν μέλλουσαν ζωὴν καρπωσώμεθα τὴν ἀμοιβήν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ D πατρί, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι δόξα, τιμή, καὶ προσκύνησις νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

[a] Savil. & quidam Mss. δυσχεραίνεις; ποίως ἦσθα. Infra iidem, τῶν ὀρέων ἀνέτρεχες.

[b] Savil. & quidam Mss. περὶ τῶν δαιμονώντων.

[c] Alii, χαίρωμεν.

DOMINICA SERVATÆ AD homines agros colentes, & de vitando juramento.

HOMILIA XIX.

1. EPULIS Sanctorum Martyrum excepti estis, his præteritis diebus, spirituali celebritate repleti exsultastis honestis exsultationibus: vidistis aperta latera, & ilia concisa, cruorem undique defluentem, infinitas tormentorum species: humanam vidistis naturam supernaturalia præstantem, & coronas sanguine contextas, pulcram saltastis choream, in omnem partem civitatis hoc honesto duce vos circumagente, sed nos & invitos infirmitas

ΤΗ ΚΥΡΙΑΚΗ [d] ΤΗΣ ΕΠΙΣΩΖΟΜΕΝΗΣ πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς χώρας· καὶ περὶ τοῦ μὴ ὀμνύειν.

ΟΜΙΛΙΑ ιθ'.

E ΚΑΤΕΤΡΥΦΗΣΑΤΕ τῶν ἁγίων μαρτύρων ἐν ταῖς ἔμπροσθεν ταύταις ἡμέραις· ἐνεφορήθητε τῆς πνευματικῆς ἑορτῆς· ἐσκιρτήσατε τὰ καλὰ σκιρτήματα· ἴδετε πλευρὰς ἠνεῳγμένας, καὶ λαγόνας κατατμηθείσας, αἷμα καταῤῥέον πάντοθεν, μυρία βασανιστηρίων εἴδη· ἴδετε φύσιν ἀνθρωπίνην τὰ ὑπὲρ φύσιν ἐπιδεικνυμένην, καὶ στεφάνους ἐξ αἵματος πλεκομένους· ἐχορεύσατε χορείαν καλὴν πανταχοῦ τῆς πόλεως, τοῦ καλοῦ τούτου περιάγοντος ὑμᾶς στρατηγοῦ· ἀλλ' ἡμᾶς

[d] Savil. & quidam Mss. τῆς ἐπισωζομένης, & hæc est vera lectio: Morel. & quidam alii, τῆς Σωζομένης. Erat autem ἐπισωζομένη dies Ascensionis, ut ait Simeon Allatius: κυριακὴ vero τῆς ἐπισωζομένης. Dominica quinta post Pascha: quod vero id difficultate non vacet, pluribus ea de re disseruimus in Monito. Certe hic alia prorsus Dominica indicari videtur.

ἀσθένεια καὶ ἄκοντας οἴκοι μένειν κατηνάγκαζε. πλὴν εἰ καὶ μὴ μετέσχομεν τῆς ἑορτῆς, μετέσχομεν τῆς ἡδονῆς· εἰ καὶ μὴ τῆς πανηγύρεως ἀπηλαύσαμεν, ἀλλ' ἐκοινωνήσαμεν τῆς εὐφροσύνης ὑμῖν. τοιαύτη γὰρ ἡ τῆς ἀγάπης δύναμις· τοὺς οὐκ ἀπολαύοντας τῶν ἀπολαυόντων ἐξ ἴσης ποιεῖ χαίρειν, κοινὰ τὰ τῶν πλησίον ἀγαθὰ πείθουσα νομίζειν. διὰ τοῦτο καὶ οἴκοι καθήμενος ἔχαιρον μεθ' ὑμῶν, καὶ τῆς ἀῤῥωστίας μοι μηδέπω λυθείσης ἁπάσης, ἀνέστην, καὶ ἔδραμον πρὸς ὑμᾶς, ὥστε τὰ ποθεινὰ πρόσωπα ὑμῶν ἰδεῖν, καὶ τῆς παρούσης ἑορτῆς μετασχεῖν. ἑορτὴν γὰρ μεγίστην εἶναι νομίζω τὴν παροῦσαν ἡμέραν, διὰ τὴν τῶν ἀδελφῶν παρουσίαν τῶν ἡμετέρων, οἳ τὴν πόλιν ἡμῖν [a] ἐκαλλώπισαν, καὶ τὴν ἐκκλησίαν ἐκόσμησαν. λαὸς κατὰ μὲν τὴν γλῶτταν ἡμῖν ἐνηλλαγμένος, κατὰ δὲ τὴν πίστιν ἡμῖν συμφωνῶν, λαὸς ἀπραγμοσύνῃ συζῶν, βίον σώφρονα καὶ σεμνὸν ἔχων. παρὰ γὰρ τοῖς ἀνδράσι τούτοις οὐκ ἔστι θέατρα παρανομίας, οὐδὲ ἵππων ἅμιλλαι, οὐδὲ πόρναι γυναῖκες, οὐδὲ ἡ λοιπὴ τῆς πόλεως ταραχή· ἀλλ' ἅπαν μὲν ἀσελγείας εἶδος ἐξελήλαται, πολλὴ δὲ πανταχοῦ ἀνθεῖ ἡ σωφροσύνη. τὸ δὲ αἴτιον, ἐπίπονος αὐτοῖς ἐστὶν ὁ βίος, καὶ διδασκαλεῖον τῆς ἀρετῆς, καὶ τῆς σωφροσύνης ἔχουσι τὴν τῆς γῆς ἐργασίαν, καὶ τέχνην μετιόντες ἣν πρὸ τῶν ἄλλων ἁπασῶν ὁ Θεὸς εἰς τὸν βίον εἰσήγαγε τὸν ἡμέτερον. καὶ γὰρ πρὸ τῆς ἁμαρτίας ὁ Ἀδὰμ ἡνίκα πολλῆς ἀπήλαυε παῤῥησίας, γεωργίαν τινὰ ἐπετάγη μετιέναι, οὐκ ἐπίπονον μὲν, οὐδὲ ταλαιπωρίαν ἔχουσαν, πολλὴν δὲ αὐτῷ παρέχουσαν τὴν φιλοσοφίαν. ἔθηκε γὰρ αὐτὸν, φησὶν, ἐργάζεσθαι καὶ φυλάσσειν τὸν παράδεισον. τούτων ἕκαστον [b] ἴδοις ἂν, νῦν μὲν ζευγνῦντα βόας ἀροτῆρας καὶ ἄροτρον ἕλκοντα, καὶ βαθεῖαν αὔλακα [c] κατατέμνοντα, νῦν δὲ ἐπὶ τὸ ἱερὸν ἀναβαίνοντα βῆμα, καὶ τὰς ψυχὰς ἀροτριῶντα τῶν ὑπηκόων, νῦν μὲν δρεπάνῃ τὰς ἀκάνθας ἐκτέμνοντα τῆς γῆς, νῦν δὲ λόγῳ τὰς ἁμαρτίας ἐκκαθαίροντα τῶν ψυχῶν. οὐ γὰρ ἐπαισχύνονται τὴν ἐργασίαν, καθάπερ οἱ τὴν πόλιν ἡμῖν οἰκοῦντες, ἀλλ' ἐπαισχύνονται τὴν ἀργίαν, μαθόντες ὅτι πᾶσαν ἐκείνη [d] τὴν κακίαν ἐδίδαξε, καὶ διδάσκαλος πονηρίας ἐγένετο ἐξ ἀρχῆς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτήν. οὗτοι μάλιστά εἰσιν οἱ τὴν ἀρίστην ἡμῖν φιλοσοφοῦντες φιλοσοφίαν, οὐκ ἀπὸ τοῦ σχήματος, ἀλλ' ἀπὸ τῆς γνώμης τὴν ἀρετὴν ἐνδεικνύμενοι τὴν ἑαυτῶν. ὡς οἵ γε τῶν ἔξωθεν φιλόσοφοι τῶν ἐν τῇ σκηνῇ καὶ τῶν τῶν μίμων παιδιαῖς οὐδὲν ἄμεινον διάκεινται· τοῦ τρίβωνος, καὶ τοῦ πώγωνος, καὶ τῆς στολῆς οὐδὲν πλέον ἔχοντες ἐπιδείξασθαι. οὗτοι δὲ τοὐναντίον ἅπαν βακτηρίᾳ, καὶ πώγωνι, καὶ τῇ ἄλλῃ σκευῇ πολλὰ χαίρειν εἰπόντες, τὴν ψυχὴν ἑαυτῶν κατεκόσμησαν τοῖς τῆς ἀληθοῦς φιλοσοφίας δόγμασιν· οὐχὶ τοῖς δόγμασι δὲ μόνοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῖς. κἂν ἔρῃ τινὰ τούτων τῶν ἐν ἀγροικίᾳ ζώντων, καὶ ἐν σκαπάνῃ, καὶ ἐν ἀρότρῳ δαπανηθέντων ὑπὲρ τῶν δογμάτων, ὑπὲρ ὧν μυρία περιελθόντες οἱ τῶν ἔξωθεν φιλόσοφοι, καὶ πολλοὺς ἀναλώσαντες λόγους οὐδὲν ἠδυνήθησαν ὑγιὲς εἰπεῖν, μετὰ ἀκριβείας ἀποκρίνεταί σοι πάντα ἐκ πολλῆς τῆς σοφίας. καὶ οὐ τοῦτό ἐστι

[a] Savil. & alii, ἐκαλλώπισαν τήμερον καὶ τὴν. Iidem mox κατὰ τὴν ἰδίαν γλῶτταν. Infra iidem, οὐδὲ ἡ λοιπὴ τῆς πόλεως βλακεία.

[b] Alii, ἴδοι τις ἄν. Mox iidem, βοῦς ἀροτῆρας.

A domi manere cogebat. Tamen etsi solennitati non interfuimus, de voluptate participavimus: etsi de concione fructum non cepimus, vobiscum tamen lætitiam communem habuimus. Talis est enim caritatis vis, non fruentes pariter cum fruentibus gaudere facit, communia proximorum bona putare persuadens. Propterea & domi sedens gaudebam vobiscum, & morbo nondum solutus surrexi, & cucurri ad vos, ut desiderabiles facies vestras intuerer, & præsentis festivitatis particeps fierem. Festivitatem enim maximam esse puto præ- B sentem diem, propter fratrum præsentiam nostrorum, qui urbem nobis adornaverunt, & Ecclesiam honestarunt. Populus lingua quidem nobis diversus, fide vero consonus: populus in tranquillitate vivens, vitam habens modestam, & venerabilem. Apud hos enim viros non iniquitatis spectacula, non equorum certamina, neque meritoriæ mulieres, nec reliquus urbis tumultus, sed omne luxuriæ genus eliminatum est: multa vero ubique modestia floret. Id vero est in causa, quod laboriosa sit ipsis vita, & virtutis scholam atque modestiæ habeant terræ culturam, ar- C tem tractantes, quam ante reliquas omnes in vitam Deus nostram intulit. Etenim ante peccatum Adam quando multa fruebatur libertate, agriculturam quamdam obire jussus est, non laboriosam quidem, nec ærumnas habentem, sed multam sibi præbentem philosophiam. *Posuit* enim *ipsum*, ait, *ut operaretur & custodiret paradisum.* Horum quemque cerneres nunc quidem boves jugantem aratorios, & aratrum trahentem, & profundum scindentem sulcum: nunc autem sacrum ascendentem suggestum, & subditorum animas aran- D tem: nunc quidem agri spinas excidentem falce, nunc vero sermone ex animis peccata extergentem. Non enim erubescunt cultura, sicut urbis nostræ incolæ, sed erubescunt segnitiem, quoniam didicerunt illam omnem docuisse malitiam; & ab initio se diligentibus nequitiæ fuisse magistram. Hi sunt maxime qui nobis optimam philosophari videntur philosophiam, non ex habitu, sed ex sententia virtutem suam exhibentes. Itaque externorum philosophi, scenicis & mimorum ludis vacantibus nihilo melius se habent, pallio & barba & stola nihil amplius E exhibere valentes. Hi vero contra, baculo & barba & reliquo apparatu longum valere jussis, animam suam veræ philosophiæ præceptis exornavere, nec præceptis tantum, verum & operibus ipsis. Et si horum quempiam interroges in agricultura viventium, & ligone, & aratro confectorum de dogmatis, de quibus infinita quærentes externi philosophi, & sermones multos fundentes, nihil sanum dicere potuerunt, sedulo cuncta tibi cum multa respondebit sapientia. Nec hoc tantum est

Agri Antiocheni rustici Syriace loquebantur.

Gen. 2. 15.

[c] Alii, τέμνοντα.

[d] Savil. & quidam alii, τὴν βλακείαν.

admirabile: verum & quoniam per opera dogmatum fidem firmant. Etenim quod animam habeamus immortalem, & omnium quæ hic geruntur, rationes reddere debeamus, & tremendo assistere tribunali, & in mente sibi persuaserunt, & vitam omnem ad hanc spem instituerunt, & omni sæculari pompa superiores redditi, atque a divina eruditi Scriptura, quod vanitas vanitatum, & omnia vanitas: ad nil eorum quæ videntur esse clara, anhelant. Hi & de Deo hæc philosophari norunt, quæ Deus mandavit. Ac si assumens eorum unum, philosophum aliquem externorum nunc in medium adducas, imo vero nunc quidem nullus potest inveniri: si vero horum assumas unum, evolvensque priscorum philosophorum libros percurras: & quid hi quidem nunc respondent, quid autem illi tunc philosophati sunt, in comparatione ponens discutias, videbis quanta sit horum sapientia, quanta vero illorum dementia. Cum enim ipsorum quidam nullam in rebus esse providentiam dicant, nec a Deo creatum esse mundum, neque virtutem sibi ipsi sufficientem esse, sed opus esse pecuniis, & nobilitate, & exteriori claritate, & multa alia his magis ridicula: hi autem & de providentia & de judiciis sequentibus: & de Dei creatione, qui ex nihilo omnia produxit, & de aliis omnibus philosophentur, nihil omnino de externa scientes disciplina, quis non hinc Christi potentiam discat, quæ illiteratos & idiotas multum in sapientia gloriantibus tanto sapientiores demonstraverit, quanto parvis puerulis prudentes viros præstantes cernere est? Quod enim ipsis damnum ex sermonis imperitia esse possit, cum mentes multa sint ipsis plenæ sapientia? Quæ vero externis ex sermonum disciplina utilitas, cum mens sensu sit vacua? Ut si quis ensem gereret, capulum quidem argenteum habentem, ferrum vero quolibet plumbo imbecillius. Et his enim lingua quidem verbis & nominibus est ornata, mens vero multa repleta est infirmitate, & ipsis ad omnia est inutilis: at non sic horum philosophorum, sed penitus contrarium. Multæ mens ipsis philosophiæ spiritualis est plena, & dogmata vita sectatur. Apud hos non sunt mulieres luxuriantes, nec vestimentorum ornatus, nec colores & fuci, sed omnis hujusmodi morum corruptio pulsa est. Unde facilius quoque subditum sibi populum in modestiam deducunt, & Pauli legem velamina & escas habere, & nil amplius quærere jubentem, multa cum diligentia custodiunt. Apud hos non est unguentorum usus mentem allectans, sed terra herbas proferens omni unguentario sapientius ipsis variam florum parat suavitatem: Propterea & ipsis corpora cum animis pura sanitate potiuntur: quoniam omnes delicias expulerunt, & nequissima ebrietatis fluenta fugaverunt: & tantum

Eccle. 1. 2.

Rustici sapientiores antiquis philosophis.

1. Tim. 6. 8.

a Alii, σοφίας.

A τὸ θαυμαστὸν μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ διὰ τῶν ἔργων βεβαιοῦνται τὴν διὰ τῶν δογμάτων πίστιν. καὶ γὰρ ὅτι ψυχὴν ἀθάνατον ἔχομεν, καὶ μέλλομεν τῶν ἐνταῦθα πεπραγμένων εὐθύνας διδόναι, καὶ βήματι παρίστασθαι φοβερῷ, καὶ τὴν διάνοιαν ἔπεισαν, καὶ τὸν βίον ἅπαντα πρὸς ταύτας κατεστήσαντο τὰς ἐλπίδας, καὶ πάσης ἀνώτεροι βιωτικῆς ἐγένοντο φαντασίας, παιδευθέντες παρὰ τῆς θείας γραφῆς, ὅτι ματαιότης ματαιοτήτων, τὰ πάντα ματαιότης, καὶ πρὸς οὐδὲν τῶν δοκούντων εἶναι λαμπρῶν κεχήνασιν. οὗτοι καὶ περὶ θεοῦ φιλοσοφεῖν ἴσασι ταῦτα, ἅπερ ἐπέταξεν ὁ θεός. κἂν ἕνα αὐτῶν λαβὼν φιλόσοφόν τινα τῶν B ἔξωθεν ἀγάγῃς εἰς μέσον νῦν· μᾶλλον δὲ νῦν μὲν οὐδένα ἐστὶν εὑρεῖν· ἂν δέ τινα τούτων λαβὼν, καὶ τὰ βιβλία τῶν πάλαι παρ' αὐτοῖς φιλοσοφησάντων ἀναπτύξας ἐπέλθῃς, καὶ τί μὲν οὗτοι ἀποκρίνονται νῦν, τί δὲ ἐκεῖνοι τότε ἐφιλοσόφησαν παρ' ἄλληλα θεὶς ἐξετάσῃς, ὄψει πόση μὲν ἡ τούτων σοφία, πόση δὲ ἡ ἐκείνων ἄνοια. ὅταν γὰρ οἱ μὲν αὐτῶν μηδὲ προνοίας λέγωσιν ἀπολαύειν τὰ ὄντα, μηδὲ ὑπὸ θεοῦ γεγενῆσθαι τὴν κτίσιν, μήτε τὴν ἀρετὴν αὐτὴν ἑαυτῇ αὐτάρκη εἶναι, ἀλλὰ δεῖσθαι χρημάτων, καὶ εὐγενείας, καὶ τῆς ἔξωθεν περιφανείας, καὶ ἕτερα πολλῷ τούτων καταγελαστότερα· οὗτοι δὲ καὶ περὶ προνοίας, καὶ περὶ C δικαστηρίων τῶν μετὰ ταῦτα, καὶ περὶ τῆς τοῦ θεοῦ δημιουργίας τῆς ἐξ οὐκ ὄντων πάντα παραγαγούσης, καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων φιλοσοφῶσι τῆς ἔξωθεν ὅλως μὴ μετασχόντες παιδεύσεως· τίς οὐκ ἂν αὐτόθεν μάθοι τὴν τοῦ Χριστοῦ δύναμιν, ἣ τοὺς ἀγραμμάτους καὶ ἰδιώτας τῶν μέγα ἐπὶ σοφίᾳ κομπαζόντων τοσούτῳ σοφωτέρους ἀπέδειξεν, ὅσῳ τῶν μικρῶν παιδίων τοὺς ἔμφρονας ἄνδρας ὑπερέχοντας ἐστὶν ἰδεῖν; τί γὰρ αὐτοῖς βλάβος ἀπὸ τῆς κατὰ τῶν λόγων ἰδιωτείας γένοιτ' ἄν, ὅταν τὰ νοήματα αὐτοῖς πολλῆς γέμῃ σοφίας; τί δὲ ὄφελος τοῖς ἔξωθεν ἀπὸ τῆς τῶν λόγων διδασκαλίας, ὅταν ἐρήμη νοημάτων ἡ διάνοια ᾖ; ὥσπερ D ἂν εἴ τις μάχαιραν ἔχοι τὴν μὲν λαβὴν ἔχουσαν ἀργυρᾶν, τὸ δὲ σιδήρεον μολύβδου παντὸς ἀσθενέστερον. καὶ γὰρ καὶ τούτοις ἡ μὲν γλῶττα διὰ ῥημάτων καὶ ὀνομάτων ἐστὶ κεκαλλωπισμένη, ἡ διάνοια δὲ πολλῆς γέμει τῆς ἀσθενείας, καὶ πρὸς ἅπαντα αὐτοῖς ἐστιν ἄχρηστος, ἀλλ' οὐχ ἡ τῶν φιλοσόφων τούτων, ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαν. πολλῆς αὐτοῖς ἡ διάνοια γέμει [a] φιλοσοφίας πνευματικῆς, καὶ ὁ βίος τὰ δόγματα μιμεῖται. παρὰ τούτοις οὐκ εἰσὶ γυναῖκες θρυπτόμεναι, οὐδὲ ἱματίων καλλωπισμὸς, οὐδὲ ἐπιτρίμματα καὶ ὑπογραφαὶ, ἀλλὰ πᾶσα τοιαύτη διαφθορὰ E τρόπων ἀπελήλαται, ὅθεν καὶ εὐκολώτερον τὸν ὑποτεταγμένον αὐτοῖς δῆμον εἰς σωφροσύνην ἄγουσι, καὶ τὸν τοῦ Παύλου νόμον τὸν κελεύοντα σκεπάσματα ἔχειν καὶ διατροφὰς, καὶ μηδὲν πλέον ἐπιζητεῖν, μετὰ πολλῆς φυλάττουσι τῆς ἀκριβείας. παρὰ τούτοις οὐκ ἔστιν ἀλοιφὴ μύρων καταγοητεύουσα τὴν διάνοιαν, ἀλλ' ἡ γῆ βοτάνας ἐκφέρουσα παντὸς μυρεψοῦ σοφώτερον αὐτοῖς κατασκευάζει τὴν ποικίλην τῶν ἀνθῶν εὐωδίαν. διὰ τοῦτο αὐτοῖς καὶ τὰ σώματα ὑγιείας ἀπολαύει καθαρᾶς μετὰ τῆς ψυχῆς, ἐπειδὴ πᾶσαν τρυφὴν ἀπήλασαν, καὶ τὰ πονηρὰ τῆς μέθης ἐξέβαλον ῥεύματα, καὶ τοσοῦτον ἐσθίουσιν,

ἴσον ἀποζῆν. μὴ τοίνυν ἀπὸ τοῦ σχήματος αὐτῶν καταφρονῶμεν, ἀλλὰ τὴν διάνοιαν αὐτῶν θαυμάζωμεν. τί γὰρ ὄφελος τῆς ἔξωθεν περιβολῆς, ὅταν ἡ ψυχὴ προσαίτου παντὸς ἀθλιώτερον ἐσταλμένη ᾖ; τὸν ἄνδρα οὐκ ἀπὸ τῶν ἱματίων, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἀπὸ τοῦ σώματος, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἐπαινεῖν χρὴ, καὶ θαυμάζειν. ἀπόδυσον τούτων τὴν ψυχὴν, καὶ ὄψει τὸ κάλλος αὐτῆς, καὶ τὸν πλοῦτον διὰ τῶν ῥημάτων, διὰ τῶν δογμάτων, διὰ τῆς ὅλης τῶν τρόπων καταστάσεως.

Αἰσχυνέσθωσαν τοίνυν οἱ Ἕλληνες, ἐγκαλυπτέσθωσαν καὶ καταδυέσθωσαν ἐπὶ τοῖς αὐτῶν φιλοσόφοις, καὶ τῇ πάσης μωρίας ἀθλιωτέρᾳ αὐτῶν σοφίᾳ. οἱ μὲν γὰρ παρ' αὐτοῖς φιλόσοφοι κατὰ τὸν καιρὸν, ὃν ἔζων, ὀλίγοις μόλις καὶ σφόδρα εὐαριθμήτους ἴσχυσαν τὰ αὐτῶν [a] διδάξαι δόγματα, καὶ κινδύνου μικροῦ καταλαβόντος καὶ τούτους ἀπώλεσαν· οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ μαθηταὶ, οἱ ἁλιεῖς, καὶ τελῶναι, οἱ σκηνοποιοὶ ἐν ὀλίγοις ἔτεσι τὴν οἰκουμένην ἅπασαν πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐπανήγαγον, καὶ μυρίων ἐξ ἐκείνου γινομένων κινδύνων οὐ μόνον οὐκ ἐσβέσθη τὸ κήρυγμα, ἀλλὰ καὶ ἀνθεῖ καὶ πρὸς τὸ μεῖζον ἐπιδίδωσι, καὶ φιλοσοφεῖν ἐδίδαξαν ἀνθρώπους ἰδιώτας καὶ γηπόνους, καὶ θρέμμασιν ὁμιλοῦντας. [b] οὗτοι μετὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων καὶ τὴν πάντων τῶν ἀγαθῶν αἰτίαν ἀγάπην ἐῤῥιζωμένην ἔχοντες, ἔσπευσαν πρὸς ἡμᾶς τοσαύτην δραμόντες ἐλθεῖν ὁδὸν, καὶ τὰ οἰκεῖα περιπτύξασθαι μέλη. φέρε οὖν καὶ ἡμεῖς ἀντὶ τῶν δώρων τούτων, τῆς ἀγάπης καὶ τῆς διαθέσεως ἐφόδια δόντες αὐτοῖς, οὕτως αὐτοὺς ἀποπέμψωμεν, καὶ τὸν περὶ τῶν ὅρκων πάλιν κινήσωμεν λόγον, ὥστε πρόῤῥιζον ἐκ τῆς διανοίας ἁπάντων ἀνασπασθῆναι τὴν πονηρὰν ταύτην συνήθειαν. βούλομαι δὲ πρότερον μικρὰ τῶν πρῴην ἡμῖν εἰρημένων ἀναμνῆσαι τήμερον. ἐπειδὴ γὰρ τῆς Περσίδος ἀπαλλαγέντες οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ τῆς τυραννίδος ἐλευθερωθέντες ἐκείνης πρὸς τὴν οἰκείαν ἐπανῆλθον πατρίδα, εἶδον δρέπανον, φησὶ, πετόμενον [c] μήκους πηχῶν εἴκοσι, καὶ πλάτους πηχῶν δέκα, καὶ τοῦ προφήτου παιδεύοντος αὐτοὺς ἤκουον, ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ ἀρὰ ἡ ἐκπορευομένη ἐπὶ πρόσωπον τῆς γῆς, καὶ εἰσερχομένη εἰς τὸν οἶκον τοῦ ὀμνύοντος ἐπὶ ψευδεῖ, καὶ καταλύσει εἰς τὸ μέσον, καὶ τὰ ξύλα, καὶ τοὺς λίθους καθελεῖ πάντας. καὶ τούτων ἀναγνωσθέντων τότε, ἐζητοῦμεν τίνος ἕνεκεν οὐχὶ τὸν ὀμόσαντα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ καταλύει· καὶ ταύτην ἐλέγομεν αἰτίαν εἶναι, ὅτι τῶν χαλεπωτάτων ἁμαρτημάτων τὰς τιμωρίας βούλεται μένειν διηνεκεῖς ὁ θεὸς, ὥστε τοὺς μετὰ ταῦτα σωφρονίζεσθαι πάντας. ἐπεὶ οὖν τὸν ἐπίορκον ἀποθανόντα ἀνάγκη ταφῆναι, καὶ τοῖς κόλποις παραδοθῆναι τῆς γῆς, ὥστε μὴ τῷ σώματι τὴν πονηρίαν αὐτοῦ συνταφῆναι, τὴν οἰκίαν ἐποίησε χῶμα, ὑπὲρ τοῦ τοὺς παριόντας ἅπαντας ὁρῶντας αὐτὴν, καὶ τὴν αἰτίαν μανθάνοντας τῆς κατασκαφῆς φυγεῖν τὴν τῆς ἁμαρτίας μίμησιν. τοῦτο καὶ ἐπὶ Σοδόμων ἐγένετο· ἐπειδὴ γὰρ ἐξεκαύθησαν ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν εἰς ἀλλήλους, ἐξεκαύθη καὶ τῆς γῆς ἡ φύσις ὑπὸ τοῦ κατενεχθέντος ἄνωθεν πυρός. ἐβούλετο γὰρ καὶ ταύτης τῆς ἁμαρτίας τὴν τιμωρίαν μένειν διηνεκῆ. καὶ σκόπει

A comedunt, quantum ad vivendum sufficit. Ne ipsos igitur ex habitu contemnamus, sed ipsorum mentem admiremur. Quæ namque exterioris amictus utilitas, cum anima mendico sit omni miserius induta? Virum non a vestimentis, imo nec ab ipso corpore, sed ab anima laudare decet & admirari. Horum animam exue, & ipsius pulcritudinem videbis, atque divitias per verba, per dogmata, & per omnem morum constitutionem.

2. Erubescant igitur Gentiles, secedant, & abscondantur, de suis philosophis, de sua sapientia omni stultitia miseriore. Apud B ipsos enim philosophi per vitæ suæ tempus, vix paucos & facile numerabiles dogmata sua docere potuerunt, & vel exiguo apprehendente periculo hos etiam perdiderunt: Christi vero discipuli piscatores & publicani & tentoriorum sutores paucis annis totum mundum ad veritatem converterunt: & innumeris tamen nascentibus periculis non tantum non est exstincta prædicatio, verum & floret ac in majus augetur, & philosophari docuerunt homines rudes, & agricolas, & inter armenta versantes. Hi præter cætera etiam omnium bonorum causam caritatem radicatam habentes, ad nos festina- C verunt tantam currentes viam, ut venirent & propria circumplecterentur membra. Eia igitur & nos pro donis istis caritate dico & affectu, viatica dantes, sic ipsos remittamus, & rursum de juramentis sermonem moveamus, ut radicitus ex omnium mente improba hæc consuetudo revellatur. *Rursum de juramentis.* Prius autem volo pauca de dictis a nobis superius hodie commemorare. Postquam enim a Perside dimissi Judæi, & ab illa liberati tyrannide, in propriam rediere patriam: *Vidi falcem*, inquit, *volantem longitudine cubitorum viginti, & latitudine cubitorum decem*, & Prophetam se docen- D tem audierunt: *Hæc est maledictio egrediens supra faciem terræ, & ingrediens domum pejerantis, & dissolvet in medio, & ligna & lapides destruet omnes.* *Zach. 5. 1.* Et his tunc lectis, quærebamus quare non juratum solum, sed etiam ipsius domum dissolvit: & hanc causam esse dicebamus, quoniam gravissimorum pœnas peccatorum vult Deus continuas permanere, ut omnes post hæc corrigantur. Quoniam igitur perjurum necesse est mortuum sepeliri, & terræ sinibus tradi, ne cum ipsius corpore & iniquitas consepeliatur, domum maceriem E fecit, ut prætereuntes cuncti ipsam cernentes, & suffosionis causam discentes, peccati imitationem fugiant. Hoc & in Sodomis factum est. *Gen. 19.* Postquam enim exarserunt in sui concupiscentiam mutuam, etiam terræ natura ab igne superne delato succensa fuit. Volebat enim hujus peccati ultionem manere perpetuam. Et

[a] Savil. πεῖσαι φυλάξαι τά. Morel. διδάξαι τά.
[b] Savil. & quidam Manuscripti, οὗτοι μετὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν ἀγαθῶν αἰτίαν.

[c] Alii, μῆκος πηχῶν εἴκοσι, καὶ πλάτος. Infra alii, ἐκ προσώπου τῆς γῆς.

nota Dei clementiam : non ipsos peccatores perpetuo usque in præsentem diem ardere fecit, sed illos semel incensos occultavit : terræ vero faciem succensam in medium omnibus proposuit post hæc cernere volentibus, & nunc omni lingua clarius omnes posteras generationes terræ commonet aspectus, tantum non clamans & dicens, Ne patretis Sodomorum scelera, ne pœnas patiamini Sodomorum. Nec enim sic in mentes sermo pervenire solet, ut aspectus terribilis, & per omne tempus calamitatis gerens vestigia. Et attestantur qui ad illa loca profecti sunt, qui sæpius Scripturam de his loquentem audientes, non multum timebant : postquam vero venerunt, & regionem ascenderunt, & ipsius omnem superficiem viderunt deletam, & incendium sunt conspicati, & terram quidem nusquam apparentem, cinerem vero cuncta atque favillam, perculsi & multam ex aspectu illo capientes temperantiæ disciplinam, sic abierunt : nam ipse ultionis modus, peccati modum imitatur. Sicut enim illi congressum infecundum adinvenerunt ad filiorum procreationem non conferentem : sic profecto & Deus intulit pœnam, quæ terræ ventrem penitus sterilem reddidit, & omnibus vacuum fructibus. Idcirco & jurantium domos se deleturum minatus est, ut alios illorum pœnis modestiores faceret.

3. Ego autem hodie demonstro non unam & duas, & tres domos juramentis destructas, sed civitatem totam & populum religiosum, & gentem multa semper providentia uti solitam, & tribum multis elapsam periculis. Etenim Jerusalem civitas Dei, sanctam arcam habens, & omnem illum cultum, ubi Prophetæ fuerunt, & spiritus gratia, & arca, & tabulæ testamenti, & urna aurea, ubi Angeli sæpe incedebant, hæc civitas innumeris nascentibus bellis, & multis ipsam incursantibus Barbaris, tamquam muro ex adamante circumdata, sic omnes illos semper derisit, & regione tota deleta, nihil grave passa est. Nec hoc solum est admirabile, verum & quod gravem sæpe plagam hostibus inferens, sic eos emittebat, tantam a Deo nacta erat providentiam, ut ipse Deus diceret : *Velut uvam in deserto inveni Israël, & velut signum in ficu temporaneum vidi patres ipsorum.* Et iterum de ipsa civitate : *Velut grana olivæ in summo excelsi, & dicent, Ne noceas ipsis.* Verumtamen civitas Deo cara, tot elapsa periculis, in multis peccatis veniam assequuta, & quæ sola ex omnibus aliis captivitatem effugere potuit, semel, bis, & sæpius solo juramento prostrata est : & quomodo id fuerit, dicam. Fuit quidam Sedecias apud ipsos rex : hic Sedecias juramentum dedit Barbarorum regi Nabuchodonosor, se in

Juramentorum pernicies.

Osee 9. 10.

Hesai. 65. 8.

a Alii, καθικνεῖσθαι.
b Alii, ἐπεφοίτων.

A τοῦ θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν· οὐχὶ τοὺς ἁμαρτάνοντας αὐτοὺς ἐποίησε διηνεκῶς καίεσθαι μέχρι τῆς παρούσης ἡμέρας, ἀλλ' ἐκείνους μὲν ἅπαξ ἐμπρησθέντας ἀπέκρυψε, τὸ δὲ πρόσωπον τῆς γῆς κατακαύσας, εἰς τὸ μέσον ἅπασι προὔθηκε τοῖς μετὰ ταῦτα βουλομένοις ὁρᾷν, καὶ νῦν φωνῆς ἁπάσης λαμπρότερον πάσας τὰς μετὰ ταῦτα παραινεῖ γενεὰς ἡ τῆς γῆς ὄψις, μονονουχὶ βοῶσα καὶ λέγουσα, μὴ τολμήσητε τὰ Σοδόμων, ἵνα μὴ πάθητε τὰ Σοδόμων. οὐδὲ γὰρ οὕτως λόγος [a] καθικνεῖσθαι διανοίας εἴωθεν, ὡς ὄψις φοβερὰ καὶ τὰ ἴχνη τῆς συμφορᾶς φέρουσα διὰ B παντὸς τοῦ χρόνου. καὶ μαρτυροῦσιν οἱ τοῖς χωρίοις ἐκείνοις παραβαλόμενοι, οἱ πολλάκις τῆς γραφῆς ὑπὲρ τούτων διαλεγομένης ἀκούοντες, οὐ σφόδρα ἔδεισαν· ἐπειδὴ δὲ ἦλθον, καὶ τῆς χώρας ἐπέβησαν, καὶ τὴν ὄψιν αὐτῆς ἠφανισμένην εἶδον ἅπασαν, καὶ τὸν ἐμπρησμὸν ἐθεάσαντο, καὶ γῆν μὲν οὐδαμοῦ φαινομένην, κόνιν δὲ πάντα καὶ τέφραν, καταπλαγέντες, καὶ πολλὴν ἀπὸ τῆς θεωρίας ἐκείνης δεξάμενοι διδασκαλίαν σωφροσύνης, οὕτως ἀπῆλθον. καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ τῆς κολάσεως τρόπος τῆς ἁμαρτίας τὸν τρόπον μεμίμηται. καθάπερ γὰρ ἐκεῖνοι μῖξιν ἐπεισήγαγον ἄγονον οὐκ εἰς παιδοποιίαν τελευτῶσαν, οὕτω δὴ καὶ ὁ θεὸς τιμωρίαν ἐπήγαγεν, ἢ τὴν γαστέρα τῆς γῆς ἐποίησεν ἄγο- C νον, καθάπαξ καὶ καρπῶν ἔρημον ἁπάντων. διὰ τοῦτο καὶ τῶν ὀμνυόντων τοὺς οἰκίας καθαιρεῖν ἠπείλησεν, ἵνα ἑτέρους ταῖς ἐκείνων τιμωρίαις σωφρονεστέρους ποιήσῃ.

Ἐγὼ δὲ δείκνυμι σήμερον οὐχὶ μίαν, καὶ δύο, καὶ τρεῖς καθαιρεθείσας οἰκίας ἀπὸ τῶν ὅρκων, ἀλλὰ πόλιν ὁλόκληρον, καὶ δῆμον θεοφιλῆ, καὶ ἔθνος πολλῆς ἀπολαῦσαν προνοίας ἀεὶ, καὶ φυλὴν πολλοὺς διαφυγοῦσαν κινδύνους. καὶ γὰρ Ἱερουσαλὴμ ἡ πόλις τοῦ θεοῦ, ἡ τὴν κιβωτὸν τὴν ἁγίαν ἔχουσα, καὶ τὴν λατρείαν ἅπασαν ἐκείνην, ἔνθα προφῆται ἦσαν καὶ πνεύματος χάρις καὶ κιβωτὸς, καὶ πλά- D κες διαθήκης, καὶ στάμνος ἡ χρυσῆ, ἔνθα ἄγγελοι πολλάκις [b] ἐφοίτων, αὕτη ἡ πόλις μυρίων γινομένων πολέμων, καὶ πολλῶν αὐτὴν ἐπιδραμόντων βαρβάρων, καθάπερ τεῖχος ἐξ ἀδάμαντος περιβεβλημένη, οὕτω πάντων ἀεὶ κατεγέλασεν ἐκείνων, καὶ τῆς χώρας ἀφανισθείσης ἁπάσης οὐδὲν ἔπαθε δεινόν. καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ θαυμαστὸν, ἀλλ' ὅτι καὶ χαλεπὴν πολλάκις δοῦσα πληγὴν τοῖς πολεμίοις, οὕτως αὐτοὺς ἐξέπεμψε, καὶ τοσαύτης ἀπήλαυσε παρὰ τοῦ θεοῦ τῆς προνοίας, ὡς αὐτὸν τὸν θεὸν λέγειν, ὡς σταφυλὴν ἐν ἐρήμῳ εὗρον τὸν Ἰσραὴλ, καὶ [c] ὡς E σκοπὸν ἐν τῇ συκῇ πρόϊμον εἶδον πατέρας αὐτῶν. καὶ περὶ τῆς πόλεως αὐτῆς πάλιν, ὡς ῥῶγες ἐλαίας ἐπ' ἄκρῳ τοῦ μετεώρου, καὶ ἐροῦσι, μὴ λυμήνῃ αὐτούς. ἀλλ' ὅμως ἡ τοῦ θεοῦ φίλη πόλις, καὶ τοσούτους διαφυγοῦσα κινδύνους, καὶ ἐν πολλαῖς ἁμαρτίαις συγγνώμης τυχοῦσα, καὶ δυνηθεῖσα ἁπάντων ἁπαχθέντων τῶν ἄλλων μόνη τὴν αἰχμαλωσίαν διαφυγεῖν, καὶ ἅπαξ, καὶ δὶς, καὶ πολλάκις, ἀπὸ ὅρκου μόνου κατηνέχθη· καὶ πῶς, ἐγὼ λέγω. ἐγένετό τις Σεδεκίας παρ' αὐτοῖς βασιλεύς· οὗτος ὁ Σεδεκίας τῷ βασιλεῖ τῶν βαρβάρων τῷ Ναβουχοδονόσορ

c Morel. & quidam MSS. ὡς σκοπὸν ἐν τῇ. Savil. & alii, ὡς καρπὸν ἐν τῇ.

ὅρκον

ὅρκον ἔδωκεν, ὥστε μένειν ἐπὶ τῆς ἐκείνου συμμαχίας· μετὰ ταῦτα ἀπέστη, καὶ πρὸς τὸν Αἰγύπτιον ηὐτομόλησε βασιλέα, τῶν ὅρκων καταπτύσας, καὶ τοσαῦτα ἔπαθεν, ὅσα αὐτίκα ἀκούσεσθε. πρότερον δὲ ἀναγκαῖον εἰπεῖν τὴν παραβολὴν τοῦ προφήτου, δι᾽ ἧς ἅπαντα ταῦτα ἠνίξατο. ἐγένετο λόγος κυρίου, φησὶ, πρός με λέγων· υἱὲ ἀνθρώπου διήγησαι διήγημα, καὶ εἰπὲ παραβολὴν, καὶ ἐρεῖς, τάδε λέγει Ἀδωναῒ κύριος, ὁ ἀετὸς ὁ μέγας, ὁ μεγαλοπτέρυγος, ὁ μακρὸς τῇ ἐκτάσει, ὁ πλήρης ὀνύχων. ἀετὸν ἐνταῦθα τὸν βασιλέα τῶν Βαβυλωνίων ἐκάλεσε, μέγαν δὲ αὐτὸν καὶ μεγαλοπτέρυγον εἶπε, καὶ μακρὸν τῇ ἐκτάσει, καὶ πλήρη ὀνύχων ὠνόμασε, διὰ τὸ τῆς στρατείας πλῆθος, καὶ τὸ τῆς δυνάμεως μέγεθος, καὶ τὸ τάχος τῆς ἐφόδου· καθάπερ γὰρ τῷ ἀετῷ πτέρυγες καὶ ὄνυχες ὅπλα, οὕτω τοῖς βασιλεῦσι στρατιῶται καὶ ἵπποι. ἔχει τοίνυν ὁ ἀετὸς, φησὶν, ἔχει τὸ ἥγημα εἰσελθεῖν εἰς τὸν λίβανον. τί ἐστι τὸ ἥγημα; βουλὴν, γνώμην. λίβανον δὲ τὴν Ἰουδαίαν ἐκάλεσε, διὰ τὸ πλησίον ἐκείνου κεῖσθαι τοῦ ὄρους. εἶτα βουλόμενος εἰπεῖν τοὺς ὅρκους, καὶ τὰς συνθήκας, ἔλαβε, φησιν, ἀπὸ τοῦ σπέρματος τῆς γῆς, καὶ ἔδωκεν εἰς τὸ πεδίον τὸ σπόριμον λαβεῖν ῥίζωσιν ἐν ὕδατι πολλῷ, ἐπιβλεπόμενον ἔταξεν αὐτὸ καὶ ἀνέτειλε, καὶ ἐγένετο εἰς ἄμπελον ἀσθενοῦσαν, καὶ μικρὰν τῷ μεγέθει, καὶ ἐξέτεινε τὰ κλήματα αὐτῆς ἐπ᾽ αὐτὸν, καὶ αἱ ῥίζαι αὐτῆς ὑποκάτω αὐτοῦ ἦσαν· ἄμπελον δὲ ἐνταῦθα τὴν πόλιν ἐκάλεσε τὴν Ἱερουσαλήμ· τὸ δὲ εἰπεῖν, ὅτι τὰ κλήματα αὐτῆς ἐπ᾽ αὐτὸν ἔβαλε τὸν ἀετὸν, καὶ αἱ ῥίζαι αὐτῆς ὑποκάτω αὐτοῦ ἦσαν, τὰς συνθήκας ἐδήλωσε, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν συμμαχίαν, καὶ ὅτι ἐπέρριψεν ἑαυτὴν ἐπ᾽ ἐκεῖνον. εἶτα βουλόμενος δεῖξαι τὴν παρανομίαν, φησὶ, καὶ ἐγένετο ἀετὸς ἕτερος, περὶ τοῦ Αἰγυπτίου βασιλέως λέγων, μέγας καὶ μεγαλοπτέρυγος, καὶ πολὺς τοῖς ὄνυξι, καὶ ἡ ἄμπελος αὕτη περιπλεκομένη ἐπ᾽ αὐτὸν, καὶ ὁ ἕλιξ αὐτῆς ἐπ᾽ αὐτὸν, καὶ τὰ κλήματα αὐτῆς ἐξαπέστειλε τοῦ ποτίσαι αὐτήν. διὰ τοῦτο εἶπον, τάδε λέγει Ἀδωναῒ κύριος, εἰ κατευθυνεῖ, τουτέστι παραβᾶσα τὸν ὅρκον καὶ τὰς συνθήκας, εἰ δυνήσεται μεῖναι καὶ σωθῆναι, καὶ μὴ διαπεσεῖν. εἶτα δεικνὺς, ὡς οὐκ ἔστι τοῦτο, ἀλλ᾽ ἀπολεῖται πάντως διὰ τὸν ὅρκον, περὶ τῆς κολάσεως αὐτῆς διαλέγεται, καὶ τὴν αἰτίαν τίθησιν. αἱ ῥίζαι γὰρ αὐτῆς, φησι, τῆς ἁπαλότητος, καὶ ὁ καρπὸς σαπήσεται, καὶ ξηρανθήσονται πάντα τὰ προανατέλλοντα αὐτῇ. καὶ δεῖξαι βουλόμενος, ὅτι οὐκ ἀνθρωπίνῃ δυνάμει καθαιρεθήσεται, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τὸν θεὸν ἐξεπολέμωσεν ἑαυτῇ διὰ τοὺς ὅρκους ἐκείνους, ἐπήγαγεν, οὐκ ἐν βραχίονι μεγάλῳ, οὐδὲ ἐν λαῷ πολλῷ τοῦ ἐκσπάσαι αὐτὴν ἐκ ῥιζῶν αὐτῆς· καὶ ἡ μὲν παραβολὴ αὕτη, πάλιν δὲ αὐτὴν σαφηνίζει οὕτως εἰπὼν, ἰδοὺ, ἔρχεται βασιλεὺς Βαβυλῶνος ἐπὶ Ἱερουσαλήμ. εἶτα εἰπὼν ἕτερά τινα μεταξὺ, λέγει τοὺς ὅρκους καὶ τὰς συμμαχίας· διαθήσεται γὰρ, φησι, πρὸς αὐτὸν διαθήκην. εἶτα καὶ τὴν ἀποστασίαν λέγων, καὶ ἀποστήσεται, φησιν, ἀπ᾽ αὐτοῦ τοῦ ἐξαποστέλλειν ἀγγέλους εἰς Αἴγυπτον τοῦ δοῦναι αὐτῷ ἵππους καὶ λαὸν πολύν. καὶ μετὰ ταῦτα ἐπάγει, δεικνὺς ὅτι διὰ τὸν ὅρκον ταῦτα πάντα γέγονε τὰ τῆς ἀπωλείας· εἰ μὴ

A ipsius commilitio permansurum: postea defecit, & ad Ægypti regem transfugit, juramenta parvipendens, & tanta passus est, quanta statim audietis. Prius vero necessarium est Prophetæ parabolam dicere, per quam hæc omnia significavit. *Factum est verbum*, inquit, *Domini ad me dicens: Fili hominis narra narrationem, & dic parabolam, & dices: Hæc dicit Adonai Dominus: Aquila grandis, magnarum alarum, longa extensione, plena unguibus.* Aquilam hic Babyloniorum regem vocavit: magnam autem ipsam, & magnarum alarum dixit, & longam extensione, plenamque
B unguibus nominavit, propter exercitus multitudinem, & magnitudinem potentiæ, & incursionis velocitatem. Sicut enim aquilis sunt alæ & ungues arma, sic milites regibus & equi. Hæc igitur aquila *habet*, inquit, *ductum intrandi in Libanum*. Quid est ductum? consilium, sententiam. Libanum vero Judæam vocavit, quia prope montem illum sita est. Postea juramenta volens & fœdera dicere, *Tulit*, inquit, *de semine terræ, & dedit in campo sativo, ut acciperet radicationem super aquam multam,* Ezech. 17. 3.
C *ut respiceretur posuit illud: cumque germinasset, crevit in vitem infirmam & parvam magnitudine, & extendit ramos suos ad illam, & radices ejus sub illa erant.* Civitatem vero Jerusalem vitem hic appellavit: dicendo autem quod ramos suos ad ipsam misit aquilam, & radices ejus sub illa erant, fœdera significavit, & societatem cum ipso initam, & quod seipsam in illum rejecit. Mox iniquitatem ostendere volens, ait: *Et fuit aquila altera*, de rege loquens Ezech. 17. 17.
Ægyptio, *grandis & magnis alis multisque plumis, & ecce vitis ista implicata erat ad*
D *eam, & pampinus ejus in ea, & palmites suos extendit, ut irrigaret eam: propterea dixi, Hæc dicit Deus: Si prosperabit*, hoc est, quæ juramentum non servaverit, & fœdera, *si poterit manere & salvari, & non cadere.* Mox demonstrans non ita futurum esse, sed omnino propter juramentum perituram, de pœna ipsa differit, & causam ponit. *Radices enim ejus teneritudinis, & fructus putrescet, & arescent quæ ex ea germinant.* Et demonstrare volens quod non hu- Ezech. 17. 9.
E mana vi destruetur, sed quoniam per illa juramenta Deum sibi fecit inimicum, subjunxit: *Non in brachio grandi, neque in populo multo: ut evelleret eam radicitus.* Et parabola quidem hæc: rursum vero declarat eam, sic inquiens: *Ecce veniet rex Babylonis in Jerusalem.* Postea cum in medio quædam alia dixisset, juramenta dicit, & fœdera, *ferietque cum eo fœdus.* Mox & rebellionem dicens: *Et recedet*, inquit, *ab eo, mittendo nuncios in Ægyptum, ut daret sibi equos, & populum multum.* Et post hæc infert, demonstrans propter juramentum perniciem totam accidisse, *Nisi in loco regis,*

qui constituit eum regem, qui sprevit maledictionem meam, & qui transgressus est testamentum meum, in medio Babylonis morietur, & non in exercitu grandi, nec in populo multo, quia sprevit juramentum prævaricando pactum meum; juramentum meum quod sprevit, & fœdus quod prævaricatus est, dabo in caput ejus, & expandam super eum rete meum. Vides quomodo non semel, nec bis, verum & sæpius dixit, illum propter juramentum hæc omnia passum esse? Implacabilis enim est Deus, contemtis juramentis. Neque vero tantum ex ultione civitati illata propter juramentum, hoc intelligere licet, verum & ex cunctatione & dilatione, quantum Deus studium habeat, ne

4.Reg.25.1. juramenta conculcentur. *Factum est* enim, inquit, *in anno nono regni ejus, in mense secundo, in decima mensis venit Nabuchodonosor rex Babylonis, & omnis exercitus ejus super Jerusalem, & circumsedit eam, & exstruxit in circuitu ejus munitiones, & clausa est civitas, atque vallata usque ad undecimum annum regis Sedeciæ nona die mensis, & prævaluit fames in ipsa civitate, nec erat panis populo ad comedendum, & scissa est civitas.* Poterat nempe statim a prima die ipsos tradere, & facere hostibus subditos: sed propterea interim trium annorum tempus conteri permisit, & ipsos obsidione premi gravissima, ut & extrinsecus militum timore, & intrinsecus fame civitatem premente castigati, vel invitum regem Barbaris subdi cogerent, & aliquod peccato remedium fieri. Et quod hoc sit verum, neque mea sit conjectura, audi quid per

Jer.38.17. Prophetam ad ipsum dicat: *Si exieris ad duces regis Babylonis, vivet anima tua, & civitas hæc non succendetur igni, & vives tu & domus tua. Si autem non exieris ad principes regis Babylonis, tradetur civitas hæc in manus Chaldæorum, & succendent eam igni, & non effugies de manibus eorum. Et dixit rex Sedecias ad Jeremiam: Rationem habeo Judæorum, qui fugerunt ad Chaldæos, ne forte tradant me in manus eorum, & illudant mihi. Respondit autem Jeremias, & dixit ei, Non te tradent: audi vocem Domini, quam ego loquor ad te, & melius tibi erit, & vivet anima tua. Quod si nolueris egredi, iste est sermo quem ostendit mihi Dominus: Ecce omnes mulieres quæ remanserunt in domo regis Juda, educentur ad principes regis Babylonis, & hæ dicent: Seduxerunt te, & prævaluerunt adversum te viri pacifici tui, & prævalebunt in lubricis contra pedes tuos: recesserunt a te, & omnes uxores & filios tuos educent ad Chaldæos, & non effugies manus eorum, quia in manu regis Babylonis capieris, & civitas hæc comburetur igni.* Sed postquam non persuasit hæc dicens, sed mansit in peccato & iniquitate, post tres annos

[a] Alii, ἐπαχθείσης.
[b] Alii post αὐτὴν, addunt, ἐκεῖ.

A ἐν τῷ τόπῳ τοῦ βασιλέως τοῦ βασιλεύσαντος αὐτὸν, ὃς ἠτίμωσε τὴν ἀρὰν μου, καὶ παρέβη τὴν διαθήκην μου ἐν μέσῳ Βαβυλῶνος τελευτήσει, καὶ οὐκ ἐν δυνάμει μεγάλῃ, οὐδὲ ἐν ὄχλῳ πολλῷ, ὅτι ἠτίμωσε τὴν ὁρκωμοσίαν τοῦ παραβῆναι τὴν διαθήκην μου, ἢ μὴν τὴν ὁρκωμοσίαν μου, ἣν ἠτίμωσε, καὶ τὴν διαθήκην μου, ἣν παρέβη, δώσω αὐτὴν εἰς κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἐκπετάσω ἐπ' αὐτὸν τὸ δίκτυόν μου. ὁρᾷς πῶς οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ καὶ πλεονάκις εἶπεν, ὅτι διὰ τὸν ὅρκον ταῦτα πάντα ἔπαθεν ἐκεῖνος; καὶ γὰρ ἀπαραίτητός ἐστιν ὁ θεὸς ὑβριζομένων ὅρκων. οὐκ ἐκ τῆς κολάσεως δὲ μόνης τῆς [a] ἐπαχθείσης τῇ πόλει διὰ τὸν ὅρκον, τοῦτό ἐστιν ἰδεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς
B μελλήσεως καὶ τῆς ἀναβολῆς, ὅσην ποιεῖται ὁ θεὸς σπουδὴν ὑπὲρ τοῦ μὴ καταπατεῖσθαι τοὺς ὅρκους. ἐγένετο γάρ, φησιν, ἐν τῷ ἐννάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας Σεδεκίου, ἐν τῷ μηνὶ τῷ δευτέρῳ, ἐν τῇ δεκάτῃ τοῦ μηνὸς, ἦλθεν Ναβουχοδονόσορ ὁ βασιλεὺς Βαβυλῶνος, καὶ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτοῦ ἐπὶ Ἱερουσαλήμ· καὶ περιεκάθισεν αὐτὴν, καὶ περιῳκοδόμησεν αὐτῇ τεῖχος κυκλόθεν· καὶ ἦλθεν ἡ πόλις εἰς συνοχὴν, ἕως τοῦ ἐνδεκάτου ἔτους Σεδεκίου τοῦ βασιλέως, ἐννάτῃ τοῦ μηνὸς, καὶ ἐνίσχυσεν ὁ λιμὸς ἐν αὐτῇ
C τῇ πόλει, καὶ οὐκ ἦν ἄρτος τοῦ φαγεῖν τῷ λαῷ, καὶ ἐρράγη ἡ πόλις. ἠδύνατο μὲν γὰρ ἐκ πρώτης εὐθέως αὐτοὺς παραδοῦναι τῆς ἡμέρας, καὶ ποιῆσαι τοῖς πολεμίοις ὑποχειρίους, ἀλλὰ διὰ τοῦτο χρόνον ἐν μέσῳ τριῶν ἐτῶν τριβῆναι συνεχώρησε, καὶ πολιορκίας αὐτοὺς αἰσθέσθαι χαλεπωτάτης, ἵνα καὶ τῷ τῶν στρατιωτῶν ἔξωθεν φόβῳ, καὶ τῷ συνέχοντι τὴν πόλιν ἔνδον λιμῷ σωφρονιζόμενοι, καὶ ἄκοντα τὸν βασιλέα καταναγκάσωσιν ὑποταγῆναι τοῖς βαρβάροις, καὶ γένηταί τινα τῷ ἁμαρτήματι παραμυθίαν. καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, καὶ οὐκ ἐμὸς στοχασμὸς, ἄκουσον τί διὰ τοῦ προφήτου φησὶν πρὸς αὐτόν. ἐὰν ἐξέλθῃς πρὸς ἡγεμόνα βασιλέως Βαβυλῶνος, ζήσεται ἡ ψυχή σου, καὶ
D ἡ πόλις αὕτη οὐ μὴ κατακαυθῇ ἐν πυρὶ, καὶ ζήσῃ σὺ καὶ ἡ οἰκία σου· ἐὰν δὲ μὴ ἐξέλθῃς σὺ πρὸς τοὺς ἄρχοντας βασιλέως Βαβυλῶνος, παραδοθήσεται ἡ πόλις αὕτη εἰς χεῖρας τῶν Χαλδαίων, καὶ κατακαύσουσιν [b] αὐτὴν, καὶ σὺ οὐ μὴ σωθήσῃ ἐκ χειρὸς αὐτῶν. καὶ εἶπεν ὁ βασιλεύς· λόγον ἔχω τῶν Ἰουδαίων τῶν πεφευγότων πρὸς τοὺς Χαλδαίους, μὴ παραδῶσί με εἰς χεῖρας αὐτῶν, καὶ καταμωκήσωνταί μου. καὶ εἶπεν Ἱερεμίας, οὐ μὴ παραδώσουσί σε· ἄκουσον τὸν λόγον κυρίου, ὃν ἐγὼ λαλῶ πρὸς σέ· καὶ βέλτιόν ἔσται σοι, καὶ ζήσεται ἡ ψυχή σου· καὶ εἰ μὴ
E θελήσῃς ἐξελθεῖν, οὗτος ὁ λόγος, ὃν ἔδειξέ μοι κύριος, πᾶσαι αἱ γυναῖκες αἱ καταλειφθεῖσαι ἐν οἴκῳ βασιλέως Ἰούδα ἐξάγονται πρὸς τοὺς ἄρχοντας βασιλέως Βαβυλῶνος, καὶ αὗται λέγουσιν, ἠπάτησάν σε, [c] καὶ ἠδυνήθησάν σοι, ἄνδρες εἰρηνικοί σου καταχύσουσιν ἐν ὀλισθήμασι πόδας σου· ἀπέστρεψαν ἀπὸ σοῦ, καὶ πάσας τὰς γυναῖκάς σου ἐξάξουσι πρὸς τοὺς Χαλδαίους, καὶ οὐ μὴ σωθήσῃ ἐκ χειρὸς αὐτῶν, ὅτι ἐν χειρὶ βασιλέως Βαβυλῶνος συλληφθήσῃ, καὶ ἡ πόλις αὕτη κατακαήσεται πυρί. ἀλλ' ἐπειδὴ οὐκ ἔπεισε ταῦτα λέγων, ἀλλ' ἔμεινεν ἐπὶ τῆς ἁμαρτίας καὶ τῆς παρανομίας, μετὰ τρία ἔτη τὴν πόλιν

[c] Alii sic habent, καὶ ἠδυνάσθησάν σοι ἄνδρες. εἰρηνικοί σου καταχύσουσιν ἐν ὀλισθήμασι πόδας οὐκ ἀποστρέψουσι, καὶ πάσας.

ſpondes illum tuis monitis non obtemperaturum; ſæpe eum te inter dicendum aſpernatum fuiſſe. Frigidæ quidem iſtæ ſunt cauſiſicationes, ſed cauſiſicationes tamen. Quod ſi dixero, iram dimitte, quid iſtorum allegare poteris? non corporis imbecillitatem, non paupertatem, non imperitiam, non occupationes, nil certe iſtorum obtendi poteſt, quapropter minime omnium hoc peccatum veniam meretur. Quomodo poteris manus in cælum extendere, aut linguam movere, aut veniam poſtulare? Si enim voluerit tibi Deus peccata condonare, tu id non permittis, cum adverſus conſervum offenſum animum retineas. Sed crudelis eſt, inquis, & efferus, pœnæ vindictæque avidus: quin ob idipſum peccata remitte: multas injurias tuliſti, multis ſpoliatus es, ſæpe convitia audiſti, in maximis rebus damnum paſſus es, ac proinde deſideras pœnam inimici. Atqui in hoc ipſum utilis tibi condonatio offenſarum. Si enim ipſe vindictæ incumbas, ultionemque ſumas, ſive per verba, ſive per facta, ſive per imprecationem, Deus ipſe a ſumenda ultione ſuperſedebit, ut pote te ſatagente circa tui ipſius vindictam. Imo non ſolum non perſequetur pœnas injuriarum tibi illatarum, ſed a teipſo mulctam exiget, ut injurioſe a te habitus.

Deus non remittit nobis, ſi non remittamus aliis.

4. Quod ſi in hominibus id fit, ut verberato a nobis alieno ſervo, dominus illius indignetur, ac pro contumelia accipiat, ipſi quoque ſi injuriis afficiamur, vel a ſervis, vel a liberis, ſententia judicum & dominorum exſpectanda eſt: ſi igitur in rebus humanis nemo ſibi tuto ultionem ſumit, quanto magis id obſervandum in rebus illis, ubi Deus ipſe vindex conſtitutus eſt? Injurias aliquis tibi fecit, læſit, infinita mala inflixit: cave pœnam tuam perſequare, ne dominum tuum contumelioſe tractes, cede Deo, ipſe negotium multo melius adminiſtrabit, quam tu cupis. Tibi ſolummodo juſſum eſt, ut pro eo qui te læſit, preces fundas: quid autem de eo ſtatuendum ſit, ſibi reſervari juſſit. Numquam tibi tales ultiones aſſequere, quales ille inſtruxit, modo illi jus tuum concedas. Neque imprecationes facito adverſus inimicum, ſed illi relinquas arbitrium judicandi: ſive enim nos injurias condonemus, ſive reconciliemur, ſive pro inimicis precemur, niſi ipſi converſi fuerint, atque in melius ſe mutaverint, Deus ipſe non dimittet: non dimittet autem eorum utilitati ſtudens. Te quippe laudat, tuamque philoſophiam amplectitur, illum vero punit, nec tuâ philoſophiâ deterior reddatur. Quamobrem inanis eſt illa vulgi ſententia: multi enim a nobis admoniti ſuper reconciliatione, ubi obtemperare non placebat, hanc excuſationem prætenderunt, quæ nihil aliud fuit, quam prætextus ipſorum malitiæ, nolle ſcilicet ſe reconciliationem, ne deteriorem inimicum

De non faciendis contra inimicos imprecationibus.

A ρὸν, λέγεις, ὅτι οὐχ ὑπακούει συμβουλευόμενος, πολλάκις γὰρ εἰπὼν κατεφρονήθην. Ψυχραὶ μὲν οὖν αἱ προφάσεις, ἀλλ' ὅμως [a] κἂν πρόφασιν ἔχῃς εἰπεῖν· ἂν δὲ εἴπω, τὴν ὀργὴν ἄφες· τί τούτων εἰπεῖν δυνήσῃ; οὔτε γὰρ ἀσθένειαν σώματος, οὔτε πενίαν, οὐκ ἰδιωτείαν, οὐκ ἀσχολίαν, οὐκ ἄλλο οὐδὲν ἔχεις εἰπεῖν, ἀλλ' ἀσύγγνωστος αὕτη μάλιστα πάντων ἐστὶν ἡ ἁμαρτία. πῶς δυνήσῃ τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνατεῖναι; πῶς τὴν γλῶτταν κινῆσαι; πῶς αἰτῆσαι συγγνώμην; κἂν [b] γὰρ βούληται ὁ B θεὸς ἀφεῖναι τὰς ἁμαρτίας σου, οὐκ ἀφίης αὐτὸς τὰς τοῦ συνδούλου κατέχων; ἀλλ' ὠμός ἐστι, καὶ ἄγριος, καὶ θηριώδης, καὶ κολάσεως ἐπιθυμεῖ, καὶ ἀνταποδόσεως· καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα ἄφες. ἠδίκησαι πολλὰ, καὶ ἀπεστέρησαι, καὶ κακῶς ἤκουσας, καὶ ἐν τοῖς μεγίστοις ἐβλάβης πράγμασι, καὶ βούλει κολαζόμενον ἰδεῖν τὸν ἐχθρόν. καὶ εἰς τοῦτό σοι πάλιν χρήσιμον τὸ ἀφιέναι. ἂν μὲν γὰρ αὐτὸς ἐκδικήσῃς καὶ ἐπεξέλθῃς, εἴτε διὰ ῥημάτων, εἴτε διὰ πραγμάτων, εἴτε διὰ τῆς εὐχῆς τῆς κατ' αὐτοῦ, ὁ θεὸς οὐκ ἐπεξελεύσεται λοιπὸν, παρὰ σοῦ τὴν τιμωρίαν λαβόντος, καὶ οὐ μόνον οὐκ ἐπεξελεύσεται, ἀλλὰ καί σε ἀπαιτήσει δίκην ὡς C ὑβρισμένος.

Εἰ γὰρ ἐπ' ἀνθρώπων τοῦτο γίνεται, κἂν τυπτήσωμεν ἀλλότριον οἰκέτην, ὁ δεσπότης ἀγανακτεῖ, καὶ ὕβριν εἶναί φησι τὸ πρᾶγμα, κἂν γὰρ ἠδικημένοι τύχωμεν ὑπὸ παίδων, εἴτε ὑπὸ ἐλευθέρων, τὰς παρὰ τῶν ἀρχόντων καὶ τὰς παρὰ τῶν δεσποτῶν ἀναμένειν χρὴ ψήφους· εἰ τοίνυν ἐπ' ἀνθρώπων οὐκ ἀσφαλὲς ἑαυτοὺς ἐκδικεῖν, πολλῷ μᾶλλον ὅταν ὁ θεὸς δικάζῃ. ἀλλ' ἠδίκησέ σέ τις καὶ ἐλύπησε, καὶ μυρία διέθηκεν ὁ πλησίον κακά. μηδὲ οὕτως αὐτὸς αὐτῷ ἐπεξέλθῃς, ἵνα μὴ ὑβρίσῃς σαυτοῦ τὸν D δεσπότην· παραχώρησον τῷ θεῷ, καὶ αὐτὸς διαθήσει τὸ πρᾶγμα [c] πολλῷ βέλτιον, ἢ σὺ βούλει. σοὶ μόνον εὔχεσθαι ὑπὲρ τοῦ λελυπηκότος ἐκέλευσε· τὸ δὲ πῶς ἐκείνῳ δεῖ χρήσασθαι, αὐτῷ καταλιπεῖν προσέταξεν. οὐχ οὕτως σὺ σαυτὸν ἐκδικεῖς, ὡς ἐκεῖνός σε ἐκδικῆσαι παρεσκεύασται, ἂν αὐτῷ παραχωρήσῃς μόνον. μὴ κατεύξῃ τοῦ λελυπηκότος, ἀλλ' αὐτὸν ἄφες κύριον γενέσθαι τῆς ψήφου· κἂν γὰρ ἡμεῖς ἀφῶμεν τοῖς ἠδικηκόσι, κἂν καταλλαγῶμεν, κἂν ὑπὲρ αὐτῶν δεηθῶμεν, ὁ θεὸς οὐκ ἀφίησιν, ἐὰν μὴ μεταβάλλωνται καὶ αὐτοὶ, καὶ βελ- E τίους γένωνται· οὐκ ἀφίησι δὲ πρὸς τὸ χρήσιμον ἐκείνων βλέπων. σὲ μὲν γὰρ ἐπαινεῖ καὶ ἀποδέχεται τῆς φιλοσοφίας, [d] ἐκεῖνον δὲ ἐπεξέρχεται, ἵνα μὴ τῇ σῇ φιλοσοφίᾳ χείρων γένηται. ὥστε περιττὸς ὁ τῶν πολλῶν λόγος. πολλοὶ γὰρ πολλάκις ἐγκαλούμενοι παρ' ἡμῶν, ἐπειδὴ παρακαλούμενοι καταλλαγῆναι τοῖς ἐχθροῖς οὐκ ἐπείθοντο, ταύτην ἐδόκουν τὴν ἀπολογίαν προβάλλεσθαι παραπέτασμα τῆς ἑαυτῶν οὖσαν πονηρίας· οὐ βούλομαι καταλλαγῆναί φησιν, ἵνα μὴ χείρονα αὐτὸν ἐργάσωμαι,

[a] Savil. κἂν προφάσεις. Mox idem, ἄφες, οὔτε ἀσθένειαν σώματος.

[b] γὰρ deest in Savil. & uno Codice. Mox Savil. οὐ συγχωρεῖς αὐτός

[c] Alii, πολὺ βέλτιον.

[d] Savil. & aliquot Cod. ἐκείνῳ ἐπεξέρχεται.

ἵνα μὴ τραχύτερον, ἵνα μὴ μειζόνως μου καταφρονήσῃ μετὰ ταῦτα· καὶ πρὸς τούτοις κἀκεῖνο λέγουσιν, ὅτι πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐξ ἀσθενείας με νομίζουσι πρότερον ἐπὶ τὰς καταλλαγὰς ἔρχεσθαι, καὶ τὸν ἐχθρὸν παρακαλεῖν. ταῦτα πάντα μάταια· ὁ γὰρ ἀκοίμητος ὀφθαλμὸς [a] εἶδε τὴν γνώμην τὴν σήν· διόπερ οὐδένα χρὴ ποιεῖσθαι τῶν συνδούλων λόγον, ὅταν τὸν κριτὴν πείσῃς, καὶ τὸν μέλλοντά σοι δικάζειν. εἰ δὲ τοῦ μὴ γενέσθαι σοι χείρονα διὰ τῆς ἐπιεικείας τὸν ἐχθρὸν φροντίζεις, ἐκεῖνο μάνθανε, ὅτι οὐχ οὕτω γίνεται χείρων, ἀλλ' ἂν μὴ καταλλαγῇς μᾶλλον· κἂν γὰρ ἁπάντων μιαρώτερος ᾖ, κἂν μὴ λέγῃ, κἂν μὴ κηρύττῃ, καὶ σιγῶν πάντως ἀποδέχεταί σου τὴν φιλοσοφίαν, αἰδεσθήσεταί σου τὴν πραότητα κατὰ τὸ συνειδὸς τὸ ἑαυτοῦ· ἐὰν δὲ ἐπὶ τῆς αὐτῆς μένῃ πονηρίας κολακευόμενος καὶ θεραπευόμενος, ἕξει τιμωρὸν μέγιστον τὸν θεόν. καὶ ἵνα μάθητε, ὅτι κἂν ἡμεῖς παρακαλέσωμεν ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν καὶ ὑπὲρ τῶν ἠδικηκότων, ὁ θεὸς οὐκ ἀφίησιν, ἂν μέλλωσι γίνεσθαι χείρους διὰ τῆς ἡμετέρας ἀνεξικακίας, ἱστορίαν ὑμῖν ἐρῶ παλαιάν. κατελάλησέ ποτε τοῦ Μωϋσέως ἡ Μαρία· τί οὖν ὁ θεός· λέπραν ἐπαφῆκεν αὐτῇ, καὶ ἀκάθαρτον αὐτὴν ἐποίησε, καίτοι γε τὰ ἄλλα οὖσαν ἐπιεικῆ καὶ σώφρονα. εἶτα τοῦ Μωϋσέως αὐτοῦ τοῦ ὑβρισμένου παρακαλοῦντος ἀφεῖναι τὴν ὀργὴν, οὐκ ἠνέσχετο ὁ θεός· ἀλλὰ τί φησιν; εἰ ἐμπτύων ἐνέπτυσεν ὁ πατὴρ αὐτῆς εἰς τὸ πρόσωπον, οὐκ ἂν ἐνετράπη; μενάτω, φησὶν, ἔξω τῆς παρεμβολῆς ἑπτὰ ἡμέρας· ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· εἰ πατέρα, φησὶν, εἶχε, καὶ ἐξ ὄψεως αὐτὴν ἐποίησεν, οὐκ ἂν ἤνεγκε τὴν ἐπιτίμησιν; σὲ μὲν ἀποδέχομαι τῆς φιλαδελφίας, καὶ τῆς πραότητος, καὶ τῆς ἐπιεικείας· ἐγὼ δὲ οἶδα πότε αὐτὴν ἀφεῖναι δεῖ τῆς κολάσεως. σὺ μὲν πᾶσαν φιλοφροσύνην ἐπίδειξαι περὶ τὸν ἀδελφὸν, καὶ μὴ κολάσεως ἐπιθυμίᾳ μείζονος ἀφῇς τὰ πλημμελήματα, ἀλλὰ φιλοστοργίᾳ καὶ γνώμῃ χρηστῇ. ἐκεῖνο μὲν γάρ τοι σαφῶς ἴσθι, ὅτι ὅσῳ ἂν θεραπεύοντα ὑβρίζῃ σε, τοσούτῳ μείζονα ἐπισπάσεται καθ' ἑαυτοῦ τὴν κόλασιν ἐκεῖνος. τί λέγεις, εἰπέ μοι; φαυλότερος γίνεται θεραπευόμενος; τοῦτο ἐκείνου μὲν κατηγορία, σὸν δὲ ἐγκώμιον, ὅτι καὶ ὁρῶν τοιοῦτον γινόμενον, τῶν τῷ θεῷ δοκούντων οὐκ ἀπέστης θεραπεύων αὐτόν· ἐκείνῳ δὲ ἔγκλημα, ὅτι οὐδὲ ἀπὸ τῆς σῆς ἐπιεικείας βελτίων γέγονε. Παῦλος δέ, φησιν, αἱρετώτερον ἑτέροις ἐγκαλεῖσθαι δι' ἡμᾶς, ἢ ἡμᾶς δι' ἑτέρους. μηδὲ λέγε τὰ ψυχρὰ ταῦτα ῥήματα· μὴ νομίσῃ, φησὶν, ὅτι φοβηθεὶς αὐτὸν προσέδραμον, ἵνα μᾶλλόν μου καταφρονήσῃ. παιδικῆς ταῦτα ψυχῆς καὶ ἀνοήτου, καὶ πρὸς δόξαν ἐπτοημένης ἀνθρωπίνην. νομιζέτω, ὅτι φοβηθεὶς προσῆλθες, καὶ μείζων ὁ μισθὸς ἔσται σοι, ὅταν καὶ ταῦτα προειδὼς διὰ τὸν τοῦ θεοῦ φόβον ὑπομένῃς πάντα. ὁ μὲν γὰρ τὴν παρὰ τῶν ἀνθρώπων δόξαν θηρώμενος, καὶ διὰ τοῦτο καταλλαττόμενος, ὑποτέμνεται τῆς ἀντιδόσεως τὸ κέρδος· ὁ δὲ ἀκριβῶς ἐπιστάμενος, ὅτι πολ-

[a] Savil. & alii, οἶδε τὴν.

A faciant, ne acerbiorem postea, & majorem ejus contemtum experiantur: ad hæc, illud quoque adjiciunt, vulgo existimatum iri, ipsos propter imbecillitatem priores ad reconciliationem placationemque inimici venisse. Hæc omnia vana sunt: oculus enim ille numquam dormitans, novit mentem tuam, ac proinde conservorum rumusculos curare non debemus, modo judici persuadeas, qui de causa tua judicaturus est. Si autem illud tibi curæ est, ne eum deteriorem tua bonitate facias; scias velim, eum hoc pacto deteriorem non futurum, sed deteriorem potius futurum, si B eum non places: nam etsi mortalium omnium scelestissimus sit, etsi non dicat, neque palam præ se ferat, attamen tacitus approbabit tuos philosophicos mores, conscientiaque sua tuam reverebitur mansuetudinem. Quod si in eadem malignitate perstiterit, nec blanditiis emolliatur, maximam pœnam a Deo sustinebit. Ut autem discatis, tametsi nos oremus pro inimicis & injuriosis, Deum non dimittere illis peccata, si ex nostra tolerantia deteriores fiant, veterem historiam vobis recensebo. Obtrectavit Moysi Maria: quid hic Deus? leprosam eam & immundam fe- C cit, probam alioqui & castam; deinde Moyse deprecante, qui eam injuriam passus erat, ut crimen remitteret, noluit Deus, sed quid, inquit, *Si inspuens inspuasset pater in ipsius faciem, non confusa fuisset? maneat*, inquit, *extra castra septem dies.* Num. 12. 14. Quod autem dicit tale est. Si patrem habuisset, isque eam a conspectu suo removisset, numquid non toleraret eam increpationem? Te quidem laudo de fraterna pietate, mansuetudine & bonitate, mihi autem notum, quando illam oporteat ab hac pœna liberari. Quamobrem & tu quo- D que omnem humanitatem ostende erga fratrem, neque majoris vindictæ cupiditate delicta dimittas, sed caritate & benigno animo. Id tibi certum habe, quod quanto magis aspernatus fuerit tuæ placationis industriam, tanto majorem sibi pœnam coacervat. Quid ais? deterior fit colendo? id crimen ipsius, tuum autem encomium, quod cum eum talem videres futurum, non tamen ab eo colendo abstiteris, ut divinæ voluntati satisfaceres: ipsius crimen, quod tua bonitate nihilo quam antea melior redditur. Paulus vero ait, multo optabilius alios incusari propter nos, quam nos prop- E ter alios. Ne mihi dixeris frigida ista verba, verendum ne ob metum me putet ad se accurrisse, ac proinde majores fastus sumat: puerilis ista animi sunt, & stulti, & ad hominum existimationem obstupescentis. Putet sane, quod ob metum accessisti: nam & ita merces tua major futura est, cum & istud præcognoscas, & tamen ob timorem Dei omnia sustineas. Qui enim famam hominum aucupans, reconciliationem instituit, abscinditur a remunerandi lucro: qui autem hoc ipsum plane cognitum habet, quod

multi & irridebunt & vituperabunt, neque tamen vel ita absistit a reconciliatione, duplicatam & triplicatam habebit coronam, Et hic potissimum is est, qui propter Deum id fecit. Ne mihi dicas, has & illas injurias intulit: nam si quidquid malorum est in hominibus, id adversus te depromsisset, etiam ita jussit Deus offensas remittere?

Inimicitias exercens ne ad sacram mensam accedat.

5. Ecce prædico, & contestor, & clara voce exclamo, nemo qui inimicum habeat, ad sacram mensam adeat, & corpus Christi accipiat, nemo qui adit, inimicum habeat. Inimicum habes, ne accedas: vis accedere, reconciliare, & tum sacrum attinge. Imo non ego, sed potius Dominus propter nos crucifixus, ista dicit; ut reconciliaret te Patri, ne mactari quidem recusavit, aut sanguinem effundere: tu autem ut reconcilieris conservo, nec verbum vis emittere, aut prior accedere? Audi, quid de talibus loquitur Dominus. *Si offers munus tuum ad altare, & illic recordatus fueris, quod frater tuus aliquid habet adversum te*, non dixit, exspecta, donec ille veniat ad te, aut ut aliquo alio intercessore utaris, aut deprecatorem alleges, sed, tu ipse, inquit, ad illum accurre. *Abi*, inquit, *prius reconciliare fratri tuo*, o factum incredibile! ipse non accipit pro ignominia, quod donum sibi destinatum relinquatur, & tu contumeliam putas, si prior abeas ad reconciliationem? Dic quæso quæ venia debetur istis rebus? Si videris membrum abscissum: annon omnia facis, ut conglutines corpori? idem fac in fratribus tuis, quando videris eos abscissos a tua amicitia, propera celeriter ad amplexus, ne exspectes donec ipsi priores ad te veniant, sed ipse prior bravium accipere festina. Unum inimicum jussi sumus habere diabolum, cum illo numquam in gratiam redeas: adversus fratrem vero numquam sis inimico animo, sed si nata fuerit aliqua offensiuncula, longior uno die ne esto, neque spatium diurnum excedito. *Sol*, inquit, *non occidat super iracundiam vestram.* Si ante vesperam stomachum ponis, habes a Deo aliquam veniam: quod si ulterius tua bilis durarit, non ex ira & indignatione raptim invadente ista simultas, sed ex malitia, ac mente scelerata, & scelerum meditatrice exoritur. Non illud solum grave est, quod te venia spolias, sed quod difficiliorem tibi reddis usum istiusmodi virtutis exercendæ: nam una die elapsa grandescit vitium, augetur ex secunda die, quod si tertia & quarta accesserit lux, addetur quinta. Rursus quinque fiunt decem, decem autem viginti, viginti centum, ac in posterum vulnus omnino immedicabile est: & quanto plus temporis adjungitur, tanto magis disjungimur intervallis. Cave tibi homo ab istis irrationalibus affectibus, neque pudefias, neque erubescas, neque ita loquare, Modo inter nos rixati sumus, fan-

Matt.5.23.

Unus inimicus esto nobis diabolus.

Eph.4.26.

A λοὶ καταγνώσονται καὶ [a] καταγελάσονται, καὶ οὐδὲ οὕτως ἀφίσταται τῆς καταλλαγῆς, διπλασίονα καὶ τριπλασίονα ἕξει τὸν στέφανον. καὶ οὗτός ἐστι μάλιστα, ὁ διὰ τὸν Θεὸν τοῦτο ποιῶν. μή μοι λέγε, ὅτι τὰ, καὶ τὰ ἠδίκησε· καὶ γὰρ εἰ πᾶσαν πονηρίαν τὴν ἐν ἀνθρώποις ἐπεδείξατο περὶ σὲ, καὶ οὕτω σοι πάντα ἀφεῖναι ἐκέλευσεν ὁ Θεός.

Ἰδοὺ προλέγω, καὶ διαμαρτύρομαι, καὶ λαμπρᾷ βοῶ τῇ φωνῇ, μηδεὶς τῶν ἐχόντων ἐχθρὸν προσίτω [b] τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ, καὶ δεχέσθω τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου· μηδεὶς προσιὼν ἐχθρὸν ἐχέτω. ἐχθρὸν ἔχεις; μὴ προσέλθῃς· βούλει προσελθεῖν; καταλλάγηθι, καὶ τότε προσελθὼν B ἅψαι τοῦ ἱεροῦ. μᾶλλον δὲ οὐκ ἐγὼ ταῦτα λέγω, ἀλλ' ὁ δι' ἡμᾶς σταυρωθεὶς Δεσπότης αὐτός· ἵνα σε καταλλάξῃ τῷ Πατρὶ, οὐδὲ σφαγῆναι παρῃτήσατο, οὐδὲ τὸ αἷμα ἐκχέαι, καὶ σὺ ἵνα καταλλαγῇς τῷ συνδούλῳ, οὐδὲ ῥῆμα προέσθαι βούλει, οὐδὲ πρότερος προσδραμεῖν; ἄκουσον τί φησι περὶ τῶν οὕτω διακειμένων· ἐὰν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κἀκεῖ μνησθῇς, ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ, οὐκ εἶπεν ἀνάμεινον ἐκεῖνον ἐλθεῖν πρὸς σὲ, οὐδὲ ἑτέρῳ τινὶ μεσίτῃ διαλέχθητι, οὐδὲ ἄλλον τινὰ παρακάλεσον, ἀλλ' αὐτὸς σὺ πρὸς ἐκεῖνον δράμε· ὕπαγε γὰρ, φησι, πρῶ- C τον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου. ὢ τῆς ὑπερβολῆς. αὐτὸς οὐχ ἡγεῖται ἀτιμίαν εἶναι, τοῦ δώρου καταλιμπανομένου, καὶ σὺ νομίζεις ὕβριν εἶναι, τὸ [c] πρότερος ἀπελθεῖν καὶ καταλλαγῆναι; καὶ ποῦ ταῦτα ἄξια συγγνώμης, εἰπέ μοι; ἐὰν ἴδῃς σου μέλος ἐκτετμημένον, οὐ πάντα ποιεῖς, ὥστε αὐτὸ ἑνῶσαι τῷ σώματι; τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἀδελφῶν ποίησον· ὅταν ἴδῃς αὐτοὺς ἐκτμηθέντας σου τῆς φιλίας, περιστεῖλαι σπεῦσον ταχέως, μὴ προτέρους ἀναμείνῃς ἐκείνους ἐλθεῖν, ἀλλ' αὐτὸς πρότερος ἐπείχθητι λαβεῖν τὰ βραβεῖα. ἕνα μόνον ἐχθρὸν ἐκελεύσθημεν ἔχειν τὸν διάβολον· πρὸς αὐτὸν μηδέποτε καταλλάττου, πρὸς δὲ τὸν D ἀδελφὸν μηδέποτε [d] κατὰ καρδίας ἀπεχθῶς ἔχε, ἀλλὰ κἂν γένηταί τις μικροψυχία, ἐφήμερος αὕτη μόνον ἔστω, καὶ μὴ ὑπερβαινέτω τὸ διάστημα τῆς ἡμέρας. ὁ ἥλιος γὰρ, φησι, μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν. ἂν μὲν γὰρ πρὸ τῆς ἑσπέρας καταλλαγῇς, ἔχεις ἀπὸ τοῦ Θεοῦ τινα συγγνώμην· ἂν δὲ περαιτέρω μένῃς ἐχθρὸς ὢν, οὐκέτι θυμοῦ καὶ ὀργῆς συναρπαζούσης, ἀλλὰ πονηρίας ἐστὶν ἡ ἀπέχθεια καὶ ψυχῆς μιαρᾶς καὶ κακίαν μελετώσης. οὐ τοῦτο δὲ μόνον ἐστὶ τὸ δεινὸν, ὅτι συγγνώμης ἑαυτὸν ἀποστερεῖς, ἀλλ' ὅτι καὶ τὸ κατόρθωμα δυσκολώτερον γίνεται· μιᾶς παρελθούσης ἡμέρας πλείων ἡ αἰσχύνη, καὶ δευτέρας E προσγινομένης αὔξεται πάλιν· κἂν ἐπιλάβῃ τρίτην καὶ τετάρτην, προσθήσει καὶ πέμπτην. οὕτως αἱ πέντε γίνονται δέκα· αἱ δέκα εἴκοσι· αἱ εἴκοσι ἑκατόν· καὶ λοιπὸν ἀνίατον ἔσται τὸ ἕλκος. ὅσῳ γὰρ πρόεισιν ὁ χρόνος, τοσούτῳ μᾶλλον διϊστάμεθα. ἀλλὰ μηδὲν τούτων πάθῃς, ὦ ἄνθρωπε, τῶν παραλόγων παθῶν, μηδὲ αἰσχυνθῇς καὶ ἐρυθριάσῃς, μηδὲ εἴπῃς πρὸς σεαυτὸν, περὶ μικροῦ

[a] Unus Codex, καταγελάσονται, καὶ οὐδὲ οὕτως καταγνώσονται τῆς καταλλαγῆς. Savil. καταγελάσονται, καὶ οὐδὲ οὕτως ἀφιστάμενος τῆς καταλλ- Morel. καταγ- καὶ οὐδὲ οὕτως ἀφίσταται τῆς

[b] In Savil. & in uno Codice hæc, τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ, καὶ δεχέσθω τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου, desunt. Sed alii & Morel. sic habent, & Savil. in margine adfert, sed legit τοῦ Χριστοῦ. Hæc porro germana esse ipsa series arguit; his enim demtis, imperfecta clausula est.

[c] Alii, πρότερον.

[d] κατὰ καρδίας deest in Savil. & in uno Codice.

τοσαῦτα ἀλλήλους ἐλοιδορήσαμεν, μυρία ῥητὰ καὶ ἄρρητα εἴπομεν, καὶ νῦν δραμούμεθα ἐπὶ τὰς καταλλαγάς; καὶ τίς οὐ καταγνώσεταί μου τὴν πολλὴν εὐκολίαν; οὐδεὶς νοῦν ἔχων εὐκολίαν σου καταγνώσεται· ἀλλ' ὅταν μένῃς ἀκατάλλακτος, τότε σε πάντες γελάσονται, τότε πολὺ δώσεις τῷ διαβόλῳ τὸ διάστημα. οὐ γὰρ ἀπὸ τοῦ χρόνου λοιπὸν [a] δυσδιάλυτος ἡ ἔχθρα γίνεται, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν μεταξὺ γινομένων πραγμάτων. ὥσπερ γὰρ ἀγάπη καλύπτει πλῆθος ἁμαρτιῶν, οὕτως ἔχθρα καὶ τὰ οὐκ ὄντα ἁμαρτήματα συνίστησι, καὶ πάντες ἀξιόπιστοι οἱ κατηγοροῦντες λοιπὸν, οἱ τοῖς ἀλλοτρίοις χαίροντες κακοῖς, καὶ τὰς ἑτέρων ἐκπομπεύοντες ἀσχημοσύνας. ταῦτα οὖν ἅπαντα εἰδὼς, πρόλαβε καὶ κατάσχε τὸν ἀδελφὸν, B πρὶν τέλεον ἀποπηδήσῃ, κἂν δέῃ πᾶσαν τὴν πόλιν περιδραμεῖν κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, κἂν ἔξω τῶν τειχῶν ἀπελθεῖν, κἂν ὁδὸν βαδίσαι μακρὰν, πάντα τὰ ἐν χερσὶν ἀφεὶς, ἑνὸς τούτου μόνου γενοῦ τοῦ καταλλάξαι τὸν ἀδελφόν. εἰ δὲ ἐργῶδες τὸ πρᾶγμα, ἐννόησον ὅτι διὰ τὸν θεὸν ταῦτα πάσχεις ἅπαντα, καὶ λήψῃ παράκλησιν· καὶ τὴν ψυχὴν ἀναδυομένην, καὶ ὀκνοῦσαν, καὶ ἐρυθριῶσαν, καὶ αἰσχυνομένην διέγειρον, ταύτας αὐτῇ συνεχῶς ἐπᾴδων τὰς ἐπῳδάς. τί μέλλεις, τί δὲ ἀναδύῃ καὶ ὀκνεῖς; οὐχ ὑπὲρ χρημάτων, οὐδ' ὑπὲρ ἄλλου τινὸς τῶν ἐπικήρων, C ἀλλ' ὑπὲρ σωτηρίας ἡμῖν ὁ λόγος. ὁ θεὸς ταῦτα ποιεῖν ἐκέλευσε, καὶ πάντα δεύτερα ἔστω τῶν ἐκείνου προσταγμάτων. ἐμπορία τίς ἐστι πνευματικὴ τὸ πρᾶγμα· μὴ ἀμελῶμεν, μήτε ῥαθυμῶμεν· μανθανέτω ὁ ἐχθρὸς, ὅτι πολλὴν ἐποιησάμεθα σπουδὴν, διὰ τὸ τῷ θεῷ δοκοῦν· κἂν ὑβρίζῃ πάλιν, κἂν τύπτῃ, κἂν ὁτιοῦν ἕτερον χαλεπώτερον ποιῇ, φέρωμεν ἅπαντα γενναίως, ὡς οὐδὲν ἐκείνῳ τοσοῦτον, ὅσον ἡμῖν αὐτοῖς χαριζόμεθα· πάντων τῶν κατορθωμάτων τοῦτο μειζόνως ἡμῖν κατ' ἐκείνην προστήσεται τὴν ἡμέραν. ἡμάρτομεν πολλὰ, καὶ μεγάλα, καὶ προσεκρούσαμεν, καὶ τὸν δεσπότην ἡμῶν παρωξύναμεν· D ἔδωκε διὰ τὴν αὐτοῦ φιλανθρωπίαν ταύτην ὁδὸν καταλλαγῆς· μὴ τοίνυν προδῶμεν τὸν καλὸν τοῦτον θησαυρόν· μὴ γὰρ οὐκ ἦν κύριος κελεῦσαι μόνον καταλλάττεσθαι, καὶ μηδένα ἡμῖν εἶναι μισθόν; μὴ γὰρ ἔχει τινὰ τὸν ἀντιλέγοντα καὶ διορθούμενον αὐτοῦ τὰ προστάγματα; ἀλλ' ὅμως διὰ τὴν πολλὴν αὐτοῦ φιλανθρωπίαν, καὶ μισθὸν ἡμῖν ὑπέσχετο μέγαν καὶ ἄφατον, καὶ οὗ μάλιστα ἐπιθυμοῦμεν τυχεῖν, τὴν τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν συγχώρησιν, καὶ ταύτην τὴν ὑπακοὴν ἡμῖν εὐκολωτέραν ποιῶν.

E Τίνα οὖν ἕξομεν συγγνώμην, ὅταν καὶ μισθὸν τοσοῦτον μέλλοντες λαμβάνειν, μηδὲ οὕτως ὑπακούωμεν τῷ νομοθέτῃ, ἀλλὰ μένωμεν καταφρονοῦντες; ὅτι γὰρ καταφρόνησις τοῦτό ἐστι, δῆλον ἐκεῖθεν. εἰ νόμον ἔθηκεν ὁ βασιλεὺς τοὺς ἐχθροὺς ἅπαντας ἀλλήλοις καταλλάττεσθαι, ἢ τὰς κεφαλὰς ἀποτέμνεσθαι, ἆρα οὐκ ἂν πάντες [b] ἐσπεύσαμεν ἐπὶ τὰς τῶν πλησίον καταλλαγάς; ἔγωγε οἶμαι. τίνα οὖν ἕξομεν συγγνώμην, μηδὲ τοσαύτην ἀπονέμοντες τῷ δεσπότῃ τιμὴν, ὅσην τοῖς ὁμοδούλοις τοῖς ἡμετέροις; διὰ τοῦτο ἐκελεύσθημεν λέγειν,

A da atque infanda diximus innumera: ac statim ad reconciliationem accurram? quis non vituperabit meam facilitatem? Nemo cordatus damnabit tuam facilitatem, sed si manseris implacabilis, tum te omnes irridebunt, tum magnum dabis diabolo spatium: non enim ex tempore solum difficilior fiet reconciliatio, sed ex rebus interea orientibus. Ut *caritas operit multitudinem peccatorum*, ita inimicitia, ea quæ delicti naturam non habent, delicta facit: adeo ut omnes deinde criminatores, qui de alienis malis gaudent, & aliorum vitia traducunt, fidem apud istiusmodi inveniant. Istis igitur cognitis præoccupa fratrem, eumque de- B tine, priusquam penitus resiliat, etiam si opus sit, ut eo die universam civitatem percurras, etiam si extra mœnia pergendum, etiam si longum iter carpendum; relictis omnibus quæ in manibus sunt, id unum cura, ut cum fratre reconcilieris. Quod si arduum sit negotium, cogita, quod ob Deum talia pateris, & plenam percipies consolationem: animamque subterfugientem, reformidantem, erubescentem excita, eique continuo ista accine, Quid cessas? quid subterfugis? quid detrectas? non de pecunia, non de aliis fluxis rebus, sed de nostra C ipsorum salute agitur. Deus ista facienda præcipit, omnia igitur illius mandatis postponantur. Est hic quidam spiritualis mercatus: ne cunctatores, ne lenti simus, intelligat inimicus magnam a nobis curam adhibitam, ut divinis placitis nos attemperemus: sive denuo contumelias inferat, sive verberet, sive quid aliud acerbius faciat, omnia feramus generose, utpote qui non tantum illi, quantum nobismetipsis gratificemur, præ omnibus virtutibus id ad majorem mercedem nobis imputabitur in illo die. Multa deliquimus, in magnis offendimus, & Dominum nostrum irritavimus, D dedit ex sua humanitate hanc viam reconciliationis: ne igitur deseramus hunc pulcrum thesaurum: numquid non in illius potestate fuit, præcipere reconciliationem sine ulla proposita mercede? Non enim est qui ipsi contradicat, aut qui ejus præcepta corrigat: attamen ex multa sua benignitate mercedem nobis spopondit, & magnam, & ineffabilem, & quam maxime desideramus, nimirum veniam nostrorum peccatorum, & hanc obsequentiam nobis facillimam fecit.

E 6. Quam igitur veniam habebimus, cum & tantum præmii accepturi, ne sic quidem obsequimur legislatori, sed perduramus in eo contemtu? Quod autem contemtus sit, hinc patet. Si legem Imperator statuisset, ut omnes inimici in gratiam redirent, aut capite plecterentur: an non omnes festinarent ad mutuas reconciliationes? Ego quidem sic arbitror. Quam veniam igitur habebimus, cum ne tantumdem reverentiæ tribuamus Domino, quantum conservis nostris tribuimus? Ob hoc ipsum jussi sumus

1. Pet. 4. 8.

a Alii, δυσδιάλλακτος.
b Savil. in textu & unus Codex ἐσπουδάσαμεν, Savil. in marg. & alii, ἐσπεύσαμεν.

Matt. 6. 12. dicere: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Quid eo mitius, quid mansuetius præcepto? te judicem fecit in condonatione tuorum criminum; si pauca dimittis, pauca dimittuntur: si plura dimittis, plura dimittuntur: si ex corde dimittis & sincere, eodem pacto tibi Deus remittit. Si præter veniam datam, etiam eum pro amico habeas, eodem modo erga te Deus afficietur: adeo ut quanto magis quis adversus te peccaverit, tanto magis tibi ad reconciliationem properandum sit, quandoquidem ipse hoc pacto in causa est, ut nobis majora crimina condonentur. Vis cognoscere nullam esse veniam nobis, si memores simus irarum, neque esse, qui nos, si tales simus, eripiat? quod dico manifestum faciam. Læsit te proximus, bona rapuit, publicavit, fraudavit. Non illud solum dico, sed & alia his majora adjungo, & quantacumque tandem vis: occidere te voluit: sexcenta pericula tibi obtulit, omni te injuria læsit, quodvis scelus improbitatis humanæ adversus te tentavit: ne enim omnia sigillatim percurramus, pone tanta ipsum te affecisse injuria, quanta nullus umquam quemquam affecit: ne ita quidem, si iram retineas, venia dignus eris. Quo pacto id fiat, ego dicam. Si servus tuus tibi ad centum aureos obæratus esset, cui alius paucos argenteos deberet, isque debiti condonationem flagitasset: si tu deinde servum jussisses debitorem suum obligatione liberare, teque illi vicissim debiti sui, quod est centum aureorum, gratiam facere, isque deinde ut impudens, & improbus debitorem suum strangularet, an quispiam illum e tuis manibus eximeret, annon plagas illi incuteres, quasi extrema injuria ab eo affectus? Ac merito id quidem. Deus etiam idipsum faciet: dicet enim tibi in illa die, Improbe serve & perquam scelerate, non de tuo illi remisisses? sed de meo, quod tu mihi debebas, jussus es illi æs alienum relaxare, dimitte enim, inquit, & dimitto tibi. Atqui si neque illud addidissem, dimittere oportebat, ut obsequereris domino: nunc autem non ut dominus imperavi, sed ut ab amico beneficium postulavi, idque ex meo, & majora me redonaturum spopondi: cæterum ne ita quidem melior factus es. Homines autem cum talia faciunt, tantum servis suis acceptum ferunt, quantum ipsum debitum fuit. Exempli causa: Debuit hero servus centum aureos; huic vicissim debitor decem aureorum fuit. Si ipsi debitum remittat, non centum aureos remittit herus; sed decem tantum, cæterosque omnes repetit. Deus vero non item: sed si pauca condones tuo conservo: omnia tibi in totum remittet. Unde id liquet? ex ipsa precatione. *Si enim*, inquit, *remiseritis hominibus sua debita, etiam pater vester cælestis remittet vobis debita vestra:* quantum autem interval-

Reconciliationis modus.

Quanta merces reconciliationis.

Matt. 6. 14.

A ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν. τί τούτου πρᾳότερον; τί δὲ ἡμερώτερον τοῦ προστάγματος; σὲ κριτὴν ἐποίησε τῆς συγχωρήσεως τῶν σῶν ἁμαρτημάτων· ἂν ὀλίγα ἀφῇς, ὀλίγα ἀφίεται· ἂν πολλὰ ἀφῇς, πολλὰ ἀφίεται· ἂν ἀπὸ καρδίας ἀφῇς, καὶ καθαρῶς, οὕτω σοὶ καὶ ὁ θεὸς ἀφίησιν· ἂν μετὰ τὸ συγχωρῆσαι καὶ φίλον αὐτὸν ἔχῃς, οὕτω καὶ ὁ θεὸς πρὸς σὲ διακείσεται· ὥστε ὅσῳ μείζονα ἥμαρτε, τοσούτῳ μᾶλλον ἡμᾶς σπεύδειν ἐπὶ τὰς καταλλαγὰς χρὴ, ἐπειδὴ καὶ μειζόνων ἁμαρτημάτων συγχωρήσεως ἡμῖν αἴτιος γίνεται. βούλει μαθεῖν, ὡς οὐδεμία συγγνώμη μνησικακοῦσιν ἡμῖν, οὐδὲ ἔστι τις ἡμᾶς ὁ ἐξαιρούμενος;
B ἐπὶ παραδείγματος, ὃ λέγω, ποιήσω φανερόν. τί σε ἠδίκησεν ὁ πλησίον; τὰ χρήματα ἥρπασεν, ἐδήμευσεν, ἐπλεονέκτησεν; οὐ λέγω τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἕτερα παρίστημι πλείονα τούτων, καὶ ὅσα περ ἂν ἐθέλῃς· ἀνελεῖν σε ἐπεθύμησε; μυρίοις σοι περιέστησε κινδύνοις, πᾶσαν σοι ἐπεδείξατο μιαρίαν, καὶ οὐδὲν ἀπέλιπεν ὅλως [a] τῆς ἀνθρωπίνης πονηρίας. ἵνα γὰρ μὴ πάντα καθ' ἕκαστον ἐπεξίωμεν, θὲς τοσαύτην αὐτὸν ἠδικηκέναι σε ἀδικίαν, ὅσην οὐδεὶς οὐδέποτέ τινα ἠδίκησεν. οὐδὲ γὰρ οὕτως μνησικακῶν ἄξιος ἔσῃ συγγνώμης. καὶ πῶς ἐγὼ λέγω· εἴ τις οἰκέτης σὸς ὤφειλέ σοι χρυσίνους ἑκατὸν, εἶτα ἐκείνῳ ὤφειλέ τις ἀργύρια ὀλίγα, καὶ προσελθὼν ὁ τοῦ δούλου χρεώστης παρεκάλεσέ σε, καὶ ἱκέτευσεν
C ἀξιῶν [b] συγγνώμης τυχεῖν, καὶ σὺ τὸν οἰκέτην καλέσας τὸν σαυτοῦ προσέταξας εἰπὼν, ἀφεῖναι τὸ ὀφείλημα τούτῳ, καὶ ἀπὸ τοῦ λόγου, οὗ ὀφείλεις μοι λογίζομαί σοι τὸ ὀφείλημα· εἶτα ἐκεῖνος ἀναισχυντῶν καὶ πονηρευόμενος πάλιν ἦγχε τὸν ὀφείλοντα, ἆρα ἂν ἐξείλετό τις αὐτὸν τῶν σῶν χειρῶν; ἆρα οὐκ ἂν αὐτῷ μυρίας ἐπέθηκας πληγὰς, ὡς ὑβρισθεὶς τὴν ἐσχάτην ὕβριν; καὶ μάλα εἰκότως. τοῦτο καὶ ὁ θεὸς ποιήσει· ἐρεῖ γάρ σοι κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν, ὦ πονηρὲ δοῦλε καὶ παμμίαρε, μὴ γὰρ ἐκ τῶν σῶν αὐτῷ συνεχώρησας; ἐξ ὧν ἐμοὶ ὤφειλες, ἐκελεύσθης αὐτῷ λογίσασθαι· ἄφες γὰρ, φησὶ, καὶ ἀφίημί σοι. εἰ
D καὶ τὰ μάλιστα, καὶ εἰ μὴ τοῦτο προσέθηκα, καὶ οὕτως ἀφιέναι ἐχρῆν δεσπότῃ πειθόμενον· νυνὶ δὲ οὐχ ὡς δεσπότης ἐπέταξα, ἀλλ' ὡς [c] φίλῳ χάριν ᾔτησα, καὶ ταύτην ἐκ τῶν ἐμῶν, καὶ μείζονα δώσειν ὑπεσχόμην πάλιν· καὶ οὐδὲ οὕτω βελτίων ἐγένου. καὶ ἄνθρωποι μὲν ὅταν τοῦτο ποιῶσι, τοσοῦτον λογίζονται τοῖς αὐτῶν οἰκέταις, ὅσον ἐστὶ τὸ μέτρον τοῦ ὀφειλήματος. οἷον ὀφείλει τῷ δεσπότῃ χρυσίνους ἑκατὸν ὁ οἰκέτης, ὁ τοῦ οἰκέτου χρεώστης
E χρυσίνους δέκα· ἂν αὐτῷ συγχωρήσῃ τὸ ὀφείλημα, οὐχὶ τοὺς ἑκατὸν αὐτῷ ἀφίησιν ὁ δεσπότης, ἀλλὰ τοὺς δέκα μόνους, τοὺς δὲ ἑτέρους ἅπαντας ἀπαιτεῖ· ὁ δὲ θεὸς οὐχ οὕτως· ἀλλ' ἂν ἀφῇς ὀλίγα τῷ συνδούλῳ, πάντα σοι ἀφίησιν αὐτός. πόθεν τοῦτο δῆλον; ἀπ' αὐτῆς τῆς εὐχῆς· ἐὰν γὰρ ἀφῆτε, φησὶ, τοῖς ἀνθρώποις τὰ ὀφειλήματα αὐτῶν, καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος ἀφήσει ὑμῖν τὰ ὀφειλήματα ὑμῶν. ὅσον δὲ ἑκατὸν δηναρίων καὶ

a Savil. & aliquot Cod. τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας.
b Savil. in marg. συγχωρήσεως τυχεῖν.

c Morel. φίλον.

μυρίων

μυρίων ταλάντων τὸ μέσον, τουτέστιν ἐκείνων καὶ τούτων τῶν ὀφλημάτων. ποίας οὖν οὐκ ἂν εἴη κολάσεως ἄξιος, ὁ τὰ μύρια τάλαντα ἀντὶ ἑκατὸν δηναρίων λαμβάνειν μέλλων, καὶ οὐδὲ οὕτως τὰ μικρὰ ταῦτα ἀφεὶς, ἀλλὰ καθ' ἑαυτοῦ τὴν εὐχὴν ταύτην ποιούμενος; ὅταν γὰρ εἴπῃς, ἄφες ἡμῖν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν, εἶτα σὺ μὴ ἀφῇς, οὐδὲν ἕτερον τὸν θεὸν παρακαλεῖς, ἀλλ' ἢ πάσης ἀπολογίας ἀποστερεῖν σε καὶ συγγνώμης. ἀλλ' οὐ τολμῶ, φησὶν, εἰπεῖν, ἄφες μοι, καθὼς ἀφίημι, ἀλλ', ἄφες μοι μόνον· καὶ τί τοῦτο; κἂν γὰρ αὐτὸς μὴ εἴπῃς, ὁ θεὸς οὕτω ποιεῖ· καθὼς ἀφίης, οὕτως ἀφίησι. καὶ τοῦτο ἐκ τῆς ἐπαγωγῆς εὔδηλον ἐποίησεν· ἐὰν γὰρ μὴ ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις, οὐδὲ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος ἀφίησιν ὑμῖν. μὴ τοίνυν εὐλάβειαν εἶναι νομίσῃς, τὸ μὴ λέγειν ὁλόκληρον τὴν ῥῆσιν, μηδὲ ἐξ ἡμισείας ποιοῦ τὴν εὐχὴν, ἀλλ' ὡς [a] ἔταξεν, οὕτως εὔχου, ἵνα κἂν ἡ ἀνάγκη τῆς λέξεως φοβοῦσα καθ' ἡμέραν συνωθήσῃ σε πρὸς τὴν τοῦ πλησίον συγχώρησιν. μή μοι λέγε, παρεκάλεσα πολλὰ, ἱκέτευσα, ἐδεήθην, καὶ οὐ κατηλλάγη· πρότερον μὴ ἀποστῇς, ἕως ἂν καταλλάξῃς. οὐ γὰρ εἶπεν, ἄφες τὸ δῶρόν σου, καὶ ὕπαγε ἱκέτευσον τὸν ἀδελφόν σου, ἀλλ' ὕπαγε, διαλλάγηθι· ὥστε κἂν πολλὰ ἱκετεύσῃς, μὴ πρότερον ἀποστῇς ἕως ἂν πείσῃς. ὁ θεὸς καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἡμᾶς παρακαλεῖ, καὶ οὐκ ἀκούομεν, καὶ ὅμως οὐ παύεται παρακαλῶν· σὺ δὲ τὸν σύνδουλόν σου ἀπαξιοῖς παρακαλέσαι; καὶ πότε δυνήσῃ σωθῆναι; ἀλλὰ πολλάκις παρεκάλεσας, καὶ πολλάκις ἀπεκρούσθης· ἀλλὰ πλείονα διὰ τοῦτο λήψῃ μισθόν. ὅσῳ γὰρ ἂν ἐκεῖνος φιλονεικῇ, καὶ σὺ μένῃς παρακαλῶν, τοσούτῳ σοι τὰ τῆς ἀμοιβῆς αὔξεται, ὅσῳ μετὰ πλείονος δυσκολίας τὸ κατόρθωμα γίνεται, καὶ πολλοῦ τοῦ πόνου ἡ καταλλαγὴ, τοσούτῳ κἀκείνῳ μεῖζον ἔσται τὸ κρίμα, καί σοι λαμπρότεροι τῆς καρτερίας οἱ στέφανοι. ταῦτα μὴ μόνον ἐπαινῶμεν, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν ἔργων ἐπιδειξώμεθα, καὶ μὴ πρότερον ἀναχωρήσωμεν, ἕως ἂν εἰς τὴν προτέραν ἐπανέλθωμεν φιλίαν. οὐ γὰρ ἀρκεῖ, τὸ μὴ λυπεῖν, μηδὲ ἀδικεῖν τὸν ἐχθρὸν, μηδὲ ἀηδῶς ἔχειν πρὸς αὐτὸν κατὰ διάνοιαν, ἀλλὰ χρὴ κἀκεῖνον παρασκευάζειν, ἡδέως πρὸς ἡμᾶς ἔχειν.

Καὶ γὰρ ἀκούω πολλῶν λεγόντων, ἐγὼ οὐκ ἐχθραίνω, οὐδὲ λυποῦμαι, οὐδὲ ἔχω τι κοινὸν πρὸς αὐτόν· ἀλλ' οὐ τοῦτο ἐκέλευσεν ὁ θεὸς, ἵνα μηδὲν κοινὸν ἔχῃς πρὸς αὐτὸν, ἀλλ' ἵνα πρὸς αὐτὸν κοινὰ ἔχῃς πολλά. διὰ τοῦτο γάρ σου ἐστὶν ἀδελφὸς, διὰ τοῦτο οὐκ εἶπεν, ἄφες τῷ ἀδελφῷ σου, ἃ ἔχεις κατ' αὐτοῦ· ἀλλὰ τί; ὕπαγε, πρῶτον διαλλάγηθι αὐτῷ, κἂν ἐκεῖνος ἔχῃ τι κατά σου, καὶ μὴ πρότερον ἀποστῇς, ἕως ἂν ἑνώσῃς τὸ μέλος εἰς ὁμόνοιαν. σὺ δὲ, ἵνα οἰκέτην κτήσῃ χρήσιμον, καὶ χρυσίον καταβάλλεις, καὶ ἐμπόροις διαλέγῃ πολλοῖς, καὶ ἀποδημίαν πολλάκις ἀποδημεῖς μακράν.

A lum inter centum denarios, & decies mille talenta, tantum quoque inter illa & iſta debita. Qua igitur pœna dignus non fueris, qui decies mille talenta pro centum accepturus, ne ſic quidem iſta minutula remittis, ſed tuam precationem in temetipſum convertis? Cum enim dixeris, *dimitte nobis, ſicut & nos dimittimus*: ſi tu non dimittas, nihil aliud a Deo poſtulas, quam ut te omni excuſatione, omni venia excludat. Cæterum inquis, non auſim dicere, dimitte mihi, ſicut dimitto: ſed tantum, dimitte mihi. Quid tum hoc? etiam B ſi tu ipſe illud non dicas: Deus tamen ita facit, & quemadmodum dimittis, ita dimittit. Nam illud ex ſequentibus quæ poſtea inducit, clarum facit. *Si enim*, inquit, *non remiſeritis hominibus, neque Pater veſter cæleſtis remittet vobis.* Ne igitur cautelam putes, ſi non totam orationem proferas, neque dimidiatam precationem facias, ſed prout inſtituit, ita precare, ut neceſſitas dictionis quotidie exterrens compellat te ad proximo veniam condonandam. Ne mihi dicas, compellavi, ſæpe rogavi, ſupplicavi, ſed reconciliationem impetrare non potui; C ne prius abſiſtas, quam reconcilieris. Non enim dixit, dimitte hoc donum, & abi ſupplicatum fratri tuo, ſed *vade, reconciliare*: quamobrem etſi multam ſupplicationem adhibueris, ne prius deſinas, quam perſuaſeris. Deus per ſingulos dies a nobis flagitat, & non audimus, nec tamen a flagitatione deſiſtit, & tu a conſervo dedignaris flagitare, quî quæſo poteris ſalvus eſſe? Atqui ſæpe rogaſti, & ſæpe repulſus es: ſed tanto majorem mercedem accipies: nam quanto ille pervicacior, & tu in ſolicitando perſeverantior, tanto in majus tua retributio accreſcit; rurſum quanto cum majore difficultate hoc opus virtutis expleſ, graD viuſque reconciliatio inſtauratur, tanto & illius judicium majus erit, & ſplendidiores tuæ tolerantiæ coronæ. Non laudanda iſta ſolum, ſed factis exhibenda, nec prius abſcedamus, quam ad veterem amicitiam reverſi fuerimus. Non enim ſufficit, quod non lædis, quod nulla injuria afficis inimicum, & quod non malignum animum adverſus eum geris, ſed enitendum eſt, ut ipſe quoque erga nos benevolum animum induat.

7. Multos enim audio dicentes: Ego nihil infenſus ſum, nihil doleo, neque quidquam commune cum illo habeo: verum non id a Deo præceptum eſt, ut nihil cum E eo habeas commune, ſed ut multa habeas communia. Hac enim de cauſa frater eſt tuus: hac de cauſa non dixit: Remitte fratri tuo, quæ adverſus eum habes: ſed, abi, & cum eo prius reconcilieris: & ſi ille aliquid habet adverſum te, ne prius incœptum omittas, quam membrum illud concordia junctum coaleſcat. Tu autem ut frugi ſervum compares, & aurum enumeras, & cum mercatoribus multis verba facis, & longam interdum peregrinationem ſuſcipis: ut au-

Matth. 6. 12.

Matth. 5. 24.

a Savil. in marg. & unus Codex, ἐπέταξεν.

A tem inimicum amicum facias, non omnia moves & agis: responde mihi? At quomodo poteris Deum in precibus invocare, cum ejus legem tantopere negligas? Servuli possessio non magna emolumenta afferre potest: inimicus contra amicus factus, & Deum nobis propitium, & benevolentem faciet, & facile nostra peccata resolvet, & inter homines laudem, & vitæ nostræ magnam securitatem conciliabit. Nihil enim periculosius, quam vel unum habere inimicum. Nam & fama vitæ nostræ læditur, cum ille millies nos apud omnes criminatur, & mens nostra turbatur, & conscien-

B tia, & tempestatem continuam in animis sustinemus. Quæ omnia cum cognita habeamus, liberemus nos ipsos a pœna & supplicio, & præsens festum cum omnibus jam dictis revereamur, & quod illius gratia ab Imperatore optamus adipisci, id etiam aliis concedamus. Nam ex multis audio, Imperatorem paschale festum reveritum, civitatem in gratiam recepturum, omnesque offensas remissurum. Quî, quæso, igitur non iniquum, ut ab aliis salutem consequare, reverentiam velle esse festo paschali: ubi autem aliis jubemur reconciliari, easdem ferias nihil curare, aut nullo in honore habere? Nullus enim tantopere contaminat sacrum istum paschalem conven-

C tum, quam ille qui eum cum simultate celebrat, imo ne celebrare quidem potest, quamvis decem continuos dies ab omni cibo abstineat. Nam ubi inimicitiæ & odium, ibi neque jejunium, neque festum esse potest. Non audes illotis manibus sacram victimam attrectare, etiam si mille necessitatibus premaris? ne igitur illota accedas anima: hoc enim multo, quam illud, est gravius, & acerbius supplicium importat. Nihil enim ita implet mentem sordibus, ut ira intus perpetuo consistens. Ubi enim furor est & ira, eo spiritus mansuetudinis non

D advolat. Homo autem desertus a Spiritu sancto, quam spem salutis habet reliquam? quando recte incedet? Ne igitur, dilecte, dum ulcisci inimicum vis, teipsum præcipites, aut Dei præsidio spolies. Maxime vero quia etiamsi difficilis res esset, supplicii, quod ex inobsequentia nascitur, magnitudo, satis est, ut vel admodum supinum & ignavum erigat, excitetque ad quemvis suscipiendum laborem: at nunc ipsa oratio magnam hujus negotii ostendit facilitatem, si modo velimus. Ne igitur negligamus nostram ipsorum salutem, sed operam demus, ac omnia faciamus, ut si-

E ne inimicis sacræ mensæ assistamus. Nihil enim præceptorum Dei difficile erit, si recte consideremus, idque patet ex iis qui feliciter se jam in illis gesserunt. Quot enim jurandi consuetudine abripiebantur, & se id vitii emendare vix posse censebant? attamen per Dei gratiam, ubi parva a vobis adhibita est cura, majorem partem ejus pravitatis abluistis: quamobrem vos adhortor, ut reliquias quoque deponatis,

Hæc Homilia ante Pascha anni 387. habita.

A ἵνα δὲ τὸν ἐχθρὸν ποιήσῃς φίλον, οὐ πάντα κινεῖς, καὶ περιάπτεις, εἰπέ μοι; καὶ πῶς δυνήσῃ τὸν Θεὸν παρακαλέσαι, τὸν νόμον αὐτοῦ οὕτως καταμελῶν; καί τοι οἰκέτου μὲν ἡ κτῆσις οὐδὲν μέγα ἡμᾶς ὀνῆσαι δυνήσεται· ὁ δὲ ἐχθρὸς γινόμενος φίλος, καὶ τὸν Θεὸν ἡμῖν ἵλεω ποιήσει καὶ εὐμενῆ, καὶ τὰ ἁμαρτήματα ἡμῖν διαλύσει ῥᾳδίως, καὶ παρὰ ἀνθρώποις ἔπαινον, καὶ πολλὴν ἡμῖν κατὰ τὸν βίον προξενήσει [a] τὴν ἀσφάλειαν. οὐδὲν γὰρ ἐπισφαλέστερον τοῦ καὶ ἕνα μόνον ἐχθρὸν κεκτημένου. καὶ γὰρ ἡ δόξα τῆς ζωῆς ἡμῶν καταβλάπτεται, μυρία κακῶς ἐκείνου λέγοντος πρὸς πάντας ἡμᾶς, καὶ ἡ διάνοια

B ἡμῶν θολοῦται, καὶ τὸ συνειδὸς θορυβεῖται, καὶ χειμῶνα διηνεκῆ λογισμῶν ὑφιστάμεθα. ἅπερ ἅπαντα συνειδότες ἀπαλλάξωμεν ἑαυτοὺς κολάσεως καὶ τιμωρίας, καὶ τὴν παροῦσαν ἑορτὴν μετὰ τῶν εἰρημένων αἰδεσθῶμεν πάντων, καὶ ὧν παρὰ τοῦ βασιλέως δι' ἐκείνην ἀξιοῦμεν τυχεῖν, τούτων καὶ ἡμεῖς ἀπολαῦσαι δῶμεν ἑτέροις. καὶ γὰρ πολλῶν ἀκούω λεγόντων, ὅτι ὁ βασιλεὺς τὸ πάσχα τὸ ἱερὸν αἰδεσθεὶς τῇ πόλει καταλλαγήσεται, καὶ τὰ ἁμαρτήματα ἀφήσει πάντα. πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον, ἡνίκα μὲν παρ' ἑτέρων σώζεσθαι δέῃ, τὴν ἑορτὴν καὶ τὴν ταύτης ἀξίαν προβάλλεσθαι· ἡνίκα δὲ ἂν ἑτέροις καταλλάττεσθαι κελευώμεθα, ἀτιμάζειν ταύτην καὶ μηδὲν εἶναι

C νομίζειν; οὐδεὶς γὰρ οὕτως οὐδεὶς τὴν ἱερὰν ταύτην καταισχύνει πανήγυριν, ὡς ὁ μετὰ τοῦ μνησικακεῖν [b] αὐτὴν ἐπιτελῶν· μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἐπιτελεῖν αὐτὴν δύναται ὁ τοιοῦτος, κἂν δέκα ἡμέρας ἐφεξῆς ἄσιτος μένῃ. ὅπου γὰρ ἔχθρα καὶ ἀπέχθεια, οὐδὲ νηστεία, οὐδὲ ἑορτὴ γένοιτ' ἄν. μὴ τολμᾷς ἀνίπτοις χερσὶ τῆς ἱερᾶς ἅψασθαι θυσίας, κἂν πολλὴ ἀνάγκη ἐπίκειται; μὴ τοίνυν ἀνίπτῳ προσέρχου ψυχῇ· πολλῷ γὰρ ἐκείνου τοῦτο χαλεπώτερον, καὶ μείζονα φέρει τὴν κόλασιν. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀκαθαρσίας πληροῖ τὴν διάνοιαν, ὡς ὀργὴ διηνεκῶς ἔνδον μένουσα. ἔνθα γάρ ἐστι θυμὸς, ἡ ὀργὴ,

D πνεῦμα πρᾳότητος οὐκ ἐφίπταται· πνεύματος δὲ ἁγίου ἄνθρωπος ἔρημος ὢν ποίαν ἕξει σωτηρίας ἐλπίδα; πότε δὲ ὀρθὰ βαδιεῖται; μὴ τοίνυν, ἀγαπητὲ, τὸν ἐχθρὸν ἀμύνασθαι βουλόμενος, σαυτὸν κατακρήμνιζε, μηδὲ ἔρημον ποίει τῆς τοῦ Θεοῦ προστασίας. μάλιστα μὲν γὰρ εἰ καὶ δύσκολον ἦν τὸ πρᾶγμα, ἱκανὸν τῆς τιμωρίας τὸ μέγεθος, ὅπερ ἐκ τοῦ μὴ πείθεσθαι γίνεται, καὶ τὸν σφόδρα ὕπτιον καὶ νωθέστατόν ἐστιν ἀναστῆσαι, καὶ πάντα πεῖσαι πόνον ὑπενεγκεῖν· νυνὶ δὲ πολλὴν ἔδειξεν ὁ λόγος τὴν εὐκολίαν οὖσαν, ἂν ἐθέλωμεν. μὴ τοίνυν καταμελήσωμεν τῆς ἑαυτῶν ζωῆς, ἀλλὰ σπουδάσωμεν, καὶ πάντα

E ποιῶμεν, ὥστε χωρὶς ἐχθρῶν παραστῆναι τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ. οὐδὲν γὰρ οὐδὲν τῶν τοῦ Θεοῦ προσταγμάτων ἔσται δύσκολον, ἐὰν προσέχωμεν, καὶ τοῦτο ἐκ τῶν ἤδη κατωρθωκότων δῆλον. πόσοι ὑπὸ τῆς τῶν ὅρκων ἐκλέπτοντο συνηθείας, καὶ τὸ πρᾶγμα δυσκατόρθωτον εἶναι ἐνόμιζον; ἀλλ' ὅμως διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν, ἐπειδὴ μικρὰν ἐπεδείξασθε σπουδὴν, τὸ πλέον ἀπενίψασθε. διὰ τοῦτο δὴ παρακαλῶ καὶ τὸ λοιπὸν ἀποθέσθαι, καὶ ἑτέροις

a Savil. in marg. τὴν ὠφέλειαν.

b Savil. & unus, πατεῖν.

γενέσθαι διδασκάλους. τοὺς δὲ μήπω κατορθώσαντας, ἀλλὰ τὸν μακρὸν χρόνον ἡμῖν προβαλλομένους· καθ' ὃν ὤμνυον ἔμπροσθεν, καὶ λέγοντας, ὡς ἀδύνατον ἐν βραχεῖ καιρῷ τὸ πολλοῖς ἔτεσι ῥιζωθὲν ἀνασπάσαι, ἐκεῖνο ἂν εἴποιμι, ὅτι ἔνθα ἂν δέοι κατορθῶσαι τῶν ὑπὸ θεοῦ κελευομένων, οὐ χρόνου χρεία, οὐδὲ πλήθους ἡμερῶν, οὐδὲ διαστήματος ἐνιαυτῶν, ἀλλὰ φόβου μόνου, καὶ ψυχῆς εὐλάβειαν ἐχούσης, καὶ πάντως περιεσόμεθα, καὶ ἐν βραχεῖ καιρῷ.

Καὶ ἵνα μὴ νομίσητε, ὅτι ἁπλῶς ταῦτα λέγω, ὃν νομίζετε εἶναι πολύορκον ἄνθρωπον, καὶ πλείονα ὀμνύοντα μᾶλλον ἢ φθεγγόμενον, τοῦτον ἐμοὶ παράδοτε δέκα μόνον ἡμέρας, καὶ εἰ μὴ πᾶσαν ἐξέλω τὴν συνήθειαν ἐν ταῖς ὀλίγαις ταύταις ἡμέραις, καταγνῶτέ μου τὴν ἐσχάτην [a] ταύτην κατάγνωσιν· καὶ ὅτι οὐ κόμπος τὰ ῥήματα ταῦτα, ἀπὸ τῶν ἤδη γεγενημένων τοῦτο ἔσται δῆλον ὑμῖν. τί τῶν Νινευιτῶν ἀλογώτερον, τί δὲ ἀνοητότερον; ἀλλ' ὅμως οὗτοι οἱ βάρβαροι καὶ ἀνόητοι, οἱ μηδενὸς μηδέποτε ἀκούσαντες φιλοσοφοῦντος, οἱ μηδέποτε παραγγέλματα τοιαῦτα λαβόντες, ἀκούσαντες τοῦ προφήτου λέγοντος, Ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ Νινευὶ καταστραφήσεται, ἐν τρισὶν ἡμέραις πᾶσαν ἀπέθεντο πονηρὰν συνήθειαν· ὁ πόρνος σώφρων ἐγένετο, ὁ θρασὺς ἐπιεικής, ὁ πλεονέκτης καὶ ἅρπαξ μέτριος καὶ φιλόφρων, ὁ ῥᾴθυμος σπουδαῖος. οὐ γὰρ δὴ ἕν, οὐδὲ δύο, καὶ τρία, καὶ τέσσαρα [b] τῶν παθῶν ἦσαν τὰ ἰάματα· ἀλλὰ πᾶσαν αὐτῶν διώρθωσαν τὴν πονηρίαν. καὶ πόθεν τοῦτο δῆλον φησίν; ἀπὸ τῶν τοῦ προφήτου ῥημάτων. αὐτὸς γὰρ ὁ κατηγορήσας αὐτῶν, καὶ εἰπών, ὅτι ἀνέβη ἡ κραυγὴ τῆς κακίας αὐτῶν ἕως τοῦ οὐρανοῦ, αὐτὸς αὐτοῖς τὸ ἐναντίον ἐμαρτύρησε πάλιν εἰπών, ὅτι εἶδεν ὁ θεός, ὅτι ἀπέστησαν ἕκαστος ἀπὸ τῶν ὁδῶν αὐτῶν τῶν πονηρῶν, οὐκ εἶπεν, ὅτι ἀπὸ πορνείας, ἢ μοιχείας, ἢ κλοπῆς, ἀλλ' ὅτι ἀπὸ τῶν ὁδῶν αὐτῶν τῶν πονηρῶν. καὶ πῶς ἀπέστησαν; ὡς ὁ θεὸς οἶδεν, οὐχ ὡς ἄνθρωπος ἐδοκίμασεν. εἶτα οὐκ αἰσχυνόμεθα, οὐδὲ ἐρυθριῶμεν, εἰ βαρβάρων ἀνθρώπων ἐν τρισὶν ἡμέραις μόνον πᾶσαν ἀποθεμένων κακίαν, ἡμεῖς ἐν τοσαύταις ἡμέραις ἐνηχούμενοι, διδασκόμενοι, μιᾶς μὴ περιγενώμεθα πονηρᾶς συνηθείας; καίτοι γε εἰς ἔσχατον ἦσαν κἀκεῖνοι πρότερον κακίας ἐληλακότες. ὅταν γὰρ ἀκούσῃς, ὅτι ἀνέβη ἡ κραυγὴ τῆς κακίας αὐτῶν πρὸς μέ, μηδὲν ἄλλο νόμιζε, ἢ τὴν ὑπερβολὴν τῆς πονηρίας αὐτῶν· ἀλλ' ὅμως ἴσχυσαν ἐν τρισὶν ἡμέραις πρὸς ὁλόκληρον ἀρετὴν μεταπάξασθαι. ὅπου γὰρ φόβος θεοῦ, οὐ χρεία ἡμερῶν, οὐδὲ διαστήματος χρόνου, ὥσπερ ὅπου ἀφοβία, οὐδὲν ὄφελος ἡμερῶν. καθάπερ γὰρ τὰ ἰωθέντα τῶν σκευῶν ὁ μὲν ὕδατι μόνον ἀποτρίβων, κἂν πολὺν ἀναλώσῃ χρόνον, πάσης οὐκ ἀπαλλάξει τῆς κακίας ἐκείνης· ὁ δὲ εἰς χωνευτήριον ἐμβαλών, ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ φαιδρότερα τῶν νεοτεύκτων εὐθέως ἐργάσεται· οὕτω δὴ καὶ ψυχή, τῷ τῆς ἁμαρτίας ἰῷ βαφεῖσα, ἂν μὲν ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχεν ἑαυτὴν ἀποσμήξῃ, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν

A aliisque magistros vos exhibeatis. Iis vero, qui nondum id assequuti sunt; sed longum nobis tempus prætexunt, quo antea soliti erant juramenta usurpare, dicuntque, impossibile esse, intra breve tempus id avellere, quod per multos annos radices egit, responderim ego, ubi quid recte efficiendum est, quod a Deo præcipitur, ibi non opus esse vel temporis, vel dierum numero, aut spatiis annorum, sed timore solo, & religione, & omnium compotes efficiemur, idque intra exiguum tempus.

8. Verum ne existimetis me id temere B dicere, hominem ad jusjurandum promtissimum, & quem vos arbitramini multo plura juramenta proferre, quam verba, eum mihi date ad decem dies, & nisi illi intra paucos istos dies consuetudinem jurandi abstulero, extremo supplicio me condemnate: & quod ista verba non vanam jactationem habeant, ex rebus ante actis clarum faciam. Quid Ninivitis irrationabilius, quid stultius? Attamen barbari isti, & stulti, qui neminem umquam Philosophum audierant, quibus numquam talia præcepta tradita erant, auditis his Pro- C phetæ verbis, *Adhuc tres dies, & Ninive subvertetur:* intra tres dies deposuerunt malam consuetudinem, scortator castus, ferox mansuetus, defraudator & raptor modestus & benignus, ignavus industrius factus est. Neque unum aut alterum, aut tertium, aut quartum, sed omnia vitia simul correxerunt. Id unde patet? ex verbis Prophetæ, ipse enim accusator eorum, qui dixerat ascendisse ad cælos clamorem malitiæ eorum, ipse inquam, in contrarium de illis testatus est, dicens. *Vidit Deus quemlibet abstitisse a pravis viis suis*, non singulatim dixit D a scortatione, adulterio, aut furto, sed a viis suis pravis. At quomodo abstiterunt? Ut Deus novit, non ut homo censuit. Porro annon pudendum barbaros intra triduum sua vitia exuere, nos ne unam quidem consuetudinem malam superare posse, qui per tot dies instituimur atque docemur? Atqui illi ad extrema vitia evecti erant: cum enim audis, *clamor malitiæ eorum ascendit ad me*, ne mihi aliud intelligas, quam immensam malitiam: attamen potuerunt intra triduum, ad integram virtutem sese transferre. Ubi enim timor Dei, non opus E est diebus, aut spatio temporis, ut contra ubi metus non est, nihil commodi ex diebus enascitur. Ut enim vasa æruginosa, si aqua solum ablueris, etsi multum temporis insumas, nequaquam omni vitio expurgabis: qui autem ea in conflatorium immittit, brevi temporis momento splendidiora illa facit, quam quæ nova sunt: ita etiam anima peccati veneno infecta, si leviter & utcumque seipsam exterserit, & per singulos dies pœnitentiam

Contra malam jurandi consuetudinem.

Jon. 3. 5.

Jon. 1. 2. & 11.

[a] ταύτην deest in Savil. & uno Codice.
[b] Hæc, τῶν παθῶν ἦσαν τὰ ἰάματα, desunt in Savil. Codex unus habet, τὰ τραύματα.

assumserit, nihil amplius nanciscetur: quod si veluti in fornacem Dei timorem se injecerit, brevi temporis momento quidquid vitii est abluet. Ne igitur in proximum diem procrastinemur, *nescimus enim quid sequens dies pariet*, neque dicamus, pedetentim malam consuetudinem evincemus, illud enim pedetentim numquam deerit. Quamobrem istis omissis illud dicamus: nisi hodie correxerimus jurandi morem, numquam futurum, ut ab eo absistamus, etiamsi mille premant negotia, etiam si moriendum sit, supplicia subeunda sint, omnia perdenda sint: non dabimus diabolo ignaviæ potestatem neque comperendinationis occasionem. Si Deus viderit tuam animam ignitam, & excitatum studium, ipse quoque profectui tuo operam navabit. Obsecro & obtestor, diligentes simus, ne & nos audiamus, *Homines Ninivitæ surgent & condemnabunt generationem istam*, eo quod illi semel admoniti sese correxerint, nos sæpe admoniti non convertamur. Illi in omni virtute profecerunt, nos ne partem quidem virtutis nobis paramus. Illi minis eversionis expaverunt, nos denunciatione gehennæ non exterreamur: illi etsi Prophetarum participes non fuerint, cum nos perpetua doctrina, & multa gratia perfruamur. Hæc nunc loquor, non vos de vestris, sed de alienis criminibus incusans: Ego enim scio, quod & ante dixi, legem de jurejurando pulcre & efficaciter a vobis præstari. Verum id non satis est ad nostram salutem, nisi & alios docendo correxerimus: quandoquidem ne ille quidem supplicium evasit, qui talentum protulit, & totum depositum reddidit: eo quod acceptam pecuniam nullo auctario multiplicarat. Quamobrem non illud a nobis spectandum, an ipsi ab hoc peccato liberi simus: verum antequam & alios liberos reddamus, ne absistamus. Quisque decem amicos a se correctos Deo adducat, sive sint famuli, sive discipuli. Quod si nec discipulos, nec famulos habes, saltem amicos habes, hos emenda. Neque mihi dicas, crebram illam jurandi assiduitatem abjecimus, raroque labimur: verum & hanc quoque raritatem depellas. Si unum aureum perdidisses, dic mihi, nonne omnes obires, quærendo & vestigando, ut invenires? id quoque in juramentis facito. Si videris te inopinato ad unum jusjurandum lapsum, ingemisce, luge, quasi qui omnia tua bona perdideris. Iterum dico, quod & antea dixi: include te intra tuas ædes, meditationem hanc & exercitium instituas cum uxore, cum liberis, cum familiaribus: sic tecum prius loquere, Non prius aut privata, aut publica attingam, quam animam meam castigavero. Si vos ad eum modum filios vestros erudieritis, ipsique rursus suos, atque ita usque ad consummationem & adventum Christi, disciplina ista propagetur: illis qui primas radices fixerunt, solidum præmium adferet. Si proferre didicerit filius tuus, *crede*, non poterit in theatrum ascendere, aut cauponam

Luc. 11. 32.

Matt. 25. 30.

A μετανοῇ, οὐδὲν πλέον κερδανεῖ· ἂν δὲ ὥσπερ εἰς χωνευτήριον τοῦ θεοῦ τὸν φόβον ἑαυτὴν ἐμβάλῃ, ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ τὸ πᾶν ἀπονίψεται. μὴ τοίνυν εἰς τὴν αὔριον ἀναβαλλώμεθα. οὐ γὰρ οἴδαμεν τί τέξεται ἡ ἐπιοῦσα· μηδὲ λέγωμεν περιεσόμεθα τῆς συνηθείας κατὰ μικρόν· τοῦτο γὰρ τὸ κατὰ μικρὸν οὐδέποτε ἐπιλείψει. διόπερ τοῦτο ἀφέντες ἐκεῖνο λέγωμεν, ὅτι ἐὰν μὴ σήμερον κατορθώσωμεν τὸν ὅρκον, οὐκ ἀποστησόμεθα πρότερον, κἂν μυρία ἄγχῃ πράγματα, κἂν ἀποθανεῖν δέῃ, κἂν κολασθῆναι, κἂν πάντα ἀπολέσαι· οὐ δώσομεν τῷ διαβόλῳ ῥαθυμίας ἐξουσίαν, οὐδὲ ἀναβολῆς πρόφασιν. ἂν
B ὁ θεὸς ἴδῃ σου τὴν πεπυρωμένην ψυχήν, τὴν διεγηγερμένην προθυμίαν, καὶ αὐτὸς συνεφάψεταί σου τῆς διορθώσεως. ναὶ δέομαι καὶ ἀντιβολῶ σπουδάσωμεν, ἵνα μὴ καὶ ἡμεῖς ἀκούσωμεν, ὅτι ἄνδρες Νινευῖται ἀναστήσονται, καὶ κατακρινοῦσι τὴν γενεὰν ταύτην· ὅτι ἐκεῖνοι μὲν ἅπαξ ἀκούσαντες κατώρθωσαν, ἡμεῖς δὲ οὐδὲ πολλάκις ἀκούσαντες ἐπεστράφημεν. ἐκεῖνοι ὁλόκληρον ἀρετήν, ἡμεῖς δὲ οὐδὲ μέρος ἀρετῆς· ἐκεῖνοι κατασκαφῆναι ἀκούσαντες ἐφοβήθησαν, ἡμεῖς δὲ οὐδὲ γέενναν ἀκούοντες φοβούμεθα· ἐκεῖνοι προφητειῶν οὐ μετασχόντες, ἡμεῖς δὲ συνεχοῦς ἀπολαύοντες διδασκαλίας, καὶ πολλῆς τῆς χά-
C ριτος. ταῦτα λέγω νῦν οὐχ ὑπὲρ τῶν οἰκείων, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν ἀλλοτρίων ὑμῖν ἐγκαλῶν ἁμαρτημάτων. ὑμῖν γὰρ εὖ οἶδ' ὅτι, καθάπερ ἔφθην εἰπών, ὁ νόμος οὗτος ὁ περὶ τοῦ ὀμνύειν κατώρθωται· ἀλλ' οὐκ ἀρκεῖ τοῦτο εἰς σωτηρίαν ἡμῖν, εἰ μὴ καὶ ἑτέρους διορθώσωμεν, ἐπεὶ καὶ ὁ τὸ τάλαντον ἐκεῖνο προσενεγκὼν τὴν παρακαταθήκην ὁλόκληρον ἀποδούς, ἐπειδὴ δὲ αὐτὴν οὐκ ἐπλεόνασεν, ἐκολάζετο. μὴ τοίνυν μηδὲ ἡμεῖς τοῦτο σκοπήσωμεν, εἰ αὐτοὶ τῆς ἁμαρτίας ἀπηλλάγημεν, ἀλλ' ὡς ἂν ἑτέρους ἀπαλλάξωμεν, μὴ ἀποστῶμεν· καὶ ἕκαστος δέκα φίλους
D ῥυθμίσας τῷ θεῷ προσαγαγέτω, κἂν οἰκέτας ἔχῃς, κἂν μαθητάς· ἀλλ' οὐδὲ μαθητάς, οὐδὲ οἰκέτας ἔχεις· ἀλλὰ φίλους ἔχεις· τούτους κατόρθωσον. καὶ μή μοι λέγε, ὅτι τοὺς πλείονας τῶν ὅρκων ἀπηλάσαμεν, ὀλιγάκις δὲ ἁλισκόμεθα· ἀλλὰ καὶ τὸ ὀλιγάκις τοῦτο ἄνελε. εἰ χρυσίνον ἕνα ἀπολέσῃς, οὐκ ἂν ἅπαντας περιῆλθες ἐρευνῶν, καὶ ζητῶν, ὥστε αὐτὸν εὑρεῖν; τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ὅρκων ποίησον. ἐὰν ἴδῃς, ὅτι ἕνα ὅρκον ἐκλάπῃς, θρήνησον, στέναξον, ὡς τῆς οὐσίας σου πάσης ἀπολωλυίας. πά-
E λιν λέγω, ὃ καὶ πρότερον· σύγκλεισον σαυτὸν ἐπὶ τῆς οἰκίας, μελέτην ποίησον καὶ γυμνάσιον μετὰ τῆς γυναικός, μετὰ τῶν παιδίων καὶ συνοικούντων· εἰπὲ πρὸς ἑαυτὸν σὺ πρότερον· οὐκ ἰδιωτικῶν, οὐ δημοσίων ἅψομαι πραγμάτων, ἕως ἂν τὴν ψυχὴν διορθώσωμαι τὴν ἐμαυτοῦ. ἂν ὑμεῖς τοὺς υἱοὺς τοὺς ἑαυτῶν παιδεύσητε, κἀκεῖνοι τοὺς ἑαυτῶν διδάξωσι, καὶ οὕτω μέχρι τῆς συντελείας, καὶ παρουσίας τοῦ Χριστοῦ τὸ πρόσταγμα βαῖνον, τοῖς τὴν ῥίζαν παρασχοῦσιν ἅπαντα οἴσει τοῦτον τὸν μισθόν. ἂν μάθῃ λέγειν ὁ υἱός σου, πίστευσον, οὐ δυνήσεται εἰς θέατρον ἀναβῆναι, οὐδὲ εἰς καπηλεῖον εἰσελθεῖν, οὐδὲ ἐν

omnibus posteris, si qui tales umquam appareant, ex æquo meritum dividere poteris, & tantam reportare partem, quantam in discipulis præceptores: & si nemo talis fuerit, rursum tibi commendationes & laudes per singulas proveniunt generationes. Considera namque quale sit posteros omnes audire, quod tam magna civitate pœnæ & ultioni obnoxia, pavefactis omnibus, & horrefactis ducibus, præfectis & judicibus, ac ne vocem quidem pro miseris illis emittere audentibus, unus accedens senex Dei sacerdotium gerens, ex ipso aspectu solo, & colloquio ad reverentiam Imperatorem movit: & quod nemini suorum subditorum concessit, uni hoc seni concessit, Dei leges reveritus. Etenim hoc quoque ipso non te parum, Imperator, civitas honoravit, quod me ad te legatum miserit; sententiam enim de te optimam & pulcherrimam protulerunt, quod omni principatu tibi subjecto Dei sacerdotes anteponas, etsi viles esse contingat. Non ab illis vero tantum nunc venio, verum & ante illos a communi angelorum domino missus sum, ut hæc dicam mitissimæ ac benignissimæ animæ tuæ: quod si hominibus ipsorum debita dimittatis, & pater cælestis lapsus vobis dimittet. Recordare igitur illius diei, quo omnes de actis rationem reddemus: cogita quod etiam si quid in te peccatum est, omnes abluere prævaricationes per judicium & sententiam istam poteris absque laboribus, absque sudoribus. Alii nempe legati aurum & argentum, & alia hujusmodi dona ferunt: ego vero cum sacris ad imperium tuum legibus veni, & pro donis omnibus has prætendo, & te dominum tuum imitari supplico, qui quotidie a nobis contumeliam patiens non cessat bona sua omnibus ministrare. Et ne confundas spem nostram, nec promissiones irritas facias: etenim & hoc cum aliis te scire volo, quod si reconciliari velis, & pristinam civitati benevolentiam communicare, & hanc remittere justam indignationnem, cum multa revertar fiducia: si vero mente tua civitatem asperneris, non tantum ipsam non repetam, nec ipsius solum videbo, verum & in reliquum prorsus negabo, & in aliam me civitatem conscribam. Ne mihi namque accidat in illam umquam adscribi patriam, erga quam humanissimus tu, & hominum cunctorum mitissimus, pacari reconciliarique non velis.

Matt.6.12.

4. Hæc & his plura loquutus, sic Imperatorem pudefecit, ut idem fieret, quod & in Joseph olim contigit, Sicut enim ille tunc fratres conspicatus, lugere quidem volebat, sed dolorem tegebat, ne simulationem proderet: sic & Imperator lacrymabat quidem mente, non demonstrabat autem, omnium qui tunc aderant causa.

A πάντων τῶν μετὰ ταῦτα, εἴ τινές ποτε τοιοῦτοι φανεῖεν, ἐξ ἴσης δυνήσῃ μετ' αὐτῶν διανείμασθαι τὸ κατόρθωμα, καὶ τοσαύτην ἀπενέγκασθαι μοῖραν, ὅσην ἐπὶ τῶν μαθητῶν οἱ διδάσκαλοι· κἂν μηδεὶς γένηται τοιοῦτος, πάλιν σοι τὰ τῶν ἐγκωμίων καὶ τῶν ἐπαίνων καθ' ἑκάστην ἐπιδίδωσι τὴν γενεάν. ἐννόησον γὰρ ἡλίκον ἐστὶ τοὺς μετὰ ταῦτα πάντας ἀκούειν, ὅτι πόλεως οὕτω μεγάλης καὶ ὑπευθύνου κολάσει, καὶ τιμωρίᾳ γενομένης πεφρικότων ἁπάντων, καὶ δεδοικότων στρατηγῶν, καὶ ὑπάρχων, καὶ δικαστῶν, καὶ οὐδὲ φωνὴν ῥῆξαι τολμώντων ὑπὲρ τῶν ἀθλίων ἐκείνων, εἷς προσελθὼν πρεσβύτης τοῦ θεοῦ τὴν ἱερωσύνην ἐγκεχειρισμένος ἀπὸ τῆς ὄψεως μόνης αὐτῆς, καὶ ψιλῆς τῆς B συντυχίας ἐνέτρεψε τὸν κρατοῦντα· καὶ ὃ μηδενὶ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐχαρίσατο, ἑνὶ γέροντι τοῦτο ἔδωκε τοὺς τοῦ θεοῦ νόμους αἰδεσθείς. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο αὐτὸ οὐ μικρῶς σε, ὦ βασιλεῦ, τετίμηκεν ἡ πόλις, ἐμὲ πρὸς τὴν πρεσβείαν ταύτην ἀποστείλασα· ψῆφον γὰρ ἀρίστην ἐξενήνοχεν περὶ σοῦ, καὶ καλλίστην, ὅτι τῆς ἀρχῆς ἁπάσης τῆς [a] ὑπό σοι κειμένης τοῦ θεοῦ τοὺς ἱερέας προτιμᾷς, κἂν εὐτελεῖς ὄντες τύχωσιν. οὐ παρ' ἐκείνων δὲ ἥκω νῦν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸ ἐκείνων παρὰ τοῦ κοινοῦ τῶν ἀγγέλων ἀπέσταλμαι δεσπότου, ταῦτα εἰπεῖν πρὸς τὴν ἡμερωτάτην σου καὶ πραοτάτην ψυχήν, ὅτι ἂν ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ ὀφειλήματα αὐτῶν, καὶ ὁ πα- C τὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος ἀφήσει ὑμῖν τὰ παραπτώματα ὑμῶν. ἀναμνήσθητι τοίνυν τῆς ἡμέρας ἐκείνης, καθ' ἣν ἅπαντες δίκην δώσομεν περὶ τῶν πεπραγμένων· ἐννόησον ὅτι, εἴ καί τι σοι ἡμάρτηται, πάντα [b] ἀπονίψασθαι δυνήσῃ τὰ πλημμελήματα διὰ τῆς ψήφου, καὶ τῆς γνώμης ταύτης, χωρὶς πόνων, χωρὶς ἱδρώτων. ἄλλοι μὲν οὖν πρεσβευόμενοι χρυσίον καὶ ἀργύριον, καὶ ἕτερα τοιαῦτα δῶρα κομίζουσιν· ἐγὼ δὲ μετὰ τῶν ἱερῶν πρὸς τὴν σὴν βασιλείαν ἀφῖγμαι νόμων, καὶ ἀντὶ δώρων ἁπάντων τούτους προτείνω· καὶ παρακαλῶ σε μιμήσασθαί σου τὸν δεσπό- D την, ὃς καθ' ἡμέραν παρ' ἡμῶν ὑβριζόμενος, οὐ διαλιμπάνει τὰ παρ' ἑαυτοῦ χορηγῶν ἅπασι· καὶ μὴ καταισχύνῃς ἡμῶν τὰς ἐλπίδας, μηδὲ ἐλέγξῃς τὰς ὑποσχέσεις. καὶ γὰρ καὶ τοῦτό σε μετὰ τῶν ἄλλων εἰδέναι βούλομαι, ὅτι εἰ μὲν βουληθείης καταλλαγῆναι, καὶ τῆς προτέρας εὐνοίας μεταδοῦναι τῇ πόλει, καὶ τὴν ὀργὴν ἀφεῖναι τὴν δικαίαν ταύτην, μετὰ πολλῆς ἀπελεύσομαι τῆς παρρησίας· εἰ δὲ ἐκβάλλοις τὴν πόλιν τῆς διανοίας τῆς σῆς, οὐ μόνον οὐκ ἐπιβήσομαι, οὐδὲ ὄψομαι αὐτῆς τὸ ἔδαφος, ἀλλὰ καὶ ἀρνήσομαι αὐτὴν καθάπαξ λοιπόν, καὶ εἰς ἑτέραν ἐμαυτὸν ἐγγράψω πόλιν. μὴ γάρ μοι γένοιτο πατρίδα ἐπιγρά- E ψασθαί ποτε ἐκείνην, πρὸς ἣν ὁ φιλανθρωπότατος σὺ καὶ πάντων ἀνθρώπων ἡμερώτατος οὐκ ἂν ἕλοιο σπείσασθαι καὶ καταλλαγῆναι.

Ταῦτα καὶ πλείονα τούτων εἰπὼν οὕτω τὸν βασιλέα συνέχεεν, ὡς τοῦτον γενέσθαι, ὅπερ ἐπὶ τοῦ Ἰωσὴφ συνέβη γενέσθαι ποτέ. καθάπερ γὰρ ἐκεῖνος τότε τοὺς ἀδελφοὺς ἰδὼν ἐβούλετο μὲν δακρύειν, ἔστεγε δὲ τὸ πάθος, ὥστε μὴ διαφθεῖραι τὴν ὑπόκρισιν· οὕτω δὴ καὶ ὁ βασιλεὺς ἐδάκρυε μὲν κατὰ διάνοιαν, οὐκ ἐδείκνυτο δὲ διὰ τοὺς παρόντας

[a] Savil. ὑπό σε.

[b] Alii, ἀπαλείψασθαι.

ἀπαρτίζῃ· οὐ μὴν ἴσχυσεν εἰς τέλος κρύψαι τὸ πάθος, ἀλλὰ καὶ ἄκων ἠλέγχετο. μετὰ γὰρ τὴν δημηγορίαν ταύτην οὐκ ἐδεήθη ῥημάτων δευτέρων, ἀλλ' ἓν μόνον ἐφθέγξατο ῥῆμα, ὃ τοῦ διαδήματος αὐτὸν πολλῷ μειζόνως ἐκόσμησε. τί δὲ τοῦτό ἐστιν; καὶ τί θαυμαστὸν καὶ μέγα, φησὶν, εἰ τοῖς ὑβρικόσιν ἀφήσομεν τὴν ὀργὴν ἀνθρώποις οὖσιν ἄνθρωποι καὶ αὐτοὶ τυγχάνοντες, ὅπου γε ὁ τῆς οἰκουμένης δεσπότης ἐπὶ γῆς ἐλθὼν, καὶ δι' ἡμᾶς γενόμενος δοῦλος, καὶ παρὰ τῶν εὐεργετηθέντων σταυρωθεὶς ὑπὲρ τῶν σταυρωσάντων αὐτὸν παρεκάλει τὸν πατέρα λέγων, ἄφες αὐτοῖς· οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι· τί τοίνυν θαυμαστὸν, εἰ τοῖς ὁμοδούλοις καὶ ἡμεῖς ἀφήσομεν; καὶ ὅτι B ταῦτα τὰ ῥήματα οὐχ ὑπόκρισις ἦν, ἔδειξε μὲν καὶ τὰ γεγενημένα ἅπαντα, οὐκ ἔλαττον δὲ τούτων καὶ τοῦτο, ὃ μέλλω νῦν ἐρεῖν· αὐτὸν γὰρ τὸν ἱερέα τοῦτον βουλόμενον ἐκεῖ κοινῇ μετ' αὐτοῦ τὴν ἑορτὴν ἐπιτελέσαι ταύτην, ἄκοντα κατηνάγκασε κατεπειχθῆναι καὶ σπεῦσαι, καὶ τοῖς πολίταις φανῆναι. οἶδα, φησὶν, ὅτι νῦν αὐτῶν εἰσιν αἱ ψυχαὶ δεδονημέναι, καὶ πολλὰ τῆς συμφορᾶς τὰ λείψανα, ἄπελθε, παρακάλεσον· ἂν ἴδωσι τὸν κυβερνήτην, οὐδὲ τοῦ παρελθόντος μεμνήσονται χειμῶνος, ἀλλὰ καὶ τὴν μνήμην αὐτὴν ἐξαλείψουσι τῶν λυπηρῶν ἁπάντων. ὡς δὲ ἐπέκειτο ὁ ἱερεὺς, ἀξιῶν τὸν υἱὸν πέμψαι τὸν ἑαυτοῦ, βουλόμενος ἐκεῖνος δεῖξαι σαφῶς, ὡς πᾶσαν καθόλου τῆς C διανοίας ἐξήλειψε τὴν ὀργὴν, εὔξασθε, φησὶ, ταῦτα ἀναιρεθῆναι τὰ κωλύματα σβεσθῆναι τοὺς πολέμους τούτους, καὶ αὐτὸς ἀφίξομαι πάντως. τί τῆς ψυχῆς ἐκείνης ἡμερώτερον γένοιτ' ἄν; αἰσχυνέσθωσαν Ἕλληνες λοιπόν· μᾶλλον δὲ μὴ αἰσχυνέσθωσαν, ἀλλὰ παιδευέσθωσαν, καὶ τὴν οἰκείαν ἀφέντες πλάνην ἐπανίτωσαν [a] ἐπὶ τὴν τοῦ Χριστιανισμοῦ δύναμιν, ἀπὸ τοῦ βασιλέως, ἀπὸ τοῦ ἱερέως μαθόντες τὴν παρ' ἡμῖν φιλοσοφίαν. οὐδὲ γὰρ μέχρι τούτων ἔστη τότε ὁ θεοφιλέστατος βασιλεὺς, ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τῆς πόλεως ἐξήλασεν ὁ ἱερεὺς, καὶ διέβη τὴν θάλασσαν, D ἔπεμψε καὶ ἐκεῖ τινας περιεργαζόμενος, καὶ πολυπραγμονῶν, μή ποτε τρίβῃ τὸν χρόνον, καὶ τῇ πόλει τὴν ἡδονὴν ἐξ ἡμισείας ποιῇ, ἔξω τὴν ἑορτὴν ἐπιτελῶν. ποῖος πατὴρ ἥμερος τοσαύτην ἂν ὑπὲρ τῶν ὑβρικότων ἐποιήσατο σπουδήν; εἴπω τι καὶ ἕτερον τοῦ δικαίου ἐγκώμιον. ταῦτα γὰρ ἀνύσας, οὐκ ἔσπευσεν, ὡς ἂν εἴ τις ἕτερος δόξης ἐρῶν, αὐτὸς τὰ γράμματα τὰ λύοντα τὴν κατήφειαν ἡμῶν ἐκείνην κομίσαι· ἀλλ' ἐπειδὴ σχολαιότερον ἐβάδιζεν, ἕτερόν τινα τῶν ἵπποις ἐλαύνειν εἰδότων ἠξίωσε προλαβεῖν, καὶ κομίσαι τῇ πόλει τὰ εὐαγγέλια, ὥστε μὴ τῇ μελλήσει τῆς ἐπανόδου τῆς ἑαυτοῦ τὴν ἀθυμίαν ἐπιταθῆναι. τὸ γὰρ σπουδαζόμενον αὐτῷ μόνον ἦν, οὐχ ὅπως αὐτὸς ἔλθοι φέρων τὰ χρηστὰ ταῦτα, καὶ πολλῆς ἡδονῆς γέμοντα, E ἀλλ' ὅπως ταχέως ἡ πατρὶς ἡμῖν ἀναπνεύσειεν. ὅπερ οὖν τότε ἐποιήσατε στεφανώσαντες τὴν ἀγορὰν, καὶ λύχνους ἅψαντες, καὶ στιβάδας περὶ τῶν ἐργαστηρίων συνθέντες, καὶ ὥσπερ ἄρτι τῆς πόλεως τεχθείσης, οὕτω πανηγυρίσαντες· τοῦτο ἑτέρως διὰ παντὸς ποιεῖτε τοῦ χρόνου, μὴ τοῖς ἄνθεσιν, ἀλλ' ἀρετῇ στεφανούμενοι, τὸ φῶς τὸ ἀπὸ τῶν ἔργων ἅπτοντες κατὰ τὴν ψυχὴν τὴν ὑμετέραν, εὐφροσύνην

A Nec tamen usque in finem æstum celare potuit, verum & invitus superabatur. Post hanc enim concionem, secundis non opus habuit verbis, sed unum solum loquutus est verbum, quod ipsum diademate multo magis ornavit. Quid autem hoc est? Et quid admirabile & magnum est, si iis, qui nos contumeliis affecerunt, iram remittamus hominibus exsistentibus, cum & ipsi homines simus; cum mundi dominus in terram descendens, & propter nos servus factus, & a beneficio affectis crucifixus, pro crucifixoribus suis patrem oraverit, dicens: *Ignosce illis, non enim sciunt quid faciunt.* B Quid igitur admirabile, si nos conservis ignoscamus? Et quod hæc verba non sint simulatio, demonstrarunt quidem & reliqua opera, nec iis minus illud quod nunc sum relaturus. Ipsum enim hunc sacerdotem secum hanc solemnitatem celebrare volentem, invitum properare & festinare coëgit, & se civibus exhibere. Novi, inquit, nunc ipsorum animos conturbatos, & multas super esse calamitatis reliquias, abi, consolare. Si gubernatorem viderint, nec præteritæ reminiscentur tempestatis, verum & ipsam tristium memoriam omnem delebunt. Ut autem institit C pontifex petens ut filium suum mitteret: volens ille manifeste demonstrare, se penitus iram mente delevisse: Orate, inquit, hæc auferri obstacula, hæc bella exstingui, & ego veniam omnino. Quid anima mitius illa esse possit? Confundantur Gentiles de reliquo, quinimo ne confundantur, sed erudiantur, & proprium omittentes errorem ad Christianismi virtutem redeant, nostram ab Imperatore & Pontifice docti philosophiam. Non enim hactenus tunc subsistit piissimus Imperator, sed & postquam ex urbe Sacerdos exivit, & D pertransiit mare, misit ad eum quosdam, sciscitans & satagens, ne forte tempus tereretur, & civitati voluptatem diminueret, extra urbem solemnitatem peragens. Quis pater mitis tantam de contumeliam inferentibus curam egit? Dicam & aliam justi laudem: his enim expeditis non festinavit, ut alius gloriæ cupidus, ipse literas illam tristitiam solventes deferre: sed quoniam lentius ibat, alium quemdam velociter equitare doctum se prævertere rogavit, & bona civitati nuncia afferre, ne ex reditus sui tardatione tristitia prolongaretur. Quod enim ipse quærebat, solum erat, E non ut ipse veniret bona hæc deferens voluptatis multæ plena, sed ut ocyus nobis patria respiraret. Quod igitur tunc fecistis, forum coronantes, & lucernas accendentes, & lectos ante officinas componentes, & tamquam nuper civitate nata, festum agentes, hoc aliter per omne facite tempus, non floribus, sed virtute vos coronantes, lumen per opera in anima vestra accen-

Mitis responsio Imperatoris, qui parcit Antiochenis.

Luc. 23. 34.

Lectisternia in rebus lætis.

[a] Savil. & quidam MSS. πρὸς τὴν τοῦ. Paulopost, iidem ὁ θεοσεβέστατος | | βασιλεύς

dentes, spirituali gaudentes lætitia, & Deo A assidue pro his omnibus gratias agere non desinamus: non tantum quoniam gravia solvit, verum quoniam & ipsa fieri permisit, ei multum ipsi nos debere confiteamur. Per utraque enim nobis civitatem ornavit.
Joel. 1. Hæc autem omnia secundum propheticum eloquium, filiis vestris annunciate, & filii vestri filiis suis, & illi rursum generationi posteræ, ut omnes qui usque ad consummationem futuri sunt, Dei humanitatem civitati exhibitam discentes, nos quidem beatificent tantam nactos benevolentiam: admirentur autem & dominum nostrum, qui sic lapsam civitatem relevavit, lucrentur & B ipsi, perque talium gestorum exempla ad pietatem impellantur: non enim nos tantum, si ipsorum semper recordemur: verum & posteros, eorum quæ nobis evenerunt narratio, maxime juvare poterit. Quæ omnia ratiocinantes, non tantum in gravium solutione, verum & in horum permissione semper clementissimo Deo gratias agamus, tum ex divinis Scripturis, tum ex iis, quæ nobis acciderunt, edocti eum omnia semper ad utilitatem nostram dispensare cum benignitate sibi semper convenienti: qua nos semper fruentes, cælorum quoque C regnum assequi contingat, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

A εὐφραινόμενοι πνευματικὴν, καὶ τῷ Θεῷ διηνεκῶς ὑπὲρ τούτων ἁπάντων εὐχαριστοῦντες μὴ διαλείπωμεν, μηδ᾽ ὅτι μόνον ἔλυσε τὰ δεινὰ, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ συνεχώρησεν αὐτὰ γενέσθαι, καὶ πολλὴν αὐτῷ χάριν ὁμολογῶμεν· δι᾽ ἀμφοτέρων γὰρ ἡμῖν τὴν πόλιν ἐκόσμησε. Ταῦτα δὲ πάντα κατὰ τὸ προφητικὸν λόγιον ἀναγγείλατε τοῖς τέκνοις ὑμῶν, καὶ τὰ τέκνα ὑμῶν τοῖς τέκνοις αὐτῶν, κἀκεῖνοι πάλιν εἰς γενεὰν ἑτέραν, ἵνα ἅπαντες οἱ μέχρι τῆς συντελείας γινόμενοι τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν τὴν ἐπὶ τῇ πόλει γεγενημένην μαθόντες, μακαρίζωσι μὲν ἡμᾶς τοὺς τοσαύτης ἀπολαύσαντας εὐνοίας, θαυμάζωσι δὲ ἡμῶν B τὸν δεσπότην, τὸν οὕτω καταπίπτουσαν τὴν πόλιν ἀναστήσαντα, κερδάνωσι δὲ καὶ αὐτοὶ διὰ πάντων τῶν γεγενημένων πρὸς εὐλάβειαν συνωθούμενοι. οὐ γὰρ δὴ μόνον ἡμᾶς, εἰ μνημονεύοιμεν αὐτῶν διηνεκῶς, ἀλλὰ καὶ τοὺς μεθ᾽ ἡμᾶς γινομένους, τὰ μέγιστα τῶν συμβάντων ἡμῖν ἡ ἱστορία ὠφελῆσαι δυνήσεται. ἅπερ οὖν ἅπαντα λογιζόμενοι μὴ μόνον ἐν τῇ λύσει τῶν δεινῶν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ συγχωρήσει τῶν δεινῶν εὐχαριστῶμεν ἀεὶ τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ, ἀπό τε τῶν θείων γραφῶν, ἀπό τε τῶν ἡμῖν συμβάντων [a] αὐτῶν δὴ τούτων μαθόντες, ὡς ἅπαντα ἀεὶ πρὸς τὸ δέον ἡμῖν οἰκονομεῖ μετὰ τῆς αὐτῷ πρεπούσης C φιλανθρωπίας· ἧς γένοιτο διηνεκῶς ἡμᾶς ἀπολαύοντας, καὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐπιτυχεῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

a Savil. & duo alii, αὐτὸ δὴ τοῦτο

IN CATECHESES PRIMAM ET SECUNDAM AD ILLUMINANDOS

ADMONITIO.

Hanc Catechesin ex unico Federici Morelli Codice se mutuatum esse testificatur in Notis infra Fronto Ducæus, quem Codicem hactenus nancisci non potuimus. Inscribitur autem κατήχησις πρώτη, Catechesis prima, *qui titulus aliam vel alias Catecheses hanc subsequentes indicat. Nullam porro aliam Catechesin in Chrysostomi operibus invenio, quæ hanc sequi potuerit, nisi Homiliam vigesimam primam ad populum Antiochenum, quæ item inscribitur,* κατήχησις πρὸς τοὺς μέλλοντας φωτίζεσθαι, Catechesis ad illuminandos, *habita vero fuit circa finem Quadragesimæ anni ut putant aliqui 388. qua de re infra. Hæc porro, de qua nunc agitur, habita quoque fuit in Quadragesima, triginta nempe diebus ante Pascha, ut indicatur num. 4. In cujus vero anni Quadragesima pronunciata fuerit jam quærendum. Certe si longum contra jurandi consuetudinem epilogum, quo clauditur Oratio, attendamus, in Quadragesima anni 387. Catechesin hanc constituemus; per totam enim illam Quadragesimam Homilias fere omnes, quas numero 21. habemus, hujusmodi contra juramenta adhortationibus claudi cernimus; ita ut in aliqua earum circa finem Quadragesimæ, ex curandi assiduitate pene depulsum morbum esse testificetur Chrysostomus. Itaque ut eam in annum 387. conferamus, tum hæc ratio suadet, tum etiam alia ex titulo petita, nam* Catechesis prima *congruenter inscribitur, si aliam sequi Catechesin deprehendamus: cum autem illa altera Catechesis vel in Quadragesima anni 387. ut nos probabilius existimamus, vel in sequenti anni 388. ut Tillemontius opinatur, reponenda sit, prima in Quadragesimam anni 387. conferri posse videtur.*

Sed in hanc temporis notam non spernenda quædam objicit Tillemontius, qui mavult illam in Quadragesimam anni 388. conjicere. Hujus Catecheseos habitæ dies, inquit, si triginta dies a Paschate retro numeres, in hebdomadem tertiam post Pascha incidit, atqui anno 387. per totam illam hebdomadem se siluisse & a concionibus abstinuisse testificatur Chrysostomus Hom. XI. ad populum

populum Antiochenum, quia tota civitas, ob proximam quæ propter eversas statuas exspectabatur, ultionem, tremore horroreque plena erat, ac singuli plus de fuga capessenda, quam de adeundis concionibus cogitabant. Deinde si in tanta urbis calamitate Catechumenos alloquutus esset, annon quidpiam de illa omnium animos occupante formidine, carptim saltem loquutus esset. Ut vero argumenta illa subtilius excutiamus: Quod prius objicit, Chrysostomum nempe per totam hebdomadam tertiam Quadragesimæ tacuisse ut ipse testificatur initio Homiliæ undecimæ ad populum Antiochenum, atque adeo non potuisse illa hebdomade hanc Catechesin habere; id inquam, vel ipsius Tillemontii judicio nullum est: nam ait quidem Chrysostomus, διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς τὰς ἔμπροσθεν ταύτας ἐσιγήσαμεν ἡμέρας, ideo nos his superioribus diebus tacuimus, *sed non dicit se per hebdomadem integram siluisse, atque ipso fatente Tillemontio p. 71. potuit hanc Concionem XI. habere sub finem hebdomadis tertiæ, vel initio quartæ. Ponamus habuisse feria sexta tertiæ hebdomadis; cum in Sabbatum sequens ejusdem hebdomadis cadat trigesima dies ante Pascha, hac die Catechesin habuerit, nihilque tum officient verba illa Homiliæ XI. die præcedenti habitæ,* his superioribus diebus tacuimus. *Etiamsi vero ponamus habitam fuisse Homiliam undecimam die lunæ vel feria secunda hebdomadis quartæ: cum hanc Catechesin ad solos juvenes Catechumenos, seclusis omnibus aliis, habuerit, quod utique exploratum est, recte dicere potuit, feria secunda insequenti, dum totum populi cœtum alloqueretur se siluisse, qui concionem ad eos nullam superioribus diebus habuerat: nam silentium illud eos solos respicit, quos tum alloquitur.*

Sed quî fieri potest, pergit Tillemontius, ut tanta instante formidine, cum ingens calamitas exspectaretur, ne verbum quidem de illa in hac Catechesi faciat. Fateor hinc mihi quidpiam scrupuli oriri, non tanti tamen, ut me a sententia dimoveat. Nam quæ ad calamitatem illam vel imminentem, vel aliquatenus sedatam spectabant, in cœtu quidem & in concionibus publicis, παθητικῶς *describere solebat. In Catechesi vero ad solos juvenes, qui in Paschate illuminandi erant, habita; cum de illis ad Baptismum accipiendum instituendis tantum ageretur, potuit Chrysostomus a deplorandis hujusmodi calamitatibus abstinere, easque ad populares Homilias reservare.*

Aliam huic subjungimus Catechesin, quæ hactenus inter Homilias ad populum Antiochenum & de statuis vigesima prima collocata fuerat. Pronunciata autem fuit, ut ait initio Chrysostomus decem diebus post aliam catechesin, quam in eadem ipsa Quadragesima habuerat. Etsi vero non ausim affirmare catechesin illam quæ in hac, quasi decem ante diebus habita memoratur, eam esse, quam primam ponimus; nihil tamen repugnat eamdem ipsam esse: siquidem hæc perinde atque illa paulopost eversas statuas habita fuisse videtur, ut ex iis quæ de illa ipsa statuarum eversione dicuntur, argui potest. Quod autem de juramentis nihil habeat, contra quam in omnibus per illam Quadragesimam habitis concionibus observatur, ubi semper de juramento vitando circa finem agitur; id, inquam, nonnihil scrupuli movere possit; sed, ut nemo non videt, non talis scrupulus est, qui solus in adversam trahat sententiam. Ut ut vero sit, hanc Catechesin secundam inscribimus, quia post illam, quam priorem ponimus, dictam fuisse arbitramur. Hanc porro secundam Catechesin, non esse illam, quæ memoratur in Homilia de Diabolo tentatore, in sequenti Monito probamus.

Primæ Catecheseos Interpretationem Latinam Anonymi, quæ in Editis ferebatur, utpote intricatam minusque accurate concinnatam, rejecimus novamque paravimus. Interpretationem vero secundæ Catecheseos Bernardi Brixiani, aliquot in locis emendatam e regione Græcorum ponimus.

ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ ΠΡΩΤΗ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ

μέλλοντας φωτίζεσθαι, καὶ διὰ τί λουτρὸν παλιγγενεσίας καὶ οὐκ ἀφέσεως ἁμαρτημάτων λέγεται, καὶ ὅτι ἐπικίνδυνον οὐ τὸ ἐπιορκεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ὀμνύειν, κἂν εὐορκῶμεν.

ΩΣ ποθεινὸς καὶ ἐπέραστος τῶν νέων ἡμῖν ἀδελφῶν ὁ χορός. ἀδελφοὺς γὰρ ὑμᾶς ἐγὼ καὶ πρὸ τῶν ὠδίνων ἤδη καλῶ, καὶ πρὸ τοῦ τόκου τὴν συγγένειαν τὴν πρὸς ὑμᾶς ἀσπάζομαι. οἶδα γάρ, οἶδα σαφῶς εἰς ὅσην μὲν ἄγεσθαι μέλλετε τιμήν, εἰς ὅσην δὲ ἀρχήν· τοὺς δὲ A

CATECHESIS PRIMA AD

illuminandos, & cur lavacrum regenerationis, non autem remissionis peccatorum dicatur: quodque periculosum sit, non modo pejerare, sed etiam jurare, etiamsi recte juremus.

1. QUAM desiderabilis amabilisque nobis est juvenum fratrum chorus! vos enim fratres vel ante partum voco, eorumque qui nondum nati sunt cognationem amplector. Novi quippe, clareque novi, in quantum honorem, in quantum principatum evehendi sitis. Eos au-

tem, qui principatum accepturi sunt, vel antequam accipiant solent omnes honorare, ut hujusmodi obsequio, eorum sibi benevolentiam ad futurum commodum captent. Hoc & ego facio; non solum enim ad principatum, sed ad ipsum regnum promovendi estis; imo non ad regnum simpliciter, sed ad regnum cælorum. Quamobrem oro atque supplico, ut cum ad regnum illud perveneritis, mei reminiscamini. Quodque Joseph pincernarum principi dicebat, *Memento mei, cum bene tibi fuerit*, id & nunc dico vobis, Mementote mei cum bene vobis fuerit, non hanc ut ille somniorum interpretationis mercedem postulo, non enim vobis somniorum interpres accessi, sed cælestia narraturus, annunciaturusque bona illa, *quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt:* talia sunt ea, *quæ præparavit Deus diligentibus se.* Joseph quidem pincernæ dicebat: *Adhuc triduum, & restituet te Pharao in principatum pincernarum.* Ego vero non dico, adhuc triduum, & pincernæ tyranni constituemini; sed, adhuc triginta dies, & restituet vos, non Pharao, sed cælorum rex in supernam patriam, in Jerusalem illam liberam, in civitatem cælestem. Ille dicebat, *dabis calicem in manus Pharaonis:* ego vero non dico, Dabitis calicem in manus regis; sed, ipse Rex in manum vobis tradet calicem illum horrendum, multa plenum virtute, atque utraque creatura preciosiorem. Sciunt initiati calicis hujus virtutem, vosque paulopost scietis: mementote igitur mei, cum veneritis in regnum illud, cum regale vestimentum acceperitis, cum purpurâ dominico sanguine tinctâ induemini, cum diademate illo redimiti eritis, cujus fulgor undique solaribus radiis splendidior est. Talia quippe sunt sponsi munera, majora quidem dignitate vestra, sed ejus benignitate digna. Ideo jam vos, antequam in sacrum illum thalamum ingrediamini, beatos prædico: nec beatos solum prædico, sed etiam laudo gratum vestrum animum, quod non sicut negligentiores, ad baptismum in extremo halitu accedatis: sed jam inde quasi probi domestici, ad obsequendum magna benevolentia Domino parati, animæ collum multa cum probitate & alacritate sub jugum Christi induxeritis, jugumque illud suave & onus leve susceperitis. Licet enim tam vos, quam ii, qui in vitæ exitu initiantur, parem gratiam accipiatis, at voluntatis propositum, apparatusque rerum non pari modo se habent. Illi namque in lecto accipiunt, vos autem in Ecclesiæ communis omnium nostrum matris sinu: illi flentes & lacrymantes; vos gaudentes atque lætantes; illi gementes, vos gratias agentes; illi febri admodum laborantes, vos multa pleni spirituali voluptate. Quapropter hic omnia huic mu-

Gen. 40. 14.

1. Cor. 2. 9.

Gen. 40. 13.

Ibid.

Catechumeni non sciebant mysterium calicis.

De iis qui baptismum ad usque mortem differebant.

A ἀρχὴν μέλλοντας λαμβάνειν, καὶ πρὸ τῆς ἀρχῆς εἰώθασι τιμᾷν ἅπαντες, διὰ δὲ θεραπείας εὔνοιαν ἑαυτοῖς προαποτιθέμενοι πρὸς τὸ μέλλον. τοῦτο δὲ καὶ αὐτὸς ποιῶ νῦν· οὐ γὰρ εἰς ἀρχὴν ἄγεσθαι μέλλετε ψιλὴν, ἀλλ' εἰς βασιλείαν αὐτήν. μᾶλλον δὲ εἰς οὐκ βασιλείαν ἁπλῶς, ἀλλ' εἰς αὐτὴν τὴν οὐρανῶν τὴν βασιλείαν. διὰ τοῦτο ὑμῶν δέομαι καὶ ἀντιβολῶ, ἵνα μνησθῆτέ μου, ὅταν ἔλθητε εἰς βασιλείαν ἐκείνην, καὶ ὅπερ ὁ Ἰωσὴφ ἔλεγε πρὸς τὸν ἀρχιοινοχόον· μνήσθητί μου, ὅταν εὖ σοι γένηται, τοῦτο κἀγὼ λέγω πρὸς ὑμᾶς ἄρτι, μνήσθητέ μου ὅταν εὖ ὑμῖν γένηται· οὐκ ἐνυπνίων ταύτην ἀπαιτῶ τὴν ἀμοιβὴν καθάπερ ἐκεῖνος· οὐ γὰρ B ὀνείρατα ἦλθον διαλῦσαι ὑμῖν, ἀλλὰ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς διηγησόμενος πράγματα, καὶ εὐαγγέλια κομίζων ἀγαθῶν τοιούτων, οἷα οὔτε ὀφθαλμὸς εἶδεν, οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη· τοιαῦτά ἐστιν ἃ ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. ὁ μὲν οὖν Ἰωσὴφ ἔλεγε πρὸς τὸν οἰνοχόον· ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ ἀποκαταστήσει σε Φαραὼ εἰς τὴν ἀρχιοινοχοΐαν σου· ἐγὼ δὲ οὐ λέγω, ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ εἰς οἰνοχοΐαν ἐνεχθήσεσθε τυράννου· ἀλλ' ἔτι τριάκοντα ἡμέραι, καὶ ἀποκαταστήσει ὑμᾶς οὐχὶ Φαραὼ, ἀλλ' ὁ τῶν οὐρανῶν βασιλεὺς εἰς τὴν ἄνω πατρίδα, εἰς τὴν ἐλευθέραν Ἱερουσαλὴμ, εἰς τὴν πόλιν τὴν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. κἀκεῖνος μὲν ἔλεγεν, ὅτι δώσεις C τὸ ποτήριον εἰς χεῖρας τοῦ Φαραώ· ἐγὼ δὲ οὐ λέγω, ὅτι δώσετε τὸ ποτήριον εἰς τὰς χεῖρας τοῦ βασιλέως, ἀλλ' ὅτι αὐτὸς ὁ βασιλεὺς εἰς χεῖρα τὴν ὑμετέραν δώσει τὸ ποτήριον τὸ φρικτὸν, καὶ πολλῆς γέμον δυνάμεως, καὶ τῆς κτίσεως τιμιώτερον ἑκατέρας· ἴσασιν οἱ μεμυημένοι τοῦ ποτηρίου τούτου τὴν ἰσχύν. εἴσεσθε δὲ καὶ ὑμεῖς μικρὸν ὕστερον. μνήσθητε οὖν, ὅταν ἔλθητε εἰς τὴν βασιλείαν ἐκείνην· ὅταν τὸ ἱμάτιον τὸ βασιλικὸν ἀπολάβητε· ὅταν τὴν πορφύραν περιβάλησθε τὴν αἵματι βαφεῖσαν δεσποτικῷ· ὅταν διάδημα ἀναδήσησθε τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων φαιδροτέρας ἔχον πανταχόθεν ἐκπηδώσας λαμπηδόνας. τοιαῦτα γὰρ τοῦ νυμφίου τὰ ἕδνα, D μείζονα μὲν τῆς ἡμετέρας ἀξίας, ἄξια δὲ τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας, διὰ ταῦτα ὑμᾶς ἐντεῦθεν ἤδη καὶ πρὸ τῶν ἱερῶν ἐκείνων μακαρίζω παστάδων· οὐ μακαρίζω δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπαινῶ τὴν εὐγνωμοσύνην, ὅτι μὴ καθάπερ οἱ ῥαθυμότεροι τῶν ἀνθρώπων, ἐν ἐσχάταις ἀναπνοαῖς τῷ φωτίσματι προσήλθετε, ἀλλ' ἐντεῦθεν ἤδη καθάπερ οἰκέται εὐγνώμονες, μετὰ πολλῆς εὐνοίας ὑπακοῦσαι δεσπότῃ παρεσκευασμένοι, τὸν αὐχένα τῆς ψυχῆς μετὰ πολλῆς ἐπιεικείας τε καὶ προθυμίας ὑπὸ τὴν ζεύγλην ἠγάγετε τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸν ζυγὸν ἐδέξασθε τὸν χρηστὸν, καὶ τὸ φορτίον ἐλάβετε τὸ ἐλαφρόν. εἰ γὰρ καὶ τὰ τῆς χά- E ριτος ἴσα ὑμῖν καὶ τοῖς ἐν τῇ τελευτῇ μυσταγωγουμένοις, ἀλλὰ τὰ τῆς προαιρέσεως οὐκ ἴσα, οὐδὲ τὰ τῆς παρασκευῆς τῶν πραγμάτων. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἐν τῇ κλίνῃ λαμβάνουσιν, ὑμεῖς δὲ ἐν τοῖς κόλποις τῆς ἐκκλησίας τῆς κοινῆς ἁπάντων ἡμῶν μητρός· κἀκεῖνοι μὲν ὀδυρόμενοι, καὶ δακρύοντες, ὑμεῖς δὲ χαίροντες καὶ εὐφραινόμενοι· ἐκεῖνοι στένοντες, ὑμεῖς δὲ εὐχαριστοῦντες· κἀκεῖνοι πολλῷ κεκαρωμένοι τῷ πυρετῷ· ὑμεῖς δὲ πολλῆς ἐμπεπλησμένοι τῆς πνευματικῆς ἡδονῆς. ὅθεν ἐνταῦθα μὲν

ἅπερ ταῦτα σύμφωνα τῇ δωρεᾷ· ἐκεῖνα δὲ πάντα ἐναντία τῇ δωρεᾷ. καὶ γὰρ θρῆνος καὶ ὀδυρμὸς πολὺς μυσταγωγουμένων, καὶ παιδία περιίσταται κλαίοντα, καὶ γυνὴ τὰς παρειὰς καταξαίνουσα, καὶ φίλοι κατηφεῖς, καὶ οἰκέται δακρύων γέμοντες, ὅλον δὲ τῆς οἰκίας τὸ σχῆμα χειμερινήν τινα, καὶ ζοφώδη μιμεῖται ἡμέραν. ἐὰν δὲ αὐτὴν τοῦ κατακειμένου τὴν καρδίαν ἀναπτύξῃς, σκυθρωποτέραν τούτων εὑρήσεις. καθάπερ γὰρ ἄνεμοι μετὰ πολλῆς τῆς ῥύμης ἐξ ἐναντίας ἀλλήλοις ἐμβάλλοντες εἰς πολλὰ τὸ πέλαγος διατέμνουσι μέρη. οὕτω καὶ οἱ λογισμοὶ τῶν τότε κατεχόντων δεινῶν εἰς τὴν τοῦ κάμνοντος ἐμπίπτοντες ψυχὴν, εἰς πολλὰς τὴν ἐκείνου διάνοιαν σχίζουσι φροντίδας. ὅταν εἰς τὰ παιδία ἀπίδῃ, τὴν ὀρφανίαν αὐτῶν ἐννοεῖ· ὅταν πρὸς τὴν γυναῖκα ἀποβλέψῃ, τὴν χηρείαν λογίζεται· ὅταν ἴδῃ τοὺς οἰκέτας, τὴν ἐρημίαν ἁπάσης σκοπεῖ τῆς οἰκίας· ὅταν πρὸς ἑαυτὸν ἐπανέλθῃ, τῆς παρούσης ἑαυτὸν ἀναμιμνήσκει ζωῆς, καὶ ἀπορρήγνυσθαι μέλλων, πολὺ δέχεται τῆς ἀθυμίας τὸ νέφος. τοιαύτη ἡ τοῦ μέλλοντος μυσταγωγεῖσθαι ψυχή· εἶτα μεταξὺ τῶν θορύβων, καὶ τῆς ταραχῆς αὐτῆς, ἐπεισέρχεται ὁ ἱερεὺς αὐτοῦ τοῦ πυρετοῦ φοβερώτερος ὢν, καὶ τοῦ θανάτου τοῖς τοῦ κάμνοντος προσήκουσιν ἀπηνέστερος. τῆς γὰρ τοῦ ἰατροῦ φωνῆς τῆς ἀπογινωσκούσης τὴν ζωὴν τὴν ἐκείνου, μείζων ἀπόγνωσις εἶναι νομίζεται ἡ τοῦ πρεσβυτέρου εἴσοδος, καὶ θανάτου σύμβολον εἶναι δοκεῖ τῆς αἰωνίου ζωῆς ἡ ὑπόθεσις. ἀλλ' οὔπω τὸν κολοφῶνα ἐπέθηκα τῶν κακῶν· μεταξὺ γὰρ θορυβούντων τῶν ἐπιτηδείων καὶ παρασκευαζομένων, πολλάκις ἔρημον ἀφεῖσα τὸ σῶμα ἀπεπήδησεν ἡ ψυχή, πολλοῖς δὲ καὶ παροῦσα οὐδὲν ὤνησεν. ὅταν γὰρ μήτε τοὺς παρόντας ἐπιγινώσκῃ, μήτε φωνῆς ἀκούῃ, μήτε ἀποκρίνασθαι δύνηται τὰ ῥήματα ἐκεῖνα, δι' ὧν τὰς μακαρίας συνθήκας πρὸς τὸν κοινὸν ἡμῶν ἁπάντων καταθήσεται δεσπότην, ἀλλ' ὥσπερ ξύλον ἀργὸν ἢ λίθος, ὁ φωτίζεσθαι μέλλων πρόκειται νεκροῦ μηδὲν διαφέρων, τί τῆς μυσταγωγίας ὄφελος ἐν ἀναισθησίᾳ τοσαύτῃ;

Τὸν γὰρ τοῖς ἱεροῖς τούτοις καὶ φρικτοῖς μέλλοντα προσιέναι μυστηρίοις ἐγρηγορέναι χρὴ καὶ διεγηγέρθαι, πάσης βιωτικῆς φροντίδος εἶναι καθαρὸν, πολλῆς γέμειν σωφροσύνης, πολλῆς προθυμίας, πάντα τῶν μυστηρίων ἀλλότριον λογισμὸν ἐξορίζειν τῆς διανοίας, καὶ πάντοθεν καθαρὸν παρασκευάζειν τὸν οἶκον, ὥσπερ αὐτὸν ὑποδέχεσθαι μέλλοντα τὸν βασιλέα. τοιαύτη τῆς ὑμετέρας διανοίας ἡ παρασκευὴ, τοιοῦτοι παρ' ὑμῖν οἱ λογισμοί· τοιαύτη τῆς ψυχῆς ἡ προαίρεσις. τὴν μὲν οὖν ἀξίαν ἀμοιβὴν τῆς ἀρίστης ταύτης γνώμης ἀναμένετε παρὰ τοῦ Θεοῦ, τοῦ ταῖς ἀντιδόσεσι νικῶντος τοὺς τὴν ὑπακοὴν ἐπιδεικνυμένους τὴν πρὸς αὐτόν. ἐπειδὴ δὲ χρὴ καὶ τοῖς συνδούλοις τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσενεγκεῖν, καὶ τὰ παρ' ἡμῶν εἰσοίσομεν, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ταῦτα ἡμέτερα, ἀλλὰ καὶ ταῦτα δεσποτικά. τί γὰρ ἔχεις, φησὶν, ὃ οὐκ ἔλαβες; εἰ δὲ ἔλαβες, τί καυχᾶσαι ὡς μὴ λαβών; ἐβουλόμην μὲν πρῶτον ἁπάντων εἰπεῖν, τί δή ποτε παραδραμόντες ἡμῶν οἱ πατέρες ἅπαντα τὸν ἐνιαυτὸν, ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ μυσταγωγεῖσθαι τὰ τέκνα τῆς ἐκκλησίας ἐνομοθέτησαν, καὶ τίνος ἕνεκεν μετὰ τὴν παρ' ἡμῶν διδασκαλίαν ὑπολύσαντες ὑμᾶς καὶ ἀποδύσαντες, γυμνοὺς καὶ ἀνυποδέτους μετὰ τοῦ χιτωνίσκου μόνου πρὸς τὰς τῶν

neri conveniunt, illic omnia ſunt muneri contraria: fletus nempe ac gemitus eorum, qui initiantur; adſtant pueri lugentes, uxor genas lacerans, amici triſtes, domeſtici lacrymantes, tota domûs ſpecies hybernum & caliginoſum diem imitatur. Quod ſi jacentis cor ſcruteris, iis omnibus triſtius reperies. Quemadmodum enim venti magno impetu alii aliis ex adverſo flantes multas in partes pelagus dividunt; ſic cogitationes tunc ingruentium malorum, ægri animum invadentes, in multas ſolicitudines illius mentem diſtrahunt. Si filios reſpiciat, illorum orbitatem cogitat; ſi uxorem, ejus viduitatem conſiderat; ſi domeſticos, domus ſolitudinem ſecum reputat; ſi ad ſeipſum convertatur, præſentem vitam in memoriam revocat, atque inſtante ſeparatione, magnam mœſtitiæ nebulam excipit. Talis mox initiandi animus eſt. Hinc inter tumultum perturbationemque hujuſmodi, ingreditur Sacerdos ipſa febri formidabilior, atque ægroti propinquis ipſa morte immanior. Nam vel ipſa medici deploratam ejus valetudinem declarantis voce, major deſperandi cauſa eſſe putatur Presbyteri ingreſſus, atque id, quod æternæ vitæ argumentum eſt, mortis ſymbolum eſſe putatur. At nondum Colophonem malis addidi: interim quippe tumultuantibus & ſeſe apparantibus propinquis, ſæpe anima corpus deſerens abſceſſit: imo plurimis vel præſens nihil profuit. Cum enim neque præſentes agnoſcit, neque vocem audit, neque illa reſpondere verba poteſt, quibus beatam cum omnium noſtrum Domino pactionem deponat; ſed eſt quaſi lignum inutile vel lapis, a mortuoque nihil differt is qui mox illuminandus eſt, quæ initiationis utilitas in tanta ſenſus omnis inopia?

2. Eum enim, qui ad ſacra illa & horrenda myſteria acceſſurus eſt, vigilare convenit, omni ſæculari cura purum eſſe, temperantia & alacritate multa plenum eſſe, omnem a myſteriis alienam cogitationem mente depellere, & undequaque mundam domum apparare, quaſi ipſum regem excepturus ſit. Talis mentis veſtræ præparatio, tales apud vos ſunt cogitationes, tale animi propoſitum. Dignam itaque optimi hujus conſilii retributionem a Deo exſpectate, qui præmiis obſequentiam ſibi præſtitam ſuperat. Quoniam vero oportet quæ ſua ſunt conſervis conferre, & noſtra conferamus; imo potius hæc non noſtra, ſed dominica ſunt: *Quid* enim, inquit, *habes, quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis?* volebam hoc primum omnium dicere: cur patres noſtri, miſſis aliis anni partibus, hoc tempore initiandos eſſe Eccleſiæ filios lege ſtatuerunt, & cur poſt doctrinam, diſcalceatos vos & exutos, nudis pedibus, una tunica oper- 1. Cor. 4. 7.

tos ad exorcizantium voces vos transmittunt. Non enim frustra vel temere hunc habitum & hoc tempus nobis constituerunt: Sed habent hæc ambo mysticam quamdam & arcanam rationem: & hoc quoque vobis aperire volebam. At video ad aliam rem magis necessariam nos evocari. Necesse quippe est dicere quid sit baptisma, cur in vitam nostram inductum sit, & quanta nobis conferat bona. Sed si vultis de hujus mysticæ purgationis vocabulo prius disseramus. Non enim ejus nomen unum

Varia baptismi nomina. est, sed plurima variaque. Nam hæc purgatio vocatur, lavacrum regenerationis:

Tit. 3. 5. *Salvavit enim nos*, inquit, *per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritûs sancti.* Vocatur & illuminatio, ita illud Paulus

Hebr. 10. 32. nuncupavit: *Rememoramini pristinos dies, in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionum*; & rursum, *Impossibile est*

Hebr. 6. 4. *enim eos, qui semel sunt illuminati, & gustaverunt etiam donum cæleste, & prolapsi sunt, rursus renovare ad pœnitentiam.* Vocatur &

Gal. 3. 27. baptisma: *Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis.* Appellatur &

Rom. 6. 4. sepultura; *Consepulti enim*, inquit, *estis in ipso per baptismum in mortem*, itemque Cir-

Colos. 2. 11. cumcisio, *In quo & circumcisi estis circumcisione non manu facta, in exspoliationem pec-*

Rom. 6. 6. *catorum carnis.* Vocatur crux, *Vetus enim homo noster crucifixus est, ut destruatur corpus peccati.* Possent plura dici nomina; sed ne tempus omne in charismatis appellationibus insumamus, age ad primum nomen reversi, ejusque explicata significatione, sermonem finiamus: interim vero paulo superius doctrinam repetamus. Est commune omnium hominum lavacrum illud balneorum, quod corporis sordes solet abluere. Est & lavacrum Judæorum, illo quidem honestius, sed gratiæ lavacro longe inferius: & hoc enim corporeas sordes abluit, nec modo corporeas abluit: sed etiam ad conscientiæ infirmitatem attingit. Nam multæ res sunt, natura quidem non immundæ, sed quæ infirmitate conscientiæ efficiuntur immundæ. Ac sicut in pueris larvæ cæteraque terricula, natura quidem formidabilia non sunt; sed talia pueris ob naturæ imbecillitatem esse videntur; sic & in iis quæ dixi: exempli causa mortua corpora contingere, naturâ quidem non est immundum, verum si id infirmæ conscientiæ contingat, immundum facit eum qui tetigit. Quod enim illud naturâ non sit immundum, ipse qui legem tulit Moyses declaravit, qui mortuum Josephum secum detulit, & tamen mundus remansit. Ideoque Paulus de immunditia hujusmodi loquens, quæ non naturâ, sed infirmitate conscientiæ accidit, ita loqui-

Rom. 14. 14. tur; Nihil commune per seipsum, nisi ei, qui existimat, quid commune esse. Viden immunditiam non ex rei natura, sed ex cogitationis imbecillitate contrahi: ac rur-

Rom. 14. 20. sum, *Omnia quidem sunt munda: sed malum est homini, qui per offendiculum manducat.*

A ἐξορκιζόντων διαπέμπουσι φωνάς. οὐ γὰρ ἁπλῶς οὐδὲ εἰκῆ, καὶ τὸ σχῆμα καὶ τὸν καιρὸν ἐκεῖνοι τοῦτον ἡμῖν διετύπωσαν· ἀλλ' ἔχει ταῦτα ἀμφότερα μυστικόν τινα λόγον καὶ ἀπόρρητον. καὶ τοῦτο ὑμῖν ἐβουλόμην εἰπεῖν· ὁρῶ δὲ ὅτι πρὸς ἕτερον ἀναγκαιότερον ἡμᾶς κατεπείγει νῦν ὁ λόγος. ἀνάγκη γὰρ εἰπεῖν τί ποτέ ἐστι τὸ βάπτισμα, καὶ τίνος ἕνεκεν εἰς τὸν βίον εἰσῆλθε τὸν ἡμέτερον, καὶ πόσα κομίζει ἡμῖν τὰ ἀγαθά· ἀλλ' εἰ βούλεσθε πρότερον περὶ τῆς προσηγορίας τοῦ μυστικοῦ τούτου καθαρμοῦ διαλεχθῶμεν. οὐ γάρ ἐστιν ἓν αὐτῷ ὄνομα, ἀλλὰ πολλὰ καὶ παντοδαπά· τὸ γὰρ καθάρσιον τοῦτο καλεῖται λουτρὸν πα-

B λιγγενεσίας· ἔσωσε γὰρ ἡμᾶς, φησὶ, διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας καὶ ἀνακαινώσεως πνεύματος ἁγίου. καλεῖται καὶ φώτισμα, καὶ τοῦτο Παῦλος αὐτὸ πάλιν ἐκάλεσεν· ἀναμιμνήσκεσθε γὰρ τὰς πρότερον ἡμέρας, ἐν αἷς φωτισθέντες πολλὴν ἄθλησιν ὑπεμείνατε παθημάτων, καὶ πάλιν, ἀδύνατον γὰρ τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας, καὶ γευσαμένους τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου, καὶ παραπεσόντας, πάλιν ἀνακαινίζειν εἰς μετάνοιαν. καλεῖται καὶ βάπτισμα· ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε. καλεῖται ταφή· συνετάφητε γὰρ αὐτῷ, φησὶ, διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον. καλεῖται περιτομή·

C ἐν ᾧ καὶ περιετμήθητε περιτομῇ ἀχειροποιήτῳ ἐν τῇ ἀπεκδύσει τοῦ σώματος τῶν ἁμαρτιῶν τῆς σαρκός. καλεῖται σταυρός· ὁ παλαιὸς γὰρ ἄνθρωπος ἡμῶν συνεσταυρώθη, ἵνα καταργηθῇ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας. ἔστι καὶ ἕτερα πλείονα τούτων εἰπεῖν ὀνόματα, ἀλλ' ἵνα μὴ τὸν καιρὸν ἅπαντα εἰς τὰς προσηγορίας τοῦ χαρίσματος ἀναλώσωμεν, φέρε ἐπὶ τὴν προτέραν προσηγορίαν ἐλθόντες, καὶ ταύτης τὴν σημασίαν εἰπόντες καταπαύσωμεν τὸν λόγον· τέως δὲ ἀνωτέρω μικρὸν τῆς διδασκαλίας ἑλκύσωμεν. ἔστι τὸ κοινὸν ἁπάντων ἀνθρώπων λουτρὸν, τὸ διὰ τῶν βαλανείων, ὃ τὸν τοῦ σώματος ἀποσμήχειν εἴωθε

D ῥύπον. ἔστι δὲ καὶ λουτρὸν Ἰουδαϊκὸν ἐκείνου μὲν σεμνότερον, τοῦ δὲ τῆς χάριτος πολὺ κατώτερον. καὶ αὐτὸ μὲν γὰρ σωματικὸν ἀποσμήχει ῥύπον, ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς σωματικὸν, ἀλλὰ καὶ συνειδότος ἁπτόμενον ἀσθενοῦς. ἔστι γὰρ πολλὰ τῶν πραγμάτων, ἃ φύσει μὲν οὐκ ἔστιν ἀκάθαρτα, ἀπὸ δὲ τῆς ἀσθενείας τοῦ συνειδότος ἀκάθαρτα γίνεται. καὶ καθάπερ ἐπὶ τῶν παιδίων τὰ προσωπεῖα, καὶ τὰ λοιπὰ μορμολύκεια φύσει μὲν οὐκ ἔστι φοβερὰ, φοβερὰ δὲ εἶναι τοῖς παιδίοις δοκεῖ διὰ τὴν τῆς φύσεως ἀσθένειαν, οὕτω καὶ ἐπὶ τούτων ὧν εἶπον, οἷον τὸ νεκρῶν ἅψασθαι σωμάτων, φύσει μὲν οὐκ ἔστιν ἀκάθαρτον, ὅταν δὲ ἀσθενοῦς ἐπι-

E λάβηται συνειδότος, ἀκάθαρτον ποιεῖ τὸν ἁψάμενον. ὅτι γὰρ οὐκ ἔστιν ἀκάθαρτον φύσει τὸ πρᾶγμα, αὐτὸς ὁ ταῦτα διαταξάμενος Μωϋσῆς ἐδήλωσεν, ὁλόκληρον ἐπιφερόμενος μεθ' ἑαυτοῦ νεκρὸν τὸν Ἰωσὴφ, καὶ μένων καθαρός. διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος ἡμῖν περὶ τῆς ἀκαθαρσίας ταύτης διαλεγόμενος τῆς οὐ φύσει γινομένης, ἀλλὰ δι' ἀσθένειαν τοῦ συνειδότος, οὑτωσί πως φησίν· οὐδὲν κοινὸν δι' ἑαυτοῦ, εἰ μὴ τῷ λογιζομένῳ τι κοινὸν εἶναι. ὁρᾷς τὴν ἀκαθαρσίαν οὐκ ἀπὸ τῆς τοῦ πράγματος φύσεως, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἀσθενείας τοῦ λογισμοῦ γινομένην; καὶ πάλιν, πάντα μὲν καθαρὰ, ἀλλὰ κακὸν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ διὰ προσκόμματος

[a] ἐσθίοντι, [[a] ὁρᾷς ὅτι οὐ τὸ ἐσθίειν, ἀλλὰ τὸ διὰ προσκόμματος ἐσθίειν,] τοῦτο αἴτιον ἀκαθαρσίας;

Τὴν τοιαύτην κηλῖδα τὸ Ἰουδαϊκὸν ἐξεκάθαρε λουτρὸν, τὸ δὲ τῆς χάριτος οὐ τοιαύτην, ἀλλὰ τὴν ὄντως ἀκαθαρσίαν τὴν μετὰ τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς πολλὴν ἐντεθεῖσαν τὴν κηλῖδα. οὐ γὰρ τοὺς νεκρῶν ἁψαμένους σωμάτων, ἀλλὰ τοὺς νεκρῶν πράξεων ἁψαμένους, τούτους ποιεῖ καθαρούς. κἂν μαλακὸς, κἂν πόρνος ᾖ τις, κἂν εἰδωλολάτρης, κἂν ὅτι ἂν ἐργασάμενος δεινὸν, κἂν ἅπασαν τὴν ἐν ἀνθρώποις πονηρίαν ἔχων ᾖ, ἐμπεσὼν εἰς τὴν τῶν ὑδάτων κολυμβήθραν, τῶν ἡλιακῶν καθαρώτερος ἀκτίνων ἄνεισιν ἀπὸ τῶν θείων ναμάτων. καὶ ἵνα μὴ νομίσῃς κόμπον εἶναι τὰ λεγόμενα, ἄκουσον Παύλου λέγοντος περὶ τῆς τοῦ λουτροῦ δυνάμεως· μὴ πλανᾶσθε, οὔτε εἰδωλολάτραι, οὔτε πόρνοι, οὔτε μοιχοὶ, οὔτε μαλακοὶ, οὔτε ἀρσενοκοῖται, οὔτε πλεονέκται, οὐ μέθυσοι, οὐ λοίδοροι, οὐχ ἅρπαγες βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι. καὶ τί τοῦτο πρὸς τὰ εἰρημένα; φησί· τὸ γὰρ ζητούμενον δεῖξαι, εἰ πάντα ἐκκαθαίρει ταῦτα ἡ τοῦ λουτροῦ δύναμις. οὐκοῦν ἄκουσον τῶν ἑξῆς· καὶ ταῦτά τινες ἦτε, ἀλλ᾽ ἀπελούσασθε, ἀλλ᾽ ἡγιάσθητε, ἀλλ᾽ ἐδικαιώθητε ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐν τῷ πνεύματι τοῦ θεοῦ ἡμῶν. ἡμεῖς μὲν ὑπισχνούμεθα δεῖξαι ὑμῖν, [b] καθαροὺς [b] πορνείας γινομένους ἁπάσης τοὺς τῷ λουτρῷ προσιόντας· ὁ δὲ λόγος πλέον ἀπέδειξεν, οὐ καθαροὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἁγίους καὶ δικαίους γινομένους. οὐ γὰρ εἶπεν, ἀπελούσασθε, ἀλλὰ καὶ ἡγιάσθητε, καὶ ἐδικαιώθητε. τί τούτου γένοιτ᾽ ἂν παραδοξότερον, ὅταν πόνων καὶ ἱδρώτων χωρὶς, καὶ κατορθωμάτων δικαιοσύνη τικτομένη ᾖ; τοιαύτη γὰρ τῆς θείας δωρεᾶς ἡ φιλανθρωπία, χωρὶς ἱδρώτων ποιεῖ δικαίους. εἰ γὰρ βασιλέως ἐπιστολὴ γράμματα προστεθέντα ὀλίγα, μυρίων ὑπευθύνοις ἐγκλημάτων ἀφίησιν ἐλευθέρους, ἑτέρους δὲ καὶ πρὸς τιμὴν ἄγει μεγίστην, πολλῷ μᾶλλον τὸ ἅγιον τοῦ θεοῦ πνεῦμα, καὶ πάντα δυνάμενον πάσης μὲν ἡμᾶς ἀπαλλάξει κακίας, πολλὴν δὲ ἡμῖν χαριεῖται δικαιοσύνην, καὶ πολλῆς ἐμπλήσει τῆς παῤῥησίας. καὶ καθάπερ σπινθὴρ μέσον εἰς πέλαγος ἀχανὲς ἐμπεσὼν εὐθέως ἀποσβεσθείη, ἢ ἀφανὴς γένοιτο, τῷ πλήθει τῶν ὑδάτων καταποντισθείς· οὕτω καὶ πᾶσα πονηρία ἀνθρωπίνη, ὅταν εἰς τὴν κολυμβήθραν ἐμπέσῃ τῶν θείων ναμάτων, ἐκείνου ταχύτερον καὶ εὐκολώτερον τοῦ σπινθῆρος καταποντίζεται καὶ ἀφανίζεται. καὶ τίνος ἕνεκεν, φησὶν, εἰ τὰ ἁμαρτήματα ἡμῖν ἅπαντα ἀφίησι τὸ λουτρὸν, οὐχὶ λουτρὸν ἀφέσεως ἁμαρτημάτων καλεῖται, οὔτε λουτρὸν καθάρσεως, ἀλλὰ λουτρὸν παλιγγενεσίας; ὅτι οὐχ ἁπλῶς ἡμῖν ἀφίησι τὰ ἁμαρτήματα, οὐδὲ ἁπλῶς ἡμᾶς καθαίρει τῶν πλημμελημάτων, ἀλλ᾽ οὕτως ὡς ἂν εἰ ἄνωθεν ἐγεννήθημεν. καὶ γὰρ ἄνωθεν ἡμᾶς δημιουργεῖ καὶ κατασκευάζει, οὐκ ἀπὸ γῆς διαπλάττων πάλιν, ἀλλ᾽ ἐξ ἑτέρου στοιχείου τῆς τῶν ὑδάτων φύσεως δημιουργοῦν. οὐ γὰρ ἁπλῶς ἀποσμήχει τὸ σκεῦος, ἀλλ᾽ ὁλόκληρον αὐτὸ ἀναχωνεύει πάλιν. τὰ μὲν γὰρ ἀποσμηχόμενα, κἂν μετὰ ἀκριβείας ἐκκαθαίρηται, ἔχει τῆς ποιότητος ἴχνη, καὶ τῆς

a Hæc quæ uncinis clauduntur, in textu deerant, sed in Editione Saviliana ex conjectura supplentur.

A [Viden quod non, edere; sed per offendiculum edere causa sit immunditiæ.]

3. Talem maculam Judæorum lavacrum emundabat. At gratiæ lavacrum non talem, sed eam, quæ vera immunditia & animam & corpus inficit. Non enim eos, qui mortua corpora, sed qui mortua opera contingunt, mundos facit. Etsi mollis, etsi fornicator quis fuerit, etsi idololatra, etsi quidvis mali fecerit, etsi humana omni nequitia plenus sit, si in piscinam aquarum incidat, solaribus radiis purior ex divinis fluentis ascendit. Ne vero putes fastu B quopiam hæc proferri, audi Paulum de lavacri virtute hæc loquentem: *Nolite errare, neque idololatræ, neque fornicatores, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt.* Ecquid hæc ad propositum, inquies? Quod quæritur ostende, an scilicet lavacri virtus hæc omnia emundet. Audi itaque ea, quæ sequuntur: *Et hæc quidem fuistis: sed abluti estis, sed justificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi, & in Spiritu Dei nostri.* Nos quidem pollicemur vobis ostendere, omni fornicatione puros esse eos, qui ad lavacrum accedunt; verum C oratio nostra plus demonstravit, scilicet non modo puros, sed etiam sanctos justosque factos esse. Non tantum enim dixit; *abluti estis*, sed etiam *sanctificati estis, justificati estis.* Quid hac re mirabilius, quod sine labore, sudore bonisque operibus justitia pariatur? Talis est enim divini doni benignitas, ut sine sudoribus justos efficiat. Nam si Imperatoris Epistola paucis conscripta literis, innumeris reos criminibus liberos dimittit, alios autem ad honorem etiam evehit maximum; multo magis sanctus Dei Spiritus, qui omnia potest, D omni nos nequitia liberabit, multam justitiam largietur, multa implebit fiducia. Ac quemadmodum scintilla mediam in pelagi voraginem incidens, statim exstinguitur & evanescit, aquarum vi demersa; sic & omnis humana nequitia, cum in piscinam divinorum fluentorum inciderit, citius faciliusque, quam scintilla demergitur & deletur. At cur, inquies, si peccata nobis omnia lavacrum remittit, non lavacrum E remissionis peccatorum, non lavacrum purgationis, sed lavacrum regenerationis vocatur? Quia non solum nobis peccata remittit, neque solum delicta purgat; sed ita id præstat ac si denuo generati essemus. Etenim nos denuo creat, & format, non ex terra rursum effingens, sed ex alio elemento, aquarum scilicet natura creans. Non enim vas simpliciter abstergit, sed totum conflat denuo. Nam quæ absterguntur, etiamsi accurate mundentur, qualitatis vestigia & sordium reliquias retinent:

Discrimen inter lavacrum Judæorum & baptismum.

1. Cor. 6. 9

b Interpres vetus legit πονηρίας, & quidem melius, ut videtur.

quæ vero in conflatorium immittuntur, & à flamma renovantur, omnem deponentia maculam, ex camino educta, eumdem, quem prorsus nova, splendorem emittunt. Quemadmodum si quis auream statuam, tempore, fumo, pulvere, rubigine fœdatam, denuo conflaverit, eam nobis purissimam atque fulgentem restituit; sic & naturam nostram Deus, peccati rubigine fœdatam, multoque affectam delictorum fumo, illa pulcritudine destitutam, quam ipsi ab initio indiderat, denuo conflavit, & in aquas ceu in conflatorium injiciens, & pro igne Spiritus gratiam immittens, hinc renovatos, cum solaribus radiis splendore decertantes educit, contrito veteri homine, novo autem splendidiore, quam vetus erat, condito.

4. Hanc porro nobis contritionem, mysticamque purgationem subindicans Propheta,
Psal. 2, 9. dicebat, olim, *tamquam vas figuli conteres eos.* Nam quod de fidelibus loquatur clare indicant ea, quæ præcedunt, etenim ait: *Filius meus es tu: ego hodie genui te. Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Vidistin quomodo Ecclesiam gentium commemoravit, & ubique constitutum Christi regnum dixit? Deinde rursum ait, *Pasces eos in virga ferrea*, non gravi, sed forti, *tamquam vas figuli conteres eos.* Ecce lavacrum magis mystico more sumitur. Non enim simpliciter dixit vasa testacea, sed vasa figuli. Verum attendite: testacea quippe vasa contrita, refici non possunt, ob duritiem nempe ab igne acceptam: vasa autem figuli non sunt testacea sed ex luto composita, quare si labefactata fuerint, artificis solertiâ facilius ad secundam formam reduci possunt. Cum itaque calamitatem insanabilem memorat, non vasa figuli dicit, sed vas testaceum: nam cum Prophetam & Judæos docere vellet, se calamitati insanabili urbem tradidisse, jussit eum accipere vas testaceum, & coram universo populo confringere, di-
Jer. 18, 19. cereque, *sic peribit urbs ac conteretur*: cum autem bonam ipsis spem offert, in officinam figuli Prophetam deducit, nec ipsi vas testaceum ostendit, sed vas luteum e manu figuli decidens, ac subinfert his verbis: *Si figulus hic vas quod decidit, acceptum denuo reformavit, annon multo magis ego potero vos delapsos emendare?* Potest igitur Deus nos luteos non modo per lavacrum regenerationis emendare, sed Spiritûs accepta virtute, iterumque lapsos, per sinceram pœnitentiam in pristinum statum revocare. Sed non tempus est vos de pœnitentia alloqui, imo potius utinam nullo umquam tempore his remediis opus habeatis, sed semper ea servata pulcritudine

A κηλῖδος φέρει τὰ λείψανα· τὰ δὲ εἰς χωνευτήριον ἐμπεσόντα, καὶ διὰ τῆς φλογὸς ἀνανεωθέντα πᾶσαν ἀποθέμενα ῥυπαρίαν, τὴν αὐτὴν τοῖς νεοπαγέσιν ἀπὸ τῆς καμίνου περιελθόντα τὴν λαμπηδόνα ἀφίησιν. ὥσπερ οὖν ἀνδριάντα χρυσοῦν πολλῷ τῷ χρόνῳ, καὶ τῷ καπνῷ, καὶ τῇ κόνει, καὶ ἰῷ ῥυπωθέντα λαβών τις καὶ χωνεύσας καθαρώτατον ἡμῖν καὶ ἀστράπτοντα ἀποδίδωσιν, οὕτω καὶ τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν ὁ θεὸς ἰωθεῖσαν τῷ τῆς ἁμαρτίας ἰῷ, καὶ πολλὴν δεξαμένην τὸν καπνὸν τὸν ἀπὸ τῶν πλημμελημάτων, καὶ τὸ κάλλος ἀπολέσασαν, ὅπερ παρ' αὐτοῦ παρὰ τὴν ἀρχὴν ἐγκατέθηκε, λαβὼν ἄνωθεν ἐχώνευσε, καὶ καθάπερ εἰς χωνευτήριον ἐμβαλὼν τὰ ὕδατα, καὶ τὴν τοῦ πνεύματος
B ἐπαφεὶς χάριν ἀντὶ φλογὸς, εἶτα νεοπαγεῖς ἐκεῖθεν καὶ καινοὺς γενομένους ἀντιβλέψαι λοιπὸν ταῖς ἡλιακαῖς ἀκτῖσι μετὰ πολλῆς ἀνάγει τῆς λαμπρότητος, τὸν μὲν παλαιὸν συντρίψας ἄνθρωπον, νέον δὲ κατασκευάσας τοῦ προτέρου λαμπρότερον.

Καὶ ταύτην ἡμῖν τὴν συντριβὴν, καὶ τὸν μυστικὸν τοῦτον καθαρμὸν αἰνιττόμενος ὁ προφήτης ἄνωθεν ἔλεγεν· ὡς σκεῦος κεραμέως συντρίψεις αὐτούς. ὅτι γὰρ περὶ τῶν πιστῶν ὁ λόγος, ἡμῖν τὰ ἀνωτέρω δείκνυσι σαφῶς· υἱός μου εἶ σύ, φησιν, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι τὰ ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. εἶδες πῶς τῆς ἐκ
C τῶν ἐθνῶν ἐκκλησίας ἐμνημόνευσε, καὶ τὴν πανταχοῦ τοῦ Χριστοῦ τεταγμένην βασιλείαν εἶπεν; εἶτά φησι πάλιν· ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ· οὐ φορτικῇ, ἀλλ' ἰσχυρᾷ. ὡς σκεῦος κεραμέως συντρίψεις αὐτούς. ἰδοὺ καὶ τὸ λουτρὸν μυστικώτερον παρελήφθη. οὐ γὰρ εἶπεν ἁπλῶς σκεύη ὀστράκινα, ἀλλὰ σκεύη κεραμέως. ἀλλὰ προσέχετε. τὰ μὲν γὰρ ὀστράκινα σκεύη συντριβέντα οὐκ ἂν λάβοι διόρθωσιν, διὰ τὴν ἐκ τοῦ πυρὸς ἐγγενομένην αὐτοῖς ἅπαξ ἀντιτυπίαν. ὅτι δὲ τὰ σκεύη τοῦ κεραμέως οὐκ ἔστιν ὀστράκινα, ἀλλὰ πήλινα. ὅθεν καὶ διαστραφέντα ῥᾳδίως ἂν πρὸς τὸ δεύτερον ἐπανέλθῃ σχῆμα τῇ τοῦ τεχνίτου σοφίᾳ. ὅταν μὲν οὖν συμφορὰν ἀνίατον λέγῃ,
D οὐ σκεύη κεραμέως φησὶν, ἀλλὰ σκεῦος ὀστράκινον. ὅτε γοῦν ἐβούλετο διδάξαι τὸν προφήτην, καὶ τοὺς Ἰουδαίους, ὅτι συμφορᾷ ἀνιάτῳ παρέδωκε τὴν πόλιν, ἐκέλευσε λαβεῖν βῖκον ὀστράκινον, καὶ συντρίψαι ἔμπροσθεν παντὸς τοῦ δήμου, καὶ εἰπεῖν, οὕτως ἀπολεῖται ἡ πόλις καὶ συντριβήσεται. ἐπειδὰν δὲ βούληται χρηστὰς αὐτοῖς ὑποτείνειν ἐλπίδας, εἰς κεραμεῖον κατάγει τὸν προφήτην, καὶ οὐ δείκνυσιν αὐτῷ σκεῦος ὀστράκινον, ἀλλὰ δείκνυσιν αὐτῷ σκεῦος πήλινον ἐν ταῖς χερσὶ τοῦ κεραμέως γινόμενον, διαπίπτον, καὶ ἐπάγει λέγων· εἰ ὁ κε-
E ραμεὺς οὗτος τὸ σκεῦος τὸ διαπεσὸν ἀναλαβὼν ἐρρύθμισε πάλιν, οὐ πολλῷ μᾶλλον ἐγὼ δυνήσομαι διαπεσόντας ὑμᾶς ἐπανορθῶσαι; δυνατὸν μὲν οὖν τῷ θεῷ οὐ πηλίνους ὄντας μόνον διορθῶσαι διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας, ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ πνεύματος δεξαμένους ἐνέργειαν, καὶ διολισθήσαντας διὰ μετανοίας ἠκριβωμένης πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἐπαναγαγεῖν. ἀλλ' οὐ καιρὸς ὑμῖν τοὺς περὶ μετανοίας ἀκοῦσαι λόγους· μᾶλλον δὲ μηδέποτε γένοιτο καιρὸς εἰς χρείαν ὑμᾶς ἐκείνων ἐμπεσεῖν τῶν φαρμάκων, ἀλλ' ἀεὶ μένοιτε τὸ κάλλος καὶ τὴν λαμπρό-

περὶ τὴν παρακαταθήκην ἐγένοντο. Εἷς μὲν οὖν ἀπολογίας ἐστὶν ὁ τρόπος, ὅτι οὐχ ὁ Θεὸς ἐξέβαλε τῆς δωρεᾶς, ἀλλ' ἡμεῖς ἀπωλέσαμεν τὰ δοθέντα· δεύτερος δὲ μετ' ἐκεῖνον, ὅτι μείζονα τῶν ἀπολωλότων τὰ δοθέντα ὕστερον ἐλάβομεν· ἀντὶ πόνων προσκαίρων ἐτίμησεν αἰωνίῳ ζωῇ, ἀντὶ ἀκανθῶν καὶ τριβόλων τὸν καρπὸν τοῦ πνεύματος ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν βλαστῆσαι παρεσκεύασεν. Οὐδὲν ἦν εὐτελέστερον ἀνθρώπου, καὶ οὐδὲν γέγονε τιμιώτερον ἀνθρώπου. Τὸ ἔσχατον μέρος τῆς [a] λογικῆς κτίσεως οὗτος ἦν· ἀλλ' οἱ πόδες ἐγένοντο κεφαλὴ, καὶ εἰς τὸν θρόνον ἀνηνέχθησαν τὸν βασιλικὸν διὰ τῆς ἀπαρχῆς. Καθάπερ γὰρ ἄνθρωπός τις φιλότιμος καὶ μεγαλόδωρος, ἰδών τινα ἐκ ναυαγίου διαφυγόντα, καὶ τὸ σῶμα γυμνὸν ἀπὸ τῶν κυμάτων διασῶσαι δυνηθέντα μόνον, δεξάμενος ὑπτίαις ταῖς χερσὶ, λαμπρὰν περιβάλλοι στολὴν, καὶ πρὸς τιμὴν ἀγάγοι τὴν ἀνωτάτω· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς ἐπὶ τῆς φύσεως τῆς ἡμετέρας ἐποίησε. Πάντα ἀπέβαλεν, ὅσα εἶχεν, ὁ ἄνθρωπος, τὴν παῤῥησίαν, τὴν πρὸς Θεὸν ὁμιλίαν, τὴν ἐν τῷ παραδείσῳ διαγωγὴν, τὸν ἀταλαίπωρον βίον, καὶ καθάπερ ἐκ ναυαγίου, γυμνὸς ἐκεῖθεν ἐξῆλθεν. Ἀλλ' ὁ Θεὸς αὐτὸν δεξάμενος περιέστειλεν εὐθέως, καὶ κατὰ μικρὸν χειραγωγῶν πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνήγαγε· καίτοι οὐκ ἦν συγγνώμης τὸ ναυάγιον ἄξιον. Οὐ γὰρ παρὰ τὴν τῶν πνευμάτων βίαν, ἀλλὰ παρὰ τὴν τοῦ πλέοντος ῥαθυμίαν ἅπαν συνέβη τὸ κλυδώνιον τοῦτο. Ἀλλ' οὐ πρὸς τοῦτο εἶδεν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς κατηλέησε, καὶ τὸν ἐν λιμένι παθόντα ναυάγιον, καθάπερ ἐν μέσῳ τῷ πελάγει τοῦτο ὑπομείναντα, οὕτω φιλοφρόνως ἐδέξατο. Τὸ γὰρ ἐν παραδείσῳ πεσεῖν, ἐν λιμένι ναυάγιόν ἐστιν ὑπομεῖναι. Τί δήποτε; ὅτι οὐδέπω λύπης, οὐδέπω φροντίδος, οὐδὲ πόνων, οὐδὲ μόχθων, οὐδὲ τῶν μυρίων τῆς ἐπιθυμίας κυμάτων ἐπικωμαζόντων τῇ φύσει τῇ ἡμετέρᾳ, ὑπεσκελίσθη καὶ κατέπεσε. Καὶ καθάπερ οἱ τὴν θάλατταν πλέοντες κακοῦργοι, μικρῷ σιδήρῳ πολλάκις τὴν ναῦν διατρήσαντες, ἅπασαν ἐπεισάγουσι κάτωθεν τῷ πλοίῳ τὴν θάλατταν· οὕτω δὴ καὶ τότε ἰδὼν τὸ πλοῖον τοῦ Ἀδὰμ ὁ διάβολος, τουτέστι τὴν ψυχὴν πολλῶν γέμουσαν ἀγαθῶν, ὥσπερ τινὶ σιδήρῳ μικρῷ, τῇ ψιλῇ φωνῇ προσελθὼν καὶ διατρήσας, ἅπαντα ἐκένωσεν ἐκείνου τὸν πλοῦτον, καὶ τὸ σκάφος αὐτὸ κατέδυσεν. Ἀλλ' ὁ Θεὸς μείζω τῆς ζημίας τὴν ἐμπορίαν ἐποιήσατο, καὶ πρὸς τὸν θρόνον τὸν βασιλικὸν τὴν φύσιν ἀνήγαγε τὴν ἡμετέραν. Διὸ καὶ Παῦλος βοᾷ, λέγων· Συνήγειρε καὶ συνεκάθισεν ἡμᾶς ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, ἵνα ἐνδείξηται ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον τῆς χάριτος αὐτοῦ ἐν χρηστότητι ἐφ' ἡμᾶς. Τί λέγεις; ἤδη τὸ πρᾶγμα γέγονε καὶ τέλος ἔχει, καὶ λέγεις· Ἵνα ἐν τοῖς αἰῶσιν ἐνδείξηται τοῖς ἐπερχομένοις; οὐ γὰρ ἐνεδείξατο; Ἐνεδείξατο μὲν ἤδη, ἀλλ' οὐχὶ πᾶσιν ἀνθρώποις, ἀλλ' ἐμοὶ τῷ πιστῷ· ὁ δὲ ἄπιστος οὐδέπω τὸ θαῦμα εἶδε. Τότε δὲ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ πᾶσα ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις εἰς μέσον ἐλθοῦσα θαυμάσεται τὸ γεγενημένον, ἄλλως τε καὶ ἡμῖν τότε φανερώτερον ἔσται. Πιστεύομεν γὰρ καὶ νῦν, ἀλλ' οὐχ

A in depositi conservatione declararunt. Hic igitur unus est defensionis modus, Deum nos illo dono minime privasse; verum nos, quæ data fuerant, amisisse. Secundus ab illo est, quod majora quam fuerant amissa, postea data sint nobis, ac pro laboribus temporariis æterna vita nos remuneratus sit, & effecerit pro spinis ac tribulis, ut fructus spiritus in animabus nostris germinaret. Nihil erat homine vilius, & nihil factum est homine gloriosius. Erat ille postrema pars ratione præditæ creaturæ: sed B pedes caput evaserunt, & in thronum regium per primitias sunt evecti. Quemadmodum enim si homo quispiam liberalis ac magnificus, cum viderit aliquem naufragum, qui solum corpus nudum ex fluctibus eripere potuit, supinis manibus eum excipiat, & candida veste indutum in summo honoris gradu collocet: ita Deus naturam nostram tractavit. Omnia quæ habebat homo perdiderat, libertatem loquendi ac fiduciam, consuetudinem cum Deo, conversationem in paradiso, vitam calamitatis expertem, & tamquam ex naufragio nudus inde exiverat: sed Deus illum exceptum C confestim amicit, & paulatim manu ductum in cælum evexit. Atqui non erat venia dignum naufragium. Neque enim ob ventorum impetum, sed ob segnitiem ejus, qui navigabat, tota illa tempestas acciderat. Verumtamen ad hoc non respexit Deus, sed ejus misericordiam calamitatis magnitudo commovit, eumque qui in portu naufragium fecerat, perinde quasi medio in pelago id passus esset, benigne ac liberaliter excepit. Si quidem in paradiso lapsum esse, id vero est in portu naufragium fecisse. Quid ita? quia cum nondum tristitia, nondum solicitudo, nec labores, nec ærum- D næ, nec innumeri fluctus libidinum in naturam nostram sævirent, supplantatus est & corruit. Et quemadmodum qui in mari navigant malefici homines, exiguo ferro navim sæpe perforantes totum mare in navigium ab inferiori parte immittunt: sic nimirum & navim Adami cum videret diabolus, hoc est animam multis refertam bonis, accedens tamquam minuto quodam ferro simplici voce perforavit, & omnes ejus opes exhausit, ipsamque cymbam submersit. At Deus effecit, ut lucrum damno majus esset, & ad thronum regium naturam nostram E extulit. Quocirca Paulus etiam clamat dicens: *Conresuscitavit, & consedere nos fecit in dextera sua in cælestibus, ut ostenderet in sæculis supervenientibus abundantes divitias gratiæ suæ, in bonitate super nos.* Quid ais? Jam res evenit, & finem habet, & dicis: *Ut ostenderet in sæculis supervenientibus?* Annon enim ostendit? Jam quidem ostendit, sed non omnibus hominibus, at mihi qui sum fidelis: infidelis autem miraculum nondum vidit. Tum vero illo die natura omnis humana in medium progressa, quod fiet admirabitur, præcipue vero nobis etiam tum manifestius erit. Jam enim credimus, sed non

Locus a Theodoreto citatus Dial. I.

In portu naufragium fecit Adamus.

Ephes. 2. 6.

[a] Unus Colb. λογικῆς φύσεως, & sic Savil. in textu, in marg. vero, κτήσεως.

ex æquo miraculum exprimit auditus & visus. Sed quemadmodum in regibus dum purpuram & diadema, & aureas vestes solliumque regium audimus, admiramur quidem, at multo amplius id nobis accidit, cum contractis aulæis ipsum in sublimi præsidentem cernimus tribunali: sic & in Unigenito, cum cælorum viderimus aulæa contracta, & Regem Angelorum inde descendentem a cælestibus turmis stipatum, tum vero majus miraculum nobis oculorum ministerio apparebit. Cogita namque quale sit naturam nostram Cherubinis invectam intueri, totumque angelicum exercitum illi circumfusum.

2. Pauli vero sapientiam quoque mihi considera, quam multa nomina conquirat, ut divinam exprimat benignitatem. Non enim dixit simpliciter gratiam, neque simpliciter divitias, sed quid? *abundantes divitias gratiæ in bonitate.* Sed neque sic tamen exprimere potuit. Et quemadmodum lævia & lubrica corpora licet innumeris manibus teneantur, nobis elabuntur, & facile effugiunt: sic & Dei benignitatem quantiscumque nominibus complecti conemur, ne sic quidem comprehendere possumus, sed verborum nostrorum imbecillitatem ejus magnitudo longo superat intervallo. Quod cum expertus esset Paulus, & ipsius magnitudine verborum vim cerneret superari, uno prolato verbo discessit. Quodnam illud est tandem? *Gratia autem Deo super inenarrabili dono ejus.* Neque enim sermo ullus, neque mens ulla Dei providentiam posset exprimere. Propterea hic quidem inenarrabilem illam ait esse, alibi autem & mentem nostram exsuperare, sic dicens: *Pax Dei, quæ exsuperat omnem mentem, custodiet corda vestra.* Sed quod dicebam, duo quidem hactenus defensionis reperti sunt modi, unus, quod non Deus ejecerit, sed nos amiserimus: secundus, quod plura quam fuerant a nobis amissa, in nos collata sint bona: volo autem & tertium dicere. Quis ergo tertius est? quod nimirum, licet majora quam fuerant amissa, postea non dedisset, sed quæ data fuerant, tantum abstulisset, cum nos causam dedissemus, hoc enim addatur; hoc quoque suffecisset unum ad ipsius providentiam & curam erga nos ostendendam. Neque enim quod det tantum, sed etiam quod quæ data sunt auferat, maximæ specimen præ se fert benignitatis. Ac si placet, ex sermone de paradiso id ostendere aggrediamur. Paradisum dederat, hoc ipsius curæ fuit: indigni hoc munere visi sumus, hoc nostræ fuit improbitatis. Abstulit munus illis, qui indigni evaserant: hoc ipsius bonitati tribuendum est. Et quæ tandem hæc bonitas est rem datam auferre? Exspecta, & omnino audies. Cogita namque quis futurus fuisset Caïn, si post homicidium in paradiso mansisset. Si enim cum ab illa habitatione excidisset, si ad laborem & ærumnas damnatus, & mortis minas intuens imminentes, si cu n

2. Cor. 9. 15.

Deus non cum dat modo, sed cum aufert bonus.

[a] Unus Colb. τὴν ἐπίνοιαν.

A ὁμοίως τὸ θαῦμα παρίστησιν ἀκοὴ καὶ ὄψις. ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τῶν βασιλέων ἀκούοντες τὴν ἁλουργίδα καὶ τὸ διάδημα καὶ τὰ χρυσᾶ ἱμάτια καὶ τὸν θρόνον τὸν βασιλικὸν, θαυμάζομεν μὲν, μειζόνως δὲ τοῦτο πάσχομεν, ὅταν τῶν παραπετασμάτων συνελκυσθέντων ἴδωμεν αὐτὸν ἐφ' ὑψηλοῦ τοῦ βήματος προκαθήμενον· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ μονογενοῦς· ὅταν ἴδωμεν τὰ παραπετάσματα τῶν οὐρανῶν συνελκυσθέντα, καὶ καταβαίνοντα τὸν βασιλέα τῶν ἀγγέλων ἐκεῖθεν καὶ δορυφορούμενον ὑπὸ τῶν οὐρανίων δήμων, τότε μεῖζον ἀπὸ τῆς ὄψεως τὸ θαῦμα δεχόμεθα. ἐννόησον γάρ μοι, οἷόν ἐστιν ἰδεῖν τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν ἐπὶ B τῶν Χερουβὶμ ὀχουμένην, καὶ πᾶσαν αὐτῇ τὴν ἀγγελικὴν περικεχυμένην δύναμιν.

Σκόπει δέ μοι καὶ τὴν Παύλου σοφίαν, πόσα ὀνόματα ἐπιζητεῖ, ὥστε παραστῆσαι τοῦ θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν. οὐ γὰρ εἶπεν ἁπλῶς τὴν χάριν, οὐδὲ τὸν πλοῦτον ἁπλῶς, ἀλλὰ τί; τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον τῆς χάριτος ἐν χρηστότητι. ἀλλ' ὅμως καὶ οὕτως ἠτόνησε. καὶ καθάπερ τὰ ὀλισθηρὰ τῶν σωμάτων μυρίαις κατεχόμενα χερσὶ, διαφεύγει τὰς λαβὰς ἡμῶν, καὶ διολισθαίνει ῥᾳδίως· οὕτω καὶ τὴν τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν, ὅσοις ἂν αὐτὴν κατάσχωμεν ὀνόμασιν, οὐδὲ οὕτω δυνάμεθα C περιλαβεῖν, ἀλλὰ νικᾷ τὸ μέγεθος αὐτῆς ἐκ πολλῆς περιουσίας τῶν ἡμετέρων ῥημάτων [a] τὴν ἀτονίαν. ὅπερ οὖν καὶ Παῦλος παθὼν, καὶ ἰδὼν ἡττωμένην τῶν ῥημάτων τὴν δύναμιν τοῦ μεγέθους αὐτῆς, ἓν εἰπὼν ῥῆμα ἀπέστη. ποῖον δὲ τοῦτο; χάρις δὲ τῷ θεῷ ἐπὶ τῇ ἀνεκδιηγήτῳ αὐτοῦ δωρεᾷ. οὔτε γὰρ λόγος, οὔτε νοῦς οὐδεὶς παραστῆσαι δυνήσεται τοῦ θεοῦ τὴν κηδεμονίαν. διὰ τοῦτο ἐνταῦθα μὲν ἀνεκδιήγητον αὐτὴν εἶναί φησιν· ἀλλαχοῦ δὲ, καὶ τὸν νοῦν ἡμῶν ὑπερβαίνειν, οὑτωσὶ λέγων· ἡ εἰρήνη τοῦ θεοῦ ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν φρουρήσει τὰς καρδίας ὑμῶν. ἀλλ' ὅπερ ἔλεγον, δύο μὲν οὗτοι τέως ἀπολογίας εὑρίσκονται τρόποι· εἷς μὲν, ὅτι οὐχ ὁ θεὸς ἐξέβαλεν, ἀλλ' ἡμεῖς D ἀπωλέσαμεν· δεύτερος δὲ, ὅτι πλείω τῶν ἀπολωλότων καὶ μείζονα τὰ δοθέντα ἡμῖν ἀγαθά. βούλομαι δὲ καὶ τρίτον εἰπεῖν. τίς οὖν ἐστιν ὁ τρίτος; ὅτι εἰ καὶ μὴ ἔδωκε μείζω τῶν ἀπολωλότων τὰ μετὰ ταῦτα, ἀλλ' ἀφείλετο μόνον τὰ δοθέντα ἡμῖν, ἡμῶν παρεχόντων τὴν αἰτίαν, τοῦτο γὰρ προσκείσθω, καὶ τοῦτο ἱκανὸν καθ' ἑαυτὸ δεῖξαι τὴν κηδεμονίαν αὐτοῦ τὴν εἰς ἡμᾶς. οὐ γὰρ τὸ δοῦναι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀφελέσθαι τὰ δοθέντα, μεγίστης φιλανθρωπίας ἐστί. καὶ, εἰ βούλεσθε, ἐπὶ τοῦ παραδείσου τὸν λόγον γυμνάσωμεν. ἔδωκε τὸν παράδεισον· τοῦτο τῆς αὐτοῦ κηδεμονίας· ἀνάξιοι τῆς δωρεᾶς ὤφθη- E μεν· τοῦτο τῆς ἡμετέρας ἀγνωμοσύνης. ἀφείλετο τὴν δωρεὰν ἀναξίοις γινομένοις· τοῦτο τῆς αὐτοῦ γέγονεν ἀγαθότητος. καὶ ποία ἀγαθότης, φησὶ, τὸ ἀφελέσθαι τὴν δωρεάν; ἀνάμεινον, καὶ ἀκούσῃ πάντως. ἐννόησον γὰρ τίς ἔμελλεν ὁ Κάϊν ἔσεσθαι, ἐν παραδείσῳ διατρίβων μετὰ τὴν μιαιφονίαν. εἰ γὰρ καὶ ἐκπεσὼν ἐκείνης τῆς διαίτης, εἰ μόχθῳ καὶ πόνῳ καταδικασθεὶς, καὶ τοῦ θανάτου τὴν ἀπειλὴν ἐπηρτημένην ὁρῶν, εἰ τοῦ πατρὸς περὶ τὸν

ὀφθαλμῶν βλέπων τὴν συμφορὰν, καὶ ἐν χερσὶν ἔχων ἔτι τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ τὰ ἴχνη, καὶ τοσούτοις περιτετειχισμένος δεινοῖς, εἰς τοσοῦτον ἐξελάκτισε πονηρίας, ὥστε ἀγνοῆσαι τὴν φύσιν, καὶ ἐπιλαθέσθαι τῆς κοινωνίας τῶν ὠδίνων, καὶ τὸν οὐδὲν ἠδικηκότα σφάξαι, καὶ ἀδελφικοῦ σώματος ἅψασθαι, καὶ αἱμάξαι τὴν δεξιὰν, καὶ τοῦ Θεοῦ παραινοῦντος ἡσυχάζειν μὴ ἀνέχεσθαι, ἀλλ' ὑβρίσαι τὸν πεποιηκότα, ἀτιμάσαι τοὺς γεγεννηκότας, εἰ ἐν παραδείσῳ διέτριβεν οὗτος, σκόπει πρὸς πόσην ἂν ἤλασε κακίαν. Εἰ γὰρ, τούτων ἐπικειμένων τῶν χαλινῶν, θανάσιμα ἐσκίρτησε σκιρτήματα, εἰ καὶ τὰ τείχη ταῦτα ἀνῄρητο, ποῦ οὐκ ἂν ἑαυτὸν κατεκρήμνισε; Βούλει καὶ ἀπὸ τῆς τούτου μητρὸς μαθεῖν, ἴσον ἀγαθὸν γέγονε τὸ τῆς τοῦ παραδείσου διαίτης ἐκπεσεῖν; ἐξέτασον τίς ἦν ἡ Εὔα πρὸ τούτου, καὶ τίς ἐγένετο μετὰ ταῦτα. Πρὸ τούτου μὲν, τὸν ἀπατεῶνα διάβολον, τὸν πονηρὸν δαίμονα ἐκεῖνον ἀξιοπιστότερον εἶναι ἐνόμισε τῶν τοῦ Θεοῦ προσταγμάτων, καὶ ἀπὸ ψιλῆς ὄψεως τοῦ δένδρου κατεπάτησε τὸν παρ' αὐτοῦ τεθέντα νόμον. Ἐπειδὴ δὲ ἐξέπεσε τοῦ παραδείσου, σκόπει πῶς βελτίων ἐγένετο καὶ σωφρονεστέρα. Τεκοῦσα γὰρ υἱὸν, φησὶν, Ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ Θεοῦ. Ἐπὶ τὸν δεσπότην εὐθέως κατέφυγεν ἡ τοῦ δεσπότου πρὸ τούτου καταφρονήσασα, καὶ οὐχὶ τῇ φύσει τὸ πρᾶγμα λογίζεται, οὐδὲ νόμῳ γάμου τὸν τόκον ἀνατίθησιν· ἀλλ' οἶδε τὸν τῆς φύσεως δεσπότην, κἀκείνῳ χάριτας ὑπὲρ τῆς τοῦ παιδίου γεννήσεως ὁμολογεῖ. Καὶ ἡ πρὸ τούτου τὸν ἄνδρα ἀπατήσασα, ὕστερον καὶ τὸ παιδίον ἐπαίδευσε, καὶ ὄνομα ἐπιτίθησιν αὐτῷ τὸ δυνάμενον αὐτὸν εἰς ὑπόμνησιν ἄγειν τῆς τοῦ Θεοῦ δωρεᾶς· καὶ πάλιν ἕτερον τεκοῦσα, φησίν· Ἐξανέστησέ μοι ὁ Θεὸς σπέρμα ἀντὶ Ἄβελ, ὃν ἀπέκτεινε Κάϊν. Μέμνηται τῆς συμφορᾶς, καὶ οὐκ ἀποδυσπετεῖ τὸ γύναιον, ἀλλ' εὐχαριστεῖ τῷ Θεῷ πάλιν, καὶ τὸ παιδίον ἀπὸ τῆς δωρεᾶς καλεῖ, διηνεκῆ παρέχουσα αὐτῷ διδασκαλίας ὑπόθεσιν. Οὕτω καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ἀφελέσθαι μείζονα ἐχαρίσατο ὁ Θεὸς ἀγαθά· ἐξέπεσε τοῦ παραδείσου ἡ γυνὴ, ἀλλὰ πρὸς θεογνωσίαν ἐχειραγωγήθη διὰ τῆς ἐκβολῆς· ὥστε μεῖζον εὗρεν, ἢ ἀπώλεσε. Καὶ εἰ χρήσιμον ἦν, φησὶ, τὸ ἐκπεσεῖν τοῦ παραδείσου, τίνος ἕνεκεν ἔδωκε παρὰ τὴν ἀρχὴν τὸν παράδεισον ὁ Θεός; Χρήσιμον τοῦτο διὰ τὴν ῥᾳθυμίαν, ἄνθρωπε, ἐγένετο τὴν ἡμετέραν· ὡς εἴγε προσεῖχον ἑαυτοῖς ἐκεῖνοι, καὶ τὸν δεσπότην ἐπεγίνωσκον, καὶ σωφρονεῖν ἠπίσταντο καὶ μετριάζειν, ἔμειναν ἂν ἐπὶ τῆς τιμῆς· ἐπειδὴ δὲ ἐξύβρισαν εἰς τὴν δοθεῖσαν δωρεὰν, τηνικαῦτα χρήσιμον ἐγένετο τὸ ἐκβληθῆναι. Τίνος οὖν ἕνεκεν παρὰ τὴν ἀρχὴν ἔδωκεν ὁ Θεός; ἵνα τὴν οἰκείαν ἐπιδείξηται φιλανθρωπίαν, καὶ ὅτι αὐτοὺς μὲν παρεσκεύαστο πρὸς μείζονα τιμὴν ἄγειν ἡμᾶς ἀεί· ἡμεῖς δὲ αἴτιοι πανταχοῦ τῶν κολάσεων καὶ τῶν τιμωριῶν, ἐκβάλλοντες ἑαυτοὺς διὰ ῥᾳθυμίας τῶν δεδομένων ἡμῖν ἀγαθῶν. Καθάπερ οὖν πατὴρ φιλόστοργος παρὰ μὲν τὴν ἀρχὴν ἀφίησιν ἐπὶ τῆς οἰκίας τὸν παῖδα τὸν ἑαυτοῦ διατρίβειν, καὶ τῶν πατρῴων ἀπολαύειν ἁπάντων· ἐπειδὰν δὲ ἴδῃ φαῦλον τῇ τιμῇ γεγενημένον, ἀπάγει τῆς τραπέζης, καὶ πόῤῥωθεν τῆς οἰκείας ὄψεως καθίστησι, πολλάκις δὲ καὶ αὐτῆς ἐκβάλλει τῆς πατρῴας οἰκίας, ἵνα ἐκπε-

A ante oculos positam parentis calamitatem haberet, & objecta pedibus suis iræ Dei vestigia cerneret, ac tantis malis circumseptus esset, in tantam erupit improbitatem, ut naturam ignoraret, communionis partus oblivisceretur, eum, a quo nulla fuerat affectus injuria, necaret, fraternum sanguinem funderet, dexteram cruentaret, cumque Deus illum admoneret, ut quiesceret, non pareret, sed conditorem suum probro afficeret, parentibus ignominiam inferret, hic si in paradiso versatus fuisset, expende in quantam nequitiam prorupisset. B Nam si tam multis frenis injectis, tot lethales saltus dedit; si sublati obices isti fuissent, quo non seipsum præcipitem egisset? Vis etiam ex matris hujus exemplo discere, quantum bonum exstiterit a paradisi habitatione excidisse? Scrutare qualis antea esset Eva, & qualis postea evaserit. Antea quidem deceptorem diabolum, malignum illum dæmonem fide digniorem Dei mandatis existimavit, & solo arboris aspectu illecta latam ab illo legem violavit: postquam autem excidit paradiso, quo pacto melior ac modestior sit facta, considera. Cum enim C filium esset enixa, *Possedi*, inquit, *hominem per Deum.* Ad Dominum confestim confugit ea, quæ Dominum ante contemserat, neque naturæ rem adscribit, neque matrimonii legibus partum acceptum fert: sed naturæ Dominum agnoscit, eique nato jam filio gratias agit: quæque maritum antea in fraudem illexerat, filium etiam erudivit, eique nomen imposuit, a quo de Dei munere posset admoneri: cumque alterum rursus peperisset, ait: *Suscitavit mihi Deus semen pro Abel, quem occidit Cain.* Calamitatis recordatur, neque fert impatienter mulier, sed iterum Deo gratias agit, ac filio nomen D ex munere divino imponit, eique perpetuam doctrinæ occasionem præbet. Ita, dum etiam abstulit, Deus majora bona largitus est. Paradiso excidit mulier, sed ad Dei cognitionem hac ejectione deducta est: itaque plus invenit, quam perdidit. Quod si utile erat excidere paradiso, cujus rei gratia paradisum ab initio dedit Deus? Utiliter hoc factum est, mi homo, propter negligentiam nostram: itaque si sibi cavissent illi, ac Dominum agnovissent, & sobrii fuissent ac modesti, permansissent in honore: cum autem datum sibi munus ignominia affecissent, tunc utile fuit, ut ejicerentur. Cur igitur E illud initio dedit Deus? ut suam ostenderet benignitatem, seque paratum semper esse nos ad majores honores provehere: nos vero nobis ubique pœnarum & suppliciorum auctores sumus, dum nos ipsos nostra socordia bonis, quæ nobis fuerant concessa, privamus. Ut igitur indulgens pater initio quidem filium suum domi manere sinit, & paternis omnibus frui bonis: postquam autem illum viderit hoc honore fuisse depravatum, arcet a mensa, ac longe a conspectu suo collocat, sæpenumero etiam ex ipsis paternis ædibus ejicit, ut illis

Evæ profuit extra paradisum fuisse.

Gen. 4. 1.

Gen. 4. 25.

privatus, & hac contumelia & dedecore melior effectus, dignum reditu seipsum rursus efficiat, ac paternam capiat hæreditatem: ita quoque fecit Deus. Paradisum homini dedit: cum se indignum ostendisset, ejecit, ut externa illa habitatione ignominiaque melior effectus ac modestior, dignus reditu appareret. Quoniam igitur postea Luc. 23. 43. resipuerat, revocat illum rursus, & ait: *Hodie mecum eris in paradiso*. Vides non quod dederit paradisum, sed quod ejecerit e paradiso maximæ curæ specimen exstitisse? nisi enim paradiso excidisset, paradiso dignus rursus non apparuisset.

4. Hunc igitur sermonem perpetuo memoria teneamus; hunc & in argumento proposito, si lubet, ventilemus. Communem omnibus linguam dedit: hoc ejus fuit benignitatis. Non usi sunt illi dono ut opus fuit, sed in extremam dementiam sunt prolapsi; quod datum fuerat, rursus abstulit. Si enim quod unam linguam haberent, in tantam insaniam inciderunt, ut turrim ad cælos usque pertinentem ædificare vellent, nisi statim puniti fuissent, nonne ipsum quoque cælorum fastigium occupare cupivissent? Licet enim illis esset impossibile, tamen si animi spectes propositum, scelus illud impium admiserunt. Quæ omnia cum prævidisset Deus, quandoquidem linguæ concordia non ut oportuit usi erant, dissidio linguarum, ut oportuit, illos dividit. Ac mihi clementiam ipsius velim consideres. *Ecce*, inquit, *vox una omnibus*, *& hoc facere cœperunt*. Quam ob causam non statim eo devenit, ut linguam divideret, sed prius se excusat, quasi in judicio causam dicturus? tametsi nemo illi dicturus est, Quid fecisti? sed in potestate situm est ipsius, ut cuncta, quæ voluerit, faciat. Attamen quasi rationem redditurus ita excusationem ac defensionem instituit, ut nos doceat humanitatem & clementiam exercere. Nam si Dominus servis se excusat, atque illis qui injuria ipsum affecerant: multo magis nos mutuo excusare oportet, licet vel maxima fuerimus injuria læsi. Vide quæso, quo pacto se excuset: *Ecce labium unum, & vox una omnibus*, inquit, *& hoc facere cœperunt*. Quasi diceret: Nemo mihi vitio vertat ista, cum divisam linguam viderit, nemo diversitatem hanc linguarum ab initio fuisse insertam hominibus arbitretur. Ecce labium unum, & vox una omnibus: sed non usi sunt dono, ut oportuit. Atque ut intelligas eum non tam quod factum fuerat punire, quam quod futurum erat prævia cautione corrigere, audi quid adjungat: *Et nunc non deficient ab illis omnia, quæcumque conati fuerint facere*. Horum autem verborum hæc est sententia. Nisi jam pœnas dent, & ab ipsa peccatorum radice refrenentur, nullum facient finem scelera perpetrandi. Hoc enim sibi volunt illa verba, *Non deficient ab illis omnia, quæcumque conati fuerint facere*. Quasi diceret: Alia quoque majora scelera adjicient. Talis enim res est malitia: si

Cur non acciderit citius divisio linguarum. Gen. 11.

Gen. 11. 6.

A σὼν ἐκεῖνος, καὶ βελτίων γενόμενος τῇ ὕβρει ταύταις καὶ τῆς ἀτιμίαις, ἄξιον ἑαυτὸν [a] ἀποφήνῃ τῆς ἐπανόδου πάλιν, καὶ τὸν πατρῷον διαδέξηται κλῆρον· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς ἐποίησεν. ἔδωκε τῷ ἀνθρώπῳ τὸν παράδεισον· ἀνάξιον φανέντα ἐξέβαλεν, ἵνα διὰ τῆς ἔξω διατριβῆς καὶ τῆς ἀτιμίας βελτίων γενόμενος καὶ σωφρονέστερος, ἄξιος φανῇ τῆς ἐπανόδου πάλιν. ἐπειδὴ τοίνυν μετὰ ταῦτα βελτίων ἐγένετο, ἐπανάγει πάλιν αὐτὸν, καί φησι· σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. ὁρᾷς ὅτι οὐ τὸ δοῦναι τὸν παράδεισον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐκβαλεῖν τοῦ παραδείσου, τῆς μεγίστης κηδεμονίας ἦν; εἰ μὴ γὰρ ἐξέπεσε

B τοῦ παραδείσου, οὐκ ἂν ἐφάνη τοῦ παραδείσου πάλιν ἄξιος.

Τοῦτον τοίνυν διαπαντὸς τηρῶμεν τὸν λόγον, τοῦτον καὶ ἐπὶ τῆς προκειμένης, εἰ βούλεσθε, γυμνάσωμεν ὑποθέσεως. ἔδωκε φωνὴν κοινὴν ἅπασι. τοῦτο τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας. οὐκ ἐχρήσαντο εἰς δέον ἐκεῖνοι τῷ δώρῳ, ἀλλὰ πρὸς ἄνοιαν ἐξέκλιναν ἐσχάτην· ἀφείλετο τὸ δοθὲν πάλιν. εἰ γὰρ ἐπειδὴ γλῶσσαν εἶχον μίαν, εἰς τοσαύτην ἐξέπεσον ἄνοιαν, ὡς βουληθῆναι πύργον ἕως τοῦ οὐρανοῦ οἰκοδομῆσαι, εἰ μὴ παραχρῆμα ἐκολάσθησαν, ἆρα οὐκ ἂν ἐπεθύμησαν καὶ αὐτῆς τοῦ οὐρανοῦ τῆς κορυφῆς ἐπιλαβέσθαι; τί γὰρ, εἰ καὶ ἀδύνατον ἦν ἐκείνοις; ἀλλ' ὅμως ἐκ τῆς προθέσεως τὰ τῆς

C ἀσεβείας αὐτοῖς ἀπηρτίζετο. ἅπερ ἅπαντα προορῶν ὁ Θεὸς, ἐπειδὴ εἰς δέον οὐκ ἐχρήσαντο τῇ ὁμοφωνίᾳ, εἰς δέον αὐτοὺς διαιρεῖ τῇ διαφωνίᾳ. καὶ σκόπει μοι τὴν φιλανθρωπίαν αὐτοῦ. ἰδοὺ, φησὶ, φωνὴ μία πᾶσι, καὶ τοῦτο ἤρξαντο ποιῆσαι. τίνος ἕνεκεν οὐκ εὐθέως ἦλθεν ἐπὶ τὸ διατεμεῖν τὴν γλῶτταν, ἀλλὰ πρότερον ἀπολογεῖται, καθάπερ ἐν δικαστηρίῳ κρίνεσθαι μέλλων; καίτοι γε οὐδεὶς αὐτῷ ἐρεῖ, τί ἐποίησας; ἀλλὰ κύριός ἐστι πάντα ποιεῖν ὅσα βούλεται. ἀλλ' ὅμως καθάπερ μέλλων εὐθύνας ὑπέχειν, οὕτως ἀπολογίας τίθησιν, ἡμᾶς διδάσκων ἡμέρους εἶναι καὶ φιλανθρώπους. εἰ γὰρ ὁ δεσπό-

D της τοῖς δούλοις ἀπολογεῖται, καὶ ταῦτα ἠδικηκόσι, πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς ἀλλήλοις ἀπολογεῖσθαι χρὴ, κἂν τὰ μέγιστα ὦμεν ἠδικημένοι. ὅρα γοῦν πῶς ἀπολογεῖται· ἰδοὺ χεῖλος ἓν, καὶ φωνὴ μία πᾶσι, φησὶ, καὶ τοῦτο ἤρξαντο ποιῆσαι. ὡσανεὶ ἔλεγε. μηδεὶς ἐγκαλείτω μοι ταύτην τὴν γλῶτταν διατετμημένην ὁρῶν, μηδεὶς ἐξ ἀρχῆς νομιζέτω τὴν διαφωνίαν ταύτην τοῖς ἀνθρώποις συγκαταβεβλῆσθαι. ἰδοὺ χεῖλος ἓν, καὶ μία φωνὴ πᾶσιν. ἀλλ' οὐκ ἐχρήσαντο εἰς δέον τῇ δωρεᾷ. καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι οὐ τὸ γινόμενον κολάζει τοσοῦτον, ὅσον τὸ μέλλον

E προδιορθοῦται, ἄκουσον τῆς ἐπαγωγῆς, καὶ νῦν οὐ μὴ ἐκλείψῃ ἐξ αὐτῶν πάντα, ὅσα ἂν ἐπιθῶνται ποιῆσαι. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· ἐὰν μὴ δῶσι δίκην νῦν, καὶ ἀπὸ τῆς ῥίζης αὐτῆς τῶν ἁμαρτημάτων ἀναχαιτισθῶσιν, οὐ στήσονται τῆς πονηρίας οὐδαμοῦ· τοῦτο γάρ ἐστιν, οὐ μὴ ἐκλείψῃ ἐξ αὐτῶν πάντα, ὅσα ἂν ἐπιθῶνται ποιῆσαι. ὡσανεὶ ἔλεγε, καὶ ἕτερα προσθήσουσι μείζονα ἀτοπήματα. τοιοῦτον γὰρ ἡ πονηρία, ὅταν ἀρχὴν λά-

[a] Colb. ἀποδείξῃ

βοῦσα μὴ κωλυθῇ, καθάπερ πῦρ ὕλης ἐπιλαβόμενον, οὕτω πρὸς ὕψος ἀνίησιν ἄφατον. ὁρᾷς ὅτι καὶ τὸ ἀφελέσθαι τὴν ὁμοφωνίαν φιλανθρωπίας ἐγένετο πολλῆς; ἐνέβαλε γὰρ αὐτοὺς εἰς διαφωνίαν, ἵνα μὴ ἐκπέσωσιν εἰς πονηρίαν μείζονα. τοῦτον δή μοι διατηρεῖτε τὸν λόγον, καὶ πεπηγὼς ἀεὶ παρ' ὑμῖν ἔστω καὶ ἀκίνητος, ὅτι οὐκ εὐεργετῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ κολάζων, ἀγαθός ἐστι καὶ φιλάνθρωπος ὁ θεός. καὶ γὰρ αἱ κολάσεις αὐτοῦ καὶ αἱ τιμωρίαι μέγιστον εὐεργεσίας μέρος, μέγιστον προνοίας εἶδός εἰσιν. ὅταν οὖν ἴδῃς λιμοὺς γινομένους, καὶ λοιμούς, καὶ αὐχμούς, καὶ ἐπομβρίας, καὶ ἀέρων ἀνωμαλίας, ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων τῶν κολαζόντων τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, μὴ δυσχεράνῃς, μηδὲ ἀποδυσπετήσῃς, ἀλλὰ προσκύνησον τὸν ποιοῦντα, θαύμασον αὐτὸν τῆς κηδεμονίας. ἐκεῖνος γάρ ἐστιν ὁ ταῦτα ποιῶν, καὶ τὸ σῶμα κολάζων, ἵνα τὴν ψυχὴν σωφρονίσῃ. καὶ ὁ θεὸς ταῦτα ποιεῖ, φησίν; ὁ θεὸς ταῦτα ποιεῖ· κἂν ἡ πόλις παρῇ πᾶσα, κἂν ἡ οἰκουμένη πᾶσα, οὐκ ὀκνήσω τοῦτο εἰπεῖν. εἴθε μοι καὶ σάλπιγγος ἦν φωνὴ λαμπροτέρα, καὶ ἐν ὑψηλῷ στῆναι χωρίῳ δυνατὸν ἦν, καὶ πᾶσι βοῆσαι καὶ διαμαρτύρασθαι, ὅτι ὁ θεὸς ταῦτα ποιεῖ. οὐκ ἐξ ἀπονοίας ταῦτα λέγω, ἀλλ' ἔχω παρεστῶτα τὸν προφήτην μετ' ἐμοῦ βοῶντα καὶ λέγοντα· ὅτι οὐκ ἔστι κακία ἐν πόλει, ἣν κύριος οὐκ ἐποίησε· κακία δὲ ὁμώνυμόν ἐστιν ὄνομα· καὶ τῆς προσηγορίας ἑκατέρας βούλομαι τὴν ἀκριβῆ μαθεῖν ὑμᾶς σημασίαν, ἵνα μὴ διὰ τὴν ὁμωνυμίαν τῶν πραγμάτων συγχέοντες τὴν φύσιν, εἰς βλασφημίαν ἐμπέσητε.

Ἔστι τοίνυν κακία, ἡ ὄντως κακία, πορνεία, μοιχεία, πλεονεξία, καὶ τὰ μυρία δεινὰ τὰ τῶν ἐσχάτων ὄντα ἐγκλημάτων ἄξια καὶ τιμωριῶν. πάλιν ἐστὶ κακία, μᾶλλον δὲ οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ λέγεται, λιμός, λοιμός, θάνατος, νόσος, καὶ ὅσα τοιαῦτα. ταῦτα γὰρ οὐκ ἂν εἴη κακά· διὰ τοῦτο εἶπον, λέγεται μόνον. τί δήποτε; ὅτι εἰ κακὰ ἦν, οὐκ ἂν ἀγαθῶν ἡμῖν αἴτια ἐγένοντο, σωφρονίζοντα τὴν ἀπόνοιαν, ἐκκόπτοντα τὴν ῥαθυμίαν, καὶ πρὸς σπουδὴν ἐπαλείφοντα, προσεκτικωτέρους ποιοῦντα. ὅτε γάρ, φησιν, ἀπέκτεινεν αὐτούς, τότε ἐξεζήτουν αὐτόν, καὶ ἐπέστρεφον, καὶ ὤρθριζον πρὸς τὸν θεόν. κακίαν οὖν ταύτην φησὶ τὴν σωφρονίζουσαν, τὴν λαμπροτέρους ποιοῦσαν, τὴν σπουδαιοτέρους ἐργαζομένην, τὴν πρὸς φιλοσοφίαν ἐπαλείφουσαν, οὐκ ἐκείνην τὴν διαβεβλημένην, καὶ ἐγκλημάτων ἀξίαν. ἐκείνη γὰρ οὐ θεοῦ ἔργον, ἀλλὰ τῆς ἡμετέρας προαιρέσεως εὕρεμα· αὕτη δὲ πρὸς τὴν ἐκείνης ἀναίρεσιν γίνεται· κακίαν οὖν ταύτην καλεῖ τὴν κάκωσιν, τὴν ἐκ τῶν τιμωριῶν γινομένην ἡμῖν· οὐ κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ὑπόνοιαν τῶν ἀνθρώπων, οὕτως αὐτὴν ὀνομάζων. ἐπειδὴ γὰρ κακίαν καλεῖν εἰώθαμεν, οὐ τὰς κλοπὰς καὶ τὰς μοιχείας μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς συμφοράς, ἀπὸ τῆς τῶν ἀνθρώπων ψήφου οὕτω τὸ πρᾶγμα ἐκάλεσε. τοῦτο οὖν ἐστιν ὅ φησιν ὁ προφήτης, ὅτι οὐκ ἔστι κακία ἐν πόλει, ἣν

A cum primum initium duxerit, non cohibeatur, tamquam ignis arida ligna corripiens, sic in immensam assurgit altitudinem. Vides hoc ipsum quoque benignitatis fuisse non mediocris, quod unitatem vocis abstulerit? Dissidium quippe linguarum invexit, ne in majorem improbitatem laberentur. Hunc mihi sermonem memoria tenete, nec umquam elabi ex ea sinite, Deum nimirum non modo cum afficit beneficiis, sed etiam cum punit, bonum esse ac benignum. Nam & ipsius pœnæ ac supplicia beneficiorum ejus sunt pars maxima, & providentiæ genus maximum. Cum ergo famem, pestes, aëris B siccitates, imbres continuos, & aëris inæqualitates, vel aliud quippiam videris, quo genus humanum puniatur, nec ægre feras, neque indigneris, sed adora rerum illarum auctorem, atque illum curæ ac solicitudinis nomine commenda. Ille quippe est, qui hæc omnia peragit, & corpus castigat, ut anima emendetur. An vero Deus hæc peragit? dicet aliquis. Ille vero hæc peragit; quamvis civitas omnis adesset, quamvis universus orbis terrarum, hoc dicere me non pigebit. Atque utinam tuba clarior mihi vox esset, atque in sublimi loco possem consistere, atque omnibus proclamare ac testificari Deum ista præstare. Neque præ nimia arrogantia C hæc a me dicuntur, sed assistentem habeo Prophetam mecum clamantem ac dicentem: quia *non est malitia in civitate, quam non fecerit Dominus*: (Amos 3. 6.) est autem nomen æquivocum, malitia, & utriusque appellationis volo vos exactam significationem ediscere, ne forte propter dictionis ambiguitatem naturam confundentes rerum, in blasphemiam incidatis.

5. Est igitur malitia, quæ vere malitia est, (Malitiæ nomen variis modis accipitur.) fornicatio, adulterium, avaritia, & innumera mala, quæ summis criminibus suppliciisque sunt digna. Rursus est malitia, vel potius non est, sed dicitur malitia, fames, pes- D tis, mors, ægritudo, & alia ejusmodi. Hæc enim vere non sunt mala: propterea dixi tantum appellari. Quid ita? Quod si mala essent, bonorum nobis causæ non essent; dum arrogantiam reprimunt, torporem excutiunt, & ad diligentiam incitant, dum attentiores nos reddunt. *Cum enim, inquit, occideret eos, tunc quærebant eum: & diluculo veniebant ad Deum.* (Ps. 77. 34.) Malitiam igitur hanc dicit, quæ corrigit, quæ reddit illustres, quæ diligentiores efficit, quæ philosophiam inserit, non E illam accusationi & reprehensioni obnoxiam. Nam illa Dei opus non est, sed nostræ voluntatis inventum: hæc autem ad illam tollendam instituta est. Malitiam igitur hanc appellat afflictionem, quæ nobis ex suppliciis oritur, non ex sua natura, sed ex hominum opinione tale illi nomen imponens. Nam quoniam malitiam solemus vocare non furta solum & adulteria, sed etiam calamitates, ex hominum sententia ita rem appellavit. Hoc igitur est, quod ait Propheta, quia *non est malitia in civitate, quam non fecerit* (Amos 3. 6.)

Dominus. Hoc etiam per Hesaïam antea significavit Deus, cum dixit: *Ego Deus faciens pacem, & creans mala*: mala rursus calamitates appellans. Hanc etiam Christus malitiam in Evangeliis subindicat, cum Discipulis ita dicit: *Sufficit diei malitia sua*, hoc est afflictio, miseria. Liquet igitur undique malitiam hic eum pœnas appellare, quas & ipse nobis dum infert, maximum suæ curæ ac providentiæ genus exhibet. Nam & medicus, non cum ægrum in hortos ac prata deducit, laudandus est tantum, nec cum in balnea, & piscinas aquarum, nec cum opiparam mensam apponit, sed & cum jejunum jubet manere, cum fame torquet, & siti excruciat, cum lecto affigit, & domum convertit in carcerem, cum ipso lumine illum privat, ac domum undique tapetibus obumbrat, cum secat & urit, cum acerba porrigit medicamenta, ex æquo medicus est. Annon igitur absurdum est, illum tot malis illatis medicum vocare, Deum vero, si quid tale præstiterit, exempli causa, si famem aut mortem invexerit, blasphemare, atque illi curam universi detrahere? Atqui verus medicus est ipse solus & animarum & corporum. Quocirca sæpenumero naturam nostram ex nimia prosperitate insultantem deprehendens, & cui jam peccatorum febris ingrueret, egestate, fame, morte, ac cæteris ærumnis aliisque medicamentis sibi notis ab ægritudine illam liberat. Atqui pauperes soli famem sentiunt, inquit: Sed non sola fame castigat, verum aliis quoque innumeris. Ac paupertate quidem pressum sæpe fame vexatum emendavit: divitem autem, & opibus abundantem, periculis, morbis, acerbis funeribus. Solers enim est, eique varia suppetunt salutis nostræ medicamenta. Ita quoque faciunt judices: non honoribus tantum afficiunt, & coronant urbium incolas, neque dona tantum largiuntur, sed & sæpenumero puniunt. Propterea gladius illorum exacuitur, & barathra parantur, & rota, & equulei, & carnifices, & alia innumera genera suppliciorum. Quod igitur est apud judices carnifex, hoc apud Deum est fames, quæ tamquam carnifex nos castigat, & a vitio revocat. Idem & in agricolis cernere licet. Non enim tantum radicem obtegunt vitis, neque circumvallant sepibus, sed etiam amputant, & multos palmites resecant. Idcirco non ligonem tantum habent illi, sed & falcem aptam ad secandum. Attamen illos non reprehendimus, sed & illos tum maxime laudamus, cum inutilia multa viderimus ab illis resecta, ut superfluis rejectis, quæ remanent saniora reddantur. Annon igitur absurdum est, patrem quidem, & medicum, & judicem, & agricolam approbare, ac neque illum dum filium pellit ex ædibus, neque medicum dum torquet ægrotum, neque judicem dum castigat, neque agricolam dum amputat, reprehendere vel accusare: Deum vero,

Isai. 45. 7.

Matt. 6. 34.

Deus puniens comparatur cum judicibus.

A κύριος οὐκ ἐποίησε. τοῦτο καὶ διὰ Ἡσαΐου προεδήλωσεν ὁ θεὸς εἰπών· ἐγὼ θεὸς ποιῶν εἰρήνην, καὶ κτίζων κακά· κακὰ πάλιν, τὰς συμφορὰς ὀνομάζων. ταύτην καὶ ὁ Χριστὸς τὴν κακίαν ἐν τοῖς εὐαγγελίοις αἰνίττεται, οὕτω λέγων τοῖς μαθηταῖς· ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς, τουτέστιν, ἡ κάκωσις, ἡ ταλαιπωρία. πανταχόθεν οὖν δῆλον, ὅτι κακίαν ἐνταῦθα τὰς τιμωρίας καλεῖ, καὶ ταύτας ἡμῖν αὐτὸς ἐπάγει, μέγιστον προνοίας εἶδος παρεχόμενος. καὶ γὰρ ὁ ἰατρὸς, οὐχ ὅταν εἰς παραδείσους καὶ λειμῶνας ἐξαγάγῃ τὸν κάμνοντα, θαυμαστός ἐστι μόνον, οὐδ᾽ ὅταν εἰς βαλανεῖα καὶ κολυμβήθρας ὑδάτων, οὐδ᾽ ὅταν τράπεζαν παραθῇ πλουσίαν, ἀλλὰ B καὶ ὅταν ἄσιτον κελεύῃ διαμένειν, καὶ ὅταν ἄγχῃ λιμῷ καὶ δίψῃ κατατείνῃ, τῇ κλίνῃ προσηλῶν, καὶ τὴν οἰκίαν δεσμωτήριον [a] ποιούμενος, καὶ αὐτοῦ τοῦ φωτὸς ἀποστερῶν καὶ συσκιάζων πανταχόθεν τὸ δωμάτιον παραπετάσμασι, καὶ ὅταν τέμνῃ, καὶ ὅταν καίῃ, καὶ ὅταν πικρὰ προσάγῃ φάρμακα, ἰατρός ἐστιν ὁμοίως. πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον ἐκεῖνον μὲν τοσαῦτα ἐργαζόμενον κακὰ ἰατρὸν καλεῖν, τὸν δὲ θεὸν, εἴ ποτε ἓν τούτων ποιήσειεν, οἷον ἢ λιμὸν ἢ θάνατον ἐπαγάγοι, βλασφημεῖν, καὶ τῆς τοῦ παντὸς ἐκβάλλειν προνοίας; καίτοιγε ὁ ἀληθὴς ἰατρὸς οὗτος μόνος ἐστὶ καὶ ψυχῶν καὶ σωμάτων. διὰ τοῦτο C πολλάκις τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν παραλαβὼν ἐξ εὐθηνίας σκιρτῶσαν, καὶ πυρετὸν ἁμαρτημάτων ὠδίνουσαν, ἐνδείᾳ καὶ λιμῷ καὶ θανάτῳ καὶ συμφοραῖς ἑτέραις, καὶ τοῖς ἄλλοις, οἷς αὐτὸς οἶδε, φαρμάκοις ἀπαλλάττει τῶν νοσημάτων. ἀλλ᾽ οἱ πένητες αἰσθάνονται μόνοι τοῦ λιμοῦ, φησιν. ἀλλ᾽ οὐχὶ μόνῳ λιμῷ κολάζει, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις μυρίοις. τὸν ἐν πενίᾳ μὲν ὄντα λιμῷ πολλάκις ἐσωφρόνισε, τὸν πλουτοῦντα δὲ καὶ εὐπορίας ἀπολαύοντα, κινδύνοις, νοσήμασι, θανάτοις ἀώροις· εὐμήχανος γάρ ἐστι, καὶ ποικίλα ἔχει τῆς σωτηρίας ἡμῶν τὰ φάρμακα. οὕτω καὶ δικασταὶ ποιοῦσιν· οὐ τιμῶσι μόνον, οὐδὲ στεφανοῦσι τοὺς τὰς πόλεις οἰκοῦντας, οὐδὲ δωρεὰς πα- D ρέχουσι μόνον, ἀλλὰ καὶ κολάζουσι πολλάκις. διὰ τοῦτο καὶ ξίφος αὐτοῖς ἠκόνηται, καὶ βάραθρα παρεσκεύασται, καὶ τροχὸς, καὶ ξύλα, καὶ δήμιοι, καὶ ἕτερα μυρία κολάσεων εἴδη. ὅπερ οὖν ἐπὶ τῶν δικαστῶν ὁ δήμιος, τοῦτο ἐπὶ τοῦ θεοῦ λιμὸς, καθάπερ δήμιος, σωφρονίζων ἡμᾶς καὶ τῆς κακίας ἀπάγων. οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν γεωργῶν ἐστιν ἰδεῖν. οὐ γὰρ δὴ μόνον περιστέλλουσι τὴν ῥίζαν τῆς ἀμπέλου, οὐδὲ περιφράττουσιν, ἀλλὰ καὶ περικόπτουσι, καὶ πολλὰ τῶν κλημάτων ἀποτέμνουσι. διὰ τοῦτο οὐχὶ σκαπάνη μόνον ἐκείνοις, ἀλλὰ καὶ δρέπανα πρὸς τομὴν ἐπιτήδεια. ἀλλ᾽ ὅμως οὐκ ἐγκαλοῦμεν οὐδὲ τούτοις· ἀλλὰ καὶ τότε μάλιστα αὐτοὺς θαυμάζομεν, ὅταν ἴδωμεν πολ- E λὰ τῶν ἀχρήστων ἐκκόπτοντας, ὥστε τῇ τῶν περιττῶν ἀποβολῇ τοῖς μένουσι πολλὴν παρασκευάσαι τὴν σωτηρίαν. πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον, πατέρα μὲν, καὶ ἰατρὸν, καὶ δικαστὴν, καὶ γεωργὸν οὕτω δοκιμάζειν, καὶ μήτε ἐκεῖνον ἐκβάλλοντα τὸν υἱὸν τῆς οἰκίας, μήτε τὸν ἰατρὸν ἐκτείνοντα τὸν κάμνοντα, μήτε τὸν δικαστὴν κολάζοντα, μήτε τὸν γεωργὸν κόπτοντα μέμφεσθαι καὶ αἰτιᾶσθαι· τὸν δὲ θεόν,

[a] Colb. uterque ἐργαζόμενος.

εἴ ποτε βουληθείη καθάπερ καρηβαροῦντας ἡμᾶς ἀπὸ τῆς πολλῆς ἀναστῆσαι μέθης τῆς κατὰ τὴν πονηρίαν, μέμφεσθαι καὶ μυρίαις βάλλειν κατηγορίαις; πόσης οὐκ ἂν εἴη μανίας, μηδὲ τῆς αὐτῆς τῷ δεσπότῃ μεταδιδόναι δικαιολογίας, ὅσης μεταδίδομεν τοῖς συνδούλοις;

Ταῦτα ὑπὲρ αὐτῶν τῶν ἐγκαλούντων δεδοικὼς λέγω νῦν, ἵνα μὴ πρὸς κέντρα λακτίζοντες τοὺς πόδας αἱμάξωσιν, ἵνα μὴ εἰς οὐρανὸν τοὺς λίθους βάλλοντες, τῇ κεφαλῇ τὰ τραύματα δέξωνται. ἐγὼ δὲ καὶ ἑτέραν ὑπερβολὴν ἔχω πλείω ταύτης εἰπεῖν. ἀνελὼν γὰρ τὸ ζητεῖν, κατὰ συγχώρησιν λέγω, εἰ χρησίμως ἔλαβε παρ' ἡμῶν ὁ Θεός, ἐκεῖνο λέγω μόνον, ὅτι εἰ ἔλαβε τὰ δοθέντα· οὐδὲ οὕτως ἐγκαλεῖν τις εἶχεν αὐτῷ· καὶ γὰρ κύριος ἦν τῶν αὐτοῦ. ἐν ἀνθρώποις μὲν, ὅταν πραγματεύωνται χρήματα, καὶ δανείζωσιν ἀργύριον, χάριν ὁμολογοῦμεν τοῦ χρόνου, καθ' ὃν δὴ ἐδανεισάμεθα, οὐκ ἀγανακτοῦμεν δὲ ὑπὲρ τοῦ χρόνου, καθ' ὃν ἀφαιροῦνται τὰ ἴδια· τῷ δὲ Θεῷ δὲ τὰ αὐτοῦ βουλομένῳ λαβεῖν ἐγκαλέσωμεν, εἰπέ μοι; καὶ πῶς οὐκ ἐσχάτης ταῦτα ἀνοίας; ἀλλ' οὐχ ὁ μέγας καὶ γενναῖος Ἰὼβ οὕτως ἐποίησεν· οὐδὲ ἡνίκα ἐλάμβανε μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡνίκα ἀφῃρεῖτο, χάριν ὡμολόγει μεγίστην, οὑτωσὶ λέγων· ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλετο· εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον εἰς τοὺς αἰῶνας. εἰ δὲ ὑπὲρ ἀμφοτέρων τούτων εὐχαριστεῖν δεῖ καὶ καθ' ἑαυτὸ, καὶ τῆς δόσεως ἡ ἀφαίρεσις οὐκ ἔλαττον ἢ χρησιμωτέρα, ποίαν ἂν τύχοιμεν συγγνώμην, εἰπέ μοι, τὸν οὕτως ἥμερον καὶ φιλάνθρωπον, καὶ κηδεμόνα, καὶ παντὸς ἰατροῦ σοφώτερον, καὶ παντὸς πατρὸς φιλοστοργότερον, καὶ παντὸς δικαστοῦ δικαιότερον, καὶ γεωργοῦ παντὸς ἐπιμελέστερον τὰς ἡμετέρας θεραπεύοντα ψυχὰς τοῖς ἐναντίοις ἀμειβόμενοι, καὶ ὃν προσκυνεῖν δέον, ἀποδυσπετοῦντες; ἆρα γένοιτ' ἄν τι μανικώτερον καὶ ἀναισθητότερον τῶν ἐν εὐταξίᾳ τοσαύτῃ λεγόντων ἀπεστερῆσθαι τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας ἡμᾶς; ὥσπερ γὰρ εἴ τις φιλονεικοίη τὸν ἥλιον εἶναι ζοφερὸν καὶ ψυχρὸν, ἐσχάτης παραφροσύνης ἐκφέρει δεῖγμα τῇ ψήφῳ· οὕτως εἴ τις ἀμφιβάλλοι περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας, πολλῷ μᾶλλον μανίας ἐγκλήμασίν ἐστιν ὑπεύθυνος. οὐχ οὕτως ἥλιος φανὸς, ὡς ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια σαφής· ἀλλ' ὅμως τολμῶσί τινες λέγειν, ὅτι δαίμονες τὰ καθ' ἡμᾶς διοικοῦσι. τί πάθω; φιλάνθρωπον ἔχεις δεσπότην· αἱρεῖται μᾶλλον βλασφημεῖσθαι ὑπὸ σοῦ διὰ τῶν ῥημάτων τούτων, ἢ τοῖς δαίμοσιν ἐπιτρέψας τὰ σὰ πεῖσαί σε διὰ τῶν πραγμάτων, πῶς δαίμονες διοικοῦσι. τότε γὰρ ἂν ἔγνως καλῶς τὴν ἐκείνων πονηρίαν διὰ τῆς πείρας αὐτῆς· μᾶλλον δὲ καὶ νῦν δυνατὸν ὑμῖν παραστῆσαι, ὡς ἐν μικρῷ τινι παραδείγματι. ἀπήντησάν τῷ Χριστῷ δαιμονιζόμενοί τινες ἐκ τῶν μνημείων ἐξερχόμενοι, καὶ παρεκάλουν αὐτὸν οἱ δαίμονες ἐπιτρέψαι αὐτοῖς εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων εἰσελθεῖν· καὶ ἐπέτρεψε, καὶ ἀπῆλθον, καὶ κατεκρήμνισαν αὐτοὺς εὐθέως ἅπαντας· οὕτω δαίμονες διοικοῦσι. καίτοι πρὸς τοὺς χοίρους οὐδεὶς ἦν αὐτοῖς λόγος·

A si quando nos tamquam capitis gravedine laborantes ex nimia excitare velit ebrietate, quam malitia ingenerat, carpere, & innumeris impetere criminationibus? Annon extremæ dementiæ fuerit, non eamdem permittere Domino causam suam defendendi facultatem, quam conservis nostris permittimus?

6. Hæc a me idcirco dicuntur, quod eorum ipsorum causa formidem, qui crimini vertunt, ne forte adversus stimulos calcitrantes, pedes cruentent, ne dum in cælum lapides jaciunt, capitibus suis vulnera excipiant. Mihi vero aliud longe gravius dicendum suppetit. B Omittens enim quærere, ut hoc illis concedam, num utiliter id nobis abstulerit Deus, id dico tantum; si quæ data fuerant abstulisset, ne sic quidem posset ullus Deum accusare: siquidem rerum suarum dominus erat. Quod si hominibus, cum pecunias nobis crediderint, & argentum mutuo dederint, gratias agimus ob illud tempus, quo mutuati sunt: nec indignamur ob illud tempus, quo a nobis auferunt, quæ sunt propria: num Deum, quæso, reprehendemus, cum repetere a nobis res suas voluerit? Quis vero non illud extremæ esse dementiæ judicaverit? At non ita magnus C ac generosus ille Job fecit: neque enim solum cum accepit, sed etiam cum spoliatus est, maximas agebat gratias, cum ita diceret: *Dominus dedit, Dominus abstulit: sit nomen Domini benedictum in sæcula.* Job 1. 21. Quod si pro utroque istorum sigillatim gratiæ sunt agendæ, neque minus utilis est privatio, quam ipsa largitio, qua tandem venia digni erimus, qui tam mitem Dominum, tam benignum, tam solicitum, & quovis medico sapientiorem, & quovis patre indulgentiorem, & judice quovis justiorem, & qui diligentius quam ullus agricola nostras animas excolit, factis D contrariis remuneramur, & quem adorare oportuit, adversus eum stomachamur? Quicquamne esse potest amentius aut stupidius iis, qui, cum tanto ordine res sint dispositæ, dicunt res nostras Dei esse providentia curaque destitutas? Ut enim si quis obscurum ac frigidum solem esse dicat, hac sua sententia extremæ stultitiæ profert indicium: ita si quis de Dei providentia curaque dubitet, multo magis amentiæ crimini est obnoxius. Non ita lucidus sol est, ac Dei providentia manifesta: tamen audent nonnulli dicere dæmones res nostras gubernare. Quid faciam? benignum Dominum habes, mavult a te E blasphemiis lacessi, dum ejusmodi verba profers, quam permissa dæmonibus rerum tuarum cura te experientia docere, quo pacto dæmones gubernent. Tum enim probe intelligeres experientia magistra, quanta sit illorum nequitia: imo vero nunc etiam possumus id tamquam exiguo quodam exemplo demonstrare. Occurrerunt Domino quidam a dæmone correpti, ex sepulcris egressi, Matt. 8. 28. & rogabant eum dæmones, ut sibi permitteret in gregem porcorum intrare: & permisit, atque illi abeuntes, omnes statim in mare præcipites egerunt. Ita gubernant dæmones. Atqui nihil illis erat rei cum porcis: Sævitiei dæmonum exempla.

tecum autem semper irreconciliabile bellum habent susceptum, & pugnam acerrimam, & odium immortale. Quod si illos, quibuscum nihil illis erat commune, ne ad exiguum temporis momentum tolerare potuerint, si hostes suos, & a quibus perpetuo mordentur, obnoxios sibi nos habuerint, quid non facient? quo nos irreparabili incommodo non afficient? Propterea namque Deus in gregem porcorum irruere illos permisit, ut in corporibus rationis expertium animalium, ipsorum nequitiam discas. Atque illos quidem eadem facturos fuisse dæmoniacis, quæ porcis, nisi & in ipsa insania illorum, curam gereret dæmoniacorum Deus, omnibus manifestum est. Et nunc igitur, si quando videris hominem agitatum a dæmone, Dominum adora, nequitiam dæmonum disce: siquidem utrumque in his dæmoniacis cernere licet, & Dei benignitatem, & dæmonum improbitatem. Ac dæmonum quidem improbitatem, cum turbent & exagitent animam dæmoniaci: Dei vero benignitatem, cum ita sævum inquilinum, & hominem præcipitare cupientem retineat & coërceat, neque omni sua potestate uti permittat, sed tantam vim sinat ostendere, ut & hominem castiget, & illorum nequitiam manifestet. Vis etiam & altero rursus exemplo conspicere, qua ratione dæmon gubernet, cum a Deo illi permittitur, ut potestatem suam exerceat? veniant tibi in mentem armenta, & greges Job, quo pacto uno temporis momento cuncta assumserit, miserabilis liberorum ejus mors, inflicta corpori ejus plaga: & crudelitatem, inhumanitatem ac sævitiam nequitiæ dæmonum intuebere, atque inde manifeste cognosces, si hoc etiam universum Deus illorum permitteret potestati, futurum, ut cuncta confunderent, & turbarent, & ita nos tractarent, ut porcos, & armenta illa, sic ut ne exiguo quidem temporis momento saluti nostræ possent parcere. Si dæmones gubernarent, nihilo meliori essemus in statu quam dæmoniaci: imo vero deteriori in statu quam illi. Neque enim illos in universum illorum tyrannidi exposuit Deus, alioqui multo istis graviora passi essent, quam nunc patiantur. Ego vero lubens ex iis qui ista dicunt sciscitarer, quam tandem in rebus præsentibus confusionem cernant, ut negotiorum nostrorum regimen omne dæmonibus tribuant? At enim solem videmus per tot annorum curricula ordinate quotidie gradientem: varium siderum chorum, qui suum ordinem servat, lunæ cursus numquam interruptos, noctis ac diei successionem accuratam, omnia cum supera tum infera tamquam in concinna quadam chorea, vel potius multo melius & exactius singula suum locum servare, neque suum ordinem transgredi, quem illis Deus ab initio præscripsit.

An sit in rebus humanis confusio.

7. Sed quid ista prosunt, dicet aliquis, quod cælum quidem & sol, & luna, & cœtus astrorum, & alia cuncta multum ordi-

A πρὸς δέ σε ἀεὶ πόλεμος ἄσπονδος, καὶ ἀκήρυκτός ἐστι μάχη, καὶ ἔχθρα ἀθάνατος. εἰ δὲ ἐκείνων, πρὸς οὓς οὐδὲν ἦν αὐτοῖς κοινὸν, οὐδὲ μικρὰν καιροῦ ῥοπὴν ἀνασχέσθαι ὑπέμειναν, εἰ τοὺς πολεμίους αὐτοῖς καὶ διηνεκῶς αὐτοὺς δάκνοντας ὑποχειρίους ἔλαβον ἡμᾶς, τί οὐκ ἂν εἰργάσαντο; τί δὲ οὐκ ἂν τῶν ἀνηκέστων διέθηκαν; διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ θεὸς ἀφῆκεν αὐτοὺς ἐμπεσεῖν τῇ τῶν χοίρων ἀγέλῃ, ἵν' ἐν τοῖς τῶν ἀλόγων σώμασι μάθῃς αὐτῶν καὶ τὴν πονηρίαν. καὶ ὅτι τοὺς δαιμονιζομένους ἐκείνους ταῦτα ἂν ἐποίησαν, ἃ καὶ τοὺς χοίρους, εἰ μὴ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ μανίᾳ πολλῆς ἀπήλαυον οἱ δαιμονῶντες τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας, δῆλον ἅπασι. B καὶ νῦν οὖν, ὅταν ἴδῃς ἄνθρωπον ὑπὸ δαίμονος κινούμενον, προσκύνησον τὸν δεσπότην, μάθε τῶν δαιμόνων τὴν πονηρίαν. ἀμφότερα γάρ ἐστιν ἰδεῖν ἐπὶ τῶν δαιμονώντων τούτων, καὶ τὴν τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν, καὶ τὴν τῶν δαιμόνων κακίαν. τὴν μὲν τῶν δαιμόνων κακίαν, ὅταν ταράττωσι καὶ θορυβῶσι τὴν ψυχὴν τοῦ παραπαίοντος· τὴν δὲ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν, ὅταν οὕτως ἄγριον δαίμονα, ἔνοικον ὄντα, καὶ ἐπιθυμοῦντα κατακρημνίσαι τὸν ἄνθρωπον κατέχῃ καὶ κωλύῃ, μὴ συγχωρῶν εἰς ἅπασαν τῇ οἰκείᾳ χρήσασθαι δυνάμει, ἀλλὰ τοσοῦτον ἐπιτρέπων ἐνδείξασθαι τῆς ἰσχύος, ὅσον καὶ τὸν ἄνθρωπον σωφρονίσαι, C καὶ τὴν οἰκείαν ἐκφανῆ ποιῆσαι πονηρίαν. βούλει καὶ ἐφ' ἑτέρου παραδείγματος πάλιν ἰδεῖν πῶς διοικεῖ δαίμων, ὅταν ὁ θεὸς αὐτῷ συγχωρῇ τῇ οἰκείᾳ κεχρῆσθαι δυνάμει; ἐννόησον τὰ βουκόλια, τὰ ποίμνια τοῦ Ἰὼβ, πῶς ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ πάντα κατανάλωσε, τὸν ἐλεεινὸν τῶν παίδων αὐτοῦ θάνατον, τὴν κατὰ τοῦ σώματος αὐτοῦ πληγὴν ἐνεχθεῖσαν· καὶ ὄψει τὸ ὠμὸν καὶ ἀπάνθρωπον καὶ ἀφειδὲς τῆς τῶν δαιμόνων πονηρίας, καὶ ἀπὸ τούτων εἴσῃ σαφῶς, ὅτι εἰ καὶ τόδε τὸ πᾶν ἐπέτρεψεν αὐτῶν τῇ ἐξουσίᾳ ὁ θεὸς, πάντα ἂν συνέχεαν, καὶ συνετάραξαν, D καὶ τὰ τῶν χοίρων ἡμᾶς διέθηκαν, καὶ τὰ τῶν βουκολίων ἐκείνων, ὡς οὐδὲ μικρὰν καιροῦ ῥοπὴν φείσασθαι τῆς ἡμετέρας ἂν ἠνέσχοντο σωτηρίας. εἰ δαίμονες διῴκουν, οὐδὲν τῶν δαιμονώντων ἀνθρώπων ἄμεινον διεκείμεθα, μᾶλλον δὲ κἀκείνων χείρους ἂν ἦμεν. οὔτε γὰρ ἐκείνους καθόλου τῇ τυραννίδι τῶν δαιμόνων ἐξέδωκεν ὁ θεὸς, ἐπεὶ πολλῷ τούτων χαλεπώτερα ἂν ἔπαθον, ὧν πάσχουσι νῦν. ἐγὼ δὲ κἀκεῖνο ἂν ἐπυθόμην τῶν ταῦτα λεγόντων, ποίαν δὴ ἀταξίαν ἐν τοῖς παροῦσιν ὁρῶντες, δαιμόνων διοικήσει τὰ καθ' ἡμᾶς ἀνατιθέασι πάντα; καίτοιγε ἥλιον ὁρῶμεν ἐπὶ τοσούτοις ἔτεσιν εὔτακτα καθ' ἑκάστην βαδίζοντα τὴν ἡμέραν, E ποικίλον ἀστέρων χορὸν τὴν οἰκείαν διατηροῦντα τάξιν, σελήνης δρόμους [a] ἀπαρεμποδίστως, νυκτὸς καὶ ἡμέρας διαδοχὴν ἀκριβῆ, πάντα, καὶ τὰ ἄνω, καὶ τὰ κάτω, ὥσπερ ἐν ἁρμονίᾳ τινὶ χορείᾳ, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ πλέον καὶ ἀκριβέστερον, τὴν οἰκείαν ἕκαστον χώραν διαφυλάττον, καὶ οὐκ ἐξιστάμενον τῆς τάξεως, ἧς παρὰ τὴν ἀρχὴν αὐτὰ ποιῶν ἔταξεν ὁ θεός.

Καὶ τί τούτων ὄφελος, φησὶν, ὅταν οὐρανὸς μὲν, καὶ ἥλιος, καὶ σελήνη, καὶ ἀστέρων χορὸς, καὶ τὰ ἄλλα πάντα

[a] Colb. ἀπαρεμποδίστως. Edit. ἀπαραποδίστως.

πολλὴν

πολλὴν ἔχει τὴν εὐταξίαν, τὰ δὲ ἡμέτερα συγχύσεως ἢ πεπληρωμένα καὶ ἀταξίας; ποίας συγχύσεως, ἄνθρωπε, καὶ ἀταξίας; ὁ δεῖνα πλουτεῖ, φησί, καὶ βιάζεται, ἁρπάζει, καὶ πλεονεκτεῖ, τὰς τῶν πενήτων οὐσίας καταπίνει καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καὶ οὐδὲν πάσχει δεινόν· ἕτερος ἐν ἐπιεικείᾳ ζῇ, σωφροσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀγαθοῖς κεκοσμημένος, καὶ πενίᾳ καὶ νόσοις καὶ τοῖς ἐσχάτοις κολάζεται δεινοῖς. ταῦτ' οὖν ἐστι τὰ σκανδαλίζοντά σε; ταῦτα, φησιν. ἐὰν οὖν ἴδῃς καὶ τῶν ἁρπαζόντων πολλοὺς κολαζομένους, καὶ τῶν ἐν ἀρετῇ ζώντων ἐνίους, ἢ καὶ μυρίους ἀπολαύοντας ἀγαθῶν, διὰ τί μὴ λύεις ταύτην τὴν ψῆφον, μηδὲ ἀποδέχῃ τὸν δεσπότην; ὅτι αὐτὸ τοῦτό ἐστι τὸ σκανδαλίζον με πλέον. διὰ τί γάρ, δύο ὄντων τῶν πονηρῶν, ὁ μὲν κολάζεται, ὁ δὲ διαφυγὼν ἀπέρχεται, καὶ δύο ὄντων ἀγαθῶν, ὁ μὲν τιμᾶται, ὁ δὲ τιμωρούμενος διατελεῖ; καὶ τοῦτο αὐτὸ τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας μέγιστον ἔργον ἐστίν. εἰ γὰρ πάντας ἐνταῦθα ἐκόλαζε τοὺς πονηρούς, καὶ πάντας ἐνταῦθα ἐτίμα τοὺς ἀγαθούς, περιττὴ ἡ τῆς κρίσεως ἦν ἡμέρα. πάλιν, εἰ μηδένα ἐκόλαζε πονηρόν, μηδὲ ἐτίμα τινὰ τῶν ἀγαθῶν, καὶ οἱ φαῦλοι φαυλότεροι καὶ κακίους ἂν ἐγένοντο, ὡς πολλῷ τῶν χρηστῶν ῥαθυμότεροι· καὶ μειζόνως οἱ βουλόμενοι βλασφημεῖν, κατηγόρησαν ἂν τοῦ θεοῦ, καὶ ὁλοσχερῶς ἂν εἶπον ἀπεστερῆσθαι προνοίας τὰ καθ' ἡμᾶς. εἰ γὰρ καὶ νῦν κολαζομένων τινῶν πονηρῶν, καὶ τιμωμένων ἀγαθῶν, ὁμοίως φασὶν ἀπρονόητα εἶναι τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα, εἰ μηδὲ τοῦτο ἐγίνετο, τί οὐκ ἂν εἶπον; ποῖα δὲ οὐκ ἂν ἐξέβαλον ῥήματα; διὰ τοῦτο τοὺς μὲν κολάζει, τοὺς δὲ οὐ κολάζει τῶν πονηρῶν, καὶ τοὺς μὲν τιμᾷ, τοὺς δὲ οὐ τιμᾷ τῶν ἀγαθῶν. οὐ κολάζει μὲν ἅπαντας, ἵνα σε πείσῃ, ὅτι ἐστὶν ἀνάστασις· κολάζει δέ τινας, ἵνα τοὺς ῥαθυμοτέρους τῷ φόβῳ διὰ τῆς τῶν ἑτέρων τιμωρίας ποιήσῃ σπουδαιοτέρους. πάλιν τιμᾷ μέν τινας τῶν ἀγαθῶν, ἵνα ἑτέρους ἐπισπάσηται τῇ τιμῇ πρὸς τὸν τῆς ἀρετῆς ζῆλον· οὐ τιμᾷ δὲ πάντας, ἵνα μάθῃς, ὅτι ἐστὶν ἕτερος καιρὸς ἀποδιδοὺς ἅπασι τὰς ἀμοιβάς. εἰ μὲν γὰρ ἅπαντες ἐνταῦθα ἀπελάμβανον τὰ κατ' ἀξίαν, ἠπίστησαν ἂν τῷ τῆς ἀναστάσεως λόγῳ· εἰ δὲ μηδεὶς ἀπελάμβανε τὰ κατ' ἀξίαν, οἱ πλείους ἂν ἐγένοντο ῥαθυμότεροι. διὰ τοῦτο τοὺς μὲν κολάζει, τοὺς δὲ οὐ κολάζει, καὶ τοὺς κολαζομένους, καὶ τοὺς μὴ κολαζομένους ὠφελῶν. ἐκείνων μὲν γὰρ ἐκκόπτει τὴν κακίαν, τοὺς δὲ ἑτέρους τῇ τούτων τιμωρίᾳ σωφρονεστέρους ποιεῖ. καὶ τοῦτο ἐξ ὧν αὐτὸς εἶπεν ὁ Χριστὸς δῆλον. ἐπειδὴ γὰρ ἀπήγγειλαν αὐτῷ, ὅτι πύργος κατενεχθεὶς ἀνθρώπους τινὰς κατέχωσε, φησὶ πρὸς αὐτούς· τί νομίζετε, ὅτι ἐκεῖνοι ἁμαρτωλοὶ ἦσαν μόνον; οὔ, λέγω ὑμῖν· ἀλλ' ἐὰν μὴ μετανοήσητε, καὶ ὑμεῖς τὰ αὐτὰ πείσεσθε. εἶδες πῶς κἀκεῖνοι δι' ἁμαρτίας ἀπώλοντο, καὶ οἱ λοιποὶ οὐ διὰ δικαιοσύνην διέφυγον, ἀλλ' ἵνα τῇ ἐκείνων τιμωρίᾳ βελτίους γίνωνται; οὐκοῦν ἠδίκηνται, φησιν, οἱ κολα-

A nem præ se ferant, res autem nostræ confusionis ac perturbationis sint plenæ? Cujus tandem confusionis, mi homo, aut perturbationis? Ille dives est, inquit, & vim facit, rapit, & fraudat, pauperum facultates absumit quotidie, neque quicquam illi mali accidit; alter modeste vivit, temperantiam & justitiam exercet, ac cæteris bonis ornatus est, & paupertate, morbis & extremis malis affligitur. Hæccine sunt ergo, quæ te scandalizant? Hæc sunt, inquit. Si ergo multos ex iis, qui rapiunt, affligi videas, & ex iis qui virtute præditi vivunt nonnullos, vel etiam innumeros bonis abundare, cur non sententiam hanc deponis, B neque Dominum laudas? Quia nimirum hoc ipsum est, quod me amplius scandalizat. Cur enim, cum duo sint improbi, unus punitur, & alter evitato supplicio discedit, & cum duo sint boni, unus honoribus cumulatur, alter continuis pœnis affligitur? Hoc ipsum etiam providentiæ divinæ opus est maximum. Si enim improbos omnes hîc puniret, & omnes bonos honoribus hic afficeret, supervacaneus judicii dies esset. Rursus si nullum improbum puniret, nec ullum bonum honore afficeret, & pravi pejores fierent ac deteriores, ut qui multo C sint probis negligentiores: & qui blasphemare vellent, Deum magis accusarent, planeque res nostras negarent Dei providentia gubernari. Nam si nunc etiam cum improbi nonnulli puniuntur, & honorantur boni, æque dicunt res humanas Dei providentia minime regi: si ne hoc quidem fieret; quid non dicerent, quæ verba non effutirent? Propterea quosdam punit, quosdam non punit ex improbis: & quosdam honore afficit, quosdam honore non afficit ex bonis. Non punit omnes, ut tibi resurrectionem esse persuadeat; quosdam vero punit, ut negligentiores per aliorum supplicium timore perculsos diligentiores efficiat. Rursus nonnullos ex bonis honore afficit, D ut cæteros ad amorem virtutis honoribus illis alliciat: non omnes autem honoribus afficit, ut alterum tempus esse cognoscas, quod omnibus mercedem persolvet. Si enim omnes in hac vita, quæ meruerunt, acciperent, sermoni de resurrectione fidem habere recusarent; quod si nemo quæ meruerat, recepisset, plures certe negligentiores evasissent. Propterea quosdam punit, quosdam minime punit, & cum eis qui puniuntur, tum eis qui non puniuntur prodest. Nam istorum quidem reprimit improbitatem, illorum vero supplicio modestiores cæteros reddit. Atque hoc ex illis, quæ E dixit Christus ipse, manifestum est. Cum enim renunciatum illi esset collapsam turrim homines quosdam obruisse, ait ad illos: *Quid existimatis, quia & ipsi peccatores fuerint solum? Non, dico vobis: sed si pœnitentiam non egeritis, & vos eadem patiemini.* Luc. 13. 4. Vides ut illi quoque propter peccata perierint, & cæteri propter justitiam non evaserint, sed ut illorum supplicio fierent meliores? Itaque injuria sunt affecti, inquit,

illi, qui pœnas dederunt. Poterant enim & ipsi non puniti, aliorum supplicio fieri meliores. Atqui si meliores illos per pœnitentiam evasuros scivisset, nequaquam illos Deus punivisset. Si enim cum prævideat multis suam longanimitatem nihil profuturam, tamen eos multa cum patientia tolerat, suas partes agens, & illis concedens, ut à stultitia sua resipiscant: quomodo eos, qui cæterorum supplicio meliores evasuri erant, eo fructu privaret, qui ex pœnitentia percipitur? Itaque nulla isti læsi sunt injuria, quod & illorum malitia sit supplicio repressa, & quod leviores propterea futuræ sint pœnæ, quas in altero sæculo luituri sunt, quod in isto mala sustinuerint. Rursus illi qui puniti non sunt, nulla sunt injuria læsi. Licuit enim ipsis, si quidem voluissent, longanimitate Dei ad optimam uti mutationem, patientiam ejus laudando summam ejus tolerantiam revereri, & ad virtutem aliquando converti, atque ex aliorum supplicio salutem suam lucrifacere. Quod si in nequitia perseverant, non Deus est in causa, qui propterea patienter fert, ut eos sibi reconciliet, verum illi venia sunt indigni, qui Dei longanimitate, ut oportuit, non sint usi. Neque vero rationem tantum istam afferre possumus, ob quam in hac vita mali omnes minime plectuntur, sed & aliam nihilo ista minorem. Quam tandem? Quod nimirum, si confestim post peccata pœnas sumeret Deus, sublatum esset e medio genus humanum, neque continua successione ad hæc tempora pervenisset. Atque ut hoc verum esse cognoscas, audi Prophetam dicentem: *Si iniquitates observaveris Domine, quis sustinebit?* Quod si lubeat hoc dictum examinare, omissa in singulorum vitam exacta inquisitione, neque enim fieri potest, ut quæ quisque gesserit in vita sciamus, quæ sine contradictione cuncti peccamus, ea in medium proferamus, & ex hoc nobis liquebit, quod si ob singula peccata puniremur, jam olim periissemus. Qui fratrem suum fatuum appellarit, reus est gehennæ ignis, inquit. An igitur est aliquis nostrum, qui hoc peccatum non commiserit? Ergone subito e medio tolli oportuit? Itaque sublati omnes essemus e medio, atque deleti quondam & jamdudum. Rursus is qui jurat, inquit, etsi recte juret, rem agit, quæ a Malo est. Quis igitur est, qui non jurarit? imo vero, quis est qui non aliquando pejerarit? Qui mulierem, inquit, aspicit lascivis oculis, adulter perfectus est. Atque hujus sane peccati multos offendere possumus reos. Cum igitur hæc quæ in confesso sunt, talia tamque intoleranda sint, & horum singula seorsim supplicium nobis accersant inevitabile, si ea quoque nobiscum reputemus, quæ occulte peccavimus, tum præsertim divinam providentiam agnoscemus, quæ non in singula nobis peccata supplicium inferat. Itaque si quem videris rapientem, fraudantem, & eum minime puniri, excute tu quoque conscientiam tuam, reputa tecum vitam tuam,

Cur non omnes hic puniantur.

Psal. 129. 3.

Matt. 5. 22.

Matt. 5. 37.

Matt. 5. 29.

A ζόμενοι. ἐδύναντο γὰρ μὴ κολασθέντες ταῖς ἑτέρων τιμωρίαις αὐτοὶ γενέσθαι βελτίους. ἀλλ' εἰ ᾔδει βελτίους ἐσομένους ἐκ μετανοίας, οὐκ ἂν ἐκόλασεν ὁ θεός. εἰ γὰρ πολλοὺς προειδὼς οὐδὲν ἀπὸ τῆς μακροθυμίας αὐτοῦ κερδαίνοντας, ὅμως φέρει μετὰ πολλῆς τῆς ἀνεξικακίας, τὸ αὐτοῦ πληρῶν καὶ παρέχων αὐτοῖς ἀνανῆψαί ποτε ἐκ τῆς οἰκείας ἀνοίας· πῶς ἂν τοὺς μέλλοντας βελτίους ἀπὸ τῆς ἑτέρων γενέσθαι τιμωρίας, ἀπεστέρησεν ἂν τοῦ τῆς μετανοίας κέρδους; ὥστε οὐδὲν οὗτοι ἠδίκηνται, καὶ τῆς κακίας αὐτοῖς ἐκκοπείσης τῇ τιμωρίᾳ, καὶ τῆς ἐκεῖ κολάσεως κουφοτέρας ἐσομένης, διὰ τὸ προλαβόντας ἐν-
B ταῦθα παθεῖν κακῶς. πάλιν οἱ μὴ κολασθέντες οὐδὲν ἠδίκηνται. ἐξῆν γὰρ αὐτοῖς, εἴπερ ἐβούλοντο, τῇ μακροθυμίᾳ τοῦ θεοῦ πρὸς μεταβολὴν ἀρίστην χρήσασθαι, καὶ θαυμάσαντας τὸ ἀνεξίκακον αἰδεσθῆναι τῆς ἀνοχῆς τὴν ὑπερβολὴν, καὶ μεταστῆναί ποτε πρὸς ἀρετὴν, καὶ ταῖς ἑτέρων τιμωρίαις τὴν οἰκείαν κερδᾶναι σωτηρίαν. εἰ δὲ ἐπιμένουσι τῇ πονηρίᾳ, οὐχ ὁ θεὸς αἴτιος, ὁ διὰ τοῦτο μακροθυμῶν, ἵνα αὐτοὺς ἀνακτήσηται, ἀλλ' ἐκεῖνοι συγγνώμης ἀνάξιοι, οἱ μὴ χρησάμενοι εἰς δέον τῇ τοῦ θεοῦ μακροθυμίᾳ. οὐ τοῦτον δὲ τὸν λόγον μόνον ἐστὶν εἰπεῖν, δι' ὃν οὐ κολάζονται πάντες ἐνταῦθα οἱ πονηροὶ, ἀλλὰ
C καὶ ἕτερον οὐκ ἐλάττονα τούτου. ποῖον δὴ τοῦτον; ὅτι εἰ πᾶσι παρ' αὐτὰ τὰ ἁμαρτήματα τὰς κολάσεις ἐπήγαγεν ὁ θεὸς, προανηρπάσθη ἂν τὸ γένος ἡμῶν, καὶ οὐκ ἂν ἔφθασεν εἰς διαδοχὴν ἐλθεῖν. καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, ἄκουσον τοῦ προφήτου λέγοντος· ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσῃ, κύριε, τίς ὑποστήσεται; εἰ δὲ δοκεῖ καὶ βασανίσαι τὴν ῥῆσιν, τὸν ἑκάστου βίον ἀφέντες μετὰ ἀκριβείας ἐξετάζειν, οὐδὲ γὰρ δυνατὸν ἡμῖν εἰδέναι τὰ ἑκάστῳ βεβιωμένα, ἅπερ ἀναντιῤῥήτως ἅπαντες ἁμαρτάνομεν, ταῦτα εἰς μέσον ἀγάγωμεν, καὶ ἐκ
D τούτου δῆλον ἡμῖν ἔσται καὶ φανερὸν, ὅτι εἰ καθ' ἕκαστον ἐκολαζόμεθα τῶν ἁμαρτημάτων, πάλαι ἂν ἀπολώλειμεν. ὁ καλέσας τὸν ἀδελφὸν μωρὸν, ἔνοχός ἐστιν εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρὸς, φησίν. ἔστιν οὖν τις ἡμῶν, ὃς οὐχ ἥμαρτε τὴν ἁμαρτίαν ταύτην; τί οὖν, εὐθέως ἀναρπασθῆναι ἔδει; οὐκοῦν πάντες ἀνηρπάσθημέν τε καὶ ἠφανίσθημεν ἂν πάλαι καὶ πρόπαλαι. πάλιν ὁ ὀμνύων, φησὶ, κἂν εὐορκῇ, τὰ ἐκ τοῦ πονηροῦ ποιεῖ πράγματα. τίς οὖν ἐστιν, ὃς οὐκ ὤμοσε; μᾶλλον δὲ τίς ἐστιν, ὃς οὐκ ἐπιώρκησε πώποτε; ὁ πρὸς γυναῖκα ἰδὼν, φησὶν, ἀκολάστοις
E ὀφθαλμοῖς, ἀπηρτισμένος ἐστὶ μοιχός. καὶ ταύτης δὲ τῆς ἁμαρτίας πολλοὺς εὕροι τις ἂν ὑπευθύνους. ὅταν οὖν τὰ ὡμολογημένα τοιαῦτα ᾖ, οὕτως ἀφόρητα, καὶ τούτων ἕκαστον καθ' ἑαυτὸ κόλασιν ἀπαραίτητον ἡμῖν ἐπάγῃ· εἰ καὶ τὰ λάθρα ἡμῖν ἡμαρτημένα ἀναλογισαίμεθα, τότε ὀψόμεθα μάλιστα τὴν τοῦ θεοῦ πρόνοιαν οὐκ ἐπάγουσαν καθ' ἕκαστον ἁμάρτημα τὴν τιμωρίαν ἡμῖν. ὥστε ὅταν ἴδῃς τινὰ ἁρπάζοντα, πλεονεκτοῦντα, καὶ μὴ κολαζόμενον, ἀνάπτυξον καὶ σὺ τὸ σαυτοῦ συνειδὸς, ἀναλόγισαί σου τὴν ζωὴν, ἔπελθε τὰ ἡμαρτημένα, καὶ μαθήσῃ

καλῶς ὅτι σοι πρώτῳ οὐ συμφέρει καθ' ἕκαστον τῶν ἁμαρτημάτων κολάζεσθαι. διὰ γὰρ τοῦτο ἀφειδῶς οἱ πολλοὶ φθέγγονται, ἐπειδὴ οὐ τὰ ἴδια, περὶ τῶν ἀλλοτρίων σκοποῦσιν, ἀλλὰ τὰ ἡμέτερα ἀφέντες, τὰ τῶν ἄλλων ἐξετάζομεν ἅπαντες. ἀλλὰ μηκέτι τοῦτο ποιῶμεν, ἀλλὰ τοὐναντίον. κἂν μὲν δίκαιόν τινα κολαζόμενον ἴδῃς, ἀναμνήσθητι τοῦ Ἰώβ. ἄν τε γὰρ δίκαιος ᾖ τις, οὔτε δικαιότερος ἔσται ἐκείνου, οὔτε κατὰ μικρὸν ἐγγύς· ἄν τε μυρία πάσχῃ κακὰ, οὐδὲν οὐδέπω τοσοῦτον ἔπαθεν, ὅσον ἐκεῖνος.

Τοῦτο τοίνυν εἰς νοῦν λαβὼν, παῦσαι κατηγορῶν τοῦ δεσπότου, μαθὼν ὅτι οὐκ ἐγκαταλιμπάνων τὸν τοιοῦτον ὁ θεὸς ἀφίησι πάσχειν κακῶς, ἀλλὰ στεφανῶσαι, καὶ λαμπρότερον ποιῆσαι βουλόμενος. ἂν δὲ ἁμαρτωλὸν ἴδῃς τιμωρούμενον, ἀναμνήσθητι τοῦ παραλυτικοῦ τοῦ τριάκοντα ὀκτὼ ἔτη ἔχοντος ἐπὶ τῆς κλίνης. ὅτι γὰρ κἀκεῖνος δι' ἁμαρτίας τῇ νόσῳ παρεδόθη τότε ἐκείνῃ, ἄκουσον τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· ἴδε ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μὴ χεῖρόν τί σοι γένηται. ἢ γὰρ ἁμαρτημάτων τίνομεν δίκας κολαζόμενοι, ἢ στεφάνων λαμβάνομεν ὑπόθεσιν, ἂν ἐν κατορθώμασι ζῶντες πάσχωμεν κακῶς. ὥστε κἂν ἐν δικαιοσύνῃ, κἂν ἐν ἁμαρτίαις ζῶμεν, χρήσιμον ἡμῖν ἡ κόλασις, ὅτε μὲν λαμπροτέρους ποιοῦσα, ὅτε δὲ σωφρονεστέρους ἐργαζομένη, καὶ τὴν μέλλουσαν ἡμῖν ἐπικουφίζουσα τιμωρίαν. ὅτι γὰρ ἔστιν ἐνταῦθα κολασθέντα καὶ ἐνεγκόντα εὐχαρίστως, πρᾳοτέρας ἀπολαῦσαι ἐκεῖ τῆς τιμωρίας, ἄκουσον τοῦ Παύλου λέγοντος· διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς, καὶ ἄρρωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί. εἰ γὰρ ἑαυτοὺς ἐκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα· κρινόμενοι δὲ ὑπὸ κυρίου παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν. ταῦτα οὖν ἅπαντα εἰδότες, καὶ τὰ τοιαῦτα, φιλοσοφῶμεν περὶ τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας, καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐπιστομίζωμεν. κἂν ᾖ τι τῶν γιγνομένων τὴν διάνοιαν ὑπερβαῖνον τὴν ἡμετέραν, μὴ ἀπὸ τούτου τὰ καθ' ἡμᾶς ἀπρονόητα εἶναι νομίζωμεν, ἀλλ' ἐκ μέρους καταλαβόντες αὐτοῦ τὴν πρόνοιαν, ἐν τοῖς ἀκαταλήπτοις παραχωρῶμεν αὐτοῦ τῷ ἀνεξιχνιάστῳ τῆς σοφίας. εἰ γὰρ ἀνθρώπου τέχνην οὐ δυνατὸν καταλαβεῖν τῷ ἰδιώτῃ, πολλῷ μᾶλλον τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας τὸ ἄπειρον ἀδύνατον συνιδεῖν ἀνθρωπίνῃ διανοίᾳ. ἀνεξερεύνητα γὰρ τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ. ἀλλ' ὅμως ἀπὸ τῶν ὀλίγων καὶ περὶ τοῦ παντὸς σαφῆ καὶ δήλην λαβόντες πίστιν, ὑπὲρ ἁπάντων τῶν γιγνομένων εὐχαριστῶμεν αὐτῷ. καὶ γὰρ καὶ ἕτερός ἐστι λόγος ἀναντίῤῥητος τοῖς βουλομένοις περὶ τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας φιλοσοφεῖν. ἐρώμεθα γὰρ τοὺς ἀντιλέγοντας, ἆρά ἐστι θεός; κἂν μὲν εἴπωσιν, ὅτι οὐκ ἔστι, μηδὲ ἀποκρινώμεθα. ὥσπερ γὰρ τοῖς μαινομένοις οὐκ ἄξιον ἀποκρίνεσθαι, οὕτως οὐδὲ τοῖς λέγουσι μὴ εἶναι θεόν. εἰ γὰρ πλοῖον ὀλίγους ναύτας ἔχον καὶ ἐπιβάτας, οὐκ ἂν οὐδὲ ἓν στάδιον διασωθείη χωρὶς τοῦ κυβερνώ-

A & tua delicta percurre, tum probe intelliges tibi primo non expedire, ut in peccatis singulis puniaris. Idcirco enim severe multi loquuntur, quod non sua prius quam aliena considerent: sed nostris omissis omnes in res aliorum inquiramus. Verumtamen ne amplius id agamus, sed plane contrarium. Ac si quidem justum aliquem puniri videas, Job recordare. Etsi enim justus sit aliquis, nec tamen justior illo erit, neque vel modicum illi proximus erit: ac licet innumera sit mala passus, necdum tamen quidquam tale passus est, quale vir ille.

8. Hoc igitur mente versans, desine Do-
B minum accusare, cum intelligas Deum, non, quod illum deserat, talem sinere malis affligi, sed quod illum corona donare, atque illustriorem velit reddere. Si vero peccatorem videas castigari, recordare paralytici, qui triginta jam annos in lecto decubuerat. Nam illum propter peccata tum traditum illi morbo fuisse, audi quo pacto Christi verba testentur: *Ecce sanus factus es: jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Joan. 5. 14. Vel enim eorum quæ commisimus, luimus pœnas, dum castigamur: vel occasionem accipimus coronarum, si dum recte vivimus, malis affligi-
C mur. Itaque sive in justitia, sive in peccatis vitam degamus, utile nobis est puniri, quod id aliquando illustriores nos reddat, aliquando modestiores efficiat, ac futurum supplicium nobis mitiget. Posse namque aliquem, qui fuerit in hac vita punitus, & cum gratiarum actione cuncta pertulerit, gravitatem supplicii in altera vita subeundi mitigare, disce ex his Pauli verbis: *Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Quod si nosmetipsos judicaremus, non utique judicaremur: dum judicamur autem, à Domino corripimur, ut non cum mundo damnemur.* 1. Cor. 11. 30. Hæc igitur omnia cum explo-
D rata sint nobis, ita de providentia Dei philosophemur, eisque qui contradicunt os obturemus. Quod si quid accidat, quod mentem nostram excedat, ne idcirco res nostras divina regi providentia negemus, sed cum eam ex parte comprehenderimus, in iis quæ comprehendi minime queunt, investigabili ejus sapientiæ cedamus. Si enim hominis artificium homo imperitus assequi minime potest, multo magis impossibile est, ut immensam Dei providentiam intelligat mens humana. *Inscrutabilia quippe sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus.* Rom. 11. 33. Verumtamen cum ex paucis de toto possi-
E mus probationem ac fidem certam accipere, pro cunctis quæ accidunt Deo gratias agamus. Nam & alia ratione possumus absque ulla contradictione de providentia divina philosophari, si velimus: Interrogemus enim adversarios, an sit Deus? Quod si dixerint non esse Deum, ne illos responso dignemur. (Providentiæ Dei demonstratio.) Ut enim furiosis æquum non est, ut quidquam respondeamus, ita nec illis qui Deum non esse dicunt. Nam si navigium, in quo pauci nautæ fuerint & vectores, fieri nequit ut incolume servetur, ne

ad unius quidem stadii spatium absque manu gubernatoris : multo magis tantus hic mundus, qui tot in se corpora continet ex elementis conflata, tanto tempore non durasset, nisi esset aliqua providentia, quæ illi præesset, & hoc universum tueretur semper ac regeret. Quod si communem omnium sententiam & ipsam rerum experientiam reveriti Deum esse fateantur, hoc illis dicamus: Si sit Deus, ut profecto est, sequitur eum etiam justum esse. Nisi enim justus sit, ne Deus quidem est. Quod si justus sit, unicuique pro meritis reddit. Atqui videmus non omnes hic pro meritis recipere : proinde necesse est alteram nobis repositam retributionem speremus, ut cum pro meritis unusquisque receperit, appareat justitia divina. Hæc enim oratio non de providentia solum, sed etiam de resurrectione philosophiam nobis introducit. Hæc igitur scientes, cum ipsi de providentia & resurrectione meditemur, tum cæteros doceamus, & omne studium in id conferamus, ut iis, qui adversus Dominum insaniunt, os occludamus, eumque nos in omnibus glorificemus. Sic enim majorem ejus curam ac patrocinium promerebimur, & multum auxilium obtinebimus, atque ita vera malitia liberabimur, & futura bona consequemur, gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem & cum quo Patri gloria, unà cum Spiritu sancto nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

A σης αὐτὸ χειρὸς, πολλῷ μᾶλλον κόσμος τοσοῦτος, τοσαῦτα σώματα ἔχων ἐν ἑαυτῷ ἐκ διαφόρων συγκείμενα στοιχείων, ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον οὐκ ἂν διήρκεσεν, εἰ μὴ πρόνοια ἦν τις ἐφεστῶσα, καὶ τόδε τὸ πᾶν συγκρατοῦσα καὶ συνέχουσα διηνεκῶς. ἂν δὲ αἰσχυνθέντες τὴν κοινὴν ἁπάντων ψῆφον καὶ τὴν ἀπὸ τῶν [a] πραγμάτων πεῖραν, ὁμολογήσωσιν εἶναι θεὸν, ἐκεῖνο λέγωμεν πρὸς αὐτοὺς, ὅτι εἰ ἔστιν ὁ θεὸς, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστιν, ἀκόλουθον εἶναι καὶ δίκαιον. εἰ γὰρ μὴ ἔστι δίκαιος, οὔτε θεός ἐστι. εἰ δὲ δίκαιός ἐστι, ἑκάστῳ τὰ κατ' ἀξίαν ἀποδίδωσιν. ἀλλ' ὁρῶμεν οὐ πάντας ἐνταῦθα B κατ' ἀξίαν ἀπολαμβάνοντας· οὐκοῦν ἀνάγκη τινὰ ἐλπίσαι ἑτέραν ἀποκειμένην ἀμοιβὴν, ἵνα ἑκάστου τὰ κατ' ἀξίαν ἀπολαβόντος, φανῇ τοῦ θεοῦ τὸ δίκαιον. οὗτος γὰρ ὁ λόγος, οὐ τὴν περὶ προνοίας μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν περὶ ἀναστάσεως συνεισάγει φιλοσοφίαν ἡμῖν. ταῦτα τοίνυν εἰδότες, καὶ αὐτοὶ μελετῶμεν τὰ περὶ προνοίας καὶ ἀναστάσεως, καὶ ἑτέρους διδάσκωμεν, καὶ σπουδὴν ποιησώμεθα ἅπασαν τοὺς κατὰ τοῦ δεσπότου λυττῶντας ἐπιστομίζειν, καὶ αὐτοὶ δοξάσωμεν αὐτὸν ἐν πᾶσιν. οὕτω γὰρ πλείω τὴν κηδεμονίαν αὐτοῦ ἐπισπασόμεθα, καὶ πολ- C λῆς ἀπολαυσόμεθα ῥοπῆς, καὶ οὕτω δυνησόμεθα τῆς ὄντως ἀπαλλαγῆναι κακίας, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτυχεῖν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

a Colb. πραγμάτων ὁμολογίαν, εἴπωσιν εἶναι.

AD EOS QUI OBJICIUNT, cur e medio sublatus non sit diabolus ; & quod hujus malitia nihil nos lædat, si attendamus, & de pœnitentia.

1. ISAAC quidem cum exoptasset aliquando prandium filii manibus paratum comedere, filium ex ædibus ad venationem emisit : hic vero noster Isaac cum exoptasset prandium sumere manibus nostris paratum, non ex ædibus nos emisit, sed ipse nostram ad mensam accurrit. Quis majorem paternum amorem umquam exhibuit ? quis humilitatem majorem eo, qui tam ardentem dignatus est ostendere caritatem, tantumque voluit se demittere ? Quamobrem nos etiam, qui & vocis intentionem, & pedum firmitatem matutina sermocinatione depressimus, paterni vultus aspectu recreati, continuo infirmitatis obliti sumus, torporem excussimus, voluptate commoti sumus & erecti, splendidam vidimus canitiem, & anima nostra luce repleta est. Propterea quoque promto & alacri animo mensam apponimus, ut nos, cum comederit, benedicat. Non hic furtum est & do-

Laus Flaviani Episcopi.

[b] ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΕΓΚΑΛΟΥΝΤΑΣ τίνος ἕνεκεν οὐκ ἐκ μέσου γέγονεν ὁ διάβολος, καὶ ὅτι οὐδὲν ἡμᾶς βλάπτει ἡ τούτου πονηρία, ἐὰν προσέχωμεν, καὶ περὶ μετανοίας.

D

ὉΜΕΝ Ἰσαὰκ ἐπιθυμήσας ποτὲ ἄριστον ἐκ τῶν χειρῶν τοῦ παιδὸς φαγεῖν, τὸν παῖδα εἰς τὴν θήραν ἐξέπεμψεν ἐκ τῆς οἰκίας· οὗτος δὲ ὁ Ἰσαὰκ ἐπιθυμήσας ἄριστον ἐκ τῶν ἡμετέρων χειρῶν λαβεῖν, οὐχ ἡμᾶς ἐξέπεμψεν ἐκ τῆς οἰκίας, ἀλλ' αὐτὸς πρὸς τὴν ἡμετέραν ἔδραμε τράπεζαν. τί τούτου φιλοστοργότερον γένοιτ' ἂν; τί δὲ ταπεινότερον· ὃς οὕτω θερμὴν ἐπιδείξασθαι τὴν ἀγάπην κατηξίωσεν, καὶ τοσοῦτον καταβῆναι E ἠνέσχετο; διά τοι τοῦτο καὶ ἡμεῖς, καὶ τὸν τόνον τῆς φωνῆς, καὶ τὴν δύναμιν [c] τῶν ποδῶν καταβαλόντες ἀπὸ τῆς ἑωθινῆς διαλέξεως, ἰδόντες τὴν πατρικὴν ὄψιν, εὐθέως ἐπελαθόμεθα τῆς ἀσθενείας, ἀπεθέμεθα τὸν ὄκνον· ἀνεπτερώθημεν ὑπὸ τῆς ἡδονῆς· εἴδομεν τὴν λαμπρὰν πολιὰν, καὶ φωτὸς ἐνεπλήσθη ἡμῶν ἡ ψυχή. διὰ τοῦτο καὶ μετὰ προθυμίας τὴν τράπεζαν παρατιθέμεθα, ἵνα φαγὼν εὐλογήσῃ ἡμᾶς. οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα κλοπὴ καὶ

b Collata cum Codice Regio 1694. & Colbertertino 2030.

c τῶν ποδῶν. Ita Reg. & hanc lectionem affert in notis Fronto Ducæus : quæ utique vera & germana est, contra vero illa, quam præfert Edit. Morel. τῶν πολλῶν. vitiata, ut ex serie liquet. Pari vitio laborabat lectio sequens λαμπρὰν πόλιν pro λαμπρὰν πολιὰν, *splendidam canitiem*, quam lectionem habet idem Codex Reg. & Fronto Ducæus in notis, qui tamen πόλιν in textu reliquerat, & civitatem in interpretatione.

δοῦλος, καθάπερ ἐκεῖ τότε· ἕτερος μὲν ἐπετάγη εἰσενεγκεῖν, ἕτερος δὲ εἰσήνεγκεν· ἀλλ' ἐγὼ καὶ ἐπετάγην εἰσενεγκεῖν, καὶ εἰσήνεγκα. εὐλόγησον δὴ ἡμᾶς, ὦ πάτερ, εὐλογίαν πνευματικὴν, καὶ ἣν πάντες εὐχόμεθα λαβεῖν ἀεὶ, καὶ τὴν οὐ σοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐμοὶ καὶ τούτοις πᾶσι χρησίμην· παρακάλεσον τὸν κοινὸν ἡμῶν ἁπάντων δεσπότην, εἰς τὸ μακρὸν γῆρας τοῦ Ἰσαὰκ τὴν ζωὴν τὴν σὴν ἐξαγαγεῖν. τοῦτο γὰρ καὶ ἐμοὶ καὶ τούτοις τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῆς πιότητος τῆς γῆς τιμιώτερον καὶ ἀναγκαιότερον. ἀλλὰ γὰρ ὥρα λοιπὸν παραθεῖναι τὴν τράπεζαν· τίς οὖν ἐστιν αὕτη; τὰ λείψανα τῶν πρῴην εἰρημένων πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην· ἔτι γὰρ ἔτι τὸν περὶ τοῦ διαβόλου λόγον ἀνακινοῦμεν, ὃν πρὸ τούτων τῶν δύο ἡμερῶν ἐκινήσαμεν· ὃν καὶ ἕωθεν πρὸς τοὺς μυσταγωγουμένοις εἴπαμεν, ὅτε περὶ ἀποταγῆς καὶ συνταγῆς διελεγόμεθα τούτοις. ποιοῦμεν δὲ τοῦτο οὐκ ἐπειδὴ ἡδὺς ἡμῖν ὁ περὶ τοῦ διαβόλου λόγος· ἀλλ' ἐπειδὴ [a] ἀσφαλὴς ἡμῖν ἡ περὶ τούτου διδασκαλία. ἐχθρὸς γάρ ἐστι καὶ πολέμιος· μεγάλη δὲ ἀσφάλεια τὰ τῶν ἐχθρῶν εἰδέναι σαφῶς. εἰρήκαμεν πρῴην, ὅτι βίᾳ οὐ κρατεῖ, οὐδὲ τυραννίδι, οὐδὲ ἀναγκάζων, οὐδὲ βιαζόμενος· ἐπεὶ εἰ τοῦτο ἦν, πάντας ἂν ἀπώλεσεν. καὶ τούτου τεκμήριον παρηγάγομεν τοὺς χοίρους, ὧν οὐκ ἠδυνήθησαν καταπολμῆσαι οἱ δαίμονες πρὸ τῆς ἐπιτροπῆς τοῦ δεσπότου· τὰ βουκόλια τοῦ Ἰὼβ, καὶ τὰ ποίμνια. οὐδὲ γὰρ ταῦτα διαφθεῖραι ἐτόλμησεν ὁ διάβολος, ἕως ἄνωθεν τὴν ἐξουσίαν ἔλαβεν. ἓν τοίνυν τοῦτο πρῶτον ἐμάθομεν, ὅτι βίᾳ ἡμῶν οὐ κρατεῖ, οὐδὲ ἀνάγκῃ. δεύτερον μετ' ἐκεῖνο προσεθήκαμεν, ὅτι καὶ ἀπάτῃ κρατῶν, οὐδὲ οὕτω πάντων περιγίνεται. καὶ πάλιν αὐτὸν τὸν ἀθλητὴν εἰς μέσον παρηγάγομεν τὸν Ἰὼβ, καθ' οὗ μυρία κινήσας μηχανήματα, οὐδὲ οὕτω περιεγένετο, ἀλλὰ καὶ ἡττηθεὶς ἀνεχώρησεν. ἓν ὑπολείπεται ζήτημα λοιπόν. ποῖον δὴ τοῦτο; ὅτι εἰ καὶ μὴ βίᾳ φησὶ κρατεῖ, ἀλλ' ἀπάτῃ· καὶ διὰ τοῦτο βέλτιον ἦν αὐτὸν ἀφανισθῆναι. εἰ γὰρ καὶ περιεγένετο ὁ Ἰὼβ, ἀλλ' ἠπατήθη ὁ Ἀδὰμ, καὶ ὑπεσκελίσθη· εἰ δὲ ἀνῃρέθη ἐκ μέσου καθάπαξ, οὐδὲ ὁ Ἀδὰμ ἂν ὑπεσκελίσθη ποτέ· νῦν δὲ μένων ἡττᾶται μὲν ὑφ' ἑνὸς, περιγίνεται δὲ πολλῶν· δέκα αὐτοῦ κρατοῦσιν, ἀλλὰ μυρίων αὐτὸς κρατεῖ καὶ καταγωνίζεται· εἰ δὲ ἀνεῖλεν αὐτὸν ἐκ τοῦ μέσου, οὐκ ἂν οὐδὲ οἱ μύριοι ἀπώλοντο. τί οὖν πρὸς τοῦτο ἐροῦμεν; ὅτι μάλιστα μὲν πολὺ τιμιώτεροι τῶν ἡττωμένων οἱ κρατοῦντες· κἂν οἱ μὲν πλείους, οἱ δὲ ἐλάττους ὦσι. κρείττων γὰρ εἷς, φησὶ, ποιῶν θέλημα θεοῦ, ἢ μύριοι παράνομοι. δεύτερον δὲ ὅτι ἀναιρεθέντος τοῦ ἀνταγωνιστοῦ, αὐτὸς ὁ κρατῶν ἐπηρεάζεται δι' ἐκείνου. ἂν μὲν γὰρ ἀφῇς μένειν τὸν ἀντίπαλον, οἱ ῥαθυμότεροι οὐχὶ διὰ τοὺς σπουδαιοτέρους, ἀλλὰ διὰ τὴν ἑαυτῶν ῥαθυμίαν ἐπηρεάζονται· ἂν δὲ ἀνέλῃς τὸν ἀνταγωνιστὴν, οἱ σπουδαιότεροι

[a] Reg. ἀσφαλὴς ὑμῖν ἡ περὶ τοῦ διαβόλου διδασκαλία.

A lus, ut illic tum fuit: alius quidem afferre jussus est, alius vero attulit; sed ego afferre jussus sum, ego quoque attuli. Tu vero benedictione spirituali benedic nobis, pater, & ea, quam accipere optamus omnes, quæque non modo tibi, sed & mihi, & omnibus his sit utilis: communem omnium nostrum dominum precare, ut vitam tuam ad prolixam Isaac senectutem producat: hoc enim & mihi & istis rore cæli ac pinguedine terræ multo pretiosius est & fructuosius. Verumenimvero jam tempus est, ut mensam apponamus: quæ porro illa est? reliquiæ nimirum eorum, quæ nuper caritati (Homiliam, quæ præcedit commemorat.)
B vestræ dicta sunt: adhuc enim, adhuc, inquam, de diabolo sermonem habemus, quem ante duos hos dies instituimus, quem & mane ad eos habuimus, qui mysteriis initiantur, cum de abrenunciatione deque aggregatione apud istos dissereremus. Hoc autem agimus, non quod delectet nos de diabolo verba facere, sed quod tuta sit nobis quæ de eo doctrina profertur. Est enim inimicus & hostis noster: illud porro securitatem magnam parit, si nobis res inimicorum plane sint notæ. Diximus nuper eum per violentiam non vincere, neque per tyrannidem, neque necessitatem afferendo, nec cogendo: quoniam si ita esset, omnes utique perderet: hujusque rei protulimus
C argumentum porcos, in quos nihil agere dæmones potuerunt, antequam a Domino permissum esset; armenta Job, & greges; neque enim hæc diabolus ausus est perdere, quousque desuper potestatem accepit. (Matt. 8. 31.) Unum igitur hoc primum didicimus, eum per vim aut necessitatem non vincere. Secundum post illud addidimus, eum quamvis fraudibus vincat, non tamen hac ratione cunctis superiorem evadere, & rursus athletam ipsum in medium protulimus Job, cui licet mille machinas admoverit, non eum tamen hac ratione superavit, sed &
D victus abscessit. Una jam restat quæstio; quænam illa tandem? quod licet per vim, inquiunt, non vincat, attamen fraudibus vincit: ideoque melius foret, ut penitus deletus esset. Quamvis enim Job superior evaserit, Adam tamen deceptus est & supplantatus. Quod si semel e medio sublatus esset, ne Adam quidem supplantatus umquam fuisset: jam vero, dum manet, ab uno quidem superatur, ac multis superior evadit: decem illum vincunt; sed ab eo mille superantur, & expugnantur: sin autem illum e medio sustulisset, neque mille
E isti periissent. Quid igitur ad hoc respondebimus? Multo nimirum pluris esse faciendos, qui vincunt, quam qui superantur, licet hi plures sint, illi pauciores. *Melior enim est*, inquit, *unus qui faciat voluntatem Dei, quam mille iniqui.* Deinde vero quod adversario sublato victor ipse per illud damno afficiatur. Nam si adversarium quidem manere permittas, ignaviores non ob eos, qui magis strenui sunt, sed ob ignaviam suam damna patiuntur: sin autem sustuleris ad-

versarium, qui magis strenui sunt, ob ignavos afficiuntur injuria, neque virtutis suæ specimen edunt, neque coronas adipiscuntur.

2. Nondum fortasse percipitis, quæ dixi: quamobrem clarius eadem est necesse dicantur. Sit pugil unus; sint & athletæ duo qui cum eo sint luctaturi, atque ex his duobus athletis unus quidem sit ingluvie corruptus, contemtus, viribus defectus, enervatus: alter vero qui strenue se gerat, bene habito sit corpore, in palæstra versetur, in multis gymnasiis, omnique se athletica exercitatione corroboret: si adversarium ergo sustuleris, utri horum injuriam inferes? num ignavo & negligenti, an strenuo, qui tot labores exantlaverit? haud dubium, quin strenuo: nam hic quidem propter ignavum adversario sublato damnum est passus; at ignavus illo manente non jam ob strenuum injuria est affectus; quippe qui propter ignaviam suam conciderit. Dicam & aliam quæstionis hujus solutionem, ut intelligas non diabolum injuriam inferre, sed propriam ignaviam eos, qui minime attenti sunt, ubique supplantare. Relinquatur diabolus admodum malus non natura, sed animi proposito ac sententia. Malum enim natura non esse diabolum ex nominibus ipsis cognosce. Diabolus namque, hoc est accusator, dictus est ab accusando: hominem enim apud Deum accusavit. *Num gratis Job te colit?* inquiens; *sed mitte manum tuam, & tange quæ habet: si non in faciem te blasphemabit:* accusavit rursus Deum apud hominem, *Ignis cecidit de cælo*, inquiens, *& combussit oves:* siquidem illi persuadere nitebatur, desuper e cælis bellum istud in eum esse commotum, & servum cum domino collidebat, dominumque cum servo: imo vero non collidebat, sed conatus est quidem, at non valuit: ut cum alterum videris servum cum domino commissum, & odio in eum commotum, Adam scilicet in Deum, ejusque calumniæ fidem habentem, non ex propria virtute, sed ex illius eum ignavia, socordiaque discas robur acquisivisse. Diabolus igitur idcirco dictus est, id est accusator: porro accusare, & non accusare natura non est, sed actio, quæ fit, & esse desinit; quæ accidit & accidere desinit: res autem ejusmodi non naturæ neque substantiæ conditionem sunt nactæ. Scio multis comprehensu difficilem hunc esse de substantia deque accidentibus sermonem: sed sunt qui subtilius audire possunt; quam ob causam & nos hæc diximus. Vultis & ad alterum nomen veniam, ac videbitis illud quoque non substantiæ neque naturæ nomen esse? Malus vocatur: malitia vero non est naturæ, sed arbitrii ac propositi: nam & ipsa nonnumquam inest, & nonnumquam inesse desinit. Noli enim dicere in illo eam perpetuo manere: nam & in illo ab initio non fuit, sed postea accessit, quamobrem & Apostata dicitur: tametsi cum multi sint homines mali, solus ille per excellentiam Malus dicitur.

Job 1. 16. Non diabolus lædit hominem, sed propria ignavia.

Job 1. 9.

A ἀλλὰ [a] τοὺς ῥαθύμους ἐπεβουλεύθησαν, καὶ τὴν οἰκείαν οὐκ ἐπεδείξαντο δύναμιν, οὐδὲ τῶν στεφάνων ἐπέτυχον.

Τάχα οὐδέπως συνήκατε τὸ λεχθέν· οὐκοῦν ἀνάγκη σαφέστερον αὐτὸ πάλιν εἰπεῖν. [b] ἔστω ἀνταγωνιστὴς εἷς· ἔστωσαν δὲ καὶ ἀθληταὶ δύο πρὸς ἐκεῖνον παλαίειν μέλλοντες, καὶ τούτων τῶν δύο ἀθλητῶν ὁ μὲν ὑπὸ γαστριμαργίας ἔστω διεφθαρμένος, ἠμελημένος, ἐξησθενημένος, ἐκνενευρισμένος, ἕτερος δὲ σπουδάζων, εὐεκτῶν, ἐν παλαίστρᾳ διατρίβων, ἐν γυμνασίοις πολλοῖς, πᾶσαν τὴν ἄσκησιν τὴν περὶ τὴν ἄθλησιν ἐπιδεικνύμενος· ἂν τοίνυν ἀνέλῃς τὸν ἀνταγωνιστὴν, τίνι ἐπηρέασας τούτων; B ἆρα τῷ ῥαθύμῳ καὶ ἀμελεῖ, ἢ τῷ σπουδαίῳ τῷ τοσαῦτα πεπονηκότι; εὔδηλον ὅτι τῷ σπουδαίῳ· ὁ μὲν γὰρ διὰ τὸν ῥάθυμον ἠδίκηται ἀναιρεθέντος τοῦ ἀνταγωνιστοῦ· ὁ δὲ ῥάθυμος μένοντος τούτου οὐκ ἔτι διὰ τὸν σπουδαῖον ἐπηρέασται· ἀπὸ γὰρ τῆς οἰκείας ῥαθυμίας κατέπεσεν. εἴπω καὶ ἑτέραν λύσιν τοῦ ζητήματος τούτου, ἵνα μάθῃς, ὅτι οὐχ ὁ διάβολος ἐπηρεάζει, ἀλλ' ἡ οἰκεία ῥαθυμία πανταχοῦ ὑποσκελίζει τοὺς μὴ προσέχοντας. ἀφείσθω ὁ διάβολος ὁ σφόδρα πονηρὸς οὐ φύσει, ἀλλὰ προαιρέσει καὶ γνώμῃ· ὅτι γὰρ οὐκ ἔστι φύσει πονηρὸς ὁ διάβολος, ἀπ' αὐτῶν τῶν ὀνομάτων μάνθανε· διάβολος γὰρ C ἀπὸ τοῦ διαβάλλειν εἴρηται· διέβαλε γὰρ τὸν ἄνθρωπον πρὸς τὸν θεόν· οὐχὶ δωρεὰν σέβεταί σε Ἰὼβ, λέγων· ἀλλ' ἀπόστειλον τὴν χεῖρά σου, καὶ ἅψαι ὧν ἔχει· εἰ μὴ εἰς πρόσωπόν [c] σε βλασφημήσει. διέβαλε πάλιν τὸν θεὸν πρὸς τὸν ἄνθρωπον· πῦρ ἔπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λέγων, καὶ κατέφλεγε τὰ πρόβατα· ἐσπούδαζε γὰρ αὐτὸν πεῖσαι, ὅτι ἄνωθεν ἐκ τῶν οὐρανῶν ὁ πόλεμος οὗτος ἀνερριπίσθη, καὶ συνέκρουσε τὸν οἰκέτην πρὸς τὸν δεσπότην, καὶ τὸν δεσπότην πρὸς τὸν δοῦλον· μᾶλλον δὲ οὐ συνέκρουσεν, ἀλλ' ἐπεχείρησε μὲν, οὐκ ἴσχυσε δέ· ἵν' ὅταν ἴδῃς ἕτερον συγκρουόμενον οἰκέτην πρὸς τὸν δεσπότην, D τὸν Ἀδὰμ πρὸς τὸν θεὸν, καὶ πιστεύοντα αὐτοῦ τῇ διαβολῇ, μάθῃς, ὅτι οὐκ ἀπὸ τῆς οἰκείας δυνάμεως, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἐκείνου ῥαθυμίας τε καὶ ἀμελείας τὴν ἰσχὺν ἔλαβεν. διάβολος τοίνυν διὰ τοῦτο εἴρηται· τὸ διαβάλλειν δὲ καὶ μὴ διαβάλλειν οὐ φύσις ἐστίν· ἀλλὰ πρᾶγμα γινόμενον καὶ ἀπογινόμενον· συμβαῖνον καὶ ἀποσυμβαῖνον· τὰ δὲ τοιαῦτα οὐ φύσεως ἐπέχει τάξιν οὐδὲ οὐσίας. οἶδα ὅτι πολλοῖς δυσκατάληπτος ὁ λόγος οὗτος ὁ περὶ τῆς οὐσίας, καὶ τῶν συμβεβηκότων· ἀλλ' εἰσὶν οἱ καὶ λεπτότερον ἀκούειν δυνάμενοι· διόπερ καὶ ἡμεῖς ταῦτα εἰρήκαμεν. βούλεσθε καὶ ἐφ' ἕτερον ὄνομα ἔλθω, καὶ ὄψεσθε κἀκεῖνο οὐ τῆς οὐσίας, E οὐδὲ τῆς φύσεως ὄνομα ὄν; πονηρὸς καλεῖται, ἡ δὲ πονηρία οὐ φύσεώς ἐστιν, ἀλλὰ προαιρέσεως. καὶ γὰρ καὶ αὕτη ποτὲ μὲν ἐγγίνεται· ποτὲ δὲ ἀπογίνεται. μὴ γὰρ δὴ τοῦτο μὴ εἴπῃς, ὅτι ἐπ' ἐκείνου διὰ παντὸς μένει· καὶ γὰρ καὶ ἐπ' ἐκείνου οὐκ ἐξ ἀρχῆς ἦν, ἀλλὰ μετὰ ταῦτα ἐπεγένετο, διὸ καὶ ἀποστάτης λέγεται· καίτοι πολλῶν ἀνθρώπων ὄντων πονηρῶν, μόνον ἐκεῖνος πονηρὸς κατ'

a Reg. & Colb. τοὺς ῥαθυμοτέρους.
b Hæc, ἔστω ἀνταγωνιστὴς εἷς, deerant in Edit. Morel. sed habentur in Reg. & Colb. monetque in notis suis Ducæus esse restituenda.
c Reg. solus habet, σε εὐλογήσει, quod eodem recidit.

ἐξοχὴν λέγεται. τί δή ποτε οὖν οὕτω καλεῖται; ὅτι οὐδὲν A
παρ' ἡμῶν ἠδικημένος, οὐ μικρὸν, οὐ μέγα ἐγκαλεῖν ἔχων, ἰδὼν τιμηθέντα τὸν ἄνθρωπον εὐθέως [a] ἐβάσκηνεν αὐτῷ τοῖς ἀγαθοῖς. ταύτης οὖν τῆς πονηρίας τί γένοιτ' ἂν χεῖρον, ἀλλ' ἢ ὅταν ἔχθρα καὶ πόλεμος ᾖ μηδεμίαν εὔλογον αἰτίαν ἔχων; ἀφείσθω τοίνυν ὁ διάβολος, καὶ παραγάγωμεν εἰς μέσον τὴν κτίσιν· ἵνα μάθῃς ὅτι οὐχ ὁ διάβολος ἡμῖν αἴτιος τῶν κακῶν, ἐὰν θέλωμεν προσέχειν· ἵνα μάθῃς, ὅτι ὁ ἀσθενὴς τὴν προαίρεσιν καὶ ἠμελημένος καὶ ῥᾴθυμος, καὶ διαβόλου οὐκ ὄντος καταπίπτει, καὶ εἰς βάραθρα πολλὰ κακίας ἑαυτὸν καταβάλλει. ὁ διάβολος πονηρός ἐστιν· οἶδα, καὶ ὡμολόγηται τοῦτο παρὰ πᾶσιν, B
ἀλλὰ μετὰ ἀκριβείας πρόσεχε τοῖς μέλλουσι ῥηθήσεσθαι νῦν. οὐ γὰρ τὰ τυχόντα ἐστίν· ἀλλ' ὑπὲρ ὧν πολλαχοῦ πολλοῖς πολλάκις γίνονται λόγοι· ὑπὲρ ὧν πολλὴ μάχη καὶ πόλεμος οὐχὶ πιστοῖς πρὸς ἀπίστους μόνον, ἀλλὰ καὶ πιστοῖς πρὸς πιστούς· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ὀδύνης γέμον.

Ὁ μὲν οὖν διάβολος ὡμολόγηται, καθὼς ἔφην, πονηρὸς εἶναι παρὰ πᾶσι· τί περὶ τῆς κτίσεως ἐροῦμεν τῆς καλῆς ταύτης καὶ θαυμαστῆς; ἢ καὶ ἡ κτίσις πονηρά; καὶ τίς οὕτως μιαρός; τίς οὕτως ἀναίσθητος καὶ παραπλὴξ ὡς κα- C
τηγορῆσαι τῆς κτίσεως; τί οὖν περὶ ταύτης ἐροῦμεν; οὐ γάρ ἐστι πονηρὰ, ἀλλὰ καὶ καλὴ καὶ δεῖγμα τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας, καὶ δυνάμεως, καὶ φιλανθρωπίας ἐστίν. ἄκουσον γοῦν πῶς αὐτὴν ὁ προφήτης θαυμάζει λέγων· ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου κύριε, πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας· οὐ καθέκαστον ἐπεξῆλθεν, ἀλλὰ παρεχώρησε τῷ ἀκαταλήπτῳ τῆς σοφίας τοῦ Θεοῦ. ὅτι δὲ καὶ χρησίμως αὐτὴν οὕτω καλὴν καὶ μεγάλην ἐποίησεν, ἄκουσόν τινος λέγοντος, ὅτι ἐκ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς αὐτῶν θεωρεῖται· ἄκουσον τοῦ Παύλου λέγοντος· τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι D
νοούμενα καθορᾶται. τούτων γὰρ ἕκαστος ἠνίξατο δι' ὧν εἶπεν, ὅτι αὕτη πρὸς θεογνωσίαν ἡμᾶς χειραγωγεῖ· ὅτι αὕτη ποιεῖ ἐπιγινώσκειν τὸν δεσπότην. τί οὖν ἐὰν ἴδωμεν τὴν καλὴν ταύτην, καὶ θαυμαστὴν αὐτὴν γενομένην ἀσεβείας αἰτίαν πολλοῖς, αἰτιασόμεθα αὐτήν; οὐδαμῶς, ἀλλ' ἐκείνους τοὺς μὴ χρησαμένους εἰς δέον τῷ φαρμάκῳ. ποῦ οὖν ἀσεβείας αἰτία αὕτη ἡ χειραγωγοῦσα πρὸς θεογνωσίαν; ἐσκοτίσθησαν, φησὶν, ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν οἱ φιλόσοφοι, καὶ ἐσεβάσθησαν, καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα. οὐδαμοῦ διάβολος ἐνταῦθα· E
οὐδαμοῦ δαίμων ἐνταῦθα, ἀλλὰ κτίσις εἰς τὸ μέσον πρόκειται μόνη διδάσκαλος τῆς θεογνωσίας. πῶς γοῦν γέγονεν ἀσεβείας αἰτία; οὐ παρὰ τὴν ἑαυτῆς φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἀμέλειαν τῶν μὴ προσεχόντων. τί οὖν ἀναιρήσομεν καὶ τὴν κτίσιν, εἰπέ μοι; καὶ τί λέγω περὶ τῆς κτίσεως; ἐπὶ τὰ μέλη ἔλθωμεν τὰ ἡμέτερα· καὶ γὰρ καὶ ταῦτα εὑρήσομεν ἀπωλείας αἴτια, ἐὰν μὴ προσέχωμεν· οὐ παρὰ

[a] Sic Reg. & Colb. Morel. ἐβάσκανεν.

A Quam tandem igitur ob causam sic appellatur? quod nullatenus a nobis injuria lacessitus, cum nihil exiguum, nihil magnum posset objicere, cum honore affectum vidisset hominem, continuo bonis ejus invidit. Quid igitur hac malitia nequius fingi possit, quam cum nulla legitima de causa odium ac bellum exoritur? Relinquatur itaque diabolus; & creaturam in medium proferamus, ut discas non causam nobis malorum esse diabolum, si animum attendere velimus: ut intelligas eum, qui proposito animi est imbecillis, negligens, & ignavus, etiamsi diabolus non sit, concidere & in
B multa vitiorum barathra seipsum præcipitem agere. Diabolus malus est, scio equidem, & in confesso est apud omnes: sed attende diligenter ad ea, quæ nunc dicturi sumus: non enim res sunt vulgares, sed de quibus a multis sæpenumero multis in locis habentur sermones; de quibus multa sæpe contentio & bellum exoritur, non fidelibus tantum adversus infideles, sed & fidelibus adversus fideles: hoc enim est, quod dolorem inurit.

3. Diabolum igitur malum esse fatentur omnes: quid de creatura ista bona & admiratione digna dicemus? an etiam malam esse creaturam? & quis ille adeo scelestus,
C quis adeo stupidus, ac mente captus, ut creaturam accuset? quid ergo de illa dicemus? non enim mala est, sed & bona, & sapientiæ Dei, virtutis, ac benignitatis est argumentum. Audi ergo quo pacto illam admiretur propheta dicens, *Quam magnificata sunt opera tua Domine! omnia in sapientia fecisti.* Ps. 103. 24.
Non sigillatim percurrit; sed incomprehensibili divinæ sapientiæ immensitati cessit. Utiliter autem adeo bonam & magnificam illam a Deo factam esse ut noveris, audi quempiam dicentem: *Ex magnitudine & specie creaturarum per proportionem creator illarum videtur:* Sap. 13. 5.
audi Paulum dicentem, *Invi-* Rom. 1. 20.
D *sibilia enim ipsius a creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.* Horum enim quisque per ea, quæ dixit, nos ab ea, quasi manu duci ad Dei cognitionem, subindicavit, quod illa efficiat, ut dominum agnoscamus. Quid igitur? si bonam hanc & admirabilem creaturam multis impietatis causam exstitisse videamus, num illam accusabimus? nequaquam, sed eos qui medicina, ut oportuit, non sunt usi. Quomodo ergo causa impietatis erit illa, quæ ad Dei cognitionem nos provehit? *Obtenebrati sunt,* Rom. 1. 21.
inquit, *in cogitationibus suis philosophi, & coluerunt, & servierunt creaturæ potius, quam*
E *creatori.* Nusquam diabolus hic, nusquam hic dæmon, sed creatura sola divinæ cognitionis magistra in medio proposita est. Quonam ergo pacto causa impietatis est facta? non ex natura sua, sed ex eorum incuria, qui ad res suas attenti non erant. Quid igitur? tollemusne quæso creaturam quoque? sed quid ego de creatura loquor? ad membra nostra veniamus: nam & ipsa causam esse perditionis reperiemus, nisi animum at-

tendamus, non ex propria natura, sed ex ignavia nostra. At vide quæso; datus est oculus, ut creaturam intuens, dominum glorifices: at si oculo recte non utaris, adulterii tibi conciliator evadit. Lingua vero data est, ut laudes, ut celebres creatorem: at si recte non attendas, blasphemiæ tibi fit administra. Manus datæ sunt, ut ad preces illas extendas: sed si sobrius non sis, ad rapinam eas extendis. Pedes dati sunt, ut ad bona opera curras; sed si negligens fueris, eorum ope malas actiones exsequeris. Vides infirmum cuncta lædere? vides infirmum remedia salutaria præcipitem in mortem agere, non ex natura sua, sed ex illius imbecillitate? Cælum condidit Deus, ut opus admirans, dominum adorares: at alii conditore derelicto cælum ipsum adorarunt: id vero propter eorum ignaviam & insipientiam accidit. Sed quid ego creaturam dico? enimvero quid salutarius cruce fieri possit? atqui crux ista scandalum infirmis est facta. *Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est: iis autem qui salvi fiunt, Dei virtus est*; & rursus, *Prædicamus Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam.* Quid ad docendum aptius Paulo fingi possit & Apostolis? At isti Apostoli multis odor mortis sunt facti: ait igitur, *Aliis quidem odor mortis in mortem: aliis autem odor vitæ in vitam.* Vides infirmum a Paulo etiam lædi, validum autem ne a diabolo quidem affici damno?

Rectum membrorum usum corrumpit ignavia.

1. Cor. 1. 18.

1. Cor. 1. 23.

2. Cor. 2. 16.

4. Vis etiam de Christo sermonem instituamus? quid cum illa salute conferri potest? quid illo adventu fructuosius? atqui hic ipse adventus salutaris, & utilis multis accessio pœnarum est factus. *In judicium enim*, inquit, *in hunc mundum veni: ut qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant.* Quid ais? lux cæcitatis causa facta est? non lux facta est causa cæcitatis, sed oculorum animæ imbecillitas recipere lumen non valuit. Vides infirmum undique lædi; validum autem undique utilitatem decerpere? nam ubique voluntas est in causa, ubique nostrum arbitrium est auctor: quandoquidem diabolus, si nosse velis, etiam utilis nobis est, si eo, prout oportet, utamur, magnamque nobis utilitatem parit, neque mediocre nobis inde lucrum obvenit. Hoc multoties & ex ipso Job ostendimus: potest autem ex ipso quoque Paulo intelligi: sic enim ait de fornicatore scribens: *Tradite hujusmodi Satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit.* Ecce etiam salutis auctor factus est diabolus: tametsi non ex ipsius mente, sed ex artificio Apostoli. Nam quemadmodum medici viperas sumunt, & perniciosis membris resectis theriaca medicamenta conficiunt: ita quoque Paulus fecit; quicquid inerat utile ex illato a diabolo supplicio sumens reliquum omisit. Ut enim intelligas non esse salutis auctorem diabolum, sed illum in id incubuisse, ut hominem perderet ac devoraret, Apostolum autem sapientia

Joan. 9. 39.

1. Cor. 5. 5.

A τὴν οἰκείαν αὐτοῦ φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἡμετέραν ῥᾳθυμίαν. σκόπει δέ, ὀφθαλμὸς ἐδόθη, ἵνα βλέπων τὴν κτίσιν δοξάζῃς τὸν δεσπότην· ἀλλ' ἐὰν μὴ καλῶς χρήσῃ τῷ ὀφθαλμῷ, μοιχείας σοι γίνεται πρόξενος· γλῶττα δὲ ἐδόθη, ἵνα εὐφημῇς, ἵνα ὑμνῇς τὸν ποιητήν· ἀλλ' ἐὰν μὴ καλῶς προσέχῃς, βλασφημίας σοι γίνεται αἰτία· χεῖρες δὲ ἐδόθησαν, ἵνα ἀνατείνῃς αὐτὰς εἰς εὐχάς· ἀλλ' ἐὰν μὴ νήφῃς, εἰς πλεονεξίαν αὐτὰς ἐκτείνεις. πόδες ἐδόθησαν, ἵνα τρέχῃς εἰς καλὰ ἔργα· ἀλλ' ἐὰν ἀμελῇς, τὰς πονηρὰς δι' αὐτῶν ἐξεῖς πράξεις. ὁρᾷς ὅτι τὸν ἀσθενῆ πάντα βλάπτει; ὁρᾷς ὅτι τὸν ἀσθενῆ καὶ τὰ φάρμακα τὰ σωτήρια εἰς θάνατον ἐμβάλλει, οὐ παρὰ τὴν
B οἰκείαν φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἀσθένειαν τὴν ἐκείνου; ἐποίησεν οὐρανὸν ὁ θεός, ἵνα θαυμάσας τὸ ἔργον προσκυνήσῃς τὸν δεσπότην· ἀλλ' ἕτεροι τὸν ποιητὴν ἀφέντες, αὐτὸν τὸν οὐρανὸν προσεκύνησαν· ταῦτα δὲ ἀπὸ τῆς ἐκείνων ῥᾳθυμίας τε καὶ ἀνοίας. ἀλλὰ τί λέγω κτίσιν; καὶ μὴν τί τοῦ σταυροῦ σωτηριωδέστερον γένοιτ' ἄν; ἀλλ' ὁ σταυρὸς οὗτος σκάνδαλον τοῖς ἀσθενοῦσι γέγονεν· ὁ λόγος γὰρ ὁ τοῦ σταυροῦ τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μωρία ἐστί, τοῖς δὲ σωζομένοις δύναμις θεοῦ· καὶ πάλιν· κηρύσσομεν Χριστὸν ἐσταυρωμένον Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, ἔθνεσι δὲ μωρίαν. τί τοῦ Παύλου διδασκαλικώτερον γένοιτ'
C ἄν, καὶ τῶν ἀποστόλων; ἀλλ' οἱ ἀπόστολοι οὗτοι ὀσμὴ θανάτου τοῖς πολλοῖς ἐγένοντο· φησὶ γοῦν· οἷς μὲν ὀσμὴ θανάτου εἰς θάνατον· οἷς δὲ ζωῆς εἰς ζωήν. ὁρᾷς ὅτι ὁ μὲν ἀσθενής, καὶ ἀπὸ τοῦ Παύλου βλάπτεται· ὁ δὲ ἰσχυρὸς οὐδὲ ἀπὸ τοῦ διαβόλου ἀδικεῖται;

Βούλει καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ τὸν λόγον γυμνάζωμεν; τί τῆς σωτηρίας ἐκείνης ἴσον; τί τῆς παρουσίας ἐκείνης χρησιμώτερον; ἀλλ' αὕτη ἡ παρουσία ἡ σωτηριώδης, ἡ χρησίμη, πολλοῖς προσθήκη κολάσεως γέγονεν· εἰς κρίμα γάρ, φησιν, ἐγὼ ἦλθον εἰς τὸν κόσμον τοῦτον, ἵνα οἱ μὴ βλέποντες βλέψωσι, καὶ οἱ βλέποντες τυφλοὶ
D γένωνται. τί λέγεις; τὸ φῶς πηρώσεως αἴτιον γέγονεν; οὐ τὸ φῶς πηρώσεως αἴτιον γέγονεν, ἀλλ' ἡ ἀσθένεια τῶν ὀφθαλμῶν τῆς ψυχῆς τὸ φῶς ὑποδέξασθαι οὐκ ἴσχυσεν. εἶδες ὅτι ἀσθενὴς πάντοθεν βλάπτεται, ὁ δὲ ἰσχυρὸς πάντοθεν ὠφελεῖται; πανταχοῦ γὰρ ἡ προαίρεσις αἰτία· πανταχοῦ ἡ γνώμη κυρία· ἐπεὶ ὁ διάβολος, εἰ βούλει μαθεῖν, καὶ χρήσιμος ἡμῖν ἐστιν, ἐὰν εἰς δέον αὐτῷ χρώμεθα, καὶ τὰ μεγάλα ἡμᾶς ὠφελεῖ, καὶ κερδαίνομεν οὐ τὰ τυχόντα. καὶ τοῦτο ἐδείξαμεν πολλοστὸν καὶ ἀπὸ τοῦ Ἰώβ· ἔξεστι δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ Παύλου μαθεῖν. περὶ γὰρ τοῦ πεπορ-
E νευκότος γράφων οὕτω λέγει· παράδοτε τὸν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκός, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ. ἰδοὺ καὶ σωτηρίας αἴτιος ὁ διάβολος γέγονεν· ἀλλ' οὐ παρὰ τὴν αὐτοῦ γνώμην· ἀλλὰ παρὰ τὴν τέχνην τοῦ ἀποστόλου. καθάπερ γὰρ οἱ ἰατροὶ ἐχίδνας λαμβάνοντες καὶ τὰ ὀλέθρια αὐτῶν ἀποτέμνοντες μέλη, τὰ θηριακὰ κατασκευάζουσι φάρμακα· οὕτω καὶ ὁ Παῦλος ἐποίησεν· ὅσον χρήσιμον ἦν ἀπὸ τῆς κολάσεως τῆς ἐπαγομένης παρὰ τοῦ διαβόλου λαβών, τὸ λοιπὸν εἴασεν. ἵνα γὰρ μάθῃς ὅτι οὐχ ὁ διάβολος τῆς σωτηρίας αἴτιος, ἀλλ' ἀπολέσαι τὸν ἄνθρωπον, καὶ καταπιεῖν ἠπείγετο, ὁ δὲ ἀπόστολος

διὰ τῆς αὐτοῦ σοφίας τὸν [a] λαιμὸν ἐνέκοψεν· ἄκουσον ἐν τῇ δευτέρᾳ τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ τί φησι περὶ αὐτοῦ τοῦ πεπορνευκότος· κυρώσατε εἰς αὐτὸν ἀγάπην· μήπως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος, καὶ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ· προεξαρπάσωμεν τῆς φάρυγγος τοῦ θηρίου τὸν ἄνθρωπον. ὡς γὰρ δημίῳ πολλάκις ἐχρήσατο τῷ διαβόλῳ ὁ ἀπόστολος, οἱ δὲ δήμιοι κολάζουσι μὲν τοὺς ἡμαρτηκότας· οὐ μὴν ὅσον βούλονται· ἀλλ᾽ ὅσον οἱ δικάζοντες ἐπιτρέπουσιν. οὗτος γὰρ δημίου νόμος τῷ νεύματι τοῦ δικαστοῦ προσέχοντα τιμωρεῖσθαι. εἶδες εἰς ὅσον ἀξίωμα ἀνέβη ὁ ἀπόστολος; ὁ σῶμα περικείμενος τῷ ἀσωμάτῳ ὡς δημίῳ ἐχρήσατο, καὶ ὅπερ ὁ κοινὸς δεσπότης λέγει τῷ διαβόλῳ περὶ τοῦ Ἰὼβ, παραγγέλλων οὕτως, ἅψαι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ· πλὴν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ μὴ ἅψῃ, ὅρους αὐτῷ διδοὺς, καὶ μέτρα τιμωριῶν, ἵνα μὴ προπετὲς ὂν τὸ θηρίον ἀναισχυντότερον ἐπιπηδήσῃ· τοῦτο καὶ ὁ ἀπόστολος ποιεῖ· παραδιδοὺς γὰρ αὐτῷ τὸν πεπορνευκότα, φησὶν, εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκός· τουτέστι τῆς ψυχῆς αὐτοῦ μὴ ἅψῃ. εἶδες αὐθεντίαν οἰκέτου; μὴ τοίνυν φοβοῦ τὸν διάβολον, κἂν ἀσώματος ᾖ· προσέκρουσε γὰρ, οὐδὲν δὲ τοῦ προσκεκρουκότος ἀσθενέστερον, κἂν μὴ σῶμα περικείμενος ᾖ· ὥσπερ οὖν οὐδὲν τοῦ παῤῥησίαν ἔχοντος ἰσχυρότερον, κἂν σῶμα περιφέρῃ θνητόν.

Ταῦτά μοι πάντα εἴρηται νῦν, οὐχ ἵνα τὸν διάβολον ἐγκλημάτων ἀπαλλάξω· ἀλλ᾽ ἵνα ὑμᾶς ἐλευθερώσω τῆς ῥᾳθυμίας. καὶ γὰρ σφόδρα βούλεται ἐκεῖνος τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων ἐπ᾽ αὐτὸν ἄγειν τὴν αἰτίαν· ἵνα ταύταις ταῖς ἐλπίσι τρεφόμενοι, καὶ πᾶν εἶδος κακίας ἐπιόντες, πολλὴν αὐξήσωμεν καθ᾽ ἑαυτῶν τὴν κόλασιν, οὐδεμιᾶς τυγχάνοντες συγγνώμης ἀπὸ τοῦ μετατιθέναι ἐπ᾽ αὐτὸν τὴν αἰτίαν· ὥσπερ οὖν οὐδὲ ἡ Εὔα ἔτυχεν. ἀλλ᾽ ἡμεῖς μὴ τοῦτο ποιῶμεν, ἀλλ᾽ ἐπιγνῶμεν ἑαυτούς· ἐπιγνῶμεν τὰ τραύματα· οὕτω γὰρ καὶ τὰ φάρμακα ἐπιθεῖναι δυνησόμεθα· ὁ γὰρ τὴν νόσον ἀγνοῶν οὐδεμίαν ποιήσεται τῆς ἀῤῥωστίας ἐπιμέλειαν. ἡμάρτομεν πολλά· οἶδα κἀγώ· πάντες γάρ ἐσμεν ἐν ἐπιτιμίοις· ἀλλ᾽ οὐκ ἀπεστερήμεθα συγγνώμης, οὐδὲ ἐξεπέσομεν μετανοίας· ἔτι γὰρ ἐν τῷ σκάμματι ἑστήκαμεν, καὶ ἐν τοῖς ἀγῶσι τῆς μετανοίας ἐσμέν. [b] γέρων εἶ καὶ πρὸς τὴν ἐσχάτην ἀπήντηκας ἔξοδον; μὴ νομίσῃς μηδὲ οὕτως ἐκπεπτωκέναι μετανοίας, μηδὲ ἀπογνῷς τῆς σωτηρίας σεαυτοῦ, ἀλλ᾽ ἐννόησον τὸν λῃστὴν τὸν ἐν τῷ σταυρῷ ἐλευθερωθέντα. τί γὰρ τῆς ὥρας ἐκείνης βραχύτερον, καθ᾽ ἣν ἐστεφανοῦτο; ἀλλ᾽ ὅμως ἤρκεσεν αὐτῷ καὶ αὕτη πρὸς σωτηρίαν. νέος εἶ; μὴ θαρσήσῃς τῇ νεότητι, μηδὲ νομίσῃς ἱκανὴν ἔχειν προθεσμίαν τῆς ζωῆς· ἡ γὰρ ἡμέρα κυρίου ὡς κλέπτης ἐν νυκτὶ, οὕτως ἔρχεται. διὰ τοῦτο ἄδηλον ἡμῖν ἐποίησε τὴν τελευτὴν, ἵνα δήλην ποιησώμεθα τὴν σπουδὴν καὶ τὴν πρόνοιαν. οὐχ ὁρᾷς ἀώρους καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ἀναρπαζομένους; διὰ τοῦτο παραινεῖ τις, μὴ ἀνάμενε ἐπιστρέψαι πρὸς κύριον, μηδὲ ἀναβάλλου ἡμέραν ἐξ ἡμέρας· μὴ

A sua gulam ei fregisse, audi quid in secunda ad Corinthios epistola de eodem fornicatore dicat: *Confirmate in illum caritatem, ne forte abundantiori tristitia absorbeatur, qui ejusmodi est, & circumveniamur a Satana:* (2. Cor. 2. 8.) præripiamus ex belluæ faucibus hominem. Tamquam enim carnifice persæpe diabolo usus est Apostolus: carnifices autem maleficos quidem puniunt, at non quantum volunt, sed quantum judices sinunt: ea quippe lex est carnificis, ut ad judicis nutum attendens pœnam inferat. Vides ad quantam ascenderit Apostolus dignitatem? qui B circumdatus erat corpore, incorporeo tamquam carnifice utebatur; & quod diabolo communis dominus Job ita præcipiens ait, *Tange carnem ejus, verumtamen animam ejus ne tetigeris,* (Job 2. 6.) limites mensurasque pœnarum præscribens:- ne cum procax & effrænata sit bellua, insolentius impetum faciat: hoc etiam agit Apostolus: cum enim tradidisset ei fornicatorem, ait, *In interitum carnis,* (1. Cor. 5. 6.) hoc est, animam ejus ne tetigeris. Vides auctoritatem servi? noli ergo diabolum timere, licet incorporeus sit: impegit enim; at nihil imbecillius est eo, qui impegerit, li- C cet minime corpore sit circumdatus; quemadmodum neque robustius est quidquam eo, qui libere & cum fiducia possit agere, licet mortale corpus circumferat.

5. Hæc a me nunc dicta sunt omnia, non ut diabolum crimine liberarem, sed ut vos ab ignavia liberos redderem: siquidem magnopere contendit ille, peccatorum ut nostrorum in ipsum culpam rejiciamus: ut hac spe lactati, cum omne genus scelerum pervaserimus, multa supplicia nobis augeamus, nec ullam ideo veniam impetremus, quod culpam in eum transtulerimus, sicut nec Eva impetravit. Nos vero nequaquam D id agamus, sed nos ipsos agnoscamus: vulnera agnoscamus: sic enim & medicamenta poterimus adhibere: nam qui morbum non novit, nihil de ægritudine solicitus erit. Multa peccavimus, scio equidem, omnes enim pœnis obnoxii sumus: at venia nobis negata non est, nec a pœnitentia excidimus: adhuc enim stamus in scammate & in pœnitentiæ certaminibus versamur. Senex es, & ad ipsum exitum vitæ pervenisti? Ne tum quidem a pœnitentia te arbitreris excidisse, neque de tua salute desperes, sed latronis tibi veniat in mentem, E qui in cruce libertate donatus est. Quid enim brevius illa hora, in qua coronatus est? attamen hæc etiam illi ad salutem suffecit. Juvenis es? noli confidere juventuti, nec existimes longum te vitæ spatium habiturum: dies enim Domini sicut fur in nocte, ita veniet. (1. Thess. 5. 2.) Propterea incertum nobis obitum reddidit, ut certum studium ac solicitudinem adhibeamus. Non vides eos, qui præmaturo in dies obitu abripiuntur? idcirco admonet quidam, *Non tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in* (Eccli. 5. 8.)

a Reg. & Colb. λαίμην mendose.

b Sic Reg. & Colb. recte. Edit. Morel. γεγονεῖ perperam.

diem: ne forte, dum *cunctaris*, *conteraris*: adhortatio illa seni adhibeatur; hac juvenis admonitione doceatur. At in tuto versaris, & divitiis affluis, pecuniis redundas, neque mali tibi quidquam accidit: verum audi,
1. Thess. 5. 3. quid dicat Paulus: *Cum dixerint pacem & tranquillitatem, tunc repentinus eis superveniet interitus.* Multa laborant vicissitudine ac mutatione res humanæ: non est in potestate nostra obitus, sit in potestate nostra virtus: benignus est dominus noster Christus.

Quinque pœnitentiæ viæ. 6. Vultis etiam pœnitentiæ vias commemorem? multæ sane sunt illæ, variæ, ac differentes, & omnes ad cælum ducunt. Prima est pœnitentiæ via damnatio peccato-
Isa. 43. 26. rum: *Dic enim tu primus peccata tua, ut justificeris.* Propterea quoque dicebat propheta:
Psal. 31. 5. *Dixi, pronunciabo adversum me injustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem cordis mei.* Damna igitur & tu ea, in quibus peccasti: hoc Domino sufficit ad excusationem: qui enim ea damnat, in quibus peccavit, tardius in eadem rursus incidit: domesticum accusatorem excita conscientiam tuam, ne accusatorem illic habeas coram Domini tribunali. Hæc igitur una est optima pœnitentiæ via: adhuc autem & altera est nihilo inferior ista, ut acceptarum ab inimicis injuriarum memores non simus, ut iræ imperemus, ut conservorum peccata dimittamus: sic enim & quæ in Dominum commissa fuerint, dimittentur: en alteram
Matt. 6. 14. etiam peccatorum expiationem. *Si enim dimiseritis*, inquit, *debitoribus vestris, dimittet & vobis pater vester cælestis.* Vis & tertiam pœnitentiæ viam discere? oratio fervens, & accurata, atque ex intimo corde proma-
Luc. 18. 3. nans. Non tu viduam illam vidisti, quo pacto impudentem sibi judicem illum conciliarit? at tu mansuetum nactus es dominum, bonum, & clementem: illa adversus inimicos postulabat; tu vero non adversus inimicos, sed pro tua salute postulas. Quod si quartam etiam nosse velis, eleemosynam dicam: multam enim ea & copiosam vim habet: siquidem Nabuchodonosori, qui ad omne improbitatis genus provectus erat, & omnem impietatem molitus erat, ait Da-
Dan. 4. 24. niel: *Rex consilium meum placeat tibi: peccata tua in eleemosynis redime, & iniquitates tuas in miserationibus pauperum.* Quid cum hac benignitate conferri queat? post innumera peccata, post tot & tantas iniquitates placatum iri se pollicetur ei, qui offenderat, si erga conservos suos benigne se gesserit. Et vero si modeste agat quis, & humilis sit, hoc non minus quam quæ dicta sunt omnia, peccatorum naturam absumit: cu-
Luc. 18. 13. jus rei testis est publicanus, qui recte facta quidem commemorare non poterat, sed omnium loco humilitatem obtulit, & grave peccatorum onus deposuit. Ecce quinque pœnitentiæ vias indicavimus; primam peccatorum damnationem, secundam cum proximis peccata dimittimus, tertiam quæ in oratione consistit, quartam quæ in eleemosyna, quintam quæ in humilitate. Noli

C Εἰ δὲ ἀρκεῖν τοῦτο εἰς παράκλησιν νομίζεις, δυνήσῃ δὲ καὶ αὐτὸς ταύτην τὴν παραμυθίαν ἔχειν. κἂν γὰρ μὴ διὰ τὸν θεὸν πάθῃς τι τῶν δεινῶν, ἀλλ' ἐξ ἀνθρώπων ἐπηρείας, εὐχαριστήσῃς δὲ, καὶ μὴ βλασφημήσῃς τὸν δυνάμενον κωλῦσαι μὲν, ἀφέντα δὲ τῆς σῆς ἕνεκεν δοκιμῆς, ὥσπερ οἱ διὰ τὸν θεὸν παθόντες στεφανοῦνται, οὕτω καὶ σὺ τῶν αὐτῶν ἐπιτεύξῃ μισθῶν, ὅτι τὰς παρὰ ἀνθρώπων ἐπαχθείσας σοι συμφορὰς γενναίως ἤνεγκας, καὶ τῷ δυναμένῳ αὐτὰς κωλῦσαι μὲν, μὴ βουληθέντι δὲ, ηὐχαρίστησας. ἰδοὺ τοίνυν καὶ πενίαν καὶ νόσον, καὶ ἀμφότερα μετὰ τῆς ἐσχάτης ὑπερβολῆς εἶδες ἐπενεχθέντα τῷ δικαίῳ. βούλει σοι καὶ τὸν παρὰ τῆς φύσεως πόλεμον ἐπιδείξω μετὰ τοσαύτης ὑπερβολῆς D τῷ γενναίῳ τότε ἐπιθέμενον ἐκείνῳ; δέκα τέκνα ἀπώλεσε, τὰ δέκα ἀθρόον, τὰ δέκα ἐν αὐτῷ τῷ ἄνθει τῆς ἡλικίας, τὰ δέκα πολλὴν ἀρετὴν ἐπιδεδειγμένα, καὶ οὐδὲ τῷ κοινῷ τῆς φύσεως νόμῳ, ἀλλὰ βιαίῳ θανάτῳ καὶ ἐλεεινῷ. τίς ἂν ἔχοι τοιαύτην συμφορὰν εἰπεῖν; οὐκ ἔστιν οὐδείς. ὅταν οὖν ἀποβάλῃς υἱὸν καὶ θυγατέρα ὁμοῦ, ἀνάδραμε πρὸς τὸν δίκαιον ἐκεῖνον, καὶ πάντως εὑρήσεις πολλὴν σαυτῷ τὴν παραμυθίαν. ἆρα οὖν ταῦτα μόνα αὐτῷ συνέβη τὰ δεινά; ἡ δὲ τῶν φίλων ἐγκατάλειψις καὶ προδοσία, τὰ δὲ σκώμματα καὶ αἱ λοιδορίαι, ἡ δὲ χλευασία καὶ E ὁ γέλως· τὸ δὲ ὑπὸ πάντων διασύρεσθαί τι ἀφόρητον ἦν. οὐ γὰρ οὕτως ἡ τῶν συμφορῶν φύσις, ὡς οἱ παρὰ τὰς συμφορὰς ἡμῖν ὀνειδίζοντες δάκνειν ἡμῶν εἰώθασι τὴν ψυχήν. οὐ μόνον ὁ παρακαλῶν οὐκ ἦν, ἀλλὰ καὶ πολλοὶ πολλαχόθεν ἐπέκειντο ὀνειδίζοντες. καὶ ὁρᾷς αὐτὸν τοῦτο ἀποδυρόμενον, καὶ λέγοντα· ἀτὰρ δὲ καὶ ὑμεῖς ἐπέβητέ μοι. καὶ ἀνελεήμονας αὐτοὺς καλεῖ, καί φησιν· ὅτι ἀπείπαντό με οἱ πλησίον μου, καὶ οἱ οἰκέται μου κατ' ἐμοῦ ἐλάλουν· καὶ υἱοὺς παλλακίδων μου ἐκάλουν, αὐτοὶ δὲ ἀπεπήδων. ἕτεροι δέ, φησιν, ἐνέπτυόν μοι, καὶ θρύλλημα πάντων ἐγενόμην, καὶ αὐτὴ, φησιν, ἡ στολή μου ἐβδελύξατό με. ταῦτά γε οὐδὲ ἀκοῦσαι φορητὰ, μήτιγε διὰ τῶν πραγμά-

A morbum incideris, o homo, recordare corporis illius sanctæque carnis. Sancta quippe erat atque pura, licet his vulneribus affecta. Si quis in exercitu positus injuste nullaque saltem probabili de causa, ligno suspensus, latera sibi lacerari videat, nequaquam id ignominiæ loco habeat, neque se dolore confici sinat, sanctum illum memoria repetens. At ille, inquies, summam habuit consolationem, quod sciret Deum hæc sibi infligere. Atqui hoc ipsum magis illum turbabat affligebatque, quod B cogitaret justum Deum, quem ipse omni modo coluisset, secum pugnare. Nec ullam vel probabilem eorum, quæ accidebant, causam reperire poterat. Nam ubi demum causam didicit, vide quantam pietatem exhibuerit. Cum enim illi Deus dixit: *Alione putas modo me tibi oracula fudisse, quam ut justus appareres?* Job 40. 3. perculsus ille respondit: *Manum ponam super os meum, semel loqu-tus sum, secundo non addam*: ac rursum: *Usque ad auris auditum audivi te antea: nunc autem oculus meus vidit te. Quare meipsum vilem reputavi, & extabui: reputavi autem meipsum terram & cinerem.*

C 6. Quod si hæc satis ad consolationem esse putas, poteris & ipse hac consolatione frui. Nam licet non pro Deo aliquid mali sustineas, sed ex hominum nocumento, si gratias egeris, nec blasphemaveris in eum, qui impedire quidem poterat, sed ad tuam probationem permisit, sicut ii, qui propter Deum patiuntur coronantur, sic & tu eamdem consequeris mercedem, quia illatas tibi ab hominibus calamitates fortiter tulisti, & ei qui cum illas prohibere posset, noluit tamen, gratias egisti. Ecce igitur & paupertatem & morbum, supra modum omnem justo illatum vidisti. Visne etiam D ut bellum, quod ipsi natura intulit, eodem cum impetu fortem virum invasisse ostendam? Decem filios perdidit, decem simul, decem eodem juventutis flore, decem virtute præditos, nec communi naturæ lege, sed violenta miserabilique morte. Quis talem calamitatem exprimere valeat? Nemo sane. Cum ergo, & filium & filiam simul amiseris, recurre ad justum illum, multamque nancisceris consolationem. Num hæc tantum ipsi accidere mala? Amicorum insuper defectio & proditio, scommata, convitia, derisiones, sanni. Ab omni- E bus autem divexari quam intolerandum fuerit? Non enim ita ærumnarum natura, ut ii, qui nobis ærumnas exprobrant, mordere solet. Non modo non aderat, qui consolaretur; sed multi undique instabant convitiantes. Vidésque illum hac de re conqueri, ac dicere: *At vos invaditis me*, Job 19. 14. eosque immisericordes vocat his verbis: *Quia abnegaverunt me proximi mei; & domestici mei contra me loquebantur, & filios pellicum mearum vocabam: illi vero resiliebant. Alii*, inquit, *conspuebant in me*, ac Job 30. 9. *ludibrium factus sum omnibus: & ipsa*, inquit, *vestis mea me abominata est.* Hæc ne auditu quidem ferenda, nedum ipso rerum facto

ſuſtinenda. Paupertas extrema, morbus intolerandus, novus & inauditus, tot & talium filiorum amiſſio tali modo facta, convitia, ſcommata, vituperia ab hominibus. Alii quidem irridebant, non inimici tantum, ſed amici; non amici tantum, ſed & domeſtici. Neque ſolum irridebant & convitia jactabant, ſed etiam abominabantur; hæc porro non duobus, vel tribus, vel decem diebus, ſed multis menſibus: & quod illi uni contigit, ne noctis quidem conſolationem habebat, ſed diurnis ærumnis acceſſionem majorem faciebat nocturnarum formidinum phantaſia. Quod enim vel in ſomnis graviora paſſus ſit, audi illum dicentem: *Quare me terres in ſomnis, & in viſionibus me conſternas?* Quis tam ferreus homo, quis adamas hæc mala ſuſtinere poſſit? Nam ſi quodlibet eorum ſeorſim conſideratum intolerandum eſt, quantum tumultum omnia concurrentia adtulerint tecum reputa. Attamen ille hæc omnia tulit, & in nullis eorum, quæ ſibi accidebant, peccavit, neque in labiis ejus fuit dolus.

Job 7. 14.

7. Sint itaque illius ærumnæ malorum noſtrorum remedia: & graves quibus agitatus ille eſt fluctus, calamitatum noſtrarum portus ſint: atque in ſingulis, quæ nobis accidunt, ſanctum reputemus: ac videntes unum corpus univerſa orbis hauſiſſe mala, fortiter in ſingulis affecti erimus. Et velut ad matrem amantiſſimam undique manus extendentem, & liberos exterritos excipientem, ac recreantem, ſic ad hunc librum ſemper confugiamus: etiamſi omnium miſerrimis malis afficiamur, magnam in omnibus adepti conſolationem, ſic diſcedemus. Quod ſi dicas, ille Job erat, & ideo hæc tulit: ego non illi ſum ſimilis: his dictis majori te dignum reprehenſione reddis, & laudem illius juſti viri extollis. Par eſſet enim hæc te potius perferre, quam ipſum. Quare? Quia ille quidem ante gratiam, & ante legem, quo tempore non ita diligenter vita inſtituebatur, quo non tanta erat Spiritus gratia, quo expugnatu difficile peccatum erat, quo maledictum obtinebat, quo mors terribilis erat. Nunc autem faciliora certamina reddita ſunt, poſt adventum Chriſti, his ſublatis omnibus. Quare poſt tantum tempus, tantum incrementum, poſt tot dona nobis a Deo collata, ſi non poſſimus ad eam virtutis menſuram pertingere, nulla nobis ſupereſt excuſatio. Hæc igitur omnia conſiderantes: quod gravioribus ille malis premeretur, & cum difficilius certamen eſſet, tunc ſe ad pugnam ille comparaverit, & manus conſeruerit; omnia, quæ nobis accidunt, fortiter feramus, & cum magna gratiarum actione, ut poſſimus eaſdem, quas ille coronas conſequi, gratia & benignitate Domini noſtri Jeſu Chriſti, cum quo Patri gloria, unà cum ſancto Spiritu nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Cum Spiritus gratia faciliora certamina ſunt.

A τῶν αὐτῶν ὑπομεῖναι. πενία ἐσχάτη, καὶ νόσος ἀφόρητος καὶ καινὴ καὶ παράδοξος· παίδων ἀποβολὴ τοσούτων καὶ τοιούτων καὶ τοιούτῳ τρόπῳ· ὀνείδη, καὶ σκώμματα, καὶ λοιδορίαι παρὰ ἀνθρώπων· οἱ μὲν ἐχλεύαζον, οἱ δὲ ὠνείδιζον, οἱ δὲ κατεφρόνουν, οὐκ ἐχθροὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ φίλοι· οὐ φίλοι μόνον, ἀλλὰ καὶ οἰκέται· οὐκ ἐχλεύαζον δὲ, οὐδὲ ὠνείδιζον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐβδελύσσοντο, καὶ ταῦτα οὐκ ἐπὶ δύο καὶ τρισὶ καὶ δέκα ἡμέραις, ἀλλ' ἐπὶ πολλοῖς τοῖς μησί· καὶ ὅπερ ἐπ' ἐκείνου συνέβη μόνου, οὐδὲ τὴν ἀπὸ τῆς νυκτὸς εἶχε παραμυθίαν, ἀλλὰ τὴν μεθ' ἡμέραν δεινῶν προσθήκη μείζων ἦν ἡ τῶν νυκτερινῶν φόβων φαντασία. B ὅτι γὰρ χαλεπώτερα ἐν τοῖς ὕπνοις ὑπέμενεν, ἄκουσον τί φησι· διὰ τί με φοβεῖς ἐν ὕπνοις, καὶ ἐν ὁράμασί με καταπλήσσεις; ποῖος σιδηροῦς ἄνθρωπος, ποῖος ἀδάμας τοσαῦτα ἂν ὑπέμεινε δεινά; εἰ γὰρ καὶ καθ' ἑαυτὸ τούτων ἕκαστον ἀφόρητον, ἐννόησον ὁμοῦ συνελθόντα πόσον ἤγειρε θόρυβον. ἀλλ' ὅμως ἐκεῖνος ἅπαντα ταῦτα ὑπήνεγκε, καὶ ἐν ἅπασι τοῖς συμβεβηκόσιν αὐτῷ οὐχ ἥμαρτεν, οὐδὲ ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ ἐγένετο δόλος.

Γενέσθω τοίνυν ἐκείνου τὰ πάθη φάρμακα τῶν ἡμετέρων κακῶν, καὶ τὸ χαλεπὸν τούτου κλυδώνιον τῶν ἡμετέρων παθῶν λιμὴν, καὶ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν συμβαινόντων ἡμῖν ἀναλογιζώμεθα τὸν ἅγιον· C καὶ ὁρῶντες ἓν σῶμα τὰ τῆς οἰκουμένης ἀντλῆσαν δεινὰ, γενναίως ἡμεῖς ἐπὶ τοῖς κατὰ μέρος διακεισόμεθα· καὶ καθάπερ πρὸς μητέρα τινὰ φιλόστοργον πανταχόθεν τὰς χεῖρας ἐκτείνουσαν, καὶ τὰ παιδία πεφοβημένα δεχομένην, καὶ ἀνακτωμένην, οὕτω πρὸς τὴν βίβλον ταύτην ἀεὶ καταφεύγωμεν· κἂν τὰ πάντων οἴκτιστα ἡμῖν ἐπίῃ δεινὰ, ἱκανὴν πάντων λαβόντες τὴν παραμυθίαν, οὕτως ἀπελευσόμεθα. Εἰ δὲ λέγοις, ὅτι ἐκεῖνος Ἰὼβ ἦν καὶ διὰ τοῦτο ἤνεγκεν, ἐγὼ δὲ οὐκ εἰμὶ κατ' ἐκεῖνον, μείζονά μοι σαυτοῦ λέγεις κατηγορίαν, καὶ τοῦ D δικαίου πάλιν ἔπαινον. μᾶλλον γάρ σε εἰκὸς ἐνεγκεῖν, ἢ ἐκεῖνον. τί δήποτε; ὅτι ἐκεῖνος μὲν πρὸ τῆς χάριτος, καὶ πρὸ τοῦ νόμου, ὅτε οὐ πολλὴ τῆς πολιτείας ἦν ἀκρίβεια, ὅτε οὐ τοσαύτη τοῦ πνεύματος ἡ χάρις, ὅτε δυσκαταγώνιστος ἡ ἁμαρτία, ὅτε ἡ κατάρα ἐκράτει, ὅτε ὁ θάνατος φοβερὸς ἦν· νυνὶ δὲ εὐκολώτερα τὰ παλαίσματα γέγονε, μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν πάντων τούτων ἀνῃρημένων. ὥστε οὐδεμία ἡμῖν ἀπολογία μετὰ τοσοῦτον χρόνον, καὶ τοσαύτην ἐπίδοσιν, καὶ τοσαύτας δωρεὰς παρὰ τοῦ θεοῦ δοθείσας ἡμῖν μὴ δυναμένοις εἰς τὸ αὐτὸ ἐκείνῳ φθάσαι μέτρον. ταῦτ' οὖν ἅπαντα ἐννοοῦντες, ὅτι μείζονα ἐκείνου E ἦν τὰ δεινὰ, καὶ ὅτε χαλεπώτερος ἦν ὁ ἀγὼν, τότε ἀπεδύσατο καὶ ἐπάλαισε, φέρωμεν ἅπαντα τὰ ἐπιόντα γενναίως ἡμῖν, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς εὐχαριστίας· ἵνα δυνηθῶμεν τῶν αὐτῶν ἐκείνῳ στεφάνων τυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

IN HOMILIAS DE POENITENTIA MONITUM.

Difficilem operosamque rem aggredimur, cum Homiliarum de Pœnitentia ordinem, tempus, quarumdam etiam vel νοθείαν vel γνησιότητα statuere conamur. Qui enim ante huic rei manum admoverunt, vel eas ut sese offerebant, nulla seriei, nulla γνησιότητος vel νοθείας habita ratione, confertim ediderunt; vel tædio difficultatis fracti, partem suo loco pro facultate restituerunt, alias hinc inde avulsas, & a reliquis segregatas posuerunt. Qui primus huic rei operam dedit Lælius Tifernas 10. de Pœnitentia Homilias Latine edidit; quarum prior inscripta est de Pœnitentia Homil. I. cujus initium Græce est, φαιδρὰ σήμερον ἡ πανήγυρις: Secundam posuit Lælius Homiliam eam, quæ prima est inter Homilias in Genesim. Tertiam eam, quæ sic Græce incipit, εἰ καὶ χθὲς ὑμῶν ἀπελείφθην. Quartam eam, quæ sic Græce init, οἱ ποιμένες τὰ πρόβατα. Quintam eam quæ incipit Græce πάντοτε μέν. Sextam eam, quæ non Græce reperitur, estque supposititia. Septimam cujus initium Latine, Jam ergo turbine: estque cento variis ex locis consarcinatus, ut ostendit in notis Fronto Ducæus infra. Octavam eam, cujus exordium est, ὡς τερπνὰ τῆς πνευματικῆς. Nonam eam, cujus principium Græce, ἆρα οἴδατε πόθεν ἡμῖν ὁ λόγος. Decimam & postremam, quæ sic incipit, ἆρα ἐμέμνησθε ἡμῶν. Lælii Tifernatis ordinem partim sequutus est, partim rejecit Fronto Ducæus: primam enim ut supra retinuit; secundam quia erat prima in Genesim omisit, & cum aliis in Genesim edendam censuit; tertiam, cujus Græcum contextum nondum repererat, in serie Homiliarum de Pœnitentia prætermisit, sed postea cum reperisset, eam cum titulo Homiliæ tertiæ de Pœnitentia in quarto Tomo procul ab aliis de Pœnitentia Homiliis positam locavit; Quartam post primam, nulla interposita alia cum titulo quartæ posuit, & postea quintam ut Lælius edidit. Sextam & septimam ob causam supra memoratam rejecit: ita ut octavam, nonam & decimam, cum titulis octavæ, nonæ & decimæ, post quintam posuerit. Savilius longe alium sequutus ordinem est, Homiliarum enim de Pœnitentia primam posuit eam, quæ sic incipit: ἆρα ἐμέμνησθε ἡμῶν, quæ in Editione Frontonis Ducæi est decima & postrema. Secundam, quæ sic init, πάντοτε μὲν ὁ θεῖος ἀπόστολος, quam Fronto Ducæus, quintam inscripsit. Tertiam, εἴδετε τῇ προτέρᾳ κυριακῇ, quæ in Edit. Frontonis Ducæi extra seriem Homiliarum de Pœnitentia in finem quinti Tomi ablegata est; quartam εἰ καὶ χθὲς ἀπελείφθην, tertiam apud Ducæum; quintam, ὥσπερ τοῖς ἀπείρουσιν ὄφελος οὐδὲν, quæ in Edit. Frontonis extra seriem Homiliarum de Pœnitentia est Tom. 5. p. 488. est autem suspecta, fragmentumque videtur; sextam, ἆρα οἴδατε πόθεν ἡμῖν ὁ λόγος, nonam edidit Fronto Ducæus; septimam, οἱ ποιμένες τὰ πρόβατα, quartam Fronto posuit; octavam φέρε δὴ καὶ τῶν ἡμετέρων, quæ in Editione Frontonis Ducæi non comparet, sed lacera est in Edit. Savil. & passim hiulca, integram illam & sartam tectam dedit Franciscus Combefisius anno 1645. Concionem vero, quam primam de Pœnitentia posuit Fronto Ducæus, primam de jejunio περὶ νηστείας edidit Savilius: hujus initium, φαιδρὰ σήμερον ἡμῖν ἡ πανήγυρις; secundam de jejunio addidit, ὡς τερπνὰ τῶν πνευματικῶν, quæ apud Frontonem Ducæum est octava de Pœnitentia. Tres alias de Pœnitentia Homilias edidit H. Savilius eodem T. VI. p. 905. quæ pro spuriis jure habentur. Prima init, ἀεὶ μὲν μνημονεύειν. Secunda, βασιλέως μὲν τοῦ ἐπιγείου. Tertia, ἀγαγγέλλομεν, ἀγαπητοὶ, τὰ τῆς μετ-

Ex hisce porro omnibus permixtim positis de Pœnitentia Homiliis, sex solum ut germanas agnoscimus, cæteras vero tamquam ut minimum suspectas subjungimus, quasdam etiam aperte spurias alium in locum ablegavimus. Primam inter germanas ponimus, ἆρα ἐμέμνησθε ἡμῶν. Secundam, εἴδετε τῇ προτέρᾳ κυριακῇ. Tertiam, ἆρα οἴδατε πόθεν. Quartam, οἱ ποιμένες τὰ πρόβατα. Quintam, φαιδρὰ σήμερον ἡμῖν ἡ πανήγυρις. Sextam, ὡς τερπνὰ τῶν πνευμ- Hic Savilii ordinem sequimur, iis solum omissis, quæ vel admodum suspectæ vel omnino spuriæ videntur, ut suo loco probabitur. Homilias vero duas, quas περὶ νηστείας, de Jejunio Savilius inscripsit, præcipue de Pœnitentia agere nemo non videat, quamobrem eas in serie Homiliarum de Pœnitentia, sicut & Fronto Ducæus, locavimus.

Restat ut de harumce Homiliarum inter se ordine disseramus. Illa, quam primam cum Savilio ponimus, cujus initium, ἆρα ἐμέμνησθε, quamque decimam & postremam Fronto Ducæus lo-

cavit, an cum cæteris tempore cohæreat, an jure priorem occupet locum, necne, perinde ignoramus. Hanc porro concionem habuit postquam rure aliquantum temporis valetudinis causa versatus, ad solitum concionandi officium rediit. Antiochiæ-ne vero an Constantinopoli hanc recitaverit Homiliam, certo dicere non valemus; libentius vero credam Antiochiæ. An secunda, cujus initium, εἴδετε τὴν πρώτ- *primam vere sequuta sit, ne conjectura quidem possumus dicere, si sequuta sit, nonnisi aliâ interpositâ sequutam fuisse opinor; etenim ea, quam se postremam habuisse memorat in secunda, de diaboli pugna contra Christum, & de Christi victoria agebat, inquit Chrysostomus: id vero non observatur in Homilia prima. Secundam autem Homiliam nullâ intermediâ, sequuta est certissime tertia, quæ sic incipit,* ἆρα οἴδατε, πόθεν. *Cum enim in secunda de variis pœnitentiæ viis agat; in tertia easdem, de quibus se nuper* πρώην *loquutum se esse testificatur, Pœnitentiæ vias retractat. Quo tempore autem editæ sint ne conjicere quidem possumus, libentius tamen credam, ut de priori dicebam, eas Antiochiæ habitas fuisse. Nam in tertia declarat se in urbe suburbiis ornata prædicare, ubi populus audiendæ Christi doctrinæ cupidus singulis Dominicis in Ecclesiam diligenter concurrebat, quod potius Antiochiam designat, quam Constantinopolin.*

Homilia quarta οἱ ποιμένες τὰ πρόβατα, *jure quartæ nomine insignitur, quandoquidem Chrysostomus, initio dicit se jam quarta die & vice de Pœnitentia agere. Sed cave putes perinde certum esse eam, tres illas, quas priores posuimus, aut aliquam ex illis, sequutam esse. Planum est tres ante hanc quartam de Pœnitentia Homilias habitas fuisse, sed hasne tres quas præmisimus, aliasve, id ignotum prorsus. Antiochiæ autem habitam fuisse suadent hæc verba num.* 2. Quandoquidem nos cum exagitabamur vexati fame, peste, grandine, siccitate, incendiis, hostium incursu, nonne quotidie Ecclesia multitudine convenientium angustabatur? . . . . Postquam autem Deus iram deposuit, atque post tantos fluctus procellam abegit, ad pristinos iterum mores reversi sumus. Atqui in ipso tentationum tempore hæc prædicere & testificari non desistebam. *Hic longam calamitatum seriem memorat, quibus præsens ipse erat, & concionibus vacabat, quæ nonnisi ad tempus, quo Antiochiæ Presbyter erat quadrare possunt. Hostium autem incursus putat Tillemontius esse, invasionem illam Hunnorum, quæ anno* 395. *contigit, quod sat quidem verisimile videtur. Ut ut vero sit hanc in ultimos, quibus Antiochiæ concionatus est, annos opportune rejicimus.*

Quinta, φαιδρὰ σήμερον ἡμῖν ἡ πανήγυρις, *est pulcherrima Chrysostomi Homilia, quam* περὶ νηστείας, id est, *de jejunio, inscripsit Savilius. Et est quidem de jejunio, sed præcipue de pœnitentia, quæ quo pacto cum aliis cohæreat, deprehendi nullo modo potest. Antiochiæ vero habitam fuisse indicat Chrysostomus, cum Monachorum in montibus proxime degentium exemplum considerandum offert, ut solet in Concionibus Antiochiæ habitis. Sexta,* Ως τερπνὰ τῆς πνευματικῆς *de jejunio maxime agit; an vero Antiochiæ, an Constantinopoli habita fuerit, nullo, ut videtur, modo deprehendi potest. Homilias illas duas in Psalmum quinquagesimum, quæ in quinto Tomo locum habebunt, putant quidam Homiliis de Pœnitentia adjungendas esse: at ut suo loco dicemus, nullatenus videntur cum his cohærere.*

Tres sequentes Homiliæ, quarum hæc sunt initia, Septimæ πάντοτε μὲν ὁ θεὸς, *Octavæ,* εἰ καὶ χθὲς ἀπελείφθην, *Nonæ,* ὥσπερ τοῖς σπείρουσιν, *non pares* γνησιότητος *notas præferunt. Stylus a Chrysostomi elegantia non parum recedit. Quamobrem non sine aliquo scrupulo eas inter germana Chrysostomi opera relinquimus; nec tamen ab aliis sejungendas esse duximus, quoniam, ut jam alibi monuimus, in dicendi genere non semper sibi constat sanctus Doctor. Alias insuper Chrysostomi nomine de Pœnitentia Homilias habemus, quas, utpote aperte spurias, in Appendicem ablegamus.*

Homiliarum quartæ, septimæ & octavæ interpretationem novam edidimus, quia vetus prorsus vitiosa erat: secundæ interpretatio, est Frontonis Ducæi; cæterarum autem interpretationem a Lælio Tifernate editam multis in locis emendavimus.

a [a] ΛΟΓΟΣ ΠΕΡΙ ΜΕΤΑΝΟΙΑΣ, ΕΞ ἀγροῦ αὐτοῦ ἐπανελθόντος.

ΟΜΙΛΙΑ α΄.

ΑΡΑ ἐμέμνησθε ἡμῶν, ἡνίκα τὸν μεταξὺ τοῦτον ἐχωρίσθημεν χρόνον ὑμῶν; ἐγὼ μὲν γὰρ ὑμῶν οὐδέποτε ἠδυνήθην ἐπιλαθέσθαι· ἀλλὰ καὶ τὴν πόλιν ἀφεὶς, τὴν ὑμετέραν οὐκ ἀφῆκα μνήμην. ἀλλ' ὥσπερ οἱ τῶν λαμπρῶν ἐρῶντες σωμάτων, ὅπου περ ἂν ἀπίωσι, μεθ' ἑαυτῶν τὴν ποθουμένην περιφέρουσιν ὄψιν· οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς τοῦ κάλλους τῆς ὑμετέρας ψυχῆς ἐρασθέντες, ἀεὶ μεθ' ἑαυτῶν τὴν εὐμορφίαν τῆς ὑμετέρας περιεφέρομεν διανοίας. καὶ καθάπερ οἱ ζωγράφοι, ποικίλα χρώματα κεραννύντες, τὰς τῶν σωμάτων εἰκόνας ἐργάζονται, οὕτω καὶ ἡμεῖς τὴν σπουδὴν ὑμῶν τὴν ἐν ταῖς συνάξεσι, τὴν προθυμίαν τὴν περὶ τὴν ἀκρόασιν, τὴν εὔνοιαν τὴν περὶ τὸν λέγοντα, τὰ ἄλλα πάντα κατορθώματα καθάπερ ποικίλα χρώματα ἀρετῆς κεράσαντες, καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς ψυχῆς ὑμῶν ὑπογράψαντες, καὶ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν τῆς διανοίας θέντες, ἱκανὴν διὰ τῆς φαντασίας ταύτης ἐλαμβάνομεν τῆς ἀποδημίας παραμυθίαν. καὶ ταῦτα, καὶ οἴκοι καθήμενοι, καὶ διανιστάμενοι, καὶ ὁδοιποροῦντες, καὶ ἀναπαυόμενοι, καὶ εἰσιόντες, καὶ ἐξιόντες, ἐστρέφομεν συνεχῶς, τὴν ὑμετέραν ὀνειροπολοῦντες ἀγάπην· καὶ οὐκ ἐν ἡμέρᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν νυκτὶ ταύταις ἐνετρυφῶμεν ταῖς φαντασίαις. καὶ ὅπερ ὁ Σολομῶν ἔφη· ἐγὼ καθεύδω καὶ ἡ καρδία μου ἀγρυπνεῖ· τοῦτο καὶ ἡμεῖς τότε ἐπάσχομεν. ἡ μὲν γὰρ ἀνάγκη τοῦ ὕπνου κατέστελλεν [b] ἡμῶν τὰ βλέφαρα· ἡ δὲ τῆς ἀγάπης τῆς ὑμετέρας τυραννὶς ἀφύπνιζε τοὺς τῆς διανοίας ἡμῶν ὀφθαλμούς· καὶ πολλάκις ὑμῖν ὄναρ διαλέγεσθαι ἐδόκουν. καὶ γὰρ πέφυκεν ἡ ψυχὴ ταῦτα φαντάζεσθαι νύκτωρ, ἅπερ ἂν μεθ' ἡμέραν λογίζηται· ὅπερ οὖν καὶ ἐφ' ἡμῶν τότε συνέβαινε· καὶ οὐχ ὁρῶν ὑμᾶς τοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς σαρκὸς, ἑώρων ὑμᾶς τῆς ἀγάπης τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ μὴ παρὼν ὑμῖν τῷ σώματι, παρῆν ὑμῖν τῇ διαθέσει, καί μοι τὰ ὦτα ἀεὶ [c] ὑπὸ τῆς ὑμετέρας περιηχεῖτο κραυγῆς. διὰ τοῦτο καὶ τῆς τοῦ σώματος ἀρρωστίας ἐπὶ πλέον ἐκεῖ διατρίβειν ἀναγκαζούσης, καὶ τῆς τοῦ ἀέρος ὠφελείας εἰς τὴν τῆς σαρκὸς ἀπολαύειν ὑγίειαν, ἡ τῆς ἀγάπης βία τῆς ὑμετέρας οὐκ ἠνέσχετο [d] τοῦτο, ἀλλὰ κατεβόησε, καὶ οὐ πρότερον ἀπέστη διενοχλοῦσα, ἕως ἡμᾶς καὶ πρὸ τῆς προσηκούσης ὥρας ἀναστῆναι ἔπεισε, καὶ ὑγίειαν, καὶ τέρψιν, καὶ πᾶν ὁτιοῦν ἀγαθὸν, τὴν ὑμετέραν ἡγήσασθαι συνεβούλευσε συνουσίαν. ταύτῃ δὲ πεισθέντες ἡμεῖς, εἱλόμεθα μᾶλλον ἔχοντες ἔτι τὰ λείψανα τῆς ἀρρωστίας ἐπανελθεῖν, ἢ καθαρῶς ἀποθέμενοι τὴν τοῦ σώματος ἀσθένειαν, ἐπὶ πλέον λυπῆσαι τὴν ὑμετέραν ἀγάπην. καὶ γὰρ ἐκεῖ διατρίβων ἤκουον ὑμῶν τὰ ἐγκλήματα, καὶ συνεχεῖς ἐπιστολαὶ ταῦτα ἡμῖν διεκόμιζον· [e] καὶ γὰρ προσεῖχον τοῖς ἐγκαλοῦσιν οὐχ ἧττον, ἢ τοῖς ἐγ-

DE POENITENTIA, CUM RURE ipse rediisset.

HOMILIA I.

A 1. NUM quæso memores nostri fuistis, quanto tempore a vobis abfuimus? nam ipse quidem vestri nusquam oblivisci potui, sed urbem dimittens, memoriam vestri non dimisi: quemadmodum enim qui corporum præstanti forma capiuntur, quocumque recesserint, secum desideratam faciem circumferunt: haud secus ipsi venustate animarum vestrarum tacti, eam mentis vestræ speciem semper nobiscum circumferimus. Et quemadmodum picto- B res coloribus variis mixtis corporis imagines effingere consueverunt: ita & ipsi studium vestrum in collectis, in audiendo alacritatem, benevolentiam erga concionatorem, cæteraque omnia officia veluti colores virtutum varios immiscentes, atque ipsum animarum vestrarum characterem imprimentes, mentisque apponentes oculis, ea speculatione satis nostræ peregrinationis accepimus solatii. Hæc & sedentes, & surgentes, & ambulantes, & quiescentes, & introeuntes, & exeuntes, continuo versabamus, caritatem vestram vel in som- C niis intuentes, neque interdiu solum, sed etiam noctu iisdem cogitationibus quasi deliciis enutriebamur, illud cum Salomone scientes: *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Idipsum & nobis contingebat: nam somni quidem necessitas palpebras ipsas contrahebat, tyrannis vero amoris vestri oculos nostræ mentis excitabat: atque sæpenumero per somnum vobiscum loqui mihi videbar. Etenim consuevit anima quæ interdiu cogitat, eadem in somnis per phantasiam cernere, quod & nobis tunc accidit: & vos carneis oculis minime videns, oculis caritatis cernebam, corpore- D que absens, affectu præsens eram, meæ aures semper clamore vestro personabant. Quare & corporis ægritudine ibi diutius cogente immorari, & aëris salubritate ad carnis sanitatem proficiente, id vis amoris vestri non tolerabat, sed exclamabat, neque prius molestando cessavit, quam nobis suaserit ante præfixum tempus exsurgere, & sanitatem, & voluptatem, & omne quodcumque est bonum, conventum hunc vestrum existimare. Huic igitur morem gerentes, maluimus redire, tametsi morbi reliquiæ restarent, quam corporis E infirmitatem prorsus deponere satagentes, de cætero caritati vestræ molestias inferre. Nam & illic manens criminationes vestras audiebam: continuæ enim literæ has nobis afferebant, animumque adhibui crimi-

Amor & sollicitudo Chrysostomi erga populum.

Cant. 5. 2.

Collata cum Codicibus Regiis 1828. 1829. & 2424. & cum Colbertino 3061.

a Colbert. sic titulum habet, τοῦ ἐν ἁγίοις . . . . Χρυσοστόμου ἐξ ἀγροῦ διὰ λιχρὸν ἐλθόντος, καὶ περὶ μετανοίας.

b Colb. ἡμῖν.

c Alii, ἀπὸ

d Sic omnes præter Morel, qui habet τούτου. Infra Morel. συνεβούλευσε, duo MSS. συμβουλεύουσα, Savil. συμβουλεύουσαι.

e Alii, καὶ χάριν εἶχον τοῖς ἐγκ-

nantibus non minus, quam laudantibus. Nam animæ scientis amare illæ criminationes fuerant, absentiam nostram accusantes. Propterea surgens cucurri; propterea numquam mea vos mente quivi excludere: sed quid mirum ruri si commoratus, licentia quadam & libertate fruens, vestræ caritatis non sum oblitus: quandoquidem Paulus vinculis alligatus, carcerem inhabitans, atque infinita pene pericula imminentia videns, in carcere non secus quam in prato versatus, sic fratrum memoriam habebat, & scribebat dicens: *Sicut est justum mihi hoc sentire pro omnibus vobis, & quod habeam vos in corde & in vinculis meis, in defensione & confirmatione Evangelii?* Extra inimicorum catena, intra amoris discipulorum catena: sed exterior quidem ex ferro constructa, interior ex caritate facta; & illam quidem sæpenumero deposuit, hanc vero numquam dissolvit. Sed quemadmodum mulieres quotquot dolorum partus experimentum sumsere, & matres factæ sunt, horum, quos pepererunt, ubicumque fuerint, vinculis semper sunt astrictæ: sic & Paulus atque adeo multo fortius discipulis suis adhærebat, tantoque magis, quanto naturalibus spirituales partus sunt ferventiores. Nam non semel, sed eosdem bis parturivit, & clamabat dicens, *Filioli mei, quos iterum parturio.* Id vero mulier numquam pateretur, neque sufferret eosdem iterum dolores: sed tolerabat hoc Paulus, quod in natura non est videre: ut quos semel pepererat, iterum reciperet, & acutos super illis dolores perferret. Propterea & confundere eos volens, dixit: *Quos iterum parturio*: quasi diceret, Parcite mihi: nullus filius secundo maternum uterum partus doloribus affecit, quod me pati cogitis. Licet dolores illi uno temporis momento torqueant, atque infante ex alvo delabente & ipsi quoque delabantur: hi vero non sic, sed & mensibus integris maneant. Nam & annum totum sæpenumero parturivit Paulus, atque conceptos non peperit. Et illic quidem carnis est labor, hic vero dolores non ventrem distendunt, sed animæ robur lacerant. Atque ut discas eos ferventiores esse dolores, quæ umquam mater optat natorum loco gehennam sustinere? Hic vero non modo gehennam, sed optat etiam anathema esse a Christo, quo posset Judæos parere quos semper continue parturiebat, & quoniam id non eveniebat, ideo dolebat & dicebat: *Tristitia mihi est magna, & continuus dolor cordi meo.* Atque hic rursus: *Filioli mei quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis.* Quidnam alvo illa beatius fuit, quæ tales filios parere potuit, qui in se Christum haberent? quid vero fœcundius ea, quæ orbem progenuit totum? quid ea fortius, quæ editos & adultos abortivos posset denuo concipere ac reformare? Id enim in naturali partu præter humanas est vires. Quare igitur non

Philip. 1. 7.

Quomodo Paulus filios iterum parturiebat. *Gal. 4. 19.*

A κωμάζουσι· ψυχῆς γὰρ εἰδυίας φιλεῖν ἦσαν αἱ μέμψεις ἐκεῖναι. καὶ διὰ ταῦτα ἀναστὰς ἔδραμον· διὰ ταῦτα οὐδέποτε ὑμᾶς τῆς διανοίας ἠδυνήθην ἐκβαλεῖν τῆς ἐμῆς. καὶ τί θαυμαστὸν εἰ ἐν ἀγρῷ διατρίβων ἐγὼ, καὶ ἀδείας ἀπολαύων, τῆς ὑμετέρας ἐμεμνήμην ἀγάπης, ὅπου γε Παῦλος δεσμὰ περικείμενος, καὶ δεσμωτήριον οἰκῶν, καὶ μυρίους ὁρῶν ἐπηρτημένους αὐτῷ κινδύνους, καθάπερ ἐν λειμῶνι τῷ δεσμωτηρίῳ διάγων, οὕτω τῶν ἀδελφῶν ἐμέμνητο, καὶ γράφων ἔλεγε· καθώς ἐστι δίκαιον ἐμοὶ τοῦτο φρονεῖν περὶ ὑμῶν, διὰ τὸ ἔχειν με ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμᾶς ἔν τε τοῖς δεσμοῖς μου, καὶ ἐν τῇ ἀπολογίᾳ, καὶ βεβαιώσει τοῦ εὐαγγελίου; ἔξωθεν ἅλυσις ἡ παρὰ τῶν ἐχθρῶν, καὶ B ἔσωθεν ἅλυσις ἡ τοῦ φίλτρου τῶν μαθητῶν· ἀλλ' ἡ μὲν ἔξωθεν ἀπὸ σιδήρου κεχάλκευτο· ἡ δὲ ἔνδοθεν, ἐξ ἀγάπης γεγένητο· κἀκείνην μὲν πολλάκις καὶ ἀπέθετο, ταύτην δὲ οὐδέποτε ἀπέρρηξεν. ἀλλ' ὥσπερ αἱ γυναῖκες ὅσαι πεῖραν ὠδίνων ἔλαβον, καὶ μητέρες ἐγένοντο, τοῖς τεχθεῖσι παιδίοις, ὅπου περ ἂν ὦσιν, εἰσὶ διηνεκῶς συνδεδεμέναι· οὕτω καὶ Παῦλος, μᾶλλον δὲ, καὶ πολλῷ τούτων σφοδρότερον ἀεὶ τοῖς μαθηταῖς προσήλωτο τοῖς αὐτοῦ, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ τῶν φυσικῶν τόκων οἱ τοῦ πνεύματός εἰσι θερμότεροι. καὶ γὰρ καὶ οὗτος ὤδινεν οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δὶς τοὺς αὐτοὺς, καὶ ἐβόα λέγων· τεκνία μου, οὓς πάλιν C ὠδίνω. καίτοι γε τοῦτο οὐδέποτε ἂν πάθοι ἡ γυνὴ· οὐδ' ἂν ὑποσταίη τὰς αὐτὰς πάλιν ὠδῖνας, ἀλλὰ Παῦλος ὑπέμεινε τοῦτο, ὅπερ ἐπὶ τῆς φύσεως ἰδεῖν οὐκ ἔστι, καὶ τοὺς ἅπαξ τεχθέντας πάλιν ἀναλαβεῖν, καὶ τὰς δριμείας ἐπ' αὐτοῖς ὑπομεῖναι ὠδῖνας. διὰ τοῦτο καὶ ἐντρέψαι βουλόμενος αὐτοὺς, ἔλεγεν, οὓς πάλιν ὠδίνω, μονονουχὶ λέγων· φείσασθέ μου· οὐδεὶς υἱὸς δεύτερον τὴν μητρικὴν γαστέρα ταῖς ὠδῖσι διέτεινεν, ὅπερ ἀναγκάζετέ με πάσχειν ὑμεῖς· καίτοι ἐκεῖναι μὲν αἱ ὠδῖνες ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ κατατείνουσι, καὶ τοῦ παιδίου τῆς νηδύος ἐξολισθήσαντος, συνεξέρχονται· αὗται δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ καὶ μῆνας ὁλοκλήρους μένουσι. καὶ γὰρ ἐνιαυτὸν ὅλον ὤδινε πολλάκις, καὶ D οὐκ ἔτεκε τοὺς κυομένους ὁ Παῦλος. κἀκεῖ μὲν τῆς σαρκὸς ὁ πόνος· ἐνταῦθα δὲ οὐ γαστέρα διατείνουσιν αἱ ἀλγηδόνες, ἀλλ' αὐτὴν τῆς ψυχῆς τὴν ἰσχὺν καταξαίνουσι. καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι θερμότεραι αὗται αἱ ὠδῖνες, τίς ποτε ὑπὲρ τῶν τεχθέντων παιδίων ηὔξατο ὑπομεῖναι γέενναν; οὗτος δὲ οὐ μόνον αἱρεῖται ὑπομεῖναι γέενναν, ἀλλὰ καὶ εὔχεται ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, ὥστε δυνηθῆναι τοὺς Ἰουδαίους ἀποτεκεῖν, οὓς ὤδινεν ἀεὶ καὶ διηνεκῶς, καὶ ἐπειδὴ μὴ συνέβαινε τοῦτο, ὠδυνᾶτο λέγων· λύπη μοί ἐστι μεγάλη, καὶ ἀδιάλειπτος ὀδύνη τῇ καρδίᾳ μου. καὶ ἐνταῦθα πάλιν· τεκνία μου οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ E Χριστὸς ἐν ὑμῖν. τί τῆς νηδύος ἐκείνης μακαριώτερον γένοιτο ἂν, ἣ τοιαῦτα παιδία τίκτειν ἐδύνατο, ὡς τὸν Χριστὸν ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς; τί δὲ εὐφορώτερον, ἣ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἀπεγέννησε; τί δὲ δυνατώτερον, ἣ τοὺς τεχθέντας καὶ αὐξηθέντας εἰς ἄμβλωσιν ἐκπεσόντας, ἀναλαβεῖν ἴσχυσε πάλιν, καὶ ἄνωθεν διαπλάσαι; τοῦτο γὰρ ἐπὶ τῶν φυσικῶν τόκων ἀδύνατον. διατί δὲ οὐκ εἶπε· τεκνία μου

μου, οὓς πάλιν ἀναγεννῶ, ἀλλ' ὠδίνω; καί τοι γε ἀλλαχοῦ γεννᾷν φησιν· ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ ὑμᾶς ἐγέννησα. ἐκεῖ μὲν οὖν τὴν συγγένειαν δηλῶσαι μόνον ἐβούλετο· ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸν πόνον παραστῆσαι ἐσπούδαζε. πῶς δὲ τέκνα καλεῖ τὰ μηδέπω τεχθέντα; εἰ γὰρ ὠδίνει, οὐδέπω ἔτεκε· πῶς οὖν τέκνα καλεῖ; ἵνα μάθῃς, ὅτι (οὐ) ταύτας ὠδίνει τὰς προτέρας ὠδῖνας, ὅπερ ἱκανὸν ἦν ἐκείνοις ἐντρέψαι. καὶ γὰρ ἐγενόμην, φησὶν, ἅπαξ πατὴρ, καὶ τὸν ὀφειλόμενον ἐφ' ὑμῖν ὑπέμεινα τόκον, ἐγένεσθε δὲ τέκνα καὶ ὑμεῖς ἅπαξ· πῶς οὖν πάλιν με εἰς δευτέρας ὠδῖνας ἐμβάλλετε; ἱκανοὶ οἱ πόνοι τῶν τόκων τῆς ἐξαρχῆς, τί με διατείνετε πάλιν ταῖς ὀδύναις; τῶν γὰρ μηδέπω πεπιστευκότων οὐκ ἐλάττονα πόνον παρεῖχεν αὐτῷ τῶν πιστῶν τὰ πλώματα. καὶ γὰρ ἦν ἀφόρητον, μετὰ τὴν τῶν τοιούτων μυστηρίων κοινωνίαν πρὸς τὴν ἀσέβειαν αὐτομολοῦντας ὁρᾷν· διὸ καὶ σφόδρα δεινῶς καὶ πάσης γυναικὸς περιπαθέστερον ἀνωλόλυζε, λέγων· τεκνία μου οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν. τοῦτο δὲ ἔλεγεν ὁμοῦ καὶ θαρρῆναι, καὶ φοβῆσαι βουλόμενος· τὸ μὲν γὰρ δεῖξαι μὴ μεμορφωμένον αὐτοῖς τὸν Χριστὸν, ἀγωνίαν καὶ φόβον ἐνέβαλλε· τὸ δὲ ἐμφῆναι ὅτι δυνατὸν αὐτὸν μορφωθῆναι, πάλιν θαρρεῖν παρεσκεύαζε. τὸ γὰρ εἰπεῖν, ἄχρις οὗ μορφωθῇ, ἀμφότερα ταῦτά ἐστιν ἐνδεικνυμένου, καὶ ὅτι οὐδέπω μεμόρφωται, καὶ ὅτι δυνατὸν μορφωθῆναι πάλιν. εἰ γὰρ μὴ δυνατὸν ἦν, εἰκῇ πρὸς αὐτοὺς ἔλεγεν· ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν, καὶ ματαίαις αὐτοὺς ἔτρεφεν ἐλπίσι.

Ταῦτ' οὖν εἰδότες μηδὲ ἡμεῖς ἀπογινώσκωμεν, ἀλλὰ μηδὲ ῥᾳθυμήσωμεν ἁπλῶς· ἑκάτερα γὰρ ταῦτα ὀλέθρια. ἡ μὲν γὰρ ἀπόγνωσις, τὸν κείμενον οὐκ ἀφίησιν ἀναστῆναι· ἡ δὲ ῥᾳθυμία τὸν ἑστῶτα ποιεῖ καταπίπτειν. ἐκείνη τῶν προειληφθέντων ἀγαθῶν ἀποστερεῖν εἴωθεν· αὕτη τῶν ἐπικειμένων οὐκ ἀφίησιν ἀπαλλαγῆναι κακῶν· καὶ ἡ μὲν καταφρόνησις, ἐξ αὐτῶν καταφέρει τῶν οὐρανῶν, ἡ δὲ ἀπόγνωσις εἰς αὐτὴν κατάγει τῆς κακίας τὴν ἄβυσσον, ὥσπερ οὖν τὸ μὴ ἀπογνῶναι κἀκεῖθεν ταχέως ἀναδραμεῖν ποιεῖ. σκόπει δὲ ἀμφοτέρων τὴν ἰσχύν· ὁ διάβολος ἀγαθὸς ἦν πρὸ τούτου· ῥᾳθυμήσας δὲ καὶ ἀπογνοὺς ἔπεσεν εἰς τοσαύτην κακίαν, ὡς μηδὲ ἀναστῆναι λοιπόν. ὅτι γὰρ ἀγαθὸς ἦν, ἄκουσον τί φησιν· εἶδον τὸν σατανᾶν ὡς ἀστραπὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα. ἡ δὲ ἀστραπῆς παραβολὴ καὶ τὸ φαιδρὸν τῆς προτέρας δείκνυσιν ἀναστροφῆς, καὶ τὸ τῆς πτώσεως ὀξύτατον. ὁ Παῦλος βλάσφημος ἦν, καὶ διώκτης, καὶ ὑβριστής· ἐπειδὴ δὲ ἐσπούδασε, καὶ οὐκ ἀπέγνω, καὶ ἀνέστη, καὶ τῶν ἀγγέλων γέγονεν ἴσος· ὁ Ἰούδας ἀπόστολος ἦν, ἀλλὰ ῥᾳθυμήσας γέγονε προδότης. ὁ λῃστὴς πάλιν μετὰ τοσαύτην κακίαν ἐπειδὴ μὴ ἀπέγνω, πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων εἰς τὸν παράδεισον εἰσῆλθεν· ὁ Φαρισαῖος θαρρήσας ἐξ αὐτοῦ τῆς ἀρετῆς κατηνέχθη τοῦ ὕψους· ὁ τελώνης μὴ ἀπογνοὺς οὕτως ὠρθώθη ὡς κἀκεῖνον παραδραμεῖν. βούλει σοι δείξω καὶ πόλιν ὁλόκληρον τοῦτο ποιήσασαν; ἡ τῶν Νινευϊτῶν πόλις οὕτως ἐσώθη πᾶσα· καί τοι γε ἡ ἀπόφασις εἰς ἀπό-

A dixit: Filioli mei quos iterum progenero, sed parturio? Etenim alibi generare se dicit, *In Christo enim Jesu ego vos genui.* Illic ergo cognationem tantummodo ostendere voluit, hic vero & dolorem coram statuere conatus est. Quomodo enim filios vocat, quos nondum enixus est? Si enim parturit, nondum peperit: quomodo ergo filios vocat? Ut discas, illum non prioribus partus doloribus tunc cruciatum, quod satis illis erat ad ruborem. Etenim, inquit, semel factus sum pater, debitumque in vos partum toleravi, vos vero filii semel facti
B estis: quomodo me ad secundos iterum dolores mittitis? Satis enim qui principio habentur, sunt partus dolores, quid me secundo doloribus cruciatis? Nam fidelium lapsus, non minorem ipsi, quam qui nondum crediderant, laborem inferebant. Intolerabile enim erat post talium mysteriorum communionem videre quosdam ad impietatem sponte declinare. Quare acriter admodum, ac omni muliere miserabilius ingemiscebat dicens: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis.* Id autem dicebat, ut illis fiduciam simul & timorem induceret. Cum enim ostendit non formatum in ipsis Christum, timorem incussit & agoniam: cum demon-
C stravit posse formari, iterum fiduciam indidit. Cum enim dicitur, *donec formetur*; utrumque ostenditur, & nondum formatum esse, & formari iterum posse. Si enim fieri non posset, in vacuum ad eos dixisset, *donec Christus formetur in vobis*: & ipsos spe vana lactasset.

2. Hæc igitur scientes, neque ipsi a spe cadamus, sed neque omnino pigritemur, utraque enim hæc perniciosa. Desperatio quidem exsurgere non sinit: pigritia vero, & stantem cadere facit. Atque illa quidem jam partis privare nos solet bonis: hæc ma-
D lis, quibus urgemur, nos liberari non sinit; & neglectus quidem ex ipsis detrudit cælis: desperatio vero in ipsam malitiæ deducit abyssum, sicut si non desperemus, cito illinc reducimur. Considera vero utriusque vim; diabolus antea bonus erat; pigritans vero & desperans cecidit, tantaque obrutus malitia est, ut in posterum non resurgat. Quod enim bonus fuerit, audi quid dicatur: *Vidi satanam veluti fulgur cadentem de cælo.* Fulguris enim similitudo, & claritatem pristinæ conversationis ostendit, & casus velocitatem. Paulus blasphemus erat, & persequutor, & con-
E tumeliosus: quia vero desudavit, & spe non decidit, & exsurrexit par Angelis effectus. Judas Apostolus erat, sed pigritans factus est proditor. Latro item post tantum malitiæ, quia de spe non lapsus est, ante alios paradisum ingreditur. Pharisæus confidens ex ipso virtutis culmine decidit in profundum: publicanus quia non desperavit, sic erectus est, ut illum præveniret. Vis ut tibi ostendam & urbem totam hoc fecisse? Ninivitarum urbs sic omnis servata est: illos certe lata jam sen-

1.Cor.4.15.

Gal. 4.19.

Desperatio & segnities perniciosæ.

Luc.10.18.

Luc. 6.16.

tentia a spe depulerat. Non enim dixit, si pœnitentiam egerint, servabuntur: sed
Jon. 3. 4. solum, *Tres adhuc dies & Ninive subvertetur.* Sed tamen minitante Deo, & Propheta clamante, sententia dilationem non habente neque distinctionem, non ceciderunt animis, neque bonas spes perdiderunt. Propterea enim distinctionem non apposuit, neque dixit, pœnitentiam si egerint, servabuntur: quo & ipsi latam Dei sententiam sine distinctione audientes, neque sic spe cadamus, sed ad illud exemplum respicientes, non desperemus. Neque in eo solum videre est Dei clementiam, quod sententiæ nulla adhibita distinctione, tamen pœnitentibus reconciliatus sit: sed vel ex eo etiam quod absolute lata sit. Nam augere volens timorem, ingentemque illorum segnitiem tangere, id effecit, ipsumque pœnitentiæ tempus ineffabilem ejus ostendit clementiam. Quomodo enim tres dies effecissent, ut deleretur malitia tanta? Cernis quod etiam inde Dei providentia appareat? plus enim hæc ad ejus urbis salutem contulit. Hæc igitur scientes, spe numquam cadamus. Neque
Desperatio telum diaboli. enim ullum adeo validum est telum diabolo, ac desperatio; idcirco neque tam lætum eum peccantes reddimus, quam desperantes. Audi in fornicante, quod plus quam peccatum Paulus desperationem timuerit. Corinthiis enim scribens, sic in-
1. Cor. 5. 1. quit: *Omnino auditur in vobis fornicatio, & talis quæ nec inter gentes nominatur.* Non dixit, quam nec in gentibus audent; sed neque nominatur: quod vel nomine solum illis intolerabile est, id ipsi opere ausi estis. *Et vos inflati estis?* Et non dixit, ille inflatus est: sed eum, qui peccaverat, dimittens, sanos alloquitur: quemadmodum medici faciunt, ægros dimittentes, apud propinquos plures sermones habent. Alioquin hi omnis arrogantiæ illi auctores erant, quod eum non corriperent, nec terrerent. Crimen igitur commune fecit, quo facilis curatio vulneris esset. Grave quidem peccatum est, sed multo gravius altum sapere in peccato. Nam si de justitia inflari, justitiæ sit evacuatio: multo magis id in peccatis si contingat, maximam nobis jacturam inferet, atque ipsis peccatis
Luc.17.10. majus crimen fuerit. Propterea inquit, *cum omnia quæ præcipiuntur vobis, feceritis: dicite, quia servi inutiles sumus.* Si enim eos, qui omnia faciunt, dejicere se oportet: multo magis & peccatorem flere decet, & infimum sese omnium existimare. Id itaque
1. Cor. 5. 2. ostendens, tunc dixit, *& non magis flevistis?* Quid dicis? alter peccavit, & ego plorabo? Ita, inquit: corporis enim & membrorum exemplo mutuo compacti sumus. In corpore autem tametsi pes vulnus accipiat, humi caput inclinari videmus. Et quid eo venerabilius? sed tamen dignitatem suam non novit calamitatis tempore: idem & ipse fac. Quare & Paulus ad-

A γνῶσιν αὐτοὺς ἐνέβαλεν· οὐ γὰρ εἶπεν ὅτι ἐὰν μετανοήσωσι σωθήσονται, ἀλλ' ἁπλῶς, ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ Νινευῒ καταστραφήσεται· ἀλλ' ὅμως ἀπειλοῦντος τοῦ θεοῦ, καὶ τοῦ προφήτου βοῶντος, καὶ τῆς ἀποφάσεως οὐκ ἐχούσης μέλλησιν, οὐδὲ [a] διορισμὸν, οὐκ ἀνέπεσον, οὐδὲ τὰς χρηστὰς προέδωκαν ἐλπίδας. διὰ γὰρ τοῦτο οὐ προσέθηκε διορισμὸν, οὐδὲ εἶπεν· ἐὰν δὲ μετανοήσωσι, σωθήσονται· ἵνα καὶ ἡμεῖς, ὅταν ἀκούσωμεν ἀποφάσεως τοῦ θεοῦ φερομένης χωρὶς διορισμοῦ, μηδὲ οὕτως ἀπογνῶμεν, μηδὲ ἀπαγορεύσωμεν, εἰς ἐκεῖνο τὸ ὑπόδειγμα βλέποντες. οὐ διὰ τοῦτο δὲ μόνον ἔστιν τὴν τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν ἰδεῖν, ὅτι μὴ προσθεὶς διορισμὸν τῇ ἀποφάσει, ὅμως B μετανοήσασι κατηλλάγη, ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ τὴν ἀπόφασιν ἀπηρτισμένην ἐξενεγκεῖν. αὐξῆσαι γὰρ τὸν φόβον βουλόμενος, καὶ τῆς πολλῆς αὐτῶν ῥᾳθυμίας καθάψασθαι, τοῦτο ἐποίησε, καὶ αὐτὸς δὲ ὁ χρόνος τῆς μετανοίας δείκνυσιν αὐτοῦ τὴν ἄφατον φιλανθρωπίαν. τί γὰρ ἡμέραι τρεῖς τοσοῦτον εἰργάσαντο, ὡς ἀφανίσαι κακίαν τοσαύτην; ὁρᾷς πῶς καὶ ἐντεῦθεν ἡ τοῦ θεοῦ φαίνεται κηδεμονία; τὸ γὰρ πλέον αὐτὴ συνεισήνεγκεν εἰς τὴν τῆς πόλεως σωτηρίαν. ταῦτα οὖν εἰδότες, μηδέποτε ἀπογινώσκωμεν. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἰσχυρὸν ὅπλον τῷ διαβόλῳ, ὡς ἀπόγνωσις· διὰ τοῦτο οὐχ οὕτως αὐτὸν εὐφραίνομεν ἁμαρτάνοντες, ὡς C ἀπογινώσκοντες. ἄκουσον γοῦν ἐπὶ τοῦ πεπορνευκότος πῶς τῆς ἁμαρτίας μᾶλλον τὴν ἀπόγνωσιν δέδοικεν ὁ Παῦλος· γράφων γὰρ Κορινθίοις οὕτως ἔλεγεν· ὅλως ἀκούεται ἐν ὑμῖν ἡ πορνεία, καὶ τοιαύτη πορνεία, ἥτις οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὀνομάζεται. καὶ οὐκ εἶπεν· ἥτις οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσι τολμᾶται, ἀλλ' οὐδὲ ὀνομάζεται· ὃ γὰρ μέχρι προσηγορίας ἐκείνοις ἀφόρητον, τοῦτο ὑμῖν ἔργῳ τετόλμηται. καὶ ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστέ; καὶ οὐκ εἶπε, καὶ ἐκεῖνος πεφυσίωται· ἀλλ' ἀφεὶς τὸν ἡμαρτηκότα, τοῖς ὑγιαίνουσι διαλέγεται· καθάπερ οἱ ἰατροὶ ποιοῦσιν, ἀφέντες τοὺς κάμνοντας, πρὸς τοὺς προσήκοντας αὐτοῖς πλείονι κέ- D χρηνται λόγῳ· ὁμοίως δὲ καὶ οὗτοι τῆς ἀπονοίας αἴτιοι πάσης ἦσαν αὐτῷ μὴ ἐπιτιμῶντες, μηδὲ ἐπιπλήττοντες. [b] ἐκοίνωσε τοίνυν τὸ ἔγκλημα, ἵνα ῥᾳδία γένηται τοῦ τραύματος ἡ θεραπεία. δεινὸν μὲν γὰρ τὸ ἁμαρτάνειν, πολλῷ δὲ χαλεπώτερον τὸ καὶ μέγα φρονεῖν ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν. εἰ γὰρ ἐπὶ δικαιοσύνῃ τὸ φυσιοῦσθαι κένωσις δικαιοσύνης ἐστὶ, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι τοῦτο συμβαῖνον ἐσχάτην οἴσει βλάβην ἡμῖν, καὶ τῶν ἁμαρτημάτων αὐτῶν μεῖζον τὸ ἔγκλημα ἔσται. διὰ τοῦτό φησιν, ὅταν πάντα ποιήσητε, λέγετε, ὅτι ἀχρεῖοι δοῦλοί ἐσμεν. εἰ δὲ οἱ πάντα ποιοῦντες ὀφείλουσι συνεστάλθαι, πολλῷ μᾶλ- E λον τὸν ἡμαρτηκότα καὶ θρηνεῖν, καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις ἑαυτὸν ἀριθμεῖν ἄξιον. ὅπερ οὖν καὶ τότε δηλῶν ἔλεγε· καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε; τί λέγεις; ἕτερος ἥμαρτε, καὶ ἐγὼ πενθήσω; ναί φησι· σώματος γὰρ καὶ μελῶν δίκην ἀλλήλοις ἐσμὲν συνδεδεμένοι· ἐπὶ δὲ τοῦ σώματος κἂν ὁ ποὺς δέξηται τραῦμα, τὴν κεφαλὴν ἐπικύπτουσαν ὁρῶμεν. καίτοι τί ταύτης σεμνότερον; ἀλλ' οὐχ ὁρᾷ τὴν ἀξίαν ἐν τῷ καιρῷ τῆς συμφορᾶς· οὕτω καὶ σὺ ποίησον. διὰ τοῦτο

a Sarravius in Epistolis ad Salmasium legendum putabat διαιρισμὸν, i. dilationem; sed ni fallor διορισμὸν optime quadrat eo sensu, quo non infrequenter occurrit, nempe, *distinctionem*: cui lectioni favet series ipsa. Et alioquin quater repetitur διορισμός.

b Alii, ἐκοίνωσε; alii, ἐκοινώνησε.

καὶ Παῦλος παραινεῖ· χαίρειν μετὰ χαιρόντων, καὶ κλαίειν μετὰ κλαιόντων. διὰ τοῦτο καὶ Κορινθίοις φησὶ, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε, ἵνα ἐξαρθῇ ἐκ μέσου ὑμῶν ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας; οὐκ εἶπε, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐσπουδάσατε, ἀλλὰ τί; οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε, ὡς νόσου κοινῆς καὶ λοιμοῦ τὴν πόλιν καταλαβόντος, μονονουχὶ λέγων· εὐχῆς καὶ ἐξομολογήσεως δεῖ καὶ ἱκετηρίας, ἵνα τὸ νόσημα ἀπελαθῇ τῆς πόλεως ἁπάσης. ὁρᾷς πόσον αὐτοῖς φόβον ἐπεκρέμασεν; ἐπειδὴ γὰρ ἐνόμιζον μέχρις ἐκείνου μόνου ἑστάναι τὸ δεινὸν, ἐναγωνίους αὐτοὺς καθίστησι λέγων· οὐκ οἴδατε ὅτι μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ; ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· ὁδῷ τὸ κακὸν βαδίζον, καὶ τῶν λοιπῶν ἅψεται μελῶν· ὡς ὑπὲρ κοινῶν τοίνυν κακῶν βουλευομένοις, οὕτω φροντίζειν χρή. μὴ γάρ μοι τοῦτο εἴπῃς, ὅτι ἐκεῖνος ἥμαρτε μόνος, ἀλλ' ἐκεῖνο σκόπει, ὅτι σηπεδών τίς ἐστι τὸ δεινὸν, καὶ τὸ λοιπὸν ἅπαν ἐπινέμεται σῶμα. καὶ καθάπερ οἰκίας καιομένης, καὶ οἱ μηδέπω δεξάμενοι τὸ κακὸν, τῶν ὄντων ἐν τῇ συμφορᾷ οὐκ ἔλαττον ἐπείγονται, καὶ πάντα συνεισφέρουσιν, ὥστε μὴ τὸ πῦρ ἐπειγόμενον καὶ ἐπὶ τὰς αὐτῶν θύρας [a] ἔλθῃ· οὕτω καὶ τούτους ὁ Παῦλος διεγείρει λέγων· πυρά τίς ἐστι, προκαταλάβωμεν τὸ δεινόν· σβέσωμεν τὸν ἐμπρησμὸν, πρὶν ἢ καταλαβεῖν τὴν ἐκκλησίαν. εἰ δὲ καταφρονεῖς τῆς ἁμαρτίας ὡς ἐν ἀλλοτρίῳ γινομένης σώματι, μάλιστα μὲν καὶ οὕτω κακῶς. μέλος γάρ ἐστι τοῦ παντὸς σώματος ἐκεῖνος.

Πλὴν ἀλλ' ἐκεῖνο σκόπει, ὅτι ἂν ῥαθυμήσῃς καὶ περιΐδῃς, κἀσὲ καταλήψεταί ποτε. ὥστε εἰ καὶ μὴ διὰ τὸν ἀδελφὸν, διὰ γοῦν σαυτὸν διεγέρθητι, καὶ ἀνάστειλον τὸν λοιμὸν, καὶ περικόψον τὴν σηπεδόνα, καὶ τὴν νομὴν διάκοψον. ταῦτα τοίνυν καὶ τὰ πλείονα τούτων εἰπὼν, καὶ κελεύσας παραδοῦναι αὐτὸν τῷ σατανᾷ, φησὶν ὕστερον· ἐπειδὴ μετεβάλετο, καὶ βελτίων ἐγένετο, ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ ἡ ἐπιτιμία αὕτη ὑπὸ τῶν πλειόνων· κυρώσατε οὖν εἰς αὐτὸν ἀγάπην. ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸν κοινὸν ἐχθρὸν, καὶ πολέμιον κατέστησεν ἅπασι, καὶ τῆς ἀγέλης ἐξέβαλε, καὶ τοῦ σώματος ἀπέκοψεν, ὅρα πόσῃ κέχρηται σπουδῇ, ὥστε κολλῆσαι, καὶ συνάψαι πάλιν αὐτόν. οὐ γὰρ εἶπεν· ἀγαπήσατε αὐτὸν ἁπλῶς, ἀλλὰ κυρώσατε εἰς αὐτὸν ἀγάπην, τουτέστι βεβαίαν, καὶ ἀκίνητον ἐπιδείξασθε τὴν φιλίαν, θερμήν τινα καὶ ζέουσαν, καὶ πεπυρωμένην, ἀντίρροπον τῆς προτέρας ἀπεχθείας τὴν εὔνοιαν εἰσαγάγετε. τί γέγονεν εἰπέ μοι, οὐχὶ τῷ σατανᾷ παρέδωκας αὐτόν; ναί φησιν, ἀλλ' οὐχ ἵνα μένῃ ἐν ταῖς τοῦ σατανᾶ χερσὶν, ἀλλ' ἵνα ἀπαλλαγῇ ταχέως αὐτοῦ τῆς τυραννίδος. ἀλλ' ὅπερ ἔλεγον, σκόπει πῶς δέδοικε τὴν ἀπόγνωσιν ὁ Παῦλος, ὡς μέγα ὅπλον τοῦ διαβόλου. εἰπὼν γὰρ, κυρώσατε εἰς αὐτὸν ἀγάπην, καὶ τὴν αἰτίαν προστίθησι· μή πως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος. ἐν τῷ φάρυγγι τοῦ λύκου, φησὶν, ἐστὶ τὸ πρόβατον, φθάσωμεν τοίνυν, προαρπάσωμεν πρὶν ἢ καταπίῃ καὶ διαφθείρῃ τὸ μέλος ἡμῶν. ἐν κλυδωνίῳ νῦν ἐστιν ἡ ναῦς, πρὸ τοῦ ναυαγίου διασῶσαι αὐτὴν σπουδάσωμεν. καθάπερ γὰρ θαλάττης αἰρομένης, καὶ κυμάτων πάντοθεν κορυφουμένων, ὑποβρύχιον γίνεται τὸ

[a] Alii, ἐλθεῖν.

A monet, *Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus.* Rom. 12. Ideo & Corinthiis dicit: *Ut non magis flevistis: ut tolleretur de medio vestrum qui opus id fecerat?* 1. Cor. 5. 2. Non dixit, & non magis studuistis: sed quid? non magis flevistis, quasi morbo communi & peste civitatem comprehendente: quasi diceret, Oratione opus est & confessione, & precibus, quo morbus e tota civitate pellatur. Vides quantum his timoris incussit? Nam quoniam putabant ad illum dumtaxat pervenisse malum, ac constitisse, eos solicitos reddit, dicens: *Nescitis quod modicum fermen-* 1. Cor. 5. 6. B *tum totam massam corrumpit?* Quod autem dicit, tale est: Malum ultra procedens, reliqua attinget membra: veluti de communi malo consulentes, solicitos vos esse decet. Neque id mihi dixeris, quod ille solus peccavit, sed illud considera, quod sanies quædam est peccatum, reliquum corporis depascens. Ac veluti domo ardente, qui nondum malo læduntur, iis, qui in malo sunt molestia non minori premuntur, atque universa conferunt, quo ne urgens ignis ad proprias invadat domos: sic & istos Paulus excitat, dicens: Pyra quædam C est, præveniamus malum, exstinguamus incendium, priusquam Ecclesiam invadat: si vero neglexeris peccatum, veluti in alieno exsistens corpore, maxime quidem vel sic male. Ille enim homo membrum totius est corporis.

3. Verum & id considera, quod si pigritatus fueris ac spreveris, te quoque quandoque comprehendet: quare si non fratris, tua tamen causa exciteris. Reprime pestem, saniem coërce, depopulationem amputa. Hæc & his plura dicens, & mandans tradi D illum satanæ, denique inquit: Quandoquidem conversus, & melior factus est, satis huic ea fuit objurgatio a pluribus: *Confirmate igitur in eum caritatem.* 2. Cor. 2. 8. Postquam enim eum communem inimicum & adversarium statuit universis, & a grege exclusit, atque a corpore recidit, vide quanto in eum utitur studio, ut eum rursus conjungat & annectat. Non modo, Amate eum, dixit: sed *confirmate super eum caritatem*, id est, Ibid. firmam & immobilem in eum ostendite amicitiam, calentem quamdam & fervidam, atque ignitam: æquivalentem priori inimicitiæ dilectionem inferte. Quid factum est? quæso, nonne tradidisti eum Satanæ? E Ita, inquit, sed non quo in manibus Satanæ permaneat, sed ut ab ejus tyrannide cito liberetur. Et quemadmodum dixi, considera quam timuerit desperationem Paulus tamquam magnam diaboli armaturam: cum dixisset enim: *Confirmate super eum caritatem*; Ibid. & causam addit, *Ne forte nimia tristitia absorbeatur qui est ejusmodi.* In lupi faucibus est ovis: præveniamus igitur, præripiamus antequam absorbeat aut corrumpat nostrum membrum. Periclitatur navis: priusquam obruatur, eripere naufragio studeamus. Quemadmodum enim mari sese tollente, & fluctibus usque ad summum

se elevantibus, scapha demergitur: sic & anima undique mœrore circumdata, velociter suffocatur, ni quempiam habuerit qui manum porrigat: & quæ salutaris in peccatis est mœstitia, exitialis est si immoderata sit. Ac vide quomodo accurate loquutus sit: non enim dixit, ne hunc diabolus perdat: sed quid? *ut non circumveniamur a Satana.* Circumvenire autem hic est aliena concupiscere: ostendens igitur ipsum alienum ab eo de cætero factum, atque in Christi gregem se per pœnitentiam reduxisse, ait, *Ne circumveniamur a Satana.* Si enim de cætero comprehendat eum, nostrum rapiet membrum, de grege ovem surripiet: nam pœnitentiâ peccatum deposuit. Sciens igitur Paulus quid fecerat diabolus Judæ, timuit ne hic fortasse idem faceret. Quid autem fecit in Juda? pœnituit Judam: *Peccavi*, inquit, *tradens sanguinem justum*: audivit hæc verba diabolus, novit eum in melius viam inire, & ad salutem tendere, timuitque mutationem. Clementem, inquit, dominum habet: qui cum se traditurus fuerat, ploravit: atque ipsum miris provocavit modis, annon multo magis pœnitentem suscipiet? obstinatum & incorrectum allexit & vocavit: nonne multo magis correctum, & peccatum agnoscentem trahet? Idcirco enim crucifigendus venit. Quid ergo fecit? exterruit eum, & obtenebravit mœroris magnitudine, persequutus est, impulit donec ad laqueum duxit, atque e præsenti eduxit vita, pœnitentiæque proposito privavit. Quod enim si vixisset, & ipse salutem consequuturus esset, palam est ex crucifixoribus. Si enim hos qui eum crucifixerant salute donavit, & ipse in cruce exsistens rogavit patrem, indulgentiamque tantæ audaciæ postulavit: constat quod & ipsum proditorem digne pœnitentem cum omni mansuetudine suscepisset: sed ille in remedio manere non tulit, mœrore nimio absorptus. Id igitur & Paulus timens, Corinthios solicitabat eripere a faucibus diaboli hominem. Et quid opus est de Corinthiis dicere? Petrus enim post mysteriorum communionem ter negat, & plorans delevit omnia. Paulus persequutor, blasphemus, & contumeliosus, non crucifixum modo, sed illius universos persequens, pœnitentia ductus, Apostolus efficitur. Solum a nobis Deus occasionem, vel parvam requirit, atque universa dimittit nobis peccata: dicam & parabolam idipsum confirmantem.

Matth. 27. 4.

Judas si non desperasset, salutem consequuturus erat.

4. Duo quidam erant fratres, paternaque divisa substantia, horum unus quidem domi mansit, alter autem cuncta quæ obvenerant, comedens, patria extorris factus erat, paupertatis non ferens pudorem. Hanc autem parabolam in medium idcirco protuli, quo sciatis & peccatorum quæ post baptisma contrahuntur, remissionem esse, si attendamus: dico autem non uti ad iner-

Itaque si cum peccator esset publicanus, tantum adeptus est donum, cum humilitatem exhibuisset: quanto magis qui virtute præditus sit, & humilitatem exhibeat? Ergo si peccata tua confitearis, & humilis sis, justus evadis. Scire cupis quis vere sit humilis? Paulum respice qui vere humilis erat, Paulum doctorem orbis terrarum, spiritualem oratorem, vas electionis, portum tranquillum, turrim inconcussam, qui modico cum esset corpore, totum orbem terrarum circuivit, & quasi alatus esset illum percurrit. Cerne illum humiliter ac modeste sentientem de se, idiotam & philosophum, egenum & divitem, illum vere humilem dico, qui labores innumeros exantlarat, qui mille tropæa adversus diabolum erexerat, qui prædicabat, ac dicebat: *Gratia ejus in me vacua non fuit, sed plus omnibus laboravi*: qui carceres sustinuit, & plagas, & verbera, qui orbem terrarum epistolis venatus est, qui cælesti voce vocatus est, ille humilis erat, cum diceret: *Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus.* Vides humilitatis magnitudinem? vides humiliter sentientem de se Paulum, qui seipsum minimum vocet? *Ego enim sum*, inquit, *minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus.* Hoc enim vere humilitas est, in omnibus seipsum abjicere, ac se minimum appellare. Cogita quisnam esset is, qui hæc verba proferebat. Paulus cælorum civis, qui corpore erat utcumque circumdatus, Ecclesiarum columna, terrestris angelus, homo cælestis. Etenim hujus viri mentioni libenter immoror, dum virtutis ejus pulcritudinem specto. Non ita sol exoriens, & splendidos emittens radios oculos meos exhilarat, ut Pauli vultus mentem meam illuminat. Nam sol quidem illustrat oculos: at Paulus ad ipsos fornices cælorum nos evehit. Animam enim sublimiorem sole, ac luna reddit celsiorem. Talis quippe virtutis est potentia; ut hominem in Angelum convertat, efficiatque ut anima velut pennis prædita in cælum tendat: hanc virtutem nos docet Paulus: hujus virtutis imitatores fieri studeamus. Sed non oportet nos a proposito digredi argumento. Hic enim scopus orationis nostræ fuit, ut tertiam pœnitentiæ viam esse humilitatem ostenderemus, Publicanum non seipsum ultra modum depressisse, sed veritatem esse confessum, cum sua peccata detegeret, ac justum esse factum, non cum pecunias numerasset, non cum maria emensus esset, neque cum multum iter pedibus confecisset, neque cum immensa æquora peragrasset, neque cum amicos rogasset, neque cum multum temporis impendisset, sed humilitatis eum opera sibi justitiam comparasse, ac regno cælorum esse donatum: cujus nos omnes utinam compotes fieri contingat gratia & misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

1. Cor. 15. 10.

1. Cor. 15. 9.

EJUSDEM ORATIO DE ELEEMOSYNA, & in decem Virgines.

HOMILIA III.

1. AN novistis unde nobis nuper sermo inceperat, aut quo desierat, aut ex quo argumento, in quod desierant prioris homiliæ verba? sed vos oblitos existimo, quo loco a nobis ille sermo finitus sit. Ego vero novi, neque vos accuso, aut redarguo. Quisque enim vestrum uxorem habens parvulis studet, & quæ domi sunt curat omnia. Alii militiam sectantur, alii artifices sunt, ac vestrum quisque diversis insudat operibus: nos vero in his versamur, in his cogitamus, atque in his nostrum terimus tempus. Itaque ea in re haud accusandi estis, magis pro studio laudandi, quod nulla nos relinquatis Dominica die, sed omnibus neglectis ad Ecclesiam veniatis. Is enim laudum est cumulus civitati nostræ, non tumultum & suburbia, non domos deauratis trabibus, & triclinia, sed diligentem populum habere, atque excitatum. Neque enim ex frondibus generosam arborem, sed ex fructibus agnoscimus. Idcirco enim mutis animalibus prælati sumus, quod sermonem habeamus, sermone mutuo colloquamur, sermonem amemus. Homo enim qui a sermone abhorret, jumentis est minus rationalis, non satis sciens cujus gratia honoratur, atque unde honorem accepit. Quare bene Propheta, *homo*, inquit, *cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.* En homo cui proprium loqui, sermonem non amas, & quanam indulgentia dignaberis? Itaque mihi omnes necessarii estis, quotquot ad virtutis sermonem ceu alis instructi advenistis, & omnia divino verbo posteriora duxistis. Age ergo nos quoque rem aggrediamur, atque iis, quæ nuper diximus, sequentia connectamus. Debeo enim vobis, atque ipse læto vobis animo debitum persolvo: non enim id mihi inopiam affert, sed divitias nunciat. In externis negotiis a creditoribus debitores fugiunt, quo minus reddant, ego vero persequor, ut reddam: & merito quidem: nam exteris in rebus restitutio inopiam parit; ipsa vero sermonis dispensatio gignit divitias. Exempli causa: debeo cuidam pecuniam: si persolvero, nequit & apud illum esse, atque etiam apud me, sed a me deficiens, illi adhæsit: sermonem vero si persolvero, & mecum est, atque vos omnes habetis: si sermonem retinuero, neque communicavero, tunc inops sum: si persolvero, tunc ditior fiam: Si non persolvero sermonem, solus ipse ditesco: si persolvero, cum omnibus vobis

De Homilia præcedenti loquitur.

Psal. 48. 12.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΛΟΓΟΣ ΠΕΡΙ ἐλεημοσύνης, καὶ εἰς τὰς δέκα παρθένους.

ΟΜΙΛΙΑ γʹ.

A ΑΡΑ οἴδατε, πόθεν ἡμῖν ὁ λόγος πρώην ἤρξατο, [a] ἢ ποῦ κατέλυσεν, ἢ ἐκ ποίας ὑποθέσεως εἰς ποίαν ἔληξε τὰ τῆς προτέρας ὁμιλίας ῥήματα; ἀλλ' ὑμᾶς μὲν νομίζω ἐπιλελῆσθαι ποῦ ἡμῖν ὁ λόγος κατέπαυσεν· ἐγὼ δὲ οἶδα, καὶ οὐκ αἰτιῶμαι ὑμᾶς ἐν τούτῳ, οὔτε κατηγορῶ. ἕκαστος γὰρ ὑμῶν γυναῖκα ἔχει, καὶ παίδων ἀντέχεται, [b] καὶ τῶν περὶ τὸν οἶκον φροντίζει πάντων, οἱ μὲν ἐν στρατείαις ἀσχολοῦνται, ἄλλοι δὲ χειροτέχναι εἰσί. καὶ εἰς διαφόρους χρείας ἕκαστος ὑμῶν ἀσχολεῖται· ἡμεῖς δὲ ἐν τούτοις στρεφόμεθα, καὶ ἐν τούτοις μελετῶμεν, καὶ ἐν τούτοις τὸν χρόνον ἡμῶν διατρίβομεν. ὥστε οὐ μεμπτέοι ἐστὲ ἐν τούτῳ, ἀλλ' ἐπαινετέοι ἐν τῇ σπουδῇ· ὅτι οὐδὲ
B μίαν ἡμᾶς κυριακὴν καταλιμπάνετε· ἀλλὰ πάντων καταφρονοῦντες εἰς ἐκκλησίαν ἀπαντᾶτε. τοῦτο γὰρ μέγιστον ἐγκώμιόν ἐστι τῆς ἡμετέρας πόλεως, οὐ τὸ θορύβους ἔχειν, καὶ προάστεια, οὐδὲ χρυσορόφους οἴκους καὶ τρικλίνους, ἀλλὰ τὸ ἔχειν δῆμον σπουδαῖον, καὶ διεγηγερμένον. οὐ γὰρ ἐκ τῶν φύλλων τὴν εὐγένειαν τοῦ δένδρου, ἀλλ' ἐκ τῶν καρπῶν ἐπιγινώσκομεν. διὰ τοῦτο γὰρ τῶν ἀλόγων ζώων προτετιμήμεθα ἐν τῷ λόγον ἔχειν, καὶ λόγου μεταλαμβάνειν, καὶ λόγου ἐρᾷν. ἄνθρωπος γὰρ μὴ ἐρῶν λόγου, πολὺ ἀλογώτερος τῶν κτηνῶν ἐστι, μὴ εἰδὼς διατί ἐτιμήθη, καὶ πόθεν ἔχει τὴν τιμήν. καλῶς ἔλεγεν ὁ προ-
C φήτης· ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς· ἄνθρωπος λογικὸς, λόγου οὐκ ἐρᾷς, εἰπέ μοι; καὶ ποίας ἔξεις συγγνώμης; ὥστε ὑμεῖς ἐμοὶ πάντες ἀναγκαιότεροι οἱ πρὸς τὸν λόγον τῆς ἀρετῆς ἀναπτερούμενοι, καὶ πάντα τῶν θείων λόγων δεύτερα τιθέντες. φέρε οὖν καὶ ἡμεῖς ὑποθέσεως ἁπτώμεθα, καὶ τῶν πρώην ῥηθέντων τὰ ἀκόλουθα εἴπωμεν. χρεωστῶ γὰρ ὑμῖν, καὶ ἡδέως καταβάλλω τὸ χρέος. οὐ γὰρ πενίαν μοι φέρει, ἀλλὰ πλοῦτόν μοι σημαίνει. ἐπὶ τῶν ἔξωθεν πραγμάτων, οἱ χρεῶσται φεύγουσι τοὺς δανει-
D στὰς πρὸς τὸ μὴ ἀποδοῦναι, ἐγὼ δὲ καταδιώκω εἰς τὸ ἀποδοῦναι, καὶ μάλα γε εἰκότως· ἐπὶ γὰρ τῶν ἔξωθεν πραγμάτων ἡ ἀπόδοσις πενίαν ἐργάζεται· ἐπὶ δὲ τοῦ λόγου ἡ ἀπόδοσις πλοῦτον γεννᾷ. οἷόν τι λέγω, χρήματα χρεωστῶ τινι· ταῦτα ἐὰν καταβάλω, οὐ δύναται καὶ παρ' ἐκείνῳ εἶναι, καὶ παρ' ἐμοί· ἀλλ' ἀπ' ἐμοῦ μὲν ἀνεχώρησεν, ἐκείνῳ δὲ ἐκολλήθη· λόγον δὲ ἐὰν καταβάλω, καὶ μετ' ἐμοῦ ἐστι, καὶ πάντες αὐτὸν ἔχετε· ἐὰν κατάσχω τὸν λόγον καὶ μὴ μεταδῶ, τότε πένης εἰμί· ὅταν δὲ καταβάλω τότε εὐπορώτερος γίνομαι· ἐὰν δὲ μὴ καταβάλω τὸν λό-
E γον, τότε μόνος πλουτῶ· ἐὰν δὲ καταβάλω, μετὰ πάν-

Collata cum MSS. Regiis 2027. & 2424. qui mendis scatet. Atque ita differt ab Editione Morelli, ut alia prorsus series videatur. Multum item variat Savilius, quæ magis necessaria videbantur notavimus.

[a] Morel. ὅπου κατέλυσεν, Savil. ἢ ποῦ κατέληξε, MSS. Reg. ἢ ποῦ κατέλυσεν. Deinde Savil. sic pergit, πόθεν ἠρξάμεθα, ἢ ποῦ ἐπαυσάμεθα; ἢ ἐκ ποίας ὑποθ- MSS. Reg. autem, ἢ ποῦ ἐπαυσάμεθα τῆς προτέρας.

[b] Savil. καὶ οἴκου φροντίζει. Unus Reg. καὶ τὰ περὶ οἶκον φροντίζει ἅπαντα. Mox idem, ἄλλοι δὲ ἐν χειροτέχναις, καὶ εἰς . . . ὑμῶν ἀναστρέφεται καὶ εἰς

A τῶν ὑμῶν τὸν καρπὸν ἀποφέρομαι. φέρε οὖν ἀποδῶμεν τὸ χρέος· τί δὲ ἦν τοῦτο; περὶ μετανοίας τὸν λόγον ἐγυμνάζομεν καὶ ἐλέγομεν, ὅτι πολλαὶ καὶ ποικίλαι ὁδοὶ τῆς μετανοίας, ἵνα εὔκολος ἡμῖν γένηται ἡ σωτηρία. εἰ γὰρ μίαν ἡμῖν ἔδωκεν ὁδὸν, ἀνεβαλλόμεθα λέγοντες· οὐ δυνάμεθα ταύτην μετελθεῖν, σωθῆναι οὐ δυνάμεθα. νῦν δὲ ἐκκόπτων σου τὴν πρόφασιν ταύτην, οὐ μίαν σοι δέδωκε μόνον ὁδὸν, οὐδὲ δευτέραν, οὐδὲ τρίτην, ἀλλὰ πολλὰς καὶ διαφόρους, ἵνα τὸ πλῆθος εὔκολόν σοι ποιήσῃ τὴν ἀνάβασιν τὴν εἰς τὸν οὐρανόν. καὶ ἐλέγομεν ὅτι εὔκολος ἡ μετάνοια, καὶ οὐδὲν βάρος ἐν αὐτῇ· ἁμαρτωλὸς εἶ; εἴσελθε εἰς τὴν ἐκκλησίαν· εἰπὲ ὅτι ἡμάρτηκα, καὶ ἔλυσας τὴν ἁμαρτίαν. B καὶ γὰρ καὶ τὸν Δαυὶδ παρηγάγομεν εἰς μέσον ἁμαρτήσαντα, καὶ λύσαντα τὴν ἁμαρτίαν· εἶτα δευτέραν ὁδὸν ὑπετιθέμεθα, τὸ πενθῆσαι ἐπὶ τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ ἐλέγομεν, ποῖος κάματος ἐστίν; οὐκ ἔνι χρήματα καταβαλεῖν, οὐδὲ πολλὴν ὁδὸν πεζεῦσαι, οὔτε τι ἄλλο τοιοῦτον, ἀλλὰ πενθῆσαι μόνον ἐπὶ τῇ ἁμαρτίᾳ. καὶ παρηγάγομεν ἀπὸ τῆς γραφῆς τοῦτο· ὅτι ὁ Θεὸς μετεμελήθη ἐπὶ τοῦ Ἀχαὰβ, διὰ τὸ πενθῆσαι αὐτὸν καὶ σκυθρωπάσαι· καὶ τοῦτο αὐτὸς ἔλεγε τῷ Ἠλίᾳ· ἴδες πῶς ἐπορεύθη Ἀχαὰβ ἐνώπιόν μου πενθῶν, καὶ σκυθρωπάζων; οὐ μὴ ποιήσω κατὰ τὸν θυμόν μου. εἶτα τρίτην ὁδὸν ἐδιδάξαμεν μετανοίας, καὶ παρηγάγομεν ἐκ τῆς γραφῆς εἰς τὸ μέσον τὸν Φαρισαῖον καὶ τὸν τελώνην· C ὅτι ὁ μὲν Φαρισαῖος, ὑπερηφάνως ἀλαζονευόμενος, τῆς δικαιοσύνης ἐξέπεσεν· ὁ δὲ τελώνης ταπεινοφρονήσας, ἔγκαρπος δικαιοσύνης κατῆλθε, καὶ οὔτε ἕνα κάματον ἀναλώσας δίκαιος ἐγένετο· ῥήματα ἔδωκε, καὶ πράγματα ἔλαβε. φέρε οὖν ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν ἔλθωμεν, καὶ τετάρτην ὁδὸν μετανοίας προσάξωμεν. ποίαν δὲ ταύτην; λέγω δὴ τὴν ἐλεημοσύνην τὴν βασιλίδα τῶν ἀρετῶν, [a] τὴν ταχέως ἀνάγουσαν εἰς τὰς ἁψῖδας τῶν οὐρανῶν τοὺς ἀνθρώπους, τὴν συνήγορον τὴν ἀρίστην. μέγα πρᾶγμα ἐλεημοσύνη. διὰ τοῦτο καὶ Σολομὼν ἐβόα· D μέγα ἄνθρωπος, καὶ τίμιον ἀνὴρ ἐλεήμων. μεγάλα τὰ πτερὰ τῆς ἐλεημοσύνης· τέμνει τὸν ἀέρα, παρέρχεται τὴν σελήνην, ὑπερβαίνει τὰς ἀκτῖνας τοῦ ἡλίου, εἰς αὐτὰς ἀνέρχεται τὰς ἁψῖδας τῶν οὐρανῶν· ἀλλ' οὔτε ἐκεῖ ἵσταται, ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανὸν παρέρχεται, καὶ τοὺς δήμους τῶν ἀγγέλων παρατρέχει, καὶ τοὺς χοροὺς τῶν ἀρχαγγέλων, καὶ τὰς ἀνωτέρας πάσας δυνάμεις, καὶ αὐτῷ παρίσταται τῷ θρόνῳ τῷ βασιλικῷ. καὶ ἐξ αὐτῆς διδάχθητι τῆς γραφῆς τοῦτο λεγούσης. Κορνήλιε, αἱ προσευχαί σου, καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου [b] ἀνέβησαν E ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. τὸ δὲ, ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἐστι, κἂν πολλὰς ἔχῃς ἁμαρτίας, ἐλεημοσύνη δὲ ᾖ συνήγορος, μὴ φοβοῦ· οὐδεμία γὰρ αὐτῇ τῶν ἄνω δυνάμεων ἀντιτάσσεται, χρέος ἀπαιτεῖ, ἴδιον ἔχει χειρόγραφον μετὰ χεῖρας βαστάζουσα. αὐτοῦ γάρ ἐστι τοῦ δεσπότου φωνὴ, ὅτι ὃς ἂν ποιήσῃ ἑνὶ τῶν ἐλαχίστων τούτων, ἐμοὶ ἐποίησεν. ὥστε οὖν ὅσας ἔχεις ἄλλας ἁμαρτίας, ἡ ἐλεημοσύνη σου βαρεῖ τὰς ὅλας.

fructum refero. Eia ergo debitum reddamus. Quidnam id est? de pœnitentia sermonem instituimus, ac diximus, quod multæ variæque sunt pœnitentiæ viæ, quibus facilis nobis salus fiat. Nam si unam nobis dedisset, repulissemus eam utique, dicentes: Nequimus hanc ingredi, salvari nequimus. Nunc ipsam hanc tuam amputans objectionem, non unam tibi, neque secundam, neque tertiam, sed plures ac diversas dedit, quo multitudine tibi ad cælum facilis ascensus fiat. Et dicebamus facilem pœnitentiam, neque onus in ea esse: peccator es? Ecclesiam ingredere: dic, peccavi, & solvisti peccatum. Produximus enim peccantem David, & solventem peccatum. Hinc secundam subjecimus viam, super peccatum flere, & diximus: Quisnam hic labor? non pecuniam opus effundere, non longas ire vias, neque aliud quid agere, sed peccatum flere dumtaxat. Hoc de Scriptura induximus, „quod in Achaab Deus consilium mutarit, eo quod fleverit, quod mœstus fuerit; atque hoc ipse dicebat Heliæ: *Vidisti ut incesserit Achaab coram me flens, & contristatus? non faciam secundum iram meam.* Hinc tertiam dedimus pœnitentiæ viam, ac de Scriptura Pharisæum duximus in medium, simul & Publicanum: quod Pharisæus quidem superbe elatus, a justitia exciderit: Publicanus vero humiliter sentiens, fructum justitiæ susceperit, neque ullo suscepto labore justificatus sit: verba dedit, res accepit. Age ergo cœptum sequamur, & quartam proferamus pœnitentiæ viam. Et quænam ea est? Eleemosyna, regina virtutum, quæ homines celerrime ipsorum in cælorum axes adducit, advocati optimi loco fungens. Magna res eleemosyna; propterea clamabat & Salomon: *Magna res homo, & preciosa vir misericors.* Magnæ sunt alæ eleemosynæ: præcidit aërem, transit lunam, solis radios excedit, ad ipsum venit cælorum culmen, sed nec illic subsistit, ipsos pertransiens cælos, & Angelorum turmas decurrens, Archangelorumque choros, & omnes superiores potestates, ipsi assistit regali throno: quod ex ipsa disce Scriptura: *Corneli, eleemosynæ*, inquit, *& orationes tuæ ascenderunt in conspectu Dei.* Illud autem *in conspectu Dei* est, tametsi multa habueris peccata, si advocatrix eleemosyna sit, ne timeas. Nulla enim ex supernis virtutibus huic sese opponit, debitum reposcit, chirographum suum manibus gestans. Ipsius enim Domini est vox: *Si quis fecerit uni ex minimis his, mihi fecit.* Ita ergo quotquot alia habueris peccata, eleemosyna tua omnibus est gravior.

Multæ pœnitentiæ viæ.

Exempla pœnitentiæ.

3. Reg. 21. 29.

Prov. 12. 28.

Act. 10. 4.

Matt. 25. 40.

[a] Savil. & Reg. τὴν ταχὺ ἀνοίγουσαν τὰς ἁψῖδας τῶν. Utraque lectio quadrat.

[b] Savil. ἀνέβησαν εἰς μνημόσυνον ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. τὸ δὲ, ἐνώπιον θεοῦ, τοῦτό ἐστι, κἂν πολλὰς ἔχῃς ἁμαρτίας, ἐλεημοσύνην δὲ ἔχῃς μετὰ σοῦ συνήγορον, μὴ φοβοῦ· οὐδεὶς γὰρ αὐτῇ τῶν ἄνω δυνάμεων ἀντιτάσσεται. ἔλεος κατακαυχᾶται κρίσεως, καὶ τὰς ἁμαρτίας σου ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσαι· καὶ, ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε. καὶ πολλὰ ἕτερα ἔστιν εὑρεῖν ἐπὶ τῆς ἐλεημοσύνης ἐγγεγραμμένα, καθὼς λέγει ἡ γραφή.. χρέος γὰρ ἀπαιτεῖ ἴδιον, χειρόγραφον βαστάζουσα τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον. αὐτοῦ γάρ ἐστι τοῦ δεσπότου. In sequentibus item nulla pene clausula est, in qua inter utramque discrimina non occurrant. Sed sincerior videtur Morellianæ contextus. Cum vero nonnisi exscribendo totum Savilianæ contextum, omnia possimus annotare, id monuisse satis esto.

2. Annon intellexisti in Evangelio decem virginum parabolam, quod eleemosynam non habentes, virginitatem licet servarent, extra thalamum nuptialem manserunt? *Matt.25.2.* *Erant enim*, inquit, *decem virgines, quinque fatuæ & quinque prudentes*: prudentes quidem oleum habebant; stultæ vero non habebant oleum, sed earum lampades exstinguebantur. Accedentes autem stultæ ad prudentes dixerunt: *Date nobis oleum de vasis vestris.* Pudet me, & rubore confundor, & lacrymor virginem stultam audiens. Erubesco cum audio nomen, post talem virtutem, & virginitatis studium, ubi corpus in cælum erexerant, ubi cum ipsis supernis virtutibus certamen habuerant, laboresque superaverant, ubi ipsam voluptatis flammam conculcaverant: tunc insipientes, & jure insipientes, quod majus *Matt.25.8.* cum fecissent, a minore victæ sint. *Et accedentes fatuæ dixerunt sapientibus: Date nobis oleum de vasis vestris. Hæ autem dixerunt: Non possumus vobis dare, ne forte non sufficiat nobis & vobis:* non ex inclementia vel improbitate id agentes, sed propter temporis angustias: venturus enim erat sponsus, habebant & ipsæ lampades: sed illarum quidem vasa oleum habebant, harum vero non habebant. Ignis est virginitas, oleum autem est eleemosyna. Nam ut ignis, nisi oleum destillans habeat, perit: sic virginitas, nisi conjunctam habeat eleemosynam, exstinguitur. *Date nobis oleum de vasis vestris.* At illæ responderunt ipsis; Non possumus vobis dare. Et non malitiæ illud verbum, sed timoris. *Ne forte non sufficiat nobis & vobis:* ne forte quemadmodum omnes intrare quærimus, omnes remaneamus: sed abeuntes emite vobis a vendentibus. Quinam sunt mercatores olei hujus? Pauperes ad eleemosynam pro foribus Ecclesiæ sedentes: & quanti emitur? quanti libuerit. Precium non appono, ne objicias inopiam. Quanti potes, tanti eme: habes obolum? eme cælum, non quod vili precio venale sit cælum, sed quod clemens sit Dominus. Non habes obolum? da calicem frigidæ aquæ. Inquit enim: *Matth.10.42.* *Quicumque dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ propter me, non perdet mercedem suam.* Mercatura negotiatioque cælum est, & nos pigritamur. Da panem, & accipe paradisum: parva da, & magna suscipe: da mortalia, immortalia recipe: da corruptibilia, incorruptibilia accipe. Si essent nundinæ, atque in iis annonæ vilitas & abundantia, multaque parvo emerentur, annon substantiam vendentes, cunctaque postponentes, in partem ejus negotiationis veniretis? Ubi corruptibilia sunt, tanto studio laboratis: & ubi immortalis est negotiatio, pigritamini, atque adeo conciditis? Da inopi, ut quamvis tu tacueris, ora pro te respondeant infinita, eleemosyna tua stante ac patrocinante. Precium redemtionis animæ eleemosyna est. Ideo quemadmodum vasa aquæ plena pro foribus Ecclesiæ sunt, quo ma-

Oleum est eleemosyna, quæ quinque virginibus fatuis deficiebat.

A Η οὐκ οἶδας ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τὸ τῶν δέκα παρθένων τὸ ὑπόδειγμα, ὡς αἱ μὴ ἔχουσαι ἐλεημοσύνην, παρθενίαν δὲ ἀσκήσασαι ἔξω ἔμειναν τοῦ νυμφῶνος; ἦσαν γάρ, φησι, δέκα παρθένοι, πέντε μωραὶ, καὶ πέντε φρόνιμοι. καὶ αἱ μὲν φρόνιμοι ἔλαιον εἶχον, αἱ δὲ μωραὶ ἔλαιον οὐκ εἶχον, ἐσβέννυντο δὲ αἱ αὐτῶν λαμπάδες. προσελθοῦσαι δὲ αἱ μωραὶ ταῖς φρονίμοις εἶπον· δότε ἡμῖν ἔλαιον ἐκ τῶν ἀγγείων ὑμῶν. αἰσχύνομαι, καὶ ἐρυθριῶ, καὶ δακρύω, ὅταν παρθένον μωρὰν ἀκούσω. τοῦτο τὸ ὄνομα ἀκούων ἐρυθριῶ, μετὰ τοσαύτην ἀρετὴν, μετὰ παρθενίας ἄσκησιν, μετὰ τὸ σῶμα εἰς οὐρανὸν ἀναπτερῶσαι; B μετὰ τὸ πρὸς τὰς ἄνω δυνάμεις τὴν ἅμιλλαν ἔχειν, καὶ τὸν κάματον ποιῆσαι, μετὰ τὸ τὴν κάμινον τῆς ἡδονῆς καταπατῆσαι· τότε μωραὶ, καὶ δικαίως μωραὶ, ὅτι τὸ μέγα ποιήσασαι, ὑπὸ τοῦ μικροῦ ἡττήθησαν. καὶ προσῆλθον, φησὶν, αἱ μωραὶ, καὶ εἶπον ταῖς φρονίμοις· δότε ἡμῖν ἔλαιον ἐκ τῶν ἀγγείων ὑμῶν. αἱ δὲ εἶπον· οὐ δυνάμεθα δοῦναι ὑμῖν, μήποτε οὐκ ἀρκέσῃ ἡμῖν καὶ ὑμῖν. οὐ δι' ἀσπλαγχνίαν τοῦτο ποιοῦσαι, οὐδὲ διὰ κακίαν, ἀλλὰ διὰ τὸ στενὸν τοῦ καιροῦ· ἔμελλε γὰρ ὁ νυμφίος ἔρχεσθαι, εἶχον καὶ αὐταὶ λαμπάδας. ἀλλ' ἐκείνων μὲν εἶχον ἔλαιον· αὐτῶν δὲ C οὐκ εἶχον· τὸ γὰρ πῦρ ἐστιν ἡ παρθενία· τὸ δὲ ἔλαιόν ἐστιν ἡ ἐλεημοσύνη. ὥσπερ οὖν τὸ πῦρ, ἐὰν μὴ ἔχῃ ἔλαιον ἐπιστάζον, ἀφανίζεται, οὕτω καὶ ἡ παρθενία, ἐὰν μὴ ἔχῃ ἐλεημοσύνην, σβέννυται. δότε ἡμῖν ἔλαιον ἐκ τῶν ἀγγείων ὑμῶν. αἱ δὲ πρὸς αὐτάς· οὐ δυνάμεθα δοῦναι ὑμῖν. ἀλλ' οὐ κακίας τὸ ῥῆμα τοῦτο, ἀλλὰ φόβου. μήποτε οὐκ ἀρκέσῃ καὶ ἡμῖν καὶ ὑμῖν· μήποτε ὡς ζητοῦμεν ὅλαι εἰσελθεῖν, ὅλαι ἀπομείνωμεν· ἀλλ' ἀπελθοῦσαι ἀγοράσατε ἀπὸ τῶν πωλούντων. τίνες δὲ οἱ ἔμποροι τοῦ ἐλαίου τούτου; οἱ πτωχοὶ, οἱ πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην καθεζόμενοι [a] πρὸ τῆς ἐκκλησίας; καὶ πόσου; ὅσου θέλεις, τι- D μὴν οὐκ ἐπιτίθημι, ἵνα μὴ πενίαν προβάλῃ. ὅσον ἔχεις, τοσούτου ἀγόρασον. ἔχεις ὀβολόν; ἀγόρασον τὸν οὐρανόν· οὐχ ὅτι εὔωνος ὁ οὐρανὸς, ἀλλ' ὅτι φιλάνθρωπος ὁ δεσπότης. οὐκ ἔχεις ὀβολόν; ποτήριον δὸς ψυχροῦ ὕδατος· ὃς ἂν ποτίσῃ ποτήριον ψυχροῦ ὕδατος ἕνα τῶν ἐλαχίστων τούτων ἕνεκα ἐμοῦ, οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ. ἐμπορία καὶ πραγματεία ὁ οὐρανὸς, καὶ ἡμεῖς ἀμελοῦμεν. δὸς ἄρτον καὶ λάβε παράδεισον· δὸς μικρὰ, καὶ λάβε μεγάλα· δὸς θνητὰ, καὶ λάβε ἀθάνατα· δὸς φθαρτὰ, καὶ λάβε ἄφθαρτα. εἰ ἦν πανήγυρις καὶ εὐωνίαν ἔχουσα, καὶ ἀφθονίαν σιτίων, καὶ τὰ πολλὰ ὀλίγου E πιπρασκόμενα· οὐκ ἂν τὰς οὐσίας διαπωλήσαντες, καὶ πάντα δεύτερα θέντες, τῆς πραγματείας ἐκείνης ἐγκρατεῖς ἐγένεσθε; καὶ ὅπου μὲν φθαρτὰ, τοσαύτην ἐνδείκνυσθε σπουδήν· ὅπου δὲ πραγματεία ἀθάνατος, τοσοῦτο ῥαθυμεῖτε καὶ ἀναπεπτώκατε; δὸς πένητι, ἵνα κἂν σὺ σιωπᾷς, καὶ μυρία στόματα ὑπὲρ σοῦ ἀπολογῶνται, τῆς ἐλεημοσύνης ἐνεστώσης καὶ συνηγορούσης. λύτρον ψυχῆς ἐστιν ἐλεημοσύνη. διὰ τοῦτο ὥσπερ οἱ λουτῆρες ὕδατος πεπληρωμένοι εἰσὶ πρὸ τῶν θυρῶν τῆς ἐκ-

[a] Illud, πρὸ τῆς ἐκκλησίας deest in Savil. & in Reg. Codd.

κλησίας:

κλησίας, ἵνα νίψῃ τὰς χεῖρας· οὕτως οἱ πένητες κα- A θέζονται, ἵνα πλύνῃς τὰς χεῖρας τῆς ψυχῆς. ἔπλυνας τὰς χεῖρας τὰς αἰσθητὰς τῷ ὕδατι; πλῦνον τὰς χεῖρας τῆς ψυχῆς τῇ ἐλεημοσύνῃ· μὴ πενίαν προβάλλου. ἡ χήρα ἐν τῷ ἐσχάτῳ πυθμένι ἐξένισε τὸν Ἠλίαν, καὶ ἡ πενία κώλυμα οὐκ ἐγένετο, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς χαρᾶς αὐτὸν ὑπεδέξατο· διὸ καὶ ἀξίους ἀπέλαβε τοὺς καρποὺς, καὶ ἐθέρισε τὸν στάχυν τῆς ἐλεημοσύνης. ἀλλ' ἴσως ὁ ἀκροατής φησι, δός μοι τὸν Ἠλίαν· τί ζητεῖς τὸν Ἠλίαν; τὸν δεσπότην σοι δίδωμι τοῦ Ἠλία, καὶ οὐ τρέφεις αὐτὸν, τὸν Ἠλίαν εἰ εὗρες, πῶς ἂν ἐξένισας αὐτόν; Χριστοῦ ἐστι τοῦ δεσπότου τῶν ὅλων ἀπόφασις· ὃς ἂν ποιήσῃ ἑνὶ τῶν ἐλαχίστων τούτων, ἐμοὶ ἐποίησεν. εἰ B βασιλεύς τινα προσεκάλεσεν ἐπὶ τοῦ δήμου τῶν θεραπόντων, καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· εὐχαριστήσατε τούτῳ πολλὰ ἀντ' ἐμοῦ· οὗτός με ἐν πενίᾳ ὄντα διέθρεψε, καὶ ἐξένισεν· οὗτος ἐμοὶ πολλὰς εὐεργεσίας ἐν καιρῷ στενοχωρίας παρέσχε· πῶς οὐκ ἂν ἕκαστος τὰ χρήματα αὐτοῦ ὅλα πρὸς ἐκεῖνον ἀνήλωσεν, ᾧ ὁ βασιλεὺς ηὐχαρίστησε; πῶς οὐκ ἂν ἀπελογίσατο; πῶς οὐκ ἂν ἕκαστος ἐσπούδασεν ἑαυτὸν αὐτῷ παραθέσθαι, καὶ φιλιωθῆναι;

Εἴδετε τὴν δύναμιν τοῦ λόγου; εἰ δέ γε ἐπὶ βασιλέως ἀνθρώπου, τοσαύτην τιμὴν ἔχει τὸ πρᾶγμα, C ἐννόησον Χριστὸν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ καλοῦντα ἐπὶ ἀγγέλων, καὶ πάσης δυνάμεως, καὶ λέγοντα· οὗτός με ἐν τῇ γῇ ἐξένισεν· οὗτός με μυρία εὐηργέτησεν· οὗτος με ξένον ὄντα συνήγαγεν. ἐννόησον λοιπὸν τὴν παρρησίαν τὴν ἐπὶ τῶν ἀγγέλων, τὸ καύχημα τὸ ἐπὶ τῶν δήμων τῶν ἄνω. ᾧ ὁ Χριστὸς μαρτυρεῖ, πῶς οὐκ ἂν ἔχῃ παρρησίαν ὑπὲρ ἀγγέλους; μέγα οὖν πρᾶγμα ἐλεημοσύνη, ἀδελφοί· ταύτην ἀσπασώμεθα, ἧς οὐδὲν ἴσον· ἱκανὴ ἐστὶ καὶ ἄλλας ἁμαρτίας ἐξαλεῖψαι, καὶ τὴν κρίσιν ἀπελάσαι. σοῦ σιωπῶντος ἕστηκε, καὶ συνηγορεῖ· μᾶλλον δὲ οὐ χρεία λόγων, στομάτων ἑστώτων αὐτῶν. τοσαῦτα ἀγα- D θὰ ἐκ τῆς ἐλεημοσύνης, καὶ ἡμεῖς ἀμελοῦμεν, καὶ ἀναπεπτώκαμεν. δὸς κατὰ δύναμιν ἄρτον· οὐκ ἔχεις ἄρτον; δὸς ὀβολόν. οὐκ ἔχεις ὀβολόν; δὸς ποτήριον ψυχροῦ ὕδατος. οὐκ ἔχεις τοῦτο; συμπένθησον τῷ θλιβομένῳ, καὶ ἔχεις μισθόν. οὐ γὰρ τῆς ἀνάγκης ὁ μισθὸς, ἀλλὰ τῆς προαιρέσεως. ἀλλ' ὡς ἔτι περὶ τούτου διαλεγόμεθα, ἐξῆλθεν ἡμῖν ἡ φροντὶς τῶν παρθένων· φέρε οὖν εἰς τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν. δότε ἡμῖν, φησιν, ἔλαιον ἐκ τῶν ἀγγείων ὑμῶν. οὐ δυνάμεθα δοῦναι ὑμῖν, μή ποτε οὐκ ἀρκέσῃ ἡμῖν καὶ ὑμῖν· ἀλλ' ἀπελθοῦσαι ἀγοράσατε ἀπὸ τῶν πωλούντων. ἀπερχομένων δὲ αὐτῶν ἀγοράσαι, ἦλθεν ὁ νυμφίος, καὶ αἱ ἔχουσαι τὰς λαμ- E πάδας φαιδρὰς συνεισῆλθον αὐτῷ, καὶ ἀπεκλείσθη ἡ θύρα νυμφῶνος. ἦλθον δὲ καὶ αἱ πέντε μωραὶ, καὶ ἔκρουον τὴν θύραν τοῦ νυμφῶνος βοῶσαι· ἄνοιξον ἡμῖν· καὶ φωνὴ ἔσωθεν πρὸς αὐτὰς τοῦ νυμφίου· ἀπέλθετε ἀπ' ἐμοῦ, οὐκ οἶδα ὑμᾶς. καὶ μετὰ τοσούτους καμάτους τί ἤκουσαν; οὐκ οἶδα ὑμᾶς. τοῦτό ἐστιν ὅλον, εἰκῇ τὸ μέγα κτῆμα τῆς παρθενίας. ἐννόησον, μετὰ τοσούτους καμάτους ἐξεβλήθησαν, ὅτε ἀκρασίαν ἐχαλίνωσαν· ὅτε πρὸς τὰς ἄνω δυνάμεις τὴν ἅμιλλαν εἶχον· ὅτε τῶν βιωτικῶν

nus laves, sic & pauperes sedent, ut animæ manus abluas. Aqua manus corporeas lavisti? eleemosyna manus animæ lava. Ne inopiam prætendas: vidua in ultimo fundo Heliam hospitabatur, ac paupertas non fuit impedimento, sed eximio cum gaudio suscepit eum: quare & dignos recepit fructus, & metens eleemosynæ spicam legit. Sed fortasse auditor dicet, da & mihi Heliam. Quid quæris Heliam? dominum Heliæ do tibi, nec ipsum cibas, Heliam si inveneris, quomodo hospitaberis? Christi universorum Domini sententia est: *Quicumque uni ex minimis fecerit, mihi fecit.* Si forte rex quempiam de turba famulorum appellaverit, atque ad eos dixerit: Reddite gratias huic meo nomine quamplures, qui me inopia laborantem nutrivit, & hospitio excepit, qui mihi beneficia in tempore angustiæ permulta contulit: annon certatim quisque accurrens pecunias omnes suas expenderit ejus causa, cui rex gratias egerit? annon hæc illi accepta tulerit? annon se illi quisque commendare atque amicitia jungere studuerit?

Matth. 25. 40.

3. Vidistis sermonis virtutem? Si ergo apud hominem regem tantum honoris res ipsa tribuit, cogita Christum in illa die coram Angelis omnibusque virtutibus vocantem ac dicentem: Hic me in terra suscepit hospitio, hic mihi innumera contulit beneficia, hic me peregrinum excepit. Cogita de cætero fiduciam inter Angelos, inter cælestes choros gaudium. Igitur cui testimonium Christus perhibet, non fiduciam super Angelos habuerit? Magna igitur res eleemosyna, fratres. Hanc amplectamur, cui nihil æquale: potens est enim peccata alia delere, judiciumque propulsare. Te tacente stat & patrocinatur: imo vero nihil verbis est opus: cum ipsa pauperum adstent ora. Tot ex eleemosyna proficiscuntur bona, & ipsi pigritamur & concidimus. Da panem pro facultatibus tuis: non habes panem, da obolum: non habes obolum, da vel frigidæ aquæ calicem: atqui neque id habes? vel malis oppresso compatere, atque appensam mercedem habes. Non enim necessitatis, sed intentionis est merces. Sed ecce dum de his differimus, virginum cura nobis excidit; age ergo ad propositum redeamus. *Date nobis oleum de vasis vestris.* Non possumus vobis dare, ne forte non sufficiat nobis & vobis, sed euntes emite a vendentibus. *Abeuntibus autem ipsis, venit sponsus, & quæ habebant lampades splendidas intraverunt cum eo, & clausa est janua thalami.* Quinque autem fatuæ accedentes januam thalami pulsabant clamantes: Aperi nobis. Vox autem sponsi ab intra ad eas: *Recedite a me, nescio vos.* Et post tantos labores quid audierunt? *Nescio vos.* Id omnino est, frustra magna virginitatis possessio. Cogita quomodo post tot labores exclusæ sunt, postquam frenarant incontinentiam, postquam supernis cum virtutibus certamen habuerant, postquam vitæ hujus res spreverant,

Eleemosynæ fructus.

Matth. 25. 10.

postquam æstum toleraverant magnum, postquam septa transilierant, postquam de terra ad cælum evolaverant, postquam corporis signaculum non solverant, ac magnum virginitatis specimen acquisiverant, postquam certamen cum Angelis inierant, postquam corporis necessitates superaverant, postquam naturæ oblitæ fuerant, postquam in corpore, quæ incorporeorum sunt, perfecerant, postquam magnum atque invictum virginitatis bonum possederant, tunc audierunt: *Recedite a me, nescio vos.* Neque enim mihi existimaveris tantillam virginitatis esse magnitudinem. Talis enim virginitas est, ut eam potuerit nemo veterum conservare. Propterea enim gratia magna, quod quæ tremenda Prophetis fuerant & veteribus, eadem nunc facilia leviaque existimantur. Quænam enim fuerunt gravissima & violenta? virginitas, mortisque despectus: at ea nunc vel teneræ puellæ parvi pendunt. Gravis etenim erat virginitatis possessio, ut hac se nemo religaret. Noë justus erat, & a Deo testimonium accepit, sed mulieri adhæsit. Similiter Abraham & Isaac ejusdem ac ille promissionis heredes, cum muliere consuetudinem habuerunt: Joseph castus adulterii facinus se patraturum negavit, sed hic cum muliere consuetudinem habuit. Gravis etenim erat virginitatis professio: ex eo tempore firma facta est virginitas, ex quo flos virginitatis germinavit. Nemo igitur veterum poterat virginitatem servare. Magnum etenim est corpus frenare. Pinge mihi sermone virginitatis specimen, atque virtutis magnitudinem disce: quod bellum habeat quotidie nullatenus sedandum, ipso barbarico bello deterius. Nam barbarorum bellum vel tempus quietis habet, cum paciscuntur: & quandoque quidem pugnant, quandoque non: & ordines, & statuta tempora sunt: belli vero cum virginitate gesti nulla datur quies. Diabolus est enim semper bellum inferens, qui temporis observationem non novit, non tempus exspectat ad conflictum, sed quærit semper virginem nudam invenire, quo mortale infligat vulnus, neque ab hoc bello umquam virgo cessare potest, sed in se ducem hostemque circumagit. Et damnati quidem etiamsi ad tempus judicem videant, non paribus tamen molestiis premuntur: virgo autem quocumque abierit, & judicem circumagit secum, & hostem secum portat, qui neque vesperi permittit respirare: non nocte, non diluculo, non meridie, sed bellum gerit semper, voluptatemque submittit, nuptias in memoriam adducens, quo virtutem excludat, malitiamque in ea generet, continentiam expellat, fornicationem inserat. Incenditur singulis horis voluptatis fornax suaviter succensa. Cogita quantus talis officii labor sit. At illæ post hæc omnia audiverunt: *Recedite a me, nescio vos.* Vide quam magna res sit virginitas, cum sororem habuerit eleemosynam, in

Gen. 39.

A κατεγέλασαν πραγμάτων· ὅτε τὸν καύσωνα ὑπήνεγκαν τὸν μέγαν· ὅτε τὰ σκάμματα ὑπερέβησαν· ὅτε ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν ἀνεπτερώθησαν· ὅτε τοῦ σώματος τὴν σφραγῖδα οὐ διέλυσαν· ὅτε τὸ μέγα εἶδος τῆς παρθενίας ἐκτήσαντο· ὅτε τὴν ἅμιλλαν πρὸς τοὺς ἀγγέλους ἔσχον· ὅτε τοῦ σώματος τὰς ἀνάγκας κατεπάτησαν· ὅτε τῆς φύσεως ἐπελήσθησαν· ὅτε ἐν σώματι τὰ ἀσώματα ἐπετέλεσαν· ὅτε τὸ μέγα καὶ ἀκαταμάχητον κτῆμα τῆς παρθενίας ἐκτήσαντο· τότε ἤκουσαν, ἀπέλθετε ἀπ' ἐμοῦ, οὐκ οἶδα ὑμᾶς. μὴ γὰρ ἐμοὶ νομίσῃς τὸ τῆς παρθενίας μέγεθος μικρὸν εἶναι. τοιοῦτόν ἐστιν ἡ παρθενία, ὅτι οὐδεὶς ἠδυνήθη τῶν ἀρχαίων τοῦτο τηρῆσαι. διὰ τοῦτο γὰρ ἡ χάρις
B μεγάλη, ὅτι ἃ ἦν φοβερὰ ἐν τοῖς προφήταις, καὶ ἐν τοῖς ἀρχαίοις, ταῦτα ἐγένοντο νῦν εὐκαταφρόνητα. τίνα γὰρ ἦν τὰ βαρύτερα καὶ ἀναγκαῖα; παρθενία, καὶ θανάτου ὑπεροψία· ἀλλὰ τούτων νῦν καὶ κόραι εὐτελῶς καταφρονοῦσι. βαρὺ γὰρ τὸ τῆς παρθενίας κτῆμα οὕτως, ὡς μηδένα ταύτην ἀσκῆσαι. Νῶε δίκαιος καὶ μαρτυρηθεὶς ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ γυναικὶ προσωμίλησεν. ὁμοίως δὲ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ οἱ συγκληρονόμοι αὐτοῦ τῆς ἐπαγγελίας γυναικὶ προσωμίλησαν. Ἰωσὴφ ὁ σώφρων τὸ μέγα δρᾶμα τῆς μοιχείας ἠρνήσατο· ἀλλὰ καὶ οὗτος γυναικὶ προσωμίλησεν. βαρὺ γὰρ ἦν τὸ ἐπάγγελμα τῆς
C παρθενίας. ἐκ τότε ἰσχυρὰ ἡ παρθενία ἐγένετο, ἐξ ὅτε τὸ ἄνθος τὸ τῆς παρθενίας ἐβλάστησεν. οὐδεὶς τοίνυν τῶν παλαιῶν ἠδυνήθη παρθενίαν ἀσκῆσαι. μέγα γὰρ πρᾶγμα, σῶμα χαλινῶσαι. ἀναζωγράφησον τῷ λόγῳ τὸ τῆς παρθενίας εἶδος, καὶ κατάμαθε τὸ μέγεθος τῆς ἀρετῆς, ὅτι πόλεμον ἔχει ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας οὐδέ ποτε δυνάμενον ἡσυχάσαι· χείρων τοῦ βαρβαρικοῦ πολέμου οὗτος ὁ πόλεμος. ὁ μὲν γὰρ τῶν βαρβάρων πόλεμος καιρόν τινα ἔχει ἀνοχῆς ἐν ταῖς συνθήκαις, καί ποτε μὲν συμβάλλουσι, ποτὲ δὲ οὔ, καὶ τάξεις καὶ χρόνοι εἰσίν· ἐπὶ δὲ τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς τὴν παρθενίαν οὐκ ἔστιν ἀνοχή. διά-
D βολος γάρ ἐστιν ὁ πολεμῶν· οὐ καιρὸν ἐπιτηρεῖ ἐπιθέσεως εἰδώς· οὐ σύνταξιν πρὸς τὴν συμβολὴν ἐκδεχόμενος, ἀλλ' ἕστηκεν ἀεὶ ζητῶν τὴν παρθένον γυμνὴν εὑρεῖν, ἵνα καιρίαν ἐπαγάγῃ τὴν πληγήν, καὶ οὐδέποτε δύναται ἡ παρθένος τοῦ πολέμου παύσασθαι τούτου, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τὸν ἄρχοντα περιάγει καὶ τὸν πολεμιστήν. καὶ οἱ μὲν κατάδικοι κἂν πρὸς καιρὸν ἴδωσι τὸν ἄρχοντα, οὐχ οὕτω χειμάζονται. ἡ δὲ παρθένος ὅπου περ ἂν ἀπέρχηται, τὸν δικαστὴν περιάγει μεθ' ἑαυτῆς, καὶ τὸν πολέμιον φέρει, καὶ ὁ πόλεμος οὐχ ἑσπέρας αὐτῇ δίδωσιν ἄνεσιν, οὐκ ἐν νυκτί, οὐκ ὄρθρου, οὐκ ἐν μεσημβρίᾳ· ἀλλὰ πολεμεῖ πάντοτε, ἡδονὴν ὑποτιθέμενος, γάμον μηνύων·
E ὅπως τὴν ἀρετὴν ἐξ αὐτῆς διώξῃ, καὶ ὅπως τὴν κακίαν ἐν αὐτῇ γεννήσῃ· ὅπως τὴν σωφροσύνην αὐτῆς ἀπελάσῃ· ὅπως πορνείαν ἐνσπείρῃ. ἐκκαίεται ἐφ' ἑκάστης ὥρας τῆς ἡδονῆς ἡ κάμινος μαλθακῶς ὑποκαιομένη. ἐννόησον πόσος τοῦ κατορθώματος ὁ κάματος. ἀλλ' ἐκεῖναι μετὰ ταῦτα πάντα ἤκουσαν, ἀπέλθετε ἀπ' ἐμοῦ, οὐκ οἶδα ὑμᾶς. ὅρα πῶς μέγα πρᾶγμα ἡ παρθενία, ὅταν ἔχῃ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς

A τὴν ἐλεημοσύνην, οὐδὲν αὐτῆς περιγίνεται τῶν δεινῶν, ἀλλ' ἀνωτέρα πάντων ἐστί. διὰ τοῦτο ἐκεῖναι οὐκ εἰσῆλθον, ἐπειδὴ μετὰ τῆς παρθενίας τὴν ἐλεημοσύνην οὐκ εἶχον. πολλῆς αἰσχύνης τὸ ῥῆμα ἄξιον· ἡδονὴν καταπαλαίσασα, χρημάτων οὐ κατεφρόνησας· ἀλλὰ παρθένος ἀποταξαμένη τῷ βίῳ, καὶ σταυρωθεῖσα χρημάτων ἐρᾷς· εἴθε ἀνδρὸς ἐπεθύμησας, καὶ οὐ τοσοῦτον τὸ ἔγκλημα ἦν· τῆς γὰρ ὁμοουσίου ὕλης ἐπεθύμεις· νῦν δὲ μείζων ἡ κατηγορία, ὅτι ἀλλοτρίας ὕλης ἐπεθύμησας. ἔστω, αἱ ὕπανδροι ἐκεῖναι κακῶς ἀπανθρωπίαν ἐπιδείκνυνται, διὰ τὴν τῶν τέκνων πρόφασιν. καὶ ἐὰν εἴπῃς αὐταῖς· δός μοι ἐλεημοσύνην· τέκνα ἔχω φησὶ, καὶ οὐ δύναμαι· ὁ θεός σοι B ἔδωκε τέκνα, καρπὸν κοιλίας ἔλαβες, ἵνα φιλάνθρωπος γένῃ, οὐχ ἵνα ἀπάνθρωπος· μὴ τὴν ὑπόθεσιν τῆς φιλανθρωπίας, εἰς ἀφορμὴν ἀπανθρωπίας ἐκλάμβανε. θέλεις κληρονομίαν καλὴν καταλεῖψαι τοῖς τέκνοις σου; κατάλειψον ἐλεημοσύνην, ἵνα πάντες ἐγκωμιάσωσί σε, καὶ πολυθρύλλητον τὴν μνήμην σου καταλείπῃς. σὺ δὲ μὴ τέκνα ἔχουσα, ἀλλ' ἐσταυρωμένη τῷ βίῳ, ἵνα τί χρήματα συλλέγεις;

[a] Ἀλλ' ὁ λόγος ἡμῖν ἔμψυχός ἐστι, καὶ περὶ τὴν ὁδὸν τῆς μετανοίας, καὶ περὶ τῆς ἐλεημοσύνης. ἐλέγομεν ὅτι μέγα κτῆμα ἡ ἐλεημοσύνη, ἐκεῖθεν διεδέξατο ἡμᾶς τὸ πέλαγος τῆς παρθενίας. ἔχεις οὖν μεγάλην μετάνοιαν τὴν ἐλεημοσύνην λυτρώσασθαι τῆς σειρᾶς ἁμαρτημάτων δυναμένην· ἀλλ' ἔχεις καὶ C ἄλλην ὁδὸν μετανοίας εὐχερεστάτην πάλιν, δι' ἧς δύνασαι ἀπαλλαγῆναι τῶν ἁμαρτημάτων. εὔχου ἐφ' ἑκάστης ὥρας, καὶ μὴ ἐκκακήσῃς εὐχόμενος, μήτε ῥαθύμως τὴν τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν αἴτει, καὶ οὐκ ἀποστρέψεται ἐμμένοντα, ἀλλὰ συγχωρήσει σοι τὰς ἁμαρτίας σου, καὶ δώσει τὰ αἰτήματά σου. εὐχόμενος ἐὰν εἰσακουσθῇς, μένε εὐχαριστῶν ἐν τῇ εὐχῇ· εἰ δὲ οὐκ εἰσηκούσθης, ἐπίμενε εὐχόμενος, ἵνα εἰσακουσθῇς. καὶ μὴ λέγε, ὅτι πολλὰ ηὐξάμην καὶ οὐκ εἰσηκούσθην· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο πολλάκις ὑπὲρ τοῦ συμφέροντός σοι γίνεται. οἶδε γὰρ ὅτι ῥάθυμος εἶ, καὶ ἀναπεπτωκὼς, καὶ ἐὰν ἐπιτύχῃς τῆς χρείας, D ἀναχωρεῖς μηκέτι εὐχόμενος· καὶ προφάσει τῆς χρείας ὑπερτίθεταί σε, ἵνα πυκνότερον τῷ θεῷ προσομιλῇς, καὶ τῇ εὐχῇ σχολάζῃς. εἰ γὰρ ἐν τοιαύτῃ ἀνάγκῃ ὢν καὶ χρείαν ἔχων ῥαθυμεῖς, καὶ οὐ παραμένεις τῇ εὐχῇ, τί εἰ μηδενὸς τούτων ἔχρῃζες; ὥστε καὶ αὐτὸς ὑπὲρ τοῦ συμφέροντος, θέλων σε μὴ ἀπολιμπάνεσθαι τῆς εὐχῆς, τοῦτο ποιεῖ. μένε οὖν εὐχόμενος καὶ μὴ ῥαθύμει· πολλὰ γὰρ δύναται ἡ εὐχὴ ἀνύσαι, ἀγαπητὲ, καὶ μὴ ὡς μικρῷ πράγματι προσέλθῃς τῇ εὐχῇ. ὅτι δὲ εὐχὴ ἀφίησιν ἁμαρτίας, ἐκ τῶν θείων εὐαγγελίων τοῦτο παιδεύθητι. τί γάρ φησιν; ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ, ὃς ἔκλεισε τὴν θύραν αὐτοῦ, καὶ ἀνέπεσε E μετὰ τῶν τέκνων αὐτοῦ· ἦλθε δέ τις ἑσπέρας θέλων λαβεῖν ἄρτους παρ' αὐτοῦ, κρούων, ἄνοιξόν μοι ὅτι χρείαν ἔχω ἄρτων. ὁ δὲ πρὸς αὐτόν· οὐ δύναμαί σοι δοῦναι. ἀνεπέσομεν γὰρ καὶ ἡμεῖς καὶ τὰ παιδία ἡμῶν. ὁ δὲ ἐπέμενε κρούων τὴν θύραν καί φησι πάλιν πρὸς αὐτόν· οὐ δύναμαί σοι δοῦναι· ἀνεπέσομεν γὰρ καὶ ἡμεῖς

eam nulla adversa poterunt, sed omnibus superior erit: propterea non introiverunt illæ, quod cum virginitate eleemosynam non habuerint. Multo rubore digna res est: voluptatem cum debellasses, pecuniam non sprevisti: sed virgo quæ vitæ renunciasti, crucifixa pecuniam amas; utinam virum desiderasses, atque minus criminandum fuerat: nam ejusdem substantiæ rem ac materiam desiderasses: jam vero majus est crimen, quod materiam alienam desideraveris. Esto, quæ sub viro sunt sævitiam male ostendunt filiorum prætextu. Quod si eis dixeris, da eleemosynam; Filios, inquit, habeo, & nequeo, Deus filios tibi dedit, fructum ventris accepisti, non quo sæva, sed quo pia misericorsque fias. Ne igitur causam clementiæ pietatisque, sævitiæ causam feceris. Cupis hereditatem bonam filiis tuis relinquere? eleemosynam relinque, quo te omnes laudibus efferant, celebremque tui memoriam relinquas. Tu vero non habens filios, sed mundo crucifixa, quid pecunias congregas?

4. Sed vivus nobis sermo est & circa pœnitentiæ & circa eleemosynæ viam. Diximus eleemosynam magnam possessionem, inde suscepit nos virginitatis pelagus. Habes igitur pœnitentiam magnam eleemosynam, valentem peccati catenam dissolvere: habes & viam aliam pœnitentiæ opportunam, qua poteris a peccatis te vindicare. Ora per singulas horas, neque orans deficias, neque negligenter Dei clementiam implora, non repellet te perseverantem, sed peccata dimittet, & petita concedet. Orans quidem si exauditus fueris, permane gratias agens in oratione: non exauditus, mane orans ut exaudiaris. Neque dixeris, multum oravi, atque haud exauditus sum: etenim vel id sæpe tuæ utilitatis fit gratia. Novit enim quod piger sis, & animo deficias; & si compos voti fueris, abeas oratione dimissa: & per occasionem necessitatis differt te, quo crebrius Deum alloquaris, orationique vaces. Nam si ea in necessitate existens, atque indigens pigritaris, neque orationi insistis: quidnam egeris, horum si nullo indigueris? Itaque id tibi facit, ad utilitatem tuam, nolens te absistere ab oratione. Mane ergo & ora dilecte, neque segnis esto: multum enim oratio potest, neque tamquam rem parvam aggrediens, orationi vaces. Quod autem oratio peccatum dimittat, vel ex divinis Evangeliis disce: quid enim inquit? Simile est regnum cælorum homini, qui suam januam clausit, & recubuit cum filiis suis: venit autem quidam vespere, accipere volens ab eo panes, & pulsat dicens: Aperi mihi, quoniam indigeo panibus. Hic ad eum: Non possum dare tibi; recubuimus enim & nos & pueri nostri: At ille perseverabat januam pulsans, & ait rursus ad eum, Non possum tibi dare: recubuimus enim & nos & pueri nostri.

Pœnitentiæ viæ variæ, preces, lacrymæ. *Vide sub finem præcedentis Homiliæ.*

Luc. 11. 5.

[a] Savil. & Reg. unus. ἀλλ' ὁ λόγος ἡμῖν ἔμψυχος ἔτι ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῆς μετανοίας: Utraque lectio vitii quidpiam præ se ferre videtur.

Ille autem his auditis insistebat pulsans, neque recedebat; donec dixit paterfamilias: Surgite & date ei, & finite abire. Docet ergo te orare, neque obtorpescere: & si minus acceperis, permanere, quoad acceperis. Plures alias pœnitentiæ vias in Scripturis invenies. Ipsa pœnitentia & ante Christi adventum per ejus Prophetam Ieremiam

Jer. 8. 4. prædicabatur dicentem: *Numquid cadens non resurgit, aut avertens se non revertitur?* Et iterum: *Postea dixi ei: postquam fornicata es, Accede, convertere ad me.* Propterea & multas vias alias pœnitentiæ dedit, quo nobis omnem desidiæ occasionem amputet. Nam si unam haberemus solam, hac vadere nequiremus. Mucronem hunc diabolus semper fugit. Peccasti, Ecclesiam ingredere, atque tuum dele peccatum. Quoties cecideris in foro, toties exsurgis: sic quoties peccaveris, peccati pœniteat, neque desperes. Tametsi secundo peccaveris, secundo pœniteat, neque animo consternatus a spe repositorum bonorum cadas. Quamvis in extrema canitie peccaveris, ingredere, pœnitentiam age: medicinæ locus est hic, non judicii; non pœnas exigens, sed peccatorum remissionem tribuens. Deo soli

Psal. 50. 6. dic peccatum tuum. *Tibi soli peccavi, & malum coram te feci*, & dimittitur tibi peccatum. Habes & aliam pœnitentiæ viam haud difficilem, sed omnino accommodatissimam: qualem hanc? Defle super peccatum tuum, idque ex sacris disce Evangeliis. Petrus ille Apostolorum princeps, in Ecclesia primus, amicus Christi, qui revelationem ab hominibus non accepit, sed a patre, sicut ipsi testimonium Dominus red-

Matth. 16. 17. dit: *Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed pater meus qui in cælis est.* Hic idem Petrus, Petrum cum dico, petram nomino infragilem, crepidinem immobilem, Apostolum magnum, primum discipulorum, primum vocatum, & primum obedientem: ille non parvum facinus admisit, sed maximum, qui Dominum negavit: hoc dico, non justum accusans, sed tibi pœnitentiæ præbens occasionem. Ipsum orbis Dominum negavit, procuratorem, Salvatorem omnium. Ut vero altius repetamus, vidit Salvator quosdam

Joan. 6. 67. abeuntes retro, & dixit Petro: *Numquid &*

Matth. 26. 35. *tu abire vis? Petrus autem dixit: Etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo.* Quid dicis Petre? Deus est qui denunciat, quid ipse reluctaris? Sed tamen intentio quod suum erat ostendit, naturæ vero infirmitas redarguitur. Hæc vero quando? Nocte qua traditus est Christus: tunc igitur, inquit, stetit Petrus ante prunas calefaciens se, puel-

Matth. 26. 69. Marc. 14. 68. la quædam accessit, & dixit ei: *Heri & tu cum homine isto eras. Ille autem: Non novi hominem hunc.* Deinde secundo & tertio, &

A καὶ τὰ παιδία. ὁ δὲ καὶ ταῦτα ἀκούσας ἐπέμενε κρούων, καὶ μὴ ἀναχωρῶν, ἕως οὗ εἶπεν ὁ οἰκοδεσπότης, ἀνάστητε, δότε αὐτῷ καὶ ἄφετε ἀπελθεῖν. διδάσκει σε οὕτως εὔχεσθαι, καὶ μὴ ἀκηδιᾶν· ἀλλὰ καὶ ἐὰν μὴ λάβῃς, παραμένειν ἕως ἂν λάβῃς· καὶ πολλὰς ἄλλας ὁδοὺς μετανοίας εὑρήσεις ἐν τῇ γραφῇ. αὕτη ἡ μετάνοια, καὶ πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἐκηρύττετο διὰ τοῦ Ἱερεμίου λέγοντος· μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται; ἢ ὁ ἀποστρέφων οὐκ ἐπιστρέφει; καὶ πάλιν μετὰ ταῦτα εἶπον αὐτῇ, μετὰ τὸ πορνεῦσαι, δεῦρο ἀνάστρεψον πρός με. καὶ διὰ τοῦτο πολλὰς καὶ ἄλλας ὁδοὺς διαφόρους ἔδωκεν B ἡμῖν, ἵνα ἐκκόψῃ πᾶσαν ἡμῶν πρόφασιν ῥαθυμίας. εἰ γὰρ μίαν ὁδὸν εἴχομεν μόνην, διὰ ταύτης εἰσελθεῖν οὐκ ἂν ἠδυνήθημεν. ταύτην τὴν μάχαιραν ἀεὶ φεύγει ὁ διάβολος. ἥμαρτες; εἴσελθε εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἐξάλειψον τὴν σὴν ἁμαρτίαν. ὁσάκις ἐὰν πέσῃς εἰς τὴν ἀγορὰν, τοσαυτάκις ἐγείρῃ· οὕτως ὁσάκις ἐὰν ἁμαρτήσῃς, μετανόησον ἐπὶ τῇ ἁμαρτίᾳ· μὴ σαυτοῦ ἀπογνῷς. κἂν δεύτερον ἁμάρτῃς, δεύτερον μετανόησον· μὴ διὰ ῥαθυμίας τέλεον ἐκπέσῃς τῆς τῶν προκειμένων ἀγαθῶν ἐλπίδος. κἂν ἐν ἐσχάτῃ πολιᾷ ᾖς καὶ ἁμάρτῃς, εἴσελθε, μετανόησον· ἰατρεῖον γάρ ἐστιν ἐν- C ταῦθα, οὐ δικαστήριον· οὐκ εὐθύνας ἁμαρτημάτων ἀπαιτοῦν, ἀλλὰ συγχώρησιν ἁμαρτημάτων παρέχον. θεῷ μόνῳ εἰπὲ τὴν ἁμαρτίαν σου. σοὶ μόνῳ ἥμαρτον, καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα· καὶ συγχωρεῖταί σοι ἡ ἁμαρτία. ἔχεις δὲ καὶ ἄλλην ὁδὸν μετανοίας, οὐ δύσκολον, ἀλλὰ καὶ πάνυ εὐχερεστάτην· ποίαν δὲ ταύτην; κλαῦσον ἐπὶ τῇ ἁμαρτίᾳ σου, καὶ διδάχθητι ἐκ τῶν θείων εὐαγγελίων τοῦτο. Πέτρος ἐκεῖνος, ἡ κορυφὴ τῶν ἀποστόλων, ὁ πρῶτος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ὁ φίλος Χριστοῦ, ὁ τὴν ἀποκάλυψιν παρὰ ἀνθρώπων μὴ δεξάμενος, ἀλλὰ παρὰ τοῦ πατρὸς, καθὼς αὐτῷ μαρτυρεῖ ὁ D δεσπότης λέγων· μακάριος εἶ Σίμων Βαριωνᾶ· ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ πατήρ μου ὁ οὐράνιος, οὗτος ὁ Πέτρος· Πέτρον δὲ ὅταν εἴπω, τὴν πέτραν λέγω τὴν ἄρραγῆ, τὴν κρηπῖδα τὴν ἀσάλευτον, τὸν ἀπόστολον τὸν μέγαν, τὸν πρῶτον τῶν μαθητῶν, τὸν πρῶτον κληθέντα, καὶ πρῶτον ὑπακούσαντα· ἐκεῖνος οὐ μικρόν τι πρᾶγμα ἔδρασεν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα μέγα, ὡς αὐτὸν ἀρνήσασθαι τὸν δεσπότην· τοῦτο λέγω οὐ κατηγορῶν τοῦ δικαίου, ἀλλά σοι ὑπόθεσιν διδοὺς τῆς μετανοίας· αὐτὸν τὸν δεσπότην τῆς οἰκουμένης, τὸν κηδεμόνα, τὸν σωτῆρα τῶν ἁπάντων ἠρνήσατο. ἵνα δὲ ἄνωθεν τὴν ὑπόθεσιν εἴ- E πωμεν· ἐν τῇ παραδόσει εἶδεν ὁ σωτὴρ τινὰς ἀναχωρήσαντας, καὶ λέγει τῷ Πέτρῳ, μὴ καὶ σὺ ἀναχωρῆσαι θέλεις; ὁ δὲ Πέτρος εἶπε, κἂν δέῃ με σὺν σοὶ ἀποθανεῖν, οὐ μή σε ἀπαρνήσομαι. τί λέγεις Πέτρε; θεὸς ὁ ἀποφηνάμενος, καὶ ἀντιμάχῃ; ἀλλ' ὅμως ἡ προαίρεσις τὸ ἴδιον ἔδειξε, τῆς δὲ φύσεως ἡ ἀσθένεια ἠλέγχετο. ταῦτα δὲ πότε; ἐν νυκτὶ, ἐν ᾗ παρεδόθη ὁ Χριστός· τότε οὖν, φησιν, εἱστήκει ὁ Πέτρος παρὰ τὴν ἀνθρακιὰν θερμαινόμενος, καὶ κόρη τις προσῆλθε, καὶ λέγει αὐτῷ· χθὲς καὶ σὺ μετὰ τούτου τοῦ ἀνθρώπου ἦς. ὁ δέ· οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον τοῦτον. εἶτα καὶ δεύτερον

καὶ τρίτον· καὶ ἐπληρώθη ἡ ἀπόφασις. εἶτα ὁ Χριστὸς ἐνέβλεψε τῷ Πέτρῳ, φωνὴν διὰ τοῦ βλέμματος ἀφείς· οὐ γὰρ διὰ στόματος αὐτῷ ἐλάλησεν, ἵνα μὴ ἐλέγξῃ αὐτὸν ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων, καὶ τὸν ἴδιον καταισχύνῃ μαθητήν· ἀλλὰ διὰ τοῦ βλέμματος τὴν φωνὴν ἀφῆκε. τουτέστι, Πέτρε, ὃ ἔλεγον, γέγονεν. ἀμέλει γοῦν καὶ ὁ Πέτρος αἰσθανόμενος τότε ἤρξατο κλαίειν, ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς ἔκλαυσεν, ἀλλὰ πικρῶς, δεύτερον βάπτισμα διὰ τῶν δακρύων ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν ποιήσας. ἀλλὰ κλαύσας οὕτω πικρῶς ἐξήλειψε τὴν ἁμαρτίαν. μετὰ ταῦτα δὲ πιστεύεται τὰς κλεῖς τῶν οὐρανῶν. εἰ δὲ Πέτρου κλαυθμὸς τηλικαύτην ἐξήλειψεν ἁμαρτίαν, σὺ ἐὰν B κλαύσῃς, πῶς οὐκ ἂν ἀπαλείψεις τὴν ἁμαρτίαν; οὐ γὰρ μικρὸν ἦν ἔγκλημα τὸ ἀρνήσασθαι τὸν ἴδιον δεσπότην, ἀλλὰ μέγα καὶ ἰσχυρόν· ἀλλ' ὅμως τὰ δάκρυα ἐξήλειψε τὸ ἁμάρτημα. κλαῦσον οὖν καὶ σὺ ἐπὶ τῇ ἁμαρτίᾳ· ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ μετὰ σχήματος· ἀλλὰ κλαῦσον πικρῶς, ὡς ὁ Πέτρος. ἐξ αὐτοῦ τοῦ βάθους προσάγαγε τὰς πηγὰς τῶν δακρύων, ἵνα οὕτως σπλαγχνισθεὶς ὁ δεσπότης συγχωρήσῃ σοι τὸ πλημμέλημα· φιλάνθρωπος γάρ ἐστιν· αὐτὸς γὰρ εἶπεν· οὐ θέλω τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι, καὶ μετανοῆσαι, a καὶ ζῆν αὐτόν. [a] μικρὸν θέλει παρὰ σοῦ πόνον, καὶ αὐτὸς παρέχει τὰ μεγάλα· πρόφασιν ζητεῖ παρὰ σοῦ· C ἵνα σοι δῷ θησαυρὸν σωτηρίας. πρόσαγε δάκρυα, καὶ αὐτός σοι δίδωσι συγχώρησιν· πρόσαγε μετάνοιαν, καὶ αὐτός σοι παρέχει ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· πρόφασιν μικρὰν σὺ εἰσένεγκε, ἵνα εὐπρόσωπον ἔχῃς τὴν ἀπολογίαν. τὰ μὲν γὰρ παρ' αὐτοῦ ἐστι, τὰ δὲ παρ' ἡμῶν. τὰ παρ' ἡμῶν ἐὰν εἰσενέγκωμεν, πάλιν καὶ αὐτὸς παρέχει τὰ παρ' ἑαυτοῦ. ἤδη μὲν οὖν τὰ παρ' ἑαυτοῦ αὐτὸς παρέσχεν, ἥλιον, σελήνην, ποικίλον χορὸν ἀστέρων ἐθεμελίωσεν, ἀέρα ἐξέχεε· γῆν ἥπλωσε, θάλασσαν ἐτείχισεν, ἔδωκεν ὄρη, νάπας, βουνούς, πηγάς, λίμνας, ποταμούς, τὰ μυρία γένη τῶν φυτῶν, παραδείσους, τὰ ἄλλα πάντα· πάλιν σὺ συνεισένεγκε μικρόν, ἵνα οὕτω καὶ τὰ ἄνω σοι χαρίσηται. μὴ οὖν D ἀμελήσωμεν ἑαυτῶν, μηδὲ ἀποστῶμεν τῆς ἡμετέρας σωτηρίας, τοσοῦτον πέλαγος φιλανθρωπίας ἔχοντες τοῦ πάντων δεσπότου, καὶ μετανοοῦντος ἐπὶ ταῖς ἡμετέραις ἁμαρτίαις. βασιλεία οὐρανῶν πρόκειται καὶ παράδεισος, καὶ τὰ ἀγαθὰ ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· καὶ οὐκ ὀφείλομεν ἅπαντα ποιῆσαι, ἵνα συνεισενέγκωμεν, ὥστε τούτων μὴ ἐκπεσεῖν; ἢ οὐκ οἶδας Παῦλος τί λέγει, ὁ πολλὰ κοπιάσας, καὶ μυρία τρόπαια κατὰ τοῦ διαβόλου στήσας, ὁ ἐν σώματι τὴν οἰκουμένην πεζεύσας, ὁ γῆν καὶ θάλατταν, καὶ ἀέρα E περιδραμών, ὁ καθάπερ ὑπόπτερός τις τὴν οἰκουμένην περιελθών· ὁ λιθασθεὶς, ὁ φονευθεὶς, ὁ τυπτηθεὶς, ὁ πάντα b διὰ τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ παθών, [b] ὁ οὐρανίᾳ φωνῇ κληθεὶς ἄνωθεν, ὅρα, οὗτος τί λέγει, ποίαν φωνὴν ἔρρηξεν· ἐλάβομεν χάριν, φησίν, ἀπὸ τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ κἀγὼ ἐκοπίασα, καὶ συνεισήνεγκα· καὶ ἡ χάρις αὐτοῦ ἡ εἰς ἐμὲ κενὴ οὐκ ἐγενήθη· ἀλλὰ καὶ περισσότερον αὐτῶν πάντων ἐκοπίασα καὶ

A impleta est denunciatio. Hinc Christus respiciens in Petrum, vocem dimisit per ipsum intuitum. Non enim ore loquutus est, Luc. 22. 61. ne ipsum coram Judæis redargueret, & proprium confunderet discipulum, sed per oculum dimittens vocem, quasi diceret, Petre, quod dixi, factum est. Igitur Petrus tunc sentiens cœpit flere: & non flevit modo, sed amare, secundum baptisma per lacrymas ex oculis efficiens. Cumque flevisset amare, delevit peccatum. Post hæc enim claves illi cælorum creduntur. Quod si Petri fletus tantum delevit peccatum, qui fieri poterit, ut si fleveris, peccatum non deleas? B Non enim parvus fuit reatus, proprium dominum negasse, sed magnus & gravis, eum tamen lacrymæ delevere. Defle igitur & ipse super peccatum, neque quoquo modo defle, aut specie tantum; sed defle amare quemadmodum & Petrus. Ex ipso profundo deduc fontes lacrymarum, quo dominus misericordia motus, tibi peccatum dimittat: clemens etenim est: ipse enim dixit: *Nolo mortem peccatoris, sicut converti ipsum,* Ezech. 18. 23. *& pœnitentiam agere, & vivere.* Exiguum expetit a te laborem & magna ipse largitur: occasionem a te quærit, ut tibi salutis thesaurum tribuat. Profer lacrymas, & ipse C indulgentiam impertit: profer pœnitentiam, & ipse remissionem tribuit peccatorum: occasionem tu exiguam confer, ut speciosam habeas excusationem. Quædam enim ab illo sunt, quædam a nobis. Quæ a nobis sunt, si contulerimus, & ipse rursus quæ sunt ab ipso præbebit. Jam igitur quæ ab illo sunt, ipse præbuit: solem nimirum, lunam, varium stellarum chorum fundavit, aërem diffudit, terram expandit, mare obvallavit, montes dedit, saltus, colles, fontes, lacus, fluvios, innumera plantarum genera, viridaria, cætera omnia: tu rursus aliquid exiguum confer, ut ita cælestia tibi largiatur. Ne igitur nos ipsos negligamus, neque a salute nostra procuran- D da desistamus, cum tantum nobis pelagus benignitatis omnium domini pateat, qui super peccatis nostris pœnitentia ducitur. Propositum est regnum cælorum & paradisus, eaque bona, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparavit Deus iis, qui ipsum diligunt; & non debemus omnem operam adhibere, ut aliquid conferamus, ne ab his excidamus? An ignoras quid dicat Paulus? qui multos labores exantlavit, & innumeros de diabolo triumphos reportavit, qui in corpore orbem terrarum peragravit, qui terram, mare, aë- E remque percurrit, qui tamquam alis subvectus aliquis orbem terrarum perambulavit, lapidatus, cæsus, verberatus, qui omnia pro Dei nomine tulit, qui cælesti voce desuper compellatus; hic quid dicat, & qualem emiserit vocem vide, *Accepimus,* inquit, *gratiam a* 1. Cor. 15. 10. *Deo, sed & ego laboravi, & simul contuli, & gratia ejus quæ in me est, vacua non fuit, sed plus quam ipsi omnes laboravi & simul contuli.*

a Hæc verba, μικρὸν θέλει παρὰ σοῦ πόνον & sequentia bene multa usque ad illud, ὑπόπτερος τὴν οἰκουμένην περιελθών, quæ post 25. lineas sequuntur; hæc, inquam, omnia desunt in Reg.

b Sav. ὁ οὐρανίᾳ φωνῇ κληθεὶς, ὅρα ποίαν φωνὴν εἶπε; ἐλάβομεν

Novimus, inquit, novimus gratiæ magnitudinem quam accepimus, ſed non deſidem me invenit: manifeſta ſunt quæ a me fuerunt illata: ſic & ipſi, fratres, manus ad eleemoſynam doceamus, ut parum quid inferamus. Ploremus ſuper peccatum, ingemiſcamus ſuper iniquitatem, quo videamur vel parum quid inferre: quandoquidem magna nobis in futuro repoſita ſunt, quæ poteſtatem noſtram exſuperant: paradiſus enim eſt, & cælorum regnum, cujus & ipſi omnes participes ſimus, gratia & clementia Domini noſtri Jeſu Chriſti, cui cum Patre & ſimul cum Spiritu ſancto, gloria, imperium, & honor, & nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

A καὶ συνεισήνεγκα. οἴδαμεν, φησὶν, οἴδαμεν τῆς χάριτος τὸ μέγεθος, ὃ ἐλάβομεν, ἀλλ' οὐκ ἀργόν με εὗρε· φανερὰ τὰ παρ' ἐμοῦ εἰσενεχθέντα· οὕτως οὖν καὶ ἡμεῖς τὰς χεῖρας πρὸς ἐλεημοσύνην διδάξωμεν, ἵνα συνεισενέγκωμεν μικρόν τι. κλαύσωμεν ἐπὶ τῇ ἁμαρτίᾳ· θρηνήσωμεν ἐπὶ τῇ ἀνομίᾳ, ἵνα δόξωμεν μικρόν τι συνεισφέρειν· ἐπεὶ καὶ μεγάλα τὰ μέλλοντα δίδοσθαι ἡμῖν, καὶ ὑπερβαίνει τὴν ἡμετέραν δύναμιν. παράδεισος γάρ ἐστι, καὶ βασιλεία οὐρανῶν· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν· χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων·
B ἀμήν.

DE POENITENTIA ET ORATIONE.

HOMILIA IV.

1. PASTORES illo frequentius ducunt oves, ubi denſiorem herbam eſſe vident, neque prius inde abigunt, quam totam grex totonderit. Hos imitati, hac quarta jam die ad pœnitentiæ modum hunc paſcimus gregem, neque vel hodie digredi paramus. Multum namque pabuli eſſe videmus, multum lætitiæ & utilitatis. Neque enim arborum comæ, quæ ad meridianas horas tecti vice ſunt ovibus, ita eas recreant, ita deſiderabilem talemque umbram præbent, ad ſomnumque magna cum voluptate pertrahunt; ut divinarum Scripturarum lectio, mœrentes & angore animi detentas animas recreat ac refrigerat, dum vehementiam ardoremque doloris lenit, ſolatiumque qualibet umbra ſuavius amœniuſque impertit. Neque enim ſolum in pecuniarum jactura, aut in liberorum amiſſione, aut in aliis ſimilibus; ſed etiam in peccatorum calamitatibus magnam illa nobis affert conſolationem. Cum enim homo peccato interceptus & circumventus cecidit; poſtea mordetur a conſcientia, peccatique aſſidue memor, ſeſe mœroris magnitudine obruit, perque ſingulos dies incenditur: innumeriſque ipſum conſolantibus, ſi conſolationem non admiſerit, ingreſſus in Eccleſiam, poſtquam audivit Sanctorum plurimos lapſos ſurrexiſſe, atque ad priorem rediiſſe dignitatem, clam multo ſolatio plenus egreditur. Et qui in homines plerumque peccamus, ne revelare quidem peccatum audemus pudore ruboreque detenti; quod ſi revelemus, nihil tantum conſequimur: cum autem Deus exhortatur, corque noſtrum tangit, ſatanica omnis triſtitia ſtatim fugatur. Ideo juſtorum lapſus nobis conſcripti ſunt: quo & qui recte & qui improbe vivunt hinc maxime lucrifaciant. Nam peccator in deſperationem non abit, cum videt alium

Vide in Monito præcedenti.

Pœnitentia omnimodam conſolationem affert.

ΠΕΡΙ ΜΕΤΑΝΟΙΑΣ ΚΑΙ ΕΥΧΗΣ.

ΟΜΙΛΙΑ δʹ.

ΟΙ ποιμένες τὰ πρόβατα, ἔνθα ἂν ἴδωσι βαθυτέραν οὖσαν τὴν πόαν, συνεχῶς ἄγουσι, καὶ οὐ πρότερον ἐκεῖθεν ἐγείρουσιν, ἕως ἂν αὐτὴν πᾶσαν ἀποκείρῃ τὰ ποίμνια. τούτους δὲ καὶ ἡμεῖς μιμούμενοι, τετάρτην
C ταύτην ἤδη ἡμέραν εἰς τὸν τῆς μετανοίας τρόπον βόσκομεν τοῦτο τὸ ποίμνιον, καὶ οὐδέπω καὶ σήμερον ἀναστῆσαι παρασκευαζόμεθα· ὁρῶμεν γὰρ πολλὴν οὖσαν ἔτι νομῆς εὐπορίαν, καὶ πολλὴν τέρψιν ὁμοῦ καὶ ὠφέλειαν. οὐδὲ γὰρ οὕτως αἱ κόμαι τῶν δένδρων ἀντὶ στέγης τοῖς προβάτοις γινόμεναι κατὰ τὸ μεσημβρινὸν τῆς ἡμέρας, ἀναπαύουσι τὰ πρόβατα, ποθεινήν τε καὶ ὠφέλιμον παρέχουσι τὴν σκιὰν, καὶ μετὰ πολλῆς κατακοιμίζουσι τῆς ἡδονῆς, ὡς ἡ τῶν θείων γραφῶν ἀνάγνωσις, τὰς ὀδυνωμένας ψυχὰς καὶ ἀθυμίᾳ κατεχομένας, ἀνακτᾶται καὶ καταψύχει, τὸ μὲν σφοδρὸν καὶ διακαὲς τῆς ὀδύνης ἀποχειομένη· παραμυ-
D θίαν δὲ σκιᾶς ἁπάσης ἡδίω καὶ τερπνοτέραν παρέχουσα. οὐ γὰρ μόνον ἐν ταῖς τῶν χρημάτων ζημίαις, οὐδὲ ἐν ταῖς τῶν τέκνων ἀποβολαῖς, οὔτε ἐν τοῖς ἄλλοις τοῖς τοιούτοις, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς τῶν ἁμαρτιῶν περιστάσεσι πολλὴν ἡμῖν αὕτη παρέχει τὴν παραμυθίαν. ὅταν γὰρ ἄνθρωπος ὑπὸ ἁμαρτίας ἁλοὺς καὶ ὑποσκελισθεὶς καταπέσῃ· εἶτα κατεσθίῃ αὐτὸν τὸ συνειδὸς, καὶ τῆς ἁμαρτίας συνεχῶς ἀναμιμνήσκων, ἑαυτὸν ἀποπνίγῃ τῇ τῆς ἀθυμίας ὑπερβολῇ, καὶ καθ' ἑκάστην ἐμπυρίζεται τὴν ἡμέραν, καὶ μυρίων παρακαλούντων, ἂν μὴ προσίῃ τὴν παράκλησιν, εἰσελθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἀκούσας ὅτι πολλοὶ τῶν ἁγίων πεσόντες ἀνέστησαν, καὶ εἰς τὴν προτέραν πάλιν ἐπανῆλθον
E εὐδοκίμησιν, λανθανόντως λαβὼν τὴν παραμυθίαν ἀπέρχεται. καὶ ἀνθρώποις μὲν πολλάκις ἁμαρτόντες, οὔτε ἐκκαλύψαι τὸ πλημμέλημα ὑπομένομεν αἰσχυνόμενοι καὶ ἐρυθριῶντες, κἂν δὲ ἐκκαλύψωμεν, οὐδὲν καρπωσόμεθα τοσοῦτον· ὅταν δὲ θεὸς παρακαλῇ, καὶ τῆς καρδίας ἅπτηται, πᾶσα ταχέως φυγαδευθήσεται Σατανικὴ λύπη. διὰ τοῦτο καὶ πτώματα τῶν δικαίων ἐστὶν ἡμῖν ἀνάγραπτα· ἵνα οἵτε κατορθοῦντες, οἵτε ἁμαρτάνοντες τὰ μέγιστα ἐκ τούτων κερδαίνωσιν. ὁ γὰρ ἁμαρτάνων, οὐκ ἔρχεται εἰς ἀπόγνωσιν καὶ ἀπελπισμὸν, ἰδὼν ἕτερον πεσόν-

τα, καὶ πάλιν ἀναστῆναι δυνηθέντα· ὁ δὲ δικαιοσύνην ἐργαζόμενος, σπουδαιότερος ἔσται καὶ ἀσφαλέστερος. ὅταν γὰρ τῶν αὐτοῦ πολὺ βελτιόνων πολλοὺς καταπεσόντας ἴδῃ, τῷ φόβῳ τῆς ἐκείνων πτώσεως σωφρονιζόμενος, ἐναγώνιος ἔσται πάντοτε, καὶ πολλὴν περὶ ἑαυτὸν ἐπιδείξεται τὴν ἀσφάλειαν. καὶ οὕτως ὁ μὲν τὴν ἀρετὴν κατορθῶν, ὁ δὲ ἁμαρτάνων τῆς ἀπογνώσεως ἀπαλλαγεὶς, ὁ μὲν στήσεται ἀσφαλῶς, ὁ δὲ ἐπανήξει ταχέως, ὅθεν ἐξέπεσεν. ὅταν γὰρ ἡμᾶς ἄνθρωπος παρακαλῇ λυπουμένους, καὶ δόξωμεν πρὸς ὀλίγον παραμυθεῖσθαι, πάλιν εἰς τὴν αὐτὴν ἀθυμίαν καταπίπτομεν· ἐπὰν δὲ ὁ θεὸς προτρέπεται δι' ἑτέρων ἁμαρτησάντων, καὶ μετανοησάντων, καὶ σωθέντων, φανερὰν ἡμῖν ποιεῖ τὴν αὐτοῦ ἀγαθότητα, ἵνα μὴ ἀμφιβάλλωμεν περὶ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας, ὁμολογουμένην καὶ ἀσφαλῆ δεχόμενοι τὴν παράκλησιν. ὥσπερ οὖν ἐν ταῖς τῶν ἁμαρτημάτων περιστάσεσιν, οὕτως καὶ ἐν ταῖς τῶν κινδύνων ἐπαγωγαῖς, ἱκανὸν τοῖς ἀθυμοῦσι φάρμακον αἱ παλαιαὶ τῶν γραφῶν ἱστορίαι παρέχουσι πᾶσι τοῖς βουλομένοις προσέχειν. καὶ εἴτε χρημάτων δήμευσις, εἴτε συκοφαντῶν ἐπήρειαι, εἴτε δεσμωτήρια, εἴτε μάστιγες, κἂν οὖν ὅτι ἕτερον τῶν δεινῶν ἡμᾶς καταλάβῃ, ἀποβλέποντες εἰς τοὺς δικαίους τοὺς τὰ αὐτὰ παθόντας καὶ ὑπομείναντας, ταχέως εἰς ἑαυτοὺς ἐλθεῖν δυνησόμεθα. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν τοῦ σώματος παθῶν, τὸ πρὸς τοὺς πάσχοντας ἀφορᾶν ἐπιτείνει τὴν νόσον τοῦ ἀρρωστοῦντος, πολλάκις δὲ καὶ οὐκ οὖσαν ἐργάζεται· οἱ γοῦν ὀφθαλμοὺς πάσχοντας ἰδόντες τινὲς, μετέλαβον τοῦ νοσήματος ἀπὸ τῆς θέας μόνης· ἐπὶ δὲ ψυχῆς οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τὸ ἐναντίον γίνεται, καὶ τὸ συνεχῶς ἐννοεῖν τοὺς τὰ τοιαῦτα πεπονθότας, ἡμῖν κουφοτέραν ποιεῖται τὴν ἐπὶ τοῖς ἡμετέροις κακοῖς ἀθυμίαν. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος τοὺς ὄντας πιστοὺς, τοῦτον παρακαλεῖ τὸν τρόπον, οὐχὶ τοὺς ζῶντας μόνον ἁγίους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀποθανόντας εἰς μέσον παράγων. Ἑβραίοις μὲν γὰρ διαλεγόμενος μέλλουσιν ὑποσκελίζεσθαι καὶ καταπίπτειν, τοὺς ἁγίους ἄνδρας εἰς μέσον παράγει, τὸν Δανιὴλ, τοὺς παῖδας τοὺς τρεῖς, τὸν Ἠλίαν, τὸν Ἐλισσαῖον, οὑτωσὶ λέγων· ἔφραξαν στόματα λεόντων, ἔσβεσαν δύναμιν πυρὸς, ἔφυγον στόματα μαχαίρας, ἐλιθάσθησαν, ἐμπαιγμῶν καὶ μαστίγων πεῖραν ἔλαβον, ἔτι δὲ δεσμῶν καὶ φυλακῆς· περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι, ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος. ἡ δὲ κοινωνία τῶν παθῶν, τοῖς ὀδυνωμένοις παρέχει παραμυθίαν. καὶ καθάπερ τὸ μόνον παθεῖν τι δεινὸν, ἀπαραμύθητον ἔχει τὸ κακὸν, οὕτω τὸ εὑρεῖν ἕτερον τοῖς αὐτοῖς περιπεσόντα κακοῖς, κουφοτέραν ἐργάζεται τὴν πληγήν.

Ἵν' οὖν ἐν πᾶσι τοῖς δοκοῦσιν ἡμᾶς ἐνοχλεῖν μὴ καταπίπτωμεν, μετὰ ἀκριβείας προσέχωμεν ταῖς τῶν γραφῶν ἱστορίαις· πολλῆς γὰρ ὑπομονῆς ἐντεῦθεν ληψόμεθα ἀφορμήν· οὐ τῇ κοινωνίᾳ τῶν τὰ αὐτὰ παθόντων παραμυθούμενοι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ μανθάνειν τὸν τρόπον τῆς ἀπαλλαγῆς τῶν ἐπαγομένων ἡμῖν δεινῶν· καὶ μετὰ τὴν ἄνεσιν μένειν πάλιν ἐπὶ τῆς αὐτῆς, καὶ μήτε εἰς ῥαθυμίαν ἐκπίπτειν, μήτε εἰς ἀπόνοιαν αἴρεσθαι. τὸ μὲν γὰρ κακῶς πράττοντας συστέλλεσθαι, καὶ ταπεινοῦσθαι, καὶ πολλὴν εὐλάβειαν ἐπιδείκνυσθαι, θαυμαστὸν οὐδέν. αὕτη γὰρ ἡ τῶν

A lapsum, qui resurgere potuit: qui vero justitiam colit, diligentior erit & firmior. Cum enim multos se meliores lapsos viderit, illorum casu factus cautior, semper solicitus erit, multaque se cautione muniet. Sic itaque is, qui virtutem colit, persistet; peccator vero a desperatione liberabitur: ille firmiter stabit, hic in priorem, a quo excidit, statum confestim revertetur. Nam cum homo quispiam nos mœstos consolatur, etiamsi ad modicum tempus quid solatii habere videamur, in eamdem tamen rursus tristitiam delabimur. Cum vero Deus per alios hortatur, qui post peccatum resipiscentes B salutem consequuntur, suam nobis bonitatem manifestam facit, ne propria de salute dubitemus, firmam certamque nacti consolationem. Quemadmodum igitur in peccatorum casibus, sic etiam in periculis contingentibus, congruentem mœrentibus medelam veteres Scripturarum historiæ animum adhibere volentibus subministrant: ac sive facultatum publicatio, sive sycophantarum molestia, sive carceres, sive flagella, sive aliud quidpiam mali nos intercipiat; ad justos respicientes, qui eadem ipsa passi sunt ac toleraverunt, ad nosmetipsos statim redire poterimus. In corporeis namque morbis, si æger alios ægrotos respiciat, suum auget morbum, quandoque C etiam quam non habebat infirmitatem contrahit. Exempli causa cum nonnulli alios oculis laborantes respicerent, a solo intuitu eumdem in morbum inciderunt; in anima vero non idipsum, sed contrarium prorsus evenit: si enim assidue cogitemus eos, qui eadem ipsa perpessi sunt, hinc malorum nostrorum lenitur dolor. Ideo Paulus fideles hoc hortatur modo, non solum sanctos, qui in vivis sunt, sed etiam mortuos in medium adducens. Hebræos enim alloquens, qui nutabant moxque lapsuri erant, Danielem in medium adducit, tres D pueros, Heliam, Elisæum, his verbis: *Obturaverunt ora leonum, exstinxerunt virtutem ignis, effugerunt ora gladii, lapidati sunt, ludibria & verbera experti sunt, insuperque custodiam carcerum. Circuierunt in melotis & caprinis pellibus, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus.* Ærumnarum autem communio solatium præbet afflictis. Ac quemadmodum si quis solus grave quidpiam patiatur, nullam habet in malo consolationem; ita si quis inveniat alium in mala delapsum, hinc leviorem experitur plagam.

Hebr. 11. 33. & seqq.

Ærumnarum communio solatium præbet afflictis.

2. Ut igitur in omnibus, quæ nobis mo- E lesta accidunt, non concidamus, Scripturarum historiis diligenter attendamus: multam enim hinc patientiæ occasionem mutuabimur; non solum ex societate eadem passorum consolationem nacti, sed edocti etiam modum, quo ab ærumnis illis liberemur, & adepti tranquillitatem eodem in statu maneamus, nec vel in desidiam labamur, vel arrogantia efferamur. Nam quod cum malis affligimur, demissi humilesque simus, magnamque pietatem exhibeamus, nihil mirum: hæc quippe est tentationum

natura, ut vel eos, qui lapideo corde sunt, ad hunc statum præ afflictione deducant. Sed animæ est religiosæ, Deumque continuo præ oculis habentis, etiam postquam liberata est a tentationibus, in oblivionem minime cadere: quod Judæis frequenter accidit. Quare irridens eos Propheta dicebat: *Cum occideret eos, quærebant eum, & revertebantur. & diluculo veniebant ad Deum.* Et Moyses horum conscius, frequenter hortabatur his verbis: *Cum comederis, & biberis, & saturatus fueris, attende tibi, ne obliviscaris Domini Dei tui.* Illud igitur evenit: *Comedit* enim, inquit, *Jacob, & impinguatus est, & incrassatus est, & recalcitravit dilectus.* Quamobrem sanctos non ideo mirari par est, quod urgente tribulatione, ita pii & philosophi fuerint; sed quod transacta hyeme, & adveniente tranquillitate, in eadem modestia diligentiaque manserint. Equum certe illum maxime mirari oportet, qui sine freno concinne iter facere potest, quod si freno habenisque cogentibus ordine incedat, nihil mirum. Non enim generositati animalis sed necessitati a freno inductæ; illa gressus concinnitas tribuenda est. Idipsum de anima dicendum, si instante metu moderate agat, nihil mirum esse: cum autem tentationes transierint, & timoris frenum remotum fuerit, tunc mihi animi philosophiam exhibe, omnemque disciplinam. Sed vereor ne Judæos accusare volens, nostrum accusem vitæ institutum. Quandoquidem & nos cum exagitabamur vexati fame, peste, grandine, siccitate, incendiis, hostium incursu, nonne quotidie Ecclesia multitudine convenientium angustabatur? Tunc magna nobis inerat philosophia, & sæcularium rerum contemtus: non pecuniarum cupido, non gloriæ desiderium, non appetitus & amor lasciviæ, neque alius pravus cogitatus tunc nos agitabat: sed universi vos ad Dei cultum contulistis cum oratione & lacrymis. Tunc fornicator temperanter agebat, injuriarum memor ad reconciliationem properabat, avarus ad eleemosynam flectebatur, iracundus & truculentus ad humilitatem & mansuetudinem convertebatur. Postquam autem Deus iram illam deposuit, ac procellam abegit, atque post tantos fluctus tranquillitatem paravit, ad pristinos iterum mores reversi sumus. Atqui in ipso tentationum tempore hæc prædicere & testificari non desistebam. Attamen nihil profecimus; sed velut somnium & umbram transeuntem, sic illa omnia ab animis vestris removistis. Propterea nunc timeo plus, quam tunc metuebam, & quod tunc dicebam, nunc magis formido, ne graviora prioribus nobis attrahamus mala, tuncque plagam incurabilem a Deo accipiamus. Cum enim quis frequenter peccans a Deo veniam consequitur, & postea nihil ab ejusmodi tolerantia Dei lucratur ad nequitiam deponendam, demum ita cum illo agit Deus,

Psalm. 77. 38. — Deut. 6. 12. — Deut. 32. 15.

A πειρασμῶν φύσις, καὶ τοὺς λιθίνην ἔχοντας καρδίαν, καταναγκάζει τοῦτο ποιεῖν τὸ λυπεῖσθαι. ψυχῆς δέ ἐστιν εὐλαβοῦς, καὶ τὸν Θεὸν ἐχούσης διηνεκῶς πρὸ ὀφθαλμῶν, καὶ μετὰ τὴν τῶν πειρασμῶν ἀπαλλαγὴν, μηδέποτε εἰς λήθην ἐμπεσεῖν, ὅπερ Ἰουδαῖοι συνεχῶς ἔπαθον. διὸ καὶ σκώπτων αὐτοὺς ὁ προφήτης ἔλεγεν· ὅταν ἀπέκτεινεν αὐτοὺς, τότε ἐξεζήτουν αὐτὸν, καὶ ἐπέστρεφον, καὶ ὤρθριζον πρὸς τὸν Θεόν. καὶ Μωϋσῆς δὲ αὐτοῖς τοῦτο αὐτὸ συνειδὼς, παρῄνει συνεχῶς λέγων· φαγὼν καὶ πιὼν καὶ ἐμπλησθεὶς, πρόσεχε σεαυτῷ, μὴ ἐπιλάθῃ Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου. τοῦτο γοῦν καὶ B ἐγένετο· ἔφαγε γὰρ, φησιν, Ἰακὼβ, καὶ ἐλιπάνθη, καὶ ἐπαχύνθη, καὶ ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπημένος. διόπερ οὐ διὰ τοῦτο χρὴ θαυμάζειν τοὺς ἁγίους, ὅτι τῆς θλίψεως αὐτῆς ἀκμαζούσης, οὕτως ἦσαν εὐλαβεῖς καὶ φιλόσοφοι, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ τοῦ χειμῶνος παρελθόντος καὶ γαλήνης γινομένης, ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἔμενον ἐπιεικείας καὶ σπουδῆς. καὶ ἵππον δὲ ἐκεῖνον θαυμάζειν μάλιστα χρὴ, τὸν χωρὶς χαλινοῦ δυνάμενον εὔρυθμα βαδίζειν. ἂν δὲ κημοῦ καὶ χαλινοῦ κατέχοντος αὐτὸν εὐτακτῇ, θαυμαστὸν οὐδέν· οὐ γὰρ τῇ εὐγενείᾳ τοῦ ζώου, ἀλλὰ τῇ ἀνάγκῃ τοῦ χαλινοῦ, τὴν εὐταξίαν λογίσασθαι C χρή. τοῦτο καὶ ἐπὶ ψυχῆς ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι φόβου μὲν ἐπικειμένου ἠρεμεῖν, θαυμαστὸν οὐδέν· ὅταν δὲ παρέλθωσιν οἱ πειρασμοὶ, καὶ τὸν χαλινὸν τοῦ φόβου περιέλῃ τις, τότε μοι δεῖξον φιλοσοφίαν ψυχῆς, καὶ τὴν εὐταξίαν ἅπασαν. ἀλλὰ φοβοῦμαι μὴ βουλόμενος Ἰουδαίων κατηγορεῖν, τῆς ἡμετέρας κατηγορήσω πολιτείας. ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς ἡνίκα ἐσαλευόμεθα ἀπό τε λιμοῦ, καὶ λοιμοῦ, καὶ χαλάζης, καὶ ἀβροχίας, καὶ ἐμπρησμῶν, καὶ ἐπαναστάσεως ἐχθρῶν, οὐχὶ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ἡ ἐκκλησία τῷ πλήθει τῶν συναγομένων ἐστενοχωρεῖτο, καὶ πολλή τις ἦν ἡμῖν ἡ φιλοσοφία καὶ ὑπεροψία τῶν βιωτικῶν πραγμάτων, καὶ οὔτε χρημάτων D πόθος, οὔτε δόξης ἐπιθυμία, οὔτε ὄρεξις καὶ ἔρως ἀσελγείας, οὔτε ἄλλος τις λογισμὸς πονηρὸς τότε ἠνώχλει, ἀλλὰ πάντες εἰς θεοσέβειαν ἑαυτοὺς ἐπεδώκατε, μετὰ δεήσεως καὶ δακρύων. καὶ ὁ πόρνος μὲν ἐσωφρόνει τότε· ὁ δὲ μνησίκακος ἐπὶ τὰς καταλλαγὰς ἔτρεπεν· ὁ πλεονέκτης πρὸς ἐλεημοσύνην ἐκάμπτετο· ὁ ὀργίλος καὶ θρασὺς εἰς ταπεινοφροσύνην, καὶ πραότητα μετεβάλλετο· καὶ ἐπὰν ὁ Θεὸς τὴν ὀργὴν ἐκείνην διεσκέδασε, καὶ τὸν χειμῶνα παρήγαγε, καὶ γαλήνην ἐποίησεν ἐκ τοσούτων κυμάτων, εἰς E τὰς προτέρας πάλιν ἐπανήλθομεν προλήψεις. καίτοι γε οὐκ ἐπαυόμην τότε παρ᾽ αὐτὸν τὸν καιρὸν τῶν πειρασμῶν προλέγων ταῦτα, καὶ προδιαμαρτυρόμενος, ἀλλ᾽ ὅμως οὐδὲν ἡμῖν ἐγένετό τι πλέον· ἀλλ᾽ ὡς ὄναρ καὶ σκιὰν παρελθοῦσαν, οὕτως ἅπαντα ἐκεῖνα τῆς διανοίας ἐξεβάλετε. διὰ δὴ τοῦτο δέδοικα νῦν μᾶλλον ἢ τότε, καὶ ὃ τότε ἔλεγον, νῦν δέδοικα μειζόνως, μὴ χαλεπώτερα τῶν προτέρων ἐπισπασώμεθα κακὰ, καὶ τότε δεξώμεθα πληγὴν ἀνίατον ἐκ τοῦ Θεοῦ. ὅτε γὰρ τις συνεχῶς ἁμαρτάνων συγγνώμης τυγχάνει παρὰ τοῦ Θεοῦ, εἶτα μηδὲν ἀπὸ τῆς ἀνεξικακίας ταύτης κερδάνῃ ὁ ἄνθρωπος εἰς τὴν τῆς κακίας ἀπαλλαγὴν, λοιπὸν τοῦτον παρασκευάζει, ὥστε καὶ μὴ βουλόμενον

βουλόμενον αὐτὸν τὸν κολοφῶνα τῶν κακῶν ἐπαγαγεῖν, καὶ ἐκτρίψαι αὐτὸν τέλεον, καὶ μηκέτι δοῦναι μετανοίας ἵνα προθεσμίαν, ὃ καὶ ἐπὶ τοῦ Φαραὼ συνέβη. ἐπειδὴ γὰρ προτέρᾳ, καὶ δευτέρᾳ, καὶ τρίτῃ, καὶ τετάρτῃ, καὶ ταῖς μετ' ἐκείνας πληγαῖς, πολλῆς ἀπήλαυσε μακροθυμίας παρὰ τοῦ θεοῦ, οὐδὲν ἐντεῦθεν αὐτῷ τι χρήσιμον, ἐξετρίβη λοιπὸν καὶ ἠφανίσθη μετὰ τῆς πόλεως ἄρδην. τοῦτο καὶ Ἰουδαῖοι πεπόνθασι. διὸ καὶ Χριστὸς μέλλων αὐτοὺς ἀφανίζειν καὶ ἐρημίαν ἐπάγειν αὐτοῖς ἀδιόρθωτον, οὕτως ἔλεγε· ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, καὶ οὐκ ἠθελήσατε; ἰδοὺ ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. δέδοικα οὖν μὴ καὶ ἡμεῖς τὰ αὐτὰ πάθωμεν, ὅτι οὔτε τοῖς ἀλλοτρίοις, οὔτε τοῖς ἡμετέροις σωφρονιζόμεθα κακοῖς. οὐ πρὸς ὑμᾶς δὲ μόνον λέγω ταῦτα τοὺς νῦν παρόντας, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἀπερραγέντας τῆς καθημερινῆς σπουδῆς, καὶ τῶν προτέρων θλίψεων ἐπιλελησμένους· πρὸς οὓς οὐ διέλιπον ἀεὶ διαρρηγνύμενος, καὶ λέγων· ὅτι εἰ καὶ παρῆλθον οἱ πειρασμοὶ, μενέτω ἐν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν τῶν πειρασμῶν ἡ μνήμη· ἵνα καὶ τῆς εὐεργεσίας συνεχῶς μνημονεύοντες, διηνεκῶς εὐχαριστῶμεν τῷ ταύτην παρασχόντι θεῷ.

Ταῦτα καὶ τότε ἔλεγον, καὶ νῦν λέγω ὑμῖν, καὶ δι' ὑμῶν ἐκείνοις· μιμησώμεθα τοὺς ἁγίους, οἵτινες οὔτε ὑπὸ τῶν θλίψεων κατεπόθησαν, οὔτε ἀπὸ τῆς ἀνέσεως χαυνότεροι γεγόνασιν· ὅπερ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων νῦν πάσχομεν, καθάπερ τὰ κοῦφα τῶν πλοίων ὑπὸ πάσης περιστάσεως κυμάτων περιαντλούμενα βαπτίζεται. καὶ γὰρ πενία πολλάκις ἡμῖν ἐπελθοῦσα ἐβάπτισε, καὶ ὑποβρυχίους ἡμᾶς ἐποίησε, καὶ πλοῦτος προσγινόμενος, πάλιν ἐφύσησεν ἡμᾶς, καὶ εἰς ἐσχάτην ὀλιγωρίαν ἐνέβαλε. διὸ παρακαλῶ παραλιπόντες ἅπαντα, τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς ῥυθμίσωμεν πρὸς σωτηρίαν ἕκαστος ἡμῶν· ταύτης γὰρ καλῶς διακειμένης, ὅπερ ἂν ἐμπέσῃ τῶν δεινῶν, κἂν λιμὸς, κἂν νόσος, κἂν συκοφαντία, κἂν χρημάτων διαρπαγὴ, κἂν ὅτι ἄλλο οὖν, φορητὸν ἔσται καὶ κοῦφον, διὰ τὴν τοῦ δεσπότου ἐντολὴν, καὶ τὴν εἰς αὐτὸν ἐλπίδα. ὥσπερ πάλιν τῆς ψυχῆς πρὸς τὸν θεὸν οὐκ ἐχούσης καλῶς, κἂν πλοῦτος ἐπιρρέῃ, κἂν παῖδες παρῶσι, κἂν μυρίων ἀπόλαυσις ᾖ χρημάτων, ἀθυμίας πολλὰς ἐπισπάσεται ὁ τοιοῦτος καὶ φροντίδας. μὴ τοίνυν πλοῦτον ζητῶμεν, μὴ πενίαν φεύγωμεν, ἀλλὰ πρὸ πάντων τῆς ἑαυτῶν ἐπιμελώμεθα ψυχῆς ἕκαστος, καὶ ποιῶμεν ἐπιτηδείαν αὐτὴν πρός τε τὴν τοῦ παρόντος βίου οἰκονομίαν, καὶ πρὸς τὴν ἐντεῦθεν ἐκεῖσε ἀποδημίαν. ἔτι γὰρ μικρὸν, καὶ ἡ δοκιμασία ἑκάστου ἡμῶν γενήσεται, ἡνίκα πάντες παραστῶμεν τῷ φοβερῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, περιβεβλημένοι τὰς ἑαυτῶν πράξεις, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν ὁρῶντες, τοῦτο μὲν τὰ δάκρυα τῶν ὀρφανῶν, τοῦτο δὲ, τὰς αἰσχρὰς ἀσελγείας, ἐν αἷς ἐμιάναμεν τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς, τοῦτο δὲ, τοὺς στεναγμοὺς τῶν χηρῶν, τοῦτο δὲ, τοὺς κονδυλισμοὺς τῶν πενήτων, τὰς ἁρπαγὰς τῶν πτωχῶν. οὐ μόνον δὲ ταῦτα, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια, ἀλλ' εἴ τι καὶ ἐν διανοίᾳ ἄτοπον διεπράξαμεν, ὅτι αὐτός ἐστιν ἐνθυμήσεων δικαστὴς, καὶ ἐννοιῶν κριτής· καὶ πάλιν, ἐτάζων καρδίας καὶ νεφροὺς, καὶ ἀποδιδοὺς

A ut vel invito illi malorum colophonem immittat, eumque penitus conterat, neque ultra illi inducias ad pœnitentiam concedat, quod & ipsi Pharaoni contigit. Ubi enim priori, secunda, tertia, quarta aliisque sequentibus plagis, Dei longanimitatem expertus, nihil hinc utilitatis accepisset, attritus demum est cum tota civitate, funditusque deletus. Idipsum & Judæi passi sunt. Quamobrem Christus cum eos perditurus, vastitatemque ipsis perpetuam inducturus esset, sic dicebat: *Quoties volui congregare filios tuos & noluistis? Ecce relinquetur domus vestra deserta:* Timeo igitur ne nos quoque eadem ipsa patiamur, quia B nec alienis, nec nostris malis ad meliorem frugem reducimur. Non vobis solum nunc præsentibus hæc dico; sed iis etiam, qui a quotidiana diligentia abstracti sunt, & priorum calamitatum obliti: quos non cessabam semper, me ipsum quasi disrumpens sic alloqui: Etiamsi tentationes transierint, maneat in animis vestris tentationum memoria, ut beneficii frequenter recordantes, gratias perpetuo referamus illud conferenti Deo. Luc. 13. 34.

3. Hæc & tunc dicebam, & nunc dico C vobis, ac per vos illis. Imitemur sanctos, qui neque a calamitatibus absorpti sunt, neque secundis rebus molliores evasere: ut complures hominum nunc facimus; sicut leviores cymbæ, quæ qualibet procellarum ingruente vi circumventæ demerguntur. Nam sæpe paupertas ingruens nos in profundum dejecit, ac demersit: iterumque affluentes divitiæ nos inflaverunt, & in extremam deduxere negligentiam. Quapropter rogo omnia relinquentes, animas nostras ad salutem singuli componamus: hac enim bene sese habente, quodcum- D que ingruet mali, sive fames, seu morbus, seu sycophantia, seu pecuniarum direptio, seu aliud quidvis, tolerabile erit ac leve, propter Domini præceptum, ac spem, quam in illum habemus: quemadmodum rursus animâ erga Deum non recte dispositâ, etsi divitiæ affluant, adsint liberi, immensaque pecunia, magnos sibi mœrores, & solicitudines attrahet is, qui illorum potitur. Ne itaque divitias quæramus, ne paupertatem fugiamus: sed præ omnibus nostram singuli curemus animam, eamque idoneam paremus tum ad E præsentis vitæ dispensationem, tum ad profectum ex hac vita ad futuram. Adhuc enim modicum, & probatio uniuscujusque nostrûm fiet, cum omnes adstabimus ante horrendum illud tribunal Christi propriis actionibus circumdati, & propriis videntes oculis, hinc lacrymas pupillorum, inde turpes lascivias, quibus animas nostras inquinavimus; itemque viduarum gemitus, inopum colaphos, rapinas pauperum. Non hæc autem solum & his similia; sed etiam si quid pravum mente fecimus: quoniam ipse est, *cogitationum discretor, & intentionum judex:* ac rursum, *scrutans corda & renes*, &c, *reddens unicuique secundum opus*

Sancti neque ærumnis, neque secundis rebus franguntur.

Hebr. 4. 20.
Psal. 7. 01.
Mat. 16. 27.

suum. Hic porro sermo non eos solum respicit, qui in sæculo vivunt, sed etiam eos, qui monasticæ vitæ causa tuguria sibi in montibus struxerunt: quia non modo corpora sua ab omni fornicationis labe pura servent oportet, sed & animam ab omni Satanica habendi cupiditate. Non enim mulieres tantum alloquitur Paulus Apostolus, sed etiam viros universamque Ecclesiam, cum dicit animam in virginitate per-
1.Cor.7.34. severantem oportere sanctam esse corpore
2.Cor.11.2. & spiritu; ac rursum, *Exhibete corpora ves-*
Ephes.5.27. *tra virginem castam.* Castam quomodo? *non*
Matt.25.8. *habentem maculam vel rugam.* Quandoquidem virgines illæ, quæ exstinctas habebant lampades, virgines erant corpore, sed non corde puræ. Verum tametsi vir eas non corruperat, at pecuniarum amor corruperat. Corpus earum purum erat, sed anima adulterio admodum plena, pravis cogitationibus eas occupantibus, pecuniæ item amore, inhumanitate, ira, invidia, desidia, oblivione, superbia, omnibus pariter virginitatis earum dignitatem labefactan-
1.Cor.7.34. tibus. Ideo dicebat Paulus: *Ut virgo sit*
2.Cor.11.2. *sancta corpore & spiritu:* & iterum, *Virginem castam exhibere Christo.* Quemadmodum enim corpus a mœchis corrumpitur, ita & anima a Satanicis cogitationibus fœdatur, a corruptis dogmatibus, ab absur-
Vera virginitas quid. dis cogitationibus. Nam qui dicit, Virgo sum corpore, animâ vero invidet fratri, hic virgo non est: virginitatem enim ejus vitiavit livoris commixtio. Item inanis gloriæ appetens, non est virgo: virginitatem quippe ejus corrupit livoris cupido: etenim morbus ille animi ingressus, ejus virginitatem solvit. Qui vero odit fratrem suum, ille homicida potius, quam virgo est. Utque summatim dicam, quisque eo, quo tenetur animi morbo, virginitatem suam corrumpit. Idcirco Paulus hasce pravas omnes commixtiones abigit: atque jubet nos ita virgines esse, ut nullam contrariam cogitationem in anima sponte suscipiamus.

4. Quid igitur ad hæc dicemus? quomodo misericordiam consequemur? quomodo salutem? Ego dicam: orationem in corde semper suscipiamus, ejusque fructus, nempe humilitatem, & mansuetudinem;
Matth. 11. 29. *Discite* enim, inquit, *a me quia mitis sum & humilis corde, & invenietis requiem animabus*
Psal.50.19. *vestris,* Rursumque David: *Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non despicict.* Nihil enim ita Deus amplectitur & amat, ut animam mitem & humilem & gratam. Adverte igitur & tu, frater; cum quid inexspectatum tibi acciderit molestiamque crearit, ne ad homines confugias, ne ad mortale auxilium respicias; sed omnes transcurrens, mente tua ad animarum medicum te confer. Nam ipse solus cordi medelam afferre potest,
Psal.32.15. qui finxit singillatim corda nostra, & intelligit omnia opera nostra: ipse potest in conscientiam nostram ingredi, mentem tangere, animamque cohortari: quod si

A ἑκάστῳ κατὰ τὸ ἔργον αὐτοῦ. ἔστι δέ μοι ὁ λόγος, οὐ πρὸς τοὺς ἐν τῷ βίῳ ἐξεταζομένους μόνον ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἐν τοῖς ὄρεσιν τὰς ἑαυτῶν καλύβας πηξαμένους, τοῦ μοναδικοῦ ἕνεκεν βίου· ὅτι οὐ μόνον τὰ σώματα αὐτῶν οἱ τοιοῦτοι φυλάττειν ὀφείλουσιν ἀπὸ μολυσμοῦ πορνείας, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν ἀπὸ πάσης Σατανικῆς πλεονεξίας. οὐ γὰρ γυναιξὶ μόνον διαλέγεται ὁ ἀπόστολος Παῦλος, ἀλλὰ καὶ ἀνδράσι καὶ ὁλοκλήρῳ τῇ ἐκκλησίᾳ, ὅτι, φησὶ, τὴν παρθενευομένην ψυχὴν εἶναι δεῖ ἁγίαν καὶ σώματι, καὶ πνεύματι· καὶ πάλιν, παραστήσατε τὰ σώματα ὑμῶν παρθένον ἁγνήν. ἁγνὴν δὲ πῶς; μὴ ἔχουσαν B σπίλον ἢ ῥυτίδα. ἐπεὶ κἀκεῖναι αἱ παρθένοι αἱ τὰς λαμπάδας ἔχουσαι ἐσβεσμένας, παρθένοι ἦσαν τῷ σώματι, ἀλλ' οὐχ ἁγναὶ τῇ καρδίᾳ· ἀλλ' εἰ καὶ μὴ ἀνὴρ αὐτὰς διέφθειρε, ἀλλ' ὁ τῶν χρημάτων διέφθειρεν ἔρως. τὸ σῶμα αὐτῶν ἦν καθαρὸν, ἀλλ' ἡ ψυχὴ αὐτῶν πολλῆς ἦν ἐμπεπλησμένη τῆς μοιχείας, πονηρῶν λογισμῶν εἰς αὐτὰς χωρησάντων, τῆς τε φιλοχρηματίας, καὶ ἀσπλαγχνίας, καὶ ὀργῆς, καὶ φθόνου, καὶ ἀργίας, καὶ λήθης, καὶ ὑπερηφανίας, λυμαινομένων πάντων τὴν σεμνότητα τῆς παρθενίας αὐτῶν. διὸ καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγεν· ἵνα ἡ παρθένος ᾖ ἁγία, καὶ σώματι, καὶ πνεύματι· καὶ πάλιν· παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ. ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα ὑπὸ μοιχῶν δια- C φθείρεται, οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ ὑπὸ λογισμῶν Σατανικῶν μιαίνεται, ὑπὸ δογμάτων διεφθαρμένων, ὑπὸ νοημάτων ἀτόπων. ὁ γὰρ λέγων, παρθένος εἰμὶ τῷ σώματι, τῇ δὲ ψυχῇ φθονεῖ τῷ ἀδελφῷ, οὗτος οὐκ ἔστι παρθένος. τὴν γὰρ παρθενίαν αὐτοῦ διέφθειρεν ἡ τοῦ φθόνου μίξις. πάλιν ὁ κενόδοξος, οὐκ ἔστι παρθένος· τὴν γὰρ παρθενίαν αὐτοῦ διέφθειρεν ὁ τῆς βασκανίας ἔρως. τὸ γὰρ πάθος εἰσελθὸν τῆς ψυχῆς, ἔλυσεν αὐτοῦ τὴν παρθενίαν. ὁ δὲ μισῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, οὗτος ἀνθρωποκτόνος ἐστὶ, μᾶλλον ἢ παρθένος. καὶ ἁπαξαπλῶς, ἕκαστος εἰς ὃ κρατεῖται πάθος πονηρὸν, ἐν τούτῳ τὴν παρθενίαν αὐτοῦ διαφθείρει. διὰ D τοῦτο ὁ Παῦλος πάσας τὰς πονηρὰς ταύτας ἐξώρισε μίξεις, καὶ κελεύει παρθένους ἡμᾶς εἶναι οὕτως, ὡς μηδένα λογισμὸν ἐναντίον παραδέχεσθαι ἑκουσίως τῇ ψυχῇ.

Τί οὖν πρὸς ταῦτα λέγωμεν; πῶς ἐλεηθῶμεν; πῶς σωθῶμεν; ἐγὼ λέγω· τὴν εὐχὴν ἐν τῇ καρδίᾳ ἀναλάβωμεν πάντοτε, καὶ τοὺς ταύτης καρπούς, λέγω τὴν ταπεινοφροσύνην καὶ πραότητα. μάθετε γάρ, φησιν, ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. καὶ πάλιν ὁ Δαυίδ· θυσία τῷ θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον, καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ θεὸς οὐκ ἐξουδενώσει. οὐδὲν γὰρ οὕ- E τως ἀποδέχεται ὁ θεὸς, καὶ ἀγαπᾷ, ὡς ψυχὴν πρᾶον καὶ ταπεινόφρονα καὶ εὐχάριστον. βλέπε οὖν καὶ σὺ ἀδελφὲ, ἐπὰν ἴδῃς τι τῶν ἀδοκήτων περιπεσὸν καὶ ἐνοχλοῦν σοι, μὴ πρὸς ἀνθρώπους καταφύγῃς, καὶ πρὸς θνητὴν ἴδῃς βοήθειαν, ἀλλὰ πάντας παραδραμὼν ἀνάδραμε τῇ διανοίᾳ σου πρὸς τὸν τῶν ψυχῶν ἰατρόν. καρδίαν γὰρ θεραπεῦσαι ἐκεῖνος μόνος δύναται ὁ πλάσας καταμόνας τὰς καρδίας ἡμῶν, καὶ συνιεὶς πάντα τὰ ἔργα ἡμῶν, αὐτὸς δύναται εἰς τὸ συνειδὸς ἡμῶν εἰσελθεῖν, καὶ τῆς διανοίας ἅψασθαι, καὶ παρακαλέσαι τὴν ψυχήν. ἐὰν δὲ ἐκεῖνος

μὴ παρακαλέσῃ τὰς καρδίας ἡμῶν, τὰ παρὰ ἀνθρώπων περιττὰ καὶ ἀνόνητα· ὥσπερ πάλιν τοῦ θεοῦ παρακαλοῦντος καὶ παραμυθουμένου, κἂν μυρία ἄνθρωποι παρενοχλῶσιν, οὐδὲ εἰς τὸ τυχὸν ἡμᾶς παραβλάψαι δυνήσονται. ὅταν γὰρ ἐκεῖνος στερεώσῃ καρδίαν, οὐδεὶς αὐτὴν διασεῖσαι δύναται. ταῦτα οὖν εἰδότες, ἀγαπητοί, ἀεὶ πρὸς τὸν θεὸν καταφεύγωμεν, τὸν καὶ βουλόμενον, καὶ δυνάμενον λῦσαι ἡμῶν τὰς συμφοράς. ἀνθρώποις μὲν γὰρ ὅταν δέῃ παρακαλέσαι, καὶ πυλωροῖς ἡμᾶς συντυχεῖν ἀνάγκη πρότερον, καὶ παρασίτους καὶ κόλακας παρακαλέσαι, καὶ ὁδὸν πολλὴν ἀπελθεῖν· ἐπὶ δὲ τοῦ θεοῦ οὐδὲν τοιοῦτόν ἐστιν, ἀλλὰ χωρὶς μεσίτου παρακαλεῖται, χωρὶς χρημάτων, χωρὶς δαπάνης ἐπινεύει τῇ δεήσει. ἀρκεῖ μόνον βοῆσαι τῇ καρδίᾳ, καὶ δάκρυα προσενέγκαι, καὶ εὐθέως εἰσελθὼν αὐτὸν ἐπισπάσῃ. καὶ ἄνθρωπον μὲν παρακαλοῦντες πολλάκις δεδοίκαμεν, μή τις τῶν ἐχθρῶν παρὼν, ἢ φίλος, ἤ τις τῶν ἀντιδίκων ἀκούσῃ τοῦ πράγματος, καὶ ἄλλος ἐκφάνῃ τὰ λεγόμενα, καὶ διαφθείρῃ τὸ δίκαιον· ἐπὶ δὲ τοῦ θεοῦ, οὐδὲν τούτων ὑποπτεῦσαι ἔνι. ὅταν γὰρ βούλῃ με, φησὶ, παρακαλέσαι, μόνος μοι πρόσελθε μηδενὸς παρόντος, τουτέστι, τῇ καρδίᾳ βόησον, μὴ κινοῦν τὰ χείλη. εἴσελθε γὰρ, φησὶν, εἰς τὸ ταμεῖόν σου· ἀπόκλεισον τὴν θύραν σου, καὶ πρόσευξαι τῷ πατρί σου τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ, καὶ ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ. ὅρα τιμῆς ὑπερβολήν· ὅταν με παρακαλῇς, φησὶ, μηδεὶς βλεπέτω· ὅταν δὲ ἐγώ σε τιμῶ, τὴν οἰκουμένην φέρω μάρτυρα τῆς εὐεργεσίας. πειθώμεθα τοίνυν, καὶ μὴ πρὸς ἐπίδειξιν εὐχώμεθα, μηδὲ κατὰ τῶν ἐχθρῶν τῶν ἡμετέρων, καὶ μὴ τὸν τρόπον τῆς βοηθείας διδάσκωμεν αὐτόν. εἰ γὰρ ἀνθρώποις τοῖς συνηγοροῦσι καὶ ῥητορεύουσιν ἐπὶ τῶν ἔξωθεν δικαστῶν τὰ πράγματα τὰ ἡμέτερα λέγομεν μόνον, τὸν δὲ τρόπον τῆς συμμαχίας ἐκείνοις καταλιμπάνομεν, ὅπως ἂν βούλοιντο διαθεῖναι τὰ ἡμέτερα, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τοῦ θεοῦ τοῦτο χρὴ ποιεῖν. εἶπες αὐτῷ τὴν δίκην τὴν σὴν, εἶπες ἅπερ ἔπαθες; μηκέτι λέγε τὸ καὶ πῶς βοηθῆσαι· αὐτὸς γὰρ οἶδεν ἀκριβῶς τὸ συμφέρον σοι. εἰσὶ δὲ πολλοὶ οἵτινες μυρίους στίχους ἀπαγγέλλουσι τῆς εὐχῆς ἕνεκεν λέγοντες· κύριε δός μοι ὑγίειαν σώματος, διπλασίασόν μου τὰ ὑπάρχοντα, ἄμυνόν μου τὸν ἐχθρόν· ὅπερ πολλῆς ἀλογίας ἐστὶ πεπληρωμένον. διὸ χρὴ ταῦτα πάντα ἀφέντας ἱκετεύειν καὶ παρακαλεῖν μόνον κατὰ τὸν τελώνην τὸν λέγοντα· ὁ θεὸς ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ. καὶ αὐτὸς οἶδε λοιπὸν πῶς σου ἀντιλάβηται. ζητεῖτε γὰρ, φησὶ, πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν. οὕτως οὖν, ἀγαπητοὶ, φιλοσοφῶμεν μετὰ πόνου καὶ ταπεινώσεως, τύπτοντες ἑαυτῶν τὰ στήθη, καθάπερ ἐκεῖνος, καὶ ἐπιτευξόμεθα, ὧνπερ αἰτοῦμεν. ἐὰν δὲ θυμοῦ καὶ ὀργῆς πεπληρωμένοι προσευχώμεθα, βδελυκτοὶ καὶ μισητοὶ παρὰ θεῷ εὑρισκόμεθα. συντρίψωμεν οὖν ἡμῶν τὴν διάνοιαν, καὶ ταπεινώσωμεν ἡμῶν τὰς ψυχὰς, καὶ εὐχώμεθα ὑπέρ τε ἑαυτῶν, καὶ ὑπὲρ τῶν λυπησάντων ἡμᾶς. εἰ γὰρ βούλει τὸν δικαστὴν ἐπισπάσασθαι πρὸς βοήθειαν τῆς σῆς ψυχῆς, καὶ τοῦ σοῦ μέρους αὐτὸν ποιῆσαι, μηδέποτε αὐτῷ ἐντύγχανε κατὰ τοῦ λε-

A ipse non cohortetur corda nostra, quæ ab hominibus accedent, superflua & inutilia erunt: quemadmodum vicissim Deo cohortante & consolante, etiamsi sexcentas homines molestias creaverint, ne minimum quidem nobis nocere poterunt. Cum enim ille cor nostrum firmaverit, nemo illud exagitare valebit. Hæc cum sciamus, dilecti, ad Deum semper confugiamus, qui vult & potest calamitates solvere nostras. At enim quando homines exorare oportet, ostiarios prius alloqui necesse nobis est, parasitos item adulatoresque precari, multumque itineris capessere. Apud Deum vero nihil simile, sed sine intercessore exorabilis (Quam facilis ad Deum aditus.)
B est, sine pecuniis, sine sumtibus, petitioni annuit. Sufficit solo corde clamare, & lacrymas offerre, & statim ingressus, eum attraxeris. At hominem cum rogamus, sæpe metuimus, ne quis ex inimicis, aut amicus eorum, aut adversarius quispiam rem audiat, aliusve referat ea, quæ dicta sunt, & jus pervertat: in Deo autem nihil tale suspicari licet. Cum enim me volueris precari, inquit, solus accede nemine præsente; id est, corde clama, neque labia movens: nam *intra*, inquit, *in cubiculum tuum*, (Matt. 6. 6.) *claude ostium tuum*, *& ora patrem tuum*, *qui*
C *est in abscondito*: *& pater tuus*, *qui videt in abscondito*, *reddet tibi in publico*. Vide honoris excellentiam. Cum me rogas, inquit, nemo videat: cum autem te honore afficio, orbem evoco beneficii testem. Obtemperemus ergo, neque ad ostentationem precemur, neque contra inimicos nostros, neu modum auxilii doceamus eum. Nam si causidicis & rhetoribus apud forenses judices tractanda negotia nostra dicimus tantum, modum autem defensionis ipsis relinquimus, ut pro lubito res nostras disponant: multo magis erga Deum ita faciendum est.
D Dixisti ei causam tuam, dixisti quæ passus es? cave dicas illi quo pacto tibi auxilium sit ferendum; ille quippe novit quid tibi competat. Sunt autem plurimi, qui mille versus inter orandum proferunt, dicuntque: Domine da mihi corporis sanitatem, duplo plures, quam habeo, facultates, ulciscere inimicum meum: quod est ingenti plenum absurditate. Quamobrem his omnibus omissis ita orandum precandumque est, ut publicanus ille, qui dicebat: *Deus* (Luc. 18. 13.) *propitius esto mihi peccatori*: & ipse novit quo pacto tibi sit opitulandum: nam *quærite*, (Matt. 6. 33.) inquit, *primum regnum Dei*, *& hæc omnia adjicientur vobis*. Sic itaque, dilecti, cum la-
E bore & humilitate philosophemur, percutientes pectora nostra, quemadmodum ille: & quæ petimus consequemur. Sin ira furoreque pleni precemur, abominabiles & odiosi apud Deum reperiemur. Conteramus igitur mentem nostram, humiliemus animas nostras, precemurque pro nobis, proque iis qui nos molestia affecerunt. Si namque velis judicem ad auxilium animæ tuæ demulcere, & ad tuas partes attrahere, numquam eum contra adversarium

A tuum compellaveris. Etenim judicis illius talis est mos: illis maxime annuit & postulata concedit, qui pro inimicis orant, qui non sunt injuriæ memores, qui contra inimicos suos non efferuntur. Et quanto magis hi se ita gerunt, tanto magis Deus eorum inimicos ulciscitur, nisi ad pœnitentiam convertantur.

5. Videte ergo, fratres, ne injuria a quopiam lacessiti statim indignemur & in tristitiam labamur, sed philosophantes gratias agamus, exspectantes auxilium Domini. Annon poterat Deus ante precationem bona nobis conferre? Annon vitam dolore
B vacuam concedere, atque a quavis ærumna vacuam? Sed utraque ille summo amore facit. Cur enim nos vexari permittit, nec illico auxilium admovet? Qua de causa? Ut ipsum assidue adeamus, ejus postulantes opem, ad ipsumque confugiamus, & frequenter ipsum ad auxilium vocemus. Ideo corporis dolores, ideo penuriæ fructuum, ideo fames: ut ex his ærumnis ab illo semper pendeamus, atque sic per temporales ærumnas vitam æternam in hereditatem consequamur. Itaque pro his etiam Deo gratias agere debemus, qui multis modis sanitatem & salutem confert anima-
C bus nostris. Homines enim si minimum quidpiam nobis beneficii contulerint, iisque postea vel inviti aliquantulum molestiæ afferamus, statim exprobrant beneficium, ita ut multi sibi ipsis maledicant, quod ab iis beneficium quodvis acceperint. Deus vero non sic: sed etiamsi statim post collata beneficia contemnatur afficiaturque contumelia, adhuc sese purgat, rationesque init cum iis, qui se injuria affecerunt, his verbis: *Popule meus, quid feci tibi?* Ipsi nolebant eum vocare Deum, ille vero non cessabat ipsos populum suum nominare: ipsi dominium detrectabant: ille vero non
D negabat eos, sed ut suos tractabat, & ad se trahebat dicens, *Popule meus quid feci tibi?* An tibi onerosus fui, inquit, an gravis & molestus? at hoc non potes dicere. Quin etiamsi hoc esset, neque sic oportuit resilire. *Quis enim est filius, quem pater non corrigat?* Attamen hoc non potestis dicere. Et iterum alibi: *Quod invenerunt patres vestri in me delictum?* Magnum & mirabile dictum: quod enim dicit hujusmodi est; *Quid peccavi?* inquit Deus hominibus. *Quid peccavi?* quod neque servi a dominis dici concedunt. Neque dicit, Quid peccavi in
E vos; sed, in patres vestros. Verum neque hoc, ait, potestis dicere, quod paternam erga me inimicitiam servetis. Neque enim progenitores vestros permisi umquam providentiam meam incusare, in parvo aut magno despiciens eos. Neque simpliciter dixit: Quid habuerunt patres vestri, sed, *quid invenerunt?* Quamvis multa quæsierint, multa circumquaque moverint tot annis meo sub imperio degentes, nullum invenerunt in me delictum. Igitur horum omnium causa frequenter ad eum confugiamus, & in omni mœrore consolationem

Cur Deus nos assidue vexari permittat.

Mich. 6. 3.

Heb. 12. 7.

Jer. 2. 5.

λυπηκότος. τοιοῦτος γάρ ἐστι τοῦ δικαστοῦ ὁ τρόπος· ἐκείνοις μάλιστα ἐπινεύει καὶ δίδωσι τὰ αἰτήματα τοῖς ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν εὐχομένοις, τοῖς μὴ μνησικακοῦσι, τοῖς μὴ ἐπαιρομένοις τοῖς ἐχθροῖς αὐτῶν. καὶ ὅσον οὗτοι ποιοῦσι τοῦτο, τοσοῦτον ἐκείνοις ὁ θεὸς ἐπεξέρχεται, ἐὰν μὴ μεταβληθῶσιν εἰς μετάνοιαν.

Βλέπετε οὖν ἀδελφοὶ, ὅταν τις ἀτιμία ὑμῖν ἐπενεχθῇ παρά τινος, μὴ εὐθέως δυσχεράνωμεν καὶ ἀθυμῶμεν, ἀλλ' εὐχαριστῶμεν φιλοσοφοῦντες, καὶ ἀναμένοντες τὴν βοήθειαν τοῦ κυρίου. μὴ γὰρ οὐκ ἠδύνατο ὁ θεὸς πρὸ τῆς αἰτήσεως διδόναι ἡμῖν τὰ ἀγαθά; μὴ βίον ἡμῖν ἀνώδυνον χαρίσασθαι, καὶ πάσης θλίψεως κεχωρισμένον; ἀλλὰ ἀμφότερα ἀπὸ φίλτρου ποιεῖ. τί γὰρ παραχωρεῖ θλιβῆναι ἡμᾶς, καὶ οὐκ ἐπάγει ταχέως ἀπαλλαγήν; διὰ τί; ἵνα αὐτῷ προσεδρεύωμεν ἀντεχόμενοι τῆς παρ' αὐτοῦ βοηθείας, καὶ αὐτῷ προσφεύγωμεν, καὶ συνεχῶς αὐτὸν καλῶμεν εἰς ἀντίληψιν ἡμῶν. διὰ τοῦτο οὖν ἀλγηδόνες σώματος, διὰ τοῦτο ἀφορίαι καρπῶν, διὰ τοῦτο λιμοί· ἵνα ἀπὸ τῶν θλίψεων τούτων, πάντοτε πρὸς αὐτὸν ἐκκρεμώμεθα, καὶ οὕτω διὰ τῶν προσκαίρων θλίψεων τὴν αἰώνιον ζωὴν κληρονομήσωμεν. ὥστε οὖν καὶ ὑπὲρ τούτων εὐχαριστεῖν ὀφείλομεν τῷ θεῷ, τῷ διὰ πολλῶν μεθοδειῶν ἰωμένῳ καὶ σώζοντι τὰς ψυχὰς ἡμῶν. ἄνθρωποι μὲν γὰρ ἐὰν τυχὸν εὐεργετήσωσιν ἡμᾶς ποτε, εἶτα ἄκοντες αὐτοὺς λυπήσωμέν τι μικρὸν, εὐθὺς ὀνειδίζουσι τὴν εὐεργεσίαν προφέροντες, ὡς πολλοὺς καταρᾶσθαι ἑαυτοῖς, ὅτι ὅλως παρ' αὐτῶν εὐηργετήθησαν. ὁ δὲ θεὸς οὐχ οὕτως· ἀλλὰ μετὰ τὰς εὐεργεσίας καταφρονούμενος καὶ ὑβριζόμενος, ἀκμὴν καὶ ἀπολογεῖται, καὶ εὐθύνας παρέχει τοῖς ὑβρικόσιν αὐτὸν, οὑτωσὶ λέγων· λαός μου, τί ἐποίησά σοι; αὐτοὶ θεὸν οὐκ ἐβούλοντο αὐτὸν καλεῖν, καὶ αὐτὸς οὐ διέλειπε λαὸν αὐτοὺς ὀνομάζειν· αὐτοὶ παρῃτοῦντο τὴν δεσποτείαν, αὐτὸς δὲ οὐκ ἠρνεῖτο αὐτοὺς, ἀλλ' ᾠκειοῦτο, καὶ πρὸς ἑαυτὸν εἷλκε λέγων· λαός μου τί ἐποίησά σοι; μὴ φορτικὸς σοί, φησιν, ἐγενόμην, οὐ βαρὺς καὶ ἐπαχθής; ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἔχεις εἰπεῖν. εἰ γὰρ καὶ τοῦτο ἦν, οὐδὲ οὕτως ἔδει σε ἀποσκιρτῆσαι. τίς γάρ ἐστιν υἱὸς ὃν οὐ παιδεύει πατήρ; ἀλλ' ὅμως οὐδὲ τοῦτο ἔχετε εἰπεῖν. καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ· τί εὕροσαν οἱ πατέρες ὑμῶν ἐν ἐμοὶ πλημμέλημα; μέγα καὶ θαυμαστὸν τὸ εἰρημένον· ὃ γὰρ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· τί ἥμαρτον φησιν; ὁ θεὸς λέγει τοῖς ἀνθρώποις, τί ἥμαρτον, ὅπερ οὐδὲ δοῦλοι τὸν δεσπότην φθέγξασθαι ἀνέχονται. καὶ οὐ λέγει, τί ἥμαρτον εἰς ὑμᾶς, ἀλλ' εἰς τοὺς πατέρας ὑμῶν. ἀλλ' οὐδὲ τοῦτό, φησιν, ἔχετε εἰπεῖν, ὅτι πατρικὴν εἰς ἐμὲ τηρεῖτε ἔχθραν· οὐδὲ γὰρ τοὺς προγόνους ὑμῶν ἐγκαλέσαι ποτὲ ἀφῆκα τῇ ἐμῇ προνοίᾳ, ἐν μικρῷ ἢ μεγάλῳ περιιδὼν αὐτούς. καὶ οὐκ εἶπεν ἁπλῶς, τί ἔσχον οἱ πατέρες ὑμῶν, ἀλλὰ τί εὗρον; πολλὰ ζητήσαντες, πολλὰ περιελθόντες ἐν τοσούτοις ἔτεσιν ὑπὸ τὴν ἐμὴν ἀρχὴν γενόμενοι, οὐδὲν εὗρον ἐν ἐμοὶ πλημμέλημα. διὰ δὴ ταῦτα πάντα συνεχῶς πρὸς αὐτὸν καταφεύγωμεν, καὶ ἐν πάσῃ ἀθυμίᾳ ζητῶμεν τὴν

παραμυθίαν αὐτοῦ, ἐν πάσῃ συμφορᾷ τὴν αὐτοῦ λύσιν, τὸν αὐτοῦ ἔλεον, ἐν παντὶ πειρασμῷ τὴν αὐτοῦ βοήθειαν. οἷον γὰρ ἐὰν ᾖ δεινὸν, οἷον ἐὰν ᾖ μέγεθος συμφορᾶς, πάντα καὶ λῦσαι καὶ παραγαγεῖν δύναται· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν ἀσφάλειαν, καὶ δύναμιν, καὶ δόξαν ἀγαθὴν, καὶ ὑγίειαν σώματος, καὶ φιλοσοφίαν ψυχῆς, καὶ ἐλπίδας χρηστὰς, καὶ τὸ μὴ ταχέως ἁμαρτάνειν, ἡ ἀγαθότης αὐτοῦ παρέξει ἡμῖν. μὴ οὖν κατὰ τοὺς ἀγνώμονας δούλους γογγύζωμεν, μηδὲ τοῦ δεσπότου κατηγορήσωμεν, ἀλλ' ἐν πᾶσιν εὐχαριστῶμεν, καὶ ἓν μόνον δεινὸν εἶναι νομίζωμεν τὸ εἰς αὐτὸν ἐξαμαρτάνειν. καὶ ἐὰν οὕτως πρὸς τὸν θεὸν διακείμεθα, οὐ νόσος, οὐ πενία, οὐκ ἀτιμία, οὐκ ἀφορία καρπῶν, οὐκ ἄλλο οὐδὲν τῶν δοκούντων εἶναι λυπηρῶν διαδέξεται ἡμᾶς, ἀλλὰ καθαρὰν ἡδονὴν καὶ ἁγνὴν καρπούμενοι διὰ παντὸς, καὶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἐπιτευξόμεθα, διὰ τὴν χάριτος καὶ φιλανθρωπίας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

ejus quæramus, in omni calamitate solutionem ejusque misericordiam, in omni tentatione ejus auxilium; quantumcumque enim malum fuerit, quantacumque calamitatis magnitudo, omnia ille solvere & amovere potest. Neque hoc tantum, sed omnem securitatem, virtutem, veram gloriam, incolumitatem corporis, philosophiam animæ, spem bonam, & ut non facile peccemus, id nobis ejus bonitas conferet. Ne itaque ingratorum servorum more murmuremus, neque Dominum incusemus: sed in omnibus gratias agamus, & unum solum malum esse putemus, nempe in eum peccare. Atque si ita erga Deum affecti simus, non morbus, non paupertas, non ignominia, non sterilitas fructuum, non aliud quidpiam eorum, quæ inter mala computantur, nos excipiet: sed puram castamque voluptatem semper nacti, etiam futura bona consequemur: gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, quîcum Patri gloria, unà cum sancto Spiritu, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΟΜΙΛΙΑ ΕΙΣ ΠΡΟΦΗΤΗΝ Ἰωνᾶν, καὶ Δανιὴλ, καὶ εἰς τρεῖς παῖδας, καὶ περὶ μετανοίας· ἐλέχθη δὲ εἰς τὴν εἴσοδον τῶν ἁγίων νηστειῶν.

ΟΜΙΛΙΑ έ.

Φαιδρὰ σήμερον ἡμῖν ἡ πανήγυρις, καὶ λαμπρότερος τοῦ συνήθους ὁ σύλλογος· τί ποτε ἄρα τὸ αἴτιον; νηστείας τὸ κατόρθωμα τοῦτο· οἶδα κἀγὼ νηστείας οὐχὶ παρούσης, ἀλλὰ προσδοκωμένης. ἐκείνη γὰρ ἡμᾶς πρὸς τὸν πατρῷον συνήγαγεν οἶκον· ἐκείνη καὶ τοὺς πρὸ τούτου ῥαθυμοτέρους, σήμερον πρὸς τὰς [a] μητρικὰς ἐπανήγαγε χεῖρας. εἰ δὲ καὶ προσδοκωμένη μόνον, τοσαύτην ἡμῖν ἐνεποίησε σπουδὴν, φανεῖσα καὶ παραγινομένη πόσην ἐν ὑμῖν ἐργάσεται τὴν εὐλάβειαν; οὕτω καὶ πόλις ἄρχοντος εἰσελαύνειν μέλλοντος φοβεροῦ, πᾶσαν ἀποτίθεται ῥαθυμίαν, καὶ ἐν πλείονι καθίσταται σπουδῇ. ἀλλὰ μὴ πτήξητε φοβερὸν ἄρχοντα τὴν νηστείαν ἀκούσαντες· οὐ γὰρ ὑμῖν ἐστι φοβερὰ, ἀλλὰ τῇ τῶν δαιμόνων φύσει. ἐὰν σεληνιαζόμενος ᾖ τις, δεῖξον αὐτῷ νηστείας πρόσωπον, καὶ τῶν λίθων αὐτῶν ἀκινητότερος μένει τῷ φόβῳ πηγνύμενος, καθάπερ δεσμῷ τινι κατεχόμενος, καὶ μάλιστα ὅταν ἴδῃ τῇ νηστείᾳ συμβεβλημένην τὴν ἀδελφὴν τῆς νηστείας, καὶ ὁμόζυγον, τὴν εὐχήν. διὰ τοῦτο ὁ Χριστός φησι· τὸ γένος τοῦτο οὐκ ἐξέρχεται, εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ. ὅταν οὖν τοὺς πολεμίους τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας οὕτως ἐλαύνῃ, καὶ τοῖς ἐχθροῖς τῆς ζωῆς ἡμῶν οὕτως ᾖ φοβερὰ, φιλεῖν αὐτὴν καὶ ἀσπάζεσθαι, οὐχὶ δεδοικέναι χρή. εἰ γὰρ φοβεῖσθαι δεῖ, μέθην καὶ ἀδηφαγίαν, οὐχὶ νηστείαν φοβεῖσθαι χρή. ἐκείνη μὲν γὰρ ὀπίσω τὰς χεῖρας ἡμῶν δήσασα, τῇ τυραννίδι τῶν παθῶν, καθάπερ τινὶ δεσποίνῃ χαλεπῇ, δούλους καὶ αἰχμαλώτους ἐκδίδωσιν· ἡ δὲ νηστεία δουλεύοντας ἡμᾶς,

EJUSDEM HOMILIA IN JONAM Prophetam, Danielem, & tres pueros, & de pœnitentia. Dicta est autem in sacrorum jejuniorum ingressum.

HOMILIA V.

I. Læta nobis hodie ac festiva celebritas, solitoque illustrior cœtus: quænam ergo causa? Jejunii præclarum opus hoc esse novi, jejunii non præsentis, sed exspectati. Illud namque nos huc ad paternam congregavit domum: illud etiam eos qui antehac pigriores fuerunt, ad maternas reduxit manus. Si vero quod exspectetur solum, tantum studii nobis ingessit, cum apparuerit adveneritque, quantam in nobis venerationem efficiet? Sic & civitas principe tremendo ingressuro, omnem omittit desidiam, majorique excitatur studio. Sed haud timete tremendum principem jejunium audientes: non enim vobis, sed dæmoniorum naturæ tremendum est. Etenim si lunaticus fuerit quis, jejunii ei faciem ostende, atque lapidibus ipsis immobilior manet timore suffocatus, & veluti vinculo quodam detentus: idque potissimum, cum viderit jejunio adjunctam sororem contubernalemque jejunii orationem: ideo Christus dicit: *Hoc genus non ejicitur nisi in oratione & jejunio.* Cum itaque nostræ salutis hostes sic persequatur, atque inimicis vitæ nostræ tam sit timendum: amare & diligere id oportet, non timere. Si enim timendum est, ebrietas & crapula, non jejunium timeri debet. Illa siquidem nostras post terga ligans manus, vitiorum tyrannidi, veluti cuidam pravæ dominæ, servos nos captivosque reddit: jejunium vero servos exsistentes nos, atque

Dæmones jejunium Christianorum metuunt.

Matth. 17. 20.

Collata cum Mss. Regiis 1828. 1829. 2424.

a Savil. & unus Regius, τὰς πατρικὰς

ligatos inveniens, vincula solvit, & tyrannide liberat, pristinamque in libertatem reducit. Igitur quando inimicos nostros expugnat, servituteque nos liberat, atque ad priorem reducit libertatem, quam aliam majorem ejus erga nostrum genus amicitiæ rationem exquiris? etenim maximum amoris indicium id esse videtur, si eosdem nobiscum amet quis, & odio prosequatur. Vis discere, quantus hominibus ornatus sit jejunium, quantum tutamen ac custodia? considera beatum atque admirabile Monachorum genus: hi namque, tumultum sæculi fugientes, atque ad ipsa montium cacumina currentes, tuguria in eremi quiete veluti in tranquillo quodam portu figentes, jejunium ceu commercii vitæque socium susceperunt: quare angelos ex hominibus illos fecit: non illos modo, sed & in urbibus quotquot se tolerantes invenit, ad ipsum philosophiæ culmen evehit. Nam & Moses & Elias Prophetarum in veteri testamento turres, tametsi ex aliis illustres magnique haberentur, ac multa fiducia gauderent: tamen si quando Deum volebant adire & alloqui, quantum homini possibile erat, ad hoc confugiebant, atque per hujus manus ad Deum ducebantur. Idcirco Deus hominem a principio faciens, illico delatum eum jejunii manibus commendavit, veluti piæ amabilique matri, & magistro optimo committens. Nam *ab omni ligno paradisi comedes, de ligno vero scientiæ boni & mali non comedetis*, id species jejunii est. Si autem in paradiso jejunium necessarium fuit, extra paradisum multo magis. Si ante plagam utilis medicina fuerat, multo magis post plagam. Sic necdum bello cupiditatum insurgente, nobis arma fuerant opportuna, multo magis post tantum cupiditatum prælium a dæmonibus nobis illatum, necessarium nobis est jejunii commilitium. Si hanc audisset vocem Adam, nequaquam secundam audisset: *Terra es, & in terram reverteris.* Sed quoniam hanc quidem transgressus est, propterea mors & ærumna, & curæ, & vita omni morte acerbior: propterea spinæ & tribuli, propterea labores & dolores, vitaque angustiis plena.

Monachorum laus.

Gen. 2. 16.

Gen. 3. 19.

2. Vidisti quomodo irascitur Deus jejunio spreto? disce & quomodo lætatur jejunio honorato. Quemadmodum enim jejunio spreto, spernenti supplicium inflixit mortem: sic iterum eodem honorato, de morte revocat. Nam & volens tibi ostendere rei virtutem, potestatem ipsi dedit post sententiam, post abductionem, abductos ad mortem media de via rapere, atque reducere ad vitam, idque non in duobus tribusve, aut viginti hominibus, sed in universo Ninivitarum populo: & urbem magnam admirabilemque ac genibus flexis jacentem, ad ipsum barathrum jam inclinantem caput, venientem desuper plagam accepturam, veluti quædam virtus desuper advolans ex porta mortis

De jejunio lætatur Deus.

A καὶ δεδεμένους εὑροῦσα, λύει τῶν δεσμῶν, ἀπαλλάττει τῆς τυραννίδος, καὶ πρὸς τὴν ἐλευθερίαν ἐπανάγει τὴν προτέραν. ὅταν οὖν καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἡμῶν πολεμῇ, καὶ δουλείας ἀπαλλάττῃ, καὶ πρὸς ἐλευθερίαν ἐπανάγῃ, ποίαν ἑτέραν μείζονα ζητεῖς ἀπόδειξιν τῆς φιλίας αὐτοῦ, τῆς πρὸς τὸ γένος τὸ ἡμέτερον; μεγίστη γὰρ φιλίας ἀπόδειξις εἶναι δοκεῖ, τὸ τοὺς αὐτοὺς ἡμῖν φιλεῖν καὶ μισεῖν. βούλει μαθεῖν, ὅσος κόσμος ἀνθρώποις ἡ νηστεία; ὅση φυλακὴ καὶ ἀσφάλεια; ἐννόησόν μοι τὸ μακάριον καὶ θαυμαστὸν τῶν μοναζόντων γένος. οὗτοι γὰρ τοὺς ἐν μέσῳ θορύβους φυγόντες, καὶ πρὸς τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων
B ἀναδραμόντες, καὶ τὰς καλύβας ἐν τῇ τῆς ἐρημίας ἡσυχίᾳ, καθάπερ ἐν εὐδιεινῷ τινι λιμένι πηξάμενοι, ταύτην συνέμπορον καὶ κοινωνὸν τοῦ βίου παντὸς ἔλαβον. τοιγαροῦν καὶ ἀγγέλους αὐτοὺς ἐξ ἀνθρώπων ἐποίησεν· οὐκ ἐκείνους δὲ μόνους, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς πόλεσιν ὅσους ἂν εὕρῃ προσιεμένους αὐτὴν, πρὸς αὐτὸ τῆς φιλοσοφίας ἀνάγει τὸ ὕψος. καὶ γὰρ Μωϋσῆς καὶ Ἠλίας οἱ πύργοι τῶν ἐν τῇ παλαιᾷ προφητῶν, καίτοι καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων ὄντες λαμπροὶ καὶ μεγάλοι, καὶ πολλὴν ἔχοντες παῤῥησίαν, ὅτε ἐβούλοντο προσελθεῖν τῷ θεῷ καὶ διαλεχθῆναι, ὡς ἀνθρώπῳ δυνατὸν ἦν, πρὸς ταύτην κατέφευγον· καὶ διὰ τῶν ταύτης αὐτῷ προσεφέροντο χειρῶν. διὰ τοῦτο καὶ
C ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον ποιῶν ἐξ ἀρχῆς, εὐθέως αὐτὸν ταῖς τῆς νηστείας φέρων παρακατέθετο χερσὶν, ὥσπερ φιλοστόργῳ μητρὶ καὶ ἀρίστῃ διδασκάλῳ τὴν ἐκείνου σωτηρίαν ἐγχειρίζων αὐτῇ. τὸ γὰρ, ἀπὸ παντὸς ξύλου [a] τοῦ παραδείσου βρώσει φάγῃ, ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν, οὐ φάγεσθε, νηστείας εἶδος ἐστίν. εἰ δὲ ἐν παραδείσῳ ἀναγκαία ἡ νηστεία, πολλῷ μᾶλλον ἐκτὸς τοῦ παραδείσου. εἰ πρὸ τῆς πληγῆς χρήσιμον τὸ φάρμακον, πολλῷ μᾶλλον μετὰ τὴν πληγήν. εἰ μηδέπω τοῦ πολέμου τῶν ἐπιθυμιῶν ἀναστάντος ἐπιτήδειον ἡμῖν τὸ ὅπλον ἦν, πολλῷ μᾶλλον μετὰ τὴν τοσαύτην μάχην τὴν ἀπὸ τῶν ἐπι-
D θυμιῶν, τὴν ἀπὸ τῶν δαιμόνων, ἀναγκαία ἡ παρὰ τῆς νηστείας συμμαχία. εἰ ταύτης ἤκουσε τῆς φωνῆς ὁ Ἀδὰμ, οὐκ ἂν ἤκουσε τῆς δευτέρας τῆς λεγούσης· γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ· ἀλλ' ἐπειδὴ ταύτης παρήκουσε, διὰ τοῦτο θάνατος καὶ φροντίδες, καὶ πόνοι, καὶ ἀθυμίαι, καὶ ζωὴ θανάτου παντὸς βαρυτέρα· διὰ τοῦτο ἄκανθαι καὶ τρίβολοι· διὰ τοῦτο πόνοι, καὶ ὠδῖνες, καὶ βίος ἐπίμοχθος.

Εἶδες πῶς ὁ θεὸς ἀγανακτεῖ νηστείας ὑβριζομένης; μάθε καὶ πῶς εὐφραίνεται νηστείας τιμωμένης. ὥσπερ γὰρ ὑβρισθείσης αὐτῆς θάνατον ἐπέθηκε τῷ ὑβρίσαντι τὸ ἐπιτίμιον· οὕτω τιμηθείσης αὐτῆς θάνατον ἀνεκαλέσατο. καὶ γὰρ βουλόμενός σοι δεῖξαι τοῦ πράγματος τὴν δύνα-
E μιν, ἔδωκεν ἐξουσίαν αὐτῇ μετὰ ἀπόφασιν, μετὰ ἀπαγωγὴν, τοὺς ἀπαγομένους τὴν ἐπὶ θάνατον, ἐκ μέσης ἀναρπάσαι τῆς ὁδοῦ, καὶ πρὸς ζωὴν μεταγαγεῖν, καὶ τοῦτο, οὐκ ἐπὶ δύο, ἢ καὶ τριῶν καὶ εἴκοσι ἀνθρώπων ἐποίησεν, ἀλλὰ καὶ δῆμον ὁλόκληρον, τὴν τῶν Νινευιτῶν πόλιν μεγάλην καὶ θαυμαστὴν ἐπὶ γόνυ κειμένην, παρ' αὐτὸ τὸ βάραθρον τὴν κεφαλὴν κλίνασαν, καὶ μέλλουσαν τὴν ἄνωθεν φερομένην δέχεσθαι πληγὴν, καθάπερ τις ἄνωθεν ἐπιπτᾶσα δύναμις, καὶ ἐξ αὐτῶν ἥρπασε τῶν τοῦ θανάτου

[a] Unus Regius, τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ.

Ἀναγκαῖον δὲ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον ἰδεῖν, τίνος ἕνεκεν ὁ θεὸς εἶπεν, ὅτι ἐμοὶ δανείζει ὁ διδοὺς πτωχῷ. ἐπειδὴ εἶδεν ἡμῶν τὴν πλεονεξίαν ῥέπουσαν εἰς πλεονασμὸν, ὡς ἔφθην εἰπὼν, καὶ μηδαμοῦ τὸν χρήματα ἔχοντα δανείζειν θέλοντα ἄνευ ἀσφαλείας· ἀπαιτεῖ γὰρ ὁ δανείζων, ἢ ὑποθήκην, ἢ ἐνέχυρα, ἢ τὸν ἀντιφωνοῦντα, καὶ διὰ τῶν τριῶν τούτων ἀσφαλειῶν ἐμπιστεύει τὰ ἑαυτοῦ χρήματα, ἢ ἐγγύας δεχόμενος, ὡς ἔφθην εἰπὼν, ἢ ὑποθήκην πραγμάτων, ἢ ἐνέχυρα· ἐπειδὴ οὖν εἶδεν ὁ θεὸς, ὅτι ἐκτὸς τούτων οὐδεὶς δανείζει, οὐδὲ εἰς φιλανθρωπίαν βλέπει, ἀλλ' εἰς μόνον τὸ κέρδος ὁρᾷ, πάντων δὲ τούτων ἔρημος ὁ πτωχὸς, οὐχ ὑποθήκην ἔχων· οὐ κέκτηται γὰρ οὐδέν· οὐκ ἐνέχυρα φέρων· γεγύμνωται γάρ· οὐ τὸν ἀντιφωνοῦντα παρέχων, ἀπιστεῖται γὰρ διὰ τὴν ἀπορίαν· ὡς οὖν εἶδεν αὐτὸν διακινδυνεύοντα τῇ ἀπορίᾳ, καὶ τὸν ἔχοντα χρήματα κινδυνεύοντα διὰ τὴν ἀπανθρωπίαν, μέσον ἑαυτὸν παρενέθηκεν, ἔγγυον μὲν τῷ πένητι, ἐνέχυρον δὲ τῷ δανείζοντι. ἀπιστεῖς τούτῳ, φησὶ, διὰ τὴν ἀπορίαν, ἐμοὶ πίστευσον διὰ τὴν ἀφθονίαν. εἶδε τὸν πτωχὸν, καὶ ἠλέησεν· εἶδε τὸν πτωχὸν, καὶ οὐ παρεῖδε, ἀλλ' ἑαυτὸν ἔδωκεν ἐνέχυρον τῷ μηδὲν ἔχοντι, καὶ τῷ ἀπόρῳ παρέστη διὰ πολλὴν ἀγαθότητα, ἐπαληθεύοντος τοῦ μακαρίου Δαυὶδ τῇ φιλανθρωπίᾳ ταύτῃ, καὶ λέγοντος· ὅτι παρέστη ἐκ

ubi vestimentorum copia, pecuniarum subministratio, aliorumque bonorum abundantia, qualem a justo judice mercedem referre oportet? Quando igitur prostant virtutes parvo vendibiles, a magnifico illo accipiamus, rapiamus, emamus. *Sitientes*, inquit, *venite ad aquam: & qui non habetis argentum, euntes emite.* (Hesai. 55. 1.) Dum proponuntur nundinæ, emamus eleemosynas, imo potius per eleemosynam emamus salutem. Christum vestis, qui pauperem vestis. Hæc, inquies, probe & accurate novi: hæc prius didici, non tu prior docuisti: neque a te primum hoc audivimus: non nova prædicas, sed quæ sæpe multi ex præsentibus nos docuerunt. Novi utique, novi & ipse vos & hæc & similia sæpe didicisse; sed utinam sæpe docti, saltem bonum aliquod exiguum præstemus. *Qui miseretur pauperis, fœneratur Deo.* (Prov. 19. 17.) Deo fœneremur eleemosynam, ut ab eo clementiæ retributionem accipiamus. Sed, o sapientissimum verbum! *Qui miseretur pauperis, fœneratur Deo.* Cur ergo non dixit, Qui miseretur pauperis, dat Deo, sed fœneratur? Novit Scriptura avaritiam nostram: attendit insatiabilem cupiditatem nostram, ad avaritiam spectantem, quæstum requirere, ideoque non dixit simpliciter, Qui miseretur pauperis, dat Deo; ne simplicem retributionem putares, sed *qui miseretur pauperis, fœneratur Deo.* Si Deo fœneramur, ergo debitor ille nobis est. Quem ergo eum tibi vis esse, judicem, an debitorem? Debitor veneratur fœnerantem, judex vero non reveretur eum, cui ipse fœneratus est.

7. Necesse autem est, ut secundum aliam rationem videamus, cur Deus dixerit sibi fœnerari eum, qui dat pauperi. Quoniam videbat avaritiam nostram ad quæstum tendere, ut jam dixi, & eum qui pecuniam habeat, nullatenus velle sine securitate fœnerari. Postulat enim fœnerator, aut hypothecam, aut pignus, aut sponsorem: atque hac triplici cautione pecuniam credit suam, aut sponsionem accipiens, ut jam dixi, aut hypothecam, aut pignus. Cum sciret itaque Deus neminem his sine cautionibus fœnerari, neminem sola clementia moveri, sed lucro tantum intentos omnes: pauperem vero illis omnibus esse destitutum; non hypothecam habere, qui nihil possideat, non pignora qui nudus sit, non sponsorem, cui nemo credat ob inopiam: ut vidit itaque illum ob inopiam periclitari, divitem quoque periclitari ob inhumanitatem, seipsum medium protulit vadem pauperi, pignus fœneranti. Non credis huic, inquit, ob inopiam, mihi propter copiam crede. Vidit pauperem, & misericordia motus est: vidit pauperem, & non despexit; sed seipsum dedit in pignus ei, qui nihil haberet, & ob ingentem benignitatem inopi adstitit: hanc vere benignitatem esse testificatur beatus David his verbis, *Quia adstitit* (Psal. 108. 31.)

a dextris pauperis. Qui miseretur pauperis fœneratur Deo. Confide, inquit, mihi fœneraris. Et quid tantum lucri facio tibi fœnerans? Sane iniquissimum est a Deo rationem exigere. Verum ut nequitiæ tuæ me attemperem, & clementia sævitiem tuam solvam, hæc mutuo examinemus. Aliis fœnerans quid lucraris? Quid ab illis fœnoris requiris? Num centesimam, si legitimam requiras? Quod si inexplebilem cupiditatem auxeris, duplicem triplicemque lucraberis iniquitatem. Ego vero avaritiam tuam supero, inexplebilemque cupiditatem vinco: copia mea immoderatum appetitum tuum operio. Tu centesimam quæris, ego centuplum do tibi. Itaque in fœnus accipis, Domine, & hic in fœnus accipis eleemosynam pauperi datam, quandonam hæc mihi reddes? Quæro pacta conventa contractum confirmare volens. Designa mihi retributionis tempus: constitue solutionis terminum. Imo

Psal. 144. 13. vero hoc superfluum est, nam *fidelis Dominus in omnibus verbis suis*: quia vero in more & in scopo est ei, qui bona fide fœnus accipit tempus metiri, diemque definire, audi quando & ubi debitum tibi red-

Matt. 25. 31. dat is, cui per pauperem fœneraris. *Cum sederit filius hominis in throno gloriæ suæ, & statuerit oves quidem a dextris suis, hœdos vero a sinistris, & dicet iis, qui a dextris sunt:* hic attende quam benevolus sit debitor erga fœneratorem: quo pacto is, qui mutuum accepit, multa cum gratia reddat. *Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi.* Quare? *quia esurivi, & dedistis mihi manducare: sitivi, & dedistis mihi bibere: nudus eram, & cooperuistis me, in carcere, & venistis ad me: infirmus eram, & visitastis me: hospes eram, & collegistis me.* Deinde qui in tempore bene ministrarunt, propriam infirmitatem respicientes, atque ejus, qui mutuum accepit, dignitatem, dicent: *Domine, quando te vidimus esurientem & pavimus te? aut sitientem, & potavimus?* In quem oculi omnium sperant, & tu das escam illorum in abundantia? O multam bonitatem! Occultat dignitatem ob clementiam. *Esurivi enim & dedistis mihi manducare.* O multam bonitatem! ô immensam benignitatem! Qui dat escam omni carni, qui aperit manus, & implet omne animal benedictione, *esurivi*, inquit, *& dedistis mihi manducare*, non imminuta dignitate, sed ejus clementia pro pauperibus fidejubente. *Sitivi, & potastis me.* Quisnam hæc dicit? Qui lacubus, fluminibus, fontibus aquæ naturam infundit, qui per Evangelia dicit:

Joan. 7. 38. *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ*: qui dixit, *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Sed nudus eram*, inquit, *& cooperuistis me.* Cooperimus eum, qui operit cælum nubibus, qui universam Ecclesiam, & orbem.

Gal. 3. 27. *Quotquot enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. In carcere eram.* In carcere

A δεξιῶν πένητος. ὁ ἐλεῶν πτωχὸν δανείζει Θεῷ. Θάρσει, φησὶν, ἐμοὶ δάνειζε. καὶ τί τοσοῦτον κερδαίνω σοὶ δανείζων; μάλιστα μὲν οὖν, παρανομώτατον παρὰ Θεοῦ λόγον ἀπαιτεῖν· πλὴν ἵνα συγκαταβῶ σου τῇ ἀνομίᾳ, καὶ λύσω τῇ φιλανθρωπίᾳ τὴν ἀποτομίαν, ἀντεξετάσωμεν πρὸς ταῦτα. δανείζων τοῖς ἄλλοις τί κερδαίνεις; τί παρ' αὐτῶν εἰς πλεονασμὸν ἐπιζητεῖς; οὐχ ἑκατοστὴν, ἐὰν τὸν ἔννομον ζητήσῃς; ἐὰν δὲ [a] πλεονάσῃς τὴν ἀπληστίαν, διπλῆν καὶ τριπλῆν καρπώσῃ τὴν ἀδικίαν. ἐγὼ δέ σου νικῶ τὴν πλεονεξίαν· ὑπερβαίνω σου τὴν ὄρεξιν τῆς ἀπληστίας· καλύπτω τῇ ἐμῇ ἀφθονίᾳ τὴν σὴν ἀμετρίαν. σὺ

B ἑκατοστὴν ζητεῖς, ἐγὼ δὲ ἑκατονταπλασίονα δίδωμί σοι. εἶτα δανείζῃ, κύριε· καὶ δανείζῃ παρ' ἐμοῦ ἐνταῦθα τὴν εἰς τὸν πτωχὸν ἐλεημοσύνην· ἵνα πότε μοι ταῦτα ἀποδῷς; ἀπαιτῶ τὰ σύμφωνα, στηρίξαι βουλόμενος τὸ συνάλλαγμα. δός μοι τῆς ἀντιδόσεως τὸν καιρόν· ὅρισον τῆς ἀπολήψεως τὴν προθεσμίαν. μάλιστα μὲν οὖν τοῦτο περιττόν. πιστὸς γὰρ κύριος ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις αὐτοῦ. ἐπειδὴ δὲ ἔθος καὶ σκοπὸς τοῦ δανειζομένου εὐγνωμόνως, χρόνον μετρεῖν, καὶ ἡμέρας ὁρίζειν, ἄκουε πότε καὶ ποῦ σοι τὴν ὀφειλὴν ἀποδίδωσιν ὁ διὰ τοῦ πτωχοῦ δανεισάμενος. ὅταν καθίσῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ θρόνου δόξης

C αὐτοῦ, καὶ στήσῃ τὰ μὲν πρόβατα ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τὰ δὲ ἐρίφια ἐξ εὐωνύμων, καὶ ἐρεῖ τοῖς ἐκ δεξιῶν. ἐνταῦθα πρόσεχε πῶς ὁ χρεώστης εὐγνώμων περὶ τὸν δανείσαντα· πῶς ὁ δανεισάμενος μετὰ πολλῆς χάριτος ἀποδίδωσι· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου· ὑπὲρ τίνων; ὅτι ἐπείνασα, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα καὶ ἐποτίσατέ με· γυμνὸς ἤμην, καὶ ἐνεδύσατέ με· ἐν φυλακῇ, καὶ ἤλθετε πρός με· ἀσθενὴς ἤμην, καὶ ἐπεσκέψασθέ με· ξένος ἤμην, καὶ συνηγάγετέ με. εἶτα οἱ καλῶς ἐν καιρῷ διακονήσαντες, εἰς τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν ἀφορῶντες, καὶ εἰς τὴν ἀξίαν τοῦ δανει-

D σαμένου, λέγουσι· κύριε πότε σε εἴδομεν πεινῶντα, καὶ ἐθρέψαμεν, ἢ διψῶντα, καὶ ἐποτίσαμεν, εἰς ὃν οἱ ὀφθαλμοὶ πάντων ἐλπίζουσι, καὶ σὺ δίδως τὴν τροφὴν αὐτῶν ἐν ἀφθονίᾳ; ὢ τῆς πολλῆς ἀγαθότητος· κρύπτει τὴν ἀξίαν διὰ φιλανθρωπίαν· ἐπείνασα γὰρ καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ὢ πολλῆς ἀγαθότητος, ὢ τῆς ἀμέτρου χρηστότητος· ὁ διδοὺς τροφὴν πάσῃ σαρκὶ, καὶ ἀνοίγων τὰς χεῖρας, καὶ ἐμπιπλῶν πᾶν ζῶον εὐδοκίας, ἐπείνων, φησὶ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· οὐ τῆς ἀξίας ἐλαττουμένης, ἀλλὰ τῆς φιλανθρωπίας τοὺς πτωχοὺς ἐγγυωμένης. ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με. τίς ὁ ταῦτα λέγων; ὁ λίμναις, καὶ ποτα-

E μοῖς, καὶ πηγαῖς τῶν ὑδάτων τὴν φύσιν ἐγχέων· ὁ διὰ τῶν εὐαγγελίων φάσκων, ὅτι ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, καθὼς εἶπεν ἡ γραφὴ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος· ὁ εἰπὼν, εἴ τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω. ἀλλὰ γυμνὸς ἤμην, φησὶ, καὶ ἐνεδύσατέ με. ἐνεδύσαμεν τὸν ἐνδύοντα τὸν οὐρανὸν ἐν νεφέλαις, τὸν ἐνδύοντα τὴν ἐκκλησίαν ἅπασαν, καὶ τὴν οἰκουμένην, ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε. ἐν φυλακῇ ἤμην· ἐν φυλακῇ σὺ ὁ ἐξάγων

[a] Savil. & unus Reg. πλεονάσῃς τὴν ἀπιστίαν.

πεπεδημένοις; ἑρμήνευσον ἃ λαλεῖς· ἡ γὰρ ἀξία ἀρνεῖται τὰ λεγόμενα. πότε σε εἴδομεν ἐν ἐνδείᾳ τοσαύτῃ; πότε ταῦτα πεποιήκαμεν; ἐφ' ὅσον, φησὶν, ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων πεποιήκατε, ἐμοὶ ἐποιήσατε. μὴ οὐκ ἀληθὴς ὁ λόγος, ὅτι ὁ ἐλεῶν πτωχὸν δανείζει θεῷ; καὶ ὅρα τὸ θαυμαστόν· οὐδὲν ἕτερον ὑπέμνησεν ἔργον ἀρετῆς ἢ τοῦτο· καίτοι ἐδύνατο εἰπεῖν· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι, ὅτι ἐσωφρονήσατε, ὅτι ἐπαρθενεύσατε, ὅτι εὐαγγελικὴν πολιτείαν ἀνελάβετε, ἀλλὰ σιωπᾷ ταῦτα, οὐχ ὅτι ἀνάξια μνήμης, ἀλλ' ὡς δεύτερα φιλανθρωπίας. ἀλλ' ὥσπερ τούτοις τοῖς ἐκ δεξιῶν διὰ τὴν φιλανθρωπίαν ἔδειξε δεδωρημένην τὴν βασιλείαν· οὕτω καὶ τοῖς ἐξ ἀριστερῶν διὰ τὴν ἀκαρπίαν ἠπείλησε τὴν τιμωρίαν. πορεύεσθε οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ, καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. διατί; ὑπὲρ τίνος; ὅτι ἐπείνων, καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· οὐκ εἶπεν, ὅτι ἐπορνεύσατε, ὅτι ἐμοιχεύσατε· ὅτι ἐκλέψατε· ὅτι ἐψευδομαρτυρήσατε· ὅτι ἐπιωρκήσατε· κακὰ μὲν ὁμολογουμένως καὶ ταῦτα· ἀλλὰ τῆς ἀπανθρωπίας κατώτερα καὶ τῆς ἀνελεημοσύνης. διατί, ὦ κύριε, οὐκ ἄλλων ὁδῶν φέρεις μνήμην; οὐ κρίνω, φησὶ, τὴν ἁμαρτίαν, ἀλλὰ τὴν ἀπανθρωπίαν· οὐ κρίνω τοὺς ἁμαρτήσαντας, ἀλλὰ τοὺς μὴ μετανοήσαντας· ὑπὲρ ἀπανθρωπίας ὑμᾶς καταδικάζω· ὅτι ἔχοντες τοσοῦτον καὶ τηλικοῦτον φάρμακον σωτηρίας, τὴν ἐλεημοσύνην, ἐν ᾗ ἐξηλείφετο πάντα τὰ ἁμαρτήματα, παρῄκατε τοσαύτην εὐεργεσίαν. ὀνειδίζω τοίνυν τὴν ἀπανθρωπίαν, ὡς ῥίζαν κακίας, καὶ πάσης ἀσεβείας· ἐπαινῶ τὴν φιλανθρωπίαν, ὡς ῥίζαν πάντων τῶν ἀγαθῶν, καὶ ἀπειλῶ τοῖς μὲν πῦρ αἰώνιον, τοῖς δὲ βασιλείαν οὐρανῶν ἐπαγγέλλομαι. καλαί σου, ὦ δέσποτα, καὶ αἱ ἐπαγγελίαι· καλή σου καὶ ἡ προσδοκωμένη βασιλεία, καὶ ἡ γέεννα πάλιν ἀπειλουμένη· ἡ μὲν προτρεπομένη [a] ἡ δὲ ἐκφοβοῦσα· προτρέπεται γὰρ καλῶς ἡ βασιλεία· φοβεῖ δὲ χρησίμως ἡ γέεννα. ἀπειλεῖ γὰρ γέενναν ὁ θεὸς, οὐχ ἵνα εἰς γέενναν ἐμβάλῃ, ἀλλ' ἵνα γεέννης ἀπαλλάξῃ. εἰ γὰρ ἐβούλετο κολάσαι, οὐκ ἂν προηπείλησεν, ἵνα ἀσφαλισάμενοι φύγωμεν τὰ ἀπειλούμενα. ἀπειλεῖ τὴν τιμωρίαν, ἵνα φύγωμεν τὴν πεῖραν τῆς τιμωρίας· φοβεῖ τῷ λόγῳ, ἵνα μὴ κολάσῃ τῷ ἔργῳ. δανείσωμεν τοίνυν τῷ θεῷ τὴν φιλανθρωπίαν· δανείσωμεν; ἵνα εὕρωμεν αὐτὸν χρεώστην ὡς ἔφθην εἰπὼν, καὶ μὴ δικαστήν· αἰδεῖται γὰρ ὁ χρεώστης τὸν δανείσαντα· αἰδεῖται αὐτὸν καὶ δυσωπεῖται· ἐὰν ἀπέλθῃ δανειστὴς εἰς θύραν χρεώστου, ἐὰν μὲν ᾖ ἄπορος, φεύγει· ἐὰν δὲ εὔπορος, μετὰ παῤῥησίας δέχεται αὐτόν. ὅρα δέ μοι καὶ ἕτερον θαῦμα τοῦ δικαίου κριτοῦ ἐκ τῶν ἀνθρωπίνων παρατιθέμενον· ἐάν τινι ἐν πενίᾳ καθεστῶτι δανείσῃς, προέλθῃ δὲ εἰς εὐθηνίαν ὁ δανεισάμενος, καὶ δύνηταί σοι λοιπὸν ἀποδοῦναι τὸ χρέος, λανθάνει τοὺς πολλοὺς, καὶ ἀποδίδωσιν, ἵνα μὴ αἰσχύνηται ἐπὶ τῇ προτέρᾳ καταστάσει· καὶ χάριτας μὲν ὁμολογεῖ, κρύπτει δὲ τὴν εὐεργεσίαν, τὴν προτέραν ἔνδειαν αἰσχυνόμενος· ὁ δὲ θεὸς οὐχ οὕτω ποιεῖ,

[a] Hæc ἡ δὲ ἐκφοβοῦσα non habentur in Morel. & Savil. sed in Reg. supra memorato leguntur, & optime quadrant ad sensum.

A tu, qui educis vinctos? Interpretare quæ loqueris: nam dignitas fidem derogat dictis. Quando te in tanta inopia vidimus? quando hæc fecimus? *In quantum*, ait, *uni ex his minimis fecistis, mihi fecistis.* (Matth. 25. 40.) Annon verus est sermo, *qui miseretur pauperis, fœneratur Deo?* Et vide rem mirabilem: nullum aliud virtutis opus præter illud memoravit. Atqui poterat dicere, Venite benedicti, quia continentes, quia virgines fuistis, quia evangelicam vitam suscepistis; sed hæc tacet, non quod mentione sint indigna, sed quod post benignitatem secunda sint. Verum quemadmodum iis, qui a dextris erant, ob benignitatem B delatum ostendit regnum, sic & iis, qui a sinistris, ob sterilitatem comminatus est pœnam. *Ite maledicti in tenebras exteriores, paratas diabolo, & angelis ejus.* (Matth. 25. 41.) Quare? qua de causa? *Quia esurivi, & non dedistis mihi manducare.* Non dixit, Quia fornicati estis, quia adulteri fuistis, quia furati estis, quia falsum testimonium tulistis, quia pejerastis. Hæc quippe manifeste quidem mala sunt, sed inferiora quam durities & inhumanitas. Quare, Domine, non aliarum viarum mentionem facis? Non judico, inquit, peccatum, sed inhumanitatem: non C judico peccatores, sed eos qui pœnitentiam non egerunt: inclementiæ vos damno, quod talem tantamque salutis medicinam habentes, eleemosynam scilicet, qua omnia peccata delentur, hoc beneficium despexistis. Itaque inclementiam exprobro, ut nequitiæ omnisque impietatis radicem, clementiam vero laudo ut radicem omnium bonorum; & illis quidem ignem æternum comminor, his vero regnum cælorum promitto. Pulcra, Domine, promissa tua, pulcrum, quod exD spectatur regnum tuum, itemque gehenna, quam comminaris; quorum illud allicit, hæc vero deterret. Allicit pulcre regnum, deterret utiliter gehenna. Gehennam enim comminatur Deus, non ut in gehennam injiciat, sed ut a gehenna liberet. Si enim punire vellet, non ante minatus esset, ut caute minas vitaremus. Comminatur supplicium, ut supplicii experimentum fugiamus: terret verbo, ut non puniat opere. Fœneremur itaque Deo clementiam. Fœneremur, ut inveniamus, illum debitorem, ut ante dixi, non judiE cem. Reveretur enim debitor fœnerantem: reveretur eum & erubescit. Si fœnerator ad debitoris januam accedat; hic si inops sit, fugit; sin opulentus, eum cum fiducia excipit. Vide mihi alterum justi Judicis miraculum humanis ex rebus propositum. Si cui in paupertate degenti fœneratus fueris, ac deinde ad prosperam fortunam venerit is, qui mutuum accepit, tibique debitum reddere possit, multos latet, & reddit, ne de priori suo statu erubescat: & gratias quidem reddit, sed præ inopiæ pristinæ pudore beneficium occultat. At non ita Deus facit, sed clam mu-

tuum accipit, & palam libereque mutuum A reddit. Cum enim accipit, clam per eleemosynam accipit; cum autem reddit, in oculis universæ creaturæ reddit. At forsasse dicat quispiam: Quare tandem, ut mihi diviti dedit, non ita quoque pauperi dedit? Poterat quidem tibi similiter dare, ut pauperi dedit; sed noluit, nec divitias tuas infructuosas esse voluit, nec illius paupertatem sine mercede. Tibi diviti concessit ut per eleemosynam dives esses, & dispergeres in justitia: *Dispersit* enim, *dedit* B *pauperibus: justitia ejus manet in sæculum.* (Psal. 111. 9.) Vides quod dives per eleemosynam, æternam thesaurizet justitiam? Vide rursus pauperem, quia divitias non habet, quibus justitiam operetur, habet paupertatem, qua patientiam lucratur æternam. Nam *patientia pauperum non peribit in æternum:* (Psal. 9. 19.) in Christo Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum, amen.

ἀλλ' ἐν κρυπτῷ δανειζόμενος, παῤῥησίᾳ τὸ χρέος ἀποδίδωσιν. ὅτε μὲν γὰρ λαμβάνει, διὰ λανθανούσης ἐλεημοσύνης· ὅτε δὲ ἀποδίδωσιν, ἐπ' ὄψεσι πάσης τῆς δημιουργίας ἀποδίδωσιν. ἀλλ' ἐρεῖ τις ἴσως· Διατί δὲ ὅλως ὥσπερ ἐμοὶ τῷ πλουσίῳ δέδωκεν, οὐχὶ καὶ τῷ πένητι παραπλησίως δέδωκεν; ἐδύνατο μὲν καί σοι δοῦναι ὁμοίως, καὶ τῷ πένητι, ἀλλ' οὐκ ἠθέλησεν, οὔτε σου ἄκαρπον εἶναι τὸν πλοῦτον, οὔτε ἐκείνου ἄμισθον τὴν πενίαν. σοὶ τῷ πλουτοῦντι δέδωκε πλουτεῖν ἐλεημοσύνῃ, καὶ σκορπίζειν ἐν δικαιοσύνῃ· ἐσκόρπισε γάρ· ἔδωκε τοῖς πένησιν· ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα. ὁρᾷς, ὅτι ὁ πλούσιος ἐκ τῆς ἐλεημοσύνης θησαυρίζει δικαιοσύνην αἰώνιον; ὅρα πάλιν καὶ τὸν πένητα· ἐπειδὴ οὐκ ἔχει πλοῦτον, ᾧ ἐργάσηται δικαιοσύνην, ἔχει πενίαν, ἐξ ἧς καρποῦται ὑπομονὴν αἰώνιον· ἡ γὰρ ὑπομονὴ τῶν πενήτων οὐκ ἀπολεῖται εἰς τὸν αἰῶνα· ἐν Χριστῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

DE POENITENTIA.

HOMILIA VIII.

C

1. ETIAMSI heri a vobis abfuerim, at invitus, at necessitate compulsus: corpore abfui, non proposito; absentia carnis, non affectu animi. Etenim pro virili mea vos complectebar, menteque omnes circumferebam. Rursus, fratres, hoc temporario misso morbo ardenti studio contendimus vestram contueri faciem: manentibus enim adhuc ægritudinis reliquiis properavi ad caritatem vestram. Nam ægri quidem morbo relevati lavacra expetunt & balnea: ego vero operæ precium esse duxi desideratam vestram faciem videre, ac debitum illud vestrum audiendi D explere studium, magnum hoc pelagus, nihil habens salsuginis, mare fluctibus vacuum. Veni arvum invisurus vestrum expurgatum: Quis enim talis portus est, qualis est Ecclesia? Quis paradisus, cœtui vestro similis? Nullus hic insidiator serpens; sed Christus institutor: non Eva supplantatrix, sed Ecclesia erectrix. Non hic folia arborum, sed fructus spiritûs: non sepes spinarum, sed vinea fructifera. Si quam enim spinam offendam, in olivam commuto: non enim hic valet inopia naturæ, E sed libertas arbitrii honoratur. Si lupum invenero, ovem facio, non naturam mutans, sed propositum transferens. Quamobrem non erraverit quispiam si dixerit Ecclesiam esse arca præstantiorem. Etenim arca animalia excipiebat & animalia conservabat, Ecclesia vero animalia excipit, & immutat; exempli causa illuc ingressus accipiter, accipiter exiit, ingressus lupus, exiit lupus: at huc ingressus accipiter, exit columba; ingressus lupus, exit ovis; ingressus serpens, egreditur agnus; non

(Ecclesia arcæ Noë comparatur. Vide T. 1. Homil. in terræ motum &c. p. 783. B.)

ΠΕΡΙ ΜΕΤΑΝΟΙΑΣ.

ΟΜΙΛΙΑ η'.

ΕΙ καὶ χθὲς ὑμῶν ἀπελείφθην, ἀλλ' οὐχ ἑκὼν, ἀλλ' ἀναγκασθείς. ἀπελείφθην δὲ σώματι, οὐ γνώμῃ· ἀπελείφθην ἀπουσίᾳ σαρκὸς, οὐ διαθέσει διανοίας. καὶ γὰρ περιεπλεκόμην, ὡς ὁ ἐδυνάμην, ἅπαντας ὑμᾶς, καὶ ἐπὶ τῆς διανοίας ὑμᾶς ἔφερον. πάλιν ἀδελφοὶ τὴν πρόσκαιρον νόσον ταύτην φυγόντες, σπουδαιοτέρως ἐσπουδάσαμεν τὸ πρόσωπον ὑμῶν ἰδεῖν. ἔτι γὰρ τὰ λείψανα τῆς ἀῤῥωστίας ἔχων ἔδραμον πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην. οἱ μὲν γὰρ ἀῤῥωστοῦντες λουτρὰ καὶ βαλανεῖα μετὰ τὴν ἀῤῥωστίαν ζητοῦσιν· ἐγὼ δὲ τὰ ποθούμενα ὑμῶν πρόσωπα [a] ἄξιον ἡγησάμην θεάσασθαι, καὶ τὴν ὀφειλομένην ἐπιθυμίαν τῆς ἀκροάσεως ἀποπληρῶσαι, τὸ πέλαγος τοῦτο τὸ μέγα, καὶ ἅλμην οὐκ ἔχον, τὴν θάλατταν ταύτην τῶν κυμάτων ἀπηλλαγμένην. ἦλθον ὑμῶν τὴν ἄρουραν τὴν κεκαθαρμένην ἰδεῖν. τίς γὰρ τοιοῦτος λιμὴν, οἷος ἡ ἐκκλησία; τίς τοιοῦτος παράδεισος, ὡς ἡ σύνοδος ἡ ὑμετέρα; οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα ὄφις ἐπιβουλεύων, ἀλλ' ὁ Χριστὸς μυσταγωγῶν· οὐκ ἔστιν Εὔα ὑποσκελίζουσα, ἀλλ' ἡ ἐκκλησία ὀρθοῦσα. οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα φύλλα δένδρων, ἀλλ' ὁ καρπὸς τοῦ πνεύματος. οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα φραγμὸς ἀκανθῶν, ἀλλ' ἄμπελος εὐθηνοῦσα. ἐὰν δὲ ἄκανθαν εὕρω, εἰς ἐλαίαν μεταφέρω. οὐ γὰρ ἀπορία φύσεως τὰ ἐνταῦθα, ἀλλ' ἐλευθερία προαιρέσεως τετίμηται. ἐὰν δὲ λύκον εὕρω, πρόβατον ποιῶ, οὐ τὴν φύσιν μεταβάλλων, ἀλλὰ τὴν προαίρεσιν μεταφέρων. διὰ τοῦτο οὐκ ἂν ἁμάρτῃ τις τῆς κιβωτοῦ τὴν ἐκκλησίαν μείζονα προσειπών. ἡ μὲν γὰρ κιβωτὸς παρελάμβανε τὰ ζῶα, καὶ ἐφύλαττε ζῶα, ἡ δὲ ἐκκλησία παραλαμβάνει τὰ ζῶα καὶ μεταβάλλει. οἷόν τι λέγω· εἰσῆλθεν ἐκεῖ ἱέραξ, καὶ ἐξῆλθεν ἱέραξ· εἰσῆλθε λύκος, καὶ ἐξῆλθε λύκος. εἰσῆλθέ τις ἱέραξ ἐνταῦθα, καὶ ἐξέρχεται περιστερά· εἰσέρχεται λύκος, καὶ ἐξέρχεται πρόβατον. εἰσέρχεται ὄφις καὶ ἐξέρχεται ἀρνίον,

Collata cum Codice Reg. 2349.

[a] Sic Savil. Morel. vero ἄξια ἡγησάμην. Infra pro λιμὴν quod habet Reg. Edit. λειμών.

οὐ τῆς φύσεως μεταβαλλομένης, ἀλλὰ τῆς κακίας ἐλαυνομένης. διὰ τοῦτο συνεχῶς τὸν περὶ μετανοίας κινῶ λόγον. ἡ γὰρ μετάνοια δεινὴ καὶ φοβερὰ τῷ ἁμαρτωλῷ, φάρμακον τῶν πλημμελημάτων, δαπάνημα τῶν παρανομιῶν, ἀνάλωμα τῶν δακρύων, παῤῥησία πρὸς τὸν θεὸν, ὅπλον κατὰ τοῦ διαβόλου, μάχαιρα ἀποτέμνουσα αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν, σωτηρίας ἐλπὶς, ἀπογνώσεως ἀναίρεσις.[a] αὕτη τῷ ἀνθρώπῳ οὐρανὸν ἀνοίγει, αὕτη εἰς τὸν παράδεισον εἰσάγει, αὕτη τοῦ διαβόλου περιγίνεται. διὰ δὲ τοῦτο συνεχῶς τὸν περὶ τούτου κινῶ λόγον, ὥσπερ καὶ τὸ θαῤῥεῖν ποιεῖ ὑποσκελίζεσθαι. ἁμαρτωλὸς εἶ; μὴ ἀπογνῷς, οὐ παύομαι συνεχῶς ταῦτα ἐπαλείφων ὑμᾶς τὰ φάρμακα. καὶ γὰρ οἶδα ἡλίκον ὅπλον ἐστὶ κατὰ τοῦ διαβόλου τὸ μὴ ἀπογινώσκειν ὑμῖν. ἂν ἔχῃς ἁμαρτήματα μὴ ἀπογνῷς, οὐ παύομαι συνεχῶς ταῦτα λέγων, κἂν καθ' ἡμέραν ἁμαρτάνῃς, καθ' ἡμέραν μετανόει. ὥσπερ ἐν ταῖς παλαιαῖς ποιοῦμεν οἰκίαις, ὅταν σαθρωθῶσιν, ὑπεξαιρούμεθα τὰ σεσαθρωμένα, καὶ καινὰ ἐπισκευάζομεν, καὶ οὐδέ ποτε συνεχοῦς ἐπιμελείας [b] ἐπιλανθανόμεθα. ἐπαλαιώθης σήμερον ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας; ἀνακαίνισον σεαυτὸν ἀπὸ τῆς μετανοίας. ἔνι, φησὶ, μετανοήσαντα σωθῆναι; καὶ πάνυ ἔνι· πάντα τὸν βίον ἐν ἁμαρτίαις διέτριψα, καὶ ἐὰν μετανοήσω σώσομαι; πάνυ. πόθεν δῆλον; ἀπὸ τῆς τοῦ δεσπότου σου φιλανθρωπίας. μὴ γὰρ τῇ μετανοίᾳ σου θαῤῥῶ; μὴ γὰρ μετάνοιά σου ἰσχύει τοσαῦτα κακὰ ἀποσμήξασθαι; εἰ γὰρ μετάνοια μόνη ἦν, εἰκότως ἐφόβου· ἐπειδὴ δὲ τῇ μετανοίᾳ κεράννυται θεοῦ φιλανθρωπία, θεοῦ δὲ φιλανθρωπίας μέτρον οὐκ ἔστιν, οὐδὲ λόγῳ ἑρμηνευθῆναι δύναται αὐτοῦ ἡ ἀγαθότης. ἡ μὲν γὰρ σὴ κακία μέτρον ἔχει, τὸ δὲ φάρμακον μέτρον οὐκ ἔχει· ἡ σὴ κακία οἵα ἐὰν ᾖ, ἀνθρωπίνη ἐστὶ κακία, ἡ δὲ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπία [c] ἄφατος· θάῤῥει, ὅτι περιγίνεταί σου τῆς κακίας. ἐννόησον σπινθῆρα εἰς πέλαγος ἐμπεσόντα, μὴ δύναται στῆναι ἢ φανῆναι; ὅσον σπινθὴρ πρὸς πέλαγος, τοσοῦτον κακία πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν· μᾶλλον δὲ οὐ τοσοῦτον, ἀλλὰ πολλῷ πλέον. τὸ μὲν γὰρ πέλαγος, κἂν μέγα ᾖ, μέτρον ἔχει· ἡ δὲ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπία ἀπερίοριστος. ταῦτα λέγω, οὐχ ἵνα ὑμᾶς ῥαθυμοτέρους ἐργάσωμαι, ἀλλ' ἵνα σπουδαιοτέρους καταστήσω· παρῄνεσα πολλάκις εἰς θέατρον μὴ ἀναβαίνειν. ἤκουσας, οὐκ ἐπείσθης, ἀνέβης εἰς τὸ θέατρον, παρήκουσάς μου τοῦ λόγου· μὴ αἰσχυνθῇς πάλιν εἰσελθεῖν, καὶ ἀκοῦσαι. ἤκουσα, καὶ οὐκ ἐτήρησα, πῶς δύναμαι εἰσελθεῖν; τέως αὐτὸ τοῦτο οἶδας, ὅτι οὐκ ἐτήρησας· τέως αἰσχύνῃ· τέως ἐρυθριᾷς· τέως μηδενός σε ἐλέγχοντος τὸν χαλινὸν περιφέρεις· τέως τὸν λόγον μου ἔχεις ἐῤῥιζωμένον· τέως μὴ φαινομένου μου ἡ διδασκαλία μου καθαίρει σε· οὐκ ἐτήρησας, κατέγνως σεαυτοῦ, εἰς τὸ ἥμισυ ἐτήρησας· κἂν μὴ τηρήσῃς, εἴπῃς δὲ, οὐκ ἐτήρησα. ὁ γὰρ καταγνοὺς ἑαυτοῦ ἐπὶ τῷ μὴ

A mutata natura, sed explosa nequitia. Ideo frequentem de pœnitentia moveo sermonem. Est enim pœnitentia molesta & formidabilis peccatori, medela delictorum, consumtio iniquitatum, effusio lacrymarum, fiducia apud Deum, armatura contra diabolum, gladius ejus caput abscindens, spes salutis, desperationis profligatio. Hæc homini cælum aperit, hæc in paradisum introducit, hæc diabolum superat; ideoque hac de re frequenter sermonem moveo, quod fiduciam inducat ipsum posse prosterni. Peccator es? Ne desperes. Non desino vos jugiter hisce medicamen- B tis allinere: etenim novi quantum contra diabolum sit telum non desperare. Si in peccatis sis, ne desperes: hæc dicendi nullum finem facio: si quotidie peccas, quotidie pœnitentiam age: ut in vetustis ædibus agere solemus, cum enim labefactatæ fuerint, quæ labefactata sunt auferimus, ac nova admovemus, neque usquam ab assidua cura desistimus. Inveteratus es hodie a peccato? renova teipsum per pœnitentiam. Licetne, inquies, per pœnitentiam salutem consequi? plane licet. Totam vitam in peccatis contrivi, & si pœnitentiam C egero, salvus ero? Prorsus eris. Id unde liquet? ab ipsa Domini tui erga homines benignitate. Num ex pœnitentia tua sumo fiduciam? num pœnitentia tua potest tot abstergere mala? Sane si pœnitentia sola esset, jure timeres: sed quando pœnitentiæ tuæ admiscetur Dei clementia, Dei vero clementiæ nulla est mensura, neque ejus bonitas explicari sermone potest. Nam malitia quidem tua mensuram habet, remedium vero mensuram non habet; malitia tua, qualiscumque sit, humana est malitia; Dei vero clementia est immensa; confide fore ut ea tuam vincat malitiam. Co- D gita mihi scintillam in pelagus cadentem, num potest illa stare, aut apparere? Quanta est scintilla cum pelago collata, tanta est malitia, si cum benignitate Dei comparetur; imo vero non tanta, sed multo major benignitas illa. Pelagus enim, magnum licet sit, mensuram habet, benignitas vero Dei nullum habet terminum. Hæc dico, non ut vos segniores reddam, sed ut diligentiores efficiam. Vos sæpe monui ne in theatra ascenderetis. Audisti, nec morem gessisti: in theatrum ascendisti, sermoni meo non obtemperasti: ne te pudeat rursus ingredi, & audire. Audivi, nec E observavi, quomodo possum ingredi? Interim hoc ipsum nosti, te non observasse: interim te pudet, interim erubescis; interim nemine arguente frenum circumfers; interim sermonem meum radicatum habes, meque non præsente doctrina mea te purificat. Non observasti, condemnasti te; ex dimidia parte observasti, etiamsi non observaveris, sed dixeris tantum, non observavi. Nam qui seipsum condemnat eo

a Sic Savil. melius, quam Morel. ἀγνωσίας ἀναίρεσις.
b Sic Savil. Morel. vero, ἐπιμελείας ἀπολύομεν, minus recte. Post ἐπιλανθανόμεθα Savil. addit, τοῦτο καὶ ἐν ἡμῖν ποιῶμεν. εἰ ἐπαλαιώθης. Morelli lectio bene habere videtur.

c Savil. φιλανθρωπία ἀπερίοριστος. Morel. vero, φιλανθρωπία ἄφατος. Reg. post φιλανθρωπία nihil habet. Infra vero Savil. ἡ δὲ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπία μέτρον οὐκ ἔχει.

quod non observaverit, eo festinat ut observet: Respexisti? iniquitatem operatus es? meretricis captivus effectus es? Descendisti de theatro, & iterum recordatus pudore affectus es? Accede. Mœrore affectus es? Obsecra Deum. Hucusque resurrexisti. Væ mihi, audivi & non observavi, quomodo in Ecclesiam ingrediar? quomodo rursus audiam? Imo ingredere, quia non observasti, ut rursus audiens, observes. Medicamentum si tibi medicus imponat, nec te curaverit, annon insequenti die rursus apponet? Si quis lignarius quercum velit cædere, securim arripit, incidit radicem: si uno ictu infrugifera arbor non deciderit, annon addit alium? annon quartum & quintum? annon decimum? Sic & tu facito. Quercus est meretrix, arbor infrugifera, glandes proferens in alimoniam porcorum irrationabilium, multo tempore radices posuit in animo tuo, in arborum ambitus conscientiam tuam dejecit. Sermo meus securis est. Audisti die uno, quomodo die uno cadat tanto radicata tempore? Si enim bis, si ter, si centies, si decies millies, nihil mirabile fuerit; ut res mala & firma pravaque consuetudo exscindatur. Manna comedebant Judæi, & cepas Ægyptias requirebant. Bene nobis erat in Ægypto, ita turpis pessimaque res est consuetudo. Etsi per decem dies recte egeris, si per viginti, si per triginta, non te approbo, non tibi gratiam habeo: non te amplector: Tantum ne deficias: sed te pudeat, teipsum coarguas.

Vitia paulatim eradicantur.

2. Rursum de caritate disserui: audisti, abiisti, & rapuisti? operibus verbum non exhibuisti? Ne tamen te pudeat rursum ingredi in Ecclesiam: te pudeat peccati, non te pudeat pœnitentiæ. Attende quid tibi fecerit diabolus. Duo sunt hæc, peccatum & pœnitentia: peccatum est vulnus, pœnitentia vero medela. Quemadmodum enim in corpore sunt medelæ & vulnera; sic & in anima peccata & pœnitentia. Sed peccatum pudorem habet, pœnitentia vero fiduciam obtinet. Attende, quæso, mihi diligenter, ne ordinem confundens, utilitatem perdas, attende sermoni: vulnus & remedium; peccatum & pœnitentia: vulnus est peccatum; remedium pœnitentia; in vulnere sanies, in remedio expurgatio saniei. In peccato sanies, in peccato probrum, in peccato risus: in pœnitentia fiducia, in pœnitentia libertas, in pœnitentia purgatio peccati. Attende diligenter. Peccatum pudor, pœnitentiam fiducia sequitur. Animadvertisti quod dico? ordinem invertit Satanas, deditque peccato confidentiam, pœnitentiæ pudorem. Non desinam usque ad vesperam, donec illud solvero: promissum impleam oportet, non possum absistere. Est vulnus & remedium: vulnus saniem habet; remedium saniei purgationem obtinet. Num in

A τηρῆσαι, ἐπὶ τὸ τηρῆσαι σπουδάζει. ἐθεώρησας; εἰργάσω παρανομίαν; αἰχμάλωτος ἐγένου τῆς πόρνης; κατέβης ἀπὸ τοῦ θεάτρου, πάλιν ἐμνήσθης, ᾐσχύνθης; πρόσελθε. ἐλυπήθης, παρακάλεσον τὸν θεόν. [a] ἀνέστης μέχρι τούτου. οὐαί μοι ἤκουσα, καὶ οὐκ ἐτήρησα, πῶς εἰσέλθω εἰς τὴν ἐκκλησίαν; πῶς πάλιν ἀκούσω; μᾶλλον εἴσελθε, ἐπειδὴ οὐκ ἐτήρησας, ἵνα πάλιν ἀκούσας τηρήσῃς. φάρμακον ἐὰν ἐπιθῇ σοι ὁ ἰατρὸς, καὶ μὴ καθαρίσῃ σε, ἄλλην ἡμέραν οὐκ ἐπιτίθησιν αὐτὸ πάλιν; ἔστι τις δρυοτόμος, θελέτω τέμνειν δρῦν, λαμβάνει ἀξίνην, κόπτει τὴν B ῥίζαν. ἐὰν δῷ μίαν πληγὴν, καὶ μὴ πέσῃ τὸ ἄκαρπον δένδρον, οὐ δίδωσιν ἄλλην πληγήν; οὐ τὴν τετάρτην; οὐ τὴν πέμπτην; οὐ τὴν δεκάτην; οὕτω καὶ σὺ ποίει. δρῦς ἐστιν ἡ πόρνη, ἄκαρπον δένδρον, βαλάνους ἐκφέρουσα, χοίρων ἀλόγων τροφὴν, ἐν πολλῷ χρόνῳ ἐῤῥιζώθη ἐν τῇ διανοίᾳ σου, ἐν τῇ περιβολῇ τῶν δένδρων κατέβαλέ σου τὸ συνειδός. ὁ λόγος μου ἀξίνη ἐστίν. [b] ἤκουσας μίαν ἡμέραν, πῶς εἰς μίαν ἡμέραν πίπτει ἡ τοσούτῳ χρόνῳ ἐῤῥιζωμένη; ἐὰν γὰρ δὶς, ἐὰν γὰρ τρὶς, ἐὰν γὰρ ἑκατοντάκις, ἐὰν γὰρ μυριάκις, οὐκ ἔστι θαυμαστόν· μόνον ἐκκόψαι πρᾶγμα πονηρὸν καὶ ἰσχυρὸν, συνήθειαν πονη- C ράν. Μάννα ἤσθιον οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ κρόμμυα ἐζήτουν τὰ ἐν Αἰγύπτῳ. καλῶς ἦν ἡμῖν ἐν Αἰγύπτῳ· οὕτως αἰσχρὸν πρᾶγμα συνήθεια καὶ κάκιστον. κἂν εἰς δέκα ἡμέρας κατορθώσῃς, ἐὰν γὰρ εἰς εἴκοσι, ἐὰν γὰρ εἰς τριάκοντα, οὐκ ἀγαπῶ, οὐ χάριν ἔχω, οὐ περιπτύσσομαί σε, μόνον μὴ ἀποκάμῃς, ἀλλὰ αἰσχύνου καὶ καταγίνωσκε.

Πάλιν διελέχθην περὶ ἀγάπης, ἤκουσας, ἀπῆλθες καὶ ἥρπασας; οὐκ ἐπεδείξω διὰ τῶν ἔργων τὸν λόγον. μὴ αἰσχυνθῇς πάλιν εἰσελθεῖν εἰς τὴν ἐκκλησίαν· αἰσχύνου ἁμαρτάνων, μὴ αἰσχύνου μετανοῶν. πρόσεχε τί ἐποίησέ σοι ὁ διάβολος. δύο ταῦτά ἐστιν, ἁμαρτία καὶ D μετάνοια· ἁμαρτία, τραῦμα· μετάνοια, φάρμακον. ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ σώματι φάρμακα, καὶ τραύματα, οὕτως ἐν τῇ ψυχῇ ἁμαρτήματα καὶ μετάνοια. ἀλλ' ἡ ἁμαρτία τὴν αἰσχύνην ἔχει, ἡ δὲ μετάνοια τὴν παῤῥησίαν κέκτηται. πρόσεχέ μοι μετὰ ἀκριβείας, παρακαλῶ, ἵνα μὴ τὴν τάξιν συγχέων ἀπολέσῃς τὴν ὠφέλειαν. πρόσεχε τῷ λόγῳ. τραῦμα καὶ φάρμακον· ἁμαρτία καὶ μετάνοια. τὸ τραῦμα, ἡ ἁμαρτία, τὸ φάρμακον, ἡ μετάνοια. ἐν τῷ τραύματι, σηπεδὼν, ἐν τῷ φαρμάκῳ, καθαρισμὸς σηπεδόνος. ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ ση- E πεδὼν, ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ, ὄνειδος, ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ γέλως· ἐν τῇ μετανοίᾳ, παῤῥησία, ἐν τῇ μετανοίᾳ ἐλευθερία, ἐν τῇ μετανοίᾳ καθαρισμὸς ἁμαρτήματος. πρόσεχε μετὰ ἀκριβείας· τῇ ἁμαρτίᾳ αἰσχύνη ἕπεται, τῇ μετανοίᾳ παῤῥησία ἀκολουθεῖ. προσέσχες ὃ λέγω; τὴν τάξιν ὁ Σατανᾶς ἀντέτρεψε, καὶ ἔδωκε τὴν παῤῥησίαν τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ τὴν αἰσχύνην τῇ μετανοίᾳ. οὐκ ἀφίσταμαι ἕως ἑσπέρας, ἕως οὗ αὐτὸ λύσω. δεῖ με τὴν ὑπόσχεσιν πληρῶσαι, ἀμήχανόν με ἀποστῆναι. ἔστι τραῦμα καὶ φάρμακον, τὸ τραῦμα τὴν σηπεδόνα ἔχει· τὸ φάρμακον τὸν καθαρισμὸν τῆς σηπεδόνος κέκτηται. μὴ ἐν

a Savil. & Reg. ἀλλ' ἔστης μέχρι

b Sic Savil. Morel. vero, ἤκουσε μίαν ἡμέραν, πρὸς μίαν ἡμέραν.

τῷ φαρμάκῳ σηπεδών; μὴ ἐν τῷ τραύματι ἴασις; οὐκ ἔχει ταῦτα τὴν οἰκείαν τάξιν, κἀκεῖνα τὴν οἰκείαν; μὴ δύναται μεταβῆναι τοῦτο πρὸς ἐκεῖνο, ἢ ἐκεῖνο πρὸς τοῦτο; οὐδαμῶς. ἔλθωμεν καὶ ἐπὶ [a] τῆς ψυχῆς τῶν ἁμαρτημάτων. ἡ ἁμαρτία τὸ ὄνειδος ἔχει, καὶ τὴν ἀτιμίαν συγκεκληρωμένην· ἡ μετάνοια τὴν παῤῥησίαν ἔχει· ἡ μετάνοια τὴν νηστείαν ἔχει· ἡ μετάνοια τὴν δικαιοσύνην κέκτηται. λέγε γὰρ τὰς ἀνομίας σου πρῶτος, ἵνα δικαιωθῇς. δίκαιος ἑαυτοῦ κατήγορος ἐν πρωτολογίᾳ. εἰδὼς οὖν ὁ Σατανᾶς, ὅτι ἡ μὲν ἁμαρτία ἔχει τὴν αἰσχύνην, πρᾶγμα ἱκανὸν ἀποκροῦσαι τὸν ἁμαρτάνοντα δυνάμενον, ἡ δὲ μετάνοια ἔχει τὴν παῤῥησίαν, B πρᾶγμα ἱκανὸν ἐπισπάσασθαι τὸν μετανοοῦντα, ἐνήλλαξε τὴν τάξιν, καὶ ἔδωκε τὴν αἰσχύνην τῇ μετανοίᾳ, καὶ τὴν παῤῥησίαν τῇ ἁμαρτίᾳ. πόθεν τοῦτο; ἐγὼ λέγω. ἁλίσκεταί τις ὑπὸ ἐπιθυμίας χαλεπῆς πρὸς πάνδημον πόρνην, ἀκολουθεῖ τῇ πόρνῃ ὡς αἰχμάλωτος· εἰσέρχεται εἰς τὸ καταγώγιον, οὐκ αἰσχυνόμενος, οὐκ ἐρυθριῶν, συμπλέκεται τῇ πόρνῃ, πράττει τὴν ἁμαρτίαν, οὐδαμοῦ αἰσχύνη αὐτῷ, οὐδαμοῦ ἐρυθριᾷ. ἐξέρχεται ἐκεῖθεν μετὰ τὸ τέλος τῆς ἁμαρτίας, καὶ ἵνα μετανοήσῃ αἰσχύνεται. ἄθλιε, ὅτε περιεπλέκου τῇ πόρνῃ, οὐκ ᾐσχύνου, ἀλλ' ὅτε ἦλθες μετανοεῖν, τότε αἰσχύνῃ; C [b] αἰσχύνεται, εἰπὲ, εἰς τί ὅτε ἐπόρνευσεν οὐκ ᾐσχύνετο; τὸ πρᾶγμα πράττει, καὶ οὐκ αἰσχύνεται, καὶ τὸ ῥῆμα ἐρυθριᾷ; διαβόλου δέ ἐστι κακουργία αὕτη. ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ οὐκ ἀφίησιν αὐτὸν αἰσχύνεσθαι, ἀλλὰ δημοσιεύεσθαι· οἶδε γὰρ, ὅτι ἐὰν αἰσχυνθῇ, φεύγει τὴν ἁμαρτίαν, ἐν τῇ μετανοίᾳ ποιεῖ αὐτὸν αἰσχύνεσθαι· οἶδε γὰρ ὅτι αἰσχυνόμενος οὐ μετανοεῖ. δύο κακὰ ποιεῖ, καὶ εἰς τὴν ἁμαρτίαν ἕλκει, καὶ τὴν μετάνοιαν ἐπέχει. τί αἰσχύνῃ λοιπόν; ὅτε ἐπόρνευες, οὐκ ᾐσχύνου· ὅτε τὸ φάρμακον ἐπιτίθης, αἰσχύνῃ; ὅτε ἀπαλλάττεις ἑαυτὸν ἁμαρτίας, αἰσχύνῃ; τότε ὤφειλες αἰσχύνεσθαι, τότε ἔδει αἰσχύνεσθαι, D ὅτε ἡμάρτανες· ὅτε ἐγίνου ἁμαρτωλὸς, οὐκ ᾐσχύνου, ὅτε γίνῃ δίκαιος, αἰσχύνῃ; λέγε τὰς ἀνομίας σου πρῶτος, ἵνα δικαιωθῇς. ὢ φιλανθρωπία δεσπότου. οὐκ εἶπεν, ἵνα μὴ κολασθῇς, ἀλλ' ἵνα δικαιωθῇς· οὐκ ἤρκει αὐτῷ, ὅτι οὐ κολάζεις αὐτὸν, ἔτι καὶ δίκαιον ποιεῖς; καὶ πάνυ. ἀλλὰ πρόσεχε μετὰ ἀκριβείας τῷ λόγῳ. δίκαιον αὐτὸν ποιῶ, καὶ ποῦ τοῦτο ἐποίησεν; ἐπὶ τοῦ λῃστοῦ, ἵνα εἴπῃ μόνον ἐκεῖνο, οὐδὲ φοβῇ σὺ τὸν θεὸν, τῷ ἑταίρῳ αὐτοῦ. καὶ ἡμεῖς μὲν δικαίως· ἄξια γὰρ ὧν ἐπράξαμεν, ἀπολαμβάνομεν. λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ σωτὴρ, σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. οὐκ εἶπεν, ἀπαλλάττω σε κολάσεως καὶ τιμωρίας, ἀλλ' εἰς τὸν παράδεισον εἰσάγει αὐτὸν δίκαιον. εἶδες ἀπὸ ἐξομολογήσεως δίκαιον γινόμενον; πολὺ φιλάνθρωπός ἐστιν ὁ θεός. υἱοῦ E οὐκ ἐφείσατο, ἵνα δούλου φείσηται· παρέδωκε τὸν μονογενῆ, ἵνα ἀγοράσῃ δούλους ἀγνώμονας· τὸ αἷμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ τιμὴν κατέθηκεν. ὢ φιλανθρωπία δεσπότου. καὶ μή μοι λέγε πάλιν, ἥμαρτον πολλὰ, καὶ πῶς δυνήσομαι σωθῆναι; σὺ οὐ δύνασαι, ὁ δεσπότης σου

A remedio sanies? num in vulnere medela? Annon & hæc & illa proprium tenent ordinem? Num potest hoc ad illud, illud ad hoc transcendere? Nullo modo. Jam veniamus ad animam peccatis onustam. Peccatum probrum ignominiamque sortitur: pœnitentia fiduciam habet, pœnitentia jejunium, pœnitentia justitiam obtinet: *Dic enim tu iniquitates tuas primus, ut justificeris: justus in principio sermonis accusator est sui.* (Hesai. 43. 26. Prov. 18. 17.) Cum igitur sciat Satanas, quod peccatum sequatur pudor, qui possit peccatorem deterrere; pœnitentia vero fiduciam habeat, quæ possit pœnitentem allicere; ordinem invertit, deditque pœnitentiæ pudorem, peccato fiduciam. Undenam id liquet? ego dicam. Capitur quis ardenti concupiscentia publicæ meretricis; meretricem ille ceu captivus sequitur: in prostibulum ingreditur, nullo pudore, rubore nullo affectus cum meretrice congreditur, peccatumque admittit. Post admissum peccatum illinc egreditur, & de pœnitentia agenda erubescit. Miser, quando cum meretrice congrediebaris non erubescebas; at cum ad pœnitentiam accedis, tunc erubescis? Pudet eum, dic mihi. Quare cum fornicaretur non pudore afficiebatur: facinus perpetrat, & non pudore afficitur, & de verbo erubescit? Diaboli astutia est. In peccato non sinit eum erubescere, sed publice innotescere sinit: scit enim fore ut si pudore afficiatur, peccatum fugiat: in pœnitentia vero erubescere facit, novit enim eum præ pudore pœnitentiam non acturum esse. Duo mala facit, ad peccatum pellicit, & a pœnitentia arcet. Cur te jam pudet? cum fornicareris non erubescebas, cum remedium admoves, pudore suffunderis? cum teipsum a peccato liberas, erubescis? Tunc erubescere debebas, tunc pudefieri oportebat, cum peccares. Cum peccator fieres, non erubescebas; cum justus efficeris, erubescis? *Dic tu iniquitates tuas primus, ut justificeris.* (Hesai. 43. 26.) Non dixit, ut non plectaris supplicio; sed, ut justificeris. Annon sufficiebat ei, quod non punias eum, etiam justum efficis. Plane quidem. At sermoni sedulo mentem adhibe. Justum illum efficio: & ubinam hoc fecit? In latrone, ut hoc tantum sodali diceret: *Neque tu times Deum. Et nos quidem jure: nam digna factis recipimus.* (Luc. 23. 41.) Dicit & Salvator: *Hodie mecum eris in paradiso.* Non dixit, Te a pœna & supplicio eximo, sed ipsum justum in paradisum introducit. Vidistin' justum per confessionem effectum? (Confessio justum efficit.) Admodum benignus est Deus, filio non pepercit, ut servo parceret: tradidit unigenitum, ut ingratos servos redimeret: sanguinem filii sui in precium deposuit. O benignitatem Domini! Ne mihi rursum dicas: Peccavi multum, quomodo potero salutem consequi? Tu non potes, Dominus

[a] Locum hunc vitiatum Boisius sarcire nititur in notis Savilianis infra; sed ex conjectura tantum.

[b] Savil. αἰσχύνεται, εἰπὲ, εἰς τί; &c. In Morel. quædam desunt. Reg. hæc vitiata refert.

tuus potest: atque ita potest, ut deleat peccata tua. Attende diligenter: ita delet peccata, ut ne vestigium quidem eorum maneat. In corporibus non item: nam etsi medicus millies studium & remedia adhibeat, vulnus quidem e medio tollit; sed plerumque ei, qui in facie plagam accepit, vulnus quidem curat, sed cicatrix remanet, & in argumentum vulneris vultus deformitatem circumfert: milleque modis annititur medicus cicatricem delere, sed non potest. Repugnat enim infirmitas naturæ, necnon artis & remediorum imbecillitas: contra vero Deus cum peccata delet, nec cicatricem relinquit, nec vestigium manere sinit, ac cum sanitate formæ decus largitur, cum immunitate a supplicio justitiam dat, eumque qui peccavit ei, qui non peccavit, parem efficit. Tollit enim peccatum, atque id efficit ut neque sit, neque factum fuerit; ita scilicet universim delet illud. Non manet cicatrix, non vestigium, non argumentum, non signum.

3. Id undenam liquet? Dictorum enim demonstrationes exhibere debeo, ita ut non meam proferam sententiam, sed ex Scripturis demonstrem, ut res certa indubitataque maneat. Induco vobis homines vulneribus sauciatos, populum integrum, homines plenos ulceribus, sanie, vermibus, qui nihil aliud, quam vulnus & ulcus sint: qui tamen ita curari possint, ut nec cicatrix, nec vestigium, nec signum supersit: homines qui non unum, non duo, non tria, non quatuor vulnera habeant, sed a capite ad pedes toti vulnus sint. Attende diligenter orationi: est enim hic sermo noster communis atque salutaris. Medicamenta paro medicorum remediis præstantiora, quæ ne reges quidem adornare possunt. Quid rex potest? E carcere eruere, a gehenna autem eximere non potest: pecunias largiri, animam vero servare non valet. Sed in manus pœnitentiæ vos trado, ut vim ejus ediscatis, ut discatis peccatum non ei prævalere, neque ullam esse iniquitatem, quæ vim ejus superare possit. Interim induco non unum, non duos, non tres, sed pluries millenos homines, vulneribus ulceribusque plenos, innumeris peccatis onustos, qui per pœnitentiam ita salutem consequi potuere, ut neque vestigium neque cicatrix priorum ulcerum remaneret. Verum diligenter attendite sermoni, neque solum attendite, sed etiam ea, quæ dicuntur, memoriæ mandate, ut absentes instituatis, & eos, qui utilitate sermonis hujus destituti sunt, diligentiores reddatis. Accedat igitur ille Seraphinorum spectator Hesaias, qui mysticam illam melodiam audivit, qui infinita de Christo prædixit. Quid dicat percontemur: *Visio, quam vidit Hesaias adversus Judæam & adversus Jerusalem.* Dic visionem, quam vidisti, dic mihi: *Audi cælum, & auribus percipe terra, quia Dominus loquutus est.* Alia pollicitus es, & alia dicis. Quænam

Esai. 1. 1.

A δύναται, καὶ οὕτως ὡς ἐξαλεῖψαι τὰ ἁμαρτήματα. πρόσεχε μετὰ ἀκριβείας τῷ λόγῳ· οὕτως ἐξαλείφει τὰ ἁμαρτήματα, ὡς μήτε ἴχνος αὐτῶν μεῖναι. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν σωμάτων οὐκ ἔνι τοῦτο, ἀλλὰ κἂν μυριάκις σπουδάσῃ ἰατρὸς, κἂν φάρμακα ἐπιθῇ τῷ τραύματι, τὸ μὲν τραῦμα ἠφάνισεν, ἀλλὰ πολλάκις ἐπλήγη τις εἰς τὴν ὄψιν, καὶ τὸ μὲν τραῦμα διώρθωσεν, ἡ δὲ οὐλὴ ἐναπέμεινεν, ἔλεγχον τοῦ τραύματος περιφέρουσα τὴν ἀμορφίαν τῆς ὄψεως. καὶ φιλονεικεῖ μυρία ὁ ἰατρὸς ἐξαλεῖψαι καὶ τὴν οὐλὴν, οὐ δύναται δέ. ἀντιπίπτει δὲ αὐτῷ ἡ ἀσθένεια τῆς φύσεως, καὶ τὸ ἀνίσχυρον τῆς τέχνης, καὶ τὸ εὐτελὲς τῶν φαρ-
B μάκων· ὁ δὲ θεὸς ὅταν ἐξαλείφῃ ἁμαρτήματα, οὐδὲ οὐλὴν ἀφίησιν, οὐδὲ ἴχνος συγχωρεῖ μεῖναι, ἀλλὰ μετὰ τῆς ὑγιείας καὶ τὴν εὐμορφίαν χαρίζεται, μετὰ τῆς ἀπαλλαγῆς τῆς κολάσεως, καὶ δικαιοσύνην δίδωσι, καὶ ποιεῖ τὸν ἡμαρτηκότα ἴσον εἶναι τῷ μὴ ἡμαρτηκότι. ἀναιρεῖ γὰρ τὸ ἁμάρτημα, καὶ ποιεῖ αὐτὸ μηδὲ εἶναι, μηδὲ γεγονέναι, οὕτω καθόλου αὐτὸ ἀναιρεῖ. οὐκ οὐλὴ, οὐκ ἴχνος, οὐκ ἔλεγχος, οὐ δεῖγμα.

Καὶ πόθεν δῆλον τοῦτο; ὧν γὰρ λέγω, καὶ τὰς ἀποδείξεις ὀφείλω παρασχέσθαι, ὥστε μὴ ἀποφαίνεσθαι, ἀλλ' ἀποδεικνύναι ἀπὸ γραφῶν, ἵνα ἀσφαλὴς μείνῃ ἡ
C πληροφορία· εἰσάγω ὑμῖν ἀνθρώπους τετραυματισμένους, δῆμον ὁλόκληρον, ἑλκῶν γέμοντας, σηπεδόνος, σκωλήκων, ὅλον τραῦμα ὄντας, ὅλον ἕλκος, καὶ οὕτω δυναμένους θεραπευθῆναι, ὡς μὴ μεῖναι οὐλὴν, ὡς μὴ μεῖναι ἴχνος, μὴ μεῖναι δεῖγμα· οὐχ ἓν ἔχοντας τραῦμα, οὐ δύο, οὐ τρία, οὐ τέσσαρα, ἀλλ' ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς τραῦμα ὄντας. πρόσεχε μετὰ ἀκριβείας τῷ λόγῳ. κοινὸς γὰρ ὁ λόγος ἐστὶν ἡμῶν καὶ σωτήριος. φάρμακα κατασκευάζω τῶν ἰατρῶν βελτίονα, οἷα οὔτε βασιλεῖς κατασκευάσαι δύνανται. βασιλεὺς τί δύναται; δεσμωτη-
D ρίου ἐκβαλεῖν, γεέννης δὲ ἐλευθερῶσαι οὐ δύναται· χρήματα χαρίσασθαι, ψυχὴν δὲ σῶσαι οὐ δύναται. ἀλλὰ τῇ χειρὶ τῆς μετανοίας ὑμᾶς ἐγχειρίζω, ἵνα μάθητε αὐτῆς τὴν δύναμιν, ἵνα μάθητε αὐτῆς τὴν ἰσχὺν, ἵνα μάθητε, ὅτι οὐ περιγίνεται αὐτῆς ἁμάρτημα, οὐδὲ ἔστι παρανομία ἰσχύουσα περιγενέσθαι αὐτῆς τὴν δύναμιν. τέως εἰσάγω οὐχ ἕνα, οὐ δύο, οὐ τρεῖς, ἀλλὰ χιλιάδας πολλὰς ἡλκωμένας, τετραυματισμένας, μυρίων ἁμαρτημάτων γεμούσας, ἀπὸ τῆς μετανοίας δυναμένας σωθῆναι, ὡς μηδὲ ἴχνος, μηδὲ οὐλὴν ἔχειν τῶν ἑλκῶν τῶν προτέρων. ἀλλὰ προσέχετε μετὰ ἀκριβείας τῷ λό-
E γῳ, καὶ μὴ προσέχετε μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ μνήμῃ παραδίδοτε τὰ λεγόμενα, ἵνα καὶ τοὺς ἀπολειφθέντας συμβιβάσητε, καὶ οὕτω τῇ ὠφελείᾳ τῶν εἰρημένων ἐρήμους ὄντας σπουδαιοτέρους καταστήσητε. παρέστω τοίνυν Ἡσαΐας ὁ τῶν Σεραφὶμ θεωρὸς, ὁ τὸ μυστικὸν μέλος ἀκούσας ἐκεῖνο, ὁ μυρία περὶ τοῦ Χριστοῦ προειπών· ἐρωτήσωμεν τί φησιν· ὅρασις ἣν εἶδεν Ἡσαΐας κατὰ τῆς Ἰουδαίας, καὶ κατὰ Ἱερουσαλήμ. εἰπὲ τὴν ὅρασιν ἣν εἶδες, εἰπέ μοι· ἄκουε οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου γῆ· ὅτι κύριος ἐλάλησεν. ἄλλα ἐπηγγείλω, καὶ ἄλλα λέγεις. ποῖα

ἄλλα

ἄλλα ἐπηγγειλάμην; ἀρχόμενος λέγεις· ὅρασις κατὰ τῆς Ἰουδαίας καὶ κατὰ Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἀφεὶς τὴν Ἰουδαίαν, καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ, οὐρανῷ προσδιαλέγῃ, καὶ ἐπὶ τὴν γῆν ἐκκλίνας τὸν λόγον, ἀφῆκας τοὺς λογικοὺς ἀνθρώπους, καὶ τοῖς ἀλόγοις στοιχείοις διαλέγῃ; ἐπειδὴ τῶν ἀλόγων ἀλογώτεροι οἱ λογικοὶ ἐγένοντο· οὐ διὰ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλ' ἐπειδὴ μέλλων Μωϋσῆς εἰσάγειν αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, καὶ ἀφορῶν τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι, ὅτι τὰ παραδεδομένα ἔμελλον περιιδεῖν. ἄκουε οὐρανὲ, φησὶ, καὶ προσεχέτω γῆ ῥήματα ἐκ στόματός μου. διαμαρτύρομαι ὑμῖν Ἰουδαῖοι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, ὁ Μωϋσῆς φησιν· ὅτι ἐὰν εἰσέλθητε εἰς τὴν γῆν ἐπαγγελίας, καὶ ἐγκαταλείπητε κύριον τὸν θεὸν, ἔχετε διασκεδασθῆναι εἰς πάντα τὰ ἔθνη. ἦλθεν Ἡσαΐας, ἔμελλεν ἡ ἀπειλὴ εἰς ἔργον ἐκφέρεσθαι. οὐκ ἠδύνατο Μωϋσέα καλέσαι τὸν ἀποθανόντα, καὶ τοὺς τότε ἀκούσαντας καὶ τελευτήσαντας, καὶ καλεῖ τὰ στοιχεῖα, ἅπερ διεμαρτύρετο Μωϋσῆς. ἰδοὺ ἐξεβλήθητε τῆς ἐπαγγελίας· ἰδοὺ ἐγκαταλελοίπατε τὸν θεόν· πῶς σε καλέσω Μωϋσῆ; ἀπέθανες γὰρ καὶ ἐτελεύτησας. πῶς καλέσω τὸν Ἀαρών; κἀκεῖνος τελευτῇ παρεδόθη· οὐκ ἔχεις με καλέσαι; κάλεσον τὰ στοιχεῖα. διὰ γὰρ τοῦτο κἀγὼ ζῶν οὐχὶ τὸν Ἀαρὼν μόνον, καὶ τόνδε καὶ τόνδε διεμαρτυράμην, ἐπειδήπερ ἔμελλον τελευτᾶν, ἀλλὰ καὶ τὰ στοιχεῖα τὰ μένοντα· διαμαρτύρομαι ὑμῖν, τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. λέγει οὖν Ἡσαΐας, ἄκουε οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου γῆ. ὑμᾶς γὰρ ἐνετείλατο Μωϋσῆς καλέσαι σήμερον. οὐ διὰ τοῦτο δὲ μόνον αὐτὰ καλεῖ τὰ στοιχεῖα, ἀλλ' ἐπειδὴ διελέχθη τοῖς Ἰουδαίοις. ἄκουε οὐρανὲ, σὺ γὰρ τὸ μάννα κατήνεγκας· ἐνωτίζου ἡ γῆ, σὺ γὰρ ὀρτυγομήτραν ἔδωκας. ἄκουε οὐρανὲ ἄνωθε· σὺ γὰρ τὸ μάννα κατήνεγκας, σὺ γὰρ ὑπὲρ τὴν φύσιν ἐπεδείξω. ἄνω ἦς, καὶ ἅλωνα ἐμιμήσω. ἐνωτίζου γῆ· σὺ γὰρ κάτω ἦς, καὶ τράπεζαν αὐτοσχεδιασμένην κατεσκεύασας. ἤργει ἡ φύσις, καὶ εἰργάζετο ἡ χάρις· οὐδὲ βοῶν ἐργασία, καὶ ὁ στάχυς προεσκευασμένος· οὐ μαγείρων χεῖρες, οὐκ ἐπίταγμα, ἀλλ' ἦν τὸ μάννα πάντα γινόμενον· πηγὴ ἡγιασμένη. ἡ φύσις τῆς οἰκείας ἀσθενείας ἐπελάθετο. πῶς τὰ ἱμάτια αὐτῶν οὐ κατετρίβη; πῶς τὰ ὑποδήματα αὐτῶν οὐκ ἐπαλαιώθησαν; πάντα ἐγένοντο πρὸς τὴν τούτων διακονίαν. ἄκουε οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου γῆ. μετὰ τῶν ὑπομνημάτων καὶ τῶν εὐεργεσιῶν ἐκείνων, ὑβρίζεται ὁ δεσπότης. τίνι ἐντύχω; ἢ ὑμῖν; ἄνθρωπον οὐκ ἔχω τὸν ἀκούοντα. ἰδοὺ ἦλθον, καὶ οὐκ ἦν ἄνθρωπος· ἐλάλησα, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἀκουσόμενος. τοῖς ἀλόγοις διαλέγομαι, ἐπειδὴ οἱ λογικοὶ εἰς ἀλόγων εὐτέλειαν κατωλίσθησαν. διὰ τοῦτο καὶ ἄλλος προφήτης βλέπει τὸν βασιλέα μαινόμενον, τὸ εἴδωλον θεραπευόμενον, τὸν θεὸν ὑβριζόμενον, τοὺς ἄλλους ἅπαντας καταπεπληχότας, καὶ λέγει, ἄκουσον θυσιαστήριον, ἄκουσόν μου. λίθῳ διαλέγῃ; ναί· ἐπειδὴ λίθου ἀναισθητότερος ὁ βασιλεύς· ἄκουσόν μου θυσιαστήριον, ἄκουσον. τάδε λέγει κύριος, καὶ εὐθέως διεσχίσθη τὸ θυσιαστήριον. καὶ ὁ λίθος ἤκουσεν, ὁ λίθος ἐρράγη, καὶ ἐξέχεε τὴν θυσίαν. πῶς

A alia pollicitus sum? Principio dicis, Visio adversus Judæam, & adversus Jerusalem, & missa Judæa atque Jerusalem, cælum alloqueris, & ad terram sermonem declinas: rationales homines missos facis, & cum irrationabilibus elementis verba conferis? Quia nempe irrationabilibus rationabiliores facti sunt rationabiles illi; neque ideo tantum; sed quia cum introducturus eos esset Moyses in terram promissionis, & quæ futura erant prævideret, quod nimirum quæ sibi tradita fuerant contemturi essent; *Audi cælum*, inquit, *& attendat terra verba ex ore meo.* (Deut. 32. 1) Contestor vobis cælum & terram, inquit Moyses, quod si ingressi fueritis in terram promissionis, & dereliqueritis Dominum Deum, futurum sit ut dispergamini in omnes gentes. B Venit Hesaïas, futurum erat ut comminatio in opus prodiret: non poterat Moysem evocare, nec eos, qui ipsum audierant, utpote defunctos: & elementa advocat, quæ contestatus erat Moyses. Ecce a promissione excidistis: ecce dereliquistis Deum. Quo pacto te advocabo Moyses? Defunctus enim es, & vitam obiisti. Quo pacto item Aaronem evocabo? Ille quoque mortem oppetivit. Non potes, inquit, me evocare? Evoca elementa. Idcirco enim & ego dum viverem, non Aaronem solum, C non illum & illum contestabar, quia obituri erant: sed elementa, quæ manent, nempe cælum & terram contestor. Ait igitur Hesaïas, *Audi cælum, & auribus percipe terra.* Vos enim jussit Moyses hodie advocare. Neque hanc solum ob causam vocat elementa; sed quia Judæos alloquebatur. *Audi cælum,* tu enim manna demisisti: *Auribus percipe terra*, tu namque coturnicem dedisti. Audi cælum, audi; tu enim manna demisisti, tu enim quæ supra naturam erant exhibuisti: sursum eras, & aream imitabaris. *Auribus percipe terra:* tu enim deorsum eras, & extemD poralem mensam parasti. Otiosa erat natura, & gratia operata est: boum nullus erat labor, & spica proferebatur: non coquorum manus, non jussum aderat: sed manna fontis sancti instar omnium vicem supplebat. Natura propriæ infirmitatis obliviscebatur. Quo pacto ipsorum vestes detritæ non sunt? Quo modo ipsorum calceamenta non sunt vetustate consumta? Omnia ad illorum ministerium inserviebant. *Audi cælum, & auribus percipe terra.* Post tot monita, post tot beneficia, contumelia afficitur Dominus. Quem alloquar? Num vos? Neminem qui audiat habeo. Ecce veni, & nullus erat homo: loquuE tus sum, nec erat qui audiret. Irrationabilia alloquar, quandoquidem rationabiles ad irrationabilium vilitatem delapsi sunt. Quamobrem alius Propheta videt furentem regem, idolum cultu honoratum, Deum contumelia affectum, alios omnes attonitos, & dicit: *Audi me altare, audi me.* (3. Reg. 13. 2.) Lapidemne alloqueris? Etiam. Quandoquidem rex minus est compos sensuum, quam lapis. Audi me altare, audi. Hæc dicit Dominus. Et statim altare diruptum est. Et lapis audivit, lapis diruptus est, & sacrificium effudit.

Quomodo non audivit homo? Extendit manum suam, ut raperet Prophetam. Et quid facit Deus? Arefecit ejus manum. Vide quidnam fecerit, vide Domini clementiam, & servi peccatum. Quare non ab initio manum ejus arefecit? Ut dirupto lapide resipisceret. Etenim si lapis diruptus non fuisset, tibi pepercissem. Quia vero discissus est lapis, & tu non emendatus es, iram in te transfero. Extendit manum ut raperet Prophetam, & arefacta est manus. Erectum erat tropæum. Aderant tot satellites & duces exercitus, auxilium ingens, & manum ejus contrahere non poterant. Sed stabat manus voce declarans impietatis profligationem, pietatis tropæum, Dei erga homines benignitatem, illius insaniam. Et illam contrahere non poterant.

4. Verum ne verbum ex verbo texentes, argumenti obliviscamur, age quæ polliciti sumus ostendamus. Quidnam polliciti sumus? Quod si quis sexcentis sit affectus vulneribus, pœnitentiamque agat, & bonum operetur, sic ea delebit Deus, ut nec cicatrix, nec vestigium, nec indicium peccatorum appareat. Hæc promisi, hæc demonstrare conabor.
forte & Deo repugnare inveniamini: Hoc & ego fidenter de die hoc pronunciaverim. Quoniam ex Deo Deus verbum eſt, idcirco non ſolum non diſſolutum eſſe: quin potius per annos ſingulos majus incrementum ſumere, clarioremque evadere. Quoniam & illa prædicatio paucorum annorum ſpatio univerſum terrarum orbem occupavit; quamquam tentoriorum opifices, piſcatores, literarum rudes, & imperiti homines eſſent, qui illam quoquoverſus perferrent: neque quidquam miniſtrorum vilitas nocuit, cum potentia ejus, qui prædicabatur, omnia anticiparet, impedimenta ſubmoveret, ac ſuam vim exereret.

Evangeli prædicatio qualis.

Altera demonſtratio.

2. Quod ſi quis forte pervicacior illis, quæ dicta ſunt, non acquieſcat: eſt altera demonſtratio, quam afferemus. Quæ vero iſta? Quæ in deſcriptione illa, cujus Evangelia mentionem faciunt, ſita eſt. *Factum eſt enim*, inquit Evangeliſta, *in diebus illis, exiit edictum a Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur univerſus orbis. Hæc deſcriptio prima facta eſt Præſide Syriæ Cyrenio. Et ibant omnes, ut profiterentur, ſinguli in civitatem ſuam. Aſcendit autem & Joſeph a Galilæa, de civitate Nazareth in Judæam, in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem: eo quod eſſet de domo & familia David: ut profiteretur cum Maria deſponſata ſibi uxore prægnante. Factum eſt autem, cum eſſent ibi, impleti ſunt dies ut pareret: & peperit filium ſuum primogenitum, & pannis eum involvit, & reclinavit eum in præſepio: quia non erat eis locus in diverſorio.* Ex his liquet, primæ deſcriptionis tempore natum eſſe. Et cui veteres hiſtoriarum codices, qui Romæ publice aſſervantur, lectitare libeat, perfacile etiam tempus hujus deſcriptionis accurate diſcere poterit. Cæterum quid hoc ad nos, dicat aliquis, qui illic neque ſumus neque fuimus umquam? Auſculta; neque diffidas, quia ab illis qui exactam hujus rei cognitionem habent, quique illam urbem inhabitant, hunc diem accepimus: nam illi ipſi, qui illic commorantur, multo ante, & ex antiqua traditione ipſum celebrantes, ad nos uſque illius notitiam nunc tranſmiſerunt. Neque enim Evangeliſta ſimpliciter nobis illud tempus indicavit; ſed ita, ut etiam una hunc diem nobis manifeſtum redderet, & exploratum, Deique incarnationem patefaceret. Neque enim ſuopte impulſu, aut ex ſe ipſo Auguſtus edictum hoc promulgavit, ſed Deo animum ipſius concitante, ut vel invitus adventui Unigeniti ſubſerviret. At quid hoc, inquis, ad incarnationem oſtendendam momenti habet? Non parvum, dilecte, neque ubivis obvium, ſed magnum omnino: adeoque unum ex iis hoc eſt, quæ neceſſario ac ſtudioſe quæruntur. Quale tandem illud? Galilæa regio quædam eſt Palæſtinæ; Nazareth autem in ea civitas. Rurſus Judæa

Luc. 2. 1.

Ex tempore deſcriptionis tempus Nativitatis deprehenditur.

A σαι αὐτὸ, μήποτε καὶ θεομάχοι εὑρεθῆτε· τοῦτο κἀγὼ περὶ τῆς ἡμέρας ταύτης εἴποιμι ἂν θαῤῥῶν· ὅτι, ἐπειδὴ ἐκ θεοῦ θεὸς λόγος ἐστὶ, διὰ τοῦτο οὐ μόνον οὐ κατελύθη, ἀλλὰ καὶ καθ' ἕκαστον ἔτος ἐπιδίδωσι, καὶ λαμπροτέρα γίνεται· ἐπεὶ καὶ τὸ κήρυγμα ἐν ὀλίγοις ἔτεσι τὴν πᾶσαν κατέλαβεν οἰκουμένην, καίτοι σκηνοποιῶν, ἁλιέων, ἀγραμμάτων, ἰδιωτῶν πανταχοῦ διακομιζόντων αὐτό. ἀλλ' οὐδὲν ἔβλαπτεν ἡ τῶν [a] διακονούντων εὐτέλεια, τῆς τοῦ κηρυττομένου δυνάμεως πάντα προκαταλαμβανούσης, καὶ τὰ κωλύματα ἀναιρούσης, καὶ τὴν οἰκείαν ἐπιδεικνυμένης ἰσχύν. a

B

Εἰ δέ τις τῶν φιλονείκων οὐκ ἀνέχοιτο τῶν εἰρημένων, ἔστι καὶ δευτέραν εἰπεῖν. ποίαν δὴ ταύτην; τὴν [b] ἀπὸ τῆς ἀπογραφῆς τῆς ἐν τοῖς εὐαγγελίοις κειμένης. b ἐγένετο γάρ, φησιν ὁ εὐαγγελιστὴς, ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἐξῆλθε δόγμα παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου, ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου. καὶ ἐπορεύοντο πάντες ἀπογράφεσθαι, ἕκαστος εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν. ἀνέβη δὲ καὶ Ἰωσὴφ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, ἐκ πόλεως Ναζαρὲθ, C εἰς τὴν Ἰουδαίαν, εἰς πόλιν Δαυὶδ, ἥτις καλεῖται Βηθλεὲμ, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαυὶδ, ἀπογράφεσθαι σὺν Μαριὰμ τῇ μεμνηστευμένῃ αὐτῷ γυναικὶ οὔσῃ ἐγκύῳ. ἐγένετο δὲ ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐκεῖ, ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτήν· καὶ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτὸν, καὶ ἀνέκλινεν αὐτὸν ἐν τῇ φάτνῃ, διότι οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι. ὅθεν δῆλον, ὅτι κατὰ τὴν πρώτην ἀπογραφὴν ἐτέχθη. καὶ [c] τοῖς ἀρχαίοις τοῖς δημοσίᾳ κειμένοις κώδιξιν ἐπὶ τῆς Ῥώμης ἔξεστιν ἐντυχόντα, καὶ τὸν καιρὸν τῆς ἀπογραφῆς μαθόντα ἀκριβῶς εἰδέναι τὸν βουλόμενον. c D τί οὖν πρὸς ἡμᾶς, φησι, τοῦτο τοὺς οὐκ ὄντας ἐκεῖ, οὔτε παραγινομένους; ἀλλ' ἄκουε, καὶ μὴ ἀπίστει, ὅτι παρὰ τῶν ἀκριβῶς ταῦτα εἰδότων, καὶ τὴν πόλιν ἐκείνην οἰκούντων παρειλήφαμεν τὴν ἡμέραν. οἱ γὰρ ἐκεῖ διατρίβοντες, ἄνωθεν καὶ ἐκ παλαιᾶς παραδόσεως αὐτὴν ἐπιτελοῦντες, αὐτοὶ νῦν αὐτῆς ἡμῖν τὴν γνῶσιν διεπέμψαντο. οὐδὲ γὰρ ὁ εὐαγγελιστὴς ἁπλῶς τὸν καιρὸν ἐπεσημήνατο τοῦτον· ἀλλ' ὥστε καὶ τὴν ἡμέραν ἡμῖν δήλην ποιῆσαι καὶ γνώριμον, καὶ τοῦ θεοῦ τὴν οἰκονομίαν ἐνδείξασθαι. οὐ γὰρ οἴκοθεν, οὐδὲ παρ' ἑαυτοῦ τότε ὁ Αὔγουστος τὸ δόγμα τοῦτο ἐξέπεμψεν· ἀλλὰ τοῦ θεοῦ κινοῦντος αὐτοῦ τὴν ψυχὴν, ἵνα καὶ ἄκων ὑπηρετήσηται τῇ τοῦ μονογενοῦς παρουσίᾳ. καὶ τί E τοῦτο συντελεῖ πρὸς τὴν οἰκονομίαν ταύτην, φησίν; οὐ μικρὸν, οὐδὲ τὸ τυχὸν, ἀγαπητὲ, ἀλλὰ καὶ σφόδρα μέγα, καὶ τῶν ἀναγκαίων καὶ [d] σπουδαζομένων ἕν. d ποῖον δὴ τοῦτο; ἡ Γαλιλαία χώρα τίς ἐστιν ἐν Παλαιστίνῃ, ἡ δὲ Ναζαρὲθ πόλις τῆς Γαλιλαίας. πάλιν, ἡ Ἰουδαία χώρα

a Duo MSS. διακονουμένων.
b Duo MSS. ἀπὸ τῆς γραφῆς.
c Scaliger de Emendatione temporum, ubi de Natali Domini, legendum contendit τοῖς ἀρχείοις Archivis: At præterquam quod reclamant MSS. omnes; non video quo pacto ἀρχείοις quadrare poſſet ad vocem ſequentem κώδιξι, nam ἀρχείοις eſt ſubſtantivum & hic requiritur adjectivum.
d Duo MSS. σπουδαζομένων, καὶ πνευματικῶν ἕν.

τίς ἐστι, παρὰ τῶν ἐγχωρίων οὕτω καλουμένη· ἡ δὲ Βηθλεὲμ, πόλις τῆς Ἰουδαίας. τὸν δὲ Χριστὸν οἱ προφῆται προὔλεγον ἅπαντες, οὐκ ἀπὸ τῆς Ναζαρὲθ, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῆς Βηθλεὲμ ἥξειν, καὶ ἐκεῖ τεχθήσεσθαι. οὕτω γὰρ γέγραπται· καὶ σὺ Βηθλεὲμ, γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα. ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ. καὶ οἱ Ἰουδαῖοι οἱ τότε παρὰ τοῦ Ἡρώδου ἐρωτώμενοι, ποῦ ὁ Χριστὸς γεννᾶται, ταύτην εἶπον αὐτῷ τὴν μαρτυρίαν. διὰ τοῦτο καὶ τοῦ Ναθαναὴλ εἰπόντος πρὸς τὸν Φίλιππον ἐπειδὴ ἐκεῖνος ἔλεγεν, Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρὲθ [a] εὑρήκαμεν· ἐκ Ναζαρὲθ δύναταί τι ἀγαθὸν εἶναι; ὁ Χριστὸς περὶ αὐτοῦ φησιν· ἴδε ἀληθῶς Ἰσραηλίτης, ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἔστι. καὶ τίνος, φησὶν, ἕνεκεν αὐτὸν ἐπῄνεσεν; ἐπειδὴ οὐ συνηρπάγη [b] τῇ ἀπαγγελίᾳ τοῦ Φιλίππου· ἀλλ᾽ ᾔδει σαφῶς καὶ ἀκριβῶς, ὅτι οὐκ ἐν Ναζαρὲθ, οὔτε ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ ἔδει τὸν Χριστὸν τεχθῆναι, ἀλλ᾽ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ ἐν τῇ Βηθλεέμ· ὅπερ οὖν καὶ ἐγένετο. ἐπεὶ οὖν ὁ μὲν Φίλιππος τοῦτο ἠγνόησεν, ὁ δὲ Ναθαναὴλ, ἅτε νομομαθὴς ὢν, ἀπεκρίνατο τὰ κατὰ τὴν ἄνωθεν προφητείαν εἰρημένα, εἰδὼς, ὅτι οὐκ ἐκ Ναζαρὲθ ἥξει ὁ Χριστός· διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς, ἴδε ἀληθῶς Ἰσραηλίτης, φησὶν, ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἔστι. διὰ τοῦτο καί τινες τῶν Ἰουδαίων ἔλεγον πρὸς τὸν Νικόδημον· ἐρεύνησον, καὶ ἴδε, ὅτι προφήτης ἐκ τῆς Γαλιλαίας οὐκ ἐγήγερται. καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ· οὐκ ἀπὸ Βεθλεὲμ τῆς κώμης, ὅπου ἦν Δαυὶδ, ὁ Χριστὸς ἔρχεται; καὶ κοινὴ πάντων ψῆφος ἦν, ὅτι πάντως ἐκεῖθεν αὐτὸν δεῖ παραγενέσθαι, οὐκ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας. ἐπεὶ οὖν ὁ Ἰωσὴφ καὶ ἡ Μαρία τῆς Βηθλεὲμ ὄντες πολῖται, ἐκείνην ἀφέντες, ἐν τῇ Ναζαρὲθ τὸν βίον αὐτῶν κατεστήσαντο, κἀκεῖ διέτριβον· οἷα δὴ πολλὰ συμβαίνειν εἰκὸς ἐπὶ πολλῶν ἀνθρώπων, τὰς μὲν πόλεις, ὅθεν ἐγένοντο, καταλιμπανόντων· ἐν ἄλλαις δὲ, ἐν αἷς οὐκ ἐφύησαν παρὰ τὴν ἀρχὴν, διατριβόντων· ἔδει δὲ τὸν Χριστὸν ἐν Βηθλεὲμ τεχθῆναι· ἐξῆλθε τὸ δόγμα, καὶ ἄκοντας αὐτοὺς συνωθοῦν εἰς τὴν πόλιν ἐκείνην, τοῦ θεοῦ οὕτως οἰκονομοῦντος. ὁ γὰρ νόμος ὁ κελεύων ἕκαστον εἰς τὴν ἰδίαν [c] ἀπογράψασθαι πατρίδα, ἠνάγκαζεν ἐκεῖθεν αὐτοὺς ἀνίστασθαι, ἀπὸ τῆς Ναζαρὲθ λέγω, καὶ ἔρχεσθαι εἰς τὴν Βηθλεὲμ, ὥστε ἀπογράφεσθαι. τοῦτο γοῦν αὐτὸ αἰνιττόμενος καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς, ἔλεγεν· ἀνέβη δὲ καὶ ὁ Ἰωσὴφ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, ἐκ πόλεως Ναζαρὲθ, εἰς τὴν Ἰουδαίαν, εἰς πόλιν Δαυὶδ, ἥτις καλεῖται Βηθλεὲμ, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαυὶδ, ἀπογράφεσθαι σὺν Μαριὰμ τῇ μεμνηστευμένῃ αὐτῷ γυναικὶ οὔσῃ ἐγκύῳ. καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐκεῖ, ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτὴν, καὶ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον.

Εἶδες, ἀγαπητὲ, οἰκονομίαν θεοῦ καὶ διὰ τῶν ἀπίστων, καὶ τῶν πιστῶν τὰ καθ᾽ ἑαυτὸν οἰκονομοῦντος· ἵνα μάθωσιν οἱ ἀλλότριοι τῆς εὐσεβείας τὴν ἰσχὺν καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ. καὶ ὁ μὲν ἀστὴρ τοὺς Μάγους ἤγαγεν ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς· ὁ δὲ νόμος τὴν Μαριὰμ εἵλκεν ἐπὶ τὴν πατρίδα τὴν

[a] Duo MSS. εὑρήκειμεν.
[b] Alii, τῇ ἀγγελίᾳ.

A regio est; ab indigenis hoc nomine vocitata: Bethlehem vero Judææ civitas. Christum porro omnes Prophetæ prædixerant, non a Nazareth, sed a Bethlehem venturum, illicque nasciturum. Ita enim scriptum est: *Et tu Bethlehem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda. Ex te enim exiet Dux, qui reget populum meum Israël.* (Matth. 2. 6. Mich. 5. 2.) Et Judæi olim ab Herode interrogati, ubi nasceretur Christus, hoc ipsum ei testimonium retulerunt. Hanc eamdem ob causam loquente Nathanaële ad Philippum, postquam ei dicenti, *Jesum a Nazareth invenimus*, respondisset, *A Nazareth* (Joan. 1. 45.) B *potest aliquid boni esse?* Christus de ipso ait: *Ecce vere Israelita in quo dolus non est.* (Joan. 1. 47.) Cujus autem rei gratia ipsum ita commendavit? Quod nuncio illo Philippi non protinus fuerit abreptus: nam manifeste planeque sciebat, neque in Nazareth, neque in Galilæa Christum nasci debere, sed in Judæa & in Bethlehem: quod & ita factum fuerat. Quandoquidem ergo Philippum id latebat. Nathanael autem pro peritia, quam legis habebat, cum sciret ea, quæ a Prophetis dicta essent, responsum vaticinio superius allato consentaneum dabat, a C Nazareth Christum non venturum: propterea etiam inquit Christus: *Ecce vere Israëlita, in quo dolus non est.* Hac etiam de causa quidam Judæorum Nicodemo dicebant: *Scrutare, & vide, quia e Galilæa Propheta non excitatur.* (Joan. 7. 52.) Et rursus: *Nonne a Bethlehem castello, ubi erat David, Christus venit?* (Joan. 7. 42.) Atque adeo communis omnium sententia erat, haud dubie illinc, non autem a Galilæa, venturum esse. Itaque cum Joseph & Maria, cives Bethlehemitæ, relicta patria in Nazareth vitam suam instituissent, & illic commorarentur, ut videlicet sæpe multis hominibus usu venire so- D let, qui e civitatibus, unde ortum duxerant, emigrantes, in aliis in quibus ab initio nati non fuerant, commorentur; oporteretque Christum in Bethlehem nasci: (Qua occasione Christus natus in Bethlehem.) exiit edictum, quod, Deo ita statuente, etiam invitos illam in urbem compulit. Lex enim quæ jubebat unumquemque in patria sua nomen profiteri, adegit eos a Nazareth pedem efferre & in Bethlehem redire ad nomen illic suum describendum. Hoc ergo subindicans Evangelista, ait: *Ascendit ergo Joseph a Galilæa ex civitate Nazareth in Judæam, in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem, eo quod esset de domo & fami-* (Luc. 2. 4.) E *lia David: ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore prægnante. Factum est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies, ut pareret, & peperit filium suum primogenitum.*

3. Vidisti, dilecte, providentem Dei administrationem, per infideles atque fideles ea quæ ad se pertinent dispensantis; nempe ut vim potentiamque ejus, qui a vero ipsius cultu alieni sunt, agnoscant. Et stella quidem Magos ab Oriente perduxit; at lex Mariam in patriam a Prophetis prædictam (Matth. 2. 1. & 2.)

[c] Alii, ἀπογράφεσθαι, & sic infra.

traxit. Hinc nobis evidenter constat etiam Virginem ipsam ex genere Davidico fuisse. Nam si ex Bethlehem ortum duxit, manifestum est, quod etiam ex domo & familia David fuerit. Quod item superius manifeste docuit Evangelista, cum dixit; *Ascendit autem & Joseph ex Galilæa cum Maria; eo quod esset ex domo & familia David.* Nam cum seriem stirpis Joseph recensuisset; hujus autem majores nemo ut illius enumerasset, ne hinc tibi dubitatio oriretur, ac diceres: unde ergo manifeste patet etiam ipsam David ortam: Audies. *In mense*, inquit, *sexto, missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David.* Quæ verba, *de domo David*, accipienda sunt tamquam de Virgine dicta, quod & hic manifeste indicatum est. Atque hac de causa edictum & lex illa promulgata fuit, quæ eos in Bethlehem duceret: simulatque enim in civitatem ascendissent, confestim etiam Jesus nascitur, ac proinde etiam in præsepi reclinatur: quod undique multi eo concurrissent, & loca præoccupassent, magnasque divertendi angustias effecissent: quo in loco etiam Magi illum adoraverunt. Ut autem (hujusce diei) dilucidiorem adhuc demonstrationem exhibeam, vestris mecum adsurgite animis: nam longiorem rerum memoriam excitare, & priscas leges recitare statui, ut ex omni parte vobis orationem nostram manifestiorem reddam. Lex erat Judæis, eaque perantiqua: sed age, potius paulo altius sermonem repetamus. Quo tempore ab Ægyptiacis turbis, & barbara Pharaonis tyrannide, Hebræorum populum Deus liberavit; videns ipsos impietatis adhuc secum reliquias habere, rebusque omnibus sub sensum cadentibus ad insaniam usque addictos, templorumque magnitudinis ac pulcritudinis admiratione duci, templum ipsis ædificari præcipit, quod non modo materiæ magnificentia atque artis varietate, sed & structuræ formâ, cætera omnia, quæ ubique terrarum erant templa, obscuraret. Et quemadmodum pater liberorum amans, filium profligatis, perniciosis, lascivis hominibus usum, nimioque luxu dissolutum, ad se longo temporis intervallo recipiens, tuto & cum dignitate in majori rerum abundantia constitueret, ne in angustias aliquas conjectus, priorum recordatione, atque etiam cupiditate corripiatur: ita Deus Judæos ad res sensiles cum stupore propensos videns, in hisce ipsis rebus præstantissimum aliquid efficit; ne umquam postea Ægyptiorum, aut eorum quæ apud Ægyptios experti fuerant, cupiditate caperentur: templumque ipsis statuit ad mundi exemplar, totiusque universi, tam quod sensu, quam quod solo intellectu percipi potest. Sicut enim terra est, & cælum,

Luc. 2. 4.
Luc. 1. 26.
Lex Judæorum quædam antiqua.
Exod. 26.

A ὑπὸ τοῦ προφήτου εἰρημένην. ἐντεῦθεν ἡμῖν δῆλόν ἐστιν, ὅτι καὶ ἡ παρθένος ἐκ γένους ἐστὶ Δαυιτικοῦ. ἐπειδὴ γὰρ ἐκ τῆς Βηθλεὲμ ἦν, εὔδηλον ὅτι καὶ ἐκ τοῦ οἴκου καὶ τῆς πατριᾶς ἦν τοῦ Δαυίδ. τοῦτο καὶ ἀνωτέρω ἐδήλωσεν ὁ εὐαγγελιστὴς, ἐν οἷς ἔλεγεν· ἀνέβη δὲ καὶ Ἰωσὴφ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας σὺν Μαριὰμ, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαυίδ. ἐπειδὴ γὰρ ὁ μὲν Ἰωσὴφ ἐγενεαλογήθη, τοὺς δὲ ταύτης προγόνους οὐδεὶς ἡμῖν ἠρίθμησεν οὕτως, ὡς τοὺς ἐκείνου· ἵνα μὴ ἀμφιβάλλῃς, καὶ λέγῃς, πόθεν οὖν δῆλον, ὅτι ἐκ τοῦ Δαυίδ ἐστι καὶ αὐτή; ἄκουσον·
B ἐν τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ ὑπὸ τοῦ θεοῦ εἰς πόλιν τῆς Γαλιλαίας, ᾗ ὄνομα Ναζαρὲθ, πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ, ᾧ ὄνομα Ἰωσὴφ [a], ἐξ οἴκου Δαυίδ. τὸ, ἐξ οἴκου Δαυίδ, περὶ τῆς παρθένου ὑποληπτέον εἰρῆσθαι· ὅπερ οὖν καὶ ἐνταῦθα δεδήλωται. διὰ τοῦτο καὶ τὸ πρόσταγμα καὶ ὁ νόμος τότε ἐφοίτα, ἀνάγων ἐπὶ τὴν Βηθλεὲμ αὐτούς. ὁμοῦ τε γὰρ τῆς πόλεως ἐπέβησαν, καὶ Ἰησοῦς εὐθέως ἐτίκτετο, διὸ καὶ ἐν φάτνῃ κατεκλίνετο πολλῶν πανταχόθεν τότε συντρεχόντων, καὶ τοὺς τόπους προκαταλαμβανόντων,
C καὶ πολλὴν ποιούντων τὴν στενοχωρίαν· ὅθεν ἐκεῖ αὐτὸν καὶ οἱ Μάγοι προσεκύνησαν. ἵνα δὲ σαφεστέραν καὶ γνωριμωτέραν ὑμῖν ἀπόδειξιν παράσχωμαι, διανάστητέ μοι, παρακαλῶ, νῦν. καὶ γὰρ μακρὰν ἱστορίαν ἀνακινῆσαι βούλομαι, καὶ παλαιοὺς ἀναγνῶναι νόμους, ὥστε πάντοθεν ὑμῖν γενέσθαι τὸν λόγον σαφέστερον. νόμος ἦν παλαιὸς τοῖς Ἰουδαίοις· μᾶλλον δὲ ἀνωτέρω τὸν λόγον ἀγάγωμεν. ὅτε τῶν Αἰγυπτιακῶν θορύβων, καὶ τῆς τοῦ
D βαρβάρου τυραννίδος τὸν τῶν Ἑβραίων δῆμον ἀπήλλαξεν ὁ θεὸς, ὁρῶν αὐτοὺς ἔτι λείψανα ἀσεβείας ἔχοντας καὶ περὶ τὰ αἰσθητὰ ἐπτοημένους, καὶ μεγέθη καὶ κάλλη ναῶν θαυμάζοντας, ἐκέλευσεν αὐτοῖς οἰκοδομηθῆναι ναὸν, οὐχὶ τῇ πολυτελείᾳ τῆς ὕλης μόνον, οὐδὲ τῇ ποικιλίᾳ τῆς τέχνης, ἀλλὰ καὶ τῷ σχήματι τῆς οἰκοδομῆς πάντας τοὺς ἐν τῇ γῇ ναοὺς ἀποκρύπτοντα. καὶ καθάπερ πατὴρ φιλόστοργος διὰ πολλοῦ χρόνου τὸν υἱὸν τὸν ἑαυτοῦ μιαροῖς ἀνθρώποις καὶ φθορεῦσι καὶ ἀσώτοις συναναστραφέντα καὶ πολλῆς ἀπολαύσαντα τρυφῆς λαβὼν,
E μετ' ἀσφαλείας καὶ σεμνότητος ἐπὶ πλείονι καθίστησιν αὐτὸν ἀφθονίᾳ, ὥστε μήτε στενοχωρηθέντα τῶν προτέρων μνήμην λαβεῖν, μήτε εἰς ἐπιθυμίαν ἐκείνων ἐλθεῖν· οὕτω καὶ [b] ὁ θεὸς βλέπων τοὺς Ἰουδαίους περὶ τὰ αἰσθητὰ ἐπτοημένους, καὶ ἐν τούτοις πολλὴν ποιεῖται τὴν ὑπερβολὴν, ὥστε αὐτοὺς μηδέποτε εἰς ἐπιθυμίαν τῶν Αἰγυπτίων, ἢ τῶν παρ' Αἰγυπτίοις ἐλθεῖν. καὶ ποιεῖται τὸν ναὸν πρὸς τὴν εἰκόνα τοῦ κόσμου παντὸς, τοῦ τε αἰσθητοῦ, καὶ νοητοῦ. καθάπερ γάρ ἐστι γῆ καὶ οὐρανὸς, καὶ

[a] Alii, ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαυίδ.
[b] Alii, ὁ θεὸς λαβὼν τοὺς, alii, ὁ θεὸς βλέπων τοὺς, quam postremam lectionem sequitur Interpres.

μέσον διάφραγμα τὸ στερέωμα τοῦτο· οὕτω κἀκεῖνον ἐκέλευσε γενέσθαι. καὶ εἰς δύο διατεμὼν τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ καταπέτασμα ἀφεὶς μέσον, τὸ μὲν ἔξω τοῦ καταπετάσματος πᾶσι συνεχώρησεν εἶναι βατόν· τὸ δὲ ἔνδον, ἄβατον καὶ ἀθέατον πᾶσι, πλὴν τοῦ ἀρχιερέως μόνου. καὶ ὅτι οὐχ ἡμέτερος ταῦτα στοχασμὸς, ἀλλ᾽ ἐν τύπῳ τοῦ κόσμου παντὸς ὁ ναὸς κατεσκεύαστο, ἄκουσον τί φησιν ὁ Παῦλος, περὶ τοῦ Χριστοῦ λέγων εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβάντος. οὐ γὰρ εἰς χειροποίητα ἅγια εἰσῆλθεν ὁ Χριστὸς, ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν· δεικνὺς ὅτι τὰ ἐνταῦθα ἀντίτυπα [a] ἦν τῶν ἀληθινῶν. ὅτι δὲ καὶ τὸ καταπέτασμα διεῖργε τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ἀπὸ τῶν ἁγίων τῶν ἔξω, καθάπερ ἐστὶν ὁ οὐρανὸς τὰ ὑπὲρ αὐτὸν ἀποτειχίζει τούτων τῶν καθ᾽ ἡμᾶς ἁπάντων, ἄκουσον πῶς καὶ τοῦτο ἠνίξατο, τὸν οὐρανὸν καταπέτασμα καλέσας. περὶ γὰρ τῆς ἐλπίδος λέγων, ὅτι ὡς ἄγκυραν αὐτὴν ἔχομεν τῆς ψυχῆς ἀσφαλῆ τε καὶ βεβαίαν, ἐπήγαγε· καὶ εἰσερχομένην εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος, ὅπου πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν [b] εἰσῆλθεν Ἰησοῦς, ὑπὲρ τὸν οὐρανὸν ἄνω. ὁρᾷς πῶς καταπέτασμα τὸν οὐρανὸν ἐκάλεσεν; ἔξω μὲν οὖν τοῦ καταπετάσματος ἦν ἡ λυχνία, καὶ ἡ τράπεζα, καὶ βωμὸς χαλκοῦς τὰς θυσίας δεχόμενος, καὶ τὰ ὁλοκαυτώματα. ἔσω δὲ τοῦ καταπετάσματος ἡ κιβωτὸς, [c] περικεκαλυμμένη πάντοθεν χρυσίῳ, τὰς πλάκας ἔχουσα τῆς διαθήκης, καὶ τὴν στάμνον τὴν χρυσῆν, καὶ τὴν ῥάβδον Ἀαρὼν τὴν βλαστήσασαν, καὶ βωμὸν χρυσοῦν, οὐχὶ θυσιῶν, οὐδὲ ὁλοκαυτωμάτων, ἀλλὰ θυμιάματος μόνου. καὶ τὰ μὲν ἔξω πατεῖν πᾶσιν ἐφεῖτο· τὰ δὲ ἔνδον, μόνῳ τῷ ἀρχιερεῖ. καὶ τούτων δὲ αὐτῶν μαρτυρίαν παρέξομαι πάλιν, τοῦ Παύλου οὕτω πως λέγοντος· εἶχε μὲν οὖν ἡ πρώτη σκηνὴ δικαιώματα λατρείας, τό τε ἅγιον κοσμικόν. ἅγιον δὲ κοσμικὸν καλεῖ τὴν ἔξω σκηνὴν, ἐπειδὴ τῷ κόσμῳ παντὶ εἰσιέναι θέμις ἦν· ἐν ᾗ ἥ τε λυχνία, καὶ ἡ τράπεζα, καὶ ἡ πρόθεσις τῶν ἄρτων. μετὰ δὲ τὸ δεύτερον καταπέτασμα, σκηνὴ ἡ λεγομένη τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, χρυσοῦν ἔχουσα θυμιατήριον, καὶ τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης περικεκαλυμμένην πάντοθεν χρυσίῳ· ἐν ᾗ στάμνος χρυσῆ ἔχουσα τὸ μάννα, καὶ ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν ἡ βλαστήσασα, καὶ αἱ πλάκες τῆς διαθήκης· ὑπεράνω δὲ αὐτῆς Χερουβὶμ δόξης, κατασκιάζοντα τὸ ἱλαστήριον. τούτων δὲ οὕτω κατεσκευασμένων, εἰς μὲν τὴν πρώτην σκηνὴν διαπαντὸς εἰσίασιν οἱ ἱερεῖς, τὰς λατρείας ἐπιτελοῦντες· εἰς δὲ τὴν δευτέραν, ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ μόνος ὁ ἀρχιερεὺς, οὐ χωρὶς αἵματος, ὃ προσφέρει ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων. ὁρᾷς ὅτι καὶ μόνος εἰσέρχεται ὁ ἀρχιερεὺς, καὶ ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ παντός;

Τί οὖν ταῦτα, φησὶ, πρὸς τὴν προκειμένην ἡμέραν; ἀναμείνατε μικρὸν, καὶ μὴ θορυβεῖσθε. ἄνωθεν γὰρ τὴν πηγὴν διορύττομεν, καὶ ἐπ᾽ αὐτὴν σπεύδομεν τὴν κορυφὴν ἐλθεῖν, ὥστε μετ᾽ εὐκολίας ὑμῖν ἅπαντα γενέσθαι δῆλα· μᾶλλον δὲ, ἵνα μὴ μέχρι πολλοῦ ὁ λόγος συν-

[a] Alii, ἦν ἐκείνων τῶν.
[b] Alii, εἰσῆλθεν Χριστός.
[c] Alii, κατακεκαλυμμένη.

A & medium, sepimenti instar, hoc firmamentum: ita & illud quoque fieri jussit. Duasque in partes diviso hoc templo, & ad medium obtento velo, eam partem, quæ extra velum erat, omnibus ingrediendi potestatem fecit: ad alteram vero illam interiorem, nemini, præterquam summo Sacerdoti, aditum atque intuitum patere permisit. Cæterum quod hæc non nostra conjectura sit, sed quod templum revera totius mundi ad exemplum exstructum fuerit, audi quid Paulus de Christo in cælum ascendente loquens dicat: *Non enim in manufacta sancta introivit Christus* (Heb. 9. 24.) B *exemplaria verorum*: ostendens, quod quæ apud nos sunt, verorum sint exemplaria. Quod porro velum dirimeret sancta sanctorum a sanctis extra positis, sicut hoc cælum quæ super se sita sunt, ab omnibus quæ apud nos sunt, disjungit: audi quomodo etiam hoc subindicaverit, cum cælum velum appellat. De spe namque referens, quod ipsam sicut anchoram animæ habeamus, tutam ac firmam; deinde subjungit: *Et incedentem usque ad interiora velaminis; ubi præcursor pro nobis introivit Jesus, supra cælum sursum.* (Heb. 6. 19.) Vides quomodo cælum velamen appellaverit? Extra velum C autem erat candelabrum, & mensa, & altare æreum, ad sacrificia & holocautomata excipienda. Intra velum vero Arca circumtecta ex omni parte auro, tabulas testamenti habens, & urnam auream, & virgam Aaron quæ fronduerat, & altare aureum; non illud sacrificiorum & holocaustorum, sed solius suffimenti. Et per ea quæ extra erant, omnibus incedere fas erat; per ea vero quæ intus, soli summo Sacerdoti. De hisce ipsis rursus testimonium ex Paulo dabo, qui sic ait: *Habuit quidem prius taber-* (Heb. 9. 1.) D *naculum justificationes culturæ, & sanctum sæculare:* sanctum sæculare appellat exterius tabernaculum: quandoquidem toti mundo ingredi licebat: *in quo candelabrum, & mensa, & propositio panum. Post velamentum autem secundum tabernaculum, quod dicitur sancta sanctorum, aureum habens thuribulum, & arcam testamenti circumtectam ex omni parte auro; in qua urna aurea habens manna, & virga Aaron quæ fronduerat, & tabulæ testamenti: super eam autem erant Cherubim gloriæ, obumbrantia propitiatorium. His vero ita compositis; in priori quidem tabernaculo sem-* E *per introibant Sacerdotes, sacrificiorum officia consummantes; in secundo autem semel in anno solus Pontifex, non sine sanguine, quem offert pro sua & populi ignorantia.* Vides solum ingredi summum sacerdotem, idque semel dumtaxat toto anno?

4. Verum quid hæc, inquis, ad præsentem diem? Exspectate paulisper, nec tumultuemini: a capite enim fontem ducimus, & ad ipsum rei fastigium pervenire contendimus, ut cuncta nullo negotio vobis aperta atque perspecta sint. Quinimo ne diutius verborum integumentis nostra obumbretur

oratio, neve implicatior fiat, nimiaque eorum, quæ dicuntur, longitudine defatigemini: jam rationem vobis exponam, cur hæc omnia, tam alte repetita, moverim. Quæ porro hujus rei ratio? Cum menses jam sex Elizabet Joannem in utero gestaret, tum Maria concepit. Itaque si discamus, quisnam sextus ille mensis fuerit; certo etiam sciemus, quando cœperit Maria concipere. Deinde cum cognoverimus, quodnam conceptus sui principium habuerit, utique quando pepererit cognoscemus, novem menses a conceptione numerantes. Unde igitur, quisnam ille sextus mensis fuerit prægnationis Elizabet, nobis constabit? Hinc scilicet, si quo mense gravida fieri cœperit, intelligamus. Unde autem, quis ille fuerit, addiscemus? Si sciamus quo

Zacharias quo tempore Angelum alloquutus.

tempore lætum hac de re nuncium Zacharias ejus maritus acceperit. Cæterum hoc ipsum unde nobis explicatum erit? Ex divinis scripturis, quo modo sacrum Evangelium refert Zachariæ versanti intra sancta sanctorum Angelum lætum attulisse nuncium, & de partu Joannis ei prædixisse. Si ergo e sacris literis clare docuerimus, semel dumtaxat sancta sanctorum summum Sacerdotem sine ullo comite ingredi, & quo tempore, & quoto anni mense, unica illa vice introëat: in cognitionem apertam temporis, quo lætum illum nuncium accepit, deveniemus. Quo declarato, etiam principium conceptionis protinus omnibus elucescet. Itaque quod semel tantum in anno huc introiretur, etiam Paulus manifestavit: quin & Moyses idipsum aperte ostendit,

Levit. 16. 2. hoc modo loquens: *Et loquutus est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere ad Aaron fratrem tuum, & ne omni tempore ingrediatur sanctuarium, quod est intra velum coram propitiatorio, quod est supra arcam testimonii, &*

Ibid. 17. *non moriatur.* Et iterum: *Et omnis homo non erit in tabernaculo testimonii, quando ipse sanctuarium ingreditur ad expiandum; donec egrediatur: & expiabit pro se & domo sua, & pro universo cœtu Israël. Et expiabit super altare, quod est coram Domino.* Ex his liquet, non quolibet tempore in sancta sanctorum ingressum fuisse, & dum intus esset, nemini fas fuisse ea contingere, sed extra velum consistendum fuisse. Verum hæc vos sedulo mente vestra tenete. Reliquum enim est, ut quodnam illud tempus fuerit, quo solus ingrediebatur in sancta sanctorum, idque semel dumtaxat in anno, vobis demonstrem. Qua ratione autem hoc patebit? Ex eodem nimirum hoc libro: ita

Ibid. 29. enim dicitur: *Mense septimo, decima die mensis, humiliabitis animas vestras, & omne opus non facietis; sive indigena, sive advena, qui additur inter vos. In hac enim die expiatio erit vestri, ut emundemini ab omnibus peccatis vestris: coram Domino mundemini: sabbata sabbatorum, requies erit hæc vobis, & humiliabitis animas vestras; legitimum sempiternum. Expiabit autem Sacerdos, quem unxerint, & cujus manus initiaverint, ut sacer-*

A ἐσκιασμένος ᾖ, μηδὲ ἀσαφέστερος ὢν ἀπαγορεύειν ὑμᾶς ποιήσῃ πρὸς τὸ μῆκος τῶν λεγομένων, ἤδη τὴν αἰτίαν ὑμῖν ἐρῶ, δι' ἣν ταῦτα πάντα ἀνεκίνησα. τίς οὖν ἐστιν ἡ αἰτία; ἓξ μῆνας ἐν γαστρὶ ἐχούσης τῆς Ἐλισάβετ τὸν Ἰωάννην, ἡ Μαρία ἤρξατο συλλαμβάνειν. ἂν τοίνυν μάθωμεν, ποῖος ἐκεῖνος ὁ μὴν ὁ ἕκτος ἦν, εἰσόμεθα καὶ πότε ἤρξατο συλλαμβάνειν ἡ Μαρία. εἶτα μαθόντες, πότε ἤρξατο συλλαμβάνειν, εἰσόμεθα καὶ πότε ἔτεκεν, ἐννέα μῆνας ἀριθμήσαντες ἐκ τῆς συλλήψεως. πόθεν οὖν εἰσόμεθα, ποῖος ἦν ὁ ἕκτος μὴν τῆς κυήσεως τῆς Ἐλισάβετ; ἂν μάθωμεν, ποῖος ἦν ὁ μὴν, καθ' ὃν ἤρξατο συλλαμβάνειν. B πόθεν δὲ εἰσόμεθα, ποῖος ἦν ὁ μὴν, καθ' ὃν συνέλαβεν; ἂν μάθωμεν, κατὰ ποῖον καιρὸν εὐηγγελίσθη Ζαχαρίας ὁ ταύτης ἀνήρ. αὐτὸ δὲ τοῦτο πόθεν ἡμῖν ἔσται γνώριμον; ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν· καθὼς τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον λέγει, ὅτι εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ἔνδον ὄντα τὸν Ζαχαρίαν ὁ ἄγγελος εὐηγγελίσατο, καὶ εἶπεν αὐτῷ περὶ τοῦ τόκου τοῦ Ἰωάννου. ἂν τοίνυν [a] ἀποδειχθῇ σαφῶς ἀπὸ τῶν γραφῶν, ὅτι καὶ ἅπαξ εἰσήρχετο εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ὁ ἀρχιερεὺς, καὶ μόνος, καὶ πότε, καὶ ποίῳ μηνὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ τὸ ἅπαξ τοῦτο εἰσέρχεται, εὔδηλος ἔσται ὁ καιρὸς, καθ' ὃν εὐ- C ηγγελίσθη. τούτου δὲ γινομένου δήλου, καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς συλλήψεως ἔσται τοῖς πᾶσι γνώριμος. ὅτι μὲν οὖν ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰσήρχετο, καὶ ὁ Παῦλος ἐδήλωσε· καὶ ὁ Μωϋσῆς δὲ τοῦτο αὐτὸ δῆλον ποιεῖ, οὕτω λέγων· καὶ ἐλάλησε κύριος πρὸς Μωσῆν λέγων, λάλησον πρὸς Ἀαρὼν τὸν ἀδελφόν σου, καὶ μὴ εἰσπορευέσθω πᾶσαν ὥραν εἰς τὸ ἅγιον τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος [b] εἰς τὸ πρόσωπον τοῦ ἱλαστηρίου, ὅ ἐστιν ἐπὶ τῆς κιβωτοῦ τοῦ μαρτυρίου, καὶ οὐκ ἀποθανεῖται. καὶ πάλιν· καὶ πᾶς ἄνθρωπος D οὐκ ἔσται ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου, εἰσπορευομένου αὐτοῦ ἐξιλάσασθαι εἰς τὰ ἅγια, ἕως ἂν ἐξέλθῃ, καὶ ἐξιλάσεται περὶ ἑαυτοῦ, καὶ τοῦ οἴκου αὐτοῦ, καὶ πάσης τῆς συναγωγῆς τῶν υἱῶν Ἰσραήλ· καὶ ἐξιλάσεται ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τὸ ἔναντι κυρίου. ὅτι μὲν οὖν οὐ διὰ παντὸς εἰσῄει εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, οὔτε ἔνδον ὄντος αὐτοῦ ἅψασθαι θέμις ἦν τινὰ, ἀλλ' ἔξω παρὰ τὸ καταπέτασμα ἑστάναι, δῆλον ἀπὸ τούτων. ἀλλὰ κατέχετε δὴ ταῦτα μετὰ ἀκριβείας. ὑπόλοιπον γάρ ἐστι δεῖξαι, ποῖος ἦν ὁ καιρὸς, καθ' ὃν εἰσῄει εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, καὶ ὅτι ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ μόνος τοῦτο ἔπραττε. E πόθεν οὖν τοῦτο δῆλον; ἀπ' αὐτοῦ τοῦ βιβλίου τούτου. οὕτω γάρ πως φησίν· ἐν τῷ μηνὶ τῷ ἑβδόμῳ, δεκάτῃ τοῦ μηνὸς, ταπεινώσετε τὰς ψυχὰς ὑμῶν, καὶ πᾶν ἔργον οὐ ποιήσετε ἐν αὐτῇ, ὁ αὐτόχθων, καὶ ὁ προσήλυτος ὁ προσκείμενος ἐν ὑμῖν. ἐν γὰρ τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ ἐξιλάσεται περὶ ὑμῶν, καθαρίσαι ὑμᾶς περὶ πασῶν τῶν ἁμαρτιῶν ὑμῶν· ἐναντίον κυρίου καθαρισθήσεσθε. σάββατα σαββάτων, ἀνάπαυσις αὕτη ἔσται ὑμῖν· καὶ ταπεινώσετε τὰς ψυχὰς ὑμῶν. νόμιμον αἰώνιον ἔσται ὑμῖν. καὶ ἐξιλάσεται ὁ ἱερεὺς, ὃν ἂν χρίσωσιν αὐτὸν, καὶ ὃν ἂν τελειώσωσι τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἱερα-

[a] Alii, ἀποδείξωμεν.

[b] Edit. εἰς τὸ πρόσωπον τοῦ ἱλαστηρίου, MSS. εἰς τὸ ἱλαστήριον, & sic legit Interp.

τεύειν

ἱερατεύειν μετὰ τὸν πατέρα αὐτοῦ· καὶ ἐνδύσεται τὴν στολὴν αὐτοῦ τὴν ἁγίαν, καὶ ἐξιλάσεται τὸ ἅγιον τοῦ ἁγίου, καὶ τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου, καὶ τὸ θυσιαστήριον ἐξιλάσεται, καὶ ἐξιλάσεται περὶ τῶν ἁμαρτιῶν τῶν ἱερέων, καὶ περὶ πάσης τῆς συναγωγῆς ἐξιλάσεται. καὶ ἔσται τοῦτο ὑμῖν νόμιμον αἰώνιον, ἐξιλάσκεσθαι περὶ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἀπὸ πασῶν τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ ποιηθήσεται, καθάπερ συνέταξε κύριος τῷ Μωϋσῇ. περὶ τῆς σκηνοπηγίας ἐνταῦθα διαλέγεται. τότε γὰρ ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ ὁ ἀρχιερεὺς εἰσῄει· ὅπερ οὖν καὶ αὐτὸς ἐδήλωσεν, εἰπὼν, ὅτι ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ τοῦτο ποιηθήσεται.

Εἰ τοίνυν ἐν τῷ καιρῷ τῆς σκηνοπηγίας εἰσέρχεται εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ὁ ἀρχιερεὺς μόνος, φέρε λοιπὸν ἀποδείξωμεν, ὅτι τότε ὤφθη ὁ ἄγγελος τῷ Ζαχαρίᾳ, ἡνίκα εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ἦν. μόνῳ γὰρ αὐτῷ ὤφθη θυμιῶντι. μόνος δὲ ὁ ἀρχιερεὺς οὐδέποτε εἰσέρχεται, ἀλλ' ἢ τότε μόνον. οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ αὐτῶν ἀκοῦσαι τῶν ῥημάτων. ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως τῆς Ἰουδαίας, ἱερεύς τις ὀνόματι Ζαχαρίας, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἐκ τῶν θυγατέρων Ἀαρὼν, καὶ τὸ ὄνομα αὐτῆς Ἐλισάβετ. ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ἱερατεύειν αὐτὸν ἐν τῇ τάξει τῆς ἐφημερίας αὐτοῦ ἐναντίον τοῦ θεοῦ, κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἱερατείας, ἔλαχε τοῦ θυμιᾶσαι, εἰσελθὼν εἰς τὸν ναὸν τοῦ κυρίου. καὶ πᾶν τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ ἦν προσευχόμενον ἔξω, τῇ ὥρᾳ τοῦ θυμιάματος. ἀναμνήσθητί μοι, ἀγαπητὲ, τῆς μαρτυρίας ἐκείνης, τῆς λεγούσης· καὶ πᾶς ἄνθρωπος οὐκ ἔσται ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου, εἰσπορευομένου αὐτοῦ ἐξιλάσασθαι εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ἕως ἂν ἐξέλθῃ. ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος κυρίου, ἑστὼς ἐκ δεξιῶν τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ θυμιάματος. οὐκ εἶπε, τοῦ θυσιαστηρίου τῶν θυσιῶν, ἀλλὰ, τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ θυμιάματος. τὸ γὰρ θυσιαστήριον τὸ ἔξω, θυσιῶν ἦν καὶ ὁλοκαυτωμάτων· τὸ δὲ ἔσω, θυμιάματος. ὥστε καὶ ἀπὸ τούτου, καὶ ἀπὸ τοῦ ὀφθῆναι αὐτῷ μόνῳ, καὶ ἀπὸ τοῦ λέγεσθαι, ὅτι ἔξω ἦν ὁ λαὸς προσδεχόμενος αὐτὸν, εὔδηλον ὅτι εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων εἰσῆλθε. καὶ ἐταράχθη Ζαχαρίας ἰδὼν, καὶ φόβος ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτόν. εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ ἄγγελος· μὴ φοβοῦ Ζαχαρία, διότι εἰσηκούσθη ἡ δέησίς σου, καὶ ἡ γυνή σου Ἐλισάβετ γεννήσει υἱόν σοι, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰωάννην. καὶ ἦν ὁ λαὸς προσδοκῶν τὸν Ζαχαρίαν, καὶ ἐθαύμαζον ἐν τῷ χρονίζειν αὐτόν. ἐξελθὼν δὲ διένευεν αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἠδύνατο λαλῆσαι. ὁρᾷς ὅτι ἐσωτέρω τοῦ καταπετάσματος ἦν; τότε τοίνυν εὐηγγελίσθη. ὁ δὲ καιρὸς τοῦ εὐαγγελισμοῦ, ὁ τῆς σκηνοπηγίας ἦν, καὶ τῆς νηστείας· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, ταπεινώσετε τὰς ψυχὰς ὑμῶν. τελεῖται δὲ ἡ ἑορτὴ αὕτη τοῖς Ἰουδαίοις περὶ τὰ ἔσχατα [a] τοῦ Γορπιαίου μηνὸς, καθὼς καὶ ὑμεῖς μαρτυρεῖτε. τότε γὰρ τοὺς πολλοὺς καὶ μακροὺς πρὸς Ἰουδαίους ἀνηλώσαμεν λόγους, τῆς ἀκαίρου αὐτῶν νηστείας κατηγοροῦντες. τότε τοίνυν καὶ ἡ Ἐλισάβετ συνέλαβεν, ἡ γυνὴ Ζαχαρίου· καὶ περιέκρυβεν ἑαυτὴν μῆνας πέντε, λέγουσα, ὅτι οὕτω μοι πεποίηκεν ὁ κύριος ἐν ἡμέραις, αἷς ἐπεῖδεν ἀφελεῖν τὸ ὄνειδός μου ἐν ἀνθρώποις. εὔκαιρον οὖν δεῖξαι λοιπὸν, ὅτι τὸν ἕκτον μῆνα ταύτης

dotio fungatur post patrem suum, & induetur stola sancta, & expiabit sancta sanctorum, & tabernaculum testimonii; & altare expiabit; & pro sacerdotum peccatis, & pro universo populi cœtu expiabit. Eritque hoc vobis legitimum sempiternum, ut expietis pro filiis Israël ab omnibus peccatis eorum. Semel in anno fiet, sicut præcepit Dominus Moysi. De festo Tabernaculorum hîc sermo est: tunc enim semel summus Sacerdos quotannis ingrediebatur: quod & ipse explicavit his verbis: quoniam semel in anno hoc fiet.

5. Si ergo festi Tabernaculorum tempore, solus summus Sacerdos ingreditur in sancta sanctorum; age deinceps ostendamus, tunc Zachariæ Angelum apparuisse, quando in sanctis sanctorum erat: soli enim ipsi incensum adolenti visus est: solus vero numquam ingreditur summus sacerdos, nisi tunc temporis. Nihil autem impedit quin ipsa audiamus verba Evangelistæ, *Fuit in diebus Herodis Regis Judææ sacerdos quidam nomine Zacharias, & uxor illius de filiabus Aaron, & nomen ejus Elizabet. Factum est autem, cum ipse sacerdotio fungeretur in ordine vicis suæ ante Deum, secundum consuetudinem sacerdotii, sorte exiit, ut incensum poneret, ingressus in templum Domini. Et omnis multitudo populi erat orans foris, hora incensi.* (Luc. 1. 5.) Hoc loco in memoriam revoca, dilecte, testimonium illud, quod ait: *Et omnis homo non erit in tabernaculo testimonii, ingrediente ipso ad expiandum in sancta sanctorum, donec egrediatur.* (Levit. 16. 17.) *Apparuit autem illi Angelus Domini stans a dextris altaris incensi.* (Luc. 1. 11.) Non dixit altaris sacrificiorum, sed altaris incensi: propterea quod altare sacrificiorum & holocaustorum foris esset, intus vero incensi; ut vel hinc, quod ipsi soli conspiceretur, & quod dicatur populus ipsum foris exspectasse, manifestum evadat, in sancta sanctorum ipsum ingressum fuisse. *Et turbatus est Zacharias videns, & timor cecidit super ipsum. Dixit autem ad ipsum Angelus: Ne timeas Zacharia; quoniam audita est deprecatio tua, & uxor tua Elizabet pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Joannem.* (Ibid. 12.) *Et erat plebs exspectans Zachariam: & mirabantur, quod tardaret ipse in templo. Egressus autem innuebat, neque poterat loqui ipsis.* (Ibid. 21.) Vides intra velum fuisse? tunc igitur hunc lætum nuncium accepit. Tempus autem tum erat festi tabernaculorum, & jejunii, hoc enim illa verba sibi volunt, *Humiliabitis animas vestras*, idque a Judæis sub finem mensis Septembris, quod & vos testamini, celebrabatur. (Levit. 16. 29.) Tunc enim longis copiosisque orationibus in Judæos usi sumus, importunum eorum jejunium accusantes. Hoc ergo tempore etiam Elizabet uxor Zachariæ concepit. Et occultabat se mensibus quinque, dicens: *Sic mihi fecit Dominus in diebus, quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines.* Cæterum opportunum nunc videtur, ut ostendamus præterea, cum sextum

[a] Tres Mss. τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς, atque ita legit Interpres.

jam mensem ipsa Joannem in utero gestaret, Mariam lætum de conceptione sua nuncium accepisse. Quando enim venit ad eam Gabriel, & dixit: *Ne timeas Maria; invenisti enim gratiam apud Deum. Et ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Jesum.* Cumque ipsa hoc sermone turbaretur, modumque ejus rei discere quæreret, respondens Angelus dixit ad eam: *Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Elizabet cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua: & hic mensis est sextus illi, quæ vocatur sterilis, quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.* Quod si ergo post mensem Gorpiæum seu Septembrem Elizabet concepit, ut ostensum est: adnumerare oportet sex ab eo intermedios menses: sunt autem hi, Hyperberetæus sive October, Dius sive November, Appellæus seu December, Audonæus seu Januarius, Peritius seu Februarius, Dystrus seu Martius. Itaque post hunc sextum mensem principium conceptionis accepit Maria: a quo si novem menses numeremus, utique in præsentem hunc mensem deveniemus. Est igitur primus conceptionis mensis Aprilis sive Xanticus, deinde Artemisius seu Maius, Desius sive Junius, Panemus sive Julius, Loïus sive Augustus, Gorpiæus seu September, Hyperberetæus sive October, Dius sive November, Appellæus seu December. Atque hic mensis est, quem præsentem habemus, quo & hunc diem celebramus. Ut autem quod dico, etiam apertius vobis, clariusque evadat, breviter hæc rursum repetens, dilectioni vestræ edisseram. Semel in anno ingrediebatur solus summus Sacerdos in sancta sanctorum, idque Gorpiæo seu Septembri mense: tunc ingressus est Zacharias in sancta sanctorum, tunc nuncium de Joannis nativitate habuit: illinc abiit: tunc uxor ejus concepit. Post mensem autem Gorpiæum seu Septembrem, cum sextum jam mensem ipsa in utero haberet, qui scilicet est Dystrus seu Martius, ipsa denique Maria concepit. A Xantico seu Aprili igitur incipiendo, novem menses si numeremus, in præsentem incidemus, quo Dominus noster Jesus Christus natus est.

Luc. 1. 30.

Conceptionis mensis primus.

6. Atque omnia quidem, quæ de hoc die dicenda erant, vobis hactenus exposuimus. Unum tantum si nunc addidero, orationi meæ finem imponam: quæ majora sunt, communi doctori dicenda relinquens. Quoniam enim multi Ethnicorum, cum audiunt Deum in carne natum, irrident nos, & insectantur, multosque ex simplicioribus turbant, atque inquietant: opus est, cum ad ipsos, tum ad hujusmodi qui hisce turbantur, sermonem dirigere, ne quid umquam insanis hominibus acquiescentes commoveantur; aut turbentur ex hujusmodi infidelium irrisione. Nam & parvi pueri res

A ἐχούσης ἐν τῇ κυήσει τὸν Ἰωάννην, ἡ Μαρία λαμβάνει συλλήψεως τὰ εὐαγγέλια. ἐπειδὴ γὰρ ἦλθε πρὸς αὐτὴν Γαβριὴλ, καὶ ἔλεγε· μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ θεῷ· καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. θορυβουμένης δὲ ἐκείνης, καὶ τὸν τρόπον ἐπιζητούσης μαθεῖν, ἀποκριθεὶς ὁ ἄγγελος εἶπεν αὐτῇ· πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον, κληθήσεται υἱὸς θεοῦ. καὶ ἰδοὺ Ἐλισάβετ ἡ συγγενής σου, καὶ αὐτὴ συνειληφυῖα B υἱὸν ἐν γήρει αὐτῆς, καὶ οὗτος μὴν ἕκτος ἐστὶν αὐτῇ τῇ καλουμένῃ στείρᾳ· ὅτι οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ θεῷ πᾶν ῥῆμα. εἰ τοίνυν μετὰ [a] τὸν Γορπιαῖον μῆνα ἀρχὴν ἔλαβε συλλαμβάνειν ἡ Ἐλισάβετ, καθὼς ἀποδέδεικται, ἀριθμῆσαι ἐξ ἐκείνου δεῖ τοὺς μεταξὺ μῆνας ἕξ. εἰσὶ τοίνυν οὗτοι οἱ μῆνες, Ὑπερβερεταῖος, Δῖος, Ἀπελλαῖος, Αὐδυναῖος, Περίτιος, Δύστρος. μετὰ τοῦτον οὖν τὸν ἕκτον μῆνα ἀρχὴν ἡ Μαρία τῆς συλλήψεως ἔλαβεν· ὅθεν καὶ ἐννέα μῆνας ἀριθμοῦντες, εἰς τὸν παρόντα τοῦτον ἀπαντησόμεθα μῆνα. ἔστιν οὖν ὁ πρῶτος μὴν τῆς συλλήψεως τοῦ δεσπότου, Ἀπρίλλιος, ὅς ἐστι Ξανθικός· μεθ' C ὃν Ἀρτεμίσιος, Δέσιος, Πάνεμος, Λῶος, Γορπιαῖος, Ὑπερβερεταῖος, Δῖος, Ἀπελλαῖος, καὶ οὗτός ὁ μὴν ὁ ἐνεστὼς, καθ' ὃν τὴν ἡμέραν ἐπιτελοῦμεν. ἵνα δὲ καὶ σαφέστερον ὑμῖν πάλιν γένηται τὸ λεγόμενον, ἐν συντόμῳ τὰ αὐτὰ πάλιν ἀναλαβὼν, ἐρῶ πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην. ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰσήρχετο μόνος ὁ ἀρχιερεὺς εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων. πότε δὲ τοῦτο ἐγίνετο; ἐν τῷ μηνὶ [b] τῷ Γορπιαίῳ. τότε οὖν εἰσῆλθεν ὁ Ζαχαρίας εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων· τότε καὶ εὐηγγελίσθη περὶ τοῦ Ἰωάννου· ἀνεχώρησεν οὖν ἐκεῖθεν, καὶ ἤρξατο συλλαμβάνειν ἡ γυνὴ αὐτοῦ. μετὰ δὲ τὸν Γορπιαῖον, ἕκτον μῆνα ἐχούσης τῆς D Ἐλισάβετ, ὅσπερ ἐστὶν ὁ [c] Δύστρος, ἤρξατο συλλαμβάνειν λοιπὸν ἡ Μαρία. ἀπὸ Ξανθικοῦ τοίνυν ἐννέα ἀριθμοῦντες μῆνας, εἰς τὸν παρόντα ἥξομεν μῆνα, καθ' ὃν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐτέχθη.

Ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ τῆς ἡμέρας πάντα ὑμῖν δῆλα ἐποιήσαμεν· ἓν δὲ λοιπὸν εἰπὼν, καταπαύσω τὸν λόγον, τῷ κοινῷ διδασκάλῳ τῶν μειζόνων παραχωρήσας. E ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων ἀκούοντες, ὅτι θεὸς ἐτέχθη ἐν σαρκὶ, καταγελῶσι διασύροντες, καὶ πολλοὺς τῶν ἀφελεστέρων θορυβοῦσι καὶ ταράττουσιν· ἀναγκαῖον καὶ πρὸς ἐκείνους, καὶ πρὸς τοὺς ταραττομένους εἰπεῖν· ὥστε μὴ θορυβεῖσθαί ποτε, ὑπὸ ἀφρόνων ἀνθρώπων ἀναπειθομένους, μήτε ταράττεσθαι ἐκ τοῦ τῶν ἀπίστων γέλωτος. καὶ γὰρ τὰ παιδία τὰ μικρὰ πολλάκις γελᾷ,

a Mss. τὸν Σεπτέμβριον μῆνα, & infra, οὗτοι οἱ μῆνες, Οκτώβριος, Νοέμβριος, Δικέμβριος, Ιανουάριος, Φευρουάριος καὶ Μάρτιος. Et infra, Απρίλλιος μεθ' ὃν Μάϊος, Ἰούνιος, Ἰούλιος, Αὔγουστος, Σεπτέμβριος, Οκτώβριος, Νοέμβριος. Romanos item menses expressit Interpres.

b Mss. τῷ Σεπτεμβρίῳ.

c Mss. Μάρτιος. & infra ἀπὸ Απριλλίου τοίνυν.

σπουδαιολογουμένων ἡμῶν, καὶ περὶ τῶν ἀναγκαίων ἀσχολουμένων· ἀλλ' οὐ τὸ τῶν γελωμένων πραγμάτων εὐτελείας, ἀλλὰ τὸ τῶν γελώντων ἀνοίας τεκμήριον ὁ γέλως ἐστίν. ὅπερ οὖν καὶ ἐπὶ τῶν Ἑλλήνων ἐστὶν εἰπεῖν, ὅτι παίδων ἀνοητότερον σχεδὸν διακείμενοι, τὰ φρίκης ἄξια καὶ πολλοῦ θαύματος γέμοντα διασύρουσι· τὰ δὲ ἀληθῶς καταγέλαστα σεμνύνουσι καὶ περιστέλλουσιν. ἀλλ' ὅμως καὶ τὰ ἡμέτερα παρ' ἐκείνοις γελώμενα ἐπὶ τῆς οἰκείας σεμνότητος μένει, οὐδὲν ἀπὸ τοῦ γέλωτος ἐκείνων εἰς τὴν ἑαυτῶν παραβλαπτόμενα δόξαν· καὶ τὰ αὐτῶν πανταχόθεν περιστελλόμενα τὴν οἰκείαν ἀσχημοσύνην ἐνδείκνυται. πῶς γὰρ οὐκ ἐσχάτης παραπληξίας, αὐτοὺς μὲν εὐολίσθους ὑπάρχοντας εἰς λίθους καὶ ξύλα καὶ εὐτελῆ ξόανα τοὺς ἑαυτῶν εἰσάγοντας θεοὺς, καὶ καθάπερ ἐν δεσμωτηρίῳ τινὶ ἀποκλείοντας, μηδὲν αἰσχρὸν ἡγεῖσθαι μήτε ποιεῖν, μήτε λέγειν· ἡμῖν δὲ ἐγκαλεῖν λέγουσιν, ὅτι ναὸν ἑαυτῷ κατασκευάσας ὁ θεὸς ζῶντα ἐκ πνεύματος ἁγίου, δι' αὐτοῦ τὴν οἰκουμένην ὠφέλησε; καὶ ποῖον ἔγκλημα τοῦτο; εἰ γὰρ αἰσχρὸν, ἐν ἀνθρωπίνῳ σώματι θεὸν οἰκῆσαι, πολλῷ μᾶλλον ἐν λίθῳ καὶ ξύλῳ· καὶ τοσοῦτον, ὅσον λίθος καὶ ξύλον ἀτιμότερον ἀνθρώπου· εἰ μὴ ἄρα καὶ τῶν ἀναισθήτων τούτων ὑλῶν εὐτελέστερον τὸ γένος ἡμῶν αὐτοῖς εἶναι δοκεῖ. αὐτοὶ γὰρ καὶ εἰς αἰλούρους, καὶ κύνας, πολλοὶ δὲ τῶν αἱρετικῶν καὶ εἰς ἔτι τούτων ἀτιμότερα τὴν τοῦ θεοῦ κατάγειν τολμῶσι τὴν οὐσίαν. ἡμεῖς δὲ τούτων μὲν οὐδὲν οὔτε λέγομεν, οὔτε ἀκοῦσαί ποτε ἂν ἀνασχοίμεθα· ἐκεῖνο δέ φαμεν, ὅτι καθαρὰν σάρκα, καὶ ἁγίαν, καὶ ἄμωμον, καὶ ἁμαρτίᾳ ἁπάσῃ γεγενημένην ἄβατον ἐκ παρθενικῆς μήτρας ἀνέλαβεν ὁ Χριστὸς, καὶ τὸ οἰκεῖον διωρθώσατο πλάσμα. κἀκεῖνοι μὲν, καὶ οἱ τὰ αὐτὰ ἀσεβοῦντες αὐτοῖς Μανιχαῖοι, εἰς κύνας, καὶ πιθήκους, καὶ θηρία παντοδαπὰ τὴν οὐσίαν εἰσάγοντες τοῦ θεοῦ· τὴν γὰρ ψυχὴν τούτοις ἅπασιν ἐκ τῆς οὐσίας ἐκείνης εἶναί φασιν· οὐ φρίττουσιν, οὐδὲ καταδύονται· ἡμᾶς δὲ ἀνάξια τοῦ θεοῦ λέγειν φασὶν, ὅτι τούτων μὲν οὐδὲν οὔτε εἰς νοῦν λαβεῖν ἀνεχόμεθα· ὃ δὲ αὐτῷ πρέπον ἦν καὶ προσῆκον, λέγομεν, ὅτι τὸ οἰκεῖον ἔργον ἐλθὼν διωρθώσατο τῷ τῆς γεννήσεως ταύτης τρόπῳ. τί λέγεις, εἰπέ μοι, ὦ ἄνθρωπε; τὴν τῶν ἀνδροφόνων ψυχὴν, καὶ τὴν τῶν γοήτων, τῆς οὐσίας εἶναι λέγων τοῦ θεοῦ, ἡμῖν τολμᾷς ἐγκαλεῖν, ὅτι τούτων μὲν οὐδὲν ἀνεχόμεθα, οὔτε ὑπομένομεν ἀκοῦσαι λεγόμενον, ἀλλὰ καὶ τοὺς λέγοντας ἀσεβείας κρίνομεν μετόχους· ἐκεῖνο δέ φαμεν, ὅτι ναὸν ἅγιον ἑαυτῷ κατασκευάσας ὁ θεὸς, δι' ἐκείνου τὴν τῶν οὐρανῶν πολιτείαν εἰς τὸν βίον εἰσήγαγε τὸν ἡμέτερον. καὶ πῶς οὐκ ἂν εἴητε μυρίων θανάτων ἄξιοι, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐγκλημάτων, ὧν ἡμῖν ἐγκαλεῖτε, καὶ ὑπὲρ τῶν ἀσεβημάτων, ὧν ἀσεβοῦντες οὐ παύεσθε; εἰ γὰρ ἀπρεπὲς θεῷ, σῶμα οἰκῆσαι καθαρὸν καὶ ἄμωμον, ὡς ὑμεῖς λέγετε· πολὺ μᾶλλον ἀπρεπέστερον, τὸ τοῦ γόητος, τὸ τοῦ τυμβωρύχου, τὸ τοῦ λῃστοῦ, τὸ τοῦ πιθήκου,

A serias, atque adeo necessarias sæpe nobis agitantibus, ridere solent: non tamen idcirco risus hic argumentum est rerum, quæ ridentur, vilitatis, sed eorum, qui rident, stoliditatis. Quod idem nobis de hisce Ethnicis dicere licet: qui pueris ipsis prope amentiores cum sint, ea irrident, quæ religioso quodam horrore atque omni admiratione plena sunt, illa autem, quæ revera ridenda erant, magnifice extollunt atque exornant. Verum enimvero & nostra ita ab ipsis irrisa in propria sua nihilominus majestate perdurant; nullo per ipsorum risum, quod ad præstantiam suam attinet, damno B accepto: & ipsorum contra, licet exornata, privatam suam turpitudinem produnt. Nonne enim extremi cujusdam stuporis est, illos errones in lapides, ligna & vilia signa deos suos inducentes, & tamquam in carcere quopiam concludentes, nihil tamen arbitrari se turpe aut dicere aut facere: nos autem accusare, quod asseramus, Deum sibi templum vivum construxisse ex Spiritu sancto, per quod orbi terrarum universo profuit? Et cujusmodi tandem hoc accusationis genus? si enim turpe est Deum in humano corpore habitare; multo magis in ligno & lapide: sane tanto turpius, quanto lapis & lignum homine vilius: nisi forte ipC sa materia sensus experte genus nostrum abjectius illis esse videatur. Quin etiam in feles & canes ipsi, multi autem hæreticorum in alia insuper hisce ignominiosiora audent Dei essentiam habitatum immittere. Quod nos neque dicimus, neque dicentes aliquando audire sustineamus. Sed illud tantum asserimus, Christum carnem mundam, sanctam, irreprehensibilem, peccatoque omni inaccessam, ex virgineo utero prodeuntem assumsisse, atque ita suum figmentum restaurasse. Ac illi quidem, & qui pari cum ipsis impietate delinquunt Manichæi, in canes & simias ferasque omnis geD neris divinam essentiam inducentes: animam enim omnibus his ex illa essentia esse dicunt; & non horrent: nos vero Deo indigna dicere aiunt, quia nihil horum ne cogitatione quidem admittimus: sed tantum quod Deo conveniens atque decens erat dicimus: nempe ipsum advenisse, & hoc generationis modo proprium suum opus restaurasse. Quid ais? dic mihi. Tune, qui homicidarum & præstigiatorum animam divinæ essentiæ esse asseris, nos accusare audes, qui horum quidem nihil non modo non ferimus, aut sustinemus audire; sed qui illa E dicunt, impios esse judicamus? Quid igitur dicimus? illud nimirum: Deum constructo sancto hoc sibi templo, per idipsum ex cælo cælestem quemdam rerum statum in vitam nostram invexisse. Et quid ni merito millies vos capitis damnandi; tum ob accusationem, qua nos impetitis, tum ob impietatem, quam in Deum admittere non desistitis? si enim Deo est indecens, ut vos dicitis, inhabitare corpus purum & immaculatum, multo certe indecentius est præstigiatoris, sepulcrorum suffossoris, latronis,

Infideles Christiana dogmata irrident.

Hæreticorum deliria.

imo simiæ & canis; non autem sanctum illud atque incontaminatum, quodque nunc in dextera Patris sedet. Quod enim damnum, aut macula Deo accesserit ex hac œconomia? Non videtis solem hunc, cujus corpus sensibile, corruptioni subjectum atque infirmum est, rumpantur licet millies hæc audientes Gentiles, ac Manichæi? Neque vero sol dumtaxat, sed etiam terra, mare, atque omnis omnino rerum fabrica, sub aspectum cadens, vanitati subjecta est. Nam audi Paulum hoc ma-
Rom. 8. 20. nifeste docentem, dum ait: *Vanitati enim creatura subjecta est, non volens, sed propter eum, qui subjecit eam in spe.* Qui deinde ostendere volens quidnam sit illud vanitati
Ibid. 21. subjectum esse, subintulit, dicens: *Quia & ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei.* Nempe corruptibile quid nunc est creatura: siquidem corruptioni servire nihil est aliud, quam corruptibile esse. Quod si ergo sol, corpus corruptibile cum sit, ubique radios suos emittit; cœno, sordibus, aliisque multis id genus rebus sese communicans, nihil tamen ex hac fœditate corporearum istiusmodi sordium, in sua illa puritate læditur, sed mundos illos suos in se radios retrahit, ac multis rursum corporibus, quæ ipsum suscipiunt, vim suam virtutemque participat: ac noxii aut sordidi ex illis ne minimum quidem ipse interim in se recipiens: quanto magis justitiæ ille sol, ille virtutum incorporearum Dominus in puram carnem ingrediens, non solum non inquinatus est: sed contra etiam puriorem eam ipsam sanctioremque effecit? Atque hæc quidem omnia mente volventes, & commemorantes di-
Levit. 26. 12. vinam vocem, dicentem: *Inhabitabo in illis, & inambulabo.* Et rursum: *Vos templum*
2. Cor. 6. 16. *Dei estis & Spiritus Dei inhabitat in vobis,*
1. Cor. 3. 16. etiam nos adversus istos dicamus, & impudentia impiorum ora obstruamus, nostrisque interim bonis lætemur, ac Deum incarnatum ob tam indulgentem ad nos usque sui demissionem glorificemus, & pro virium nostrarum facultate condignam ipsi venerationem gratiamque reddamus. Deo autem nulla a nobis gratiarum par retributio fieri queat, nisi solum ea, quæ consistit in nostra animarumque nostrarum salute, atque in virtutis studio.

7. Ne simus ergo hic ingrati erga tanti in nos beneficii auctorem, sed omnes omnia ei pro virili offeramus, fidem, spem, caritatem, temperantiam, misericordiam, hospitalitatem. Et ad quod nuper vos cohortatus sum, ad id etiam nunc, & in posterum semper vos cohortari non desistam. Quid-
Quis modus accedendi ad divina Mysteria. V. de Homil. in S. Philogonium. T. 1. nam hoc? Cum accessuri estis ad tremendam divinamque illam mensam, & sacra mysteria, cum timore ac tremore hoc facite, cum pura conscientia, cum jejunio & precatione: non tumultuantes, non calcitrantes, non proximum impellentes: extremæ enim hoc superbiæ est, contemtionisque minime vulgaris: quare etiam talia per-

A τὸ τοῦ κυνός, οὐκ αὐτὸ τὸ ἅγιον καὶ ἄμωμον, καὶ ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς νῦν καθεζόμενον. ποία γὰρ ἂν βλάβη τῷ θεῷ γένοιτ᾽ ἂν ἀπὸ τῆς οἰκονομίας ταύτης, ἢ ποία κηλίς; οὐχ ὁρᾶτε τουτονὶ τὸν ἥλιον, οὗ τὸ σῶμά ἐστιν αἰσθητὸν, καὶ φθαρτὸν, καὶ ἐπίκηρον, κἂν μυριάκις ἀποπνίγωνται Ἕλληνες καὶ Μανιχαῖοι ταῦτα ἀκούοντες; οὐχ οὗτος δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ γῆ, καὶ θάλασσα, καὶ πᾶσα ἁπλῶς ἡ ὁρωμένη κτίσις, τῇ ματαιότητι ὑποτέτακται. καὶ ἄκουε Παύλου τοῦτο δηλοῦντος, ἐν οἷς φησι· τῇ γὰρ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη, οὐχ ἑκοῦσα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα ἐπ᾽ ἐλπίδι. εἶτα δηλῶν, B τί ποτέ ἐστι, ματαιότητι ὑποταγῆναι, ἐπήγαγε, λέγων· ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς, εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ θεοῦ. ὥστε νῦν ἐπίκηρός ἐστι, καὶ φθαρτή ἐστι. τὸ γὰρ τῇ φθορᾷ δουλεύειν, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ φθαρτὸν εἶναι. εἰ τοίνυν ὁ ἥλιος, σῶμα φθαρτὸν ὢν, πανταχοῦ τὰς ἀκτῖνας ἀφίησι, καὶ βορβόροις, καὶ μολυσμοῖς, καὶ πολλοῖς ἄλλοις τοιούτοις ὁμιλῶν πράγμασιν, οὐδὲν [a] ἀπὸ τῆς ὁμιλίας τῶν σωμάτων εἰς τὴν οἰκείαν καθαρότητα παραβλάπτεται· ἀλλὰ καὶ καθαρὰς συστέλλει τὰς ἀκτῖνας πάλιν, τῆς οἰκείας ἀρετῆς πολ- C λοῖς τῶν ὑποδεξαμένων αὐτὸν σωμάτων μεταδιδούς, τῆς δὲ δυσωδίας, καὶ τοῦ μολυσμοῦ οὐδὲ τὸ τυχὸν αὐτὸς προσλαμβάνων· πολλῷ μᾶλλον ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος, ὁ τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων δεσπότης, εἰς καθαρὰν σάρκα ἐλθὼν, οὐ μόνον οὐκ ἐμολύνθη· ἀλλὰ καὶ αὐτὴν ταύτην καθαρωτέραν καὶ ἁγιωτέραν εἰργάσατο; ταῦτα οὖν ἅπαντα ἐννοοῦντες, καὶ μνημονεύοντες τῆς φωνῆς τῆς λεγούσης, ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω· καὶ πάλιν, ὑμεῖς ναὸς θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ ἐνοικεῖ ἐν ὑμῖν, καὶ ἡμεῖς πρὸς ἐκείνους λέγωμεν, καὶ τὰ ἀναίσχυντα τῶν ἀσεβῶν ἀποφράττωμεν στόματα, καὶ ἐπὶ τοῖς ἡμετέροις ἀγαθοῖς εὐφραινώμεθα, καὶ τὸν σαρκωθέντα θεὸν δοξάζωμεν ὑπὲρ τῆς τοσαύτης D συγκαταβάσεως, καὶ κατὰ δύναμιν τὴν ἡμετέραν, ἀξίαν ἀποδῶμεν αὐτῷ καὶ τὴν τιμὴν καὶ τὴν ἀμοιβήν. θεῷ δὲ ἀμοιβὴ οὐδεμία παρ᾽ ἡμῶν γένοιτ᾽ ἂν, ἀλλ᾽ ἢ μόνον ἡ σωτηρία ἡμῶν καὶ τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, καὶ ἡ περὶ τὴν ἀρετὴν ἐπιμέλεια.

Μὴ τοίνυν γενώμεθα ἀγνώμονες περὶ τὸν εὐεργέτην· ἀλλὰ τὰ κατὰ δύναμιν ἅπαντες ἅπαντα εἰσενέγκωμεν, πίστιν, ἐλπίδα, ἀγάπην, σωφροσύνην, ἐλεημοσύνην, E φιλοξενίαν. καὶ ὃ πρῴην ὑμᾶς παρεκάλεσα, τοῦτο καὶ νῦν, καὶ ἀεὶ παρακαλῶν οὐ παύσομαι. τί δὲ τοῦτό ἐστι; μέλλοντες προσιέναι τῇ φρικτῇ καὶ θείᾳ ταύτῃ τραπέζῃ, καὶ ἱερᾷ μυσταγωγίᾳ, μετὰ φόβου καὶ τρόμου τοῦτο ποιεῖτε, μετὰ καθαροῦ συνειδότος, μετὰ νηστείας καὶ προσευχῆς, μὴ θορυβοῦντες, μηδὲ λακτίζοντες, μηδὲ ὠθοῦντες τοὺς πλησίον. ἐσχάτης γὰρ τοῦτο παρανοίας, καὶ καταφρονήσεως οὐ τῆς τυχούσης. διὸ καὶ πολλὴν

[a] MSS. ἀπὸ τοῦ μολυσμοῦ σωματικῶν ῥύπων.

ἐπάγει τοῖς ταῦτα ποιοῦσι τὴν κόλασιν καὶ τὴν τιμωρίαν. ἐννόησον, ὦ ἄνθρωπε, ποίας μέλλεις ἅπτεσθαι θυσίας, ποίᾳ προσέρχεσθαι τραπέζῃ· ἐνθυμήθητι καὶ ὅτι γῆ ὢν, καὶ σποδὸς, αἷμα καὶ σῶμα Χριστοῦ μεταλαμβάνεις. καὶ βασιλέως μὲν εἰς εὐωχίαν καλοῦντος ὑμᾶς, μετὰ φόβου ἀνακλίνεσθε, καὶ τῶν προκειμένων μετ᾽ αἰδοῦς καὶ ἡσυχίας μεταλαμβάνετε ἐδεσμάτων· τοῦ θεοῦ δὲ καλοῦντος ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ τράπεζαν, καὶ τὸν ἑαυτοῦ προτιθέντος υἱὸν, ἀγγελικῶν δυνάμεων παρισταμένων μετὰ φόβου καὶ τρόμου, καὶ τῶν Χερουβὶμ κατακαλυπτόντων τὰ πρόσωπα, τῶν Σεραφὶμ κραζόντων τρόμῳ, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος· σὺ κράζεις, εἰπέ μοι, καὶ θορυβεῖς πρὸς τὴν πνευματικὴν ταύτην ἑστίασιν; οὐκ οἶδας, ὅτι γαλήνης δεῖ γέμειν τὴν ψυχὴν κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρόν; εἰρήνης πολλῆς καὶ ἡσυχίας χρεία, οὐχὶ θορύβου καὶ θυμοῦ καὶ ταραχῆς· ταῦτα γὰρ ἀκάθαρτον ποιεῖ τὴν προσιοῦσαν ψυχήν. τίς οὖν ἂν γένοιτο ἡμῖν συγγνώμη, εἰ μετὰ τοσαῦτα ἁμαρτήματα, μηδὲ τὸν καιρὸν τῆς προσελεύσεως καθαρεύομεν τῶν ἀλόγων παθῶν ἐκείνων; τί δὲ ὅλως ἀναγκαιότερον τῶν προκειμένων; ἢ τί ἡμᾶς θορυβεῖ, [a] ἵνα σπουδάσωμεν καὶ τὰ πνευματικὰ καταλιπόντες, εἰς τὰ σαρκικὰ σπουδάσωμεν; μὴ, δέομαι καὶ ἀντιβολῶ, μὴ κινήσωμεν τὴν ὀργὴν τοῦ θεοῦ καθ᾽ ἑαυτῶν. φάρμακόν ἐστι σωτήριον τῶν ἡμετέρων τραυμάτων τὸ προκείμενον, πλοῦτός ἐστιν ἀνελλιπὴς, βασιλείας οὐρανῶν πρόξενος. φρίξωμεν τοίνυν προσιόντες, εὐχαριστήσωμεν, προσπέσωμεν ἐξομολογούμενοι τὰ πταίσματα ἡμῶν, δακρύσωμεν τὰ οἰκεῖα πενθοῦντες κακὰ, ἐκτενεῖς εὐχὰς ἀποδῶμεν τῷ θεῷ· καὶ οὕτω διακαθάραντες ἑαυτοὺς ἠρέμα, καὶ μετὰ τῆς προσηκούσης εὐταξίας, ὡς τῷ βασιλεῖ προσιόντες τῶν οὐρανῶν, οὕτω προσέλθωμεν· καὶ δεξάμενοι τὴν ἄμωμον καὶ ἁγίαν θυσίαν καταφιλήσωμεν, τοῖς ὀφθαλμοῖς περιπτυξώμεθα, διαθερμάνωμεν ἑαυτῶν τὴν διάνοιαν, ἵνα μὴ εἰς κρῖμα ἢ εἰς κατάκριμα συνερχώμεθα, ἀλλ᾽ εἰς σωφροσύνην ψυχῆς, εἰς ἀγάπην, εἰς ἀρετὴν, καὶ καταλλαγὴν τὴν πρὸς τὸν θεὸν, εἰς εἰρήνην βεβαίαν, καὶ μυρίων ἀγαθῶν ὑπόθεσιν, ἵνα καὶ ἑαυτοὺς ἁγιάσωμεν, καὶ τοὺς πλησίον οἰκοδομήσωμεν. ταῦτα συνεχῶς λέγω, καὶ λέγων οὐ παύσομαι. τί γὰρ ὄφελος, ἁπλῶς καὶ εἰκῆ τρέχειν ἐνταῦθα, μηδὲν τῶν χρησίμων μανθάνοντας; ποῖον δὲ κέρδος, ἀεὶ τὰ πρὸς χάριν ὁμιλεῖν; βραχὺς ὁ παρὼν καιρὸς, ἀγαπητοί· νήψωμεν, γρηγορήσωμεν, συγκροτήσωμεν ἑαυτοὺς, πᾶσαν σπουδὴν περὶ πάντας γνησίαν ἐπιδειξώμεθα, περὶ πάντα γενώμεθα εὐλαβεῖς. κἂν ἀκροᾶσθαι δέοι τῶν θείων λογίων, κἂν εὔχεσθαι, κἂν προσιέναι, κἂν ἕτερόν τι ποιεῖν, μετὰ [b] φόβου καὶ τρόμου τοῦτο γινέσθω, ἵνα μὴ κατάραν ἐπισπασώμεθα διὰ τῆς ῥαθυμίας. ἐπικατάρατος γὰρ, φησι, πᾶς ὁ ποιῶν τὸ ἔργον τοῦ κυρίου ἀμελῶς. ὁ θόρυβος, [c] καὶ ἡ ὀργὴ, ὕβρις εἰς τὴν προκειμένην θυσίαν γίνε-

A petrantibus punitionem multam conciliat. Tecum reputa, ô homo, qualem hostiam es contrectaturus, qualem mensam aditurus. Tecum reputa, quod cum terra sis & cinis, corpus & sanguinem Christi sumis. Et si vos rex quidem ad convivium vocet, cum timore accumbitis, ciboſque appositos cum reverentia & silentio sumitis; Deo autem te ad suam mensam vocante, filiumque suum ibi apponente, ubi Angelicæ potestates adsistunt cum timore & tremore: ubi Cherubini velant facies suas, atque Seraphini cum tremore clamant, Sanctus, Sanctus,

B Sanctus Dominus: tu mihi audes vociferando ac tumultuando ad spiritale illud convivium accedere? An te fugit eo tempore multa tranquillitate mentem esse plenam oportere, multaque pace ac quiete opus esse; non autem tumultu, iracundia, strepituque? hæc enim immundam animam accedentem efficiunt. Quænam autem venia nobis habeatur, si post tanta peccata, saltem tempus hoc, quo ad sacram hanc mensam adimus, ab irrationabilibus hisce perturbationibus non purgemus? quid autem omnino est magis necessarium, quam ea quæ in hac mensa proponuntur? aut quid

C urget nos, ut connitamur, & spiritualibus rebus relictis, ad ea quæ carnem spectant, properemus? Ne, rogo vos atque obtestor, ne divinam in nos iram concitemus: medicamentum est id quod proponitur vulnerum nostrorum salutare, divitiæ indesinentes, quæ cælorum nobis regnum conciliant. Cum horrore itaque accedamus, gratias agamus, procumbamus confitentes peccata nostra; lacrymemur mala nostra lugentes; intentas ac largas preces Deo fundamus: sicque nos ipsos emundantes, tacite, & cum debita modestia tamquam ad cælorum Regem adeuntes accedamus: sanctamque hanc & immaculatam hostiam recipientes, exosculemur,

D oculis eam complexi, mentemque & animum incendamus: ne in judicium aut damnationem conveniamus; sed in animæ temperantiam, in dilectionem, in virtutem, & cum Deo reconciliationem, in pacem firmam, ac mille denique bonorum occasionem: ut & nos ipsos sanctos reddamus, & proximos ædificemus. De his assidue vobiscum ago, nec agere desistam. Quæ enim utilitas omnino temere huc concurrere, si nihil quod utile sit, addiscatis? Quodnam, obsecro, lucrum affert, semper ad gratiam vobis concionari? Bre-

E ve præsens hoc tempus est, ô dilecti, sobrii simus: vigilemus: nos ipsos componamus: omne benevoli animi studium in omnes sincere ostendamus: in omnibus reverenter agamus, seu divina verba audire, sive orare, sive ad Dei mensam accedere, sive aliud quid denique faciendum sit, cum timore ac tremore id fiat: ne negligentia nostra maledictionem nobis accersamus. *Maledictus enim*, inquit Propheta, *omnis qui facit opus Domini negligenter*. Tumultuatio enim & iracundia efficitur contumelia (Jer. 48. 10.)

[a] MSS. ἵνα σπουδάζωμεν. καὶ τὰ πνευματικὰ καταλιπόντες, εἰς τὰ σαρκικὰ σπεύδωμεν. Editi, ἵνα σπουδάσωμεν τοῦτο καταλιπόντες ἐκεῖ τρέχειν.

[b] Alii, φόβου καὶ διὰ χειρῶν γινέσθω.

[c] Editi, καὶ ἡ κραυγὴ, MSS. καὶ ἡ ὀργή.

in hostiam quæ proponitur. Certe extrema contemtio est, contaminatum se offerre Deo: nam audi quid de talibus dicat Apostolus: *Si quis templum Dei corrumpat,* 1. Cor. 3. 17. *disperdet illum Deus.* Ne ergo pro eo quod Deum nobis reconciliare debebamus, eum in nos irritemus: sed omnem curam, munditiem, animæque tranquillitatem præ nobis ferentes, cum precibus & corde contrito accedamus. Ut hoc pacto Dominum nostrum Jesum Christum nobis propitium reddentes, promissa nobis bona obtinere possimus gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri unà cum sancto Spiritu gloria, potestas, honor, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, amen.

A ται. καταφρόνησις ἐσχάτη, μεμολυσμένον ἑαυτὸν προσενέγκαι τῷ Θεῷ. ἄκουσον τί περὶ τῶν τοιούτων φησὶν ὁ ἀπόστολος· Εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός. μὴ τοίνυν ἀντὶ καταλλαγῆς παροξύνωμεν τὸν Θεόν· ἀλλὰ πᾶσαν ἐπιμέλειαν, καὶ πάντα κόσμον ἐπιδεικνύμενοι, καὶ ἀταραξίαν ψυχῆς, μετ' εὐχῆς καὶ συντετριμμένης καρδίας προσίωμεν· ἵνα καὶ αὐτῷ τούτῳ τὸν δεσπότην ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐξιλεωσάμενοι, δυνηθῶμεν ἐπιτυχεῖν τῶν ἐπηγγελμένων ἡμῖν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

MONITUM
IN HOMILIAM DE BAPTISMO CHRISTI, ET DE EPIPHANIA.

HANC *Homiliam paucis elapsis post præcedentem de Natali Christi diebus; nimirum in die Epiphaniæ anni* 387. *habitam fuisse, quædam suadere videntur. Nam quod dicit infra Numero quarto*: Scio fore ut quamplurimi apud nos ex festi consuetudine ad sacram hanc Mensam accurrant: sane quidem expediret, id quod alias sæpe dicere præverti, ὡς καὶ πολλάκις ἔφθην εἰπών, ut festa nequaquam observarentur, quando communicare opus esset, sed ut conscientia mundaretur *&c. Illud ipsum porro dixerat paucis ante diebus; nimirum in festo* S. *Philogonii* 20. *Decembris anni* 386. *num.* 24. Nunc autem multi fidelium in tantam vecordiam tantumque venere contemtum, ut cum innumeris scateant malis, nullamque vitæ suæ curam habeant, in diebus festis negligenter ac temere ad Mensam hanc accedant *&c. In hoc item de Baptismo Christi sermone eodem Numero quarto sic habet:* Quodnam igitur illud peccatum est? Quod cum tremore non accedamus, sed calcibus impetentes, percutientes, ira turgentes, clamantes, convitiantes, proximum trudentes: hæc & sæpe dixi, & dicere non cessabo. *In Oratione autem de Natali Christi similiter Num.* 7. Et ad quod nuper, (*scilicet in festo S. Philogonii,*) vos cohortatus sum, ad id etiam nunc, & in posterum semper vos cohortari non desistam. Quidnam hoc? Cum accessuri estis ad tremendam divinamque illam Mensam, & sacra Mysteria, cum timore ac tremore hoc facite, cum pura conscientia, cum jejunio & precatione: non tumultuantes, non calcitrantes, non proximum impellentes *&c. His porro conspectis probabiliter existimamus, hasce tres Homilias eodem tempore, paucisque interpositis inter singulas diebus habitas fuisse.*

In hac porro de Baptismo & Epiphania Christi concione, postquam populum ad Ecclesiam frequentandam hortatus est: de duplici Christi Epiphania agit, de illa nempe, qua Magis apparuit, deque postrema qua in consummatione sæculi cum gloria & splendore venturus est. Miraculum deinde circa aquam Baptismi enunciat; nam cum versus mediam noctem diem Epiphaniæ præcedentem, singuli de aqua illa Baptismi latices νάματα *secum asportarent, aqua illa non corrumpebatur, sed integro anno, quin & biennio & triennio incorrupta manebat. Docet deinde quid intersit discriminis inter Baptisma Judæorum, Baptisma Joannis & Baptisma Christi. Hinc explicat quomodo Christus impleverit omnem justitiam; demumque claudit hortatus populum ut magna cum reverentia ad tremenda Mysteria accedant.*

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΑΠΟΛΙΜΠΑΝΟΜΕΝΟΥΣ[a] τῶν θείων συνάξεων, καὶ εἰς τὸ ἅγιον καὶ σωτήριον βάπτισμα τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ περὶ τῶν ἀναξίως κοινωνούντων, καὶ ὅτι οἱ ἀτέλεστον καταλιμπάνοντες τὴν θείαν λειτουργίαν, καὶ πρὸ τῆς τελευταίας εὐχῆς ἐξερχόμενοι, τὸν Ἰούδαν μιμοῦνται, λόγος.

ΠΑΝΤΕΣ ὑμεῖς ἐν εὐθυμίᾳ σήμερον, ἐγὼ δὲ ἐν ὀδύνῃ μόνος· ὅταν γὰρ εἰς τὸ πέλαγος ἀπίδω τοῦτο τὸ πνευματικὸν, καὶ τὸν ἄπειρον τῆς ἐκκλησίας θεάσωμαι πλοῦτον, εἶτα λογίσωμαι ὅτι τῆς ἑορτῆς παρελθούσης, καὶ τὸ πλῆθος ἡμῖν τοῦτο πάλιν ἀποπηδῆσαν οἰχήσεται, δάκνομαι καὶ ὀδυνῶμαι τὴν ψυχὴν, ὅτι τοσαῦτα τεκοῦσα τέκνα ἡ ἐκκλησία, οὐ καθ' ἑκάστην σύναξιν ἀπολαύειν αὐτῶν δύναται, ἀλλ' ἐν ἑορτῇ μόνον. πόσον ἦν ἀγαλλίαμα πνευματικὸν, πόση χαρὰ, πόση δόξα Θεοῦ, πόση ψυχῶν ὠφέλεια, εἰ καθ' ἑκάστην σύναξιν οὕτω πεπληρωμένους ἑωρῶμεν τοὺς περιβόλους τῆς ἐκκλησίας; νῦν δὲ ναῦται μὲν καὶ κυβερνῆται πάντα ποιοῦσιν, ὅπως τὸ πέλαγος [b] διαδράμοιεν, καὶ πρὸς τὸν λιμένα καταντήσωσιν· ἡμεῖς δὲ διὰ παντὸς πελάγιοι σαλεύειν φιλονεικοῦμεν, ἐν ταῖς τῶν βιωτικῶν πραγμάτων τρικυμίαις συνεχῶς ποντούμενοι, καὶ ἐν ταῖς ἀγοραῖς, καὶ ἐν τοῖς δικαστηρίοις στρεφόμενοι· ἐνταῦθα δὲ ἅπαξ ἢ δεύτερον μόλις τοῦ παντὸς ἀπαντῶντες ἐνιαυτοῦ. ἢ ἀγνοεῖτε ὅτι καθάπερ λιμένας ἐν πελάγει, οὕτω τὰς ἐκκλησίας ἐν ταῖς πόλεσιν ἔπηξεν ὁ Θεός· ἵνα ἀπὸ τῆς ζάλης τῶν βιωτικῶν θορύβων ἐνταῦθα καταφεύγοντες, γαλήνης [c] μεγίστης ἀπολαύωμεν; οὐδὲ γὰρ κυμάτων ἐστὶν ἐνταῦθα δεῖσαι τρικυμίαν, οὐ λῃστῶν ἐπιδρομὰς, οὐ κακούργων ἔφοδον, οὐ πνευμάτων βίας, οὐ θηρίων ἐπιβουλάς. λιμὴν γάρ ἐστιν ἁπάντων τούτων ἀπηλλαγμένος, λιμήν ἐστι ψυχῶν πνευματικός. καὶ τῶν λεγομένων μάρτυρες ὑμεῖς· εἰ γάρ τις ὑμῶν τὸ συνειδὸς ἀναπτύξειε νῦν, πολλὴν ἔνδον εὑρήσει τὴν ἡσυχίαν. [d] οὐ θυμὸς γὰρ ἐνοχλεῖ, οὐκ ἐπιθυμία φλέγει, οὐ βασκανία τήκει, οὐκ ἀπόνοια φυσᾷ, οὐ κενοδοξίας ἔρως διαφθείρει· ἀλλὰ πάντα ταῦτα κατέσταλται τὰ θηρία, καθάπερ θείας τινὸς ἐπῳδῆς, τῆς τῶν θείων γραφῶν ἀκροάσεως διὰ τῆς ἑκάστου ἀκοῆς πρὸς τὴν ψυχὴν εἰσιούσης, καὶ κοιμιζούσης τὰ ἄλογα [e] ταῦτα πάθη. πόσης οὖν ἀθλιότητος οὐκ ἂν εἴη, τοσαύτης μέλλοντας ἀπολαύειν φιλοσοφίας μὴ συνεχῶς ἐπιχωριάζειν καὶ φοιτᾷν πρὸς τὴν κοινὴν ἁπάντων μητέρα· τὴν ἐκκλησίαν λέγω; ποίαν γὰρ ἂν ἔχοις εἰπεῖν μοι ταύτης ἀναγκαιοτέραν διατριβήν; τίνα δὲ χρηστοτέραν συνουσίαν; τί δὲ τὸ ἐμπόδιον τῆς ἐνταῦθα διατριβῆς; πάντως μοι

ADVERSUS EOS QUI A DIVINIS absunt officiis, & de sancto ac salutari baptismate Salvatoris nostri Jesu Christi, deque iis qui indigne communicant, & quod qui Liturgiam imperfectam derelinquunt, atque ante postremam orationem egrediuntur, Judam imitentur, Oratio.

A 1. OMNES vos in lætitia hodie, ego vero in mœrore sum solus. Nam cum in hoc spirituale pelagus oculos meos converto, & immensas Ecclesiæ divitias contemplor, ac deinde perpendo fore, ut cum primum solemnitas ista præterierit, multitudo rursus ista resiliat ac discedat, crucior & animi dolore angor: quod, cum tam multos liberos pepererit Ecclesia, non illis itidem in singulis collectis, sed in festo solummodo frui possit. Quanta quæso illa spiritualis exsultatio foret, quantum gau-
B dium, quanta Dei gloria, quanta utilitas animarum, si collectæ cujusque tempore sic repleta Ecclesiæ septa cerneremus? Jam vero nautæ quidem ac gubernatores omnia efficiunt, ut pelagus emensi, tandem ad portum perveniant: nos contra in alto mari fluctuare contendimus, dum sæcularium negotiorum procellis semper obruimur, atque in foris & tribunalibus judicum jactamur, hic autem semel aut iterum, vix toto anno comparemus. An vero ignoratis, ut in mari portus, sic Ecclesias Deum in urbi-
C bus erexisse: ut a tumultuum sæcularium turbine huc confugientes summa tranquillitate potiamur? Non enim fluctuum hic est reformidanda tempestas, non latronum incursiones, non eruptiones prædonum, non ventorum impetus, non insidiæ belluarum: portus enim est ab his omnibus immunis ac liber, portus est spiritualis animarum. Atque eorum quæ dixi vosmetipsi mihi testes estis: si quis enim vestrum conscientiam suam excusserit, multam intus reperiet tranquillitatem: non enim ira negotium faces-
D sit, non cupiditas inflammat, non invidia tabefacit, non inflat arrogantia, non inanis gloriæ amor corrumpit: sed coërcentur omnes hæ belluæ, cum primum, quasi quoddam divinum carmen, sacrarum auditio Scripturarum per aures in animam cujusque penetravit, & illas alienas a ratione perturbationes sopivit. Quis non igitur eos vel infelicissimos judicet, qui cum tantam morum sanctitatem possint adipisci, non assidue versentur, ac ventitent ad communem omnium parentem, Ecclesiam nimirum? Etenim
E quam tandem esse tibi magis fructuosam occupationem causari possis aut congressum utiliorem? quodnam autem impedimentum, quo minus hic nobiscum verseris? Pauper-

Ecclesia portus.

Collata cum Codd. Reg. 1964. 1976. qui mire differt ab Editis, ejus præcipuas solum Lectiones annotavimus. Item cum Regiis 2026. 2343. & Colbert. 970.

a Titulus in Savil. εἰς τὸ ἅγιον καὶ σωτήριον βάπτισμα τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ πρὸς τοὺς ἀπολιμπανομένους τῶν θείων συνάξεων, καὶ περὶ τῶν ἀναξίως κοινωνούντων, καὶ ὅτι οἱ ἀτέλεστον καταλιμπάνοντες τὴν θείαν λειτουργίαν, καὶ πρὸ τῆς τελευταίας εὐχῆς, ἐξερχόμενοι τὸν Ἰούδαν μιμοῦνται.

b Sic duo Mss. & Morel. Alii, διαδράμωσιν. Mox Savil. & duo Mss. διὰ παντὸς πελάγιοι.

c μεγίστης deest in Codicibus nostris.

d Alii, οὐ θυμὸς παρενοχλεῖ.

e ταῦτα deest in duobus Mss. Iidem, φοιτᾷν παρὰ τὴν

tatem nimirum tibi impedimento esse dices, quo minus præclaro huic cœtui intersis: at legitima non est hæc excusatio. Septem habet dies hebdomada: divisit hos septem nobiscum Deus, neque sibi quidem potiorem partem, nobis autem minorem impertiit: imo ne in duas quidem æquales partes eas distribuit: non sibi tres assumsit, tresque largitus est: verum tibi quidem sex impertiit, unam vero sibi reliquit: nec in hac tamen tota a negotiis secularibus abstinere dignaris, sed hoc ipsum quod faciunt, qui sacras pecunias deprædantur, tu hac etiam die patrare audes: dum illam jam sanctam & spiritualium eloquiorum auditioni consecratam surripis, & ad sæculares curas abutendo traducis. Sed quid ego de integro die loquor? vel id unum, quod in eleemosyna vidua fecit, tu in hujus diei tempore facito: sicut illa duos obolos misit, multamque a Deo gratiam inivit: sic & tu duas horas Deo commoda, & sexcentorum dierum lucrum in domum tuam importabis. Quod si id detrectes, vide ne forte, dum ad exiguum temporis spatium teipsum non vis a terrenis lucris avocare, integrorum annorum labores amittas. Solet enim Deus cum contemtus fuerit collectas pecunias dissipare: quod & Judæis minitando dicebat, quoniam solicitudinem templi omnem abjiciebant; *Intulistis ea in domos vestras, & exsufflavi ea, dicit Dominus.* Quid enim quæso ex iis, quæ necessaria sunt, te poterimus docere, cum semel aut iterum annis singulis ad nos ventites, de anima nimirum, de corpore, de immortalitate, de regno cælorum, de pœnis, de gehenna, de Dei longanimitate, de indulgentia, de pœnitentia, de baptismo, de remissione peccatorum, de istis mundi cum superioris tum inferioris creaturis, de hominum natura, de angelis, de improbitate dæmonum, de diaboli fraudibus, de moribus, de dogmatibus, de recta fide, de corruptis hæresibus? siquidem ista & multo plura nosse Christianum oportet, horumque omnium reddere rationem iis, qui sciscitentur. Vos vero ne minimam quidem horum tenere partem poteritis, si semel hic, idque perfunctorie conveniatis, nec tam propter animæ pietatem, quam propter consuetudinem solemnitatis: nam etiam si vel quotiescumque fit collecta, quis intersit, utinam de omnibus istis exacte possit erudiri. Servos habetis multi, qui hic adestis, & filios: cumque illis artium magistris in disciplinam tradere vultis, quos elegeritis, vestrarum illis ædium ingressu interdicitis semel, ubi stragulam vestem, cibaria, omnemque aliam supellectilem & apparatum suppeditastis: una cum magistro habitatum mittitis, ac ne domum vestram adeant prohibetis: ut, dum ibi continue versantur, facilius artem ediscant, nec ulla solicitudine studium illorum & occupatio interpelletur: jam vero cum non vulgaris ars quædam, sed omnium maxima vobis sit ediscenda, quo pacto Deo placendum sit, & cælestia bona consequenda, perfunctorie vos id perficere

Marc. 12. 42.

Aggæi 1. 9.

A τὴν πενίαν ἐρεῖς κώλυμά σοι γίνεσθαι τοῦ καλοῦ τοῦδε συλλόγου· ἀλλ' οὐκ εὔλογος ἡ πρόφασις. ἑπτὰ ἡμέρας ἡ ἑβδομὰς ἔχει· τὰς ἑπτὰ ταύτας ἐμέρισε πρὸς ἡμᾶς ὁ θεός· καὶ οὐχ ἑαυτῷ μὲν τὸ πλέον, ἡμῖν δὲ τὸ ἔλαττον ἔδωκε, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἐξ ἡμισείας αὐτὰς διενέματο, οὐκ ἔλαβε τρεῖς καὶ ἔδωκε τρεῖς, ἀλλά σοι μὲν ἀπένειμεν ἕξ, ἑαυτῷ δὲ κατέλιπε μίαν. καὶ οὐδὲ ἐν ταύτῃ ὅλῃ ἀνέχῃ τῶν βιωτικῶν ἀπηλλάχθαι πραγμάτων, ἀλλ' ὅπερ οἱ τὰ ἱερὰ συλῶντες χρήματα ποιοῦσι, τοῦτο καὶ σὺ ἐπὶ τῆς ἡμέρας ταύτης τολμᾷς, αὐτὴν οὖσαν ἱερὰν καὶ ἀνακειμένην τῇ τῶν πνευματικῶν ἀκροάσει
B λογίων ἁρπάζων καὶ καταχρώμενος εἰς βιωτικὰς φροντίδας. τί δὲ λέγω περὶ ἡμέρας ὁλοκλήρου; ὅπερ ἐπὶ τῆς ἐλεημοσύνης ἐποίησεν ἡ χήρα, τοῦτο ποίησον ἐπὶ τοῦ καιροῦ σὺ τῆς ἡμέρας· καθάπερ ἐκείνη δύο καταβαλοῦσα ὀβολοὺς, καὶ πολλὴν παρὰ τοῦ θεοῦ ἐπεσπάσατο τὴν εὔνοιαν· οὕτω καὶ σὺ δύο δάνεισον ὥρας τῷ θεῷ, καὶ μυρίων ἡμερῶν κέρδος εἰς τὴν οἰκίαν εἰσάξεις τὴν σήν. εἰ δὲ οὐκ ἀνέχῃ, σκόπει μή ποτε μικρὸν ἡμέρας μέρος οὐ βουλόμενος ἑαυτὸν ἀποστῆσαι τῶν γηΐνων κερδῶν, ὁλοκλήρων ἐνιαυτῶν ἀπολέσῃς πόνους. οἶδε γὰρ ὁ θεὸς καταφρονούμενος καὶ τὰ συλλεγέντα κενοῦν χρήματα· ὅπερ οὖν καὶ Ἰουδαίοις ἀπειλῶν ἔλεγεν, ἐπειδὴ τὴν περὶ
C τὸν ναὸν κατεφρόνουν ἐπιμελείας· εἰσηνέγκατε αὐτὰ εἰς τοὺς οἴκους ὑμῶν, καὶ ἐξεφύσησα αὐτὰ, λέγει κύριος. τί γὰρ, εἰπέ μοι, διδάξαι σε τῶν ἀναγκαίων δυνησόμεθα, ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἢ δεύτερον πρὸς ἡμᾶς φοιτῶντα, περὶ ψυχῆς, περὶ σώματος, περὶ ἀθανασίας, περὶ βασιλείας τῶν οὐρανῶν, περὶ κολάσεως, περὶ γεέννης, περὶ μακροθυμίας θεοῦ, περὶ συγγνώμης, περὶ μετανοίας, περὶ βαπτίσματος, περὶ ἁμαρτημάτων ἀφέσεως, περὶ τῆς κτίσεως ταύτης τῆς ἄνω, καὶ τῆς κάτω, περὶ ἀνθρώπων φύσεως, περὶ ἀγγέλων, περὶ τῆς τῶν δαιμόνων κακουργίας, περὶ μεθοδειῶν τοῦ διαβόλου, περὶ πολιτείας, περὶ δογμάτων, περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως, περὶ τῶν
D διεφθαρμένων αἱρέσεων; ταῦτα γὰρ καὶ πολλῷ πλείονα τούτων τὸν Χριστιανὸν εἰδέναι χρὴ, καὶ τούτων πάντων ἀποδιδόναι λόγον τοῖς ἐρωτῶσιν. ὑμεῖς δὲ οὐδὲ τὸ πολλοστὸν τούτων εἰδέναι δυνήσεσθε μέρος, ἅπαξ ἐνταῦθα καὶ τοῦτο παρέργως συναγόμενοι, καὶ διὰ συνήθειαν ἑορτῆς, οὐ διὰ εὐλάβειαν ψυχῆς. ἀγαπητὸν γὰρ εἰ καθ' ἑκάστην σύναξιν ἐνταῦθά τις ἀπαντῶν δυνηθείη μετ' ἀκριβείας ἅπαντα ταῦτα κατασχεῖν. οἰκέτας ἔχετε πολλοὶ τῶν ἐνταῦθα παρόντων καὶ υἱοὺς, καὶ μέλλοντες αὐτοὺς παραδιδόναι τοῖς τῶν τεχνῶν ἐπιστάταις, ὧν ἂν ἕλοισθε,
E καὶ τὴν οἰκίαν αὐτοῖς τὴν ὑμετέραν ἄβατον ποιεῖτε καθάπαξ, καὶ στρώματι, καὶ τροφαῖς, καὶ τῇ ἄλλῃ ἁπάσῃ αὐτοῖς παρασκευάσαντες διακονίᾳ, τῷ διδασκάλῳ συγκατοικίζετε ἀπείργοντες αὐτοὺς τῆς οἰκίας ἐπιβαίνειν τῆς ὑμετέρας· ἵνα ἡ συνεχὴς ἐκεῖ διατριβὴ τὴν διδασκαλίαν ἀκριβεστέραν ἐργάσηται, μηδεμιᾶς φροντίδος τὴν σχολὴν διακοπτούσης· νυνὶ δὲ οὐ τέχνην τὴν τυχοῦσαν, ἀλλὰ τὴν πασῶν μείζονα μανθάνειν μέλλοντες, πῶς ἀρέσαι τῷ θεῷ δεῖ, καὶ τῶν οὐρανίων ἐπιτυχεῖν, παρέργως ἡγεῖσθε δύνασθαι τοῦτο κατορθοῦν; καὶ πόσης τοῦτο ἀνοίας;

ἀνοίας; ὅτι γὰρ μάθησις τὸ πρᾶγμά ἐστι πολλῆς δεόμενον τῆς προσοχῆς, ἄκουσον τί φησι, Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ· καὶ πάλιν ὁ προφήτης· Δεῦτε τέκνα ἀκούσατέ μου· φόβον Κυρίου διδάξω ὑμᾶς· καὶ πάλιν, Σχολάσατε καὶ γνῶτε, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Θεός· ὥστε πολλῆς σχολῆς χρεία τῷ μέλλοντι ταύτης ἀπολαύσεσθαι τῆς φιλοσοφίας.

Ἀλλὰ γὰρ ἵνα μὴ τὸν χρόνον ἅπαντα εἰς ἔγκλημα τῶν ἀπολιμπανομένων ἀναλώσωμεν, ἀρκεσθέντες τοῖς εἰρημένοις εἰς τὴν τῆς αὐτῶν ἐκείνων ῥαθυμίας διόρθωσιν, φέρε, τί περὶ τῆς παρούσης ἑορτῆς φιλοσοφήσωμεν. πολλοὶ γὰρ τὰς μὲν ἑορτὰς ἄγουσι, καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἴσασι, τὰς δὲ ὑποθέσεις, ὅθεν ἐτέχθησαν, ἀγνοοῦσιν. ὅτι μὲν οὖν Ἐπιφάνεια ἡ παροῦσα λέγεται ἑορτὴ, δῆλόν ἐστι πᾶσι· τίς δέ ἐστιν ἡ ἐπιφάνεια αὕτη, καὶ πότερον μία τίς ἐστιν ἢ δύο, τοῦτο οὐκ ἔτι ἴσασιν· ὅπερ ἐσχάτης αἰσχύνης ἂν εἴη, καὶ πολλοῦ τοῦ καταγέλωτος, καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν τὴν ἑορτὴν ταύτην ἄγοντας, τὴν ὑπόθεσιν αὐτῆς ἀγνοεῖν. πρῶτον μὲν οὖν ἀναγκαῖον εἰπεῖν πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, ὅτι οὐ μία τίς ἐστιν ἐπιφάνεια, ἀλλὰ δύο. μία μὲν ἡ παροῦσα αὕτη καὶ γενομένη· δευτέρα δὲ ἡ μέλλουσα, καὶ κατὰ τὴν συντέλειαν ἐνδόξως γενησομένη. καὶ περὶ ἑκατέρας αὐτῶν ἠκούσατε σήμερον Παύλου Τίτῳ διαλεγομένου καὶ λέγοντος οὕτω περὶ μὲν τῆς παρούσης, Ἐπεφάνη ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις, παιδεύουσα ἡμᾶς, ἵνα ἀρνησάμενοι τὴν ἀσέβειαν, καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας, σωφρόνως, καὶ δικαίως, καὶ εὐσεβῶς ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι· περὶ δὲ τῆς μελλούσης· Προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. καὶ ὁ προφήτης δὲ περὶ αὐτῆς ἐκείνης [a] ἔλεγεν οὕτως, Ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς σκότος, καὶ ἡ σελήνη εἰς αἷμα, πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν Κυρίου τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ. ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν οὐχὶ ἡ ἡμέρα καθ' ἣν ἐτέχθη, ἀλλ' ἡ ἡμέρα καθ' ἣν ἐβαπτίσθη, Ἐπιφάνεια λέγεται; αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ἡμέρα καθ' ἣν ἐβαπτίσατο, καὶ τὴν τῶν ὑδάτων ἡγίασε φύσιν. διά τοι τοῦτο καὶ μεσονυκτίῳ κατὰ τὴν ἑορτὴν ταύτην ἅπαντες [b] ὑδρευσάμενοι οἴκαδε τὰ νάματα ἀποτίθενται, καὶ εἰς ἐνιαυτὸν ὁλόκληρον φυλάττουσιν, ἅτε δὴ σήμερον ἁγιασθέντων τῶν ὑδάτων· καὶ τὸ σημεῖον γίνεται ἐναργὲς οὐ διαφθειρομένης τῆς τῶν ὑδάτων ἐκείνων φύσεως τῷ μήκει τοῦ χρόνου, ἀλλ' εἰς ἐνιαυτὸν ὁλόκληρον καὶ δύο καὶ τρία πολλάκις ἔτη τοῦ σήμερον ἀντληθέντος ἀκεραίου καὶ νεαροῦ μένοντος, καὶ μετὰ τοσοῦτον χρόνον τοῖς ἄρτι τῶν πηγῶν ἐξαρπασθεῖσιν ὕδασιν ἁμιλλωμένου. τίνος οὖν ἕνεκεν αὕτη Ἐπιφάνεια λέγεται; ἐπειδὴ οὐχ ὅτε ἐτέχθη, τότε πᾶσιν ἐγένετο κατάδηλος· ἀλλ' ὅτε ἐβαπτίσατο· μέχρι γὰρ ταύτης ἠγνοεῖτο τῆς ἡμέρας τοῖς πολλοῖς. καὶ ὅτι ἠγνόουν αὐτὸν οἱ πολλοὶ, καὶ οὐκ ᾔδεισαν ὅστις ποτὲ ἦν, ἄκουσον τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου λέγοντος· Μέσος ὑμῶν ἕστηκεν, ὃν ὑμεῖς οὐκ

[a] ἔλεγεν οὕτως, in hæc verba desinit Codex Reg. 1964.

A posse censetis? quantæ hoc quæso est dementiæ? Nam disciplinam esse hoc negotium, quod multam exigit attentionem, ex his cognoscite: *Discite*, inquit, *a me quia mitis sum & humilis corde:* & rursus Propheta, *Venite filii, audite me: timorem Domini docebo vos:* & iterum, *Vacate & videte quoniam ego sum Deus:* itaque multa opus est vacatione illi, qui hanc morum disciplinam & philosophiam sibi voluerit comparare.

Matt. 11. 29.
Psal. 33. 11.
Psal. 45. 11.

2. Verum ne tempus omne in eorum reprehensione conteramus, qui solent abesse, his quæ ad ipsorum negligentiam corrigendam sunt dicta contenti, B age quiddam de præsenti solemnitate philosophemur. Nam multi quidem festa celebrant, & nomina eorum noverunt, historias autem & occasiones, unde ortæ sunt, non noverunt. Atque Epiphaniam quidem, sive apparitionem, dici hanc celebritatem omnibus liquet, hæc vero apparitio quænam sit, & utrum una sit, an duæ, id non item noverunt, & quod summa notandum ignominia risuque dignum est, cum singulis annis solemnitatem istam celebrent, ejus argumentum & occasionem ignorant. Primum igitur operæ pretium est caritati vestræ indicare non unam C esse tantum apparitionem, sed duas: una quidem est ista præsens, quæ jam contigit; altera vero quæ futura est, & in consummatione sæculi cum splendore & gloria est eventura. Ac de utraque illarum Paulum hodie Tito disserentem audistis, atque in hæc verba de præsenti quidem loquentem, *Apparuit gratia Dei salutaris omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem & sæcularia desideria sobrie, & juste, & pie vivamus in hoc sæculo:* de futura vero, *Exspe*D*ctantes beatam spem & adventum gloriæ magni Dei & salvatoris nostri Jesu Christi.* Et vero propheta de illa ipsa sic dixit, *Sol convertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus & illustris.* At enim qui fit, ut non ea dies, qua natus est, Epiphania, & apparitio appelletur, sed ea qua baptizatus est? hæc enim dies est qua baptizatus est, & aquarum naturam sanctificavit. Idcirco etiam in hac solemnitate sub mediam noctem omnes, cum aquati fuerint, domum latices referunt ac re E condunt, & per integrum annum conservant, utpote quod hodierna die sanctificatæ sint aquæ: fitque miraculum evidens, dum nihil temporis longinquitate aquarum illarum natura vitiatur, sed integro anno atque adeo biennio & triennio sæpe, quæ hodie fuit hausta, incorrupta & recens permanet, ac post tantum temporis cum iis quæ nuper fuerint e fontibus eductæ certat. Quamnam igitur ob causam hæc Apparitio appellatur? quia nimirum non omnibus manifestus est redditus, cum partu est editus, sed cum est baptizatus: nam ad hunc usque diem vulgo erat ignotus. Nam incognitum eum fuisse vulgo, neque quisnam esset plerosque scivisse constat ex istis Joannis Baptistæ verbis: *Medius vestrum stetit,*

Dies Epiphaniæ celebrabatur.

Tit. 2. 11.

Joël. 2. 31.

Cur non dies ortus, sed dies Baptismi Epiphania.

Miraculum circa Baptismi aquam.

Joan. 1. 26.

[b] Duo MSS. ὑδρευόμενοι. Morel. ὑδρευσάμενοι.

quem vos nescitis. Quid vero mirum si alii non nossent, quando illum etiam ipse Baptista ad eum usque diem ignorabat? *Et ego nesciebam eum*, inquit: *sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris Spiritum descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto.* Duas igitur esse apparitiones ex his liquet: sed quanam de causa venerit ad baptismum Christus, nunc res postulat, ut dicamus, & ad quemnam baptismum venerit: nam & hoc operæ precium est cognoscere. Ut igitur illud, sic & hoc prius caritatem vestram docere oportet: nam & ex hoc illud intelligemus. Judaicum erat baptisma, quod sordes corporum, non peccata quæ in conscientia resident, abluebat: neque enim si quis adulterium perpetrasset, neque si quis furti se alligasset, neque si quis aliud quippiam sceleris admisisset, eum criminibus expiabat: sed si quis mortuorum ossa tetigisset, si quis vetitos a lege cibos degustasset, si quis a corruptione advenisset, si quis cum leprosis versatus esset, lavabatur, & immundus erat usque ad vesperam, deinde mundabatur. *Lavabitur enim*, inquit, *corpus ejus aqua munda, & immundus erit usque ad vesperam, & mundabitur*: non enim hæc vere peccatum erant neque pollutio, sed quod imperfectiores essent, per ejusmodi res eos efficiens religiosiores Deus, ad majorum rerum observationem aptiores & diligentiores olim reddebat.

Joan. 1. 33.

Levit. 15. 7.

Baptismi Judæorum & Baptismi Joannis ratio.

3. Itaque Judaïca illa quidem expiatio nequaquam a peccatis liberabat, sed a corporeis sordibus tantum: nostra vero talis non est, sed multo major, ac multa gratia referta: nam & liberat a peccatis, & animam emundat, & Spiritus gratiam largitur. Joannis vero baptisma Judaïco quidem multo sublimius fuit, humilius vero nostro, veluti pons quidam utriusque baptismatis hujus, ab illo ad istud per se quasi manu ducens: non enim eos utique ad observationem corporis purgationum inducebat, sed ab illis avocans cohortabatur & consulebat, ut a vitio traducerentur ad virtutem, atque in operum recte factis spem salutis, non in diversis baptismis, & aquarum ablutionibus collocarent. Non enim dicebat, ablue vestimenta tua, & lava corpus tuum, & mundus eris: quid ergo? *Facite fructum dignum pœnitentiæ:* ac si hoc spectes, Judaïco sublimius erat: humilius vero nostro; quandoquidem neque Spiritum sanctum dabat Joannis baptisma, neque remissionem per gratiam conferebat: pœnitentiam enim agere jubebat, non dimittendi potestate pollebat. Quapropter & aiebat, *Ego quidem baptizo vos in aqua: ille autem baptizabit vos in Spiritu sancto & igni.* Scilicet ille non baptizabat in Spiritu. Quid est autem in Spiritu sancto & igni? Recordare mihi diei illius, quo Apostolis dispertitæ linguæ apparuerunt tamquam ignis, seditque supra singulos

Matth. 3. 8.

Matth. 3. 11.

Act. 2. 3.

A οἴδατε. καὶ τί θαυμαστὸν εἰ οἱ ἄλλοι ἠγνόουν, ὅπου γε καὶ αὐτὸς ὁ βαπτιστὴς αὐτὸν ἠγνόει ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης; καὶ γὰρ ἐγώ, φησιν, οὐκ ᾔδειν αὐτόν, ἀλλ' ὁ πέμψας με βαπτίζειν ἐν ὕδατι, ἐκεῖνός μοι εἶπεν, ἐφ' ὃν ἂν ἴδης τὸ πνεῦμα [a] καταβαῖνον, καὶ μένον ἐπ' αὐτόν, οὗτός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν πνεύματι ἁγίῳ. ὅτι μὲν οὖν ἐπιφάνειαι δύο δῆλον ἐκ τούτων· τίνος δὲ ἕνεκεν ἐπὶ τὸ βάπτισμα ἔρχεται ὁ Χριστός, ἀναγκαῖον εἰπεῖν· καὶ ἐπὶ ποῖον ἔρχεται βάπτισμα· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἀναγκαῖον εἰδέναι. ὥσπερ οὖν ἐκεῖνο, καὶ τοῦτο πρότερον διδάξαι χρὴ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην· ἀπὸ γὰρ τού-
B του κἀκεῖνο εἰσόμεθα. βάπτισμα ἦν τὸ Ἰουδαϊκόν, τὸ ῥύπων σωματικῶν ἀπαλλάττον· οὐ τὸ κατὰ τὸ συνειδὸς ἁμαρτημάτων· οὐ γάρ εἴ τις μοιχείαν εἰργάσατο, οὐδὲ εἴ τις κλοπὴν ἐτόλμησεν, οὐδὲ εἴ τις ἄλλο τι τοιοῦτον παρηνόμησεν, ἀπήλλαττεν αὐτὸν τῶν ἐγκλημάτων· ἀλλ' εἴ τις ὀστῶν ἥψατο νεκρῶν· εἴ τις μὴ νενομισμένης ἐγεύσατο τροφῆς· εἴ τις ἐκ φθορᾶς παρεγίνετο· εἴ τις λεπροῖς συνεγίνετο, ἐλούετο, καὶ μέχρι τῆς ἑσπέρας ἀκάθαρτος ἦν, εἶτα ἐκαθαίρετο. λούσεται γὰρ τὸ σῶμα αὐτοῦ ὕδατι καθαρῷ, φησιν, καὶ ἀκάθαρτος ἔσται ἕως ἑσπέρας, καὶ καθαρισθήσεται· οὐ γὰρ ἀληθῶς
C ἁμαρτία ταῦτα ἦν οὐδὲ ἀκαθαρσία· ἀλλὰ ἀτελεστέρους ὄντας διὰ τῶν τοιούτων ποιῶν εὐλαβεστέρους ὁ θεός, πρὸς τὴν τῶν μειζόνων παρατήρησιν ἀκριβεστέρους ἄνωθεν παρεσκεύαζε.

Τὸ μὲν οὖν Ἰουδαϊκὸν καθάρσιον ἁμαρτημάτων μὲν οὐκ ἀπήλλαττε, ῥύπων δὲ σωματικῶν μόνον· τὸ δὲ ἡμέτερον οὐ τοιοῦτον, ἀλλὰ πολλῷ μεῖζον καὶ πολλῆς γέμον χάριτος· καὶ γὰρ ἁμαρτημάτων ἀπαλλάττει, καὶ ψυχὴν ἀποσμήχει, καὶ πνεύματος δίδωσι χορηγίαν. τὸ δὲ τοῦ Ἰωάννου τοῦ μὲν Ἰουδαϊκοῦ σφόδρα ὑψηλότερον ἦν· τοῦ δὲ ἡμετέρου ταπεινότερον, καθάπερ γέφυρά τις ὂν ἑκατέρων τούτων τῶν βαπτισμάτων, ἀπ' ἐκείνου πρὸς τοῦ-
D το δι' ἑαυτοῦ χειραγωγοῦν· οὐ γὰρ δὴ εἰς παρατήρησιν καθαρμῶν σωματικῶν αὐτοὺς ἐνῆγεν, ἀλλ' ἀποστῆσαι ἐκείνων παρῄνει, καὶ συνεβούλευε μεταβάλλειν ἀπὸ κακίας εἰς ἀρετήν· καὶ ἐν τοῖς τῶν ἔργων κατορθώμασι τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας ἔχειν, οὐκ ἐν βαπτισμοῖς διαφόροις καὶ καθαρμοῖς ὑδάτων. οὐ γὰρ ἔλεγε, πλῦνον τὰ ἱμάτιά σου, καὶ λοῦσον τὸ σῶμά σου, καὶ ἔσῃ καθαρός· ἀλλὰ τί; ποιήσατε καρπὸν ἄξιον τῆς μετανοίας· καὶ κατὰ τοῦτο ὑψηλότερον ἦν τοῦ Ἰουδαϊκοῦ· τοῦ δὲ ἡμετέρου ταπεινότερον· ἐπειδὴ μήτε πνεῦμα ἅγιον ἐδίδου τὸ βάπτισμα Ἰωάννου, μήτε τὴν διὰ τῆς χάριτος παρεῖχε
E συγχώρησιν· μετανοεῖν γὰρ ἐκέλευσεν, οὐκ ἀφιέναι κύριος ἦν. διόπερ καὶ ἔλεγεν· ἐγὼ μὲν ὑμᾶς βαπτίζω [b] ἐν ὕδατι, ἐκεῖνος δὲ ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. δηλονότι αὐτὸς οὐκ ἐβάπτιζε πνεύματι. τί δέ ἐστιν ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί; ἀναμνήσθητί μοι τῆς ἡμέρας ἐκείνης, καθ' ἣν ὤφθησαν τοῖς ἀποστόλοις διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρός· καὶ ἐκάθισεν

[a] Duo MSS. καταβαῖνον ὡσεὶ περιστεράν.

[b] Sic MSS. & Sav. Morel. vero post, ἐν ὕδατι addit, εἰς μετάνοιαν. Mox post hæc verba, πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί, MSS. addunt, δηλονότι αὐτὸς οὐκ ἐβάπτιζε πνεύματι· τί δέ ἐστιν ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. ἀνα- Hæc per ὁμοιοτέλευτον omissa fuisse videntur in Sav. & Morel. Nam optime quadrant ad sensum.

ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν. καὶ ὅτι τὸ βάπτισμα Ἰωάννου ἀτελὲς ἦν, οὔτε πνεύματος χορηγίαν ἔχον, οὔτε ἁμαρτημάτων ἄφεσιν, δῆλον ἐκεῖθεν· εὑρὼν γάρ τινας μαθητὰς ὁ Παῦλός φησι πρὸς αὐτούς, εἰ πνεῦμα ἅγιον ἐλάβετε πιστεύσαντες; οἱ δὲ εἶπον πρὸς αὐτὸν, ἀλλ' οὐδὲ εἰ πνεῦμα ἅγιόν ἐστιν ἠκούσαμεν. εἶπέ τε πρὸς αὐτούς· εἰς τί οὖν ἐβαπτίσθητε; οἱ δὲ εἶπον, εἰς τὸ Ἰωάννου βάπτισμα. εἶπε δὲ Παῦλος, Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισε βάπτισμα μετανοίας· μετανοίας οὐκ ἀφέσεως· καὶ τίνος ἕνεκεν ἐβάπτισεν; τῷ λαῷ λέγων εἰς τὸν ἐρχόμενον μετ' αὐτὸν, ἵνα πιστεύσωσι, τουτέστιν, εἰς τὸν κύριον Ἰησοῦν· καὶ ἀκούσαντες ἐβαπτίσθησαν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ. καὶ ἐπιθέντος αὐτοῖς τοῦ Παύλου τὰς χεῖρας, ἦλθε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτούς. εἶδες πῶς ἀτελὲς ἦν τὸ Ἰωάννου βάπτισμα; εἰ γὰρ μὴ ἦν ἀτελὲς, οὐκ ἂν αὐτοὺς πάλιν ἐβάπτισεν ὁ Παῦλος, οὐκ ἂν αὐτοῖς τὰς χεῖρας ἐπέθηκε· νυνὶ δὲ ἀμφότερα ταῦτα ποιήσας, ἐδήλωσε τὴν ὑπεροχὴν τοῦ βαπτίσματος τοῦ ἀποστολικοῦ, καὶ ὅτι ἐκεῖνο τούτου πολὺ κατώτερον ἦν. ἀλλὰ τὴν μὲν τῶν βαπτισμῶν διαφορὰν ἐκ τούτων ἐμάθομεν· τίνος δὲ ἕνεκεν ὁ Χριστὸς βαπτίζεται, καὶ ποῖον βάπτισμα, λοιπὸν ἀναγκαῖον εἰπεῖν. οὔτε τὸ Ἰουδαϊκὸν τὸ πρότερον, οὔτε τὸ ἡμέτερον τὸ μετὰ ταῦτα. οὔτε γὰρ ἁμαρτημάτων συγχωρήσεως ἐδεῖτο· πῶς γὰρ ὁ μηδεμίαν ἁμαρτίαν ἔχων; ἁμαρτίαν γάρ φησιν, οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ· καὶ πάλιν· τίς ἐξ ὑμῶν ἐλέγχει με περὶ ἁμαρτίας; οὔτε πνεύματος ἄμοιρος ἦν ἐκείνη ἡ σάρξ· πῶς γὰρ ἡ ἐκ πνεύματος ἁγίου κατασκευασθεῖσα τὴν ἀρχήν; εἰ τοίνυν μήτε πνεύματος ἁγίου ἄμοιρος ἦν ἡ σὰρξ ἐκείνη, μήτε ἁμαρτήμασιν ὑπεύθυνος, τίνος ἕνεκεν ἐβαπτίζετο; ἀλλὰ πρότερον ἀναγκαῖον μαθεῖν ποῖον ἐβαπτίσατο βάπτισμα, καὶ τότε καὶ τοῦτο σαφέστερον ἡμῖν γενήσεται. ποῖον οὖν ἐβαπτίσατο; οὔτε τὸ Ἰουδαϊκὸν, οὔτε τὸ ἡμέτερον, ἀλλὰ τὸ Ἰωάννου. διὰ τί; ἵνα καὶ δι' αὐτῆς τῆς τοῦ βαπτίσματος φύσεως μάθῃς, ὅτι οὐ δι' ἁμαρτίας ἐβαπτίσατο, οὐδὲ ὡς τῆς τοῦ πνεύματος δεόμενος χορηγίας· ἑκατέρων γὰρ τούτων ἔρημον ἐκεῖνο τὸ βάπτισμα, καθάπερ οὖν καὶ ἀπεδείξαμεν. καὶ ὅτι μὲν οὔτε δι' ἄφεσιν ἁμαρτημάτων, οὔτε διὰ πνεύματος χορηγίαν ἦλθεν ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην, δῆλον ἐκ τούτων· ἵνα δὲ μὴ νομίσῃ τις τῶν τότε παρόντων, ὅτι ἐπὶ μετανοίᾳ, καθάπερ οἱ λοιποὶ, παραγίνεται, ἄκουσον καὶ τοῦτο πῶς ὁ Ἰωάννης προδιωρθώσατο. ὁ γὰρ τοῖς ἄλλοις λέγων, ποιήσατε καρπὸν ἄξιον τῆς μετανοίας, ἄκουσον τί τούτῳ φησίν· ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι· καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με; ταῦτα δὲ ἔλεγεν δηλῶν, ὅτι οὐ διὰ τὴν αὐτὴν τοῖς πολλοῖς χρείαν παραγίνεται πρὸς αὐτόν· ὅτι τοσοῦτον ἀπέχει διὰ τοῦτο βαπτίζεσθαι, ὅτι καὶ αὐτοῦ τοῦ βαπτιστοῦ πολλῷ μείζων ἦν, καὶ ἀσυγκρίτως καθαρώτερος. τίνος οὖν ἕνεκεν ἐβαπτίζετο, εἰ μήτε ἐπὶ μετανοίᾳ, μήτε ἐπὶ ἁμαρτημάτων ἀφέσει, μήτε ἐπὶ πνεύματος χορηγίᾳ τοῦτο ἐποίει; ἑτέρων

A eorum. Ac baptismum Joannis imperfectum fuisse, neque Spiritus largitum esse gratiam, neque remissionem peccatorum, inde constat: cum enim quosdam discipulos offendisset Paulus, ait illis, *Si spiritum sanctum accepistis credentes? at illi dixerunt ad eum; Sed neque si Spiritus sanctus est audivimus: ille vero ait; In quo ergo baptizati estis? qui dixerunt, In Joannis baptismate. Dixit autem Paulus: Joannes baptizavit baptismo pœnitentiæ:* pœnitentiæ non remissionis: quare vero baptizabat? *populo dicens, In eum qui venturus esset post ipsum, ut crederent, hoc* B *est, in Dominum Jesum. His auditis baptizati sunt in nomine domini Jesu. Et cum imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos.* Vides, ut imperfectus fuerit Joannis baptismus? si enim imperfectus non fuisset, non eos rursus baptizasset Paulus, non ipsis manus imposuisset: jam vero cum utrumque istud præstiterit, apostolici baptismi excellentiam, atque illum multo inferiorem hoc fuisse declaravit. Verum ex his quidem quodnam sit inter baptismos discrimen didicimus, quanam vero de causa Christus baptizetur, & quonam baptismo, C deinceps operæ precium est dicamus. Neque Judaïco illo priori, neque hoc nostro posteriori: non enim remissione peccatorum indigebat: quî enim id fieri posset, cum nullum in eo peccatum esset? *Peccatum enim,* inquit, *non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus:* & rursus: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* neque Spiritûs expers erat illa caro: quî enim esse posset, quæ a principio fuerat a Spiritu sancto effecta. Si ergo neque Spiritûs sancti expers erat illa caro, neque obnoxia peccatis, qua de causa baptizabatur? D Verumtamen prius necesse est discamus quonam baptismate sit baptizatus, tumque istud quoque manifestius evadet. Quonam igitur est baptizatus? neque Judaïco, neque nostro, sed Joannis. Quamobrem? ut ex ipsa baptismatis natura intelligas eum propter peccata non fuisse baptizatum, neque quod gratia Spiritûs indigeret: nam utriusque horum expers erat hoc baptisma, ut jam a nobis demonstratum est. Atque ex his quidem liquet eum neque ad peccatorum remissionem, neque ad Spiritûs largitionem obtinendam ad Jordanem venisse: E ne vero quispiam ex iis, qui tunc aderant, existimaret eum pœnitentiæ causa sicut cæteros adventare, audi & hoc quo pacto Joannes ante correxerit: qui enim aliis dicebat, *Facite fructum dignum pœnitentiæ,* audi quid huic dicat; *Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me?* hoc vero dicebat declarans eum non ob eamdem egestatem, ob quam vulgus, venisse, tantumque abesse, ut idcirco baptizetur, ut vel ipso etiam Baptista sit longe major, & sine comparatione mundior. Quam igitur ob causam baptizabatur, si neque pœnitentiæ causa, neque ob remissionem peccatorum, neque ad Spiritus copiam obtinendam id agebat? duas

Act. 19. 2.
1. Pet. 2. 22.
Joan. 8. 46.
Math. 3. 8.
Ibid. 14.

nimirum alias ob cauſas, unam quidem, quam dixit diſcipulus, alteram vero quam ipſe Joanni indicavit: quamnam ergo cauſam eſſe baptiſmi hujus dixit Joannes? ut inno-
Act. 19. 4. teſceret vulgo, ſicut & Paulus dicebat, *quia Joannes baptizavit baptiſmo pœnitentiæ in eum, qui venturus eſſet poſt ipſum, ut crederent*; hoc erat baptiſmatis illius officium. Etenim ſi ſingulorum ædes circumiret, & ad fores accedens foras excitaret, diceretque Chriſtum tenens, Hic eſt filius Dei, ſuſpectum hoc redderet teſtimonium, & operoſum valde foret: ſin autem eo ſecum aſſumto in ſynagogam ingrederetur, eumque indicaret, hoc quoque ipſum redderet teſtimonium ſuſpectum: quod vero populis omnibus ex urbibus ſingulis ad Jordanem effuſis, & circa fluminis ripas verſantibus, cum & ipſe ut baptizaretur veniſſet, ab audita de cælo paterna voce fuerit commendatus, & illi in ſpecie columbæ deſcendens Spiritus ſanctus inſederit, id teſtimonium quod illi Joannes dicebat, omni ſuſpicione liberabat?
Joan. 1. 31. Propterea, *& ego*, inquit, *neſciebam eum*; tum fide dignum eſſe teſtimonium ſuum oſtendit: nam quoniam cognati erant inter
Luc. 1. 36. ſe ſecundum carnem; *Ecce enim Elizabet cognata tua, & ipſa concepit filium*, inquit Angelus Mariæ de Joannis matre: quando igitur cognatæ matres erant, liquet & parvulos cognatos fuiſſe: quoniam igitur cognati erant, ne cognationis gratia teſtimonium dicere Chriſto videretur, ita diſpoſuit Spiritus gratia, ut priorem ætatem Joannes ageret in deſerto: ne amicitiæ cauſa aut ex compoſito talive quoddam artificio perhiberi teſtimonium videretur: ſed tamquam a Deo admonitus eum renunciaret. Propterea, *& ego*, inquit, *neſciebam eum*: unde igitur didiciſti? *Qui miſit me baptizare in*
Joan. 1. 33. *aqua, ille mihi dixit*: Quid tibi dixit? *Super quem videris Spiritum deſcendentem quaſi columbam, & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto.* Vides idcirco veniſſe Spiritum ſanctum, non quaſi tum primum adveniret, ſed ut eum, qui prædicabatur, volatu ipſo quaſi digito monſtraret, omnibuſque notum redderet? Hac igitur de cauſa ad baptiſmum venit. Et vero aliam ob cauſam quam ipſe dicit: quænam illa
Matt. 3. 14. porro eſt? Cum dixiſſet Joannes, *Ego debeo a te baptizari, & tu venis ad me*, reſpondit ipſe dicens, *Sine modo, ſic enim decet nos implere omnem juſtitiam.* Vidiſti modeſtiam famuli? vidiſti domini humilitatem? quid tandem eſt, Implere omnem juſtitiam? Juſtitia dicitur omnium Dei mandatorum adim-
Luc. 1. 6. pletio, ut cum ait: *Erant juſti ambo incedentes in mandatis Domini ſine querela*: quando igitur juſtitiam iſtam implere homines oportebat omnes, nemo autem illam perfecit, nec explevit, ut venit Chriſtus, hanc juſtitiam implet.

4. Quænam porro hæc eſt juſtitia, dicet aliquis, baptizari? Prophetæ parere
Quomodo Chriſtus juſtitia erat: ut igitur circumciſus eſt &

A δυοῖν ἕνεκεν αἰτιῶν· μιᾶς μὲν ἧς φησιν ὁ μαθητὴς, ἑτέρας δὲ ἧς αὐτὸς πρὸς τὸν Ἰωάννην εἶπε. τίνα οὖν φησιν ὁ Ἰωάννης αἰτίαν τοῦ βαπτίσματος εἶναι τούτου; ἵνα γνωρισθῇ τοῖς πολλοῖς, καθὼς καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγεν, ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισε βάπτισμα μετανοίας εἰς τὸν ἐρχόμενον μετ' αὐτὸν, ἵνα πιστεύσωσιν· τοῦτο ἦν τὸ κατόρθωμα τοῦ βαπτίσματος. τὸ μὲν γὰρ εἰς τὴν ἑκάστου περιϊέναι οἰκίαν, καὶ τὰς θύρας προσιόντα καλεῖν ἔξω καὶ λέγειν κατέχοντα τὸν Χριστόν· ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ὕποπτον ἐποίει τὴν μαρτυρίαν καὶ σφόδρα ἐργῶδες ἦν· τὸ δὲ λαβόντα πάλιν εἰς τὴν συναγωγὴν εἰσ-
B ελθεῖν καὶ δεικνύειν, καὶ τοῦτο αὐτὸ ὁμοίως ὕποπτον ἐποίει τὴν μαρτυρίαν πάλιν· τὸ δὲ τῶν δήμων ἁπάντων ἐξ ἑκάστης πόλεως ἐκχυθέντων ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην, καὶ περὶ τὰς ὄχθας διατριβόντων τοῦ ποταμοῦ, ἐλθόντα καὶ αὐτὸν ἐπὶ τὸ βαπτισθῆναι, καὶ δέξασθαι τὴν ἄνωθεν σύστασιν τὴν διὰ τῆς φωνῆς τοῦ πατρὸς, τὴν διὰ τῆς ἐπιφοιτήσεως τοῦ πνεύματος τοῦ ἐν εἴδει περιστερᾶς, ἀνύποπτον ἐποίει γενέσθαι τὴν Ἰωάννου ἐπ' αὐτῷ μαρτυρίαν. διὰ τοῦτο κἀγὼ φησιν, οὐκ ᾔδειν αὐτὸν, ἀξιόπιστον τὴν ἑαυτοῦ καθιστῶν μαρτυρίαν· ἐπειδὴ γὰρ συγγε-
C νεῖς ἦσαν ἀλλήλων κατὰ σάρκα· ἰδοὺ γὰρ Ἐλισάβετ ἡ συγγενής σου, καὶ αὐτὴ συνειληφυῖα υἱὸν, τῇ Μαριὰμ φησιν ὁ ἄγγελος περὶ τῆς μητρὸς Ἰωάννου· εἰ δὲ αἱ μητέρες [a] συγγενεῖς ἦσαν, εὔδηλον ὅτι καὶ τὰ παιδία. ἐπεὶ οὖν συγγενεῖς ἦσαν, ἵνα μὴ διὰ τὴν συγγένειαν δόξῃ μαρτυρεῖν τῷ Χριστῷ, ᾠκονόμησεν ἡ τοῦ πνεύματος χάρις πᾶσαν τὴν προτέραν ἡλικίαν ἐν ἐρήμῳ τὸν Ἰωάννην διάγειν· ἵνα μὴ διὰ φιλίαν ἢ ἐκ κατασκευῆς τινος τοιαύτης ἡ μαρτυρία γίνεσθαι δόξῃ· ἀλλ' ὡς παρὰ τοῦ θεοῦ μαθὼν, οὕτως αὐτὸν καταγγείλῃ. διὰ τοῦτό φησι· κἀγὼ οὐκ ᾔδειν αὐτόν. πόθεν οὖν ἔμαθες; ὁ πέμψας με φησὶ
D βαπτίζειν ἐν ὕδατι, ἐκεῖνός μοι εἶπε· τί σοι εἶπεν; ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ πνεῦμα καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν καὶ μένον ἐπ' αὐτὸν, αὐτός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν πνεύματι ἁγίῳ. ὁρᾷς ὅτι διὰ τοῦτο ἦλθε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐχ ὡς τότε πρῶτον ἐπιφοιτῆσαν· ἀλλ' ἵνα δείξῃ τὸν κηρυττόμενον, ὥσπερ δακτύλῳ τινὶ τῇ πτήσει πᾶσιν αὐτὸν γνώριμον ποιοῦν; διὰ τοῦτο τοίνυν ἦλθεν ἐπὶ τὸ βάπτισμα· καὶ δι' ἑτέραν δὲ αἰτίαν, ἣν αὐτός φησι· ποίαν δὴ ταύτην; τοῦ Ἰωάννου εἰπόντος, ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπό σου βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με;
E αὐτὸς ἀπεκρίνατο λέγων· ἄφες ἄρτι· οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. εἶδες εὐγνωμοσύνην οἰκέτου; ταπεινοφροσύνην δεσπότου; τί ποτέ ἐστι πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην; δικαιοσύνη λέγεται τῶν ἐντολῶν πασῶν ἡ πλήρωσις· ὥσπερ ὅταν λέγῃ· ἦσαν ἀμφότεροι δίκαιοι πορευόμενοι ἐν ταῖς ἐντολαῖς τοῦ κυρίου, ἄμεμπτοι· ἐπεὶ οὖν ἔδει πληρῶσαι τὴν δικαιοσύνην ταύτην τοὺς ἀνθρώπους ἅπαντας, οὐδεὶς δὲ αὐτὴν ἀπήρτισεν, οὐδὲ ἐπλήρωσεν, ἐλθὼν ὁ Χριστὸς πληροῖ τὴν δικαιοσύνην ταύτην.

Καὶ ποία δικαιοσύνη, φησὶ, τὸ βαπτισθῆναι; τὸ τῷ προφήτῃ πεισθῆναι δικαιοσύνη ἦν. ὥσπερ οὖν περιετέμνετο,

a Unus Codex, συγγενεῖς.

καὶ θυσίαν ἀνήνεγκε, καὶ σάββατα ἐτήρησε, καὶ ἑορτὰς ἐπλήρωσεν Ἰουδαϊκάς, οὕτω καὶ τοῦτο τὸ λειπόμενον προσέθηκε τὸ πεισθῆναι προφήτῃ βαπτίζοντι. ὅτι γὰρ θεοῦ βούλημα ἦν τὸ βαπτίζεσθαι πάντας τότε, ἄκουσον τί φησιν ὁ Ἰωάννης· ὁ πέμψας με βαπτίζειν ἐν ὕδατι· καὶ πάλιν ὁ Χριστός· οἱ τελῶναι καὶ ὁ ὄχλος ἐδικαίωσαν τὸν θεόν, βαπτισθέντες τὸ βάπτισμα Ἰωάννου· οἱ δὲ Φαρισαῖοι καὶ οἱ γραμματεῖς ἠθέτησαν τὴν βουλὴν τοῦ θεοῦ μὴ βαπτισθέντες ὑπ᾽ αὐτοῦ· εἰ τοίνυν τὸ τῷ θεῷ πείθεσθαι δικαιοσύνη· ὁ δὲ θεὸς ἔπεμψε τὸν Ἰωάννην, ὥστε βαπτίσαι τὸν λαόν, μετὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων νομικῶν καὶ τοῦτο ἐπλήρωσεν ὁ Χριστός. ὑπόθου τοίνυν διακόσια δηνάρια τοῦ νόμου τὰς ἐντολὰς εἶναι. τοῦτο τὸ χρέος ἔδει τὸ γένος τὸ ἡμέτερον καταβαλεῖν· οὐ κατεβάλομεν· κατεῖχεν ἡμᾶς ὁ θάνατος ὑπευθύνους ὄντας τοῖς ἐγκλήμασι τούτοις· ἐλθὼν ὁ Χριστὸς καὶ εὑρὼν ἡμᾶς κατεχομένους, κατέβαλε τὸ χρέος· ἐπλήρωσε τὸ ὄφλημα· ἐξήρπασε τοὺς οὐκ ἔχοντας δοῦναι· διὰ τοῦτο οὐκ εἶπε, πρέπον ἐστὶν ἡμῖν ποιῆσαι τὸ καὶ τό, ἀλλὰ πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. ἐμοὶ τῷ δεσπότῃ πρέπον ἐστί φησι τῷ ἔχοντι καταβαλεῖν ὑπὲρ τῶν οὐκ ἐχόντων, αὕτη ἡ αἰτία τοῦ βαπτίσματος· ἵνα δείξῃ τὸν νόμον ἅπαντα πληροῦν, καὶ αὕτη καὶ ἡ περὶ ταύτης εἰρημένη. διὸ καὶ τὸ πνεῦμα ἐν εἴδει περιστερᾶς κάτεισιν· ὅπου γὰρ καταλλαγὴ θεοῦ, περιστερά· καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τῆς κιβωτοῦ τῆς ἐπὶ Νῶε φέρουσα κλάδον ἐλαίας ἦλθεν ἡ περιστερά, σύμβολον τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας, καὶ τῆς τοῦ χειμῶνος ἀπαλλαγῆς· καὶ νῦν ἐν εἴδει περιστερᾶς οὐκ ἐν σώματι, δεῖ γὰρ ἀσφαλῶς ταῦτα εἰδέναι· τὸ πνεῦμα ἔρχεται τὸν ἔλεον τοῦ θεοῦ καταγγέλλον τῇ οἰκουμένῃ, ἅμα καὶ δηλοῦν, ὅτι τὸν πνευματικὸν ἄνδρα ἀπόνηρόν τινα εἶναι χρή, καὶ ἁπλοῦν καὶ ἄκακον· καθάπερ καὶ ὁ Χριστός φησιν· ἐὰν μὴ στραφῆτε καὶ γένησθε ὡς τὰ παιδία, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. ἐκείνη μὲν οὖν ἡ κιβωτὸς τοῦ χειμῶνος λυθέντος ἔμεινεν ἐπὶ τῆς γῆς· αὕτη δὲ ἡ κιβωτὸς τῆς ὀργῆς λυθείσης εἰς τὸν οὐρανὸν ἡρπάζετο, καὶ νῦν ἐστὶν ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς τὸ ἄμωμον ἐκεῖνο καὶ ἀκήρατον σῶμα. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τοῦ σώματος ἐμνήσθην δεσποτικοῦ, ἀναγκαῖον πρὸς ὑμᾶς μικρὰ περὶ τούτου διαλεχθέντας, καταπαῦσαι τὸν λόγον. οἶδα ὅτι [a] πολλοὶ παρ᾽ ἡμῖν διὰ τὴν τῆς ἑορτῆς συνήθειαν τῇ ἱερᾷ ταύτῃ προσδραμοῦνται τραπέζῃ. ἔδει μὲν οὖν ὡς καὶ πολλάκις ἔφθην εἰπών, μὴ ἑορτὰς παρατηρεῖν, ἡνίκα ἂν δέοι κοινωνεῖν, ἀλλὰ τὸ συνειδὸς καθαίρειν, καὶ τότε τῆς ἱερᾶς ἅπτεσθαι θυσίας. ὁ μὲν γὰρ ἐναγὴς καὶ ἀκάθαρτος οὐδὲ ἐν ἑορτῇ δίκαιος ἂν εἴη μετέχειν τῆς ἁγίας ἐκείνης καὶ φρικώδους σαρκός· ὁ δὲ καθαρὸς καὶ διὰ μετανοίας ἀκριβοῦς ἀποσμηξάμενος τὰ πλημμελήματα, καὶ ἐν ἑορτῇ καὶ ἀεὶ δίκαιος ἂν εἴη μετέχειν τῶν θείων μυστηρίων, καὶ ἀπολαύειν ἂν εἴη ἄξιος τῶν θεοῦ δωρεῶν. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τοῦτο οὐκ οἶδα πῶς παρῶπταί τισιν, καὶ μυρίων πολλοὶ γέμοντες κακῶν, ὅτε τὴν ἑορτὴν ἴδωσιν παραγενομένην, ὡς ὑπ᾽ αὐτῆς ὠθούμενοι

[a] Alii, πολλοὶ πάλιν διά.

A sacrificium obtulit; & sabbata observavit & Judaïcas festivitates implevit: ita & hoc quod restabat adjunxit, ut prophetæ baptizanti obediret. Nam ut Dei voluntatem fuisse scias, ut tum baptismum susciperent omnes, audi quid dicat Joannes; *Qui misit me baptizare in aqua*, & rursus Christus, *Publicani & turba justificaverunt Deum baptizati baptismo Joannis. Pharisæi autem & scribæ consilium Dei spreverunt non baptizati ab eo:* si ergo justitia est Deo parere, Deus autem Joannem misit, ut populum baptizaret, cum cæteris legis præceptis hoc etiam Christus implevit. B Finge igitur ducentos esse denarios mandata legis; hoc debitum genus nostrum persolvere oportebat: non persolvimus: coërcebat nos mors obnoxios istis criminibus; cum venisset Christus nosque coërcitos offendisset, æs alienum dissolvit, debitum illud implevit, & eos qui solvendo non erant liberavit; idcirco non dixit, decet nos hoc vel illud facere, sed *implere omnem justitiam.* Me dominum decet, inquit, qui habeo, pro iis, qui non habent, persolvere: hæc est baptismatis occasio, ut legem omnem videatur implere, & hæc, & illa causa est, quæ ante istam est allata. C Quapropter & spiritus in specie columbæ descendit: ubi enim est reconciliatio Dei, ibi & columba: nam & arcæ Noë tempore ramum gestans olivæ columba venit divinæ benignitatis signum tempestatisque sedatæ: nunc quoque in specie columbæ, non in corpore, hoc enim sedulo notandum est, venit Spiritus Dei, denuncians misericordiam orbi terrarum, simulque virum spiritualem designans innocentem ac simplicem, minimeque malum esse oportere: quemadmodum & Christus ait, *Nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum.* Atque illa D quidem arca, tempestate sedata, mansit in terris, hæc vero arca divina iracundia sedata, in cælum abrepta est, & nunc est in dextera Patris immaculatum illud, & impollutum corpus. Verumenimvero quando de Domini corpore facta est mentio, operæ precium est, ut ubi de eo pauca apud vos disseruerimus, orationi finem imponamus. Scio fore ut quamplurimi apud nos ex festi consuetudine ad sacram hanc mensam accurrant: sane quidem expediret, id quod alias sæpe dixi, ut festa nequaquam observarentur, quando communicare opus E esset, sed ut conscientia mundaretur, ac tum sanctum istud sacrificium attingeretur: qui enim piacularis est & immundus, ne in festo quidem æquum est, ut sanctæ illius ac tremendæ carnis particeps fiat: qui vero mundus est, & accurata pœnitentia delicta abstersit, cum in solemnitate, tum semper dignus fuerit, qui mysteriis divinis communicet, ac Dei donis perfruatur. Sed quoniam hoc nescio quo pacto negligitur a quibusdam, multique sexcentis scatentes sceleribus cum adventare festum viderint,

Implevit omnem justitiam.

Joan. 1. 33.

Luc. 7. 29.

Matth. 18. 3.

De reverentia sacræ Eucharistiæ exhibenda.

tanquam ab ipsa die protrusi, mysteria sacra contingunt, quæ ne oculis quidem cernere sic affectis fas est: eos quidem, qui manifesti sunt nobis, plane arcebimus: eos vero qui nobis ignoti sunt, Deo relinquemus, qui mentis cujusque secreta novit: id quidem certe in quo ab omnibus aperte peccatur, hodie conabimur emendare. Quodnam igitur illud peccatum est? quod cum tremore non accedamus, sed calcibus impetentes, percutientes, ira turgentes, clamantes, convitiantes, proximum trudentes, perturbatione repleti: hæc & sæpe dixi, & dicere non cessabo. Nonne videtis in Olympicis certaminibus dum capite coronam gestans, amictus stola, virgam manu tenens Agonotheta per forum incedit, quanta sit tranquillitas ac modestia, dum præco voce denuntiat, ut omnes sileant ac decenter quiescant? Cui non igitur absurdum videatur, ut ubi triumphat diabolus, quies tanta sit; ubi vero Christus ad se vocat, tumultus plurimus audiatur? In foro silentium, & in Ecclesia clamor: in pelago tranquillitas, & in portu tempestas. Quid quæso tumultuaris mi homo? quid te urget? negotiorum nimirum avocat te necessitas: an vero tu illa tibi hora ulla esse negotia arbitraris? an tu te omnino in terris esse meministi? an te cum hominibus versari censes? quis hoc non saxeæ mentis esse dicat, illo se tempore in terris consistere arbitrari, non cum angelis choreas ducere, cum quibus mysticum illum hymnum pronunciasti; cum quibus Deo canticum illud triumphale cecinisti? Propterea & nos aquilas Christus appellavit, cum dixit, *ubi cadaver, ibi congregabuntur & aquilæ*, ut in cælum ascendamus, ut in altum evolemus spiritus pennis subvecti: at nos contra serpentum in more humi serpimus, terramque manducamus. Vultis dicam unde tumultus & clamor oriatur? quod non toto sacri tempore vobis fores occludamus, sed ante postremam gratiarum actionem resilire vos, domumque redire patiamur, quod & ipsum non mediocrem contemtum habet. Quid facis mi homo? præsente Christo, adstantibus angelis, proposita ista tremenda mensa, dum adhuc fratres tui mysteriis initiantur, tu relictis illis abscedis? Atqui ad prandium quidem si vocatus fueris, tametsi prius saturatus sis, recumbentibus cæteris non audes ante amicos discedere: hic vero dum Christi mysteria celebrantur, dum sanctum illud sacrificium adhuc peragitur, omnia in medio derelinquis & abscedis? quis hæc tandem venia digna censuerit? quis defensione purgarit? Vultis dicam cujusnam opus perficiant illi qui ante complementum finemque discedunt, neque cœna absoluta gratiarum actionis hymnos offerunt? durum fortasse videbitur quod sum dicturus, sed necesse est tamen ob plerorumque negligentiam dicatur. Quando ultimæ cœnæ communicavit Judas nocte illa postrema, cæteris omnibus recumbentibus, ipse se

Luc. 17. 37.

A τῆς ἡμέρας ἅπτονται τῶν ἱερῶν μυστηρίων, ἃ μηδὲ ἰδεῖν οὕτω διακειμένους θέμις· τοὺς μὲν δήλους ἡμῖν αὐτοὶ πάντως ἡμεῖς ἀπείρξομεν, τοὺς δὲ ἀγνώστους ἡμῖν τῷ θεῷ καταλείψομεν τῷ τὰ ἀπόῤῥητα τῆς ἑκάστου διανοίας εἰδότι· τὸ γοῦν φανερῶς ἁμαρτανόμενον παρὰ πάντων πειρασόμεθα διορθῶσαι τήμερον. τί οὖν ἐστι τὸ ἁμάρτημα; τὸ μὴ μετὰ φρίκης προσιέναι, ἀλλὰ λακτίζοντας, τύπτοντας, θυμοῦ γέμοντας, βοῶντας, λοιδοροῦντας, τοὺς πλησίον ὠθοῦντας, ταραχῆς ἐμπεπλησμένους. ταῦτα καὶ πολλάκις εἶπον, καὶ λέγων οὐ

B παύσομαι. οὐχ ὁρᾶτε ἐπὶ τῶν Ὀλυμπίων ἀγώνων, ὅταν ἀγωνοθέτης διὰ τῆς ἀγορᾶς βαδίζῃ, στέφανον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχων, στολὴν ἀναβεβλημένος, ῥάβδον ἐν τῇ χειρὶ κατέχων, ὅση ἡ εὐταξία τοῦ κήρυκος βοῶντος ἡσυχίαν εἶναι μετ᾽ εὐκοσμίας; πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον ἔνθα μὲν ὁ διάβολος πομπεύει, τοσαύτην εἶναι τὴν ἡσυχίαν· ἔνθα δὲ ὁ Χριστὸς πρὸς ἑαυτὸν καλεῖ, πολὺν εἶναι τὸν θόρυβον; ἐν ἀγορᾷ ἡσυχία, καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ κραυγή· ἐν πελάγει γαλήνη, καὶ ἐν λιμένι κύματα. τί θορυβῇ, εἰπέ μοι ἄνθρωπε; τί δὲ ἐπείγῃ; πραγμάτων ἀνάγκη σε καλεῖ πάντως; ὅλως γὰρ οἶδας ὅτι πράγματα ἔχεις

C κατὰ τὴν ὥραν ἐκείνην; μέμνησαι γὰρ ὅλως, ὅτι ἐπὶ τῆς γῆς εἶ; νομίζεις δὲ μετὰ ἀνθρώπων εἶναι; καὶ πῶς οὐχὶ λιθίνης ταῦτα διανοίας, τὸ νομίζειν κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἐπὶ γῆς ἑστάναι, ἀλλ᾽ οὐ μετὰ ἀγγέλων χορεύειν, μεθ᾽ ὧν τὸ μυστικὸν ἐκεῖνο μέλος ἀνέπεμψας· μεθ᾽ ὧν τὴν ἐπινίκιον ἐκείνην ἀνήνεγκας ᾠδὴν τῷ θεῷ; διὰ τοῦτο καὶ ἀετοὺς ἡμᾶς ὁ Χριστὸς ἐκάλεσεν εἰπὼν, ὅπου τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται καὶ οἱ ἀετοί. ἵνα οὐρανοβατῶμεν· ἵνα ὑψηλὰ πετώμεθα τοῖς πτεροῖς τοῦ πνεύματος κουφιζόμενοι· ἡμεῖς δὲ κατὰ τοὺς ὄφεις χαμαὶ συρόμεθα, καὶ γῆν ἐσθίομεν. βούλεσθε εἴπω πόθεν ὁ θόρυβος καὶ ἡ κραυγὴ γίνεται; ὅτι οὐ διὰ παντὸς ὑμῖν τὰς θύρας ἀποκλείομεν, ἀλλὰ

D συγχωροῦμεν πρὸ τῆς ἐσχάτης εὐχαριστίας ἀποπηδᾷν καὶ ἀναχωρεῖν οἴκαδε· ὃ καὶ αὐτὸ πολλῆς ἂν εἴη καταφρονήσεως. τί ποιεῖς ἄνθρωπε; τοῦ Χριστοῦ παρόντος, τῶν ἀγγέλων παρεστώτων, τῆς φρικτῆς ταύτης τραπέζης προκειμένης, τῶν ἀδελφῶν σου μυσταγωγουμένων ἔτι, αὐτὸς καταλιπὼν ἀποπηδᾷς; καὶ ἐπὶ δεῖπνον μὲν εἰ κληθῇς, κἂν πρότερον κορεσθῇς, οὐ τολμᾷς τῶν φίλων ἀνακειμένων ἀναχωρῆσαι πρὸ τῶν φίλων αὐτός· ἐνταῦθα δὲ τῶν φρικτῶν τοῦ Χριστοῦ

E μυστηρίων ἐπιτελουμένων, τῆς ἱερᾶς τελετῆς συνεστώσης ἔτι, καταλιμπάνεις ἐν μέσῳ πάντα, καὶ ἀναχωρεῖς; καὶ ποῦ ταῦτα συγγνώμης ἄξια; ποίας δὲ ἀπολογίας; βούλεσθε εἴπω τίνος ἔργον ποιοῦσιν οἱ πρὸ τῆς συμπληρώσεως ἀναχωροῦντες, καὶ τὰς εὐχαριστηρίους ᾠδὰς οὐκ ἐπιφέροντες τῷ τέλει τῆς τραπέζης; τάχα φορτικόν ἐστι τὸ μέλλον ῥηθήσεσθαι, ἀλλ᾽ ὅμως ἀναγκαῖον λεχθῆναι διὰ τὴν τῶν πολλῶν ῥᾳθυμίαν. ὅτε [a] ἐκοινώνησε τοῦ ἐσχάτου δείπνου ὁ Ἰούδας τὸ κατὰ τὴν τελευταίαν νύκτα ἐκείνην, τῶν ἄλλων ἀπάντων ἀνακειμένων,

[a] Unus Cod. ἐκοινώνησε τοῦ ἐσχάτου δείπνου. Paulopost, τὴν | | post ἐκείνην deest in duobus MSS.

αὐτὸς προπηδήσας ἐξέβη· ἐκεῖνον τοίνυν μιμοῦνται καὶ οὗτοι, οἱ πρὸ τῆς ἐσχάτης ἀποπηδῶντες εὐχαριστίας. ἐκεῖνος γὰρ εἰ μὴ ἐξῆλθεν, οὐκ ἂν ἐγένετο προδότης· εἰ μὴ κατέλιπε τοὺς συμμαθητὰς, οὐκ ἂν ἀπώλετο· εἰ μὴ τῆς ἀγέλης ἑαυτὸν [a] ἀπέρρηξεν, οὐκ ἂν αὐτὸν εὗρεν ὁ λύκος μόνον, καὶ κατέφαγεν· εἰ μὴ τοῦ ποιμένος ἑαυτὸν ἐχώρισεν, οὐκ ἂν θηριάλωτος γέγονε. διὰ δὴ τοῦτο ἐκεῖνος μὲν μετὰ Ἰουδαίων· οὗτοι δὲ μετὰ τοῦ δεσπότου ὑμνήσαντες ἐξῆλθον. ὁρᾷς ὅτι ἡ ἐσχάτη μετὰ τὴν θυσίαν εὐχὴ κατ' ἐκεῖνον γίνεται τὸν τύπον; καὶ νῦν, ἀγαπητοὶ, ταῦτα ἐννοῶμεν, ταῦτα λογιζώμεθα, φοβούμενοι τὸ κείμενον ἐπὶ τούτῳ κρίμα. αὐτός σοι τῆς σαρκὸς μεταδίδωσι· σὺ δὲ οὐδὲ λόγοις αὐτὸν ἀμείβῃ; οὐδὲ εὐχαριστεῖς ὑπὲρ ὧν ἔλαβες; ἀλλὰ σωματικῆς μὲν τροφῆς ἀπολαύων μετὰ τὴν τράπεζαν ἐπὶ εὐχὴν τρέπῃ, πνευματικῆς δὲ καὶ ὑπερβαινούσης τὴν κτίσιν ἅπασαν τήν τε ὁρατὴν καὶ τὴν ἀόρατον μετέχων, ἄνθρωπος ὢν καὶ τῆς εὐτελοῦς φύσεως, οὐ μένεις εὐχαριστῶν καὶ ῥήμασι καὶ πράγμασι; καὶ πῶς οὐκ ἐσχάτης ταῦτα κολάσεως ἄξια; ταῦτα λέγω, οὐχ ἵνα ἐπαινῆτε μόνον, οὐδ' ἵνα θορυβῆτε καὶ κράζητε, ἀλλ' ἵνα ἐπὶ τοῦ καιροῦ τούτων μεμνημένοι τῶν ῥημάτων, τὴν προσήκουσαν εὐταξίαν ἐπιδείξησθε. μυστήρια καὶ λέγεται, καὶ ἔστιν· ἔνθα δὲ μυστήρια, πολλὴ σιγή· μετὰ πολλῆς τοίνυν τῆς σιγῆς, μετὰ πολλῆς τῆς εὐταξίας, μετὰ τῆς προσηκούσης εὐλαβείας, τῆς ἱερᾶς ταύτης ἁπτώμεθα θυσίας, ἵνα εἰς πλείονα τὴν εὔνοιαν τὸν θεὸν ἐπισπασώμεθα, καὶ τὴν ψυχὴν [b] ἐκκαθαίρωμεν, καὶ τῶν αἰωνίων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος, καὶ ἡ προσκύνησις, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A proripiens excessit: illum imitantur & isti qui ante ultimam gratiarum actionem discedunt. Nisi enim exiisset ille, proditor factus non esset: nisi condiscipulos deseruisset, non periisset: nisi seipsum extra ovile proripuisset, non eum lupus solum repertum devorasset: nisi seipsum a pastore segregasset, belluæ præda factus non esset. Idcirco nimirum ille cum Judæis, isti vero cum Domino hymno dicto exierunt. Vides ut extrema illa post sacrificium oratio ad illud fiat exemplum? Nunc igitur, dilectissimi, hæc mente versemus, hæc apud nos cogitemus, & huic propositam sceleri damnationem B reformidemus. Ipse suam tibi carnem largitur, at tu ne verbis quidem eum remuneraris, neque pro iis quæ accepisti gratias agis? atqui dum hoc corporeo vesceris cibo, post mensam ad orationem te convertis: dum vero spiritualis & omnem creaturam tum visibilem tum invisibilem superantis, sis particeps, tametsi homo sis & vilis naturæ, non exspectas ut gratias agas & verbis & factis? quid est aliud quam extremo supplicio sese obnoxium reddere? Hæc ego dico non ut laudetis solum, neque ut tumultuemini & clametis, sed ut cum tempus exegerit, horum memores verborum convenientem modestiam præ vobis feratis. Mysteria & di- C cuntur, & sunt; ubi vero sunt mysteria, multum silentium est: cum multo ergo silentio, cum multa modestia, decentique reverentia sanctum hoc sacrificium attingamus, ut majorem nobis Dei benevolentiam conciliemus, & animam perpurgemus, æternaque bona consequamur; quæ nos omnes ut obtineamus, faxit gratia & benignitas Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri, simulque Spiritui sancto, gloria, imperium, & adoratio, nunc & semper & in sæcula sæculorum, amen.

a Sic Morel. & Savil. in textu. Duo autem Mss. & Savil. in marg. ἀπέρριψεν.

b Savil. & Mss. ἐκκαθάρωμεν.

IN DUAS SEQUENTES DE PRODITORE JUDA HOMILIAS

MONITUM.

HOMILIÆ *duæ de proditione Judæ & de mystica Cœna, non solum argumento, sed etiam serie ipsisque verbis ita similes sunt, ut unum eumdemque esse Chrysostomi fetum secundis curis recognitum nemo qui legerit non statim deprehendat. Nimirum cum Chrysostomus eam quæ prior ponitur, cujus hoc est initium,* ὀλίγα ἀνάγκη σήμερον, *aliquot ante annos habuisset, posteriorem, quæ sic init,* ἐβουλόμην, ἀγαπητοὶ, τὸν κατὰ τὸν πατριάρχην, *eamdem quam priorem; sed retractatam & aliquot in locis auctam eadem ipsa Quadragesima habuit, qua Homilias priores 32. in Genesim, quarum postremæ Abrahamum spectabant: nam solet ille Abrahamum per* ἀντονομασίαν *Patriarcham simpliciter appellare. Id vero aperte declarat ille initio:* Volebam, dilecti, de Patriarcha rursus sermonem habere, & inde vobis spirituale convivium apponere: sed ingratus proditoris animus ad illius pertractandum facinus linguam nostram pertrahit. *Homiliarum in Genesim cursum intercepit, ut non modo de proditione Judæ feria quinta in Cœna Domini, sed etiam, ut de aliis consequenter & pro ratione temporis diceret; ut pluribus declarat ille initio trigesimæ tertiæ in Genesim Homiliæ:* Mensa autem, *inquit,* vobis proponenda erat suis congrua temporibus. Et idcirco quando venit dies traditio-

nis & Passionis, continua docendorum serie rejecta, præsentibus, quæ urgebant, nos accommodantes, primum in proditorem linguam laxavimus; deinde de Cruce aliqua in medium protulimus. Postea illucescente Resurrectionis die, necessarium erat ut de Resurrectione Domini caritatem vestram institueremus: & sequentibus diebus per ea miracula quæ tunc facta sunt, Resurrectionis demonstratio iterum afferenda erat. Quando etiam Acta Apostolorum accipientes, inde vobis frequentia convivia apposuimus, ac multas crebrasque admonitiones iis dedimus, qui nuper (Baptismi) gratiam acceperant.

Hic magnam vides Homiliarum eodem anno habitarum seriem, in quarum tamen nulla vel minimum quidpiam habetur, unde quis annus ille fuerit expiscari possimus. Homilias in Genesim Tillemontius in annum 395. probabiliter conferre satagit. Qui calculus si staret, in eumdem annum Homiliam hanc secundam de Juda proditore incunctanter conjiceremus. Verum levibus, ni fallor, conjecturis hanc temporis rationem instituit Tillemontius, ut pluribus dicetur in Monito ad Homilias in Genesim. Hæc de Homilia secunda cujus ini ium, ἐβουλόμην, ἀγαπητοί: *de Homiliæ vero primæ, quæ sic incipit,* ὀλίγα ἀνάγκη, *tempore, nihil aliud vel certo, vel admodum probabiliter statuere possumus, quam quod illa aliquot ante secundam annis habita fuerit: neque vero tacendum est hanc primam,* ὀλίγα ἀνάγκη, *in perantiquo illo Catalogo Augustano inter* γνήσια *opera locum habere; non vero secundam; quia videlicet initio & paucis aliis exceptis, quæ a Chrysostomo ipsam retractante inducta fuerant, eadem ipsa erat: & alioquin, ut recte monuit Savilius, Catalogus ille Augustanus ita concinnatus est, ut omnia quidem opuscula, quæ in eo memorantur, vera germanaque sint; sed cave putes omnia, quæ ab illo absunt, esse spuria. Quinimmo multo plura sunt Chrysostomi* γνήσια *opera, quam ea quæ in eodem Catalogo recensentur. Cæterum quia eamdem concionem retractavit Chrysostomus, & in plerisque ita mutavit, ut duas ex una Homilias effecerit; nihil mirum si tanta sit in Manuscriptis varietas; cum vero lectiones variæ ad alterutram pertineant, satis habuimus utramque edidisse, & a frequentissimis illis variis lectionibus annotandis abstinuimus. Notatu dignus est in utraque Homilia locus ille num. 6.* Adest & nunc Christus mensam exornans. Neque enim homo est is, qui facit ut proposita Corpus & Sanguis Christi efficiantur. Figuram tantum implens stat Sacerdos, & supplicationem offert: gratia autem & virtus Dei est, quæ omnia efficit. HOC EST CORPUS MEUM, inquit: HOC VERBUM PROPOSITA TRANSFORMAT. *Hic & Transsubstantiatio & præsentia Christi in Eucharistia clare prædicantur; ut pluribus dicetur suo loco.*

Quod vero in utraque Homilia dicit, se jam quarto die de oratione pro inimicis agere, indicat utique Chrysostomum in utroque, quo has Homilias habuit, anno eumdem concionandi ordinem tenuisse.

Utriusque Homiliæ Interpretationem novam edimus.

IN PRODITIONEM JUDÆ, & in Pascha, inque traditionem Mysteriorum, ac quod non oporteat injuriarum meminisse. In sancta & magna Feria Quinta.

1. PAUCIS hodie cum vestra caritate tractare necessarium est: & ideo paucis, non quod dictorum copia gravemini, nullam enim aliam civitatem reperire est audiendorum spiritualium sermonum adeo studiosam. Non propterea igitur pauca dicimus, quod vobis multitudine sermonum fastidium pariamus, sed quia alia intervenit hodie brevitatis causa. Etenim multos video fideles ad horrendorum mysteriorum communionem festinantes. Ut igitur neque illa mensa excidant, neque hac prorsus frustrentur, necesse est moderatum cibum apponere, ut utrinque vobis lucrum accedat, & hoc ceu doctrinæ

[a] ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΡΟΔΟΣΙΑΝ ΤΟΥ ΙΟΥΔΑ, καὶ εἰς τὸ πάσχα, καὶ εἰς τὴν παράδοσιν τῶν μυστηρίων, καὶ περὶ τοῦ μὴ μνησικακεῖν. τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ πεντάδι.

A ΟΛΙΓΑ ἀνάγκη σήμερον πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην εἰπεῖν. ὀλίγα δὲ ἀνάγκη εἰπεῖν, οὐκ ἐπειδὴ τῷ πλήθει τῶν λεγομένων ὑμεῖς βαρύνεσθε· οὐδὲ γάρ ἐστιν ἑτέραν πόλιν εὑρεῖν οὕτως ἐρωτικῶς πρὸς τὴν ἀκρόασιν τῶν πνευματικῶν λογίων διακειμένην. οὐ τοίνυν διὰ τοῦτο ὀλίγα λέγομεν, ἐπειδὴ ἀποκναίομεν ὑμᾶς τῷ πλήθει, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ἀναγκαία τῆς βραχυλογίας σήμερον ἡ αἰτία· καὶ γὰρ ὁρῶ πολλοὺς τῶν πιστῶν ἐπειγομένους πρὸς τὴν τῶν φρικτῶν μυστηρίων κοινωνίαν. ἵν᾽ οὖν μήτ᾽ ἐκείνης τῆς τραπέζης ἀποτύχωσι, μήτε ταύτης ἐκπέσωσιν, ἀνάγκη σύμμετρον ποιήσασθαι τὴν ἑστίασιν, ἵν᾽ ἑκατέρωθεν ὑμῖν τὸ κέρδος γένηται, καὶ ἀπὸ ταύτης ἐφοδιασθέντες

[a] Collata cum MSS. Regiis 2032. 2424. 2429. & Coislin. 285. & 304. & Colb. 1711. ubi tot lectionum discrimina occurrant vix ut possint omnia notari. In Editione autem Savil. tanta varietas observatur, ut bini textus edantur e regione, in quibus idem argumentum. Sed ordiendi modus, series, verba plerumque discrepant. Qua de re pluribus in Monito supra.

καὶ

a καὶ τῶν παρ' ἡμῶν [a] λόγων, οὕτως ἀπέλθητε, καὶ μετὰ φόβου καὶ τρόμου καὶ τῆς προσηκούσης εὐλαβείας τῇ φοβερᾷ καὶ φρικτῇ προσέλθητε κοινωνίᾳ. σήμερον, ἀγαπητοὶ, ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς παρεδόθη· τῇ γὰρ ἐπιούσῃ ἑσπέρᾳ ταύτῃ, λαβόντες αὐτὸν, ἀπῆλθον οἱ Ἰουδαῖοι. ἀλλὰ μὴ γένῃ κατηφὴς, ἀκούσας ὅτι Ἰησοῦς παρεδόθη· μᾶλλον δὲ γενοῦ κατηφὴς, καὶ κλαῦσον πικρῶς, ἀλλὰ μὴ ὑπὲρ τοῦ παραδοθέντος, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ προδότου Ἰούδα. ὁ μὲν γὰρ παραδοθεὶς, τὴν οἰκουμένην ἔσωσεν· ὁ δὲ προδοὺς, τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἀπώλεσε. καὶ ὁ μὲν προδοθεὶς, ἐν δεξιᾷ κάθηται τοῦ πατρὸς ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ὁ δὲ παραδοὺς, ἐν ᾅδου νῦν ἐστι, τὴν ἀπαραίτητον ἀναμένων κόλασιν. διὰ τοῦτον οὖν κλαῦσον καὶ στέναξον, διὰ τοῦτον πένθησον, ἐπειδὴ καὶ ὁ δεσπότης ἡμῶν διὰ τοῦτον ἐδάκρυσεν. ἰδὼν γὰρ αὐτὸν, φησιν, ἐταράχθη, καὶ εἶπεν· εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με. ὢ πόση εὐσπλαγχνία τοῦ δεσπότου, ὁ προδοθεὶς ὑπὲρ τοῦ προδόντος ἀλγεῖ. ἰδὼν γὰρ αὐτὸν ἐταράχθη, φησὶ, καὶ εἶπεν· εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με. τίνος ἕνεκεν ἠθύμησεν; ὁμοῦ καὶ τὴν φιλοστοργίαν τὴν ἑαυτοῦ ἐπιδεικνύμενος, καὶ διδάσκων ἡμᾶς, ὅτι οὐ τὸν πάσχοντα κακῶς, ἀλλὰ τὸν ποιοῦντα κακῶς τοῦτον θρηνεῖν πανταχοῦ δίκαιον. τοῦτο γὰρ ἐκείνου χεῖρον, μᾶλλον δὲ ἐκεῖνο μὲν οὐ κακὸν, τὸ κακῶς παθεῖν, κακὸν δὲ τὸ ποιῆσαι κακῶς. τὸ μὲν γὰρ κακῶς παθεῖν, τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν προξενεῖ· τὸ δὲ κακῶς ποιῆσαι, αἴτιον ἡμῖν τῆς γεέννης καὶ τῆς κολάσεως γίνεται. μακάριοι γάρ, φησιν, οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. ὁρᾷς πῶς τὸ κακῶς παθεῖν, ἔχει μισθὸν καὶ ἔπαθλον, τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν; ἄκουσον πῶς τὸ κακῶς ποιῆσαι, κόλασιν φέρει καὶ τιμωρίαν. εἰπὼν γὰρ ὁ Παῦλος περὶ τῶν Ἰουδαίων, ὅτι τὸν κύριον ἀπέκτειναν, καὶ τοὺς προφήτας ἐδίωξαν, ἐπήγαγεν· ὧν τὸ τέλος ἔσται κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν. εἶδες πῶς οἱ μὲν διωκόμενοι τὴν βασιλείαν λαμβάνουσιν· οἱ δὲ διώκοντες, τὴν ὀργὴν κληρονομοῦσι; ταῦτα δέ μοι οὐχ ἁπλῶς νῦν εἴρηται· ἀλλ' ἵνα μὴ τοῖς ἐχθροῖς ὀργιζώμεθα, ἀλλ' ἐλεῶμεν αὐτοὺς, καὶ θρηνῶμεν, καὶ συναλγῶμεν αὐτοῖς. ἐκεῖνοι γάρ εἰσιν οἱ κακῶς πάσχοντες, οἱ ἐχθραίνοντες ἡμῖν. ἂν οὕτω παρασκευάσωμεν τὴν ψυχὴν τὴν ἡμετέραν, δυνησόμεθα αὐτῶν καὶ ὑπερεύχεσθαι. διὰ γὰρ τοῦτο τετάρτην ἡμέραν ταύτην ἔχω διαλεγόμενος ὑμῖν περὶ εὐχῆς ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν, ἵνα μόνιμος γένηται τῆς διδασκαλίας ὁ λόγος, τῇ συνεχείᾳ τῆς παραινέσεως ῥιζωθείς. διὰ τοῦτο συνεχῶς ἀπαντλοῦμαι τοῖς ῥήμασιν, ὥστε τὸ οἴδημα τῆς ὀργῆς ὑπονοστῆσαι, καὶ κατασταλῆναι τὴν φλεγμονὴν, ὥστε καθαρὸν ὀργῆς εἶναι τῇ εὐχῇ προσιόντα. οὐδὲ γὰρ ὁ Χριστὸς ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ταῦτα παρῄνεσε μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἀφιέντων ἐκείνοις τὰ ἁμαρτήματα. μείζονα γὰρ λαμβάνεις ἢ δίδως, ἀφιεὶς τὴν ὀργὴν τῷ ἐχθρῷ. καὶ πῶς μείζονα λαμβάνω, φησίν; ἐὰν ἀφήσῃς τὰ εἰς τὸν ἐχθρὸν ἁμαρτήματα, συγχωρεῖταί σοι τὰ εἰς τὸν δεσπότην πλημμελήματα. ἐκεῖνα ἀνίατά εἰσι καὶ ἀσύγγνωστα, ταῦτα πολλὴν ἔχει παραμυθίαν καὶ συγγνώμην. ἄκουσον

[a] Sic MSS. Editi vero λογίων.

A viatico muniti, sic cum timore, tremore, debitaque reverentia ad tremendam horrendamque communionem accedatis. Hodie, dilecti, Dominus noster Jesus Christus traditus est: hujus namque diei vespera Judæi illo comprehenso abierunt. Verum ne contristeris audiens Christum proditum esse: imo potius contristare, & acerbè luge, non proditum, sed proditorem Judam. Etenim qui proditus est, mundum salvum fecit, proditor vero animam suam perdidit: qui proditus est, ad dexteram Patris sedet in cælis, proditor in inferno nunc est, inevitabile ferens supplicium. Hujus causa luge B & ingemisce, hujus causa lacrymare, ejus quippe causa flevit Christus. Nam *cum vidisset eum*, inquit, *turbatus est, & dixit, Unus ex vobis tradet me.* O quanta misericordia Domini! proditus proditorem luget. *Cum vidisset eum*, ait, *turbatus est, & dixit, Unus ex vobis tradet me.* Quare mœstus fuit? simul ut amorem ostenderet suum; & nos doceret, non eum, qui mala patiatur, sed eum, qui male agat, semper lugendum esse. Hoc enim illo pejus est; imo potius id non malum est male pati, sed male agere id prorsus malum. Etenim male pati, id regnum cælorum conciliat; male autem C agere, gehennæ nobis & supplicii causa est. Nam *beati*, inquit, *qui persequutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Viden' malorum perpessionem, in mercedem ac præmium, consequi regnum cælorum? audi quomodo malum perpetrare pœnam & supplicium afferat. Cum enim dixisset Paulus de Judæis, *Dominum occiderunt, Prophetas persequuti sunt*, intulit, *quorum finis erit secundum opera eorum.* Viden' quomodo ii, qui persequutionem patiuntur, regnum acD cipiant; ii vero qui persequuntur, iram sibi parent? Hæc porro non temere nunc a me dicta sunt, sed ut non contra inimicos irascamur, sed misereamur illos ac lugeamus cum iisque doleamus. Illi enim sunt, qui male patiuntur, nempe qui nobis sunt inimici. Si sic animam nostram temperemus, etiam pro ipsis orare poterimus. Ideo enim quartam jam insumo diem cohortando vos ut pro inimicis oretis, quo firmior sit doctrina, frequentiâ admonitionis radicata: ideo frequenter sermonibus inE sto, ut iræ tumorem evacuem & ardorem compescam, ut qui oratum venit ira vacuus sit. Nam Christus non inimicorum tantum gratia hæc cohortatus est, sed etiam nostri causa, qui peccata illis dimittimus: majora enim accipis, quam das, cum iram remittis inimico. Et quomodo majora accipio, inquies? Si inimico peccata remiseris, remittuntur tibi delicta contra Dominum admissa. Hæc insanabilia sunt ac veniam non merentur, illa autem veniam & solatium reperiunt. Audi Heli dicentem

Joan. 13. 21.

Lugendi ii qui male agunt, non qui mala patiuntur.

Matt. 5. 10.

1. Thess. 2. 15.

Orandum pro inimicis.

1. Reg. 2. 25. filiis suis: *Si peccans peccaverit homo in hominem, pro illo orabunt: si vero in Deum peccaverit, quis orabit pro eo?* Ita ut vulnus illud ne oratione quidem facile solvatur: oratione quidem non solvitur, sed remissione peccatorum proximi solvitur. Quamobrem illa in Dominum peccata decem millia talenta vocavit Christus; hæc vero centum denarios. Dimitte ergo centum denarios, ut decem millia talenta remittantur tibi.

2. Sed de oratione quidem pro inimicis satis loquuti sumus: jam, si placet, ad proditionem redeamus, & videamus quomodo Dominus noster proditus sit. (Matth. 26. 14.) *Tunc abiit unus de duodecim, Judas Iscariotes dictus, ad principes sacerdotum, & dixit, Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam eum?* Et videtur quidem id quod dictum est clarum esse, nihilque amplius subindicare: sed si quis accurate singula, quæ dicta sunt, examinet, magnam præbent contemplandi materiam, multamque sensuum profunditatem. Primo tempus considerandum est. Non enim simpliciter illud indicat Evangelista, neque enim dixit solum, *abiit*; sed adjecit, *tunc abiit. Tunc*, dic mihi quandonam? & quanam de causa tempus indicet? Quid me docere vult? Non enim temere dictum est illud, *tunc:* siquidem cum Spiritu motus loqueretur, nec temere nec frustra loquebatur. Quid igitur est illud *tunc?* Ante illud tempus, ante illam horam accessit meretrix alabastrum unguenti habens, & effudit oleum illud super caput Domini. Magnam curam ostendit, grandem fidem, multam obedientiam ac pietatem. Priorem vitam mutavit, facta est melior & temperantior. Et quando meretrix resipuit, quando sibi Dominum attraxit, tunc discipulus magistrum prodidit. Ideo dixit, *tunc*, ne magistrum infirmitatis accusares, ubi videres eum a discipulo prodi. Tanta enim vis erat magistri, ut etiam meretrices ad obsequendum sibi pertraheret. (Deus non necessitate pertrahit ad bonum agendum.) Quid igitur, inquies, qui meretrices potuit, discipulum pertrahere non potuit? Poterat quidem discipulum pertrahere, sed noluit illum necessitate bonum facere, neque vi ad se pertrahere. *Tunc abiens*: etiam illud, *abiens*, aliquam habet contemplandi materiam: non enim accitus a principibus Sacerdotum, non necessitate inductus, non coactus; sed a seipso & sua sponte dolum peperit, & hanc extulit sententiam, nemine alio sibi nequitiæ hujus auctore. *Tunc abiens unus de duodecim.* Quid est, *unus de duodecim?* Hoc illi magno crimini vertitur, quod dicatur, *Unus de duodecim.* Etenim erant & alii Jesu discipuli numero septuaginta. Sed illi secundas habebant, illi non tanto fruebantur honore, nec tanta erant præditi fiducia, non tantorum erant participes arcanorum, quantorum duodecim illi. Hi maxime probati erant, hic erat regius chorus: hic cuneus magistro hærens: ab hoc resiliit Judas. Ut igitur discas non discipulum

A γων τοῦ Ἠλὶ λέγοντος πρὸς τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ· ἐὰν ἁμαρτάνων ἁμάρτῃ ἄνθρωπος εἰς ἄνθρωπον, καὶ προσεύξονται περὶ αὐτοῦ· ἐὰν δὲ εἰς Θεὸν ἁμάρτῃ, τίς προσεύξεται περὶ αὐτοῦ; ὥστε ἐκεῖνο τὸ τραῦμα οὔτε εὐχῇ ῥᾳδίως λύεται. εὐχῇ μὲν οὐ λύεται, συγχωρήσει δὲ τῶν ἁμαρτημάτων τῶν εἰς τὸν πλησίον λέλυται. διὸ ἐκεῖνα μὲν μυρία τάλαντα ἐκάλεσεν ὁ Χριστὸς, τὰ εἰς τὸν δεσπότην ἁμαρτήματα· ταῦτα δὲ, ἑκατὸν δηνάρια. ἄφες οὖν ἑκατὸν δηνάρια, ἵνα ἀφεθῇ σοι μυρία τάλαντα.

Ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ τῆς εὐχῆς τῆς ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ἱκανῶς εἴρηται· ἐπὶ δὲ τὸν τῆς προδοσίας, εἰ δοκεῖ, ἐπανέλθωμεν λόγον, καὶ ἴδωμεν πῶς προεδόθη ἡμῶν ὁ B δεσπότης. τότε πορευθεὶς εἷς τῶν δώδεκα, Ἰούδας ὁ λεγόμενος Ἰσκαριώτης, πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς, εἶπε· τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; καὶ δοκεῖ μὲν σαφὲς εἶναι τὸ λεγόμενον, καὶ μηδὲν πλέον αἰνίττεσθαι· εἰ δέ τις ἀκριβῶς ἐξετάσῃ ἓν ἕκαστον τῶν λεγομένων, πολλὴν ἔχει τὴν θεωρίαν, καὶ πολὺ τὸ βάθος τῶν νοημάτων. καὶ πρῶτον, ὁ καιρός. οὐ γὰρ ἁπλῶς αὐτὸν ἐπισημαίνεται ὁ εὐαγγελιστής· οὐ γὰρ εἶπε, πορευθεὶς ἁπλῶς, ἀλλὰ προσέθηκε τὸ, τότε πορευθείς. τότε; εἰπέ μοι, πότε; καὶ τίνος ἕνεκεν ἐπισημαίνῃ τὸν χρόνον; τί με [a] βούλεται διδάξαι; οὐ γὰρ ἁπλῶς εἴρηται τὸ, τότε· καὶ γὰρ πνεύματι C φθεγγόμενος οὐδὲ ἁπλῶς οὐδὲ εἰκῇ φθέγγεται. τί οὖν ἐστι τὸ, τότε; πρὸ αὐτοῦ τοῦ χρόνου, πρὸ αὐτῆς τῆς ὥρας προσῆλθε πόρνη, ἀλάβαστρον μύρου ἔχουσα, καὶ κατέχεε τὸ ἔλαιον ἐκεῖνο ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ κυρίου· ἐπεδείξατο πολλὴν θεραπείαν, ἐπεδείξατο πολλὴν πίστιν, πολλὴν ὑπακοὴν καὶ εὐλάβειαν. μετεβλήθη ἀπὸ τοῦ προτέρου βίου, ἐγένετο βελτίων καὶ σωφρονεστέρα. καὶ ὅτε ἡ πόρνη μετενόησεν, ὅτε τὸν δεσπότην ἐπεσπάσατο, τότε ὁ μαθητὴς τὸν διδάσκαλον προέδωκε. διὰ τοῦτο εἶπε, τότε· ἵνα μὴ κατηγορήσῃς τοῦ διδασκάλου ἀσθένειαν, ὅταν ἴδῃς τὸν μαθητὴν προδιδόντα τὸν διδάσκαλον. τοσαύτη γὰρ ἦν ἡ δύ- D ναμις τοῦ διδασκάλου, ὡς καὶ πόρνας ἐπισπᾶσθαι εἰς τὴν οἰκείαν ὑπακοήν. τί οὖν φησιν; ὁ πόρνας ἐπισπώμενος, μαθητὴν οὐκ ἴσχυσεν ἐπισπάσασθαι; ἴσχυεν ἐπισπάσασθαι τὸν μαθητήν, ἀλλ' οὐκ ἠβούλετο ἀνάγκῃ ποιῆσαι καλὸν, οὐδὲ βίᾳ ἑλκύσαι πρὸς ἑαυτόν. τότε πορευθείς· ἔχει τι καὶ τοῦτο οὐ μικρὸν θεώρημα, τὸ, πορευθείς· οὐ γὰρ μετακληθεὶς ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων, οὐκ ἀναγκασθεὶς, οὐδὲ βιασθεὶς, ἀλλ' αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ καὶ οἴκοθεν ἔτεκε τὸν δόλον, καὶ τὴν γνώμην ἐξήγαγε ταύτην, οὐδένα ἔχων σύμβουλον τῆς πονηρίας ταύτης. τότε πορευθεὶς εἷς τῶν δώδεκα. τί ἐστιν, εἷς τῶν δώδεκα; καὶ τοῦτο μεγίστην αὐτοῦ δείκνυσιν οὖσαν τὴν κατηγορίαν τὸ εἰπεῖν, εἷς τῶν δώδεκα. καὶ γὰρ ἦσαν ἕτεροι E μαθηταὶ τοῦ Ἰησοῦ ἑβδομήκοντα τὸν ἀριθμόν. ἀλλ' ἐκεῖνοι τὰ δευτερεῖα εἶχον, ἐκεῖνοι οὐ τοσαύτης ἀπέλαυον τῆς τιμῆς, οὐδὲ τοσαύτης μετεῖχον τῆς παῤῥησίας, οὐκ ἐκοινώνησαν ἀποῤῥήτων τοσούτων, ὡς οἱ δώδεκα. οὗτοι μάλιστα ἦσαν δόκιμοι, καὶ ὁ περὶ τὸν βασιλέα χορὸς οὗτος ἦν· αὕτη ἡ συμμορία ἡ περὶ τὸν διδάσκαλον, καὶ ἀπὸ ταύτης ἐξεπήδησεν ὁ Ἰούδας. ἵν' οὖν μάθῃς ὅτι οὐ μαθητὴς

[a] MS. βούλει.

ἁπλῶς αὐτὸν παρέδωκεν, ἀλλὰ τῆς δοκιματάτης τάξεως εἷς, διὰ τοῦτό φησιν· εἷς τῶν δώδεκα. καὶ οὐκ αἰσχύνεται ὁ ταῦτα γράψας Ματθαῖος. τίνος ἕνεκεν οὐκ αἰσχύνεται; ἵνα μάθῃς, ὅτι πανταχοῦ μετὰ ἀληθείας πάντα φθέγγονται, καὶ οὐδὲν ἀποκρύπτονται, [a] οὐδὲ τὰ δοκοῦντα εἶναι ἐπονείδιστα. ταῦτα γὰρ τὰ δοκοῦντα εἶναι ἐπονείδιστα, ταῦτα δείκνυσι τοῦ δεσπότου τὴν φιλανθρωπίαν· ὅτι τὸν προδότην, τὸν λῃστὴν, τὸν κλέπτην τοσούτων ἠξίωσεν ἀγαθῶν, καὶ μέχρι τῆς ἐσχάτης διαβαστάζων αὐτὸν διετέλει τῆς ὥρας. καὶ γὰρ ἐνουθέτει, καὶ παρῄνει, καὶ πάντα τρόπον ἐπεμελεῖτο. εἰ δὲ μὴ προσεῖχεν ἐκεῖνος, οὐχ ὁ κύριος αἴτιος. καὶ μάρτυς ἡ πόρνη· αὕτη γὰρ προσέχουσα ἑαυτῇ ἐσώθη. μὴ τοίνυν ἀπογνῷς σεαυτοῦ, πρὸς τὴν πόρνην ἀπιδών· μηδὲ θαῤῥήσῃς σεαυτῷ, πρὸς τὸν Ἰούδαν ἰδών. ἀμφότερα γὰρ ταῦτα ὀλέθρια, καὶ τὸ θαῤῥεῖν, καὶ τὸ ἀπογινώσκειν. τὸ μὲν γὰρ θαῤῥεῖν, τὸν ἑστηκότα ποιεῖ πεσεῖν· τὸ δὲ ἀπογινώσκειν, τὸν κείμενον οὐκ ἀφίησιν ἀναστῆναι. διὰ τοῦτο ὁ Παῦλος παρῄνει λέγων· ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ. ἔχεις ἀμφοτέρων τὰ παραδείγματα· πῶς ὁ μαθητὴς, δοκῶν ἑστάναι, ἔπεσε· καὶ πῶς ἡ πόρνη κειμένη, ἀνέστη. εὐόλισθον ἡμῶν ἡ γνώμη, εὐπερίτρεπτον ἡ προαίρεσις· διὰ τοῦτο ἑαυτοὺς πανταχόθεν ἀσφαλίζεσθαι καὶ τειχίζεσθαι χρή. τότε πορευθεὶς εἷς τῶν δώδεκα, Ἰούδας Ἰσκαριώτης· ὁρᾷς ἀπὸ ποίου χοροῦ ἐξέπεσεν; ὁρᾷς ποίας διδασκαλίας κατεφρόνησεν; ὁρᾷς ὅσον κακόν ἐστιν ἡ ῥᾳθυμία καὶ ἡ ὀλιγωρία; Ἰούδας ὁ λεγόμενος Ἰσκαριώτης. τί μοι λέγεις αὐτοῦ τὴν πόλιν; εἴθε μὴ τοῦτον ἐγίνωσκον. Ἰούδας ὁ λεγόμενος Ἰσκαριώτης. τίνος ἕνεκεν τὴν πόλιν αὐτοῦ λέγεις; ἦν ἕτερος Ἰούδας μαθητὴς, Ζηλωτὴς ἐπικαλούμενος. ἵν' οὖν διὰ τῆς ὁμωνυμίας μὴ γένηταί τις πλάνη, διεῖλε τοῦτον ἀπ' ἐκείνου. καὶ ἐκεῖνον μὲν ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ὠνόμασεν, Ἰούδας ὁ Ζηλωτής· τοῦτον δὲ οὐκ ὠνόμασεν ἀπὸ τῆς κακίας. οὐ γὰρ εἶπεν, Ἰούδας ὁ προδότης. καίτοι ἐχρῆν, ὥσπερ ἐκεῖνον ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ἐκάλεσεν, οὕτω καὶ τοῦτον ἀπὸ τῆς κακίας προσαγορεῦσαι, καὶ εἰπεῖν, Ἰούδας ὁ προδότης. ἀλλ' ἵνα σε παιδεύσῃ καθαρὰν ἔχειν κατηγορίας τὴν γλῶτταν, καὶ αὐτοῦ τοῦ προδότου φείδεται. πορευθεὶς γάρ, φησιν, εἷς τῶν δώδεκα, Ἰούδας Ἰσκαριώτης, πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς, εἶπεν αὐτοῖς· τί μοι θέλετε δοῦναι κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; ὢ τῆς μιαρᾶς ἐκείνης φωνῆς. καὶ πῶς ἐξεπήδησε τοῦ στόματος, πῶς ἐκίνησε τὴν γλῶτταν; πῶς οὐκ ἐνάρκησεν ἅπαν τὸ σῶμα; πῶς οὐκ ἐξέστη ἡ διάνοια;

Τί θέλετέ μοι δοῦναι κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; ταῦτά σε ἐπαίδευσεν ὁ Χριστὸς, εἰπέ μοι; οὐ διὰ τοῦτο ἔλεγε, μὴ κτήσασθε χρυσὸν, μηδὲ ἄργυρον, μηδὲ χαλκὸν εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν· ἄνωθεν περιαναστέλλων σου τῆς φιλαργυρίας τὴν ὑπόθεσιν; οὐ ταῦτα παρῄνει διηνεκῶς καὶ μετὰ τούτων ἔλεγεν· ἐάν τίς σε ῥαπίσῃ εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην; τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; ὢ τῆς ἀπονοίας. ἀντὶ τίνος, εἰπέ μοι; τί μικρὸν, ἢ μέγα ἐγκαλεῖν ἔχων, παραδίδως τὸν διδάσκαλον; ὅτι σοι παρέδωκε τῶν δαιμόνων τὴν ἐξουσίαν;

[a] Alii, οὐδὲ τῶν δοκούντων εἶναι ἐπονειδίστων.

A simpliciter ipsum prodidisse, sed unum ex probatissimo ordine, ideo dicit, *Unus de duodecim*, neque erubescit is, qui hæc scripsit Matthæus. Quare non erubescit? Ut discas eos semper cum veritate cuncta dicere, nec vel ea celare, quæ sibi probrosa videntur. Hæc quippe ipsa quæ videntur probrosa, Domini benignitatem ostendunt; quod proditorem, latronem, furem tantis dignatus sit bonis, & usque ad extremam horam ipsum tulerit. Etenim admonebat, hortabatur, omnemque curam gerebat illius. Quod si ille non animum adhibuit, non in causa erat Dominus. B Testis est ipsa meretrix: illa namque cum sibi attenderet, salutem nacta est. Ne itaque desperes, illam contuens meretricem; neque confidas tibi, ad Judam respiciens. Utrumque enim perniciosum est & confidere & desperare. Confidentia enim stantem prosternit; desperatio lapsum resurgere non sinit. Ideo Paulus his verbis hortabatur: *Qui videtur stare, videat, ne cadat.* 1.Cor.10.12. Habes amborum exempla, quomodo discipulus cum stare videretur, ceciderit, & quomodo meretrix jacens surrexerit. Ad lapsum pronus est animus noster, volubilis voluntas: quamobrem opus est ut nos un- C dique muniamus sepiamusque. *Tunc abiens unus de duodecim, Judas Iscariotes.* Viden a quali choro exciderit? Viden quam doctrinam despexerit? Viden quantum malum sit segnities & negligentia? *Judas qui dicebatur Iscariotes.* Cur mihi patriam ejus memoras? Utinam ne ipsum quidem nossem. *Judas qui dicebatur Iscariotes.* Cur ejus civitatem nominas? Alius erat Judas discipulus, cognomento Zelotes: ne igitur ex eodem nomine error nasceretur, hunc distinxit ab illo: & illum quidem a virtute nominavit Judas Zelotes; hunc autem a D nequitia non nominavit: neque enim dixit, Judas proditor: atqui par erat ut illum a virtute nominavit, hunc etiam a nequitia appellare ac dicere, Judas proditor. Verum ut te doceret linguam accusatione puram servare, vel ipsi proditori parcit. *Abiens* enim, inquit, *Judas Iscariotes ad principes sacerdotum, ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam eum?* O exsecrandam vocem! quomodo ex ore exsiliit, quomodo linguam movit? quomodo totum corpus non obtorpuit? Quomodo mens non excessit?

3. *Quid vultis mihi dare, & ego vobis tra-* E *dam eum?* Hæccine te docuit Christus, dic mihi? Nonne ideo dicebat: *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque æs in zonis vestris*, Matt.10.9. ut avaritiam illam jam olim in te comprimeret? Nonne hæc assidue hortabatur, ac præterea dicebat: *Si quis te percusserit in dexteram maxillam, verte illi & aliam?* Matth. 5. 39. *Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam eum?* O stultitiam! Pro qua re, quæso, quam vel parvam vel magnam accusationem proferre valens, magistrum prodis? An quia potestatem tibi dedit adversus

dæmonas? An quia morbos curare fecit, vel lepram mundare? An quia mortuos suscitare? an quod contra mortis tyrannidem te constituit? Hanccine mercedem pro tot beneficiis rependis? *Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?* (Matth. 26. 15.) O stultitiam! imo potius, ô avaritiam! nam hæc tot mala peperit. Hujus ille concupiscentia magistrum prodidit. Talis quippe est illa mala radix, quas invadit animas plus, quam dæmon, in furorem vertit, omnium ignorantiam parit & sui, & proximi, & naturalium legum, ab ipsa mente excedere facit, & furiosos efficit. Vide quanta ex Judæ animo ejecerit, conversationem, consuetudinem, mensæ societatem, miracula, doctrinam, cohortationem, admonitionem. In horum omnium oblivionem tunc conjecit eum avaritia. Ideo Paulus jure dicebat: *Radix omnium malorum est avaritia.* (1. Tim. 6. 10.) *Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?* Magna dicti stultitia. Tradisne quæso, eum qui omnia continet, dæmonibus imperat, mari præcipit, universæ naturæ Dominum? Ut igitur ejus arrogantiam comprimeret, & ostenderet se, si noluisset, numquam traditum iri: audi quid faciat: eodem proditionis tempore, cum ipsum invaderent, cum fustibus, lampadibus & lumine, dicit illis, *Quem quæritis?* (Joan. 18. 4.) & ignorabant quem capere deberent. Tantum aberat, ut eum Judas tradere posset, ut neque præsentem cerneret eum, quem traditurus erat, licet cum lampadibus & lumine tanto: hoc subindicans Evangelista dicit, lampades habebant & lumen, & non videbant eum. Quotidie Christus eum commonefaciebat tum operibus, tum verbis ostendens, quod eum non latere posset proditurus: neque palam eum præsentibus omnibus arguebat, ne sic impudentiorem redderet, neque tacebat etiam, ne si latere se putasset, sine metu ad proditionem veniret: sed frequenter dicebat, *Unus vestrum tradet me*, neque tamen eum palam declarabat. Multos de gehenna sermones instituebat, multos de regno: suamque in hac utraque re potentiam exhibebat; sive in puniendo peccatores, sive in honorando justos. (Libere bonum operamur, non necessitate.) Verum hæc omnia ille despexit, Deus autem vi eum non attraxit. Quia enim & malorum, & bonorum operum electionis nos dominos fecit, nos libere bonos vult esse. Ideo si noluerimus, non cogit, neque necessitatem infert. Nam coactum esse bonum, id non est esse bonum. Quoniam igitur & ille arbitrii sui dominus erat, & in ejus potestate erat non obsequi, & ad avaritiam non declinare, ideo mente excæcatus est, & salutem suam prodidit: & ait, *Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?* Mentis igitur ejus cæcitatem & insaniam arguens Evangelista ait, tempore invasionis Judam prope eos stetisse, illum scilicet qui dixerat: *Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?* Neque hinc solum potestas Christi

A ὅτι νοσήματα λύειν ἐποίησεν, ὅτι λεπροὺς καθαίρειν; ὅτι νεκροὺς ἀνιστᾷν; ὅτι τῇ τυραννίδι ἐπέστησε τοῦ θανάτου; ἀντὶ τούτων τῶν εὐεργεσιῶν ταύτας δίδως τὰς ἀμοιβάς; τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; ὢ τῆς ἀπονοίας, μᾶλλον δὲ, ὢ τῆς φιλαργυρίας· πάντα γὰρ ἐκείνη ἔτεκε τὰ κακά. ἐκείνης αὐτὸς ἐπιθυμήσας, προὔδωκε τὸν διδάσκαλον. τοιοῦτον γάρ ἐστιν ἡ πονηρὰ ῥίζα ἐκείνη, δαίμονος χαλεπώτερον τὰς ἁλούσας ἐκβακχεύει ψυχὰς, καὶ ποιεῖ πάντα ἀγνοεῖν καὶ ἑαυτὸν καὶ τοὺς πλησίον, καὶ τοὺς τῆς φύσεως νόμους, καὶ αὐτῶν ἐκβάλλει τῶν φρενῶν, καὶ παραπλῆγας ἐργάζεται. ὅρα γὰρ πόσα ἐξέβαλεν ἐκ τῆς τοῦ Ἰούδα ψυχῆς· τὴν ὁμιλίαν, τὴν συνήθειαν, B τὴν κοινωνίαν τὴν ἐν τραπέζῃ, τὰ θαύματα, τὴν διδασκαλίαν, τὴν παραίνεσιν, τὴν νουθεσίαν. ταῦτα πάντα εἰς λήθην ἐνέβαλεν ἡ φιλαργυρία τότε. διὰ τοῦτο εἰκότως ὁ Παῦλος ἔλεγεν· ὅτι ῥίζα πάντων τῶν κακῶν ἐστιν ἡ φιλαργυρία. τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; πολλὴ ἡ ἀπόνοια τοῦ ῥήματος. παραδίδως, εἰπέ μοι, τὸν πάντα κρατοῦντα, τὸν δαιμόνων ἐξουσιάζοντα, τῇ θαλάττῃ ἐπιτάττοντα, τὸν τῆς φύσεως ἁπάντων δεσπότην; ἵν' οὖν αὐτοῦ καταστείλῃ τὴν ἀπόνοιαν, καὶ δείξῃ, ὅτι εἰ μὴ ἐβούλετο, οὐκ ἂν προεδόθη· ἄκουσον τί ποιεῖ. κατ' αὐτὸν τὸν καιρὸν τῆς προδοσίας, ὅτε ἐπῆλθον αὐτῷ, ξύλα ἔχοντες καὶ C λαμπάδας καὶ φῶς, λέγει αὐτοῖς· τίνα ζητεῖτε; καὶ ἠγνόουν ὃν ἤμελλον συλλαμβάνειν. τοσοῦτον ἀπεῖχε τοῦ δυνηθῆναι παραδοῦναι αὐτὸν ὁ Ἰούδας, ὅτι οὐδὲ ἑώρα παρόντα, ὃν ἤμελλε παραδώσειν, καὶ ταῦτα λαμπάδων οὐσῶν καὶ φωτὸς τοσούτου. ὅτι γὰρ τοῦτο ἠνίξατο ὁ εὐαγγελιστὴς, φησί· λαμπάδας εἶχον καὶ φῶς, καὶ οὐχ ἑώρων αὐτόν. καὶ καθ' ἑκάστην δὲ αὐτὸν ὑπεμίμνησκεν ἡμέραν, καὶ δι' ἔργων, καὶ διὰ ῥημάτων, δεικνὺς ὅτι οὐ λήσεται προδιδούς. καὶ οὔτε φανερῶς αὐτὸν ἤλεγχεν ἐπὶ πάντων, ὥστε μὴ ἀναισχυντότερον αὐτὸν ἐργάζεσθαι· οὔτε παρεσιώπα, ἵνα μὴ νομίζων λαν- D θάνειν, ἀδεῶς ἐπιχειρῇ τὴν προδοσίαν· ἀλλὰ συνεχῶς ἔλεγεν, εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με· οὐ μήν τοι φανερὸν αὐτὸν καθίστη. πολλοὺς δὲ καὶ περὶ γεέννης διῆλθε λόγους, πολλοὺς καὶ περὶ βασιλείας, καὶ τὴν ἐφ' ἑκάτερα δύναμιν ἐπεδείξατο, τὴν ἐν τῷ κολάζειν τοὺς ἁμαρτάνοντας, καὶ τὴν ἐν τῷ τιμᾶν τοὺς κατορθοῦντας. ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἐκεῖνος παρεχρήσατο, ὁ δὲ θεὸς βίᾳ οὐχ εἵλκυσεν. ἐπειδὴ γὰρ κυρίους ἡμᾶς ἐποίησε καὶ τῆς τῶν φαύλων, καὶ τῆς τῶν ἀγαθῶν πράξεων αἱρέσεως, καὶ ἑκόντας εἶναι βούλεται καλούς· διὰ τοῦτο, ἂν μὴ βουλώμεθα, οὐ βιάζεται, οὐδ' ἀναγκάζει. τὸ γὰρ βιασθέντα εἶναι χρηστὸν, οὐκ ἔστιν εἶ- E ναι χρηστόν. ἐπεὶ οὖν κἀκεῖνος γνώμης κύριος ἦν, καὶ ἐν ἐξουσίᾳ τοῦ μὴ πεισθῆναι, καὶ πρὸς φιλαργυρίαν μὴ ἀποκλῖναι, διὰ τοῦτο ἀπετυφλώθη τὴν διάνοιαν, καὶ τὴν σωτηρίαν τὴν ἑαυτοῦ προέδωκε. καί φησι, τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; ἐλέγχων τοίνυν τοῦ νοὸς αὐτοῦ τὴν τύφλωσιν καὶ τὴν ἀπόνοιαν ὁ εὐαγγελιστής φησιν, ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐφόδου ὁ Ἰούδας εἱστήκει ἐγγὺς αὐτῶν, ἐκεῖνος ὁ εἰπών· τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν. οὐκ ἐντεῦθεν δὲ μόνον ἐστὶ θεάσασθαι τὴν δύναμιν τοῦ

Χριστοῦ· ἀλλ' ὅτι καὶ φωνὴν ἀφέντος ψιλὴν, ἀπῆλθον καὶ ἔπεσον χαμαί. ἐπεὶ δὲ οὐδὲ οὕτως ἀφίσταντο τῆς ἀναισχυντίας, λοιπὸν ἑαυτὸν παραδίδωσι, μονονουχὶ λέγων· ἐγὼ τὸ ἐμαυτοῦ ὅλον ἐποίησα, τὴν δύναμιν ἐξεκάλυψα τὴν ἐμαυτοῦ, ἔδειξα, ὅτι ἀδυνάτοις ἐπιχειρεῖτε πράγμασιν. ἠβουλήθην καταστεῖλαι ὑμῶν τὴν πονηρίαν· ἐπειδὴ δὲ ὑμεῖς οὐκ ἠβουλήθητε, ἀλλ' ἐπιμένετε παραπαίοντες, ἰδοὺ παραδίδωμι ἐμαυτόν. ταῦτα δέ μοι εἴρηται, ἵνα μὴ κατηγορῶσί τινες τοῦ Χριστοῦ, λέγοντες, διὰ τί οὐ μετέβαλε τὸν Ἰούδαν; διὰ τί οὐκ ἐποίησεν αὐτὸν σώφρονα καὶ ἐπιεικῆ; πῶς ἔδει ἐπιεικῆ ποιῆσαι αὐτόν; ἀνάγκῃ, ἢ γνώμῃ; εἰ μὲν ἀνάγκῃ, οὐδ' οὕτως ἔμελλεν ἔσεσθαι βελτίων· οὐδεὶς γὰρ ἀνάγκῃ γένοιτ' ἂν ἀγαθός· εἰ δὲ γνώμῃ καὶ προαιρέσει, πάντα τὰ δυνάμενα διορθῶσαι προαίρεσιν καὶ γνώμην, εἰσήνεγκεν. εἰ δὲ μὴ ἐβουλήθη δέξασθαι τὸ φάρμακον, οὐ τοῦ ἰατροῦ τὸ ἔγκλημα, ἀλλὰ τοῦ τὴν θεραπείαν διακρουσαμένου· ὅρα γοῦν ὅσα ἐποίησεν, ὥστε αὐτὸν ἀνακτήσασθαι καὶ διασῶσαι. ἐδίδασκεν αὐτὸν πᾶσαν φιλοσοφίαν διὰ πραγμάτων, διὰ ῥημάτων, ἀνώτερον αὐτὸν τῶν δαιμόνων ἐποίησε, θαύματα ἐργάζεσθαι πολλὰ παρεσκεύασεν, ἐφόβησε τῇ τῆς γεέννης ἀπειλῇ, προετρέψατο τῇ τῆς βασιλείας ἐπαγγελίᾳ· ἤλεγξε διηνεκῶς τὰ ἀπόρρητα αὐτοῦ βουλεύματα· ἐλέγχων δὲ οὐκ ἐδημοσίευε, τοὺς πόδας αὐτοῦ μετὰ τῶν ἄλλων ἔνιψεν, ἁλῶν αὐτῷ καὶ τραπέζης ἐκοινώνησεν· οὐδὲν, οὐ μικρὸν, ἢ μέγα ἐνέλιπεν, ὁ δὲ ἑκὼν ἔμεινεν ἀδιόρθωτος. καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι δυνατὸς ὢν μεταβαλέσθαι οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλὰ τῆς αὐτοῦ ῥαθυμίας τὸ πᾶν ἐγένετο, ἄκουσον. ἐπειδὴ γὰρ παρέδωκεν αὐτὸν, ἔρριψε τὰ τριάκοντα ἀργύρια, καί φησιν, ἥμαρτον παραδοὺς αἷμα δίκαιον. τί γέγονεν; ὅτε θαυματουργοῦντα εἶδες, οὐκ ἔλεγες, ἥμαρτον παραδοὺς αἷμα ἀθῶον· ἀλλά, τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; ἐπειδὴ δὲ τὸ κακὸν προεχώρησε, καὶ ἡ προδοσία τέλος ἔσχε, καὶ ἡ ἁμαρτία ἀπηρτίσθη, τότε ἐπέγνως τὴν ἁμαρτίαν. τί οὖν ἐντεῦθεν μανθάνομεν; ὅτι ὅταν μὲν ῥαθυμῶμεν, οὐδὲ παραίνεσις ἡμᾶς ὠφελεῖ· ὅταν δὲ σπουδάζωμεν, καὶ αὐτοὶ ἀφ' ἑαυτῶν διαναστῆναι δυνάμεθα. καὶ γὰρ καὶ οὗτος, ὅτε παρῄνει μὲν ὁ διδάσκαλος, οὐκ ἤκουεν· ὅτε δὲ οὐδεὶς ἦν ὁ παραινῶν, τὸ οἰκεῖον συνειδὸς ἐπανέστη, καὶ μηδενὸς ὄντος διδασκάλου μετεβάλετο, καὶ κατέγνω τῶν τετολμημένων, καὶ ἔρριψε τὰ τριάκοντα ἀργύρια. τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; καὶ ἔστησαν, φησιν, αὐτῷ τριάκοντα ἀργύρια. τιμὴν κατέβαλον αἵματος, τιμὴν οὐκ ἔχοντος. τί λαμβάνεις τριάκοντα ἀργύρια, ὦ Ἰούδα; δωρεὰν ἦλθεν ὁ Χριστὸς ἐκχέαι τὸ αἷμα τοῦτο ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης, ὑπὲρ οὗ σύμφωνα σὺ ποιεῖς καὶ συναλλάγματα ἀναιδῆ. τί γὰρ ἀναιδέστερον τοῦ συναλλάγματος τούτου;

Τότε προσῆλθον οἱ μαθηταί. τότε· πότε; ὅτε ταῦτα ἐγένετο, ὅτε ἡ προδοσία προεχώρησεν, ὅτε ἑαυτὸν ἀπώλεσεν ὁ Ἰούδας, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ λέγοντες· ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ πάσχα; εἶδες μαθητήν; εἶδες μαθητάς; ἐκεῖνος προδίδωσι τὸν

conspicitur, sed etiam quod ipso vocem emittente, recesserint illi & ceciderint in terram. Quia vero neque sic ab impudentia destiterunt, demum seipsum tradidit; ac si dixisset: Quod meum erat totum feci, potentiam declaravi meam, ostendi vos ea aggredi, quæ fieri nequeant. Volebam nequitiam vestram comprimere: quando autem vos noluistis, sed in insania perseveratis, meipsum utique trado. Hæc porro dixi, ne quidam Christum accusarent, ac dicerent, cur Judam non mutavit? cur eum temperantem moderatumque non fecit? Quomodo eum moderatum efficere par erat? necessitate-ne an arbitrio? Si quidem necessitate, neque sic melior futurus erat: nullus enim necessitate melior efficiatur; si arbitrio & electione, omnia quæcumque arbitrium & electionem corrigere poterant intulit. Si autem ille remedium accipere noluit, non fuit medici culpa, sed ejus qui medelam repulit. Vide igitur quanta fecerit ut eum ad meliorem frugem & salutem reduceret: omnem eum philosophiam docuit operibus ipsis, atque verbis, dæmonibus superiorem fecit, facultatem dedit ut multa miracula ederet, gehennæ comminatione terruit, regni promissione cohortatus est, arcana ejus consilia assidue arguit, nec arguendo publica fecit, pedes ejus ut & aliorum abluit, mensæ & ciborum participem fecit: nihil aut parvum aut magnum retro reliquit: ille vero libens sine emendatione mansit. Et ut discas eum, cum mutari posset, noluisse, sed ex ejus segnitie totum prodiisse; audi. Cum enim prodidisset eum, projecit triginta argenteos, & ait: *Peccavi tradens sanguinem justum.* Quid hoc rei est? Cum miracula patrantem videres, non dicebas, *Peccavi tradens sanguinem justum:* sed, *Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam eum?* Ubi autem malum ulterius processit, & proditio finem sortita est, peccatumque consummatum est, tunc peccatum agnovisti. Quid igitur hinc discimus? nimirum quando in segnitie degimus, nihil nos admonitionem juvare; quando autem studiose agimus, etiam a nobismetipsis nos erigere posse. Quandoquidem & hic cum magister admoneret, non audivit; cum vero nullus moneret, ejus propria conscientia commota est; nemineque doctore sese mutavit, facinus suum damnavit, triginta argenteos projecit. *Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam eum? Et constituerunt ei*, inquit, *triginta argenteos.* Precium numeraverunt sanguinis precium non habentis. Cur accipis triginta argenteos, ô Judas? Gratis venit Christus sanguinem pro mundo effusurus, pro quo tu impudentia pacta & conventiones statuis. Quid impudentius hac pactione?

Matth. 27. 4.

4. *Tunc accesserunt discipuli.* Tunc, quandonam? Cum hæc fierent, cum proditio statueretur, cum seipsum Judas perdidit, *accesserunt ad eum discipuli dicentes, Ubi vis paremus tibi comedere Pascha?* Vidisti discipulum? Vidisti discipulos? Ille prodit

Matth. 26. 17.

Dominum, hi de Paschate curant: ille pacta init, hi ad ministerium apparant. Iisdem & hic & illi miraculis claruerant, eadem doctrina instituti, eadem potestate præditi: Undenam mutatio? ex proposito. Hæc omnium ubique causa & bonorum & malorum. *Ubi vis paremus tibi comedere Pascha?* Hodierna hæc vespera tunc erat: quia igitur Dominus domum non habebat, ideo dicunt illi, *Ubi vis paremus tibi comedere Pascha?* Non habemus diversorium definitum, non tabernaculum, non domum. Discant illi, qui splendidas construunt domos, latas porticus, longa septa, Christum non habuisse ubi caput suum reclinaret. Quamobrem interrogant illi, *Ubi vis paremus tibi comedere Pascha?* Quale Pascha? non hoc nostrum, sed interim Judaïcum. Illud enim discipuli paraverunt; hoc vero nostrum ipse paravit: neque solum ipse paravit, sed etiam ipse Pascha effectus est. *Ubi vis paremus tibi comedere Pascha?* Illud Judaïcum Pascha erat, illud in Ægypto initium habuerat. Qua ergo de causa Christus illud comedit? Quia legalia omnia implevit. Etenim cum baptizabatur dicebat: *Sic enim convenit nobis implere omnem justitiam.* Veni hominem redimere ex maledicto legis. Nam *Deus Filium suum misit natum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret*, & legem abrogaret. Ne igitur quis diceret, ideo abrogavit, quia implere non poterat, ut pote gravem, onerosam ac difficilem; postquam ea, quæ ad ipsam spectabant omnia implevisset, tunc solvit illam. Ideo Pascha fecit, legis enim jussio Pascha erat. Cur lex Pascha comedere jussit? Ingrati erga beneficum erant Judæi, & statim post accepta beneficia præcepti divini obliviscebantur. Nam cum egressi sunt ex Ægypto, postquam mare viderunt scissum & rursus coalescens, aliaque innumera miracula, dicebant: *Faciamus nobis deos, qui præcedant nos.* Quid dicis? Miracula adhuc in manibus sunt, & jam benefici oblitus es? Quia igitur usque adeo stupidi & ingrati erant, festivitatum argumento Deus donorum commemorationem adstrinxit, ideoque Pascha immolare jussit: *ut si te interrogaverit*, inquit, *filius tuus, Quid est hoc Pascha?* dicas, quia agni sanguine januas unxerunt olim majores nostri in Ægypto, ne vastator Angelus veniens vidensque insultare auderet, & plagam infligeret. Eratque deinceps festum perpetua salutis commemoratio. Imo vero non id solum lucrabantur, quod eis antiquorum beneficiorum memoriam revocaret, sed & aliud majus, quod futura præfiguraret. Ille quippe agnus figura erat alterius agni spiritualis, & ovis ovem prænotabat. Atque illud quidem umbra, hoc veritas erat. Cum autem apparuisset sol justitiæ, umbra cessavit: oriente quippe sole solvitur umbra. Ideo in eadem ipsa mensa

Liberum arbitrium est causa boni & mali.

Ibid.

Matth. 3. 15.

Galat. 4. 4.

Exod. 32. 1.

Exod. 12. 27.

A δεσπότην, οὗτοι περὶ τὸ πάσχα μεριμνῶσιν· ἐκεῖνος σύμφωνα ποιεῖ, οὗτοι πρὸς ὑπηρεσίαν παρεσκεύαζον. Τῶν αὐτῶν ἀπέλαυσαν κἀκεῖνος καὶ οὗτοι θαυμάτων, τῶν αὐτῶν διδαγμάτων, τῆς αὐτῆς ἐξουσίας. πόθεν οὖν ἡ μεταβολή; ἀπὸ τῆς προαιρέσεως· αὕτη πάντων αἰτία πανταχοῦ καὶ τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν κακῶν. ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ πάσχα; ἡ ἑσπέρα αὕτη ἦν τότε· ἐπεὶ οὖν οἰκίαν οὐκ εἶχεν ὁ δεσπότης, διὰ τοῦτο αὐτῷ λέγουσι, ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ πάσχα; οὐκ ἔχομεν καταγώγιον ὡρισμένον, οὐκ ἔχομεν σκηνήν, B οὐδὲ οἰκίαν. μανθανέτωσαν οἱ τὰς λαμπρὰς οἰκοδομοῦντες οἰκίας, καὶ τὰς εὐρείας στοάς, καὶ τοὺς μακροὺς περιβόλους· ὅτι οὐκ εἶχεν ὁ Χριστὸς ποῦ τὴν κεφαλὴν κατακλῖναι. διὸ ἐρωτῶσιν οὗτοι, ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ πάσχα; ποῖον πάσχα; οὐχὶ τοῦτο τὸ ἡμέτερον, ἀλλὰ τὸ Ἰουδαϊκὸν τέως. ἐκεῖνο μὲν γὰρ οἱ μαθηταὶ παρεσκεύασαν· τοῦτο δὲ τὸ ἡμέτερον αὐτὸς κατεσκεύασεν. οὐ μόνον δὲ αὐτὸς αὐτὸ κατεσκεύασεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς πάσχα ἐγένετο. ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ πάσχα; ἐκεῖνο Ἰουδαϊκὸν ἦν τὸ πάσχα, ἐκεῖνο ἐν Αἰγύπτῳ τὴν ἀρχὴν ἔλαβε. τίνος οὖν ἕνεκεν τρώγει αὐτὸ C ὁ Χριστός; ὅτι πάντα τὰ νομικὰ ἐπλήρωσε. καὶ γὰρ ὅτε ἐβαπτίζετο, ἔλεγεν· οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. ἦλθον ἐκ τῆς τοῦ νόμου κατάρας ἐξαγοράσαι τὸν ἄνθρωπον. ὁ γὰρ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν ἔπεμψε γενόμενον ἐκ γυναικός, γενόμενον ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ, καὶ αὐτὸν ἀναπαύσῃ τὸν νόμον. ἵνα οὖν μή τις λέγῃ, ὅτι διὰ τοῦτο αὐτὸν κατήργησεν, ἐπειδὴ πληρῶσαι αὐτὸν οὐκ ἠδυνήθη, ὡς φορτικὸν καὶ ἐπαχθῆ καὶ δυσκατόρθωτον ὄντα, πρότερον αὐτὸν πληρώσας ἅπαντα, τότε κατέλυσε. διὰ τοῦτο καὶ πάσχα D ἐποίησε· νόμου γὰρ ἦν ἐπίταγμα τὸ πάσχα. καὶ τίνος ἕνεκεν ὁ νόμος ἐπέταξε τὸ πάσχα ἐσθίειν; ἀγνώμονες ἦσαν περὶ τὸν εὐεργέτην οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ παραυτὰ τὰς εὐεργεσίας ἐπελανθάνοντο τοῦ προστάγματος τοῦ Θεοῦ. καὶ γὰρ ὅτε ἐξῆλθον ἐξ Αἰγύπτου, ἰδόντες θάλασσαν σχιζομένην καὶ συνιοῦσαν πάλιν, καὶ ἄλλα μυρία θαύματα, ἔλεγον· ποιήσωμεν ἑαυτοῖς θεούς, οἳ προπορεύσονται ἡμῶν. τί λέγεις; τὰ θαύματα ἐν χερσὶν ἔτι, καὶ ἐπελάθου τοῦ εὐεργέτου; ἐπεὶ οὖν οὕτως ἦσαν ἀναίσθητοι καὶ ἀγνώμονες, τῇ ὑποθέσει τῆς ἑορτῆς ἐγκατέδησε τῶν δωρεῶν τὰ ὑπομνήματα ὁ Θεός, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ πάσχα θύειν ἐκέλευσεν, ἵνα ἐάν σε ἐρωτήσῃ, φησίν, ὁ υἱός σου, τί ἐστι τὸ πάσχα E τοῦτο; εἴπῃς, ὅτι τοῦ προβάτου τὸ αἷμα ἐπέχρισαν ταῖς θύραις ποτὲ ἡμῶν οἱ πρόγονοι ἐν Αἰγύπτῳ, ἵνα μὴ ὁ ὀλοθρεύων ἐλθὼν καὶ ἰδὼν τολμήσῃ εἰσπηδῆσαι, καὶ ἐπαγάγῃ πληγήν. καὶ ἦν ἡ ἑορτὴ λοιπὸν ὑπόμνησις σωτηρίας διηνεκής. μᾶλλον δὲ οὐ τοῦτο μόνον ἐκέρδαινον, ὅτι τῶν παλαιῶν αὐτοὺς ἀνεμίμνησκεν εὐεργετημάτων, ἀλλὰ καὶ ἕτερον μεῖζον· ὅτι τὰ μέλλοντα προδιετύπου. καὶ γὰρ τύπος ἦν ἐκεῖνος ὁ ἀμνὸς ἑτέρου ἀμνοῦ πνευματικοῦ, καὶ πρόβατον προβάτου· καὶ τὸ μὲν ἦν σκιά, τὸ δὲ ἀλήθεια. ἐπειδὴ δὲ ἐπέφανεν ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος, ἡ σκιὰ λοιπὸν ἐπαύσατο. ἡλίου γὰρ ἀνίσχοντος, κρύπτεται ἡ σκιά. διὰ τοῦτο γὰρ ἐν αὐτῇ τῇ τραπέζῃ ἑκάτερον γίνεται.

πάσχα, καὶ τὸ τοῦ τύπου, καὶ τὸ τῆς ἀληθείας. καθάπερ γὰρ οἱ ζωγράφοι ἐν αὐτῷ τῷ πίνακι καὶ τὰς γραμμὰς περιάγουσι [a] καὶ τὴν σκιὰν γράφουσι, καὶ τότε τὴν ἀλήθειαν τῶν χρωμάτων αὐτῷ ἐπιτιθέασιν· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησεν. ἐπ' αὐτῆς τῆς τραπέζης καὶ τὸ τυπικὸν πάσχα ὑπέγραψε, καὶ τὸ ἀληθινὸν προσέθηκε. ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ πάσχα; ἦν τὸ Ἰουδαϊκὸν πάσχα τότε. ἀλλὰ τοῦ ἡλίου ἐλθόντος, μηκέτι λύχνος φαινέτω. τῆς ἀληθείας παραγενομένης, ἀργείτω λοιπὸν ἡ σκιά.

Ταῦτα πρὸς Ἰουδαίους λέγω, ἐπειδὴ δοκοῦσι πάσχα ποιεῖν, ἐπειδὴ γνώμῃ ἀναισχύντῳ τὰ ἄζυμα προβάλλουσιν οἱ ἀπερίτμητοι ταῖς καρδίαις. πῶς εἰπέ μοι, τὸ πάσχα ἐπιτελεῖς, ὦ Ἰουδαῖε; ὁ ναὸς κατέσκαπται, ὁ βωμὸς ἀνῄρηται, τὰ ἅγια τῶν ἁγίων πεπάτηται, πάσης θυσίας εἶδος λέλυται. τίνος οὖν ἕνεκεν ταῦτα τολμᾷς τὰ παράνομα πράττειν πράγματα; ἀπῆλθες εἰς Βαβυλῶνά ποτε, κἀκεῖ ἔλεγον οἱ αἰχμαλωτεύσαντές σε, ᾄσατε ἡμῖν ἐκ τῶν ᾠδῶν Σιών· καὶ οὐκ ἠνέσχου. καὶ ταῦτα δεικνὺς ὁ Δαυὶδ, ἔλεγεν· ἐπὶ τῶν ποταμῶν Βαβυλῶνος, ἐκεῖ ἐκαθίσαμεν καὶ ἐκλαύσαμεν· ἐπὶ ταῖς ἰτέαις ἐν μέσῳ αὐτῆς ἐκρεμάσαμεν τὰ ὄργανα ἡμῶν· τουτέστι, ψαλτήριον, κιθάραν, λύραν, καὶ τὰ λοιπά. τούτοις γὰρ ἐκέχρηντο τὸ παλαιὸν, καὶ διὰ τούτων τοὺς ψαλμοὺς ᾖδον. καὶ ταῦτα ἀπελθόντες εἰς τὴν αἰχμαλωσίαν, ἔλαβον, ἵν' ἔχωσι τὴν ὑπόμνησιν τῆς πολιτείας τῆς ἐν τῇ πατρίδι, οὐχ ἵνα χρήσωνται. ἐκεῖ γάρ, φησιν, ἐπηρώτησαν ἡμᾶς οἱ αἰχμαλωτεύσαντες ἡμᾶς λόγους ᾠδῶν· καὶ εἴπομεν, πῶς ᾄσωμεν τὴν ᾠδὴν κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας; τί λέγεις; τὴν ᾠδὴν κυρίου οὐκ ᾄδεις ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας, καὶ τὸ πάσχα κυρίου ἐπιτελεῖς ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας; εἶδες τὴν ἀγνωμοσύνην; εἶδες τὴν παρανομίαν; ὅτε πολέμιοι ἦσαν οἱ καταναγκάζοντες, οὐδὲ ψαλμὸν εἰπεῖν ἐτόλμων ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας. νῦν δὲ ἀφ' ἑαυτῶν, μηδενὸς ἀναγκάζοντος, μηδὲ βιαζομένου, πόλεμον εἰσάγουσι πρὸς τὸν θεόν. ὁρᾷς πῶς ἀκάθαρτα τὰ ἄζυμα; πῶς παράνομος ἡ ἑορτή; πῶς πάσχα οὐκ ἔστιν Ἰουδαϊκόν; ἦν πάσχα Ἰουδαϊκόν ποτε, ἀλλ' ἐλύθη νῦν, καὶ ἐπῆλθε τὸ πνευματικὸν πάσχα, ὃ παρεδίδου τότε ὁ Χριστός. ἐσθιόντων γὰρ αὐτῶν καὶ πινόντων, φησὶ, λαβὼν ἄρτον, ἔκλασε καὶ εἶπε· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. ἴσασιν οἱ μεμυημένοι τὰ λεγόμενα. καὶ πάλιν τὸ ποτήριον, λέγων· τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου, τὸ ὑπὲρ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. καὶ παρῆν ὁ Ἰούδας, τοῦ Χριστοῦ ταῦτα λέγοντος. τοῦτό ἐστι τὸ σῶμα, ὃ ἐπώλησας, Ἰούδα, τριάκοντα ἀργυρίων· τοῦτό ἐστι τὸ αἷμα, ὑπὲρ οὗ πρὸ μικροῦ τὰ ἀναιδῆ σύμφωνα ἐποίου πρὸς τοὺς ἀγνώμονας Φαρισαίους. ὢ τῆς τοῦ Χριστοῦ φιλανθρωπίας, ὢ τῆς τοῦ Ἰούδα παραπληξίας, ὢ τῆς μανίας· ὁ μὲν γὰρ ἐπώλησεν αὐτὸν τριάκοντα δηναρίων· ὁ Χριστὸς δὲ καὶ μετὰ τοῦτο οὐ παρῃτήσατο αὐτὸ τὸ αἷμα τὸ πραθὲν δοῦναι εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν τῷ πεπρακότι, εἴγε ἠθέλησε. καὶ παρῆν Ἰούδας, καὶ μετεῖχε τῆς ἱερᾶς τραπέζης. ὥσπερ γὰρ τοὺς πόδας αὐτοῦ μετὰ τῶν ἄλλων ἔνιψε μαθητῶν, οὕτω καὶ τῆς ἱερᾶς μετέσχε τραπέζης, ἵνα μηδεμίαν ἀπολογίας ἔχῃ πρόφασιν,

[a] Alii, καὶ σκιογραφοῦσι.

A utrumque Pascha perficitur, & typi & veritatis. Quemadmodum enim pictores in eadem ipsa tabula, & lineas circumducunt, & umbram depingunt, tuncque colorum veritatem apponunt; sic & Christus fecit: in eadem ipsa mensa typicum Pascha descripsit, & verum addidit. *Ubi vis paremus tibi comedere Pascha?* Tunc judaïcum erat Pascha: sed veniente sole, lucerna ne luceat: accedente veritate, cesset deinde umbra.

5. Hæc Judæis dico, quia videntur Pascha celebrare, quia impudenti consilio B azyma objiciunt illi incircumcisi corde. Quomodo, quæso, Pascha celebras Judæe? Templum dirutum est, altare sublatum, sancta sanctorum conculcata, omne sacrificii genus solutum est. Cur ergo audes hæc illegitima perpetrare? Babylonem aliquando concessisti, atque illic dicebant, qui te captivum adduxerant, *Cantate nobis de canticis Sion:* & tu renuebas. Hæc porro declarans David dicebat: *Super flumen Babylonis, illic sedimus & flevimus. In salicibus in medio ejus suspendimus organa nostra*; id est, psalterium, citharam, lyram, & cætera. His enim olim utebantur, & his psalmos C canebant: hæcque in captivitatem abducti secum tulerant, ut monumentum patriæ consuetudinis haberent, non ut iis uterentur. *Illic* enim, ait, *interrogaverunt nos, qui captivos duxerunt nos, verba cantionum.* Et diximus, *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Quid dicis? Canticum Domini non cantas in terra aliena, & Pascha Domini celebras in terra aliena? Viden' ingratum animum? Viden' iniquitatem? Cum inimici erant qui cogerent, né psalmum quidem dicere audebant in terra aliena: nunc autem sua sponte, nemine D cogente, nemine vim inferente, bellum inferunt Deo. Viden' quam impura sint azyma? quam illegitimum festum? quam vere non sit Pascha Judaïcum? Erat olim Pascha Judaïcum, sed nunc solutum est, advenitque spirituale Pascha, quod tunc tradidit Christus. Illis enim manducantibus ac bibentibus, inquit, accipiens panem fregit & dixit: *Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum.* Sciunt ii, qui initiati sunt, illa quæ dicuntur. Et rursus calicem, dicens: *Hic est sanguis meus, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum.* Aderat Judas hæc Christo E dicente. Hoc est corpus, quod vendidisti Juda, triginta argenteis, pro quo nuper pacta impudenter inibas cum improbis Pharisæis. O Christi benignitatem! O Judæ dementiam & insaniam! Ille namque vendidit illum triginta denariis: Christus vero postea non recusavit hunc ipsum sanguinem venditum vendenti dare in remissionem peccatorum, si ipse voluisset. Aderat Judas, & sacræ mensæ particeps erat. Sicut enim pedes ejus lavit, ut & aliorum discipulorum, ita & sacræ mensæ particeps ille fuit, ut nullum excusationis locum

Contra Judæos. Vide in Homiliis contra eos T. 1.

Psal. 136.

Matth. 26. 26.

haberet, si in nequitia perseveraret. Omnia enim quæ penes se erant Dominus exhibuerat & protulerat: ille vero in malo suo proposito mansit.

6. Sed tempus demum est ad horrendam hanc mensam accedendi. Omnes itaque accedamus cum congruenti temperantia ac vigilantia: nullus ultra Judas esto, nullus improbus, nullus veneno infectus, neque alia in ore versans, alia in mente retinens. Adest Christus & nunc is, qui mensam illam apparavit, hic ipse hanc nunc exornat. Non enim homo est, qui facit ut proposita efficiantur corpus & sanguis Christi, sed ipse Christus qui pro nobis crucifixus est. Figuram implens stat Sacerdos verba illa proferens: virtus autem & gratia Dei est. *Hoc est corpus meum*, inquit. Hoc verbum transformat ea, quæ proposita sunt. Ac quemadmodum vox illa: *Crescite, & multiplicamini & replete terram*, semel quidem prolata est, omni vero tempore naturæ nostræ vim præbet ad filiorum procreationem; ita & vox hæc semel prolata in Ecclesiis ad unamquamque mensam, ab illo ad hodiernum usque tempus, & usque ad adventum ejus sacrificium perfectum efficit. Nullus igitur simulatus accedat, nullus nequitia plenus, nullus venenata mente, ne in condemnationem particeps efficiatur. Tunc enim post acceptam oblationem, diabolus insiliit in Judam, non dominicum corpus despiciens, sed Judam ob impudentiam contemnens; ut discas in eos maxime, qui divina mysteria indigne participant, frequenter insilire & irrumpere diabolum, ut tunc Judæ contigit. Etenim honores, eos qui digni sunt juvant, eos vero qui indigne iis fruuntur, in majus supplicium conjiciunt. Hæc porro non ut vos terrefaciam dico, sed ut cautiores reddam. Nemo itaque sit Judas, nemo ingrediatur nequitiæ veneno infectus. Nam sacrificium est spiritualis cibus: ac quemadmodum cibus corporeus, cum in ventrem pravis humoribus repletum inciderit, auget morbum, non natura sua, sed ventris infirmitate; ita etiam contingit in spiritualibus mysteriis: nam cum in animam inciderint nequitia plenam, illam magis corrumpunt & labefactant, non natura sua, sed recipientis animæ infirmitate. Nemo igitur malas cogitationes intus habeat, sed mentem purgemus: etenim ad purum sacrificium accedimus; sanctam reddamus animam: hoc enim vel uno die perfici potest. Quomodo, qua ratione? si quid habeas contra inimicum, tolle iram, plagam illam cura, solve inimicitiam, ut a mensa medelam accipias: ad horrendum enim & sanctum sacrificium accedis. Revereare hujus oblationis argumentum; occisus jacet Christus: cujus vero causa & quare occisus est? Ut cælestibus simul & terrenis pacem afferret: ut te Angelorum etiam amicum faceret, ut te cum Deo universorum reconciliaret: ut te hostem & adversarium,

Gen. 1. 28.

Panis transformatur in Eucharistia, & fit sacrificium perfectum.

a Alii, τῆς σαρκός. Infra, ἐπειδὰν εἰς διάνοιαν ἐμπέσῃ sic alii.

A ἐὰν ἐπιμείνῃ τῇ πονηρίᾳ. πάντα γὰρ τὰ παρ' ἑαυτοῦ ἐπεδείξατο, καὶ εἰσήνεγκεν· ὁ δὲ ἔμεινε τὴν πονηρὰν διατηρῶν γνώμην.

Ἀλλὰ καιρὸς λοιπὸν τῇ φρικτῇ ταύτῃ προσελθεῖν τραπέζῃ. πάντες τοίνυν προσέλθωμεν μετὰ τῆς προσηκούσης σωφροσύνης καὶ νήψεως· καὶ μηδεὶς ἔστω Ἰούδας ἔτι, μηδεὶς ἔστω πονηρὸς, μηδεὶς ἔχων ἰὸν μὴ ἄλλα μὲν ἐπὶ τοῦ στόματος φέρων, ἄλλα δὲ ἐπὶ τῆς διανοίας. πάρεστιν ὁ Χριστὸς καὶ νῦν ἐκεῖνος ὁ τὴν τράπεζαν διακοσμήσας ἐκείνην, οὗτος καὶ ταύτην διακοσμεῖ νῦν. οὐδὲ γὰρ ἄνθρω- B πός ἐστιν ὁ ποιῶν τὰ προκείμενα γενέσθαι σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ· ἀλλ' αὐτὸς ὁ σταυρωθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν Χριστός. σχῆμα πληρῶν ἕστηκεν ὁ ἱερεὺς, τὰ ῥήματα φθεγγόμενος ἐκεῖνα· ἡ δὲ δύναμις, καὶ ἡ χάρις τοῦ θεοῦ ἐστι. τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, φησί. τοῦτο τὸ ῥῆμα μεταρρυθμίζει τὰ προκείμενα. καὶ καθάπερ ἡ φωνὴ ἐκείνη ἡ λέγουσα· αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, ἐῤῥέθη μὲν ἅπαξ, διὰ παντὸς δὲ τοῦ χρόνου γίνεται ἔργῳ ἐνδυναμοῦσα τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν πρὸς παιδοποιΐαν· οὕτω καὶ ἡ φωνὴ αὕτη ἅπαξ λεχθεῖσα καθ' ἑκάστην τράπεζαν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ἐξ ἐκείνου μέχρι C σήμερον, καὶ μέχρι τῆς αὐτοῦ παρουσίας, τὴν θυσίαν ἀπηρτισμένην ἐργάζεται. μηδεὶς τοίνυν ὕπουλος ἔστω, μηδεὶς πονηρίας γέμων, μηδεὶς ἰὸν ἔχων ἐν τῇ διανοίᾳ, ἵνα μὴ εἰς κατάκριμα μεταλαμβάνῃ. καὶ γὰρ τότε, μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν προσφορὰν, ἐπεπήδησε τῷ Ἰούδᾳ ὁ διάβολος, οὐ τοῦ σώματος καταφρονήσας τοῦ δεσποτικοῦ, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀναισχυντίαν καταφρονῶν τοῦ Ἰούδα· ἵνα μάθῃς, ὅτι τοῖς ἀναξίως μετέχουσι τῶν θείων μυστηρίων, τούτοις μάλιστα ἐπιπηδᾷ καὶ ἐπιβαίνει συνεχῶς ὁ διάβολος, ὥσπερ καὶ τῷ Ἰούδᾳ τότε· αἱ γὰρ τιμαὶ τοὺς μὲν ἀξίους ὠφελοῦσι, D τοὺς δὲ παρὰ τὴν ἀξίαν ἀπολαύοντας, εἰς μείζονα τιμωρίαν ἐμβάλλουσι. καὶ ταῦτα, οὐχ ἵνα φοβήσω, λέγω, ἀλλ' ἵνα ἀσφαλίσωμαι. μηδεὶς τοίνυν ἔστω Ἰούδας, μηδεὶς εἰσιὼν ἰὸν ἐχέτω πονηρίας. τροφὴ γάρ ἐστι πνευματικὴ ἡ θυσία· καὶ καθάπερ ἡ σωματικὴ τροφὴ, ὅταν εἰς γαστέρα χυμοὺς ἔχουσαν πονηροὺς ἐμπέσῃ, πλέον ἐπιτείνει τὴν ἀῤῥωστίαν, οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἀσθένειαν [a] τῆς γαστρός· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν μυστηρίων τῶν πνευματικῶν συμβαίνειν εἴωθε. καὶ γὰρ καὶ αὐτὰ, ἐπειδὰν εἰς ψυχὴν ἐμπέσῃ πονηρίας γέμουσαν, μᾶλλον αὐτὴν διαφθείρει καὶ ἀπόλλυσιν, οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς δεξαμένης ψυχῆς. μηδεὶς τοίνυν E ἐχέτω ἔνδον πονηροὺς λογισμοὺς, ἀλλὰ καθάρωμεν τὴν διάνοιαν· καὶ γὰρ καθαρᾷ προσερχόμεθα θυσίᾳ· ἁγίαν ποιήσωμεν τὴν ψυχήν. δυνατὸν γὰρ καὶ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ τοῦτο γενέσθαι. πῶς καὶ τίνι τρόπῳ; ἐὰν ἔχῃς τι κατὰ τοῦ ἐχθροῦ, ἔξελε τὴν ὀργὴν, θεράπευσον τὴν πληγὴν, λῦσον τὴν ἔχθραν, ἵνα λάβῃς θεραπείαν ἀπὸ τῆς τραπέζης· θυσίᾳ γὰρ προσέρχῃ φρικτῇ καὶ ἁγίᾳ. αἰδέσθητι τὴν ὑπόθεσιν αὐτῆς τῆς προσφορᾶς. ἐσφαγμένος πρόκειται ὁ Χριστός· καὶ τίνος ἕνεκεν ἐσφάγη, καὶ διὰ τί; ἵνα εἰρηνοποιήσῃ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· ἵνα καὶ ἀγγέλων φίλον σε ποιήσῃ, ἵνα σε τῷ θεῷ τῶν ὅλων καταλλάξῃ ἐχθρὸν ὄντα σε καὶ

πολέμιον,

πολέμιον, ἵνα ποιήσῃ φίλον. ἐκεῖνος τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἔδωκεν ὑπὲρ τῶν μισούντων· σὺ δὲ τὸν σύνδουλον μένεις ἐχθραίνων, καὶ πῶς δύνῃ βαδίσαι ἐπὶ τὴν τῆς εἰρήνης τράπεζαν; κἀκεῖνος μὲν οὐδὲ ἀποθανεῖν ὑπὲρ σοῦ παρῃτήσατο· σὺ δὲ ὀργὴν ἀφεῖναι τῷ συνδούλῳ σου διὰ σαυτὸν οὐκ ἀνέχῃ; καὶ ποίας ταῦτα συγγνώμης ἄξια; ἐπηρέασε, φησι, καὶ τὰ μάλιστα ἐπλεονέκτησε. καὶ τί τοῦτο; εἰς χρήματα πάντως ἡ ζημία· οὐδέπω γὰρ ἔτρωσε, καθάπερ τὸν Χριστὸν ὁ Ἰούδας. ἀλλ' ὅμως καὶ αὐτὸ τὸ αἷμα, ὅπερ ἐξέχεεν, εἰς σωτηρίαν αὐτοῖς τοῖς ἐκχέασιν ἔδωκε. τί τούτου ἴσον ἔχεις εἰπεῖν; ἐὰν μὴ ἀφῇς τῷ ἐχθρῷ, οὐκ ἐκεῖνον ἠδίκησας, ἀλλὰ σαυτόν. ἐκεῖνον μὲν γὰρ πολλάκις εἰς τὸν παρόντα βίον ἔβλαψας· σαυτὸν δὲ ἀσύγγνωστον ἐποίησας πρὸς τὴν ἀπολογίαν εἰς τὴν μέλλουσαν ἡμέραν. οὐδὲν γὰρ οὕτω μισεῖ ὁ θεὸς, ὡς μνησίκακον ἄνθρωπον, ὡς οἰδαίνουσαν καρδίαν καὶ φλεγμαίνουσαν ψυχήν. ἄκουσον γοῦν τί φησιν· ὅταν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κἀκεῖ μνησθῇς ἄνω παρεστὼς ἐπὶ τῷ θυσιαστηρίῳ, ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ· ἄφες τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἀπελθὼν διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε πρόσφερε τὸ δῶρόν σου. τί λέγεις, ἀφήσω; ναὶ, φησι· διὰ γὰρ τὴν εἰρήνην τὴν εἰς τὸν ἀδελφόν σου καὶ αὕτη ἡ θυσία γέγονεν. εἰ τοίνυν διὰ τὴν εἰρήνην τὴν εἰς τὸν ἀδελφὸν γέγονεν ἡ θυσία, σὺ δὲ οὐ κατορθοῖς τὴν εἰρήνην, εἰκῇ μετέχεις τῆς θυσίας. ἀνόνητον γάρ σοι τὸ κατόρθωμα γέγονε. ποίησον τοίνυν ἐκεῖνο πρότερον, δι' ὅπερ ἡ θυσία προσενήνεκται, καὶ τότε αὐτῆς ἀπολαύσεις καλῶς. διὰ τοῦτο κατῆλθεν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ἵνα καταλλάξῃ ἡμῶν τὴν φύσιν τῷ δεσπότῃ· διὰ τοῦτο οὐκ αὐτὸς μόνον ἦλθεν, ἀλλ' ἵνα καὶ ἡμᾶς τοὺς τὰ τοιαῦτα ποιοῦντας ποιήσῃ τῆς ἑαυτοῦ προσηγορίας κοινωνούς. μακάριοι γάρ, φησιν, οἱ εἰρηνοποιοὶ, ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ θεοῦ κληθήσονται. ὅπερ γὰρ ἐποίησεν ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ, τοῦτο καὶ σὺ ποίησον κατὰ δύναμιν ἀνθρωπίνην, εἰρήνης γινόμενος πρόξενος καὶ σεαυτῷ καὶ τοῖς ἄλλοις. διὰ τοῦτό σε καὶ υἱὸν θεοῦ καλεῖ τὸν εἰρηνοποιόν· διὰ τοῦτο καὶ ἐν τῷ καιρῷ τῆς θυσίας οὐδεμιᾶς ἄλλης ἐμνημόνευσεν ἐντολῆς, ἀλλ' ἢ τῆς πρὸς τὸν ἀδελφὸν καταλλαγῆς, δεικνὺς, ὅτι πάντων μεῖζόν ἐστι τοῦτο. ἐβουλόμην παρεκτεῖναι τὸν λόγον· ἀλλ' ἀρκεῖ καὶ τὰ εἰρημένα τοῖς προσέχουσιν, ἐὰν μνημονεύωσι. μνημονεύωμεν οὖν διαπαντὸς τούτων τῶν ῥημάτων, ἀγαπητοὶ, καὶ τῶν ἁγίων φιλημάτων, καὶ τοῦ φρικωδεστάτου ἀσπασμοῦ τοῦ πρὸς ἀλλήλους. τοῦτο γὰρ συμπλέκει τὰς διανοίας ἡμῶν, καὶ ποιεῖ σῶμα γίνεσθαι ἓν ἅπαντας, ἐπειδὴ καὶ ἑνὸς σώματος μετέχομεν οἱ πάντες. κεράσωμεν οὖν ἑαυτοὺς εἰς σῶμα ἕν· οὐ τὰ σώματα ἀλλήλοις ἀναφύροντες, ἀλλὰ τὰς ψυχὰς ἀλλήλαις τῷ τῆς ἀγάπης συνδέσμῳ συνάπτοντες· οὕτω δυνησόμεθα μετὰ παρρησίας ἀπολαῦσαι τῆς προκειμένης τραπέζης. κἂν γὰρ μυρία ἔχωμεν δικαιώματα, μνησίκακοι δὲ ὦμεν, πάντα εἰκῇ καὶ μάτην, καὶ οὐδὲν ἐξ αὐτῶν εἰς σωτηρίας λόγον καρπώσασθαι δυνησόμεθα. ταῦτα οὖν συνειδότες, πᾶσαν καταλύσωμεν ὀργὴν, καὶ καθαίροντες ἑαυτῶν τὸ συνειδὸς, μετὰ πραότητος καὶ ἐπιεικείας πάσης προσέλθωμεν τῇ τραπέζῃ τοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ πᾶσα δόξα, τιμὴ, κράτος, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, &c.

A amicum faceret. Ille animam suam dedit pro iis, qui se oderant: tu vero inimicitiam servas contra conservum: & quo pacto adire poteris mensam pacis? Et ille ne mori quidem pro te recusavit: tu vero iram conservo tui ipsius causa remittere abnuis? Ecqua hæc venia digna sunt? Mihi damnum intulit, inquies, & admodum me læsit. Et quid hoc est? pecuniarum est damnum. Nondum enim vulneravit sicut Christum Judas. Attamen ipse sanguinem, qui effusus est, in ipsorum, qui effundebant, salutem dedit. Quid huic rei par dicere valeas? Si non dimiseris inimi-
B co, non illum lædis, sed teipsum. Illum siquidem sæpe in hac vita læsisti, teipsum vero venia indignum reddidisti, in actione futuri judicii. Nihil enim ita Deus odit ut hominem injuriarum memorem, ut cor tumens & animum ira ardentem. Audi igitur quid dicat: Cum obtuleris munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris adstans altari, quod frater tuus habeat aliquid adversum te: relinque munus tuum ad altare, & abiens reconciliare fratri tuo, & tunc offer munus tuum. Quid dicis, dimittam-ne? Etiam, inquit, ob pacem enim cum fratre tuo hoc sacrificium
C institutum est. Si igitur ob pacem cum fratre tuo servandam hoc sacrificium institutum est, tu autem pacem non inis; frustra sacrificium participas: inutile namque tibi hoc opus efficitur. Illud itaque primum facito, pro quo sacrificium oblatum est, & tunc illo pulcre frueris. Ideo descendit Filius Dei, ut naturam nostram Domino suo reconciliaret: neque ideo solum venit, sed etiam ut nos, si rem hujusmodi faceremus, suæ appellationis participes efficeret. Nam *beati*, inquit, *pacifici, quoniam ipsi filii Dei vocabuntur*. Quod enim fecit unigenitus filius Dei, id tu pro virili tua facito, ut pa-
D cis conciliator & tibi sis & aliis. Ideo te pacificum, filium Dei vocat: ideo tempore sacrificii nullum aliud præceptum memorat, quam reconciliationem cum fratre, ostendens illud omnium maximum esse. Volebam prolixiorem habere sermonem: sed iis qui sibi attendunt hæc sola sufficiunt, si memoriam retineant. Horum itaque, dilecti, verborum semper recordemur, necnon sanctorum osculorum, tremendique amplexus, quem mutuo damus. Hoc quippe animas colligat nostras, & omnes unum corpus efficit, quandoquidem & de uno corpore omnes participa-
E mus. Nos ergo in unum & idem corpus coalescamus: non corpora commiscentes, sed animas mutuo caritatis vinculo copulantes. Sic poterimus hac mensa cum fiducia frui: etiamsi enim sexcentis abundemus justitiæ operibus, si injuriarum memoriam retineamus, omnia in vanum & frustra cedunt, ac nullum inde fructum ad salutem excerpere poterimus. Hæc itaque docti, omnem solvamus iram, purgataque conscientia, cum mansuetudine & modestia omni accedamus ad mensam Christi, cum quo Patri gloria, honor, imperium, unà cum sancto Spiritu, nunc & semper, &c.

Matt. 5. 23.

Matth. 5. 9.

IN DIVINAM ET MYSTICAM Cœnam Salvatoris, & de proditione Judæ: in Pascha item, & in dispensationem divinorum Mysteriorum, & de oblivione injuriarum. Habita est Homilia in sancta & magna Feria quinta.

1. VOLEBAM, dilecti, de Patriarcha rursus sermonem habere, & inde vobis spirituale convivium apponere: sed ingratus proditoris animus, ad illius pertractandum facinus linguam nostram pertrahit, & diei opportunitas, ut de insania sceleris ejus agamus, nos cohortatur. Hodie quippe Dominus noster Jesus Christus a proprio discipulo Judæorum manibus traditus est. Verum tu hæc audiens, carissime, ne tristis esto, nec graviter feras, quod Dominus traditus sit: imo potius ingemisce & in fletus erumpe, non ob traditum Jesum, sed ob traditorem Judam. Nam traditus Jesus mundum servavit, proditor vero Judas animam suam perdidit. Proditus Jesus ad dexteram Patris sedet in cælis, proditor Judas in inferno nunc est, atque indeprecabile æternumque exspectat supplicium. Ideo ingemisce, ideo in fletus erumpe: quandoquidem & ipse Dominus noster Jesus Christus videns Judam turbatus est & flevit. *Videns* enim *eum*, inquit, *turbatus est, & dixit, Unus vestrum tradet me.* Quare turbatus est? Cogitans scilicet, eum post tantam doctrinam, post tam multas adhortationes, in quantum sese præcipitium ageret, non persentiscere. Videns igitur Dominus discipuli insaniam, & misericordia in eum motus, turbatus est & flevit. Hoc enim ultro citroque memorant Evangelistæ, ut Oeconomiæ veritati fidem faciant. Turbatus itaque est Dominus discipuli animum summopere ingratum intuitus; ut nos doceat illos maxime lugendos esse qui male agunt, non autem eos qui mala patiuntur. Nam qui injusta & indigna patiuntur, digni potius sunt, qui beati prædicentur. Quapropter dicebat Christus: *Beati qui persequutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Viden' quantum esse lucrum ostendit eorum, qui male patiuntur? Vide rursum alio in loco male agentium inevitabile supplicium: audi B. Paulum dicentem: *Vos autem, fratres, imitatores facti estis ecclesiarum Dei, quæ sunt in Judæa; quoniam eadem passi estis & vos a propriis contribulibus, quemadmodum & ipsi a Judæis, qui & Dominum occiderunt Jesum, & proprios suos Prophetas, & impedierunt vos loqui gentibus, ut salvæ fiant, ut impleant peccata sua: pervenit autem ira Dei super illos usque in finem.* Viden' eos maxime par esse lugere & fletu prosequi, qui mala perpetrant? Quapropter clementissimus Dominus, cum videret discipuli facinus, turbabatur & flebat, commisera-

Joan. 13. 21.

Lugendi sunt qui male agunt, non qui mala patiuntur.

Matt. 5. 10.

1. Thess. 2. 14.

ΕΙΣ ΤΟ ΘΕΙΟΝ ΚΑΙ ΜΥΣΤΙΚΟΝ δεῖπνον τοῦ σωτῆρος, καὶ περὶ τῆς τοῦ Ἰούδα προδοσίας, καὶ εἰς τὸ πάσχα, καὶ εἰς τὴν παράδοσιν τῶν θείων μυστηρίων, καὶ περὶ τοῦ μὴ μνησικακεῖν. λεχθεὶς τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ ε.

A ΕΒΟΥΛΟΜΗΝ, ἀγαπητοί, τῆς κατὰ τὸν πατριάρχην πάλιν ὑποθέσεως ἅψασθαι, καὶ ἐντεῦθεν ὑμῖν τὴν ἑστίασιν παραθεῖναι τὴν πνευματικήν· ἀλλ' ἡ τοῦ προδότου ἀγνωμοσύνη πρὸς τὴν κατ' αὐτὸν ὑπόθεσιν τὴν ἡμετέραν ἕλκει γλῶτταν, καὶ τῆς ἡμέρας ὁ καιρὸς προτρέπεται τῆς τόλμης αὐτοῦ τὴν μανίαν εἰπεῖν. σήμερον γὰρ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς προεδόθη ταῖς τῶν Ἰουδαίων χερσὶν ὑπὸ τοῦ οἰκείου μαθητοῦ. ἀλλὰ σὺ τοῦτο ἀκούων, ἀγαπητέ, μὴ ἁπλῶς κατηφὴς, μηδὲ στυγνάσῃς ἀκούων, ὅτι προεδόθη ὁ δεσπότης· μᾶλλον δὲ καὶ στέναξον, καὶ δάκρυσον, μὴ διὰ τὸν παραδοθέντα Ἰησοῦν, ἀλλὰ διὰ τὸν παραδόντα αὐτὸν Ἰούδαν. B ὁ μὲν γὰρ προδοθεὶς Ἰησοῦς τὴν οἰκουμένην ἔσωσεν, ὁ δὲ προδοὺς Ἰούδας τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἀπώλεσε· καὶ ὁ μὲν προδοθεὶς Ἰησοῦς ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς ἐν οὐρανοῖς κάθηται, ὁ δὲ προδοὺς Ἰούδας ἐν ᾅδου νῦν ἐστι, τὴν ἀπαραίτητον καὶ αἰώνιον ἀναμένων κόλασιν. διὰ τοῦτο στέναξον, διὰ τοῦτο δάκρυσον· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ὁ δεσπότης ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἰδὼν τὸν Ἰούδαν ἐταράχθη καὶ ἐδάκρυσεν. ἰδὼν γὰρ αὐτόν, φησιν, ἐταράχθη καὶ εἶπεν· εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με. καὶ τίνος ἕνεκεν ἐταράχθη; ἐννοῶν, ὅτι μετὰ τὴν τοσαύτην διδασκαλίαν, μετὰ τὰς τοσαύτας παραινέσεις, εἰς οἷον κρημνὸν ἑαυτὸν ὠθῶν οὐκ ᾐσθάνετο. θεωρῶν τοίνυν ὁ δεσπότης τοῦ μαθητοῦ τὴν μανίαν, καὶ C ἐπελεῶν αὐτὸν ἐταράχθη καὶ ἐδάκρυσε. τοῦτο γὰρ ἄνω καὶ κάτω τιθέασιν οἱ εὐαγγελισταὶ, ἵνα πιστώσωνται τῆς οἰκονομίας τὴν ἀλήθειαν. ἐταράχθη τοίνυν ὁ δεσπότης, ἰδὼν τοῦ μαθητοῦ τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀγνωμοσύνην, καὶ διδάσκων ἡμᾶς ἐκείνους μάλιστα θρηνεῖν, τοὺς κακῶς ποιοῦντας, οὐ τοὺς κακῶς πάσχοντας. οἱ γὰρ κακῶς καὶ ἀδίκως πάσχοντες, οὗτοι μᾶλλον μακαρισμοῦ ἄξιοί εἰσι. διὸ καὶ ἔλεγεν ὁ Χριστός· μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. εἶδες πόσον τὸ κέρδος ἔδειξε τῶν κακῶς παθόντων; βλέπε πάλιν ἀλλαχοῦ τῶν D κακῶς ποιούντων τὴν ἀπαραίτητον τιμωρίαν. ἄκουε τοῦ μακαρίου Παύλου λέγοντος· ὑμεῖς δὲ, ἀδελφοί, μιμηταὶ ἐγενήθητε τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ θεοῦ τῶν οὐσῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, ὅτι τὰ αὐτὰ ἐπάθετε καὶ ὑμεῖς ὑπὸ τῶν ἰδίων συμφυλετῶν, καθὼς καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, τῶν καὶ τὸν κύριον ἀποκτεινάντων Ἰησοῦν, καὶ τοὺς ἰδίους προφήτας, καὶ κωλυόντων ἡμᾶς, φησὶ, τοῖς ἔθνεσι λαλῆσαι, ἵνα σωθῶσιν, εἰς τὸ ἀναπληρῶσαι αὐτῶν τὰς ἁμαρτίας· ἔφθασε δὲ ἐπ' αὐτοὺς ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ εἰς τέλος. εἶδες, ὅτι ἐκείνους μάλιστα δίκαιον θρηνεῖν καὶ κόπτεσθαι τοὺς κακοποιοῦντας; διὰ τοῦτο E καὶ ὁ φιλάνθρωπος δεσπότης ὁρῶν τοῦ μαθητοῦ τὴν τόλμαν, ἐταράττετο καὶ ἐδάκρυε, τὴν περὶ τὸν μαθητὴν συμπά-

θείαν ἐπιδεικνύμενος, καὶ δεικνὺς αὐτοῦ τῆς φιλανθρωπίας τὸ μέγεθος, ὅτι καὶ μέχρις αὐτῆς τῆς προδοσίας οὐκ ἐπαύετο τῆς τοῦ μαθητοῦ διορθώσεως προνοούμενος. διὰ τοῦτον οὖν δάκρυσον πικρὸν καὶ στέναξον μᾶλλον, ἐπεὶ καὶ ὁ δεσπότης δι' ἐκεῖνον ἠθύμησεν. ἐταράχθη γάρ, φησιν, ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν· εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με. ὢ πόση εὐσπλαγχνία· πόση ἀγαθότης δεσπότου· ὁ προδοθεὶς ὑπὲρ τοῦ προδότου ἀλγεῖ. ὁρῶν γὰρ αὐτὸν ἐπιμένοντα τῇ πονηρίᾳ, ἐταράχθη καὶ εἶπεν· εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με. σκόπει, πόση μακροθυμία; πόση φιλανθρωπία; πῶς φείδεται τοῦ ἀγνώμονος; καὶ οὐ βούλεται αὐτὸν ἀναίσχυντον ἐργάσασθαι· ἀλλὰ πάντας εἰς δειλίαν ἐνάγει τοὺς μαθητὰς καὶ ἐναγωνίους ποιεῖ, πρὸς τὸ ἀφορμήν τινα ἐκείνῳ παρασχεῖν τοῦ μεταγνῶναι τῆς μανίας; ἀλλ' ὅταν ἀναίσθητος γένηται ἡ ψυχὴ μὴ δεχομένη τὸν σπόρον τῆς εὐσεβείας, οὐ παραίνεσιν δέχεται, οὐ συμβουλήν· ἀλλὰ σκοτωθεῖσα ὑπὸ τοῦ πάθους κατὰ κρημνῶν ἄπεισι. διόπερ οὐδὲ ἐντεῦθεν ἐκέρδανέ τι ἐκ τῆς τοσαύτης μακροθυμίας. εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με, φησί. τίνος ἕνεκεν ἐταράχθη καὶ ἠθύμησεν; ὁμοῦ καὶ τὴν φιλοστοργίαν τὴν ἑαυτοῦ ἐπιδεικνύμενος, καὶ διδάσκων ἡμᾶς, ὅτι ἐκείνους μάλιστα δεῖ θρηνεῖν, τοὺς κακῶς τὸν πλησίον κατεργαζομένους. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι καθ' ἑαυτῶν τὴν ὀργὴν ἐπιφέρουσιν. οὐχὶ δὲ τὸν πάσχοντα κακῶς, ἀλλὰ τὸν ποιοῦντα κακά, τοῦτον θρηνεῖν πανταχοῦ δίκαιον. τὸ μὲν γὰρ κακῶς παθεῖν, τὴν βασιλείαν ἡμῖν τῶν οὐρανῶν προξενεῖ· τὸ δὲ κακῶς ποιῆσαί τινι, αἴτιον ἡμῖν τῆς γεέννης καὶ τῆς κολάσεως γίνεται. μακάριοι γάρ, φησιν, οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης. ὁρᾷς, πῶς τὸ κακῶς παθεῖν ἔχει μισθὸν καὶ ἔπαθλον, τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν; ἄκουσον πῶς καὶ τὸ κακῶς ποιῆσαι κόλασιν φέρει καὶ τιμωρίαν. εἰπὼν γὰρ ὁ Παῦλος περὶ τῶν Ἰουδαίων, ὅτι τὸν κύριον ἀπέκτειναν, καὶ τοὺς προφήτας ἐδίωξαν, ἐπήγαγεν· ὧν τὸ τέλος ἐστὶ κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν. εἶδες πῶς οἱ μὲν διωκόμενοι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν λαμβάνουσιν· οἱ δὲ διώκοντες τὴν τοῦ θεοῦ ὀργὴν κληρονομοῦσι; ταῦτα δὲ οὐχ ἁπλῶς κινοῦμεν ἐπὶ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, ἀλλ' ἵνα παιδευώμεθα πρὸς τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν μὴ ὀργίζεσθαι· ἀλλ' ἵνα μᾶλλον ἐλεῶμεν αὐτοὺς, καὶ δακρύωμεν καὶ ἀλγῶμεν ὑπὲρ αὐτῶν. ἐκεῖνοι γάρ εἰσιν οἱ κακῶς πάσχοντες, οἱ ἐχθραίνοντες ἡμῖν μάτην. ἂν οὕτω παρασκευάσωμεν ἡμῶν τὴν ψυχήν, ὡς μὴ ὀργίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἀλγεῖν ὑπὲρ αὐτῶν, δυνησόμεθα κατὰ τὴν τοῦ κυρίου φωνὴν καὶ ὑπερεύχεσθαι αὐτῶν, καὶ πολλὴν διὰ τούτου τὴν ἄνωθεν ἐπισπάσασθαι ῥοπήν. διὰ γὰρ τοῦτο τετάρτην ἡμέραν ἔχω διαλεγόμενος ὑμῖν περὶ εὐχῆς τῆς ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν, ἵνα μόνιμος γένηται τῆς διδασκαλίας ὁ λόγος τῇ συνεχείᾳ τῆς παραινέσεως, ἵνα ῥιζωθῇ ὑμῶν ταῖς διανοίαις. διὰ τοῦτο συνεχῶς ἐπαντλοῦμεν ὑμῖν τοῖς ῥήμασιν, ὥστε τὸ οἴδημα τῆς ὀργῆς ἀπονοσῆσαι, καὶ κατασταλῆναι τὴν φλεγμονήν, καὶ καθαρὸν ὀργῆς εἶναι τῇ εὐχῇ προσιόντα. οὐδὲ γὰρ ὁ Χριστὸς ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ταῦτα παραινεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἡμῶν τῶν

A tionem erga discipulum suam ostendens, benignitatisque suæ magnitudinem exhibens, quod vel usque ad ipsam proditionem, discipuli emendationi prospicere non cessaret. Propter hunc igitur potius acerbe luge & ingemisce, quia Dominus illius causa mœstus fuit. *Turbatus est*, inquit, *Jesus, & dixit, Unus vestrum tradet me.* O quantam misericordiam! quantam Domini bonitatem! Qui proditur proditoris gratiâ dolet. Videns enim eum in nequitia immorantem, *turbatus est & dixit, Unus vestrum tradet me.* Vide, quantam animi tolerantiam! quantam humanitatem! Quomodo ingrato parcit, nec vult eum impudentissime agere: sed omnes discipulos in timorem & anxietatem deducit, ut illi ansam præbeat resipiscendi ab insania. At cum anima omni dimisso sensu semen pietatis non accipit, non admonitionem, non consilium admittit; sed affectu animi obtenebrata per præcipitia abit. Quamobrem neque hic ex tanta Christi patientia quidpiam lucratus est. *Unus vestrum tradet me*, inquit. Cur turbatus & mœrore affectus est? Ut suum simul amorem ostenderet, nosque doceret, eos maxime lugendos esse, qui contra proximum mala perpetrant. Etenim illi iram contra seipsos excitant. Neutiquam eum qui male patitur, sed eum qui mala perpetrat, ubique lugere par est. Nam si male patiamur, id nobis regnum cælorum adipiscitur; sin male cuipiam faciamus, id in causa est ut in gehennam & supplicium mittamur. Nam *beati*, inquit, *qui persequutionem patiuntur propter justitiam.* Viden' quomodo male pati, in mercedem & præmium afferat regnum cælorum? Audi quomodo mala perpetrare pœnam & supplicium afferat: cum enim dixisset Paulus, quod Judæi Dominum occidissent, & prophetas persequuti essent, adjecit: *Quorum finis est secundum opera eorum.* Viden' quomodo ii, qui persequutionem patiuntur, regnum cælorum lucrentur; ii vero, qui persequuntur, iram Dei in hereditatem accipiant? Hæc porro non temere apud caritatem vestram agitamus; sed ut discamus adversus inimicos nostros non irasci; sed potius ut misericordia erga illos moveamur, illorumque gratia mœrorem & planctum assumamus. Illi quippe male patiuntur, qui sine causa nobis adversantur. Si animum nostrum ita comparemus, ut non irascamur; sed illorum gratia doleamus, etiam poterimus secundum Domini vocem pro illis orare, illoque modo multam nobis opem cælitus conciliare. Ideo quarta jam die apud vos sermonem habeo de oratione pro inimicis, ut admonitionis frequentiâ firmior sit doctrina, ut radices agat in animis vestris. Ideoque frequenter apud vos sermonibus instamus, ut iræ tumorem tollamus, & fervorem sedemus, utque puri ad orationem accedatis. Neque enim Christus inimicorum tantum gratia ad id hortatur, sed etiam nostri causa,

Joan.13.21.

Matt.5.10.

2.Cor.11.15.

Orandum pro inimicis.

qui illis peccata remittimus. Plura enim accipis, quam das, cum iram tuam inimico dimittis. Quomodo plus accipio, inquies? Attende diligenter. Si inimico peccata dimittas, delicta tua in Christum perpetrata dimittuntur tibi. Hæc porro vix dimitti & veniam habere poſſunt, illa vero veniam & ſolatium multum reperiunt. Audi Heli filiis ſuis dicentem: *Si peccans peccaverit homo in hominem, ſacerdos orabit pro eo: ſi vero in Deum peccaverit, quis pro illo orabit?* Itaque magnum eſt vulnus illud, neque facile oratione ſolvitur. Imo ne oratione quidem ſolvitur tale delictum, ſed per veniam peccatorum inimico conceſſam ſtatim ſolvitur. Ideo illa quidem decem millia talenta vocavit Deus, nempe delicta in Dominum: hæc vero centum denarios, quos ſi dimiſeris, dimittentur tibi decem millia talenta.

1.Reg.2.25.

2. Verum de oratione ſatis. Si placet autem, repetito paulo altius ſermone, ad proditionem redeamus, videamuſque quomodo Dominus noſter proditus ſit. Ut vero totam proditoris inſaniam ediſcamus, ſimulque ingratum diſcipuli animum & Domini ineffabilem clementiam agnoſcamus, audiamus quomodo Evangeliſta nobis ejus facinus enarret. *Tunc*, inquit, *abiit unus de duodecim, Judas, dictus Iſcariotes, ad principes ſacerdotum & dixit eis, Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam eum?* Videtur quidem id quod dictum eſt clarum eſſe nihilque amplius ſubindicare: ſed ſi quis ſingula, quæ dicta ſunt, examinet, magnam præbent contemplandi materiam, multamque ſenſuum profunditatem. Primo tempus conſiderandum eſt. Non enim ſimpliciter illud indicat Evangeliſta, neque enim dixit ſolum, *abiit:* ſed adjecit, *tunc abiit.* Tunc, quandonam? Ecqua de cauſa tempus indicat? Non ſine cauſa nobis tempus ſignificat Evangeliſta ex Spiritu ſancto loquens. Nam qui ex Spiritu loquitur, nihil ſine cauſa vel temere loquitur. Quid igitur eſt illud, *tunc?* Ante illud tempus, ante illam horam acceſſit puella habens alabaſtrum unguenti, & effudit oleum illud ſuper caput Domini. Multam fidem oſtendit mulier, multam miniſtrandi curam, obedientiam, pietatem. Mutata eſt a priſtina vita, meliorque ac temperantior effecta eſt. Et cum meretrix reſipuit, cum Dominum agnovit, tunc diſcipulus magiſtrum prodidit. Tunc, quandonam? cum meretrix accedens, effuſo ſuper pedes Jeſu alabaſtro, propriis illos capillis abſterſit, multumque miniſterium exhibuit, per hujuſmodi confeſſionem cuncta præteriti temporis peccata delens. Tunc itaque, cum illam vidit tantum officium magiſtro exhibentem, tunc ille ad iniquam proditionem feſtinavit. Et illa quidem ex ipſo nequitiæ fundo in ipſum cælum aſcendit; hic vero poſt innumera miracula & ſigna, poſt tantam doctrinam, poſt ineffabilem illam Domini adtemperationem, in Tartari

Matth. 26. 14.

A ἀφιέντων ἐκείνοις τὰ ἁμαρτήματα. μείζονα γὰρ λαμβάνεις, ἢ δίδως, ἀφιεὶς τὴν ὀργὴν τῷ ἐχθρῷ. καὶ πῶς μείζονα λαμβάνω, φησί; πρόσεχε ἀκριβῶς. ἐὰν ἀφίῃς τοίνυν τὰ εἰς τὸν ἐχθρὸν ἁμαρτήματα, συγχωρεῖταί σοι τὰ εἰς τὸν δεσπότην πλημμελήματα. ἐκεῖνα ἀνίατά ἐστι καὶ ἀσύγγνωστα, ταῦτα δὲ πολλὴν ἔχει παραμυθίαν καὶ συγγνώμην. ἄκουσον γοῦν τοῦ Ἠλὶ λέγοντος πρὸς τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ· ἐὰν ἁμαρτάνων ἁμάρτῃ ἄνθρωπος εἰς ἄνθρωπον, ὁ ἱερεὺς προσεύξεται περὶ αὐτοῦ· ἐὰν δὲ εἰς τὸν θεὸν ἁμάρτῃ, τίς προσεύξεται περὶ αὐτοῦ; ὥστε ἐκεῖνο μέγα τραῦμα, οὐδ' εὐχῇ ῥᾳδίως λύεται. καὶ εὐχῇ μὲν οὐ λύεται τὸ τοιοῦτον παράπτωμα, συγχωρήσει δὲ τῶν ἁμαρτημάτων τῶν εἰς τὸν B ἐχθρὸν λύεται παραυτίκα. διὸ ἐκεῖνα μὲν μυρία τάλαντα ἐκάλεσεν ὁ θεὸς, τὰ εἰς τὸν δεσπότην ἁμαρτήματα· ταῦτα δὲ, ἑκατὸν δηνάρια· ἃ ἐὰν ἀφῇς, ἀφεθήσεταί σοι τὰ μυρία τάλαντα.

Ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς εὐχῆς ἱκανῶς εἴρηται. εἰ δὲ δοκεῖ, μικρὸν ἀνωτέρω τὸν λόγον ἀναγαγόντες, ἐπὶ τὸν τῆς προδοσίας ἐπανέλθωμεν λόγον, καὶ ἴδωμεν πῶς παρεδόθη ἡμῶν ὁ δεσπότης. ἵνα δὲ καὶ τοῦ προδότου τὴν μανίαν ἅπασαν καταμάθωμεν, καὶ τοῦ μαθητοῦ τὴν ἀγνωμοσύνην γνῶμεν καὶ τοῦ δεσπότου τὴν ἄφατον φιλανθρωπίαν, ἀκούσωμεν τοῦ C εὐαγγελιστοῦ, πῶς ἡμῖν αὐτοῦ διηγεῖται τὴν τόλμαν. τότε, φησὶ, πορευθεὶς εἷς τῶν δώδεκα, Ἰούδας ὁ λεγόμενος Ἰσκαριώτης πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς, εἶπεν αὐτοῖς· τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; δοκεῖ μὲν γὰρ σαφὲς εἶναι τὸ λεγόμενον, καὶ μηδὲν πλέον αἰνίττεσθαι· εἰ δέ τις ἀκριβῶς ἐξετάσειεν ἕκαστον τῶν εἰρημένων, πολλὴν ἔχει θεωρίαν καὶ πολὺ τὸ βάθος τῶν νοημάτων. καὶ πρῶτον, ὁ καιρός. οὐ γὰρ ἁπλῶς αὐτὸν ἐπισημαίνεται ὁ εὐαγγελιστής. οὐ γὰρ εἶπε, πορευθεὶς, ἁπλῶς· ἀλλὰ προσέθηκε, τότε πορευθείς. τότε, πότε; καὶ τίνος ἕνεκεν ἐπισημαίνει τὸν χρόνον; οὐχ ἁπλῶς ἡμῖν ἐπισημαίνεται τὸν καιρὸν ὁ εὐαγγελιστὴς πνεύματι ἁγίῳ φθεγγόμενος. ὁ γὰρ D πνεύματι φθεγγόμενος, οὐδὲν ἁπλῶς, οὐδὲ εἰκῇ φθέγγεται. τί οὖν ἐστι τὸ, τότε; περὶ αὐτοῦ τοῦ χρόνου, περὶ αὐτῆς τῆς ὥρας προσῆλθε κόρη ἀλάβαστρον μύρου ἔχουσα, καὶ κατέχεε τὸ ἔλαιον ἐκεῖνο ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ κυρίου. ἐπεδείξατο πολλὴν πίστιν ἡ γυνὴ, ἐπεδείξατο πολλὴν θεραπείαν, ἐπεδείξατο πολλὴν ὑπακοὴν καὶ εὐλάβειαν. μετεβάλλετο ἀπὸ τοῦ βίου τοῦ προτέρου, καὶ ἐγίνετο βελτίων καὶ σωφρονεστέρα. καὶ ὅτε ἡ πόρνη μετενόησεν, ὅτε τὸν δεσπότην ἐπέγνω, τότε ὁ μαθητὴς τὸν διδάσκαλον παρέδωκε. τότε· πότε; ὅτε πόρνη προσελθοῦσα, τὸ ἀλάβαστρον τοῦ μύρου καταχέασα κατὰ τῶν ποδῶν τοῦ Ἰησοῦ, ταῖς E οἰκείαις θριξὶν ἐξέμαξε, καὶ πολλὴν τὴν θεραπείαν ἐπεδείκνυτο, τὰ ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ ἁμαρτήματα ἐξαλείψασα διὰ τῆς ἐξομολογήσεως αὐτῆς. τότε οὖν, ὅτε ἐκείνην ἐθεάσατο τοσαύτην θεραπείαν τῷ διδασκάλῳ ἐπιδειξαμένην, τότε αὐτὸς ἐπὶ τὴν παράνομον προδοσίαν ἔσπευσε. κἀκείνη μὲν ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πυθμένος τῆς κακίας εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν ἀνῆλθεν· οὗτος δὲ μετὰ μυρία θαύματα καὶ σημεῖα, μετὰ τὴν τοσαύτην διδασκαλίαν, μετὰ τὴν ἄφατον συγκατάβασιν εἰς αὐτὸν τὸν πυθμένα τῶν ταρτάρων

κατέπεσε. τοσοῦτόν ἐστι ῥᾳθυμία κακὸν καὶ προαίρεσις διεφθαρμένη. διὸ καὶ Παῦλος ἔλεγεν· ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ. καὶ ὁ προφήτης πάλαι ἐβόα· μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται; ἢ ὁ ἀποστρέφων οὐκ ἐπιστρέφει; ἵνα μήτε ὁ ἑστὼς θαρρῇ, ἀλλ' ἐναγώνιος ᾖ διηνεκῶς, μήτε ὁ καταπεσὼν ἀπογνῷ ἑαυτοῦ. τοσαύτη γὰρ ἡ δύναμις τοῦ διδασκάλου, ὡς καὶ πόρνας καὶ τελώνας ἐπισπάσασθαι πρὸς τὴν οἰκείαν ὑποταγήν. τί οὖν φησιν; ὁ πόρνας ἐπισπασάμενος, μαθητὴν οὐκ ἴσχυσεν ἐπισπάσασθαι; ναὶ, ἴσχυεν ἐπισπάσασθαι καὶ τὸν μαθητήν· ἀλλ' οὐκ ἐβούλετο αὐτὸν ἀνάγκῃ ποιῆσαι καλὸν, οὐδὲ βίᾳ ἑλκῦσαι αὐτὸν πρὸς ἑαυτόν. διὰ τοῦτο ὁ εὐαγγελιστὴς διηγούμενος ἡμῖν τὰ κατὰ τὸν μαθητὴν τὸν ἀγνώμονα ἔλεγε· τότε πορευθεὶς, τουτέστιν, οὐχ ὑφ' ἑτέρων κληθεὶς, οὔτε βιασθεὶς παρ' ἄλλου, οὐδὲ παρ' ἑτέρου δεξάμενος τὴν προτροπήν· ἀλλ' οἴκοθεν κινούμενος ἐπὶ τοῦτο ἐτράπη, δεικνὺς ὅτι αὐτομάτως, καὶ ἐξ οἰκείας γνώμης ἐπὶ τὸ παράνομον τοῦτο τόλμημα ὥρμησεν, ἐξ οὐδεμιᾶς αἰτίας κινούμενος, ἀλλ' ὑπὸ τῆς πηγαζούσης ἔνδοθεν κακίας ἐπὶ τὴν προδοσίαν τοῦ δεσπότου ἑαυτὸν ὠθήσας. τότε πορευθεὶς εἷς τῶν δώδεκα. καὶ τοῦτο οὐ μικρὸν ἔγκλημα τὸ εἰπεῖν, εἷς τῶν δώδεκα. ἐπειδὴ γὰρ ἦσαν καὶ ἕτεροι ἑβδομήκοντα μαθηταὶ, διὰ τοῦτο εἶπεν, εἷς τῶν δώδεκα, τουτέστι, τῶν ἐγκρίτων, τῶν καὶ καθ' ἑκάστην αὐτῷ συναναστρεφομένων, τῶν πολλῆς ἀπολαυόντων τῆς παρρησίας. ἵνα οὖν μάθῃς ὅτι μαθητὴς ἦν τῶν δοκίμων, φησὶν, εἷς τῶν δώδεκα. καὶ οὐ παρασιωπᾷ ταῦτα γράφων ὁ εὐαγγελιστὴς, ἵνα σὺ πεισθῇς ὅτι ταῦτα τὰ δοκοῦντα ἐπονείδιστα εἶναι δείκνυσι τοῦ δεσπότου τὴν πρὸς ἡμᾶς κηδεμονίαν, ὅτι τὸν προδότην, τὸν κλέπτην τοσούτων ἠξίωσεν ἀγαθῶν, καὶ μέχρι τῆς ἐσχάτης ἑσπέρας παρῄνει. εἶδες πῶς ἡ πόρνη μὲν ἐσώθη, ἐπειδὴ ἐνῆψεν· ὁ μαθητὴς δὲ ῥᾳθυμήσας κατέπεσε; μὴ τοίνυν ἀπογνῷς ἑαυτοῦ πρὸς τὴν πόρνην ἀφορῶν, μηδὲ θαρσήσῃς πάλιν πρὸς τὴν τοῦ μαθητοῦ τόλμαν ἀπιδών· ἀμφότερα γὰρ ὀλέθρια. εὐόλισθος γὰρ ἡμῶν ἡ γνώμη, εὐπερίτρεπτος ἡ προαίρεσις· διὸ πάντοθεν ἀσφαλίζεσθαι χρή. τότε πορευθεὶς εἷς τῶν δώδεκα, Ἰούδας Ἰσκαριώτης. ὁρᾷς ποίου χοροῦ ἐξέπεσεν; ὁρᾷς ποίας διδασκαλίας ἑαυτὸν ἐστέρησεν; ὁρᾷς πόσον κακὸν ἡ ῥᾳθυμία; Ἰούδας, φησὶν, ὁ Ἰσκαριώτης, ἐπειδὴ ἕτερος ἦν τούτῳ ὁμώνυμος ὁ λεγόμενος Ἰακώβου. ὁρᾷς τοῦ εὐαγγελιστοῦ τὴν σοφίαν, ὅτι οὐκ ἀπὸ τοῦ τολμήματος, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ τόπου δῆλον ἡμῖν αὐτὸν ποιεῖ, ἐκεῖνον οὐκ ἀπὸ τοῦ τόπου, ἀλλ' ἀπὸ τῆς πατρωνυμίας γνώριμον ποιῶν; καίτοιγε ἀκόλουθον ἦν εἰπεῖν, Ἰούδαν τὸν προδότην. ἀλλ' ἵνα ἡμᾶς παιδεύσῃ καθαρὰν ἔχειν κατηγορίας τὴν γλῶτταν, καὶ αὐτὸ τὸ εἰπεῖν προδότου φείδεται. παιδευώμεθα τοίνυν μηδένα τῶν ἐχθρῶν κακῶς μεμνῆσθαι. εἰ γὰρ ὁ μακάριος οὗτος τὸν προδότην οὐκ ἠνέσχετο κατηγορῆσαι, τὸ παράνομον τοῦτο τόλμημα διηγούμενος· τοῦτο μὲν ἀπεσιώπησεν· ἀπὸ δὲ τοῦ τόπου, ὅθεν ὥρμητο, δῆλον αὐτὸν ποιεῖ· ποίας ἂν εἴημεν ἡμεῖς ἄξιοι συγγνώμης τοὺς πλησίον κακηγοροῦντες; καὶ πολλάκις οὐ μόνον τῶν

A fundum decidit. Tantum malum est socordia & corrupta voluntas. Quamobrem Paulus dicebat : *Qui videtur stare, videat ne cadat* : & Propheta clamabat olim : *Num qui cadit, non resurget? & qui avertit se, non revertetur?* Ut neque is qui stat confidat, sed semper certando consistat; nec qui decidit, desperet. Tanta enim vis erat magistri, ut etiam meretrices & publicanos pertraheret ad propriam obsequentiam. Quid ergo, inquies, qui meretrices pertraxit; discipulum non potuit pertrahere? Etiam potuit & discipulum B pertrahere : sed noluit ipsum necessitate facere bonum, neque vi illum ad seipsum pertrahere. Ideo Evangelista nobis ea narrans, quæ ad ingratum discipulum spectabant, dixit, Tunc abiit, id est, non ab aliis vocatus, neque coactus ab alio, neque alio se hortante; sed suopte motu ad id conversus est, ostendens se sua sponte & proprio arbitrio ad iniquum illud facinus properasse, nulla movente causa; sed a nequitia intus scaturiente ad Domini traditionem seipsum impulit. *Tunc abiens unus de duodecim.* C Non parvum crimen illud est quod dicatur, *unus de duodecim.* Quia enim erant & alii septuaginta discipuli, ideo dixit, *Unus de duodecim*; id est, ex selectis, qui quotidie cum illo versabantur, qui magna fiducia fruebantur. Ut igitur discas ipsum ex præcipuis discipulis fuisse, ait, *Unus de duodecim*: neque id tacet Evangelista, ut tu credas, hæc, quæ videntur probrosa esse, Domini erga nos solicitudinem ostendere: quod scilicet proditorem & furem tot bonis dignatus, & usque ad ultimam vesperam cohortatus D sit. Vidistin' meretricem, quæ abluerat, salutem nactam esse, discipulum vero, quia segnis fuerat, decidisse? Ne igitur de te desperes, ad meretricem respiciens; neque confidas ad discipuli facinus oculos convertens : ambo enim perniciosa sunt. Ad lapsum enim proclivis est animus noster, volubilis voluntas : quamobrem undique nos muniamus oportet. *Tunc abiens unus de duodecim Judas Iscariotes.* Viden' ex quanto choro decidit? Viden' quanta sese disciplina privavit? Viden' quantum sit malum segnities? *Judas*, inquit, *Iscariotes*, quia alius erat huic cognominis, qui dice- E batur Jacobi. Viden' Evangelistæ sapientiam, qui illum non a facinore, sed a loco notum nobis facit, qui alium non a loco, sed a patris nomine cognoscendum nobis præbet; licet consequenter dicturus videretur, Judam proditorem? Verum ut nos doceret linguam servare a criminatione puram, a proditoris nomine abstinet. Discamus igitur inimicorum neminem cum convitio memorare. Si enim beatus hic vir proditorem noluit criminari, cum hoc iniquum facinus enarraret; sed hoc quidem tacuit, a loco autem unde prodierat notum illum fecit; qua erimus venia digni, cum proximum criminamur, ac sæpe non solum inimicos cum contumelia

1. Cor. 10. 12.

Jer. 8. 4.

Deus non necessitate pertrahit ad bonum agendum.

memoramus, sed etiam eos, qui erga nos bene affecti videntur. Ne, quæso, id agamus. Id & Paulus præcipit dicens: *Omnis sermo malus de ore vestro ne prodeat.* Ideo ab hujusmodi morbo plane purus beatus Matthæus dicebat: *Tunc abiens unus de duodecim, qui dicebatur Judas Iscariotes, ad principes sacerdotum dixit, Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam eum?* O exsecrandam vocem! ô insanum facinus! Dum hæc cogito, tremo, dilecti. Quomodo talis vox ex ore exsiliit? Quomodo linguam movit? Quomodo anima a corpore non abscessit? Quomodo labia non obtorpuerunt? Quomodo non mente excessit?

Ephes. 4. 29.

3. *Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam eum?* Dic mihi, Juda, hæccine magister tanto tempore te docuit? Itane in oblivionem frequentium admonitionum venisti? Nonne ideo dixit, *Nolite possidere aurum, neque argentum*, ut jam inde a principio tuum erga pecunias furorem comprimeret? Nonne hortabatur dicens: *Si quis te percusserit in maxillam dexteram, verte illi & aliam?* Cur, quæso, magistrum prodis? An quia potestatem tibi dedit adversus dæmonia, ita ut morbos curares, leprosos mundares, & alia multa miracula perpetrares? Pro hisne beneficiis, hæc illi præmia retribuis? O furorem! imo potius, avaritiam: hæc enim mala omnia avaritia peperit, radix illa malorum, quæ animas nostras obtenebrat, necnon ipsas leges naturæ, quæ id efficit, ut mente excedamus, neque permittit ut vel amicitiæ, vel cognationis, vel alterius cujuspiam recordemur: sed semel excæcans oculos mentis nostræ, nos in tenebris incedere facit. Et ut hoc clare discas, vide quanta tunc ejecerit ex anima Judæ. Subingressa isthæc avaritia, colloquia, consuetudinem, communionem, mirabilem illam doctrinam, omnia, inquam, illa in oblivionem adduxit. Pulcre dicebat Paulus, *Radix omnium malorum est avaritia. Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam eum?* Tradis, Juda, eum qui omnia continet verbo? Vendis incomprehensibilem, & opificem cæli & terræ, creatorem naturæ nostræ, qui verbo & nutu omnia constituit? Ut igitur ostendat quod lubens traditus sit, audi quid faciat. Ipso proditionis tempore, quando invaserunt eum cum gladiis & lignis, lampadibus & laternis instructi, dicit eis: *Quem quæritis?* Et ignorabant eum, quem capturi erant. Tantum aberat ut eum prodere posset, qui neque præsentem eum videre poterat, quem traditurus erat, etsi tot lampadibus luminibusque instructus: quod enim hæc subindicaret cum dixit eos, & lampades & laternas habuisse, neque sic eum invenisse, id innuit cum ait, *Et Judas stabat cum illis*, is qui dixerat, *Ego vobis tradam eum.* Eorum quippe mentem excæcavit, ut potentiam suam ostenderet, & illi discerent ea se aggredi, quæ fieri non possent. Deinde audita

Matt. 10. 9.

Matt. 5. 39.

1. Tim. 6. 10.

Joan. 18. 4.

A ἐχθρῶν μεμνήμεθα μεθ' ὕβρεως, ἀλλὰ καὶ τῶν δοκούντων πρὸς ἡμᾶς ἔχειν διάθεσιν. μή, παρακαλῶ. τοῦτο καὶ Παῦλος παραινεῖ λέγων· πᾶς λόγος σαπρὸς ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν μὴ ἐκπορευέσθω. διὰ τοῦτο πάντως τοιούτου πάθους καθαρεύων ὁ μακάριος Ματθαῖος ἔλεγε· τότε πορευθεὶς εἷς τῶν δώδεκα, ὁ λεγόμενος Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτης, πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς εἶπε, τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; ὢ μιαρᾶς φωνῆς· ὢ τόλμης ἄνοια· ἐνθυμούμενος τρέμω, ἀγαπητοί, πῶς ἐξεπήδησε τοῦ στόματος ἡ φωνή, πῶς τὴν γλῶτταν ἐκίνησε, πῶς οὐκ ἀπέστη τοῦ σώματος ἡ ψυχή, πῶς
B οὐκ ἐνάρκησαν τὰ χείλη, πῶς οὐκ ἐξέστη τῇ διανοίᾳ;

Τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; εἰπέ μοι, Ἰούδα, ταῦτά σοι ἐπαίδευσεν ὁ διδάσκαλος ἐν τοσούτῳ χρόνῳ; οὕτω λήθην ἐποιήσω τῶν συνεχῶν παραινέσεων; οὐ διὰ τοῦτο ἔλεγε, μὴ κτήσεσθε χρυσόν, μήτε ἄργυρον, ἄνωθεν προαναστέλλων σου τὴν περὶ τὰ χρήματα μανίας τὴν ὑπερβολήν; οὐ παρῄνει λέγων, ἐάν τις σε ῥαπίσῃ εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην; τίνος ἕνεκεν, εἰπέ μοι, παραδίδως τὸν διδάσκαλον; ὅτι τὴν κατὰ τῶν δαιμόνων ἐξουσίαν σοι παρέδωκεν, ὡς
C καὶ νοσήματα θεραπεύειν, καὶ λεπροὺς καθαίρειν, καὶ ἕτερα πολλὰ τοιαῦτα θαύματα ἐπιδείκνυσθαι; ἀντὶ οὖν τῶν εὐεργεσιῶν τούτων ταύτας αὐτῷ ἀποδίδως τὰς ἀμοιβάς; ὢ τῆς μανίας, μᾶλλον δὲ τῆς φιλαργυρίας. πάντα γὰρ ταῦτα τὰ κακὰ ἡ φιλαργυρία πεποίηκεν, ἡ ῥίζα τῶν κακῶν, ἥτις τὰς ψυχὰς ἡμῶν σκοτοῖ, καὶ αὐτοὺς τοὺς τῆς φύσεως νόμους, καὶ αὐτῶν ἡμᾶς ἐκβάλλει τῶν φρενῶν, καὶ οὐκ ἀφίησιν οὔτε φιλίας οὔτε συγγενείας οὔτε ἄλλου τινὸς μεμνῆσθαι· ἀλλὰ καθάπαξ πηρώσασα ἡμῶν τὰ ὄμματα τῆς διανοίας, οὕτως ἐν σκότει ποιεῖ βαδίζειν. καὶ ἵνα μάθῃς τοῦτο σαφῶς, ὅρα τότε πόσα ἐξέβαλεν ἐκ τῆς τοῦ Ἰούδα ψυχῆς. αὕτη ἐπεισελθοῦσα τὴν ὁμιλίαν, τὴν συν-
D ήθειαν, τὴν κοινωνίαν, τὴν θαυμαστὴν διδασκαλίαν, πάντα ταῦτα εἰς λήθην ἐνέβαλεν ἡ φιλαργυρία. καλῶς ἔλεγε Παῦλος, ὅτι ῥίζα πάντων τῶν κακῶν ἐστιν ἡ φιλαργυρία. τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; παραδίδως, Ἰούδα, τὸν τὰ πάντα συνέχοντα λόγῳ; πωλεῖς τὸν ἀκατάληπτον, τὸν κτιστὴν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς; τὸν δημιουργὸν τῆς ἡμετέρας φύσεως; τὸν λόγῳ καὶ νεύματι τὰ πάντα συστησάμενον; ἵνα οὖν δείξῃ ὅτι ἑκὼν παρεδόθη, ἄκουσον τί ποιεῖ. κατ' αὐτὸν τὸν καιρὸν τῆς προδοσίας, ὅτε ἐπῆλθον αὐτῷ μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων λαμπάδας
E καὶ φανοὺς ἔχοντες, λέγει αὐτοῖς, τίνα ζητεῖτε; καὶ ἠγνόησαν ὃν ἤμελλον συλλαμβάνειν. τοσοῦτον ἀπεῖχεν ἐκεῖνος τοῦ δυνηθῆναι παραδοῦναι αὐτόν, ὅτι οὐδὲ ὁρᾶν αὐτὸν ἠδύνατο παρόντα, ὃν ἤμελλε παραδιδόναι, καὶ ταῦτα λαμπάδων οὐσῶν καὶ φωτὸς τοσούτου. ὅτι γὰρ τοῦτο αἰνιττόμενος εἶπεν, ὅτι λαμπάδας καὶ φανοὺς εἶχον, καὶ οὐδὲ οὕτως αὐτὸν ηὕρισκον, φησὶ, γὰρ καὶ Ἰούδας εἱστήκει μετ' αὐτῶν· ἐκεῖνος εἰπών, ἐγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν. ἐπήρωσε γὰρ αὐτῶν τὴν διάνοιαν, βουλόμενος δεῖξαι τὴν οἰκείαν δύναμιν, καὶ ἵνα μάθωσιν ὅτι ἀδυνάτοις ἐπιχειροῦσιν. εἶτα ἀκούσαντες

A τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἀπῆλθον ὕπτιοι, καὶ ἔπεσον χαμαί. εἶδες πῶς οὔτε τὴν φωνὴν ἐνεγκεῖν ἠδυνήθησαν, ἀλλὰ διὰ τῆς καταπτώσεως τὴν ἑαυτῶν ἀσθένειαν ἐναργῶς ἀπέδειξαν; ὅρα δεσπότου φιλανθρωπίαν. ἐπειδὴ οὐδὲ οὕτω καθεῖλε τῆς ἀναισχυντίας τοῦ προδότου, οὔτε τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀγνωμοσύνης, ἑαυτὸν ἐκδίδωσι, καί φησιν ὁ κύριος· ὅτε ἔδειξα ὡς ἀδυνάτοις ἐπιχειροῦσιν, ἠβουλήθην αὐτῶν ἀναστεῖλαι τὴν μανίαν. οὐ βούλονται, ἀλλ' ἔτι ἐπιμένουσι τῇ πονηρίᾳ. ἰδοὺ ἐμαυτὸν παραδίδωμι. ταῦτα λέγω ὑμῖν, ἵνα μὴ κατηγορήσωσί τινες τοῦ Χριστοῦ, λέγοντες, διὰ τί οὐ μετέβαλε τὸν Ἰούδαν; διὰ τί οὐκ ἐποίησεν B αὐτὸν βελτίονα; καὶ πῶς ἔδει ποιῆσαι τὸν Ἰούδαν σώφρονα καὶ ἐπιεικῆ; ἀνάγκῃ, ἢ γνώμῃ; εἰ μὲν γὰρ ἀνάγκῃ, οὐδὲ οὕτως ἔμελλεν ἔσεσθαι βελτίων· οὐδεὶς γὰρ ἀνάγκῃ γίνεται βελτίων· εἰ δὲ γνώμῃ καὶ προαιρέσει, πάντα εἰσήγαγε τὰ δυνάμενα αὐτὸν ἀναγαγεῖν. εἰ δὲ μὴ ἠβουλήθη δέξασθαι ἐκεῖνος τὰ φάρμακα, οὐ τοῦ ἰατροῦ τὸ ἔγκλημα, ἀλλὰ τοῦ τὴν θεραπείαν διακρουομένου ἡ κατηγορία. θέλεις μαθεῖν πόσα ἐποίησεν, ὥστε αὐτὸν ἀνακαλέσασθαι; ἐδωρήσατο αὐτῷ πολλὰ θαύματα, προεῖπεν αὐτῷ περὶ C τῆς προδοσίας, οὐδὲν ἐνέλιπεν ὧν ἐχρῆν εἰς μαθητὴν ἐπιδείξασθαι. καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι δυνατὸς ὢν μεταβαλέσθαι οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλὰ τῆς αὐτοῦ ῥᾳθυμίας τὸ πᾶν ἐγένετο, ἐπειδὴ παρέδωκεν αὐτόν, καὶ τὴν μανίαν αὐτοῦ εἰς τέλος ἤγαγεν, ἔρριψε τὰ τριάκοντα ἀργύρια, λέγων, ἥμαρτον παραδοὺς αἷμα ἀθῷον. περὶ τούτου ἔλεγες, τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; ἐπειδὴ ἐτελέσθη ἡ ἁμαρτία, τότε ἔγνω τὴν ἁμαρτίαν. ἐντεῦθεν μανθάνομεν ὅτι, ὅταν ῥᾳθυμῶμεν, οὔτε παραίνεσις ἡμᾶς ὠφελεῖ, οὔτε νουθεσία· ὅταν δὲ σπουδάζωμεν, καὶ αὐτοὶ ἀφ' ἑαυτῶν δυνάμεθα διαναστῆναι· ἐννόησον γάρ. ὅτε παρῄνει αὐτόν, καὶ ἀνέστελλεν αὐτὸν τῆς κακῆς ἐπιχειρήσεως, οὐκ ἤκουσεν οὔτε κατεδέξατο τὴν νουθεσίαν· ὅτε δὲ D οὐδεὶς ἦν ὁ παραινῶν, τὸ οἰκεῖον συνειδὸς ἐπανέστη, καὶ οὐδενὸς ὄντος τοῦ διδάσκοντος μετεβάλετο, καὶ ἔρριψε τὰ τριάκοντα ἀργύρια. ἔστησαν γὰρ αὐτῷ, φησι, τριάκοντα ἀργύρια. τιμὴν κατέβαλον αἵματος τιμὴν οὐκ ἔχοντος. τί λαμβάνεις τριάκοντα ἀργύρια, ὦ Ἰούδα; δωρεὰν ἦλθεν ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης ὁ Χριστὸς ἐκχέαι τὸ αἷμα, ὑπὲρ οὗ σύμφωνα νῦν ποιεῖς. τί γὰρ ἂν ἀναισχυντότερον τοῦ συναλλάγματος τούτου; τίς εἶδε, τίς ἤκουσέ ποτε;

E Ἀλλ' ἵνα μάθωμεν τὴν διαφορὰν τοῦ προδότου καὶ τῶν μαθητῶν, ἀκούσωμεν. ἅπαντα γὰρ μετ' ἀκριβείας ἡμῖν διηγεῖται ὁ εὐαγγελιστής. ὅτε ταῦτα, φησιν, ἐγίνετο, ὅτε ἡ προδοσία προεχώρησεν, ὅτε ἀπώλεσεν ἑαυτὸν ὁ Ἰούδας, ὅτε τὰς παρανόμους ἐκείνας συνθήκας ἐποιήσατο, καὶ ἐζήτει, φησίν, εὐκαιρίαν, ἵνα αὐτὸν παραδῷ· τότε προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ λέγοντες, ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ πάσχα; εἶδες μαθητάς, εἶδες μαθητήν; ἐκεῖνος περὶ τὴν προδοσίαν ἠσχολεῖτο, οὗτοι περὶ τὴν διακονίαν· ἐκεῖνος σύμφωνα ἐποίει, καὶ τοῦ αἵματος τοῦ δεσποτικοῦ τὴν τιμὴν λαμβάνειν ἐπεχείρει, οὗτοι περὶ τὴν ὑπηρεσίαν παρεσκευάζοντο. τῶν αὐτῶν

ejus voce abierunt supini, & ceciderunt in terram. Vidisti quomodo ne vocem quidem ferre potuerunt, sed prolapsu infirmitatem suam demonstrarunt? Vide Domini clementiam. Quia ne sic quidem proditoris impudentiam, neque ingratum Judæorum animum flexit, seipsum tradit, atque dicit: Quando ostendi eos illa aggredi, quæ facere non possent, volui eorum comprimere furorem: at illi nolunt, sed in nequitia perseverant. Ecce meipsum trado. Hæc dico vobis, ne quipiam Christum accusent, dicantque: Cur non mutavit Judam? Cur non meliorem illum effecit? At quomodo oportuit Judam temperantem ac probum efficere, an necessitate, an arbitrio suo? Si necessitate, neque sic melior futurus erat: nemo quippe necessitate melior efficitur. Si vero ex arbitrio & voluntate, omnia induxit ea, quæ poterant ipsum ad frugem reducere. Quod si ille remedia noluit accipere, non medicus, sed is qui medicinam respuit, in culpa est. Vis scire quanta fecerit ut eum reduceret? Multa miracula ut faceret dedit, prædixit illi ea, quæ ad proditionem spectabant, nihil retro reliquit eorum, quæ pro discipulo facere par erat. Et ut discas eum, cum mutari posset, noluisse, sed ex ejus segnitie totum prodiisse: cum prodidisset eum, & furorem suum ad finem deduxisset, *Projecit triginta argenteos dicens, Peccavi tradens sanguinem justum.* Antea dicebas, *Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam eum?* cum consummatum fuit peccatum, tunc peccatum agnovit. Hinc ediscimus nos cum segniter agimus, neque hortatu, neque monitis juvari; cum vero diligenter, a nobis ipsis posse resurgere. Tecum enim reputa eum, cum hortaretur Dominus, & a pravo facinore deterreret, non audivisse, nec admonitioni obtemperasse; cum vero nullus admoneret, ex propria conscientia surrexisse, & nemine docente mutatum esse, trecentosque argenteos projecisse. *Constituerunt*, inquit, *illi triginta argenteos.* Precium sanguinis deposuerunt, nullo precio æstimandi. Cur accipis triginta argenteos, ô Juda? Gratis venit Christus pro orbe sanguinem effusurus, pro quo tu nunc pacta statuis. Quid impudentius hac conventione? Quis vidit, quis audivit umquam?

Non necessitate bonum operamur, sed voluntate.

Matt. 27. 3.

Matth. 26. 15.

4. Sed ut discamus quod sit discrimen proditorem inter & discipulos, audiamus: omnia quippe diligenter nobis enarrat Evangelista. Cum hæc fierent, inquit, cum proditio procederet, cum Judas seipsum perdidit, cum iniqua illa pacta fecit, cum quæreret, inquit, opportunitatem, ut eum traderet: *tunc accesserunt discipuli ejus dicentes: Ubi vis paremus tibi comedere Pascha?* Vidisti discipulos, vidisti discipulum? Ille proditionem, hi ministerium curabant. Ille pacta inibat, & dominici sanguinis precium accipere satagebat, hi ad famulatum se præparant. Et hic & illi

Matth. 26. 17.

iisdem miraculis claruerant, eadem doctrina imbuti erant. Undenam ergo discrimen? Ex voluntate. Hæc & malorum & bonorum causa est. Vespera illa erat cum Discipuli hæc dicerent. Quid illud est? *Ubi vis paremus tibi comedere Pascha?* Hinc edíscimus non statum domicilium habuisse Christum. Audiant qui splendidas construunt domos, amplaque septa, quod Filius hominis non habeat ubi caput suum reclinet: ideo dicunt ei Discipuli: *Ubi vis paremus tibi comedere Pascha?* Quod Pascha? Judaïcum, quod in Ægypto initium sumserat: nam illic initio celebrarunt illud. Ecqua de causa illud Christus celebrat? Ut omnia legalia implevit, sic & istud. Ideo Joanni dicebat:
Matth. 3. 15. *Sic nos decet implere omnem justitiam.* Non nostrum igitur, sed Judaïcum Pascha parare volebant discipuli. Nam illud discipuli pararunt; nostrum vero Pascha ipse præparavit, imo ipse Pascha per venerandam passionem suam effectus est. Cur ergo ad passionem accedit? Ut nos redimeret a maledicto legis. Quamobrem Paulus
Galat. 4. 4. clamabat: *Misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret.* Ne quis ergo diceret, ideo illam abrogasse, quia illam implere non poterat, utpote gravem, onerosam & difficilem; ideo cum illam totam implevisset, tunc ipsam solvit. Idcirco & Pascha fecit: legis enim mandatum ipsis erat Paschæ solemnitas. Audi. Ingrati erga beneficum erant Judæi, statimque benefici obliviscebantur. Idque ut accurate discas: Egressi sunt ex Ægypto, mare Rubrum transierunt: ipsum viderunt scissum, rursusque coalescens. Nec multo elapso tem-
Exod. 32. 1. pore dicunt Aaroni: *Fac nobis deos, qui præcedant nos.* Quid dicis, ingrate Judæe? Tot taliave miracula vidisti, & oblitus es Dei, qui te nutrit, neque benefici mentionem facis? Quia igitur obliviscebantur beneficiorum ejus, festivitatum argumento Deus donorum commemorationem adstrinxit, ut velint nolint manentem memoriam habeant. Et illi quidem sic: qua-
Exod. 12. 26. re? *Ut cum interrogaverit te filius tuus*, Quid est hoc? dicas, Quia agni hujus sanguine januarum limina unxerunt, mortemque effugerunt, quam vastator Angelus Ægyptiis omnibus intulit: propterque hunc sanguinem non potuit irruere & plagam infligere. Illi itaque inviti, hîc vero lubens Christus immolatur. Quare? quia illud erat figura spiritualis Paschatis. Ut id vero discas, vide quanta sit affinitas. Agnus & agnus; sed ille irrationalis; hic rationalis. Ovis & ovis; umbra & veritas. Sed apparuit sol justitiæ, & umbra cessavit. Lucente namque sole, fugatur umbra. Ideoque agnus etiam in mensa mystica, ut sanguine illius sanctificemur. Quamobrem accedente sole, lucerna non ultra appareat. Nam quæ tum facta sunt figuræ erant futurorum.

3. Hæc Judæis dico, ne seipsos deci-

A θαυμάτων ἀπήλαυσαν καὶ ἐκεῖνοι, τῶν αὐτῶν διδαγμάτων. πόθεν οὖν ἡ διαφορά; ἀπὸ τῆς προαιρέσεως. αὕτη αἰτία τῶν κακῶν καὶ τῶν ἀγαθῶν γίνεται. ἡ ἑσπέρα αὕτη ἦν καθ' ἣν οἱ μαθηταὶ ταῦτα ἔλεγον. τί δεῖ; ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ πάσχα; διδασκόμεθα ἐντεῦθεν, ὅτι οὐκ εἶχεν οἰκίαν ἀφωρισμένην ὁ Χριστός. ἀκουέτωσαν οἱ τὰς λαμπρὰς οἰκίας οἰκοδομοῦντες καὶ τοὺς μακροὺς περιβόλους, ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίναι. διά τοι τοῦτο λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ, ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ πάσχα; ποῖον πάσχα; τὸ Ἰουδαϊκὸν, τὸ ἀπ' Αἰγύπτου B τὴν ἀρχὴν ἐσχηκός. ἐκεῖ γὰρ τὴν ἀρχὴν ἐπετέλεσαν. καὶ τίνος ἕνεκεν ἐπιτελεῖ αὐτὸ ὁ Χριστός; ὥσπερ πάντα τὰ ἄλλα νόμιμα ἐπλήρωσεν, οὕτω καὶ τοῦτο. διὰ τοῦτο καὶ πρὸς τὸν Ἰωάννην ἔλεγεν· οὕτω γὰρ πρέπον ἡμῖν ἐστι πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. οὐ τοίνυν τὸ ἡμέτερον πάσχα, ἀλλὰ τὸ Ἰουδαϊκὸν ἑτοιμάσαι ἐβούλοντο οἱ μαθηταί. τοῦτο μὲν γὰρ αὐτοὶ ἡτοίμασαν, τὸ δὲ ἡμέτερον αὐτὸς παρεσκεύασεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς πάσχα ἐγένετο διὰ τοῦ τιμίου πάθους. τίνος οὖν ἕνεκεν ἐπὶ τὸ πάθος ἔρχεται; ἵνα ἡμᾶς λυτρώσηται ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου. διὸ καὶ Παῦλος ἐβόα· ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ γενόμενον ἐκ γυναι- C κὸς, γενόμενον ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ. ἵνα οὖν μή τις λέγῃ, ὅτι διὰ τοῦτο ἔπαυσεν, ἐπειδὴ πληρῶσαι αὐτὸν οὐκ ἠδύνατο, ὡς φορτικὸν καὶ ἐπαχθῆ καὶ δυσκατόρθωτον, διὰ τοῦτο αὐτὸν πληρώσας ἅπαντα, τότε αὐτὸν ἔλυσε. διὰ τοῦτο καὶ πάσχα ἐποίησε· νόμου γὰρ ἐπίταγμα αὐτοῖς ἦν τοῦ πάσχα ἑορτή. ἄκουσον· ἀγνώμονες ἦσαν περὶ τὴν εὐεργεσίαν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ παραυτὰ ἐπελανθάνοντο τοῦ εὐεργέτου. καὶ ἵνα μάθῃς ἀκριβῶς, ἐξῆλθον ἐξ Αἰγύπτου, διέβησαν τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν, εἶδον αὐτὴν διαιρεθεῖσαν, καὶ πάλιν συναπτομένην· D καὶ μετ' οὐ πολὺ λέγουσι τῷ Ἀαρὼν, ποίησον ἡμῖν θεοὺς, οἳ προπορεύσονται ἡμῶν. τί λέγεις, ὦ ἀγνώμων Ἰουδαῖε; εἶδες τοιαῦτα θαύματα, καὶ ἐπελάθου θεοῦ τοῦ τρέφοντός σε, καὶ οὔτε μνήμην ποιεῖς τοῦ εὐεργέτου; ἐπεὶ οὖν ἐπελανθάνοντο τῶν εὐεργεσιῶν αὐτοῦ, τῇ ὑποθέσει τῶν ἑορτῶν ἐγκατέδησε τῶν δωρεῶν τὰ ὑπομνήματα ὁ θεὸς, ἵνα καὶ ἑκόντες καὶ ἄκοντες ἔναυλον ἔχωσι τὴν μνήμην. καὶ ἐκεῖνοι μὲν οὕτω. διὰ τί; ἵν', ὅταν ἐπερωτήσῃ σε ὁ υἱός σου, τί ἐστι τοῦτο; εἴπῃς, ὅτι τούτου τοῦ προβάτου τὸ αἷμα ἐπέχρισαν ταῖς φλιαῖς τῶν θυρῶν, καὶ διέφυγον τὸν θάνατον, ὃν ὁ ὀλοθρεύων ἐπήγαγε τοῖς κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἅπασι· καὶ διὰ τὸ αἷμα τοῦτο οὐκ ἴσχυσεν εἰσπηδῆσαι καὶ τὴν πληγὴν ἐπαγα- E γεῖν. ἐκεῖνοι οὖν ἄκοντες, ὧδε δὲ ἑκὼν θύεται Χριστός. διὰ τί; ἐπειδὴ τύπος ἦν ἐκεῖνο τοῦ πνευματικοῦ. καὶ ἵνα μάθῃς, ὅρα ὅση ἡ συγγένεια. ἀμνὸς, καὶ ἀμνός. ἀλλ' ὁ μὲν ἄλογος, ὁ δὲ λογικός. πρόβατον καὶ πρόβατον, σκιὰ καὶ ἀλήθεια. ἀλλ' ἐπέφανεν ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος, καὶ ἡ σκιὰ πέπαυται. ἡλίου γὰρ ὄντος κρύπτεται ἡ σκιά. διὰ τοῦτο ἀμνὸς καὶ ἐν τῇ τραπέζῃ τῇ μυστικῇ, ἵνα τῷ αἵματι αὐτοῦ ἁγιαζώμεθα. [a] διὰ τοῦ ἡλίου ἐλθόντος λύχνος μηκέτι φαινέτω. τύποι γὰρ ἦσαν τῶν μελλόντων τὰ γεγονότα.

Ταῦτα πρὸς Ἰουδαίους λέγω, ἵνα μὴ ἀπατῶντες ἑαυτοὺς

a Forte melius, διὰ τοῦτ.

ἑαυτοὺς, δοκῶσι πάσχα ἐπιτελεῖν, ἐπειδὴ γνώμῃ ἀναισχύντῳ τὰ ἄζυμα προλαμβάνουσι, καὶ προβάλλονται ἑορτὴν, οἱ ἀεὶ ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ, καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως ἀκούοντες. πῶς, εἰπέ μοι, πάσχα ἐπιτελεῖς, ὦ Ἰουδαῖε; ὁ ναὸς κατέσκαπται, ὁ βωμὸς ἀνήρηται, τὰ ἅγια τῶν ἁγίων πεπάτηται, πᾶσα θυσία καταλέλυται· τίνος οὖν ἕνεκεν τολμᾷς παρανομεῖν; ἀπῆλθές ποτε εἰς Βαβυλῶνα· ἤκουσας τῶν αἰχμαλωτευσάντων ὑμᾶς λεγόντων, ᾄσατε τὴν ᾠδὴν ἡμῖν τοῦ Κυρίου· καὶ οὐκ ἠνέσχου. καὶ διὰ τί ἔξωθεν Ἱεροσολύμων ποιεῖς τὸ πάσχα; σὺ εἶπας, πῶς ᾄσωμεν τὴν ᾠδὴν κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας; καὶ ταῦτα δηλῶν ὁ μακάριος Δαυὶδ ἔλεγεν· ἐπὶ τῶν ποταμῶν Βαβυλῶνος, ἐκεῖ ἐκαθίσαμεν καὶ ἐκλαύσαμεν, ἐπὶ ταῖς ἰτέαις ἐν μέσῳ αὐτῆς ἐκρεμάσαμεν τὰ ὄργανα ἡμῶν, τουτέστι, τὸ ψαλτήριον, τὴν κιθάραν, τὴν λύραν. τούτοις γὰρ τὸ παλαιὸν ἐκέχρηντο, καὶ διὰ τούτων τοὺς ψαλμοὺς ᾖδον. ἐκεῖ γάρ, φησιν, ἐπηρώτησαν ἡμᾶς οἱ αἰχμαλωτεύσαντες ἡμᾶς λόγους ᾠδῶν· καὶ εἴπαμεν, πῶς ᾄσωμεν τὴν ᾠδὴν κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας; τί λέγεις, εἰπέ μοι; τὴν ᾠδὴν κυρίου οὐκ ᾄδεις ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας, καὶ τὸ πάσχα ἐπιτελεῖς ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας; εἶδες ἀναισθησίαν Ἰουδαίων; ὅτε πολέμιοι ἦσαν οἱ καταναγκάζοντες, οὔτε ψαλμὸν εἵλοντο εἰπεῖν ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας· καὶ νῦν ἀφ' ἑαυτῶν, οὐδενὸς ἀναγκάζοντος, πόλεμον ἐπάγουσι πρὸς τὸν θεόν. διὸ καὶ ὁ μακάριος Στέφανος ἔλεγε πρὸς αὐτούς· ὑμεῖς ἀεὶ τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτετε. ὁρᾷς ὡς ἀκάθαρτα τὰ ἄζυμα; πῶς παράνομος ἡ ἑορτὴ ἡ Ἰουδαϊκή; ἦν πάσχα Ἰουδαϊκόν ποτε, ἀλλ' ἐλύθη. τότε, φησὶν, ὁ Ἰησοῦς, ἐσθιόντων αὐτῶν καὶ πινόντων, λαβὼν ἄρτον ἐπὶ τῶν ἁγίων καὶ ἀχράντων αὐτοῦ χειρῶν, εὐχαριστήσας καὶ κλάσας εἶπε τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς· λάβετε, φάγετε· τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα τὸ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ πολλῶν κλώμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. καὶ τὸ ποτήριον πάλιν λαβὼν, ἐδίδου αὐτοῖς λέγων· τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχεόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. καὶ παρῆν καὶ Ἰούδας τοῦτο λέγοντος τοῦ κυρίου. τοῦτό ἐστι τὸ αἷμα, ὦ Ἰούδα, ὅπερ ἐπώλησας τριάκοντα ἀργυρίων· τοῦτό ἐστι τὸ αἷμα, ὑπὲρ οὗ πρὸ μικροῦ τὰ ἀναιδῆ σύμφωνα ἐποίου πρὸς τοὺς ἀγνώμονας Φαρισαίους. ὢ πόση ἡ τοῦ Χριστοῦ φιλανθρωπία· ὢ τῆς τοῦ Ἰούδα ἀγνωμοσύνης. ὁ δεσπότης ἔτρεφε, καὶ ὁ δοῦλος ἐπίπρασκεν. ὁ μὲν γὰρ ἐπώλησεν αὐτὸν λαβὼν τριάκοντα ἀργύρια· ὁ δὲ Χριστὸς λύτρον ὑπὲρ ἡμῶν τὸ ἴδιον αἷμα ἐξέχεε, καὶ τῷ πεπρακότι δέδωκεν, εἴπερ ἠθέλησε. καὶ γὰρ παρῆν καὶ Ἰούδας πρὸ τῆς προδοσίας, καὶ τῆς ἱερᾶς τραπέζης μετέσχε, καὶ τοῦ μυστικοῦ δείπνου ἀπήλαυσεν. ὥσπερ γὰρ τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν ἔνιψεν, οὕτω καὶ τῆς ἱερᾶς τραπέζης μετέσχεν Ἰούδας· ἵνα μηδεμίαν ἔχῃ ἀπολογίαν, ἀλλὰ κρίμα λήψηται. ἐπέμενε γὰρ τῇ πονηρᾷ γνώμῃ, καὶ ἐξελθὼν ἀντὶ φιλήματος προδοσίαν εἰργάσατο, μὴ μνησθεὶς τῶν εὐεργεσιῶν αὐτοῦ, καὶ μετὰ τὴν προδοσίαν ἔρριψε τὰ τριάκοντα ἀργύρια, λέγων· ἥμαρτον παραδοὺς αἷμα ἀθῷον. ὢ τύφλωσις· τοῦ δείπνου

A pientes, putent se Pascha celebrare; quia impudenti consilio azyma accipere prævertunt, & festum objiciunt, qui semper incircumcisi sunt corde, & auribus graviter audiunt. Quomodo, quæso, Pascha celebras, ô Judæe? Templum solo æquatum est, altare sublatum, sancta sanctorum conculcata, omne sacrificium solutum. Cur ergo prævaricari audes? Abiisti aliquando Babylonem, audisti eos qui captivos duxerant vos dicentes, *Cantate nobis canticum Domini*, & non tulisti. Et cur extra Jerosolymam Pascha celebras, qui
B dixisti, *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Et hæc declarans beatus David dicebat: *Super flumen Babylonis illic sedimus, & flevimus: in salicibus in medio ejus suspendimus organa nostra*; id est, psalterium, citharam, lyram: his enim olim utebantur, & his psalmos canebant. *Illic enim*, inquit, *interrogaverunt nos, qui captivos duxerunt nos, verba cantionum.* Et diximus: *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Quid quæso dicis? Canticum Domini non cantas in terra aliena, & Pascha celebras in terra aliena? Viden' stupiditatem Judæorum? Cum adeC rant inimici qui cogerent, ne psalmum quidem recitare volebant in terra aliena: & nunc sua sponte, nemine cogente, bellum inferunt Deo. Quapropter beatus Stephanus dicebat illis: *Vos semper Spiritui sancto resistitis.* Vides quam impura sint azyma? quam iniquum Judæorum festum? Erat olim Pascha Judaïcum, sed solutum est. Tunc, inquit, Jesus manducantibus illis & bibentibus, accipiens panem in sanctas & intemeratas manus suas, gratias agens fregit dixitque Discipulis suis: Accipite & manducate, Hoc est corpus meum, quod pro vobis & multis frangitur in remissionem peccatorum. Et caliD cem rursum accipiens, dedit eis dicens, Hic est sanguis meus, qui pro vobis effunditur in remissionem peccatorum. Aderatque Judas, cum hæc diceret Dominus. Hic est sanguis, ô Juda, quem vendidisti triginta argenteis. Hic est sanguis, pro quo nuper impudentia pacta inibas cum improbis Pharisæis. O quantam Christi benignitatem! O ingratum Judæ animum! Dominus nutriebat, & servus vendebat. Ille namque vendidit eum acceptis triginta argenteis: Christus vero in redemtionem nostram proprium sanguinem effudit, & venditori tradidit, si quidem voluisset.
E Aderat enim Judas ante proditionem, & sacræ mensæ particeps erat, mysticaque cœna fruebatur. Quemadmodum enim pedes discipulorum lavit Dominus, sic & sacræ mensæ particeps fuit Judas; ut nullam haberet excusationem, sed judicium acciperet. Nam in prava sententia perseverabat, & egressus, osculi loco proditionem fecit, immemor beneficiorum. Ac post proditionem projecit triginta argenteos dicens: *Peccavi tradens sanguinem innocentem.* O cæcitatem! Cœnæ particeps

Contra Judæos vide in Homiliis contra eosdem T.

Psal. 136.

Act. 7. 51.

Matt. 27. 4.

fuisti, & beneficum prodidisti? Et Dominus quidem quod scriptum erat libens implebat: *Væ autem illi per quem scandalum venit.*

Matth. 18. 7.

6. Sed tempus demum est ad horrendam hanc tremendamque mensam accedendi. Omnes igitur cum pura conscientia accedamus. Nullus hic Judas esto dolose agens in proximum suum, nemo adsit improbus, nemo venenum occultet in corde suo. Adest & nunc Christus mensam exornans. Neque enim homo est is qui facit ut proposita corpus & sanguis Christi efficiantur. Figuram tantum implens stat Sacerdos, & supplicationem offert: gratia autem & virtus Dei est, quæ omnia efficit. *Hoc est corpus meum*, inquit. Hoc verbum proposita transformat. Et quemadmodum vox illa, *Crescite & multiplicamini, & replete terram*, verbum erat, & factum est opus, quod humanæ naturæ ad liberorum procreationem vim inderet; sic & hæc vox prolata, semper gratiâ auget eos, qui digne participant. Nullus itaque simulatus sit, nullus improbus, nullus rapax, nullus contumeliosus, nullus fratrum osor, nullus avarus, nullus ebriosus, nullus ambitiosus, nullus masculorum concubitor, nullus invidus, nullus fornicationi deditus, nullus fur, nullus insidiosus, ne judicium sibi sumat. Etenim tunc Judas mysticam cœnam indigne participavit, & egressus Dominum prodidit: ut discas in eos maxime & frequentius diabolum insilire, qui mysteria indigne participant, eosque ipsos in majus se supplicium conjicere. Hæc dico non ut terream, sed ut cautiores reddam. Quemadmodum enim corporeus cibus, cum in ventrem pravis humoribus plenum inciderit, morbum auget; sic & spiritualis cibus cum indigne participatur, graviorem damnationem attrahit. Nemo igitur, obsecro, pravas intus cogitationes habeat, sed cor nostrum expurgemus. Etenim Templa Dei sumus, si pure agamus. Castam reddamus animam nostram: nam vel uno die id fieri potest. Quomodo, & qua ratione? Si quidpiam habueris contra inimicum, tolle iram, solve inimicitiam, ut medelam remissionis a mensa recipias. Ad sacrificium accedis horrendum & sanctum: immolatus jacet Christus. Verum cogita qua de causa occisus sit. O qualibus mysteriis privatus es, Juda? Christus libenter passus est, ut *medium parietem maceriæ* solveret, & jungeret inferna supernis, ut te inimicum & hostem, Angelorum consortem faceret. Et Christus quidem animam suam tradidit pro te: tu vero inimicitiam servas adversus conservum? Ecquî poteris accedere ad mensam pacis? Dominus tuus non recusavit omnia pati propter te, tu vero ne iram quidem remittere vis? Cur, quæso? Caritas est radix, fons & mater omnium bonorum. Maximas, inquies, mihi molestias intulit, innumera damna, in vitæ discrimen me conjecit. Ecquid hoc est? Nondum te cruci affixit, ut Dominum

Hæc verba, *Hoc est Corpus meum*, proposita transformant.
Matth. 26. 26.
Gen. 1. 28.
Ephes. 2. 14.

A μετέσχες, καὶ τὸν εὐεργέτην προέδωκας; καὶ ὁ μὲν κύριος ἑκὼν τὸ γεγραμμένον ἐπλήρου· οὐαὶ δὲ δι' οὗ τὸ σκάνδαλον ἦλθεν.

Ἀλλὰ καιρὸς λοιπὸν τῇ φρικτῇ ταύτῃ καὶ φοβερᾷ τραπέζῃ προσιέναι. πάντες τοίνυν μετὰ καθαροῦ συνειδότος προσέλθωμεν· μηδεὶς ἔστω Ἰούδας ἐνταῦθα δολιευόμενος τὸν πλησίον αὐτοῦ, μηδεὶς πονηρὸς, μηδεὶς ἰὸν ἔχων ἐγκεκρυμμένον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. πάρεστι καὶ νῦν ὁ Χριστὸς τὴν τράπεζαν κοσμῶν. οὐ γὰρ ἄνθρωπός ἐστιν ὁ ποιῶν τὰ προκείμενα γενέσθαι σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Χριστοῦ. σχῆμα πληρῶν μόνον ἕστηκεν ὁ ἱερεὺς, καὶ δέησιν προσφέρει· ἡ δὲ χάρις καὶ ἡ δύναμίς ἐστιν ἡ τοῦ θεοῦ ἡ B πάντα ἐργαζομένη. τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, φησί. τοῦτο τὸ ῥῆμα τὰ προκείμενα μεταρρυθμίζει. καὶ καθάπερ ἐκείνη ἡ φωνὴ, ἡ λέγουσα, αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, ῥῆμα ἦν, καὶ ἐγένετο ἔργον, ἐνδυναμοῦσα τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν πρὸς παιδοποιίαν· οὕτω καὶ αὕτη ἡ φωνὴ, ἡ λέγουσα, διαπαντὸς αὔξει τῇ χάριτι τοὺς ἀξίως μετέχοντας. μηδεὶς τοίνυν ὕπουλος ἔστω, μηδεὶς πονηρὸς, μηδεὶς ἅρπαξ, μηδεὶς λοίδορος, μηδεὶς μισάδελφος, μηδεὶς φιλάργυρος, μηδεὶς μέθυσος, μηδεὶς πλεονέκτης, μηδεὶς ἀρσενοκοίτης, μηδεὶς C φθονερὸς, μηδεὶς πορνείᾳ δουλευέτω, μηδεὶς κλέπτης, μηδεὶς ἐπίβουλος, ἵνα μὴ κρίμα ἑαυτῷ λήψηται. καὶ γὰρ τότε ὁ Ἰούδας ἀναξίως μετέσχε τοῦ μυστικοῦ δείπνου, καὶ ἐξελθὼν προέδωκε τὸν κύριον· ἵνα μάθῃς, ὅτι τοῖς ἀναξίως μετέχουσι τῶν μυστηρίων, τούτοις μάλιστα συνεχῶς ἐπιπηδᾷ ὁ διάβολος, καὶ εἰς μείζω τιμωρίαν ἑαυτοὺς ἐμβάλλουσι. ταῦτα λέγω οὐχ ἵνα φοβήσω μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ ἀσφαλεστέρους ποιήσω. καθάπερ γὰρ σωματικὴ τροφὴ, ὅταν εἰς γαστέρα χυμοὺς ἔχουσαν πονηροὺς ἐμπέσῃ, πλέον ἐπιτείνει τὴν νόσον· οὕτω καὶ ἡ πνευματικὴ τροφὴ ὅταν ἀναξίως μετέχηται, πλέον κρίμα ἑαυτῷ D πορεύει. μηδεὶς τοίνυν πονηροὺς ἔνδον ἐχέτω λογισμοὺς, παρακαλῶ, ἀλλ' ἐκκαθάρωμεν ἡμῶν τὴν καρδίαν. καὶ γὰρ ναοὶ θεοῦ ἐσμεν, ἐὰν καθαρεύωμεν. ἁγνὴν ἡμῶν ποιήσωμεν τὴν ψυχήν· καὶ γὰρ δυνατόν ἐστι τοῦτο ποιῆσαι ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ. πῶς καὶ τίνι τρόπῳ; ἐὰν ἔχῃς τι κατὰ τοῦ ἐχθροῦ, ἔξελε τὴν ὀργὴν, λῦσον τὴν ἔχθραν, ἵνα λάβῃς θεραπείαν ἀφέσεως ἀπὸ τῆς τραπέζης. θυσίᾳ προσέρχῃ φρικτῇ καὶ ἁγίᾳ· ἐσφαγμένος πρόκειται ὁ Χριστός. ἀλλ' ἐννόησον τίνος ἕνεκεν ἐσφάγη. ὢ ποίων μυστηρίων ἐστερήθης, Ἰούδα; Χριστὸς ἑκὼν ἔπαθεν, ἵνα λύσῃ τὸ μεσότοιχον E τοῦ φραγμοῦ, καὶ ἑνώσῃ τὰ κάτω τοῖς ἄνω, ἵνα ἀγγέλων ποιήσῃ κοινωνὸν ἐχθρὸν ὄντα σε καὶ πολέμιον. καὶ ὁ μὲν Χριστὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐξέδωκεν ὑπὲρ σοῦ· σὺ δὲ τῷ συνδούλῳ μένεις ἐχθραίνων; καὶ πῶς δυνήσῃ βαδίζειν ἐπὶ τὴν τῆς εἰρήνης τράπεζαν; ὁ δεσπότης σου οὐ παρῃτήσατο πάντα ὑπομεῖναι διὰ σὲ, σὺ δὲ οὐδὲ ὀργὴν ἀφιέναι ἀνέχῃ; τίνος ἕνεκεν, εἰπέ μοι; ἡ ἀγάπη ῥίζα καὶ πηγὴ καὶ μήτηρ ἐστὶ πάντων τῶν ἀγαθῶν. ἐπηρέασέ μοι, φησὶ, τὰ μέγιστα, μυρία ἠδίκησέ μοι, τὸν περὶ τοῦ ζῆν ἐπεκρέμασέ μοι κίνδυνον. καὶ τί τοῦτο; ἀλλ' οὐδέπω σε ἐσταύρωσε, καθάπερ τὸν

κύριον οἱ Ἰουδαῖοι. ἐὰν μὴ ἀφῇς τῷ πλησίον σου τὸ ἀδίκημα, οὐδὲ ὁ πατήρ σου ὁ οὐράνιος ἀφήσει σοι τὰ ἁμαρτήματά σου. ποίῳ δὲ συνειδότι ἐρεῖς, πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, καὶ τὰ ἑξῆς; ὁμοίως ὁ Χριστὸς καὶ τὸ αἷμα, ὃ ἐξέχεαν ἐκεῖνοι, εἰς σωτηρίαν τῶν ἐκχεόντων δέδωκε. τί τούτου ἴσον ἔχεις ποιῆσαι; ἐὰν μὴ ἀφῇς τῷ ἐχθρῷ, οὐκ ἐκεῖνον ἠδίκησας, ἀλλὰ σαυτόν. ἐκεῖνον μὲν γὰρ πολλάκις εἰς τὸν παρόντα βίον ἔβλαψας· σαυτὸν δὲ ἀσύγγνωστον ἐποίησω τὴν τιμωρίαν εἰς τὴν μέλλουσαν ἡμέραν. οὐδένα γὰρ οὕτω μισεῖ καὶ ἀποστρέφεται ὁ θεὸς, ὡς μνησίκακον ἄνθρωπον, ὡς οἰδήσασαν καρδίαν καὶ φλεγμαίνουσαν ψυχήν· ἄκουσον γοῦν τί φησιν ὁ κύριος· ἐὰν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κἀκεῖ μνησθῇς, ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ, ἄφες ἐκεῖ τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἄπελθε πρῶτον καὶ διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου· καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου. τί λέγεις; ἀφήσω ἐκεῖ τὸ δῶρον, ἤγουν τὴν θυσίαν; ναί, φησι. διὰ γὰρ τὴν εἰρήνην τὴν πρὸς τὸν ἀδελφόν σου καὶ αὐτὴ ἡ θυσία ἐγένετο. εἰ τοίνυν διὰ τὴν εἰρήνην τὴν εἰς τὸν πλησίον ἡ θυσία ἐστί, σὺ δὲ οὐ κατορθοῖς τὴν εἰρήνην, εἰ καὶ μετέχεις τῆς θυσίας, ἀνωφελής σοι ἡ μετάληψις γέγονεν ἄνευ τοῦ κατορθώματος τῆς εἰρήνης. ποίησον τοίνυν ἐκεῖνο πρότερον, λέγω δὲ τὴν εἰρήνην, δι' ὅπερ καὶ ἡ θυσία προσενήνεκται, καὶ τότε αὐτῆς ἀπολαύσεις καλῶς. διὰ γὰρ τοῦτο ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ἵνα καταλλάξῃ ἡμῶν τὴν φύσιν τῷ πατρί, ὥς που καὶ Παῦλός φησι· νυνὶ δὲ ἀποκατήλλαξεν ἑαυτῷ τὰ πάντα, διὰ τοῦ σταυροῦ ἀποκτείνας τὴν ἔχθραν ἐν αὐτῷ, διὰ τοῦτο οὐχὶ αὐτὸς μόνον ἦλθε ποιῶν εἰρήνην, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς μακαρίζει τοὺς τὰ τοιαῦτα ποιοῦντας, καὶ ποιεῖ τῆς αὐτοῦ προσηγορίας κοινωνούς. μακάριοι γὰρ οἱ εἰρηνοποιοί, ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ θεοῦ κληθήσονται. ὅπερ οὖν ἐποίησεν ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, τοῦτο καὶ σὺ ποίησον κατὰ δύναμιν ἀνθρωπίνην, εἰρήνης γινόμενος πρόξενος καὶ σαυτῷ, καὶ τῷ πλησίον σου. διὰ τοῦτο καὶ υἱὸν θεοῦ καλεῖ τὸν εἰρηνοποιόν· διὰ τοῦτο ἐν τῷ καιρῷ τῆς θυσίας, οὐδεμιᾶς ἑτέρας ἐμνημόνευσε δικαιοσύνης, ἀλλ' ἢ τῆς πρὸς τὸν ἀδελφὸν καταλλαγῆς, δεικνὺς, ὅτι πασῶν ἀρετῶν μείζων ἡ ἀγάπη ἐστίν. ἐβουλόμην μὲν οὖν, ἀγαπητοί, ἐπὶ πλεῖον παρατεῖναι τὸν λόγον· ἀλλ' ἀρκεῖ καὶ τὰ εἰρημένα τοῖς μετὰ προσοχῆς καὶ συνέσεως δεχομένοις τὸν σπόρον τῆς εὐσεβείας, καὶ προσέχειν ἐθέλουσι τοῖς λεγομένοις. μνημονεύωμεν τοίνυν, παρακαλῶ, διαπαντὸς τούτων τῶν ῥημάτων, καὶ τοῦ φρικωδεστάτου ἀσπασμοῦ τοῦ πρὸς ἀλλήλους. οὗτος γὰρ ὁ ἀσπασμὸς συμπλέκει τὰς διανοίας ἡμῶν, καὶ ποιεῖ γενέσθαι σῶμα ἓν ἅπαντας, καὶ μέλη Χριστοῦ· ἐπειδὴ καὶ ἑνὸς σώματος μετέχομεν ἅπαντες. γινώμεθα οὖν κατ' ἀλήθειαν σῶμα ἕν, οὐ τὰ σώματα ἀλλήλοις ἀναφύροντες, ἀλλὰ τὰς ψυχὰς ἀλλήλαις διὰ τοῦ τῆς ἀγάπης συνδέσμου συνάπτοντες. οὕτω γὰρ ποιοῦντες, δυνησόμεθα μετὰ παῤῥησίας ἀπολαῦσαι τῆς προκειμένης τραπέζης. καὶ τῆς ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ πρὸς τῷ τέλει βραβευθείσης εἰρήνης δοχεῖα γενέσθαι. κἂν γὰρ μυρία ἔχωμεν κατορθώματα, μνησίκακοι δὲ ὦμεν, πάντα εἰκῆ καὶ

A Judæi. Si non remiseris proximo tuo injuriam, nec pater tuus cælestis remittet tibi peccata tua. Quâ conscientiâ dices, *Pater noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum*, & cætera? Similiter Christus & sanguinem, quem illi effuderunt, in salutem effundentium dedit. Quid huic rei par efficere potes? Si non dimiseris inimico, non illum læsisti, sed teipsum. Illum quidem sæpe in præsenti vita læsisti, tibi vero supplicium, quod numquam remittetur, parasti in futurum illum diem. Neminem enim ita Deus aversatur, ut injuriarum memorem hominem, ut cor tu-

B mens, & ira incensam animam. Audi enim quid dicat Dominus: *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te; relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliare fratri tuo; & tunc veniens offer munus tuum.* (Matt.5.23.) Quid dicis? Ibine relinquam munus, seu sacrificium? Etiam, inquit: nam propter pacem cum fratre tuo, hoc sacrificium factum est. (Pacis studium necessarium ad rite communicandum.) Si igitur propter pacem cum proximo tuo sacrificium offertur, tu vero pacem non recte servas, etiamsi sacrificii particeps sis, inutilis tibi hæc

C participatio efficitur sine studio servandæ pacis. Illud ergo prius facito, pacem scilicet cura, propter quam sacrificium offertur, & tunc recte illo frueris. Propterea enim Filius Dei venit in mundum, ut naturam nostram Patri reconciliaret, quemadmodum ait Paulus: *Nunc autem reconciliavit sibi omnia, per crucem interficiens inimicitiam in semetipso.* (Colos.1.22. Ephes.2.16.) Ideo non ipse solus venit ut pacem iniret; sed & nos quoque beatos prædicat, si paria faciamus, nosque suæ appellationis consortes efficit. Nam *beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* (Matth.5.9.) Quod itaque Christus filius Dei fecit, idipsum & tu secundum humanam

D facultatem facito, pacisque conciliator & tibi sis, & proximo tuo. Ideo Filium Dei vocat pacificum. Eam ob rem in tempore sacrificii, nullum alium memorat justitiæ modum, nisi reconciliationem cum fratre, ostendens caritatem omnium virtutum maximam esse. Volebam sane, dilecti, prolixiorem habere sermonem: verum sufficiunt ea quæ dicta sunt iis, qui semen pietatis cum attentione & intelligentia suscipiunt, quique dictis animum adhibere volunt. Horum, quæso, verborum semper recordemur, tremendique amplexus, quem mutuo damus. Hic enim amplexus

E animas colligat nostras, & omnes unum corpus ac membra Christi efficit. Quoniam unius corporis participes sumus omnes. Unum itaque secundum rei veritatem corpus efficiamur omnes: non corpora commiscentes, sed animas mutuo caritatis vinculo colligantes. Si enim ita faciamus, hac frui mensa cum fiducia & a victore Christo tandem conciliatæ pacis receptacula fieri poterimus. Etenim si sexcenta bona opera penes nos habeamus, & injuriarum memores simus, omnia frustra &

A in cassum egimus, nihilque inde ad salutem lucrari poterimus. Ascensurus enim ad Patrem Christus, loco gloriæ temporaneæ, atque magnarum opum, hanc discipulis hereditatem relinquit dicens: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Quæ divitiæ, quanta pecuniarum copia preciosior fuerit, Christi pace, quæ omne verbum, omnem mentem superat? Hoc itaque cum sciret Malachias propheta, & grave & atrocissimum esse delictum, ex persona Dei dicebat: *Popule meus, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo, & unusquisque malitiam in corde suo contra proximum suum non cogitet injuriæ memor: & juramentum mendax ne diligite, & non moriemini domus Israël, dicit Dominus.* B Ac si diceret, si futuri estis mendaces, injuriarum memores, perjuri, obliviscentes mandata mea, morte moriemini. Hæc igitur omnia scientes, dilecti, omnem solvamus iram, pacem mutuo servemus, avulsa nequitiæ radice, purgatâque conscientiâ, cum mansuetudine & modestia magnaque pietate, ad horrendorum & terribilium mysteriorum participationem accedamus, non impellentes, non calcibus impetentes, non cum strepitu & clamore vociferantes, sed cum timore & tremore magno, cum compunctione & lacrymis: C ut benignus ille Dominus, pacificum animi statum, non simulatam caritatem, & fraterni amoris consortium superne respiciens, & horum bonorum, & promissorum nos omnes dignetur, gratiâ & benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri, & unà sancto Spiritui, gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, amen.

Joan. 14. 27.

Est Zachariæ 8. 17.

A ματὴν εἰργασάμεθα, καὶ οὐδὲν ἐκ τούτων εἰς σωτηρίας λόγον καρπώσασθαι δυνησόμεθα. μέλλων γὰρ ὁ σωτὴρ ἀνελθεῖν πρὸς τὸν πατέρα, ἀντὶ δόξης προσκαίρου καὶ πλούτου μεγάλου ταύτην τοῖς μαθηταῖς κληρονομίαν ἀφίησιν, εἰπών· εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν. ποῖος γὰρ πλοῦτος, ἢ πόση χρημάτων περιουσία γένοιτ᾽ ἂν τιμιωτέρα τῆς εἰρήνης τοῦ Χριστοῦ, τῆς πάντα λόγον καὶ νοῦν ὑπερεχούσης; τοῦτο οὖν καὶ ὁ προφήτης Μαλαχίας εἰδὼς χαλεπὸν εἶναι καὶ ὑπέρογκον τὸ παράπτωμα, ἔλεγεν ὡς ἐκ προσώπου τοῦ θεοῦ· λαός μου, λαλεῖτε ἀλήθειαν ἕκαστος μετὰ τοῦ πλησίον αὐτοῦ, καὶ ἕκαστος κακίαν ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ πλησίον αὐτοῦ μὴ μνησικακείτω· B καὶ ὅρκον ψευδῆ μὴ ἀγαπᾶτε· καὶ οὐ μὴ ἀποθάνητε, οἶκος τοῦ Ἰσραήλ, λέγει κύριος. ὡς ἂν εἰ μέλλοιτε εἶναι ψεῦσται, μνησίκακοι, ἐπίορκοι, ἐπιλαθόμενοι τῶν ἐντολῶν μου, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. ταῦτα οὖν ἅπαντα εἰδότες, ἀγαπητοί, πᾶσαν καταλύσωμεν ὀργήν, καὶ πρὸς ἀλλήλους εἰρηνεύσωμεν, καὶ τὴν ῥίζαν τῆς κακίας ἐκτίλαντες, καὶ καθάραντες ἡμῶν τὸ συνειδός, μετὰ πρᾳότητος καὶ ἐπιεικείας καὶ πολλῆς τῆς εὐλαβείας προσίωμεν τῇ μεταλήψει τῶν φρικτῶν τούτων καὶ φοβερῶν μυστηρίων, μὴ ὠθοῦντες καὶ λακτίζοντες, μήτε κτύποις καὶ κραυγαῖς ἐκβοῶντες, ἀλλὰ φόβῳ πολλῷ καὶ τρόμῳ μετὰ κατανύξεως καὶ δακρύων C προσερχόμενοι, ἵνα καὶ ὁ φιλάνθρωπος δεσπότης, ἐποπτεύσας ἡμῶν ἄνωθεν τὴν εἰρηνικὴν κατάστασιν, καὶ τὴν ἀνυπόκριτον ἀγάπην, καὶ τὴν φιλάδελφον κοινωνίαν, καὶ τούτων τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν ἐπηγγελμένων πάντας ἡμᾶς ἀξιώσῃ, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ᾽ οὗ τῷ πατρί, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμή, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

ADMONITIO

IN HOMILIAM DE COEMETERIO ET DE CRUCE

HANC *Homiliam habuit Chrysostomus viginti aut paulo minùs diebus antequam de sanctis mulieribus Bernice Prosdoce, & Domnina concionaretur; ut non dubiis notis colligitur ex initio postremæ hujusce concionis: ubi se ante viginti fere dies de Cruce Domini concionatum, multa dixisse ait in hæc verba:* Contrivit portas æreas, & vectes ferreos confregit: *quæ optime conveniunt in hanc de Cœmeterio, & de Cruce Homiliam. Hinc Græci putantes, festum de Cruce, quod mense Septembri die* 14. *occurrit, hic a Chrysostomo memorari, festum Sanctarum Domninæ & filiarum viginti postea diebus, quarta videlicet Octobris celebrant; sed perperam: non enim in festo sanctæ Crucis, quæ in Septembrem incidit, quæque nondum illo ævo celebrabatur, hanc habuit Homiliam Chrysostomus; sed in die Parasceves, eadem nempe qua crucifixus est Dominus, ut ipse plurimis in locis declarat. Ea vero de re audiendus Tillemontius pag.* 571.

Reliquum igitur est ut credamus festum Sanctæ Domninæ & Sociarum Antiochiæ, non quarta Octobris, sed decima-quarta Aprilis, qua die notatur in Martyrologio Hieronymi & aliorum, celebratum fuisse. Quod spectat autem ad annum, quo hæ duæ Homiliæ habitæ sunt; queritur Chrysostomus, tunc magnum excitari tumultum cum accederetur ad sacram Communionem: eademque utitur querimonia in concione de die Natali anno 386. & in concione de Epiphania, paucis post diebus habita anno 387. Unde

fortassis in alterutrius anni sanctam Parasceven, hæc Homilia conjicienda videatur. Verum anno 386. festum S. Domninæ, sive decima-quarta dies Aprilis, undecimo post Parasceven, & anno 387. undecimo ante Parasceven die occurrebat. Probabilius ergo referatur in annum 392. quo Pascha celebrabatur vigesima-octava Martii, & decima-quarta Aprilis occurrebat octodecim diebus post sanctam Parasceven. *Imo viginti dies, si vigesimam-sextam Martii qua Parasceves, & decimam-quartam Aprilis, qua S. Domninæ festum celebrabatur, connumeres.*

His adjicimus, nos ex admonitione circa tumultum in accedendo ad sacram Communionem, non multum moveri, ut eam vel in annum 386. vel in annum 387. conjiciamus. Neque enim in Homiliis tantum de Natali & de Epiphania, admonitio hujusmodi occurrit; sed etiam in Homilia præcedenti de Judæ proditione, cujus annum assignare non potuimus. Quid enim incommodi accedat, si ponamus Chrysostomum multis variisque annis, quia par tumultus a populo concitabatur, eadem uti adhortatione opus habuisse? Meliori igitur calculo in annum 392. referamus: etsi non omnis prorsus tollatur dubitandi causa: nam ut diximus Monito in Homilias contra Judæos, Tabulæ Paschales, quæ sunt posterioribus sæculis concinnatæ, cum veteribus calculis non concordare facile possunt, iisque non omnino fides est habenda.

Jacobi Gretseri interpretationem Latinam, aliquot in locis castigatam, edidimus.

ΕΙΣ ΤΟ ΟΝΟΜΑ ΤΟΥ ΚΟΙΜΗΤΗΡΙΟΥ, καὶ εἰς τὸν σταυρὸν τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

ΠΟΛΛΑΚΙΣ ἐζήτησα πρὸς ἐμαυτὸν, τίνος A ἕνεκεν οἱ πατέρες ἡμῶν τοὺς οἴκους τοὺς εὐκτηρίους τοὺς ἐν ταῖς πόλεσι παραδραμόντες, ἔξω τῆς πόλεως ἡμᾶς σήμερον, καὶ ἐνταῦθα ἐκκλησιάζειν ἐνομοθέτησαν. οὐ γὰρ ἁπλῶς, οὐδὲ εἰκῆ μοι δοκοῦσι τοῦτο πεποιηκέναι· διὸ καὶ τὴν αἰτίαν ἐζήτησα, καὶ εὗρον τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι δικαίαν οὖσαν καὶ εὔλογον, καὶ τῇ παρούσῃ πρέπουσαν ἑορτῇ. τίς οὖν ἐστιν ἡ αἰτία; σταυροῦ μνείαν ἐπιτελοῦμεν· ὁ δὲ σταυρωθεὶς ἔξω τῆς πόλεως ἐσταυρώθη· διὰ τοῦτο ἔξω τῆς πόλεως ἡμᾶς ἤγαγεν. τῷ γὰρ ποιμένι, φησὶν, ἀκολουθεῖ τὰ πρόβατα· ἔνθα ὁ βασιλεὺς, ἐκεῖ καὶ οἱ στρατιῶται· καὶ ὅπου τὸ πτῶμα, ἐκεῖ καὶ οἱ ἀετοί. ἀλλ' ἔξω B μὲν τῆς πόλεως διὰ τοῦτο· μᾶλλον δὲ πρότερον δείξωμεν, ὅτι διὰ τοῦτο, καὶ ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν. ἵνα γὰρ μὴ νομίσητε ἡμέτερον εἶναι στοχασμὸν, Παῦλον ὑμῖν παράγω μάρτυρα. τί οὖν ἐκεῖνός φησι περὶ τῶν θυσιῶν; ὧν γὰρ εἰσφέρεται ζώων τὸ αἷμα περὶ ἁμαρτίας εἰς τὰ ἅγια διὰ τοῦ ἀρχιερέως, τούτων τὰ σώματα ἔξω τῆς παρεμβολῆς κατακαίεται. διὸ καὶ Ἰησοῦς, ἵνα ἁγιάσῃ διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος τὸν λαὸν, ἔξω τῆς πύλης ἔπαθε. τοίνυν ἐξερχώμεθα πρὸς αὐτὸν ἔξω τῆς παρεμβολῆς, τὸν ὀνειδισμὸν αὐτοῦ φέροντες. εἶπεν, ἐκέλευσε Παῦλος· ὑπηκούσαμεν, ἐξήλθομεν. ἔξωθεν οὖν διὰ τοῦτο συναγόμεθα. C τίνος δὲ ἕνεκεν ἐν τῷ [a] μαρτυρίῳ τούτῳ, καὶ οὐχὶ ἐν ἑτέρῳ; καὶ γὰρ τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι ἐξ ἑκάστης πλευρᾶς ἡ πόλις ἡμῶν τοῖς λειψάνοις τῶν ἁγίων τειχίζεται. τίνος οὖν ἕνεκεν ἐνταῦθα, καὶ οὐκ ἐν ἄλλῳ μαρτυρίῳ συνάγεσθαι ἡμᾶς ἐκέλευσαν οἱ πατέρες; ὅτι ἐνταῦθα τῶν νεκρῶν κεῖται πλῆθος. ἐπεὶ οὖν σήμερον Ἰησοῦς πρὸς τοὺς

IN COEMETERII APPELLATIONEM, & in Crucem Domini & Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi.

A 1. SÆPE apud animum meum disquisivi, cujus gratia majores nostri, relictis ædibus, quas in urbibus habent, lege lata statuerint, ut extra civitatem hodie, & quidem in hoc loco in concionem conveniremus. Neque enim sine causa, neque temere id fecisse videntur. Quocirca & causam indagavi, & cum Dei gratia inveni justam esse, & rationi consentaneam, præsentique festo competentem. Quæ igitur causa est? Crucis memoriam agimus. At crucifixus extra civitatem cruci affixus est, propterea extra civitatem nos eduxit. Nam pastorem, inquit, sequuntur oves. B Ubi vero Rex, ibi & milites; & ubi cadaver, ibi & aquilæ. Sed extra civitatem hanc quidem ob causam (congregamur.) Cæterum hanc esse causam, satius fortassis fuerit demonstrare prius ex divinis Scripturis: ne enim existimetis hanc esse conjecturam nostram, Paulum vobis testem do. Quid igitur ille ait de sacrificiis? *Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccatis in sancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra castra.* Propter quod & Jesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum C extra castra, improperium ejus portantes. Dixit, jussit Paulus; obtemperavimus, eximus. Extra igitur hac de causa congregamur. At cujus gratia in hoc martyrio, non in alio? Etenim divino munere quocumque ex latere urbs nostra Sanctorum reliquiis circummunitur. Cujus igitur gratia hic, non in alio martyrio nos convenire voluerunt majores nostri? Quia hîc mortuorum multitudo sita est. Cum igitur hodie Dominus

Cur extra civitatem concio haberetur.

Heb. 13. 11.

[a] Μαρτύριον, Martyrium, id est, Ecclesia Martyrum nomine consecrata, vel in qua Martyrum ossa deposita sunt. Vox frequens apud Scriptores Ecclesiasticos. Vide quæ ea de re diximus in Editione sancti Athanasii in Onomastico. Vide etiam Glossarium Græcum Cangii ad vocem Μαρτύριον.

ad mortuos descenderit, ea de causa hîc
Cœmeterium unde dictum. colligimur, ob id ipse etiam locus cœmeterium nominatus est: ut discas, mortuos, & eos qui hic siti, non mortuos, sed somno consopitos esse & dormire. Nam ante Christi adventum mors nomen mortis
Gen. 2. 17. habebat. *Quacumque*, inquit, *die comederitis*
Ezech. 18. 20. *tis de ligno, morte moriemini.* Et iterum. *Anima quæ peccat, ipsa morietur.* Et David:
Psal. 33. 22. *Mors peccatorum mala.* Rursus. *Preciosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.* Et Job.
Job 3. 23. *Mors viro requies.* Neque solum mors, sed & infernus vocabatur. Audi Davidem di-
Psal. 48. 16. centem: *Verumtamen Deus eruet animam meam de manu inferi, cum acceperit me.* Et
Gen. 42. 38. Jacob. *Deducetis senectutem meam cum mœrore ad infernum.* Hæc nomina habebat obitus noster anteactis temporibus. At postquam Christus venit, & pro mundi vita mortem subiit; mors non amplius vocatur, mors; sed somnus & dormitio. Dormitionem appellari testantur illa Domini verba;
Joan. 11. 11. *Lazarus amicus noster dormit.* Non enim dixit: Mortuus est, quamvis revera mortuus esset. Ut vero intelligas nomen dormitionis peregrinum fuisse: considera quomodo hoc audito nomine discipuli turbentur, & dicant: *Domine, si dormit, salvus erit.* Adeo non intellexerant, quid sibi dictum illud
1. Cor. 15. 18. voluerit. Iterum Paulus: *Ergo & qui dormierunt, perierunt?* ad quosdam ait. Rursus ali-
1. Thess. 4. 14. bi de defunctis loquens, *Nos*, inquit, *qui vivimus, non præveniemus eos, qui dormierunt.*
Ephes. 5. 14. Et alibi; *Surge, qui dormis.* Et ut ostenderet se de mortuis hoc dicere; addit: *Et exsurge a mortuis.* Vide quomodo ubique mors nominetur somnus: qua de causa & locus cœmeterii, quasi dicas, dormitorii, nomen invenit. Utile enim hoc nomen est, & Philosophiæ multæ plenum. Quando igitur huc mortuum ducis, ne ipse te concidas. Non enim ipsum ad mortem, sed ad somnum ducis: sufficit tibi nomen hoc ad calamitatis solatium & levamen. Disce, quo ducas. In cœmeterium. Et quando ducis? post mortem Christi, postquam nervi mortis excisi sunt; ita ut & a loco, & a tempore multum consolationis percipere possitis. Maxime ad mulieres oratio hæc nobis instituitur, cum sexus hic affectibus magis sit obnoxius, & ad anxietatem desperationemque perquam proclivis. Sed idoneum habes pharmacum mœrori leniendo, nomen loci. Propterea ergo hîc congregamur.

Psal. 106. 2. Hodie enim omnia inferorum loca circuit Dominus noster. Hodie portas æreas
Hesai. 45. confregit. Hodie vectes ferreos contrivit. Vide dicti accurationem. Non dixit: Aperuit portas æreas: sed *confregit portas æreas*; ut inutilis deinceps carcer fiat. Non abstulit vectes, sed contrivit, ut custodia deinceps, infirma reddatur: ubi neque janua, neque vectis; & licet quis intret, non tenetur. Quando igitur Christus confregit, quis alius reparare poterit? Quod enim Deus everter, inquit ille, quis de cætero restituet? Reges cum vinctos dimittere volunt, missis epistolis, non ita agunt, sed

A νεκροὺς κατέβη, διὰ τοῦτο ἐνταῦθα συλλεγόμεθα. διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ τόπος κοιμητήριον ὠνόμασται· ἵνα μάθῃς ὅτι οἱ τετελευτηκότες καὶ ἐνταῦθα κείμενοι οὐ τεθνήκασιν, ἀλλὰ κοιμῶνται καὶ καθεύδουσι. πρὸ μὲν γὰρ τῆς παρουσίας Χριστοῦ ὁ θάνατος, θάνατος ἐκαλεῖτο. ᾗ ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπὸ τοῦ ξύλου, φησί, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. καὶ πάλιν, ψυχὴ ἡ ἁμαρτάνουσα, αὐτὴ καὶ ἀποθανεῖται. καὶ ὁ Δαυΐδ, θάνατος ἁμαρτωλῶν πονηρός. καὶ πάλιν, τίμιος ἐναντίον κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ. καὶ ὁ Ἰὼβ, θάνατος ἀνδρὶ ἀνάπαυσις. οὐχὶ θάνατος δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ᾅδης ἐκαλεῖτο. καὶ ἄκουε τοῦ Δα-
B υῒδ λέγοντος· πλὴν ὁ θεὸς λυτρώσεται τὴν ψυχήν μου ἐκ χειρὸς ᾅδου, ὅταν λαμβάνῃ με. καὶ ὁ Ἰακὼβ, κατάξετε τὸ γῆράς μου μετὰ λύπης εἰς ᾅδου. ταῦτα εἶχε τὰ ὀνόματα ἡμῶν ἡ τελευτὴ πρὸ τούτου. ἐπειδὴ δὲ ἦλθεν ὁ Χριστὸς, καὶ ὑπὲρ ζωῆς τοῦ κόσμου ἀπέθανεν, οὐκέτι θάνατος καλεῖται λοιπὸν ὁ θάνατος, ἀλλὰ ὕπνος καὶ κοίμησις. καὶ ὅτι κοίμησις καλεῖται, δῆλον ἐξ ὧν φησιν ὁ Χριστός· Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται. οὐ γὰρ εἶπεν, ἀπέθανε, καίτοιγε τεθνηκὼς ἦν. ἵνα δὲ μάθῃς ὅτι τὸ ὄνομα ξένον ἦν τὸ τῆς κοιμήσεως, ὅρα πῶς ἀκού-
C σαντες τοῦτο οἱ μαθηταὶ θορυβοῦνται καὶ λέγουσι· κύριε, εἰ κεκοίμηται, σωθήσεται· οὕτως οὐκ ᾔδεσαν τί ποτε ἦν τὸ λεγόμενον. καὶ πάλιν ὁ Παῦλος, ἄρα οἱ κοιμηθέντες ἀπώλοντο; πρός τινας λέγων. καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ, ἡμεῖς οἱ ζῶντες οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας, περὶ τῶν νεκρῶν λέγων. καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ, ἔγειραι, ὁ καθεύδων. καὶ ἵνα δείξῃ ὅτι περὶ νεκροῦ τοῦτο λέγει, ἐπήγαγε, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν. ὅρα πανταχοῦ ὕπνον καλούμενον τὸν θάνατον. διὰ τοῦτο καὶ ὁ τόπος κοιμητήριον ὠνόμασται. χρήσιμον γὰρ ἡμῖν καὶ τὸ ὄνομα, καὶ φιλοσοφίας γέμον πολλῆς. ὅταν τοίνυν ἄγῃς ἐνταῦθα νεκρὸν, μὴ κατάκοπτε σαυτόν· οὐ γὰρ πρὸς θάνατον, ἀλλὰ πρὸς ὕπνον αὐτὸν ἄγεις. ἀρκεῖ σοι τοῦτο τὸ ὄνομα εἰς παραμυ-
D θίαν συμφορᾶς. μάθε ποῦ ἄγεις. εἰς κοιμητήριον. καὶ πότε ἄγεις; μετὰ τὸν τοῦ Χριστοῦ θάνατον, ὅτε τὰ νεῦρα ἐξεκόπη τοῦ θανάτου· ὥστε καὶ ἀπὸ τοῦ τόπου, καὶ ἀπὸ τοῦ καιροῦ πολλὴν δύνασθε καρποῦσθαι τὴν παραμυθίαν. μάλιστα πρὸς γυναῖκας ἡμῖν οὗτος ὁ λόγος ἁρμόζει, ἐπειδὴ συμπαθέστερόν πως τὸ γένος τοῦτο καὶ πρὸς ἀθυμίαν εὐέμπτωτόν ἐστιν. ἀλλ' ἀρκοῦν ἔχεις φάρμακον τῆς ἀθυμίας, τοῦ τόπου τὸ ὄνομα. διὰ τοῦτο ἐνταῦθα συναγόμεθα.

Σήμερον γὰρ τὰ ἐν ᾅδου περιπολεῖ πάντα ὁ δεσπότης
E ἡμῶν· σήμερον τὰς χαλκᾶς πύλας συνέκλασε· σήμερον τοὺς μοχλοὺς τοὺς σιδηροῦς συνέθλασεν. ὅρα τὴν ἀκρίβειαν τῆς λέξεως. οὐκ εἶπεν, ἀνέῳξε πύλας χαλκᾶς, ἀλλὰ συνέθλασε πύλας χαλκᾶς, ἵνα ἄχρηστον γένηται τὸ δεσμωτήριον. οὐκ ἀφεῖλε τοὺς μοχλοὺς, ἀλλὰ συνέθλασεν, ἵνα ἀσθενὴς γένηται ἡ φυλακή. ὅπουγε οὔτε θύρα, οὔτε μοχλὸς, κἂν εἰσέλθῃ τις, οὐ κατέχεται. ὅταν οὖν ὁ Χριστὸς συνθλάσῃ, τίς ἕτερος διορθῶσαι δυνήσεται; ὃ γὰρ θεὸς διαστρέψει, φησί, τίς διορθώσει λοιπόν; οἱ βασιλεῖς ὅταν μέλλωσιν ἀφιέναι τοὺς δεσμώτας, πέμποντες ἐπιστολὰς, οὐχ οὕτω ποιοῦσιν, ἀλλ'

A ἀφιᾶσι καὶ τὰς θύρας καὶ τοὺς φύλακας, δηλοῦντες ὅτι εἰσελθεῖν πάλιν ἀνάγκη ἐκεῖ ἢ καὶ τοὺς ἀφεθέντας, ἢ ἑτέρους ἀντ' ἐκείνων τινάς. ὁ δὲ Χριστὸς οὐχ οὕτως· ἀλλὰ δεῖξαι βουλόμενος, ὅτι τέλος ὁ θάνατος ἔχει, συνέθλασεν αὐτοῦ τὰς πύλας τὰς χαλκᾶς. χαλκᾶς δὲ ὠνόμασεν, οὐκ ἐπειδὴ ἀπὸ χαλκοῦ ἦσαν αἱ πύλαι, ἀλλὰ τὸ ἀπηνὲς καὶ ἀπαραίτητον τοῦ θανάτου δηλῶν. καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι καὶ ὁ χαλκὸς καὶ ὁ σίδηρος τὸ ἀτενὲς καὶ ἀνένδοτον δηλοῖ, ἄκουσον τί φησι πρός τινα ἰταμόν· τὸ νεῦρόν σου σιδηροῦν, ὁ τράχηλός σου καὶ τὸ μέτωπόν σου χαλκοῦν· τοῦτο δὲ οὕτως εἶπεν, οὐκ ἐπειδὴ νεῦρον εἶχε σιδηροῦν, οὐδ' ἐπειδὴ μέτωπον εἶχε χαλκοῦν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἀμείλικτον ὄψιν καὶ ἀναίσχυντον εἶχε καὶ ἀπηνῆ. B βούλει μαθεῖν πῶς ἦν ἀμείλικτος καὶ ἀνένδοτος καὶ αὐτοαδάμας; ἐν τοσούτῳ χρόνῳ οὐδεὶς αὐτὸν ἔπεισεν ἀφεῖναι οὐδένα τῶν κατεχομένων, ἕως αὐτὸν ὁ τῶν ἀγγέλων δεσπότης κατελθὼν ἠνάγκασε. πρῶτον μὲν γὰρ ἔδησε τὸν ἰσχυρὸν, καὶ τότε τὰ σκεύη αὐτοῦ διήρπασε· διὸ καὶ ἐπάγει, θησαυροὺς σκοτεινοὺς, ἀοράτους. εἰ καὶ τὸ λεγόμενον ἓν, ἀλλὰ διπλοῦν τὸ νοούμενον. ἔστι γὰρ σκοτεινὰ χωρία, ἀλλ' ὁραθῆναι πολλάκις δύνανται, λύχνου καὶ φωτὸς εἰσαχθέντος· ἐκεῖνο δὲ τοῦ ᾅδου τὸ χωρίον ζοφωδέστατον ἦν καὶ ἀτερπὲς, καὶ οὐδέποτε φωτὸς ἐδέξατο φύσιν. διὰ τοῦτο σκοτεινοὺς, ἀοράτους εἶπεν αὐτούς. C καὶ γὰρ ὄντως σκοτεινοὶ ἦσαν, ἕως οὗ κατῆλθεν ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος, καὶ κατέλαμψε, καὶ τὸν ᾅδην ἐποίησεν οὐρανόν. ὅπου γὰρ ὁ Χριστὸς, ἐκεῖ καὶ ὁ οὐρανός. θησαυροὺς δὲ σκοτεινοὺς καλεῖ τὸν ᾅδην· εἰκότως, διότι πολὺς πλοῦτος ἀπέκειτο ἐκεῖ. καὶ γὰρ τῶν ἀνθρώπων πᾶσα ἡ φύσις πλοῦτος ὑπάρχουσα τοῦ θεοῦ, ὑπὸ τοῦ ἀπατήσαντος τὸν πρῶτον ἄνθρωπον διαβόλου ἀπεσυλήθη, καὶ τῷ θανάτῳ καθυπεζεύχθη. ὅτι δὲ πλοῦτος ἦν τῷ θεῷ πᾶσα τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις, δείκνυσι Παῦλος λέγων· πλουτῶν εἰς πάντας, καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους αὐτόν. D ὥσπερ οὖν βασιλεύς τις λῄσταρχον εὑρὼν κατατρέχοντα τὰς πόλεις, ἁρπάζοντα πάντοθεν, καὶ εἰς τὰ σπήλαια καταδιόμενον, καὶ ἀποτιθέμενον ἐκεῖ τὸν πλοῦτον, δήσας τὸν λῄσταρχον, ἐκεῖνον μὲν κολάσει παραδίδωσι, τὸν δὲ θησαυρὸν αὐτοῦ μεταφέρει εἰς τὰ ταμεῖα τὰ βασιλικά· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησε, τὸν λῄσταρχον καὶ τὸν δεσμοφύλακα, τὸν διάβολον ὁμοῦ καὶ τὸν θάνατον, διὰ τοῦ θανάτου αὐτοῦ δήσας, καὶ τὸν πλοῦτον πάντα, τῶν ἀνθρώπων λέγω τὸ γένος, μετήγαγεν εἰς τὰ ταμεῖα τὰ βασιλικά. τοῦτο καὶ Παῦλος δηλοῖ λέγων· ἐλυτρώσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους, καὶ μετέστησεν εἰς τὴν E βασιλείαν αὐτοῦ τῆς ἀγάπης. καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, αὐτὸς ὁ βασιλεὺς ἐπέστη. καίτοιγε βασιλεὺς οὐδεὶς ἂν καταξιώσειε τοῦτο ποιῆσαί ποτε, ἀλλὰ διὰ τῶν ὑπηρετῶν ἀφιᾶσι τοὺς δεδεμένους. ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ αὐτὸς ἦλθε πρὸς τοὺς δεσμώτας ὁ βασιλεὺς, καὶ οὐκ ἐπῃσχύνθη τὸ δεσμωτήριον, οὐδὲ τοὺς δεδεμένους· ὃν γὰρ ἔπλασεν, ἐπαισχύνεσθαι οὐκ ἔμελλε· καὶ συνέκλασε τὰς θύρας, συνέτριψε τοὺς μοχλοὺς, ἐπέστη τῷ ᾅδῃ, ἔρημον αὐτοῦ τὴν φυλακὴν

A tam fores, quam custodes relinquunt, ut ostendant, eo denuo ingrediendum esse, vel illis, qui jam liberi abierunt, vel loco eorum aliis. Non ita Christus, sed demonstrare volens mortem jam ad finem metamque pervenisse, æreas ejus portas confregit. *Mortem quo pacto Christus devicerit.* Æreas vero nominavit, non quod portæ illæ ex ære sint fabrefactæ, sed ut declararet immitem illam, & inexorabilem mortis necessitatem. Et ut intelligas, tam æs quam ferrum significare idem quod rigidum & inflexibile; audi quid ad quemdam impudentem Deus dicat: *Nervus ferreus, cervix tua, & frons tua ærea.* *Hesai. 48.* Hoc dixit, B non quod æream frontem habuerit; sed quia implacabilem vultum, & impudentem, & immitem habuit. Vis discere quomodo fuerit implacabilis, inflexibilis, & ipsissimus adamas? Tanto tempore nemo unquam ei persuadere potuit, ut quemquam ex illis, quos captivos tenebat, dimitteret; quoadusque Angelorum Dominus eo descendens, eum vi sua coëgit. Nam primum quidem alligavit fortem, & tunc vasa ejus diripuit, quare & adjungit: *Thesauros tenebricosos, invisibiles.* *Hesai. 45.* Licet dictum hoc simplex sit, at duplex est sensus: sunt enim loca tenebricosa, sed videri possunt candela & lumine illato; ille vero inferni locus C caliginosissimus erat, & ingratus, neque unquam lucis naturam intra se receperat; propterea tenebrosos, & invisibiles eos dixit. Vere enim tenebricosi erant; donec descendit sol justitiæ, eosque illustravit, & ex inferno cælum fecit. Nam ubi Christus, ibi & cælum. *Infernus thesaurus dicitur.* Thesauros autem tenebricosos nominat infernum: merito, quia multæ divitiæ isthic erant repositæ. Etenim tota hominum natura, quæ gaza quædam Dei est, a diabolo, qui primum hominem in fraudem impulit, spoliata, mortique subjecta est. Quod vero hominum naturam Deus divitiarum loco habuerit; testatur D his verbis Paulus: *Dives in omnes, & super omnes, qui invocant eum.* *Rom. 10. 12.* Quemadmodum igitur Rex, comprehenso duce latronum & prædonum, qui civitates percurrit, & undique rapit, & antra subit, ut ibi reponat divitias raptas; latronum ducem ligat, supplicioque meritas pœnas persoluturum tradit, thesaurum vero ejus in regium ærarium convertit: sic & Christus fecit, principem illum prædonum, & carceris custodem diabolum, simul & mortem, cum per mortem suam vinxisset, omnes divitias, humanum inquam genus transtulit in æraria regia. Hoc & Paulus indicat, cum ait: E *Redemit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum dilectionis ejus.* *Colos. 1. 13.* Porro quod admiratione dignissimum est, ipse Rex advenit. Atqui nullus rex unquam hoc dignaretur facere, sed ministri vinctos dimittunt, secus hîc: ipsemet Rex ad vinctos venit. Non erubuit carcerem, neque detentos in carcere: de eo enim quem finxerat, erubescere non potuit; & confregit fores, & vectes contrivit, superastitit inferno, &

desertam fecit totam illius custodiam, carcerisque custode in vincula conjecto, ad nos remeavit. Tyrannus captivus ducebatur, fortis vinctus. Ipsa mors abjectis armis, nuda ad Regis pedes cucurrit. Vidisti mirandam victoriam? Vidisti crucis præclara facinora? Dicam tibi quiddam adhuc mirabilius. Disce modum victoriæ, & tunc magis obstupesces. Per quæ enim diabolus vicerat, per eadem Christus eumdem devicit, & acceptis, quibus usus fuerat, armis eum debellavit. Et quomodo? Audi. Virgo, lignum, & mors cladis nostræ fuerunt symbola. Virgo erat Eva. Necdum enim virum cognoverat. Lignum erat arbor. Mors mulcta Adami. Attende vero, rursus virgo, & lignum, & mors symbola exstiterunt, & quidem victoriæ symbola. Nam loco Evæ, est Maria: loco ligni scientiæ boni & mali, lignum crucis: loco mortis Adami, mors Christi. Vides eum, per quæ vicit, per eadem & victum esse? Circa arborem prostravit diabolus Adamum, circa arborem debellavit Christus diabolum. Et illud quidem lignum mittebat ad inferos; at hoc etiam illos, qui jam eo descenderant, revocabat. Iterum lignorum alterum hominem jam captum nudumque occultavit: at hoc victorem nudum in alto omnibus ostendit. Et illa quidem mors eos, qui post ipsam nati sunt, condemnavit; at ista mors etiam illos, qui nati fuerant ante ipsam, resuscitavit. *Quis loquetur potentias Domini?* A morte immortales facti sumus. Hæc sunt crucis præclara facinora. Intellexisti victoriam? intellexisti modum victoriæ? disce nunc, quomodo & sine labore & sudore nostro victoria hæc fuerit parta. Nos arma non cruentavimus: non stetimus in acie: non accepimus vulnera. Neque vidimus bellum, & tamen victoriam obtinuimus. Certamen Domini fuit, corona nostra; cum ergo & nostra sit victoria, milites imitemur, lætisque vocibus victoriæ laudes & carmina hodie decantemus. Dicamus Dominum laudantes; *Absorpta est mors in victoria. Ubi est mors victoria tua? Ubi stimulus tuus inferne?* Hæc omnia præclare facta crux nobis peperit. Crux tropæum contra dæmones erectum, gladius contra peccatum, gladius, quo serpentem confodit Christus. Crux patris voluntas, Unigeniti gloria, Spiritus exsultatio, Angelorum decus, Ecclesiæ securitas, gloratio Pauli, Sanctorum murus, totius orbis lumen. Quemadmodum enim si quis lucernam in domo quapiam tenebris obsita accendat, & in altum statuat, tenebras derepente fugat; sic tenebris per universum orbem sparsis, Christus, tamquam lampadem quamdam, crucem accendit, & in altum erexit, omnemque caliginem totius terræ dissipavit. Et quemadmodum lampas supra in vertice lumen habet, sic & crux habuit supra in vertice solem justitiæ effulgentem. Hunc cum videret mundus clavis affixum, cohorruit, mota est terra, disruptæ petræ, & licet disruptæ sint petræ, durities tamen Judæorum

Per quæ vicerat diabolus vincitur.

Psal. 105.

Victoria sine labore nostro.

Osee 13. 1. Cor. 15.

A ἐποίησεν ἅπασαν, καὶ τὸν δεσμοφύλακα λαβὼν δεδεμένον, οὕτως ἡμῖν ἐπανῆλθεν. ὁ τύραννος αἰχμάλωτος ἤγετο, ὁ ἰσχυρὸς δεδεμένος· ὁ θάνατος αὐτὸς ῥίψας τὰ ὅπλα, γυμνὸς πρὸς τοὺς πόδας τοῦ βασιλέως ἔδραμεν. εἶδες νίκην θαυμαστήν; εἶδες σταυροῦ κατορθώματα; εἴπω σοι καὶ ἄλλο θαυμαστότερον. μάθε τὸν τρόπον τῆς νίκης, καὶ τότε ἐκπλαγήσῃ πλέον. δι' ὧν γὰρ ἐνίκησεν ὁ διάβολος, διὰ τούτων αὐτοῦ περιεγένετο ὁ Χριστός· καὶ αὐτὰ τὰ ἐκείνου λαβὼν ὅπλα, τούτοις αὐτὸν κατηγωνίσατο. καὶ πῶς, ἄκουσον. παρθένος, καὶ ξύλον, καὶ θάνατος, τῆς ἥττης ἡμῶν ἦν τὰ σύμβολα. παρB θένος ἦν ἡ Εὔα. οὔπω γὰρ ἄνδρα ἐγίνωσκε. ξύλον ἦν τὸ δένδρον· καὶ θάνατος ἦν τὸ ἐπιτίμιον τοῦ Ἀδάμ. ἀλλ' ἰδοὺ, πάλιν παρθένος καὶ ξύλον καὶ θάνατος τὰ τῆς ἥττης σύμβολα ταῦτα, καὶ τῆς νίκης ἐγένετο σύμβολα. ἀντὶ γὰρ τῆς Εὔας ἡ Μαριάμ· ἀντὶ τοῦ ξύλου τοῦ εἰδέναι τὸ καλὸν καὶ τὸ πονηρὸν, τὸ ξύλον τοῦ σταυροῦ· ἀντὶ τοῦ θανάτου τοῦ Ἀδὰμ ὁ θάνατος τοῦ Χριστοῦ. εἶδες, δι' ὧν ἐνίκησε, διὰ τούτων αὐτὸν ἡττώμενον; περὶ τὸ δένδρον κατηγωνίσατο τὸν Ἀδὰμ ὁ διάβολος· περὶ τὸν σταυρὸν κατεπάλαισε τὸν διάβολον ὁ Χριστός. καὶ ξύλον, τὸ μὲν ἔπεμπεν εἰς ᾅδην, τὸ δὲ καὶ τοὺς ἀπελθόντας ἐκεῖθεν ἀνεκαλεῖτο. πάλιν ξύλον, τὸ μὲν τὸν αἰχμάλωτον γυμνὸν C ἔκρυψε, τὸ δὲ τὸν νικητὴν γυμνὸν ἐφ' ὑψηλοῦ πᾶσιν ἐδείκνυ. καὶ θάνατος, ὁ μὲν τοὺς μετ' αὐτὸν κατέκρινεν, ὁ δὲ καὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ γενομένους ἀνέστησε. τίς λαλήσει τὰς δυναστείας τοῦ κυρίου; ἀπὸ θανάτου γεγόναμεν ἀθάνατοι· ταῦτα τοῦ σταυροῦ τὰ κατορθώματα. ἔμαθες τὴν νίκην; ἔμαθες τὸν τρόπον τῆς νίκης; μάθε καὶ πῶς ἀπονητὶ γέγονε τὸ κατόρθωμα. οὐχ ᾑμάξαμεν ἡμεῖς τὰ ὅπλα, οὐκ ἔστημεν ἐπὶ τῆς παρατάξεως, οὐκ ἐδεξάμεθα τραύματα· οὐδὲ εἴδομεν τὸν πόλεμον, καὶ τὴν νίκην ἐλάβομεν. ὁ ἀγὼν τοῦ δεσπότου, καὶ ὁ στέφανος ἡμέτερος. ἐπεὶ οὖν καὶ D ἡμετέρα ἡ νίκη, ἀλαλάξωμεν, καθάπερ στρατιῶται, τὴν ἐπινίκιον ᾠδὴν πάντες σήμερον· εἴπωμεν ὑμνοῦντες τὸν δεσπότην, κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος· ποῦ σου, θάνατε, τὸ νῖκος; ποῦ σου, ᾅδη, τὸ κέντρον; ταῦτα ὁ σταυρὸς ἡμῖν κατώρθωσε· σταυρὸς τὸ κατὰ τῶν δαιμόνων τρόπαιον, ἡ κατὰ τῆς ἁμαρτίας μάχαιρα, τὸ ξίφος, ᾧ τὸν ὄφιν ἐκέντησεν ὁ Χριστός· σταυρὸς τὸ τοῦ πατρὸς θέλημα, ἡ τοῦ μονογενοῦς δόξα, τὸ τοῦ πνεύματος ἀγαλλίαμα, ὁ τῶν ἀγγέλων κόσμος, τῆς ἐκκλησίας ἡ ἀσφάλεια, τὸ καύχημα Παύλου, τὸ τῶν ἁγίων τεῖχος, τὸ φῶς τῆς οἰE κουμένης ἁπάσης. καθάπερ γὰρ σκότῳ κατεχομένου οἴκου λαμπάδα τις ἀνάψας, καὶ ὀρθὴν ἀναστήσας, ἀπελαύνει τὸ σκότος· οὕτω τῆς οἰκουμένης ὑπὸ ζόφου κατεχομένης, καθάπερ λαμπάδα τινὰ, τὸν σταυρὸν ἀνάψας, καὶ ὀρθὸν ἀναστήσας ὁ Χριστὸς, τῆς γῆς ἅπαντα τὸν ζόφον ἔλυσε. καὶ καθάπερ ἡ λαμπὰς ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἄνω τὸ φῶς ἔχει, οὕτω καὶ ὁ σταυρὸς ἄνω ἐν τῇ κεφαλῇ τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης εἶχεν ἐκλάμποντα. τοῦτον ἰδὼν προσηλωμένον ὁ κόσμος ἔφριξεν, ἐκλονήθη ἡ γῆ, διεῤῥάγησαν αἱ πέτραι· ἀλλ' εἰ καὶ διεῤῥάγησαν αἱ πέτραι, ἡ ἀναισθησία τῶν Ἰουδαίων οὐ διεῤῥάγη.

A διέῤῥαγη. ἐσχίσθη τὸ καταπέτασμα, καὶ οὐκ ἐσχίσθη ἡ πονηρὰ συμφωνία ἐκείνων. διὰ τί ἐσχίσθη τὸ καταπέτασμα; ὅτι οὐκ ἠδύνατο τὸν δεσπότην ὁρᾷν σταυρούμενον ὁ ναός· δι᾽ ὧν δὲ εἰς τὸ αὐτοῦ καταπέτασμα γέγονε, μονονουχὶ τοῦτο προτρέπων φησίν· ὁ βουλόμενος πατείτω τὰ ἅγια τῶν ἁγίων λοιπόν. τί γάρ μοι τὸ ὄφελος τούτων, ἔξω τοιαύτης θυσίας προσενεχθείσης; τί μοι τὸ ὄφελος τῆς διαθήκης; τί μοι τὸ ὄφελος τοῦ νόμου; εἰκῆ καὶ μάτην τούτους ἐπαίδευσα τοσοῦτον χρόνον. τοῦτο καὶ ὁ προφήτης ἐβόα, λέγων· ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; ἤκουσαν, ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος· καὶ μελετῶντες ἐν τοσούτῳ χρόνῳ τὴν προφητείαν, τοῦ πράγματος παραγινομένου ἠπίστησαν. εἶδες πῶς ἐμελέτησαν κενά; διὰ τοῦτο περιεσχίσατο ὁ ναός, τὴν ἐρήμωσιν προδηλῶν τὴν μετὰ ταῦτα ἐσομένην διηνεκῶς.

B

Ἐπεὶ οὖν τὸν ἐν τῷ σταυρῷ προσηλωμένον μέλλομεν καὶ ἡμεῖς κατὰ τὴν ἑσπέραν ταύτην ἰδεῖν, ὡς ἀμνὸν ἐσφαγμένον καὶ τεθυμένον, μετὰ φρίκης προσίωμεν, παρακαλῶ, καὶ αἰδοῦς πολλῆς καὶ εὐλαβείας. οὐκ ἔγνωτε τοὺς ἀγγέλους, πῶς παρειστήκεισαν τῷ τάφῳ οὐκ ἔχοντι σῶμα, τάφῳ κενῷ; ἀλλ᾽ ὅμως ἐπειδὴ ὅλως ἐδέξατο τὸ σῶμα τὸ δεσποτικὸν, πολλὴν ἀπονέμουσι καὶ τῷ τόπῳ τὴν τιμήν· οἱ ἄγγελοι ὑπερβαίνοντες τὴν ἡμετέραν φύσιν μετὰ τοσαύτης αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας παρειστήκεισαν τῷ τάφῳ· ἡμεῖς οὐ τάφῳ μέλλοντες παρίστασθαι κενῷ, ἀλλ᾽ αὐτῇ τῇ τραπέζῃ τῇ τὸν ἀμνὸν ἐχούσῃ, μετὰ θορύβου καὶ ταραχῆς προσίμεν; καὶ τίς ἡμῖν ἔσται συγγνώμη λοιπόν; οὐχ ἁπλῶς ταῦτα λέγω, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ πολλοὺς ὁρῶ κατὰ τὴν ἑσπέραν ταύτην θορυβοῦντας, βοῶντας, ἐπικειμένους ἀλλήλοις, πηδῶντας, λοιδορουμένους, καὶ μᾶλλον ἑαυτοῖς κόλασιν, ἢ σωτηρίαν προξενοῦντας· τούτου χάριν τὴν ὑπὲρ τούτων ποιοῦμαι παραίνεσιν. τί ποιεῖς, ἄνθρωπε; ὅταν ἑστήκῃ πρὸ τῆς τραπέζης ὁ ἱερεὺς, τὰς χεῖρας ἀνατείνων εἰς τὸν οὐρανὸν, καλῶν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τοῦ παραγενέσθαι καὶ ἅψασθαι τῶν προκειμένων, πολλὴ ἡσυχία, πολλὴ σιγή. ὅταν διδῷ τὴν χάριν τὸ πνεῦμα, ὅταν κατέλθῃ, ὅταν ἅψηται τῶν προκειμένων, ὅταν ἴδῃς τὸ πρόβατον ἐσφαγιασμένον καὶ ἀπηρτισμένον, τότε θόρυβον, τότε ταραχὴν, τότε φιλονεικίαν, τότε λοιδορίαν ἐπεισάγεις; καὶ πῶς δυνήσῃ τῆς θυσίας ἀπολαῦσαι ταύτης, μετὰ τοσαύτης ταραχῆς τῇ τραπέζῃ προσιὼν ταύτῃ; οὐκ ἀρκεῖ ἡμῖν ὅτι μετὰ ἁμαρτημάτων προσερχόμεθα, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν καιρὸν τῆς προσόδου ἐκτὸς γενέσθαι πλημμελημάτων οὐκ ἀνεχόμεθα; ὅταν γὰρ φιλονεικῶμεν, ὅταν θορυβώμεθα, ὅταν ἀλλήλους δάκνωμεν, πῶς ἔξω ἁμαρτημάτων ἐσόμεθα; τί σπεύδεις, εἰπέ μοι; τίνος ἕνεκεν ἐπείγῃ τὸ πρόβατον ὁρῶν ἐσφαγιασμένον; εἰ γὰρ διὰ πάσης τῆς νυκτὸς ἦν πρὸς τὴν θυσίαν αὐτὴν ὁρᾷν, εἶχε κόρον, εἰπέ μοι, τὸ πρᾶγμα; ὅλην τὴν ἡμέραν

Tom. II.

A non est disrupta. Velum templi scissum est, & non est scissa improba illorum conspiratio. Quare scissum est velum? Quia templum non potuit videre Dominum crucifixum, & per ea, quæ velo suo acciderunt, tantum non exhortationis modo ista protulit: De cætero sancta sanctorum conculcet, quisquis volet. Quid enim istis opus habeo, tali sacrificio extra oblato & peracto? Quid mihi prodest testamentum? Frustra & incassum tanto tempore istos docui. Quæ ex lege ad me utilitas redit? Hoc & Propheta clamabat dicens: *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania?* Audierant: *Tamquam ovis ad occisionem ductus est*; &, *tamquam agnus coram tondente se obmutuit.* Et cum hanc prophetiam tanto tempore considerassent, præsente jam eo, quod prædictum fuerat, non crediderunt. Cernis, quomodo meditati sunt inania? Propterea scissum est templum, significans solitudinem & vastationem posthac in perpetuum futuram.

Velum templi cur scissum.

Psal. 2. 1.

B *Hesai.* 53. 7.

3. Cum igitur eum, qui in cruce affixus est, nos itidem sub vesperam visuri simus, tamquam Agnum mactatum & immolatum, moneo, ut cum tremore, veneratione & reverentia multa accedamus. An nescitis, quomodo Angeli astiterint sepulcro corpus non habenti, sepulcro vacuo? attamen cum semel totum corpus Domini recepisset, multum honoris ipsi etiam loco exhibent. Angeli, qui naturam nostram excellentia sua longe superant, tanta reverentia & observantia sepulcro assistunt: nos non ad sepulcrum inane, sed ad ipsam mensam, in qua Agnus positus est, adituri, cum tumultu & turbatione accedimus. Et quæ nobis de reliquo venia speranda erit? Non dico hæc simpliciter & temere, sed cum videre soleam hac vespera multos tumultuantes, clamantes, sese mutuo trudentes, exsilientes, convicia jacientes, magisque pœnam quam salutem sibi comparantes, ea de causa hanc admonitionem instituo. Quid facis, ô homo? Quando sacerdos stat ante sacram mensam, manibus in cælum extensis, invocans Spiritum sanctum, ut adveniat, ut proposita dona contingat, magna quies, magnum silentium: quando Spiritus gratiam suam tribuit, quando descendit, quando proposita dona contingit, quando ovem mactatam & consummatam cernis, tunc tumultum, tunc turbas, tunc contentionem excitas & convicia jacis? Quomodo sacrificio hoc perfrui potes, cum tanto tumultu & strepitu ad mensam hanc accedas? Non sufficit nobis peccatis contaminatos accedere, sed ipsum etiam accessus momentum non finimus a peccato liberum præterire. Quando enim jurgamur, quando tumultuamur, quando nos mutuo mordemus, quomodo a peccatis immunes erimus? Dic mihi, quid properas? cujus gratia festinas, cum ovem jam occisam aspicis? Nam si tota nocte sacrificium hoc intueri deberes, an spectaculum hoc, cedo, satietatem afferret? Toto die patienter

C Ad Communionem quo pacto eundum.

D

Invocatio Spiritus sancti.

E

exspectasti, bonam noctis partem transmisisti, tantumque laborem brevi temporis puncto prodigis & perdis? Cogita, quidnam sit illud quod propositum est, & quæ sit ejus causa. Occisus est propter te, & tu deseris illum ipsum immolatum aspiciens. *Matth. 24. 28.* *Ubi cadaver*, inquit, *ibi & aquilæ*. Nos autem non ut aquilæ, sed ut canes accedimus. Tanta nostra est impudentia. Cogita quid tandem illud sit, quod effusum est. Sanguis est. Sanguis qui chirographum peccatorum delevit. Sanguis, qui animam tuam mundavit, qui maculam eluit, qui *Coloss. 2. 15.* principatus & potestates triumphavit. *Exspolians enim*, inquit, *principatus & potestates traduxit confidenter triumphans in cruce.* Multa victoriæ symbola habuit tropæum. Spolia superne de cruce pendent. Quemadmodum enim magnanimus aliquis rex confecto feliciter difficillimo bello, thoracem, & clypeum, & arma tyranni, & militum, quos devicit, super excelsum tropæum ponit: sic & Christus, finito bello, quod cum diabolo gesserat, arma ejus universa, mortem & maledictionem ab excelsa cruce suspendit, tamquam de tropæo quodam, ut omnes tropæum illud conspicarentur, supernæ virtutes, quæ in cælis, homines, qui inferne terram incolunt; ipsique mali dæmones, qui devicti sunt. Cum igitur tanto munere affecti simus, dignos nosmetipsos pro viribus ostendamus bonis illis, quæ nobis sunt concessa, ut & cælorum regnum assequamur gratia & humanitate Domini nostri Jesu Christi, per quem & cum quo Patri simul & Spiritui sancto, gloria, honor, potentia in sæcula sæculorum, amen.

A ἐκαρτέρησας, τὸ πλέον τῆς νυκτὸς διήγαγες, καὶ τοσούτων καμάτων ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ προδίδως καὶ ἀπολλύεις; ἐννόησον τί ποτέ ἐστι τὸ προκείμενον, καὶ πόθεν ἔλαβε τὴν αἰτίαν. ἐσφάγη διὰ σὲ, καὶ σὺ ἐγκαταλιμπάνεις αὐτὸν ἐσφαγιασμένον ὁρῶν. ὅπου τὸ πτῶμα, φησιν, ἐκεῖ καὶ οἱ ἀετοί. ἡμεῖς δὲ οὐχ ὡς ἀετοὶ, ἀλλ' ὡς κύνες προσερχόμεθα· τοσαύτη ἡμῶν ἡ ἀναισχυντία. ἐννόησον τί ποτέ ἐστι τὸ κεχυμένον. αἷμά ἐστιν, αἷμα, ὃ τὸ χειρόγραφον τῶν ἁμαρτιῶν ἀπήλειψεν· αἷμα, ὃ τὴν ψυχήν σου ἐκάθηρεν, ὃ τὴν κηλῖδα ἀπέπλυνεν, ὃ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας ἐθριάμβευσεν. ἀπεκδυσάμενος γὰρ, φησι, τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας ἐδειγμάτισεν ἐν B παρρησίᾳ θριαμβεύσας ἐν τῷ σταυρῷ. πολλά, φησι, τὸ τρόπαιον ἔχει τῆς νίκης τὰ σύμβολα· τὰ λάφυρα κρέμαται ἄνω ἐφ' ὑψηλοῦ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ. καθάπερ γὰρ βασιλεὺς γενναῖος πόλεμον νικήσας χαλεπώτατον, τὸν θώρακα καὶ τὴν ἀσπίδα καὶ τὰ ὅπλα τοῦ τυράννου καὶ τῶν στρατιωτῶν τῶν ἡττηθέντων ἐφ' ὑψηλοῦ τοῦ τροπαίου τίθησιν· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς τὸν πόλεμον νικήσας τὸν πρὸς τὸν διάβολον, τὰ ὅπλα αὐτοῦ πάντα, τὸν θάνατον, τὴν κατάραν ἐκρέμασεν ἐφ' ὑψηλοῦ τοῦ σταυροῦ, καθάπερ ἐπὶ τροπαίου τινὸς, ἵνα πάντες τὸ τρόπαιον βλέπωσιν, αἱ ἄνω δυνάμεις, αἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, οἱ κάτω ἄνθρωποι οἱ ἐπὶ C τῆς γῆς, αὐτοὶ οἱ πονηροὶ δαίμονες οἱ ἡττηθέντες. ἐπειδὴ οὖν τοσαύτης ἀπελαύσαμεν δωρεᾶς, ἑαυτοὺς κατὰ δύναμιν ἀξίους ἐπιδείξωμεν τῶν ὑπηργμένων ἡμῖν ἀγαθῶν· ἵνα καὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν τύχωμεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, δόξα, τιμὴ, κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

MONITUM

IN DUAS SEQUENTES DE CRUCE ET LATRONE HOMILIAS.

QUOD *in Homilia de Judæ proditione animadvertimus, idipsum deprehendimus in præsenti concione; nempe Chrysostomum, quam aliquot ante annis habuerat, eamdem secundis curis recognitam, & quibusdam in locis, in principio maxime, mutatam eodem recurrente die Parasceves iterum pronunciasse. Non series modo eadem est, sed etiam verba plerumque: atque Scripturæ loca eodem ipso in utraque ordine locantur. Quæ prior, quæ posterior dicta fuerit, nulla possumus conjectura assequi. Ea vero, quam post Henricum Savilium priorem ponimus, longe brevior est altera: de cætero autem omnia in utraque similia sunt, uno excepto loco num. 5. ubi quæ prior editur, cujus initium*, σήμερον ὁ κύριος, *sic habet:* Imitemur itaque Dominum, & pro inimicis precemur: eamdem enim cohortationem resumo; jam quinto die vobis de eodem argumento dissero, πέμπτην ἔχω σήμερον ἡμέραν ὑπὲρ ταύτης ὑμῖν τῆς ὑποθέσεως διαλεγόμενος; *quæ vero posterior locatur:* Imitemur igitur & nos Dominum, & pro inimicis precemur. Quæ heri monui, eorumdem & nunc commonefacio, sciens præclare facti magnitudinem &c. *In priore itaque de precatione pro inimicis jam quinto agebatur; in posteriore vero, secundo tantum; quæ varietas ex annorum quibus singulas habuit diversitate promanavit.*

Advertendum autem est, licet in posteriore dicat, Quæ heri monui, eorumdem & nunc commonefacio, *non excludi tamen parem præcedentibus diebus habitam admonitionem. Nam in duabus de Proditione Judæ concionibus, quæ, uti certum videtur, hasce duas de Cruce & Latrone uno tantum die præcesserunt, sic loquitur Chrysostomus:* Ideo quarta jam die apud

vos sermonem habeo de Oratione pro inimicis. *Hæ porro duæ conciones, eadem recurrente feria quinta in Cœna Domini, sed diversis annis, habitæ sunt, ut diximus in Monito ibidem: in utraque vero, quarta jam adhortatio ad orandum pro inimicis; in hisce autem duabus quinta numerabatur; nisi fortasse quis dixerit posteriorem, in qua hesterna tantum adhortatio memoratur, neutram ex duabus, quæ supersunt, de Proditione Judæ Homiliam sequi debere; sed in alium annum esse conjiciendam; verum id non pro certo statuere ausim. De tempore & anno, quo habitæ sunt hæ duæ Conciones vide in Monito ad Homilias de Proditione Judæ.*

Prioris Homiliæ Interpretationem Latinam adornavimus; posterioris vero a Gretsero editam Versionem sed emendatam e regione Græci textus posuimus.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΣΤΑΥΡΟΝ ΚΑΙ ΕΙΣ τὸν λῃστὴν, καὶ περὶ τῆς δευτέρας τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, καὶ περὶ τοῦ συνεχῶς εὔχεσθαι ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν.

ΣΗΜΕΡΟΝ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς A ἐν σταυρῷ, καὶ ἡμεῖς ἑορτὴν ἄγομεν, ἵνα μάθῃς ὅτι ὁ σταυρὸς ἑορτὴ καὶ πανήγυρις πνευματική. πρότερον μὲν γὰρ ὁ σταυρὸς ὄνομα καταδίκης ἦν, νυνὶ δὲ πρᾶγμα τιμῆς γέγονε· πρότερον σύμβολον κατακρίσεως, νυνὶ δὲ ὑπόθεσις σωτηρίας. οὗτος γὰρ μυρίων ἡμῖν ἀγαθῶν αἴτιος γέγονεν, οὗτος ἡμᾶς τῆς πλάνης ἀπήλλαξεν, οὗτος ἐν σκότει καθημένους ἐφώτισεν, οὗτος ἐκπεπολεμωμένους ἡμᾶς τῷ θεῷ κατήλλαξεν, ἀπηλλοτριωμένους ᾠκείωσε, μακρὰν ὄντας ἐγγὺς εἶναι ἐποίησεν· οὗτος ἔχθρας ἀναίρεσις, οὗτος εἰρήνης ἀσφάλεια, μυρίων ἡμῖν ἀγαθῶν θησαυρὸς γέγονε. B διὰ τοῦτον οὐκέτι πλανώμεθα ἐν ἐρημίαις· τὴν γὰρ ἀληθινὴν ὁδὸν ἐπέγνωμεν. οὐκ ἔτι τῶν βασιλείων ἔξω διάγομεν· τὴν γὰρ θύραν εὕραμεν. οὐ φοβούμεθα τὰ πεπυρωμένα βέλη τοῦ διαβόλου· τὴν γὰρ πηγὴν εἴδομεν. διὰ τοῦτον οὐκ ἔτι ἐσμὲν ἐν χηρείᾳ· τὸν γὰρ νυμφίον ἀπειλήφαμεν. οὐ δεδοίκαμεν τὸν λύκον· τὸν γὰρ ποιμένα τὸν καλὸν ἔχομεν. ἐγὼ γάρ εἰμι, φησίν, ὁ ποιμὴν ὁ καλός. διὰ τοῦτον οὐ φρίττομεν τὸν τύραννον· προσεδρεύομεν γὰρ τῷ βασιλεῖ, καὶ διὰ ταῦτα ἑορτὴν ἄγομεν, σταυροῦ μνήμην τελοῦντες. οὕτω καὶ Παῦλος ἐκέλευσε διὰ τὸν σταυρὸν ἑορτὴν ἄγειν. ἑορτάζωμεν γάρ, φησι, μὴ ἐν ζύμῃ παλαιᾷ, C ἀλλ' ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας. εἶτα τὴν αἰτίαν προσθεὶς, ἐπήγαγεν· ὅτι τὸ πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη Χριστός. ὁρᾷς πῶς διὰ τὸν σταυρὸν ἑορτάζειν κελεύει; ἐν γὰρ τῷ σταυρῷ ἐτύθη ὁ Χριστός. ὅπου δὲ θυσία, ἐκεῖ ἀναίρεσις ἁμαρτημάτων, ἐκεῖ καταλλαγὴ δεσπότου, ἐκεῖ ἑορτὴ καὶ χαρά. τὸ πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη Χριστός. καὶ ποῦ ἐτύθη, εἰπέ; ἐφ' ὑψηλοῦ τοῦ ἰκρίου. καινὸν τὸ θυσιαστήριον τῆς θυσίας ταύτης, ἐπειδὴ καὶ ἡ θυσία καινὴ καὶ παράδοξος. ὁ αὐτὸς γὰρ καὶ θυσία, καὶ ἱερεὺς ἦν· θυσία D μὲν, κατὰ σάρκα, ἱερεὺς δὲ, κατὰ πνεῦμα. ὁ αὐτὸς καὶ προσῆγε καὶ προσήγετο δὲ κατὰ σάρκα. ἄκουσον γοῦν πῶς ἀμφότερα ταῦτα ὁ Παῦλος ἐδήλωσε. πᾶς ἀρχιερεὺς, φησὶν, ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος, ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίσταται· ὅθεν ἀναγκαῖον ἔχειν τι καὶ τοῦτον ὃ προσενέγκοι. ἰδοὺ αὐτὸς προσφέρει ἑαυτόν. ἀλλαχοῦ δέ φησιν, ὅτι Χριστὸς ἅπαξ προσενεχθεὶς εἰς τὸ πολλῶν ἀνενεγκεῖν

HOMILIA IN CRUCEM ET IN Latronem: item de secundo Christi adventu, & quod frequenter sit orandum pro inimicis.

I. HODIE Dominus noster Jesus Christus in cruce, & nos festum agimus; ut discas crucem esse festum & celebritatem spiritualem. Antehac enim crux nomen erat damnationis, nunc vero res honorabilis effecta est: prius symbolum condemnationis, nunc argumentum salutis. Hæc enim nobis innumerabilium bonorum causa effecta est: hæc nos ab errore liberavit, hæc in tenebris positos illuminavit, hæc jam debellatos, cum Deo reconciliavit; abalienatos, domesticos effecit; procul positos, proximos constituit. Hæc inimicitiæ destructio, pacis tutamen, sexcentorum bonorum thesaurus. Propter eam non ultra in desertis vagamur, veram quippe viam novimus: non amplius extra regiam degimus; januam enim invenimus: non timemus ignita diaboli tela, fontem siquidem vidimus. Per crucem non amplius in viduitate sumus, sponsum enim recepimus: non timemus lupum, bonum quippe pastorem habemus: Nam, *ego sum*, inquit, *pastor bonus*. Per hanc tyrannum non perhorrescimus, Regi enim assidemus: & ideo festum agimus, crucis memoriam celebrantes. Ita & Paulus jussit per crucem festum agere: *Festum agamus*, inquit, *non in fermento veteri, sed in azymis sinceritatis & veritatis.* Deinde causam adjiciens, ita pergit: *Quia Pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus.* Viden' quomodo per crucem festum agere præcipiat? In cruce namque immolatus est Christus. Ubi namque sacrificium, ibi peccatorum abolitio, ibi reconciliatio cum Domino, ibi festum & lætitia. Pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus: Ubi, quæso, immolatus? in excelso patibulo. Novum altare hujus sacrificii, quia ipsum sacrificium novum stupendumque est. Idem quippe & sacrificium & sacerdos erat: sacrificium, secundum carnem; sacerdos, secundum spiritum. Idem & offerebat, & secundum carnem offerebatur. Audi quomodo hæc ambo Paulus declaraverit: *Omnis Pontifex*, inquit, *ex hominibus assumtus, pro hominibus constituitur; unde necesse est ut habeat quidpiam, quod offerat: ecce ipse offert semetipsum.* Alibi vero dicit: *Christus semel oblatus ad multorum*

Quanta nobis bona crux afferat.

Joan. 10. 11.

1. Cor. 5. 8.

Heb. 5. 1.

Heb. 9. 28.

auferenda peccata, apparebit exspectantibus se in salutem. Ecce hîc oblatus est, illic vero semetipsum obtulit. Viden' quomodo & sacrificium & sacerdos factus sit, & crux altare fuerit. Et cur, inquies, non in templo hostia offertur, sed extra urbem & Esai. 53. 12. mœnia? Ut impleretur illud, *cum iniquis reputatus est.* Cur autem in sublimi patibulo jugulatur, non sub tecto? Ut aëris naturam purgaret; ideo in sublimi, non imminente tecto, sed imminente cælo. Aër quippe purgabatur, cum ovis in sublimi immolaretur. Purgabatur item & terra, fluebat enim e latere sanguis in ipsam. Ideo non sub tecto, ideo non in templo Judaïco; ne sibi Judæi hostiam sequestrarent, neve putares pro illa gente tantum hanc offerri. Idcirco extra urbem & mœnia, ut discas universale sacrificium esse, quia pro universa terra erat oblatio; ut disceres item purgationem, communem, non peculiarem, esse, quemadmodum apud Judæos. Judæis enim ideo præcepit Deus ut universam terram relinquerent, & uno in loco hostias & preces offerrent, quia tota terra impura erat, fumo, nidore reliquisque omnibus gentilitiorum sacrificiorum Quivis locus precationi aptus. inquinamentis eam occupantibus. Nobis vero, quia Christus tandem veniens totum orbem purgavit, quivis locus, orandi locus effectus est. Ideo Paulus confidenter hortabatur, ut ubique sine timore preces 1. Tim. 2. 8. emitterentur, his verbis: *Volo viros orare in omni loco, levantes sanctas manus.* Viden' quomodo purgatus sit orbis? Per locum enim licet ubique levare sanctas manus: quoniam omnis terra sancta effecta est, & sanctis illis templi interioribus sanctior. Illic enim offerebatur ovis irrationabilis, hîc vero spiritualis. Quanto autem majus est sacrificium, tanto auctior sanctificatio. Quapropter crux est celebritas.

2. Vis discere aliud ejus insigne opus? Paradisum a quinquies mille & amplius annis clausum, hodie nobis aperuit. Hoc quippe die, hac ipsa hora latronem eo introduxit Deus, duo præclara designans opera; unum, quod paradisum aperuerit, aliud, quod latronem introduxerit. Hodie antiquam patriam nobis reddidit, hodie in patriam civitatem nos reduxit, & communi hominum naturæ domum dedit. Nam Luc. 23. 43. *hodie*, inquit, *mecum eris in paradiso.* Quid dicis? Crucifixus es & clavis affixus, & paradisum polliceris? Etiam, inquit, ut in cruce virtutem meam ediscas. Quia enim res erat tristis, ne naturæ crucis attenderes, sed crucifixi virtutem edisceres, in cruce hoc perpetrat miraculum, quod ejus maxime virtutem demonstrat. Non enim mortuum cum suscitaret, non cum mare ac ventos increparet, non cum dæmonas fugaret, sed crucifixus, clavis perforatus, contumeliis, sputis, conviciis, opprobriis oneratus, improbum latronis animum mutare potuit, ut utrinque virtutem ejus videas: creaturam quippe totam commovit, petras scidit, petra duriorem latronis

A ἁμαρτίας, ὀφθήσεται τοῖς αὐτὸν ἀπεκδεχομένοις εἰς σωτηρίαν. ἰδοὺ ἐνταῦθα προσηνέχθη· ἐκεῖ δὲ ἑαυτὸν προσήνεγκεν. εἶδες πῶς καὶ θυσία καὶ ἱερεὺς ἐγένετο, καὶ θυσιαστήριον ὁ σταυρὸς ἦν; καὶ τίνος ἕνεκεν οὐκ ἐν τῷ ναῷ, φησὶν, ἡ θυσία προσφέρεται, ἀλλ' ἔξω τῆς πόλεως καὶ τῶν τειχῶν; ἵνα ἐκεῖνο πληρωθῇ, ὅτι ἐν τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη. τίνος δὲ ἕνεκεν ἐφ' ὑψηλοῦ τοῦ ἰκρίου σφάττεται, καὶ οὐχ ὑπὸ στέγην; ἵνα τοῦ ἀέρος τὴν φύσιν ἐκκαθάρῃ, διὰ τοῦτο ἐφ' ὑψηλοῦ, οὐκ ἐπικειμένης στέγης, ἀλλ' ἐπικειμένου οὐρανοῦ. ἐκαθαίρετο μὲν γὰρ ὁ ἀὴρ ἐφ' ὑψηλοῦ θυομένου τοῦ προβάτου· ἐκαθαίρετο δὲ καὶ ἡ γῆ· ἔσταζε γὰρ τὸ αἷμα ἀπὸ τῆς πλευρᾶς ἐπ' αὐτήν. διὰ τοῦτο οὐχ ὑπὸ στέγην, διὰ τοῦτο οὐκ ἐν τῷ ναῷ τῷ Ἰουδαϊκῷ, ἵνα μὴ νοσφί- B σωνται τὴν θυσίαν Ἰουδαῖοι, μηδὲ νομίσῃς ὑπὲρ τοῦ ἔθνους ἐκείνου μόνου ταύτην προσάγεσθαι· διὰ τοῦτο ἔξω πόλεως καὶ τειχῶν, ἵνα μάθῃς ὅτι καθολικὴ ἡ θυσία, ὅτι ὑπὲρ τῆς γῆς ἁπάσης ἡ προσφορὰ, ἵνα μάθῃς ὅτι κοινὸς ὁ καθαρισμός ἐστιν, οὐ μερικὸς, καθάπερ ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων. Ἰουδαίοις μὲν γὰρ διὰ τοῦτο ἐκέλευσεν ὁ θεὸς πᾶσαν ἀφιέναι τὴν γῆν, καὶ εἰς ἕνα τόπον προσφέρειν τὰς θυσίας καὶ εὔχεσθαι, ἐπειδὴ πᾶσα ἡ γῆ ἀκάθαρτος ἦν, καπνοῦ καὶ κνίσης καὶ πάντων τῶν ἄλλων μολυσμῶν τῶν ἐκ τῶν θυσιῶν τῶν ἑλληνικῶν ἐπ' αὐτὴν φερομένων· ἡμῖν δὲ ἐπειδὴ λοιπὸν ὁ Χριστὸς ἐλθὼν πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐξε- C κάθαρεν, ἅπας τόπος εὐκτήριον γέγονε. διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος θαῤῥῶν παρῄνει λοιπὸν ἀδεῶς προσεύχεσθαι πανταχοῦ, λέγων οὕτω· βούλομαι προσεύχεσθαι τοὺς ἄνδρας ἐν παντὶ τόπῳ ἐπαίροντας ὁσίας χεῖρας. εἶδες πῶς ἐκαθάρθη ἡ οἰκουμένη; διὰ γὰρ τοῦ τόπου πανταχοῦ ἐπαίρειν χεῖρας ὁσίας δυνάμεθα, ἐπειδὴ πᾶσα ἡ γῆ ἁγία γέγονεν ἁγιωτέρα τῶν ἁγίων τῶν ἔνδον. ἐκεῖ μὲν γὰρ προσηνέχθη πρόβατον ἄλογον, ἐνταῦθα δὲ πνευματικόν. ὅσῳ δὲ μείζων ἡ θυσία, τοσούτῳ πλείων καὶ ὁ ἁγιασμός. διὰ τοῦτο ἑορτὴ ὁ σταυρός.

Βούλει μαθεῖν αὐτοῦ καὶ ἕτερον κατόρθωμα; τὸν παράδεισον πεντακισχίλια ἔτη καὶ πλείω κεκλεισμένον σήμερον D ἡμῖν ἠνέῳξεν. ἐν ταύτῃ γὰρ τῇ ἡμέρᾳ, ἐν ταύτῃ τῇ ὥρᾳ, τὸν λῃστὴν εἰσήγαγεν ὁ θεὸς, δύο κατορθώματα ἐργασάμενος· ἓν μὲν, ὅτι παράδεισον ἠνέῳξεν, ἕτερον δὲ, ὅτι λῃστὴν εἰσήγαγε. σήμερον ἀπέδωκεν ἡμῖν τὴν ἀρχαίαν πατρίδα, σήμερον ἐπανήγαγεν ἡμᾶς ἐπὶ τὴν πατρῴαν πόλιν, καὶ τὴν οἰκίαν ἐχαρίσατο τῇ κοινῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει. σήμερον γὰρ, φησὶ, μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. τί λέγεις; ἐσταύρωσαι καὶ προσήλωσαι, καὶ παράδεισον ἐπαγγέλλῃ; ναί, φησιν, ἵνα ἐν τῷ σταυρῷ τὴν δύναμιν τὴν ἐμὴν E καταμάθῃς. ἐπειδὴ γὰρ τὸ πρᾶγμα σκυθρωπὸν ἦν, ἵνα μὴ τῇ φύσει τοῦ σταυροῦ προσέχῃς, ἀλλὰ τὴν δύναμιν τοῦ σταυρωμένου μάθῃς, ἐν σταυρῷ τὸ θαῦμα ἐργάζεται τοῦτο, ὃ μάλιστα δείκνυσιν αὐτοῦ τὴν ἰσχύν. οὐ γὰρ νεκρὸν ἀναστήσας, οὐ θαλάττῃ καὶ πνεύμασιν ἐπιτιμήσας, οὐ δαίμονας ἀπελάσας, ἀλλὰ σταυρούμενος, προσηλούμενος, ὑβριζόμενος, ἐμπτυόμενος, λοιδορούμενος, διασυρόμενος ἴσχυσε τὴν πονηρὰν τοῦ λῃστοῦ διάνοιαν μεταθεῖναι· ἵνα ἑκατέρωθεν τὴν δύναμιν αὐτοῦ ἴδῃς. τήν τε γὰρ κτίσιν ἐκλόνησεν ἅπασαν, καὶ τὰς πέτρας διέῤῥηξε, τὰς πέτρας τε ἀναι-

ποθητοτέραν τὴν τοῦ λῃστοῦ ψυχὴν ἐπεσπάσατο καὶ ἐτίμησε. σήμερον γὰρ μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ, φησί. καίτοι τὰ Χερουβὶμ ἐτήρει τὸν παράδεισον. ἀλλ' ἔστι καὶ τῶν Χερουβὶμ δεσπότης. φλογίνη ῥομφαία ἐκεῖ στρέφεται. ἀλλ' αὐτὸς καὶ φλογὸς καὶ γεέννης καὶ ζωῆς καὶ θανάτου ἐξουσίαν ἔχει. καίτοιγε βασιλεὺς οὐδεὶς ἄν ποτε ἀνάσχοιτο λῃστὴν ἄνθρωπον, ἢ ἕτερόν τινα τῶν ὁμοδούλων μεθ' ἑαυτοῦ καθίσας, οὕτως εἰς πόλιν εἰσαγαγεῖν. ἀλλ' ὁ Χριστὸς τοῦτο ἐποίησε· καὶ εἰς τὴν ἱερὰν εἰσερχόμενος πατρίδα, μεθ' ἑαυτοῦ τὸν λῃστὴν εἰσάγει, οὐ καταπατῶν τὸν παράδεισον, οὐδὲ καταισχύνων τοῖς ποσὶ τοῦ λῃστοῦ, ἀλλὰ μᾶλλον τιμῶν τὸν παράδεισον· τιμὴ γὰρ παραδείσου, τὸ τοιοῦτον ἔχειν δεσπότην, ὡς καὶ λῃστὴν ἄξιον ποιῆσαι τῆς τρυφῆς τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ. καὶ γὰρ ὅτε τελώνας καὶ πόρνας εἰσήγαγεν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, οὐκ ἀτιμάζων τοῦτο ἐποίει, ἀλλὰ μᾶλλον ἐτίμα, δεικνὺς ὅτι τοιοῦτός ἐστιν ὁ κύριος τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, ὡς καὶ πόρνας καὶ τελώνας οὕτως ἐργάσασθαι δοκίμους, ὡς ἀξίους φανῆναι τῆς ἐκεῖσε τιμῆς καὶ δωρεᾶς. καθάπερ γὰρ ἰατρὸν τότε μάλιστα θαυμάζομεν, ὅταν ἴδωμεν ἀνθρώπους ἀνίατα παθήματα ἔχοντας ἀπαλλάττοντα τῆς ἀρρωστίας καὶ πρὸς ὑγίειαν ἐπανάγοντα· οὕτω καὶ τὸν Χριστὸν θαυμάζειν δίκαιον, ὅταν τραύματα ἀνίατα θεραπεύῃ, ὅταν τελώνην καὶ πόρνην εἰς τοσαύτην ὑγίειαν ἐπανάγῃ, ὡς ἀξίους ἀποφῆναι τῶν οὐρανῶν. καὶ τί τοιοῦτον ὁ λῃστὴς ἐπεδείξατο, φησίν, ἵνα παραδείσου τύχῃ μετὰ σταυρόν; βούλει συντόμως εἴπω τὴν ἀνδρείαν αὐτοῦ; ὅτε Πέτρος ἠρνήσατο κάτω, τότε ἐκεῖνος ὡμολόγησεν ἄνω. καὶ ταῦτα, οὐ τοῦ Πέτρου κατηγορῶν λέγω· μὴ γένοιτο· ἀλλὰ τοῦ λῃστοῦ τὴν μεγαλοψυχίαν δεῖξαι βουλόμενος. ὁ μαθητὴς ἀπειλὴν οὐκ ἤνεγκεν εὐτελοῦς κορασίου, ὁ δὲ λῃστὴς ὁρῶν δῆμον ὁλόκληρον περιεστῶτα, βοῶντα, μαινόμενον, βλασφημίας καὶ σκώμματα ἐξακοντίζοντα, οὐ προσέσχεν ἐκείνοις, οὐκ ἐνενόησε τὴν φαινομένην εὐτέλειαν τοῦ σταυρουμένου, ἀλλὰ τοῖς τῆς πίστεως ὀφθαλμοῖς ἅπαντα ταῦτα παραδραμὼν, καὶ τὰ ταπεινὰ κωλύματα ἀφεὶς, ἐπέγνω τὸν τῶν οὐρανῶν δεσπότην, καὶ αὐτῷ προσπεσὼν ἔλεγε, μνήσθητί μου, κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. μὴ δὴ παραδράμωμεν ἁπλῶς τὸν λῃστὴν τοῦτον, μηδὲ ἐπαισχυνθῶμεν διδάσκαλον λαβεῖν, ὃν οὐκ ἐπῃσχύνθη ὁ δεσπότης ὁ ἡμέτερος πρῶτον εἰσαγαγεῖν εἰς τὸν παράδεισον. μὴ ἐπαισχυνθῶμεν διδάσκαλον λαβεῖν ἄνθρωπον πρὸ τῆς φύσεως ἁπάσης ἄξιον φανέντα τῆς πολιτείας τῆς ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἀλλὰ τὸ καθ' ἕκαστον ἀκριβῶς ἐξετάσωμεν, ἵνα μάθωμεν τοῦ σταυροῦ τὴν δύναμιν. οὐκ εἶπε πρὸς αὐτὸν, καθάπερ πρὸς τὸν Πέτρον, δεῦρο ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω σε ἁλιέα ἀνθρώπων· οὐδὲ εἶπε πρὸς αὐτὸν, καθάπερ πρὸς τοὺς δώδεκα, ὅτι καθίσεσθε ἐπὶ δώδεκα θρόνοις κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ· μᾶλλον δὲ οὐδὲ ῥήματος αὐτὸν ὅλως ἠξίωσεν. οὐ θαῦμα ἔδειξεν, οὐ νεκρὸν ἀνιστάμενον ἐθεάσατο, οὐ δαίμονας ἀπελαυνομένους· οὐ θάλατταν εἶδεν ὑπακούουσαν, οὐ περὶ βασιλείας αὐτῷ τι εἶπεν, οὐ περὶ γεέννης, καὶ πρὸ πάντων αὐτὸν ὡμολόγησε· καὶ ταῦτα, τοῦ ἑτέρου λοιδοροῦντος. ἐλοιδόρει γὰρ αὐτὸν ὁ ἄλλος λῃστής. καὶ γὰρ καὶ ἄλλος λῃστὴς ἦν ἐσταυρωμένος μετ'

A animam attraxit & honoravit: nam ait, *Hodie mecum eris in paradiso.* Atqui Cherubini paradisum servabant: verum hic Cherubinorum etiam dominus est. Flammeus gladius ibi volvitur: verum ipse & flammæ & gehennæ, & vitæ & mortis potestatem habet. Atqui rex nullus umquam patiatur latronem hominem, vel alium quempiam ex famulis secum sedentem introducere in urbem. Verum Christus hoc fecit, inque sacram patriam ingrediens, secum furem introducit, non paradisum concul-
B cans, neque pedibus latronis deturpans; imo potius honorans. Honor quippe Paradisi est talem habere dominum, qui possit vel furem voluptatis, quæ est in paradiso, dignum facere. Etenim cum publicanos & meretrices introducebat in regnum cælorum, non dedecori, sed honori id erat, ostendens hujusmodi esse dominum regni cælorum, qui meretrices & publicanos ita spectabiles faceret, ut digni viderentur tanti honoris & muneris. Quemadmodum enim medicum tunc maxime miramur, cum videmus eum homines in-
C curabilibus morbis laborantes, ab ægritudine liberare, & sanitati restituere; ita & Christum mirari justum est, cum insanabilia curat vulnera, cum publicanum & meretricem in tantam sanitatem reducit, ut cælo digni videantur. Ecquid tantum fecit latro, inquies, ut post crucem, paradisum sit adeptus? Visne ut virtutem ejus breviter demonstrem? Cum Petrus negabat infra, tunc ille supra confitebatur. Non Petrum incusans hæc dico: absit; sed latronis magnanimitatem exhibere volens. Discipulus vilissimæ puellæ minas non tu-
D lit, latro autem videns populum totum, circumstantem, clamantem, blasphemias & dicteria jaculantem, non attendit illis: non cogitavit præsentem crucifixi vilitatem, sed fidei oculis hæc omnia prætercurrens, missis illis vilibus impedimentis; agnovit cælorum Dominum, & ad ipsum animo procumbens dicebat: *Memento mei, Domine, cum veneris in regnum tuum.* Luc.23.42. Ne latronem hunc, quæso, prætercurramus, neque nos pudeat eum doctorem accipere, quem Dominus noster non erubuit primum inducere in paradisum. Ne erubescamus magistrum accipere eum, qui ante universam naturam dignus apparuit conversatio-
E nis ejus, quæ in cælis est: sed singula accurate excutiamus, ut crucis virtutem discamus. Non dixit ei, quemadmodum Petro: *Veni post me, & faciam te piscatorem hominum:* Matt.4.19. non dixit ei, ut & illis duodecim, *Sedebitis super thronos duodecim judicantes duodecim tribus Israël.* Matth.19.28. Imo ne verbo quidem ipsum dignatus est. Non miraculum ostendit; non mortuum ille suscitatum vidit, non pulsos dæmonas, non obediens mare vidit: non illum de regno cælorum alloquutus est, non de gehenna; & tamen ille ante omnes ipsum confessus est; idque socio convitiante. Convitiabatur enim ei latro alter. Etenim alius quoque latro

Hesai. 53. 12. crucifixus cum eo erat, ut impleretur illud, *Inter iniquos reputatus est.* Volebant enim gloriam ejus obscurare Judæi, & undequaque iis, quæ agebantur, insultabant. Verum undique veritas fulgebat, & per ipsa impedimenta augebatur. Convitiabatur ergo ei latro alter. Viden' latronem, & latronem? Ambo in cruce, ambo ex vita prædatoria, ambo a nequitia: sed non ambo in iisdem; alius enim regnum cælorum in hereditatem accepit, alius in gehennam missus est. Eodem modo & hesterna die, Discipuli & discipulus; Judas, & undecim. Sed illi quidem dicebant, Matth. 26. 15. & 17. *Ubi vis paremus tibi comedere Pascha?* hic vero proditionem parabat, & dicebat: *Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam eum?* Illi quidem ad ministerium divinamque mystagogiam sese apparabant; hic vero ad prodendum festinabat. Ita & nunc latro & latro; sed ille quidem convitiatur, hic adorat: ille blasphemat, hic benedicit, & blasphemantem increpat his verbis, Luc. 23. 40. *Neque tu times Deum: nam digna factis recipimus.*

3. Vidisti fiduciam latronis? Vidisti fiduciam in cruce? Vidisti philosophiam in supplicio, & pietatem in cruciatu? Quod enim sibi præsens, non mente excesserit clavis confixus, quis non stupeat? Ille vero non modo mente constabat, sed omnibus suis relictis, de aliorum rebus curabat, doctor in cruce factus, increpansque his verbis: *Neque tu times Deum.* Ne attendas, inquit, ad inferius hoc tribunal: Est alius judex invisibilis, est incorruptum tribunal. Ne te moveat, quod infra condemnatus sit: nam superna non sunt hujusmodi. In hoc quippe terreno tribunali, justi quandoque damnantur, & injusti pœnam effugiunt; noxii dimittuntur, & innoxii afficiuntur supplicio. Etenim judices velint nolint, in multis peccant; siquidem vel jus ignorantes & decepti, vel gnari quidem, sed pecunia corrupti verum calculum prodiderunt. Superne autem secus. Deus enim Judex justus, & judicium ejus quasi lux egredietur, non tenebris, non ignorantia obscurantibus. Etenim ne diceret, eum infra damnatum fuisse, ad supernum tribunal illum deduxit. Recordare illius horrendi tribunalis; ac si diceret: Eo respice, nec damnationis calculum feres, neque infra stabis cum corruptis judicibus, sed judicium superne latum acceptabis. Vidisti philosophiam latronis? Vidisti prudentiam, & doctrinam? Confestim a cruce in cælum avolavit. Deinde ex abundanti ipsum increpans: Non times, dicebat, quia in eadem damnatione sumus. Quid sibi vult illud, quia in eadem damnatione sumus? In eodem nempe supplicio. Nonne tu etiam es in cruce? Dum ergo illi convitiaris, teipsum prius impetis. Quemadmodum enim is, qui in peccatis est, si alterum criminetur, seipsum prius criminatur; sic & is, qui in calamitate constitutus, alteri calamitatem vitio vertit, seipsum prius damnat. *Quia*

A αὐτοῦ, ἵνα πληρωθῇ ἐκεῖνο, ὅτι ἐν τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη. ἐβούλοντο γὰρ καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ διαβάλλειν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ πανταχόθεν ἐπηρέαζον τοῖς γινομένοις· ἀλλὰ πανταχόθεν διέλαμπεν ἡ ἀλήθεια, καὶ ηὔξετο διὰ τῶν κωλυμάτων αὐτῶν. ἐλοιδόρει τοίνυν αὐτὸν ὁ ἄλλος λῃστής. εἶδες λῃστὴν, καὶ λῃστήν; ἀμφότεροι ἐν σταυρῷ, ἀμφότεροι ἀπὸ βίου λῃστρικοῦ, ἀμφότεροι ἀπὸ πονηρίας· ἀλλ' οὐκ ἀμφότεροι ἐν τοῖς αὐτοῖς· ἀλλ' ὁ μὲν βασιλείαν ἐκληρονόμησεν, ὁ δὲ εἰς γέενναν ἐπέμπετο. οὕτω καὶ χθές· μαθηταὶ, καὶ μαθητὴς, Ἰούδας, καὶ οἱ ἕνδεκα· ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἔλεγον, ποῦ θέλεις B ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ πάσχα; οὗτος δὲ προδοσίαν παρεσκευάζετο καὶ ἔλεγε· τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; κἀκεῖνοι μὲν πρὸς διακονίαν ηὐτρεπίζοντο καὶ τὴν θείαν μυσταγωγίαν, οὗτος δὲ πρὸς τὸ προδοῦναι ἔσπευδεν. οὕτω καὶ ἐνταῦθα λῃστὴς, καὶ λῃστής. ἀλλ' ὁ μὲν λοιδορεῖ, ὁ δὲ προσκυνεῖ· καὶ ὁ μὲν βλασφημεῖ, ὁ δὲ εὐφημεῖ, καὶ τὸν βλασφημοῦντα ἐπιστομίζει λέγων· οὐδὲ φοβῇ σὺ τὸν θεόν; ἄξια γὰρ ὧν ἐπράξαμεν ἀπολαμβάνομεν.

C Εἶδες παῤῥησίαν λῃστοῦ; εἶδες παῤῥησίαν ἐν σταυρῷ; εἶδες φιλοσοφίαν ἐν τιμωρίᾳ, καὶ εὐλάβειαν ἐν κολάσει; ὅτι γὰρ ἐν ἑαυτῷ ἦν, ὅτι φρένας εἶχε τῶν ἥλων αὐτῷ ἐμπεπαρμένων, τίς οὐκ ἂν ἐκπλαγείη; ὁ δὲ οὐ μόνον ἐν ἑαυτῷ ἦν, ἀλλὰ καὶ τὰ καθ' ἑαυτὸν ἀφεὶς, τὰ τῶν ἄλλων ἐφρόντιζε, διδάσκαλος ἐν σταυρῷ γινόμενος, καὶ ἐπιτιμῶν καὶ λέγων, οὐδὲ φοβῇ σὺ τὸν θεόν; μὴ πρόσεχε, φησι, τῷ κάτω δικαστηρίῳ· ἔστιν ἕτερος κριτὴς ἀόρατος, ἔστιν ἀδέκαστον δικαστήριον. μὴ τοίνυν ἴδῃς, ὅτι κατεκρίθη κάτω. τὰ γὰρ ἄνω οὐ τοιαῦτα, ἐνταῦθα μὲν γὰρ ἐν τῷ κάτω δικαστηρίῳ καὶ δίκαιοι D κατακρίνονται, καὶ ἄδικοι διαφεύγουσι· καὶ ὑπεύθυνοι ἀφίενται, καὶ ἀνεύθυνοι κολάζονται. καὶ γὰρ ἑκόντες καὶ ἄκοντες πολλὰ ἁμαρτάνουσιν οἱ δικάζοντες. ἢ γὰρ ἀγνοοῦντες τὸ δίκαιον καὶ ἀπατώμενοι, ἢ εἰδότες μὲν, ὑπὸ χρημάτων δὲ διαφθαρέντες προέδωκαν πολλάκις τὴν ψῆφον. ἄνω δὲ οὐδὲν τοιοῦτόν ἐστιν. ὁ γὰρ θεὸς κριτὴς δίκαιος, καὶ τὸ κρίμα αὐτοῦ ὡς φῶς ἐξελεύσεται οὐκ ἔχον σκότος οὐδὲ ἄγνοιαν. ἵνα γὰρ μὴ λέγῃ, ὅτι κατεδικάσθη κάτω καὶ κατεκρίθη, ἀνήγαγεν αὐτὸν πρὸς τὸ ἄνω δικαστήριον· ἀνέμνησεν ἐκείνου τοῦ φοβεροῦ βήματος, μονονουχὶ λέγων· ἐκεῖ βλέπε, καὶ οὐκ οἴσεις τὴν κατακρίνουσαν ψῆφον, οὐδὲ στήσῃ μετὰ τῶν κάτω διεφθαρμένων κριτῶν· E ἀλλ' ἀποδέξῃ τὴν ἄνω γενομένην κρίσιν. εἶδες φιλοσοφίαν λῃστοῦ; εἶδες σύνεσιν καὶ διδασκαλίαν; ἀθρόον ἀπὸ τοῦ σταυροῦ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνεπήδησεν. εἶτα καὶ ἐκ περιουσίας αὐτὸν ἐπιστομίζων, οὐ δέδοικας, φησιν, ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματί ἐσμεν; τί ἐστιν, ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματί ἐσμεν; ἐν τῇ αὐτῇ κολάσει. μὴ γὰρ οὐχὶ καὶ σὺ ἐν τῷ σταυρῷ εἶ; ἐκεῖνον τοίνυν ὀνειδίζων, ἑαυτὸν πρὸ ἐκείνου προβάλλῃ. ὥσπερ γὰρ ὁ ἐν ἁμαρτήμασιν ὢν, ἕτερον κατηγορῶν, ἑαυτὸν πρὸ ἐκείνου κατηγορεῖ, οὕτω καὶ ὁ ἐν συμφορᾷ ὢν καὶ ὀνειδίζων ἑτέρῳ συμφορὰν, ἑαυτὸν πρὸ ἐκείνου ὀνειδίζει. ὅτι ἐν

τῷ αὐτῷ κρίματι ἐσμέν. ἀποστολικὸν αὐτῷ νόμον ἀναγινώσκει, εὐαγγελικὰ ῥήματα λέγοντα, μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε. ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι ἐσμέν. τί ποιεῖς, ὦ λῃστά; ἀπολογήσασθαι ὑπὲρ αὐτοῦ ἐπιχειρῶν, κοινωνὸν αὐτὸν ἐποίησας τοῦ λῃστοῦ; οὐχί, φησι. διορθοῦμαι τὴν ὑπόνοιαν ταύτην διὰ τῶν ἑξῆς. ἵνα γὰρ μὴ διὰ τὴν κοινωνίαν τῆς τιμωρίας νομίσῃς ὅτι κοινωνὸν αὐτὸν ἐποίησε τῆς ἁμαρτίας, ἐπήγαγε τὴν διόρθωσιν, λέγων· καὶ ἡμεῖς μὲν δικαίως· ἄξια γὰρ ὧν ἐπράξαμεν πεπόνθαμεν. εἶδες ἐξομολόγησιν ἀπηρτισμένην; εἶδες πῶς ἐν τῷ σταυρῷ τὰ ἁμαρτήματα ἀπεδύσατο; λέγε γάρ, φησι, σὺ τὰς ἁμαρτίας σου πρῶτος, ἵνα δικαιωθῇς. οὐδεὶς ἠνάγκασεν, οὐδεὶς ἐβιάσατο, ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτὸν ἐξεπόμπευσεν, εἰπών· καὶ ἡμεῖς μὲν δικαίως, ἄξια γὰρ ὧν ἐποιήσαμεν πεπόνθαμεν· οὗτος δὲ οὐδὲν πονηρὸν ἐποίησε. καὶ μετὰ ταῦτά φησι, μνήσθητί μου, κύριε, ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. οὐκ ἐτόλμησε πρότερον εἰπεῖν, μνήσθητί μου ἐν τῇ βασιλείᾳ σου, ἕως ὅτε διὰ τῆς ἐξομολογήσεως ἀπέθετο τῶν ἁμαρτιῶν τὸ φορτίον. ὁρᾷς πόσον ἐστὶν ἐξομολόγησις; ἐξωμολογήσατο, καὶ τὸν παράδεισον ἠνέωξεν· ἐξωμολογήσατο, καὶ παῤῥησίαν ἔλαβε τοσαύτην, ὡς ἀπὸ λῃστείας βασιλείαν αἰτῆσαι. ὁρᾷς πόσων ἀγαθῶν ἡμῖν αἴτιος ὁ σταυρός; βασιλείας μέμνησαι; τί γὰρ ὁρᾷς τοιοῦτον, εἰπέ μοι; ἧλοι καὶ σταυρὸς τὰ ὁρώμενα. ἀλλ' αὐτὸς οὗτος ὁ σταυρός, φησι, τῆς βασιλείας ἐστὶ σύμβολον. διὰ τοῦτο δὲ αὐτὸν βασιλέα καλῶ, ἐπειδὴ βλέπω αὐτὸν σταυρούμενον. βασιλέως γάρ ἐστι τὸ ὑπὲρ τῶν ἀρχομένων ἀποθνήσκειν. αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ εἶπεν· ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων. οὐκοῦν καὶ ὁ βασιλεὺς ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν ἀρχομένων. ἐπεὶ οὖν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἔθηκεν, διὰ τοῦτο αὐτὸν βασιλέα καλῶ. μνήσθητί μου, κύριε, ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

Εἶδες πῶς καὶ βασιλείας ὁ σταυρὸς σύμβολον; βούλει καὶ ἑτέρωθεν τοῦτο μαθεῖν; οὐκ ἀφῆκεν αὐτὸν εἶναι ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλ' ἀνέσπασεν αὐτόν, καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνήγαγε. πόθεν τοῦτο δῆλον; ἐπειδὴ μετ' αὐτοῦ μέλλει ἔρχεσθαι ἐν τῇ δευτέρᾳ καὶ ἐνδόξῳ αὐτοῦ παρουσίᾳ· ἵνα μάθῃς πῶς σεμνὸν πρᾶγμα ὁ σταυρός, διὸ καὶ δόξαν αὐτὸν ἐκάλεσεν. ἀλλ' ἴδωμεν πῶς μετὰ τοῦ σταυροῦ ἔρχεται. ἀναγκαῖον γὰρ εἰς μέσον ἀγαγεῖν τὴν ἀπόδειξιν. ἐὰν εἴπωσι, φησιν, ἰδοὺ ἐν τοῖς ταμείοις ἐστὶν ὁ Χριστός, ἰδοὺ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐστί, μὴ ἀπέλθητε· περὶ τῆς δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας λέγων τῆς ἐνδόξου διὰ τοὺς ψευδοχρίστους, διὰ τοὺς ψευδοπροφήτας, διὰ τὸν ἀντίχριστον· ἵνα μή τις πλανηθεὶς ἐκείνῳ περιπέσῃ. ἐπειδὴ γὰρ πρὸ τοῦ Χριστοῦ ὁ ἀντίχριστος ἔρχεται, ἵνα μὴ ζητῶν τις τὸν ποιμένα τῷ λύκῳ περιπέσῃ, διὰ τοῦτό σοι λέγω γνώρισμα τῆς τοῦ ποιμένος παρουσίας. ἐπειδὴ γὰρ ἡ πρώτη αὐτοῦ παρουσία λανθάνουσα γέγονεν, ἵνα μὴ νομίσῃς, ὅτι καὶ ἡ δευτέρα τοιαύτη γίνεται, τοῦτο δέδωκε τὸ σημεῖον. αὕτη μὲν γὰρ λανθάνουσα εἰκότως γέγονεν, ἦλθε γὰρ ζητῆσαι τὸ ἀπολωλός, ἐκείνη δὲ οὐχ οὕτως· ἀλλὰ πῶς, εἰπέ· ὥσπερ γὰρ ἐξέρχεται ἡ ἀστραπὴ ἀπὸ ἀνατολῶν, καὶ φαίνεται ἕως δυσμῶν, οὕτως ἔσται καὶ ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. ἀθρόον ἅπασι φανήσεται, καὶ οὐ δεήσεται

A *in eadem damnatione sumus.* Apostolicam legit ipsi legem, hæc scilicet evangelica verba: *Nolite judicare, ut non judicemini. Quia in eadem damnatione sumus.* (Matt. 7. b.) Quid facis, ô latro: dum eum defendis, latronis ne socium facis? Nequaquam, ait: ex sequentibus hanc suspicionem amoveo. Ne putes enim eum ex communione supplicii, consortem illum peccati fecisse, sic prius dictum corrigit: *Et nos quidem juste, nam digna factis patimur.* Vides confessionem perfectam? vides quomodo in cruce peccata exuit? Nam legitur: *Dic tu peccata tua primus, ut justificeris.* (Hesai. 44. 26.) Nemo coëgit illum, B nemo vim ipsi fecit; sed ipse semetipsum protulit dicens: *Et nos quidem juste, nam digna factis patimur: hic vero nihil mali fecit*, additque postea: *Memento mei*, Domine, *in regno tuo.* Non prius ausus est dicere: *Memento mei in regno tuo*, quam per confessionem peccatorum sarcinam deposuisset. Viden' quanta res sit confessio? (Confessio quanta res sit.) Confessus est, & paradisum aperuit: confessus est, & tantam accepit fiduciam, ut a latrocinio regnum peteret. Viden' quantorum nobis bonorum crux causa fuerit? Regnum petis? Quid vides hujusmodi? clavi & crux in conspectu sunt. Verum ea C ipsa crux, inquit, est symbolum regni. Ideo ipsum regem voco, quia video crucifixum. Regis enim est pro subditis mori. Hic ipse dixit: *Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus*: (Joan. 10. c.) ergo & bonus rex animam suam ponit pro subditis. Quoniam igitur animam suam posuit, ideo regem illum voco. *Memento mei*, Domine, *in regno tuo.*

Viden' quomodo crux sit regni symbolum? Visne & aliunde illud discere? Non D reliquit eum in terra, sed attraxit eum, & in cælum deduxit. Unde hoc palam est? Quia venturus est cum illo in secundo & glorioso ejus adventu: ut discas crucem esse rem honorabilem; quare & gloriam illam vocavit. At videamus quomodo cum cruce veniat: necesse quippe est demonstrationem in medium reducere. *Si dixerint*, inquit, *ecce in penetralibus est Christus, ecce in deserto est; ne abeatis*: (Matt. 24. 26.) de secundo & glorioso suo adventu sic loquens propter falsos christos, propter falsos prophetas, propter antichristum: ne quis seductus in E illum incideret. Quia enim antichristus venturus est ante Christum, ne quis pastorem quærens, in lupum incidat; idcirco indicium tibi do pastoris adventus. Nam quia prior ejus adventus latuit, ne putes secundum adventum talem futurum esse, hoc tibi signum dedit. Jure autem ille adventus clam fuit, venit enim quæsitum quod perierat: at hic secundus non ita: sed quomodo quæso? *Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & apparet usque ad Occidentem, sic erit & adventus filii hominis.* (Matth. 24. 27.) Confestim omnibus apparebit, neminique interrogatu

opus erit, num hîc, num illic sit Christus. Quemadmodum enim apparente fulgure, non opus est perquirere an apparuerit; sic & in adventu Christi non opus erit quaerere an Christus advenerit. At quod quaeritur est, an cum cruce venturus sit: non enim promissi obliti sumus. Audi igitur ea, quae sequuntur. *Tunc*, inquit, Tunc, quandonam? *Cum venerit Filius hominis, sol obscurabitur, & luna non dabit lucem suam.*
Matt. 24. 29. Tanta enim tunc erit lucis copia, ut splendidiores stellae obscurandae sint. *Tunc stellae cadent, tunc signum filii hominis apparebit in caelo.* Viden' quanta sit virtus signi crucis? Sol obscurabitur, & luna non apparebit: illud vero fulget & apparet, ut discas illud esse splendidius sole & luna. Ac quemadmodum rege in urbem intrante, milites accepta signa, ut vocant, gestant humeris, ejus ingressum praenunciantes; sic & Domino descendente de caelis, praeibunt exercitus Angelorum & Archangelorum, signum hujusmodi ferentes humeris, & regium ejus ingressum nobis praenunciantes.
Ibid. *Tunc commovebuntur virtutes caelorum*, de Angelis loquitur: tremor apprehendet eos, & timor magnus. Et cur, quaeso? Tremendum erit tribunal illud: universa quippe natura nostra judicari debet, & adstare ante formidabilem illum judicem. Quare ergo Angeli timent & exhorrescunt? neque enim illi judicandi sunt. Quemadmodum judicante principe, non rei tantum, sed etiam alii ex militia, qui nullius sibi criminis conscii sunt, timent & horrent ob metum judicis; ita & tunc cum de natura nostra judicabitur, nullius mali sibi conscii Angeli timebunt, ob immensam judicis formidinem. Verum quare tunc crux apparebit, & cur cum illa venturus est? ut ii, qui illum crucifixerunt, ingrati animi sui nequitiam agnoscant: ideo illorum impudentiae symbolum ostendet. Quod autem ideo illam allaturus sit, audi Prophetam declarantem:
Matth. 24. 30. *Tunc plangent tribus terrae*, videntes accusatorem, & peccatum agnoscentes. Et cur miraris si crucem gestans veniet, quando & ipsa vulnera tunc ostendet? Nam ait,
Zach. 12. *Videbunt in quem transfixerunt.* Quemadmodum enim erga Thomam fecit, cum ut Discipuli incredulitatem emendaret, ostendit ei fixuram clavorum & vulnera dicens:
Joan. 21. 27. *Infer manum tuam, & vide quia spiritus carnem & ossa non habet*; sic & tunc ostendet vulnera & crucem, ut demonstret hunc ipsum esse qui crucifixus fuit.

5. Neque ex cruce tantum, sed etiam ex verbis in cruce prolatis immensam ejus benignitatem videre est: crucifixus enim, dicteriis, cachinnis & sputis dehonestatus
Luc. 23. 34. dicebat. *Pater dimitte illis peccatum: non enim sciunt quid faciunt.* Et crucifixus pro crucifigentibus precatur: quamquam illi
Matth. 27. 40. contra dicebant: *Si filius Dei es, descende de cruce, & credemus tibi.* Atqui ideo ille

A οὐδεὶς ἐρωτῆσαι, εἴτε ἐνταῦθα, εἴτε ἐκεῖ ὁ Χριστός. ὥσπερ γὰρ ἀστραπῆς φαινομένης οὐ δεόμεθα ἐξετάζειν εἰ ἐγένετο· οὕτω τῆς παρουσίας γινομένης τοῦ Χριστοῦ, οὐ δεόμεθα ἐξετάζειν, εἰ παρεγένετο ὁ Χριστός. ἀλλὰ τὸ ζητούμενον, εἰ μετὰ σταυροῦ ἔρχεται· μὴ γὰρ δὴ ἐπιλαθώμεθα τῆς ὑποσχέσεως. ἄκουσον τοίνυν τῶν ἑξῆς. τότε, φησί· τότε, πότε; ὅταν ἔρχηται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς. τοσαύτη γὰρ ἔσται τοῦ φωτὸς τότε ἡ ὑπερβολή, ὡς καὶ τὰ φαιδρότατα ἄστρα ἀποκρυβῆναι. τότε καὶ οἱ ἀστέρες πεσοῦνται, τότε τὸ σημεῖον φανήσεται τοῦ
B υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ οὐρανῷ. εἶδες πόση ἀρετὴ τοῦ σημείου τοῦ σταυροῦ; ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ φανήσεται· ἐκεῖνο δὲ λάμπει καὶ φαίνει, ἵνα μάθης ὅτι καὶ ἡλίου καὶ σελήνης φαιδρότερον. καὶ καθάπερ βασιλέως εἰς πόλιν εἰσιόντος οἱ στρατιῶται περιλαμβάνοντες τὰ λεγόμενα, σίγνα, βαστάζουσιν ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτῶν, προαγγέλλοντες τὴν εἴσοδον αὐτοῦ· οὕτω καὶ τοῦ κυρίου κατιόντος ἐκ τῶν οὐρανῶν περιέρχεται τὰ στρατόπεδα τῶν ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων, τὸ σημεῖον ἐκεῖνο φέροντες ἐπὶ τῶν ὤμων, καὶ τὴν βασιλικὴν αὐτοῦ εἴσοδον ἀπαγγέλλοντες ἡμῖν. τότε σαλευθήσονται αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν. περὶ τῶν ἀγγέλων φησί, τρόμος λήψεται αὐτοὺς τότε καὶ φόβος πολύς. καὶ
C τίνος ἕνεκεν, εἰπέ μοι; φοβερὸν ἔσται τὸ δικαστήριον ἐκεῖνο· πᾶσα γὰρ ἡμῶν ἡ φύσις μέλλει κρίνεσθαι καὶ παρίστασθαι τῷ φοβερῷ δικαστῇ. τίνος οὖν ἕνεκεν οἱ ἄγγελοι δεδοίκασι καὶ φρίττουσιν; οὐ γὰρ ἐκεῖνοι μέλλουσι κρίνεσθαι. καθάπερ γὰρ ἄρχοντος δικάζοντος, οὐχὶ οἱ ὑπεύθυνοι μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ τῆς τάξεως, οἱ μηδὲν ἑαυτοῖς συνειδότες δεδοίκασι καὶ φρίττουσι διὰ τὸν φόβον τοῦ δικαστοῦ· οὕτω καὶ τότε, τῆς φύσεως τῆς ἡμετέρας κρινομένης, καὶ οἱ μηδὲν ἑαυτοῖς συνειδότες ἄγγελοι δεδοίκασι διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ φόβου τοῦ δικαστοῦ. ἀλλὰ διὰ τί ὁ σταυρὸς φαί-
D νεται τότε, καὶ διὰ τί ἔχων αὐτὸν ἔρχεται; ἵνα μάθωσι τὴν οἰκείαν αὐτῶν ἀγνωμοσύνην οἱ σταυρώσαντες αὐτόν, διὰ τοῦτο αὐτὸ τὸ σύμβολον τῆς ἀναισχυντίας αὐτῶν δείκνυσι. καὶ ὅτι διὰ τοῦτο αὐτὸν φέρει, ἄκουσον τοῦ προφήτου λέγοντος· τότε κόψονται αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, βλέπουσαι τὸν κατήγορον, καὶ ἐπιγινώσκουσαι τὸ ἁμάρτημα. καὶ τί θαυμάζεις, εἰ τὸν σταυρὸν φέρων ἔρχεται, ὅπουγε καὶ αὐτὰ τὰ τραύματα τότε δείκνυσιν; ὄψονται γάρ, φησιν, εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. καθάπερ γὰρ ἐπὶ τοῦ Θωμᾶ ἐποίησε, βουλόμενος ἀπιστίαν διορθώσασθαι μαθητοῦ, καὶ ἀναστὰς ἔδειξεν αὐτῷ τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ τὰ τραύματα, εἰπών, βάλε τὴν χεῖρά σου, καὶ βλέπε, ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστᾶ οὐκ ἔχει· οὕτω καὶ τότε δείξει τὰ τραύματα καὶ τὸν σταυρόν, ἵνα δείξῃ ὅτι οὗτος ἦν ἐκεῖνος ὁ σταυρωθείς.

Οὐκ ἀπὸ τοῦ σταυροῦ δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ αὐτῶν τῶν ῥημάτων τῶν ἐν τῷ σταυρῷ τὴν ἄφατιν αὐτοῦ φιλανθρωπίαν ἐστὶν ἰδεῖν. ἔτι γὰρ προσηλωμένος καὶ κωμῳδούμενος καὶ καταγελώμενος τότε καὶ ἐμπτυόμενος, ἔλεγε· πάτερ, ἄφες αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν· οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι. καὶ σταυρούμενος ὑπὲρ τῶν σταυρούντων εὔχεται· καίτοι ἐκεῖνοι τὸ ἐναντίον ἔλεγον, εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, κατάβηθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, καὶ πιστεύσομέν σοι, φησί. καὶ

μὴν

μὴν διὰ τοῦτο οὐ καταβαίνει ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, ἐπειδὴ υἱός ἐστι τοῦ θεοῦ, καὶ διὰ τοῦτο ἦλθεν, ἵνα σταυρωθῇ ὑπὲρ ἡμῶν. κατάβηθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, φησι, καὶ πιστεύσομέν σοι. ῥήματα ταῦτα, καὶ πρόφασις ἀπιστίας. τοῦ γὰρ καταβῆναι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ πολλῷ μεῖζον ἦν τὸ ἀναστῆναι τοῦ λίθου ἐπικειμένου τῷ τάφῳ· τοῦ καταβῆναι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ πολλῷ μεῖζον ἦν τὸ νεκρὸν δεδεμένον καὶ τετραήμερον ὄντα τὸν Λάζαρον μετὰ τῶν κειριῶν ἐξαγαγεῖν τοῦ μνήματος. ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἔλεγον, εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, σῶσον σεαυτόν· αὐτὸς δὲ πάντα ἔπραττεν, ὅπως ἐκείνους σώσῃ τοὺς ὀνειδίζοντας αὐτὸν, λέγων, ἄφες αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν· οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι. τί οὖν; ἀφῆκεν αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν; ἀφῆκεν, εἰ ἐβούλοντο μετανοῆσαι. εἰ γὰρ μὴ ἀφῆκεν αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, οὐκ ἂν Παῦλος ἀπόστολος ἐγένετο· εἰ μὴ ἀφῆκεν αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, οὐκ ἂν εὐθέως τρισχίλιοι ἐπίστευσαν καὶ πεντακισχίλιοι καὶ πολλαὶ μυριάδες. ὅτι γὰρ πολλαὶ μυριάδες Ἰουδαίων ἐπίστευσαν, ἄκουσον τί λέγουσιν οἱ ἀπόστολοι τῷ Παύλῳ· θεωρεῖς, ἀδελφὲ, πόσαι μυριάδες εἰσὶν Ἰουδαίων τῶν πεπιστευκότων; μιμησώμεθα τοίνυν τὸν δεσπότην, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν εὐχώμεθα. πάλιν γὰρ αὐτῆς ἐπιλαμβάνομαι τῆς παραινέσεως· πέμπτην ἔχω σήμερον ἡμέραν ὑπὲρ ταύτης ὑμῖν τῆς ὑποθέσεως διαλεγόμενος, οὐχὶ καταγινώσκων ὑμῶν παρακοὴν, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ μάλιστα ἐλπίζων ὅτι πεισθήσεσθε. εἰ δέ τινές εἰσι σκληροὶ καὶ ὀργίλοι καὶ δυσανάγωγοι, ὥστε παρακοῦσαι τῶν περὶ τῆς εὐχῆς ῥηθέντων, κἂν τὸν ἀριθμὸν τῶν ἡμερῶν αἰδεσθέντες ἀπόθωνταί ποτε τὴν ἔχθραν καὶ τὴν μικροψυχίαν. μίμησαί σου τὸν δεσπότην. ἐσταυροῦτο, καὶ ὑπὲρ τῶν σταυρούντων τῷ πατρὶ διελέγετο. καὶ πῶς δύναμαι, φησι, τὸν δεσπότην μιμήσασθαι; ἐὰν θέλῃς, δύνασαι. εἰ μὴ γὰρ οἷός τε ἦς μιμήσασθαι, πῶς ἔλεγε, μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾷός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ; εἰ μὴ δυνατὸν ἦν μιμήσασθαι, οὐκ ἂν ἔλεγεν ὁ Παῦλος· μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ. πλὴν ἀλλ' οὐ βούλει τὸν δεσπότην μιμήσασθαι, μίμησαι τὸν σύνδουλον, Στέφανον λέγω τὸν ἀπόστολον. καὶ γὰρ ἐκεῖνος τὸν δεσπότην ἐμιμήσατο. καὶ καθάπερ ὁ Χριστὸς μεταξὺ τῶν σταυρούντων, ἀφεὶς τὸν σταυρὸν, ἀφεὶς τὰ καθ' ἑαυτὸν, ὑπὲρ τῶν σταυρούντων παρεκάλει τὸν πατέρα· οὕτω καὶ ὁ δοῦλος μεταξὺ τῶν λιθαζόντων, βαλλόμενος ὑπὸ πάντων, δεχόμενος τὰς βολὰς τῶν λίθων, καὶ τὰς ὀδύνας τὰς ἐκ τούτων γινομένας ἀφεὶς, ἔλεγε· κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. εἶδες πῶς διαλέγεται ὁ υἱός; εἶδες πῶς δέεται ὁ δοῦλος; ἐκεῖνός φησι, πάτερ, ἄφες αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην· οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσιν· οὗτος δέ φησι, κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι μετὰ σπουδῆς εὔχεται, οὐχ ἁπλῶς εὔχεται ἑστὼς καὶ καταλευόμενος, ἀλλὰ θεὶς τὰ γόνατα εἶπε μετὰ κατανύξεως, μετὰ πολλῆς συμπαθείας. βούλει σοι δείξω καὶ ἄλλον σύνδουλον πολλῷ μείζονα ἐκείνου παθόντα; ὁ Παῦλός φησιν, ὑπὸ Ἰουδαίων τρὶς ἐρραβδίσθην, ἅπαξ ἐλιθάσθην, νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα. τί οὖν μετὰ ταῦτα; ηὐχόμην, φησὶν, αὐτὸς ἀνάθεμα εἶναι ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα. θέλεις καὶ ἄλλον ἰδεῖν, οὐκ

A non descendit de Cruce, quia filius Dei est; & ideo venit, ut crucifigeretur pro nobis. *Descende de cruce*, inquiunt, *& credemus tibi.* Hæc verba sunt, & incredulitatis obtentus. Nam multo majus erat lapide superposito ex sepulcro resurgere, quam de cruce descendere: multo majus erat mortuum vinctum & quatriduanum Lazarum cum ipsis fasciis e monumento educere, quam de Cruce descendere. Illi igitur dicebant: *Si filius Dei es, salvum fac temetipsum*: ille vero nihil non agebat, ut illos ipsos qui se conviciis onerabant salvos

B faceret, dicens: *Dimitte illis peccatum, non enim sciunt quid faciunt.* (Luc. 23. 24.) Quid igitur? Num illis peccatum dimisit? Dimisisset utique, si voluissent pœnitentiam agere. Si enim non dimisisset illis peccatum, numquam Paulus fuisset Apostolus. Si non dimisisset illis peccatum, non tria illa millia, non quinque millia, non multæ myriades credidissent. Quod enim multæ Judæorum myriades crediderint, audi quomodo Apostoli Paulo dicant: *Vides, frater, quot sint myriades Judæorum, qui crediderunt.* (Act. 21. 20.) Imitemur itaque Dominum, & pro inimicis precemur: eamdem enim cohortationem resumo, jam quinto die vobis de eodem argumento

C dissero; non quasi inobsequentes vos arguens, absit; sed sperans vos obtemperaturos esse. (Frequens circa orationem pro inimicis admonitio.) Quod si qui sint duri, iracundi, & morosi, qui nostris circa orationem monitis non morem gerant, ex numero saltem dierum pudefacti, inimicitias & simultates deponent. Imitare Dominum: Crucifixus est, & pro crucifigentibus Patrem compellavit. Et quomodo possim, inquies, Dominum imitari? Si velis, poteris. Nisi enim posses imitari, cur dixisset, *Discite a me quia mitis sum, & humilis corde?* (Matt. 11. 29.) Nisi posses imitari, non dixisset Paulus, *Imitatores mei estote, sicut &*

D *ego Christi.* (1. Cor. 11. 1.) Cæterum si non vis imitari Dominum, imitare conservum, Stephanum videlicet Apostolum. Etenim ille Dominum imitatus est. Et quemadmodum Christus inter crucifigentes, missa cruce, missis iis, quæ ad se spectabant pro crucifigentibus se Patrem precabatur; ita & servus inter lapidantes, ab omnibus impetitus, exceptis lapidum ictibus, misso dolore, quo hinc afficiebatur, dicebat, *Domine, ne statuas illis hoc peccatum.* (Act. 7. 60.) Viden' quomodo loquatur Dominus? Viden' quomodo precetur servus? Ille dicit, *Pater dimitte illis*

E *hoc peccatum; non enim sciunt quid faciunt:* (Luc. 23. 24.) hic vero, *Ne statuas illis hoc peccatum.* Ut vero discas illum studiose precari: non stans lapidibus licet obrutus orat, sed positis genibus cum compunctione loquitur, & cum multa commiseratione. Vis ostendam tibi conservum alium longe graviora, quam ille, patientem? Paulus ait, *A Judæis ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, nocte & die in profundo fui.* (2. Cor. 11. 23.) Quid tum postea? *Optabam*, inquit, *ipse anathema esse pro fratribus meis, cognatis meis secundum carnem.* (Rom. 9. 3.) Visne & alium videre, non ex

novo, sed ex veteri testamento? Hoc enim est maxime omnium mirabile, quod ubi non præcipiebantur inimicos diligere, quin potius oculum pro oculo exsculpere, & dentem pro dente, atque in malis par pari referre, ad Apostolicam pervenerint philosophiam. Audi quid dicat Moyses, qui sæpe a Judæis lapidatus, & contemtui habitus est: (Exod. 32. 32.) *Si dimittis illis peccatum, dimitte; si vero non, etiam me dele de libro, quem scripsisti.* Viden' quemlibet ex justis aliorum securitatem præposuisse saluti suæ? Nihil peccasti, & cur vis esse eorum supplicii consors? Quia, inquiunt, cæteris malo affectis, rei meæ prosperæ sensum non percipio. Hæc exempla satis essent: ad majorem autem nostri emendationem, alium eadem philosophia utentem in medium adducam. At enim David beatus ille mansuetusque vir, postquam exercitus totus defecerat, atque necem ejus moliens, filio Abesalom tyrannidem detulerat: deinde Deo ob illud facinus in iram concitato: quid enim interest si aliam internecionis causam proferat? ipsoque Angelum mittente, qui districto gladio plagam superne inferret, videns, inquam, David omnes gladio cadere, quid dicit? (2. Reg. 24. 17.) *Ego qui pastor sum peccavi, & ego pastor inique egi: sit manus tua super me, & super domum patris mei.* Vides iterum similia præclare gesta? Vis ostendam tibi & alium? Neque enim deerit alter qui eodem modo philosophetur. Samuel ille propheta a Judæis contumelia affectus est, depositus, contemtus, ita ut (1. Reg. 8. 7.) Deus ipsum consolari cupiens diceret, *Non te contemserunt, sed me.* Quid igitur ille contemtus, despectus, contumelia affectus? (1. Reg. 12. 23.) *Absit a me ut ita peccem, ut cessem orare pro vobis Dominum.* Peccatum putavit esse non orare pro inimicis. Absit a me ut ita peccem, ut non orem pro vobis. Christus dicit: (Luc. 23. 24.) *Pater dimitte illis peccatum, non enim sciunt quid faciunt:* Stephanus vero, *Domine, ne statuas illis hoc peccatum;* Paulus autem, (Rom. 9. 3.) *Optabam anathema esse pro fratribus meis, cognatis meis secundum carnem.* Moyses dicit, (Exod. 32. 32.) *Si dimittis peccatum illis, dimitte: si vero non, etiam me dele de libro, quem scripsisti:* David vero, (2. Reg. 24. 17.) *Sit manus tua super me, & super domum patris mei:* Samuel autem, (2. Reg. 12. 23.) *Absit a me ita peccare, ut cessem orare pro vobis Dominum.* Quam igitur veniam consequemur, Domino & servis tum novi tum veteris Testamenti, concitantibus ad orationem pro inimicis, si nos e contrario contra inimicos precemur? Ne quæso, ne id agamus, fratres. Etenim quanto plura exempla, tanto majus, si eos non imitemur, supplicium. Præstantius est pro inimicis, quam pro amicis orare: non enim tantum hinc, quantum inde lucri refertis. (Matt. 5. 46.) *Si enim dilexeritis*, inquit, *eos, qui vos diligunt, nihil magni facitis: etenim & publicani hoc faciunt.* Itaque si pro amicis oremus tantum, Ethnicis & publicanis nondum meliores facti sumus. At cum

A ἀπὸ τῆς καινῆς, ἀλλ' ἀπὸ τῆς παλαιᾶς; τοῦτο γάρ ἐστι μάλιστα θαυμαστὸν, ὅτι ὅπου οὐκ ἐκελεύοντο τοὺς ἐχθροὺς φιλεῖν, ἀλλ' ὀφθαλμὸν ἐκκόπτειν ἀντ' ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος, καὶ τοῖς ἴσοις ἀμείψασθαι κακοῖς, πρὸς ἀποστολικὴν ἔφθασαν φιλοσοφίαν. ἄκουσον τί φησιν ὁ Μωϋσῆς, ὁ λιθασθεὶς ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων πολλάκις, καὶ καταφρονηθεὶς παρ' αὐτῶν· εἰ μὲν ἀφίης αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, ἄφες· εἰ δὲ μὴ, κἀμὲ ἐξάλειψον ἐκ τῆς βίβλου, ἧς ἔγραψας. ὁρᾷς ἕκαστον τὴν τῶν ἄλλων ἀσφάλειαν πρὸ τῆς οἰκείας σωτηρίας τιθέμενον; οὐδὲν ἥμαρτες· καὶ τί βούλει κοινωνῆσαι αὐτοῖς τῆς τιμωρίας; ὅτι οὐ σφόδρα αἰσθάνομαι, φησὶ, τῆς εὐπραγίας, ἑτέρων πασχόντων κακῶς. B ἤρκει μὲν οὖν καὶ ταῦτα ἡμῖν τὰ παραδείγματα. ἵνα δὲ ἐκ περιουσίας διορθώσωμεν ἑαυτοὺς, καὶ ἕτερον τὰ αὐτὰ φιλοσοφοῦντα [a] πειράσομαι. καὶ γὰρ ὁ Δαυὶδ ὁ μακάριος ἐκεῖνος καὶ πρᾶος, τοῦ στρατοπέδου παντὸς κατεξαναστάντος αὐτοῦ, καὶ τὸν υἱὸν καθοπλίσαντος τοῦ Ἀβεσαλὼμ, καὶ ἐπιθεμένου τῇ τυραννίδι, καὶ βουληθέντος αὐτὸν σφάξαι, εἶτα τοῦ θεοῦ διὰ τοῦτο παροξυνθέντος· τί γὰρ εἰ καὶ πρόφασιν ἑτέραν ἐπέθηκε τῇ σφαγῇ· καὶ τὸν ἄγγελον πέμψαντος ῥομφαίαν ἐσπασμένον, καὶ τὴν πληγὴν ἐπιφέροντα ἄνωθεν, ὁρῶν ἀπολλυμένους ἅπαντας, τί φησιν; ἐγὼ ὁ ποιμὴν C ἥμαρτον, κἀγὼ ὁ ποιμὴν ἐκακοποίησα. γενέσθω ἐπ' ἐμὲ ἡ χείρ σου, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου. ὁρᾷς πάλιν συγγενῆ τὰ κατορθώματα; βούλει σοι δείξω καὶ ἄλλον; οὐδὲ γὰρ ἑτέρου τὰ αὐτὰ φιλοσοφοῦντος ἀπορήσομεν. Σαμουὴλ ὁ προφήτης ἐκεῖνος ὑβρίσθη παρὰ τῶν Ἰουδαίων, ἀπεχειροτονήθη, ἠτιμάσθη οὕτως, ὡς τὸν θεὸν θελῆσαι αὐτὸν παραμυθήσασθαι καὶ εἰπεῖν· οὐ σὲ ἐξουθενήκασιν, ἀλλ' ἐμέ. τί οὖν ἐκεῖνος ὁ ἐξουθενηθεὶς, ὁ καταφρονηθεὶς, ὁ ὑβρισθείς; ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο, φησιν, ἁμαρτεῖν οὕτως, ὥστε διαλιπεῖν προσευχόμενον ὑπὲρ ὑμῶν πρὸς κύριον. ἁμαρτίαν ἐνόμισεν εἶναι, τὸ μὴ προσεύχεσθαι ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν. μὴ γένοιτο γάρ μοι ἁμαρτεῖν οὕτως, ὡς μὴ προσ- D εύχεσθαι ὑπὲρ ὑμῶν. ὁ Χριστὸς λέγει, πάτερ, ἄφες αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν· οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσιν. ὁ Στέφανος λέγει, κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. ὁ Παῦλος λέγει, ηὐχόμην ἀνάθεμα εἶναι ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν κατὰ σάρκα. ὁ Μωϋσῆς λέγει, εἰ μὲν ἀφίης αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, ἄφες· εἰ δὲ μὴ, κἀμὲ ἐξάλειψον ἐκ τῆς βίβλου, ἧς ἔγραψας. ὁ Δαυὶδ λέγει, γενέσθω ἡ χείρ σου ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου. ὁ Σαμουὴλ λέγει, ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο ἁμαρτεῖν τοῦ διαλιπεῖν προσευχόμενον ὑπὲρ ὑμῶν πρὸς κύριον. ποίας οὖν τευξόμεθα συγγνώμης, εἰπέ μοι, τοῦ δεσπότου, τῶν δούλων, E τῶν ἀπὸ τῆς καινῆς, τῶν ἀπὸ τῆς παλαιᾶς, πάντων ἡμᾶς ὠθούντων εἰς τὴν ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν εὐχὴν, αὐτοὶ δὲ ἐναντίον ποιοῦντες, καὶ κατὰ τῶν ἐχθρῶν εὐχόμενοι; μὴ, παρακαλῶ, μὴ ἀδελφοί. καὶ γὰρ ὅσῳ πλείονα τὰ παραδείγματα, τοσούτῳ, ἐὰν μὴ μιμησώμεθα, μείζων ἡ κόλασις. μεῖζον δὲ ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν εὔχεσθαι τοῦ ὑπὲρ τῶν φίλων· οὐδὲ γὰρ οὕτως ὑμᾶς ὠφελεῖ ἐκεῖνο, ὡς τοῦτο. ἐὰν γὰρ φιλῆτε τοὺς φιλοῦντας ὑμᾶς, οὐδὲν μέγα ποιεῖτε, φησί. καὶ γὰρ οἱ τελῶναι τὸ αὐτὸ ποιοῦσιν. ὥστε ἐὰν ὑπὲρ τῶν φίλων εὐξώμεθα, οὐδέπω τῶν ἐθνικῶν ἢ τελωνῶν ἐγενόμεθα βελτίους. ὅταν δὲ

[a] Forte, δεῖξαι πειράσομαι.

τοὺς ἐχθροὺς φιλήσωμεν, τοῦ θεοῦ κατὰ δύναμιν ἀνθρωπίνην ὅμοιοι γεγόναμεν, ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους, καὶ ἀδίκους. γενώμεθα τοίνυν ὅμοιοι τοῦ πατρός· γίνεσθε γάρ, φησιν, ὅμοιοι τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἵνα καὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν καταξιωθῶμεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

A inimicos diligimus, Deo pro humana facultate similes efficimur, *qui solem suum oriri facit super malos & bonos, & pluit super justos & injustos.* Matt. 5. 45. Simus igitur similes Patris: nam *estote*, inquit, *similes Patris vestri, qui in cælis est*, ut regnum cælorum consequi mereamur, gratia & benignitate Domini & Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, cui gloria & imperium in sæcula sæculorum, amen.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΣΤΑΥΡΟΝ ΕΛΕΧΘΗ ΕΙΣ τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην παρασκευήν· καὶ εἰς τὴν ἐξομολόγησιν τοῦ λῃστοῦ, καὶ ὅτι χρὴ ἡμᾶς ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν εὔχεσθαι.

ORATIO IN CRUCEM ET IN confessionem latronis recitata in sancta & magna Parasceve, & quod oporteat pro inimicis orare.

ΕΟΡΤΗΝ ἄγομεν σήμερον καὶ πανήγυριν, ἀγαπητοί. ὁ γὰρ δεσπότης ὁ ἡμέτερος ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τυγχάνει τοῖς ἥλοις πεπαρμένος. καὶ μὴ ξενισθῇς, εἰ τοῦ πράγματος σκυθρωποῦ τυγχάνοντος ἡμεῖς ἑορτάζομεν. τοιαῦτα γὰρ ἅπαντα τὰ πνευματικά, ἀπεναντίας τῇ συνηθείᾳ τῇ ἀνθρωπίνῃ ἐστί. καὶ ἵνα μάθῃς τοῦτο ἀκριβῶς, ὁ σταυρὸς πρότερον καταδίκης ὄνομα καὶ τιμωρίας ἦν, νῦν δὲ πρᾶγμα γέγονε τίμιον καὶ ποθεινόν. ὁ σταυρὸς πρότερον αἰσχύνης ἦν καὶ κολάσεως ὑπόθεσις, νῦν δὲ γέγονε δόξης καὶ τιμῆς ἀφορμή. καὶ ὅτι δόξα ὁ σταυρός, ἄκουσον τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· πάτερ, δόξασόν με τῇ δόξῃ, ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί, δόξαν τὸν σταυρὸν καλῶν. σταυρὸς τὸ κεφάλαιον τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας· σταυρὸς ἡ τῶν μυρίων ἀγαθῶν ὑπόθεσις. διὰ τοῦτον οἱ πρότερον ἠτιμωμένοι καὶ ἔκπτωτοι, νῦν εἰς τὴν τῶν υἱῶν τάξιν ἐδέχθημεν· διὰ τοῦτον οὐκέτι πλανώμεθα, ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν ἐπέγνωμεν. διὰ τοῦτον οἱ ξύλα καὶ λίθους προσκυνοῦντες πρότερον, νῦν ἐπέγνωμεν τὸν τῶν ἁπάντων δημιουργόν· διὰ τοῦτον οἱ δοῦλοι τῆς ἁμαρτίας [a] εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δικαιοσύνης ἀνήχθημεν· διὰ τοῦτον ἡ γῆ οὐρανὸς λοιπὸν γέγονεν. οὗτος ἡμᾶς τῆς πλάνης ἠλευθέρωσεν, οὗτος πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐχειραγώγησεν, οὗτος καταλλαγὰς θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους ἐποιήσατο, οὗτος ἀπὸ τοῦ βυθοῦ τῆς κακίας ἡμᾶς ἀνασπάσας, εἰς αὐτὴν τῆς ἀρετῆς τὴν κορυφὴν ἀνήγαγεν, οὗτος τῶν δαιμόνων τὴν πλάνην ἔσβεσεν, οὗτος τὴν ἀπάτην καθεῖλε. διὰ τοῦτον οὐκέτι καπνὸς καὶ κνίσσα καὶ αἱμάτων ἀλόγων ἔκχυσις, ἀλλὰ πανταχοῦ λατρεῖαι πνευματικαί, ὕμνοι, καὶ εὐχαί. διὰ τοῦτον δαίμονες δραπετεύουσι, διὰ τοῦτον ὁ διάβολος φυγαδεύεται, διὰ τοῦτον ἡ ἀνθρωπίνη φύσις πρὸς τὴν ἀγγελικὴν πολιτείαν ἁμιλλᾶται· διὰ τοῦτον παρθενία ἐπὶ γῆς πολιτεύεται. ἀφ' οὗ γὰρ ὁ ἐκ παρθένου προῆλθε, τῆς ἀρετῆς ταύτης τὴν ὁδὸν ἐπέγνω ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις. οὗτος ἡμᾶς ἐν σκότει καθημένους ἐφώτισεν, οὗτος ἡμᾶς ἐκπεπολεμωμένους κατήλλαξεν, οὗτος μακρὰν ὄντας ἐγγὺς εἶναι πεποίηκεν, οὗτος ἀπηλλοτριωμένους ὄντας ᾠκείωσεν, οὗτος ξένους γεγονότας, οὐρανοῦ πολίτας κατεσκεύασεν, οὗτος ἡμῖν πολέμων ἀναίρεσις γέγονεν, οὗτος ἡμῖν εἰρήνης ἀσφάλεια

B 1. FESTUM hodie agimus & conventum, carissimi, quoniam Dominus noster clavis est cruci affixus. Neque peregrinum tibi videatur; si cum res odiosa & aversanda fuerit, nos festum diem celebremus. Ejusmodi enim sunt omnia spiritualia, contraria humanæ naturæ. Et ut hoc probe cognoscas, crux prius condemnationis & supplicii nomen erat; at nunc res est venerabilis & desiderabilis. Crux antea dedecoris & pœnæ argumentum erat; nunc gloriæ & honoris est occasio, quodque crux sit gloria, audi Christum dicentem: *Pater clarifica me gloria, quam habui apud* C *te ante mundi constitutionem*; gloriam crucem nominans. Crux caput nostræ salutis: Crux infinitorum bonorum argumentum. Propter hanc nos, qui prius inglorii & rejecti eramus, nunc in filiorum ordinem recepti sumus. Propter hanc non oberramus amplius, sed veritatem cognovimus. Propter hanc nos, qui prius ligna & lapides adorabamus, nunc omnium rerum creatorem cognovimus. Propter hanc, qui servi peccati eramus ad libertatem justitiæ evecti sumus. Propter hanc terra cælum de cætero facta est. Hæc ab errore nos liberavit: hæc ad veritatem ad- D duxit: hæc reconciliationem Dei cum hominibus instituit. Hæc nos ex profundo malitiæ ereptos, in ipsum virtutis fastigium eduxit. Hæc errorem dæmonum exstinxit: hæc deceptionem e medio sustulit. Propter hanc non est amplius fumus & nidor, & sanguinis bruti effusio; sed ubique cultus spirituales, hymni, laudes, & precationes visuntur. Propter hanc dæmones fugiunt, diabolusque profligatur. Propter hanc humana natura cum angelica vivendi ratione contendit. Propter hanc virginitas in terris versatur. Ex quo enim ex virgine ille prodiit, cognovit humana natura virtutis hujus viam. Hæc nos in tenebris sedentes illuminavit: hæc nos expu- E gnatos & debellatos liberavit: hæc nos, qui procul aberamus, vicinos esse fecit: hæc nos abalienatos, domesticos fecit: hæc nos peregrinos factos, cæli cives constituit. Hæc nobis bella sustulit, pacis securitas

Quantâ nobis bona crux attulerat.

Joan. 17. 5.

[a] Savil. in marg. εἰς τὴν κορυφήν.

A effecta est. Propter hanc non formidamus
amplius ignita diaboli jacula, nam vitæ
fontem invenimus. Propter hanc non sumus
in viduitate: sponsum enim recepimus.
Propter hanc non timemus amplius lupum:
nam bonum Pastorem agnovimus: dicit
Joan. 10. 11. enim, *Ego sum pastor bonus.* Propter hanc
non horremus amplius tyrannum, ad Regem
enim accurrimus. Vides quantorum
bonorum crux sit nobis causa? Jure igitur
diem festum agimus. Sic & Paulus monet
1. Cor. 5. 8. ut festivitatem agamus his verbis, *Itaque feriemur,
non in fermento veteri, neque in fermento
malitiæ & nequitiæ: sed in azymis sinceritatis
& veritatis.* Et cujus gratia nos diem festum
agere præcipis ô beate Paule? Agedum
B causam indica. Quia *pascha nostrum pro nobis
immolatus est Christus Deus.* Vides quomodo
crux sit nobis festum? intellexisti, quod
propter crucem nos festum celebrare jubet?
In cruce enim oblatus est; ubi vero sacrificium,
ibi & peccatorum remissio, ibi reconciliatio
Domini, ibi festum & gaudium.
Heb. 9. 28. *Pascha nostrum*, inquit, *pro nobis immolatus
est Christus:* ubi immolatus est? in excelsa
cruce. Novum & peregrinum altare, cum
novum & inusitatum fuerit sacrificium.
Heb. 5. 1. Idem & sacrificium & sacerdos erat, sacrificium
secundum carnem, sacerdos secundum
C Spiritum. Idem immolavit & immola-
Heb. 5. 1. & 8. 3. batur. Audi iterum Paulum dicentem: *Omnis
enim Pontifex ex hominibus assumtus, pro
hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum.*
Unde necesse est & hunc habere aliquid
quod offerat. Ecce seipsum offert. Alibi ve-
Heb. 9. 28. ro iterum ait: *sic & Christus semel oblatus
est ad multorum exhaurienda peccata.* Ecce
hic oblatus est, ibi seipsum obtulit. Vidisti,
quomodo idem sacrificium seu victima &
Sacerdos fuerit: & crux erat altare. Sed disquirendum
est, cur non in templo sacrificium
offeratur, in templo, inquam, Judaïco,
D sed extra civitatem, extra mœnia. Extra
civitatem crucifixus est tamquam damnatus
quispiam & reus, ut impleretur illud
Hesai. 53. 12. Prophetæ dictum: *Et cum iniquis reputatus
est.* Quare igitur extra civitatem in edito
Extra civitatem cur passus Christus. loco, & non sub tecto quopiam? Non sine
causa hoc contigit, sed ut aëris naturam
purgaret: ideo in excelso loco oblatus est,
sub nullo tecto, sed loco tecti, cælo super
imposito, ut universum cælum mundaretur
ove in sublimi loco immolata. Purgatum
igitur est cælum, purgata terra. Stillabat
enim sanguis ex latere super terram,
omnesque ejus maculas & inquinamenta
E eluit. Et hujus quidem gratia sacrificium
hoc sub tecto non peragitur. Quare vero
non in ipso templo Judaïco? Nam neque
hoc temere & sine causa accidit: Videlicet
ne Judæi hoc sacrificium sibi ut proprium
vendicarent; ne putares pro sola illa
gente sacrificium hoc oblatum esse: propterea
fit extra mœnia, ut discas, generale
esse sacrificium, ut discas pro universa terra
oblationem esse, & communem expiationem
institui. Judæis enim ob hoc præcepit
Deus, ut tota terra relicta in uno loco

A κατέστη. διὰ τοῦτον οὐκέτι φοβούμεθα τὰ πεπυρωμένα βέλη τοῦ διαβόλου· τὴν γὰρ πηγὴν τῆς ζωῆς εὕρομεν. διὰ τοῦτον οὐκ ἐσμὲν ἐν χηρείᾳ· τὸν γὰρ νυμφίον ἀπελάβομεν. διὰ τοῦτον οὐκέτι δεδοίκαμεν τὸν λύκον· τὸν γὰρ ποιμένα τὸν καλὸν ἐπέγνωμεν. ἐγὼ γάρ εἰμι, φησιν, ὁ ποιμὴν ὁ καλός. διὰ τοῦτον οὐκέτι φρίττομεν τὸν τύραννον· τῷ γὰρ βασιλεῖ προσεδράμομεν. ὁρᾷς πόσων ἡμῖν ἀγαθῶν ὑπόθεσις ὁ σταυρός; εἰκότως οὖν ἑορτὴν ἄγομεν. οὕτω καὶ Παῦλος ἑορτάζειν παραινεῖ λέγων· ὥστε ἑορτάζωμεν μὴ ἐν ζύμῃ παλαιᾷ, μηδὲ ἐν ζύμῃ κακίας καὶ πονηρίας, ἀλλ' ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας. καὶ τίνος ἕνεκεν ἑορτάζειν ἡμᾶς κελεύεις, ὦ μακάριε Παῦλε; εἰπὲ τὴν αἰτίαν. B ὅτι τὸ πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν, φησιν, ἐτύθη Χριστὸς ὁ θεός. ὁρᾷς πῶς ἑορτὴ ὁ σταυρός; ἔμαθες ὅτι διὰ τὸν σταυρὸν κελεύει ἑορτάζειν. ἐν γὰρ τῷ σταυρῷ ἐτύθη· ὅπου δὲ θυσία, ἐκεῖ ἁμαρτημάτων ἀναίρεσις, ἐκεῖ καταλλαγὴ δεσπότου, ἐκεῖ ἑορτὴ καὶ χαρά. τὸ πάσχα ἡμῶν, φησιν, ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη Χριστός. ποῦ ἐτύθη, εἰπέ; ἐφ' ὑψηλοῦ σταυροῦ. καινὸν καὶ ξένον τὸ θυσιαστήριον, ἐπεὶ ξένη καὶ παρηλλαγμένη ἡ θυσία. ὁ αὐτὸς γὰρ καὶ θυσία καὶ ἱερεὺς ἦν· θυσία μὲν, κατὰ σάρκα, ἱερεὺς δὲ, κατὰ πνεῦμα. ὁ αὐτὸς καὶ προσῆγε καὶ προσήγετο. ἄκουε πάλιν τοῦ Παύλου λέγοντος· πᾶς γὰρ ἀρχιερεὺς ἐξ ἀνθρώπων C λαμβανόμενος, ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίσταται τὰ πρὸς τὸν θεόν. ὅθεν ἀνάγκη ἔχειν τι καὶ τοῦτον, ὃ προσενέγκῃ. ἰδοὺ τέως προσφέρει. ἀλλαχοῦ δὲ πάλιν φησίν· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἅπαξ προσενεχθεὶς εἰς τὸ πολλῶν ἀνενεγκεῖν ἁμαρτίας. ἰδοὺ ἐνταῦθα προσηνέχθη, ἐκεῖ ἑαυτὸν προσήνεγκεν. εἶδες πῶς καὶ θυσία καὶ ἱερεὺς ἐγένετο, καὶ θυσιαστήριον ἦν ὁ σταυρός. ἀλλ' ἀναγκαῖον μαθεῖν, τίνος ἕνεκεν οὐκ ἐν τῷ ναῷ ἡ θυσία προσφέρεται, ἐν τῷ ναῷ λέγω τῷ Ἰουδαϊκῷ, ἀλλ' ἔξω τῆς πόλεως, ἔξω τῶν τειχῶν· ἔξω γὰρ τῆς πόλεως ἐσταυρώθη, καθάπερ τις κατάδικος, D ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ προφήτου, ὅτι καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη. τίνος οὖν ἕνεκεν ἔξω τῆς πόλεως, ἐφ' ὑψηλοῦ, καὶ οὐχ ὑπὸ στέγην τινά; οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ τοῦτο, ἀλλ' ἵνα τοῦ ἀέρος καθάρῃ τὴν φύσιν. διὰ τοῦτο καὶ ἐφ' ὑψηλοῦ, καὶ οὐκ ἐπικειμένης στέγης, ἀλλ' ἀντὶ στέγης ἐπικειμένου τοῦ οὐρανοῦ, ἵνα καθαρθῇ ὁ οὐρανὸς ἅπας, ἐφ' ὑψηλοῦ θυομένου τοῦ προβάτου. ἐκαθάρθη οὖν οὐρανός, ἐκαθάρθη δὲ καὶ ἡ γῆ. ἔσταξε γὰρ τὸ αἷμα ἀπὸ τῆς πλευρᾶς ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ τὸν μολυσμὸν αὐτῆς ἅπαντα ἐξεκάθηρεν. ἀλλ' ὑπὸ στέγην μὲν ταύτης ἕνεκεν τῆς αἰτίας οὐ προσφέρεται ἡ θυσία. τίνος δὲ ἕνεκεν οὐχὶ ἐν αὐτῷ τῷ E ναῷ τῷ Ἰουδαϊκῷ; καὶ τοῦτο πάλιν οὐχ ἁπλῶς· ἀλλ' ἵνα μὴ ἰδιοποιήσωνται τὴν θυσίαν οἱ Ἰουδαῖοι· ἵνα μὴ νομίσῃς ὑπὲρ τοῦ ἔθνους ἐκείνου μόνου τὴν θυσίαν προσφέρεσθαι, διὰ τοῦτο ἔξω τῆς πόλεως, ἔξω τῶν τειχῶν· ἵνα μάθῃς ὅτι καθολική ἐστιν ἡ θυσία, ἵνα μάθῃς ὅτι ὑπὲρ τῆς γῆς ἁπάσης ἐστὶν ἡ προσφορά, καὶ ὅτι κοινὸς τῆς φύσεως ἡμῶν ἁπάσης ἐστὶν ὁ καθαρισμός. τοῖς μὲν γὰρ Ἰουδαίοις διὰ τοῦτο ἐκέλευσεν ὁ θεὸς πᾶσαν τὴν γῆν ἀφιέναι, καὶ εἰς ἕνα

τόπον προσφέρειν, εἰς ἕνα τόπον εὔχεσθαι· ἐπειδὴ πᾶσα ἡ γῆ τότε ἀκάθαρτος ἦν ἀπὸ τοῦ καπνοῦ, καὶ τῆς κνίσσης, καὶ τῶν εἰδωλικῶν αἱμάτων, καὶ τῶν ἄλλων μολυσμῶν τῶν Ἑλληνικῶν· διὰ τοῦτο αὐτοῖς ἕνα τόπον ἐπέταξεν. ἀλλ' ἐλθὼν ὁ Χριστὸς, καὶ τῆς πόλεως ἔξω παθὼν, πᾶσαν τὴν γῆν ἐκάθηρε, πάντα τόπον εὐκτήριον εἰργάσατο. βούλει μαθεῖν πῶς πᾶσα ἡ γῆ λοιπὸν ναὸς ἐγένετο, καὶ πῶς πᾶς τόπος εὐκτήριος κατέστη; ἄκουσον πάλιν τοῦ μακαρίου Παύλου λέγοντος· ἐν παντὶ τόπῳ ἐπαίροντες ὁσίους χεῖρας χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ. εἶδες πῶς ἐκάθηρε τὴν οἰκουμένην; εἶδες πῶς πανταχοῦ ἐπαίρειν ὁσίους χεῖρας δυνάμεθα; πᾶσα γὰρ ἡ γῆ γέγονεν ἁγία λοιπὸν, μᾶλλον δὲ καὶ τῶν παρὰ Ἰουδαίοις ἁγίων ἁγιωτέρα. πῶς; ὅτι ἐκεῖ μὲν ἄλογον, ἐνταῦθα δὲ λογικὸν προσηνέχθη πρόβατον. ὅσῳ τοίνυν κρεῖττον τὸ λογικὸν τοῦ ἀλόγου, τοσούτῳ πλείων ἐνταῦθα καὶ ὁ ἁγιασμός. οὐκοῦν ἀληθῶς ἑορτὴ ὁ σταυρός.

Βούλει μαθεῖν αὐτοῦ, καὶ ἕτερον κατόρθωμα μέγιστον, πᾶσαν ὑπερβαῖνον ἀνθρωπίνην διάνοιαν; τὸν παράδεισον ἀποκεκλεισμένον σήμερον ἀνέῳξε. σήμερον γὰρ τὸν λῃστὴν εἰσήγαγεν ἐν αὐτῷ. δύο τὰ μέγιστα κατορθώματα, καὶ τὸν παράδεισον ἀνέῳξε, καὶ τὸν λῃστὴν εἰσήγαγεν· ἀπέδωκεν αὐτῷ τὴν ἀρχαίαν πατρίδα, ἐπανήγαγεν αὐτὸν ἐπὶ τὴν πατρῴαν πόλιν. σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ, φησὶν, ἐν τῷ παραδείσῳ. τί λέγεις; ἐσταύρωσαι καὶ προσήλωσαι ἐν τῷ σταυρῷ ἥλοις, καὶ παράδεισον ἐπαγγέλλῃ; πῶς οὖν τοιαῦτα χαρίζῃ; καὶ μὴν ὁ Παῦλος λέγει, ὅτι ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας. ἀλλ' ἄκουε τῶν ἑπομένων, ἀλλὰ ζῇ, φησιν, ἐκ δυνάμεως θεοῦ. καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ. ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. διὰ τοῦτο ἐν τῷ σταυρῷ νῦν, φησιν, ἐπαγγέλλομαι, ἵνα καὶ διὰ τούτου τὴν ἐμὴν καταμάθῃς δύναμιν. ἐπειδὴ γὰρ τὸ πρᾶγμα σκυθρωπόν ἐστιν, ἵνα μὴ κατηφὴς γένῃ τῇ φύσει τοῦ σταυροῦ προσέχων, ἀλλὰ πρὸς τὴν τοῦ σταυρουμένου δύναμιν ἀποβλέψας, φαιδρὸς ἧς καὶ γεγανωμένος, διὰ τοῦτο ἐκεῖ ἐπιδείκνυσί σοι τὴν ἰσχὺν τὴν ἑαυτοῦ. οὐ γὰρ νεκρὸν ἀναστήσας, οὐ θαλάττῃ ἐπιτάξας, οὐ δαίμοσιν ἐπιτιμήσας, ἀλλ' ἐσταυρωμένος, προσηλωμένος, ὑβριζόμενος, ἐμπτυόμενος, λοιδορούμενος, χλευαζόμενος, παρὰ πάντων διασυρόμενος ἴσχυσε τὴν πονηρὰν τοῦ λῃστοῦ διάνοιαν ἐφ' ἑαυτὸν ἐπισπάσασθαι. ὅρα ἑκατέρωθεν αὐτοῦ τὴν δύναμιν διαλάμπουσαν. τὴν κτίσιν ἐκλόνησε, τὰς πέτρας διέρρηξε, τὴν πέτρας ἀναισθητοτέραν τοῦ λῃστοῦ ψυχὴν κηροῦ μαλακωτέραν εἰργάσατο. σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. τί λέγεις; τὰ Χερουβὶμ τηρεῖ τὸν παράδεισον καὶ ἡ φλογίνη ῥομφαία, καὶ σὺ τῷ λῃστῇ τὴν ἐκεῖ εἴσοδον ἐπαγγέλλῃ; ναὶ, φησιν. ἐγὼ γὰρ καὶ τῶν Χερουβὶμ εἰμι δεσπότης, καὶ φλογὸς καὶ γεέννης καὶ ζωῆς καὶ θανάτου τὴν ἐξουσίαν ἔχω. διὸ καὶ λέγει, σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. ἂν ἴδωσι τὸν δεσπότην αἱ δυνάμεις ἐκεῖναι, εὐθέως παραχωροῦσι καὶ ὑπεξίστανται. καίτοιγε βασιλεὺς οὐδεὶς ἄν ποτε ἀνάσχοιτο λῃστὴν ἄνθρωπον, ἢ ἕτερόν τινα τῶν ὁμοδούλων μεθ' ἑαυτοῦ

immolarent, & preces in uno loco funderent. Nam cum tota terra tunc contaminata esset fumo & nidore & idololatrico sanguine, & aliis Gentilium inquinamentis, ideo illis unum locum imperavit. Sed cum Christus venit, & extra civitatem mortem obiit, universam terram mundavit, omnemque locum orationi idoneum effecit. Vis discere quomodo tota terra in posterum sit templum effecta, & quomodo omnis locus orationi sit destinatus? Audi iterum beatum Paulum dicentem: *In omni loco levantes puras manus sine ira & disceptatione.* Vidisti quomodo terrarum orbem expurgarit? Vidisti quomodo ubique puras manus levare possimus? Omnis enim terra de cætero sanctificata est, imo sanctior est illis Judæorum sanctis. Qua ratione? Quia ibi quidem rationis expers, hic vero ratione prædita ovis oblata est. Quanto igitur præstantius id, quod rationem habet, eo, quod ratione caret, tanto amplior & hîc sanctificatio est. Vere igitur Crux nobis festum diem parit.

Templum est jam tota terra. — *1.Tim.2.8.*

2. Vis & aliud crucis factum præclarissimum, & quod omnem humanam intelligentiam superat, ediscere? Paradisum clausum aperuit hodie. Hodie enim latronem in illum introduxit. Duo præclarissima facinora: Paradisum reseravit, & latronem introduxit. Reddidit illi antiquam patriam, reduxit in paternam civitatem. *Hodie mecum eris*, inquit, *in Paradiso.* Quid dicis? Crucifixus, & cruci clavis affixus es, & Paradisum promittis? Quomodo hæc talia largieris? Atqui Paulus ait: *Crucifixus est ex infirmitate.* Audi alibi dicentem; *sed vivit ex virtute Dei.* Et rursus: *Virtus mea in infirmitate perficitur.* Propterea in cruce polliceor, ut & per hanc discas meam potentiam. Cum enim crux sit res injucunda & molesta, ne vultum dejicias ad crucis naturam attendens, sed ut lætus & alacer efficiaris, ad crucifixi potentiam respiciens, ea de causa ille ibi suam tibi virtutem ostendit. Non enim mortuum excitans, non mari imperans, non dæmones increpans, sed crucifixus, clavis affixus, injuria affectus, sputis oblitus, conviciis impetitus, irrisui & ludibrio apud omnes habitus, potuit ad se malam latronis mentem attrahere. Vide utrinque potentiam illius effulgescentem. Creaturam concussit, petras disrupit, animam latronis petra duriorem cera molliorem effecit. *Hodie mecum eris in Paradiso.* Quid dicis? Cherubim & flammeus ensis custodiunt Paradisum, & tu latroni ingressum eo polliceris? Utique ait. Nam & ego Cherubinorum Dominus sum, atque ignis & gehennæ, vitæque & mortis potestatem habeo; propterea dicit, *Hodie mecum eris in Paradiso.* Cum virtutes illæ Dominum viderint, statim cedent, locumque dabunt. Atqui nullus rex unquam patiatur latronem, aut alium quempiam ex famulis secum considentem

Luc.23.43. — *2.Cor.13.4.* — *2.Cor.12.9.* — *In Cruce cur promissus Paradisus.*

in urbem ingredi: at iste humanissimus Dominus hoc fecit: in sanctam suam patriam ingressus latronem secum introducit, non inhonorans Paradisum, absit, pedibus latronis, sed hoc ipso magis honorans. Honor enim Paradisi est habere talem Dominum, tam potentem & humanum, ut & latronem possit efficere dignum paradisi deliciis. Etenim quando publicanos & meretrices in regnum vocabat, non utique id fecit cum regni sui dedecore, sed potius majore cum honore; ostendit enim se esse ejusmodi regni cælorum Dominum qui etiam meretrices & publicanos tam probatos facere queat, ut digni videantur ea, quæ inibi est, gloria & munere. Quemadmodum igitur medicum tum admiramur, cum intuemur eum homines incurabilibus morbis laborantes, depulsa infirmitate, pristinæ & puræ sanitati restituere; ita & Christum admirare, carissime, & obstupesce, quia homines immedicabilibus animæ morbis obstrictos, potuit & a malitia liberare, & regno cælorum dignos reddere eos, qui ad supremum improbitatis culmen ascenderant. *Hodie mecum eris in Paradiso.* Grandis honor, ingens hujus humanitatis magnitudo, inexplicabilis hujus bonitatis immensitas. Nam eo quod paradisum ingreditur, major gloria est quod cum Domino ingreditur. Quid, quæso, accidit? Quid latro ejusmodi egit, ut ex improviso de cruce dignus paradiso judicaretur? breviter si placet dicam, latronisque bonitatem, & probitatem ostendam. Quando Petrus discipulorum princeps negabat infra, tunc ille supra fixus in cruce confessus est. Et hoc non dixi, animo reprehendendi Petrum, absit; sed ut magnanimitatem latronis, & excellentem illius philosophandi rationem demonstrarem. Ille non tulit simplicis puellæ minas; hic totum populum insanientem, & assistentem & vociferantem, & infinita in crucifixum convitia jactantem conspicatus, non vertit oculos ad injuriam crucifixi: sed fidei oculis omnia hæc prætercurrens, omnique indigna, & quæ impedimento esse poterat, persuasione abjecta, agnovit cælorum Dominum,
Luc. 23. 42. paucula illa verba proloquutus, quæ illum paradiso dignum ostenderunt, *Memento mei in tuo regno.* Ne prætervolemus simpliciter hoc dictum, neque pudeat nos magistrum accipere latronem, cujus Dominum nostrum non puduit, quominus primum in paradisum induceret. Ne erubescamus magistrum habere hominem illum, qui ante totum humanum genus dignus est habitus conversatione paradisi. Singula igitur verba expendamus, ut & hinc virtutem crucis discamus. Neque enim ad il-
Matt. 4. 19. lum, ut ad Petrum & Andream dixit: *Venite & faciam vos piscatores hominum:* Ne-
Matth. 19. 28. que dixit ad illum ut ad duodecim discipulos, *Sedebitis super duodecim sedes, judicantes duodecim tribus Israël.* Plane vero neque verbo illum dignatus est: neque miracula vidit, non mortuos excitatos, non dæmones expulsos, non mare imperio ejus

A εἰσαχθείσας, οὕτως εἰς τὴν πόλιν εἰσελαύνειν· ὁ δὲ φιλάνθρωπος δεσπότης τοῦτο ἐποίησεν. εἰς τὴν ἱερὰν γὰρ εἰσιὼν πατρίδα, τὸν λῃστὴν μεθ' ἑαυτοῦ εἰσφέρει, οὐχὶ ἀτιμάζων τὸν παράδεισον, μὴ γένοιτο, τοῖς ποσὶ τοῦ λῃστοῦ, ἀλλὰ ταύτῃ μᾶλλον τιμῶν. τιμὴ γὰρ παραδείσου, τὸ τοιοῦτον ἔχειν δεσπότην, οὕτω δυνατὸν καὶ φιλάνθρωπον, ὡς καὶ λῃστὴν δύνασθαι ποιῆσαι ἄξιον τῆς τρυφῆς τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ. καὶ γὰρ ὅτε τελώνας καὶ πόρνας εἰς τὴν βασιλείαν ἐκάλει, οὐ καταισχύνων τὴν βασιλείαν τοῦτο ἐποίει, ἀλλὰ τιμῶν μάλιστα, καὶ δεικνὺς ὅτι τοιοῦτός ἐστιν ὁ κύριος τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας, ὡς καὶ πόρνας καὶ τελώνας οὕτως ἐργάσασθαι δοκίμους, ὡς ἀξίους φανῆναι τῆς ἐκεῖ τιμῆς καὶ B δωρεᾶς. καθάπερ οὖν ἰατρὸν τότε θαυμάζομεν, ὅταν ἴδωμεν ὅτι ἀνθρώπους ἀνίατα νοσήματα ἔχοντας ἀπαλλάξας τῆς ἀρρωστίας, πρὸς καθαρὰν ὑγίειαν ἐπανήγαγεν· οὕτω καὶ τὸν Χριστὸν θαύμασον, ἀγαπητέ, καὶ ἐκπλάγηθι, ὅτι λαβὼν ἀνίατα νοσήματα ψυχῆς ἔχοντας ἀνθρώπους, ἴσχυσε καὶ τῆς κακίας ἀπαλλάξαι, καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ἀξίους ἀποφῆναι τοὺς πρὸς τὴν ἐσχάτην πονηρίαν ἐληλακότας. σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. μεγάλη τιμὴ, πολὺ τῆς φιλανθρωπίας τὸ μέγεθος, ἄφατος ἡ ὑπερβολὴ τῆς ἀγαθότητος. τοῦ γὰρ εἰς τὸν παράδεισον εἰσελθεῖν μείζων τιμὴ τὸ μετὰ τοῦ δεσπότου εἰσελθεῖν. τί γέγονεν, εἰπέ μοι; τί τοιοῦτον ὁ λῃστὴς ἐπεδείξατο, ἵνα C ἀθρόον παραδείσου ἄξιος φανῇ ἀπὸ τοῦ σταυροῦ; βούλει συντόμως εἴπω, καὶ δείξω τοῦ λῃστοῦ τὴν εὐγνωμοσύνην; ὅτε Πέτρος ἠρνεῖτο κάτω ὁ τῶν μαθητῶν κορυφαῖος, τότε ἐκεῖνος ἄνω ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τυγχάνων ὡμολόγησε. καὶ τοῦτο οὐ τοῦ Πέτρου κατηγορῶν εἶπον, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ τοῦ λῃστοῦ τὴν μεγαλοψυχίαν δεῖξαι βουλόμενος, καὶ τὴν ὑπερβάλλουσαν φιλοσοφίαν. ἐκεῖνος οὐκ ἤνεγκε κόρης ἀπειλὴν εὐτελοῦς· οὗτος δὲ ὁρῶν δῆμον ὁλόκληρον μεμηνότα καὶ περιεστῶτα καὶ βοῶντα καὶ μυρία εἰς τὸν ἐσταυρωμένον λοιδορούμενον, οὐκ εἶδε πρὸς τὴν ὕβριν τοῦ ἐσταυρωμένου, ἀλλὰ τοῖς τῆς πίστεως ὀφθαλμοῖς ἅπαντα ταῦτα παραδρα-D μὼν, καὶ τὰ ταπεινὰ, καὶ τὰ κωλύματα κάτω ἀφεὶς, ἐπέγνω τὸν τῶν οὐρανῶν δεσπότην, εἰπὼν τὰ βραχέα ἐκεῖνα ῥήματα καὶ τοῦ παραδείσου ἄξιον αὐτὸν ἀποφήναντα, μνήσθητί μου ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. μὴ παραδράμωμεν ἁπλῶς τὸ εἰρημένον, μηδὲ ἐπαισχυνθῶμεν διδάσκαλον λαβεῖν τὸν λῃστὴν, ὃν οὐκ ἐπῃσχύνθη ὁ δεσπότης ὁ ἡμέτερος πρῶτον εἰς τὸν παράδεισον εἰσαγαγεῖν. μὴ ἐπαισχυνθῶμεν διδάσκαλον λαβεῖν ἄνθρωπον, πρὸ πάντων τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους ἄξιον φανέντα τῆς πολιτείας τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ. καθ' ἕκαστον τοίνυν τῶν ῥημάτων ἐξετάσω-E μεν, ἵνα μάθωμεν καὶ ἐντεῦθεν τοῦ σταυροῦ τὴν δύναμιν. οὐδὲ γὰρ εἶπε πρὸς αὐτὸν, καθάπερ πρὸς Πέτρον καὶ Ἀνδρέαν, δεῦτε, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων· οὐδὲ εἶπε πρὸς αὐτὸν, καθάπερ πρὸς τοὺς δώδεκα μαθητὰς, ὅτι καθίσεσθε ἐπὶ δώδεκα θρόνους κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ. ὅλως δὲ οὐδὲ ῥήματος αὐτὸν ἠξίωσεν, οὐδὲ θαύματα εἶδεν, οὐ νεκρὸν ἀνιστάμενον, οὐ δαίμονας ἐλαυνομένους, οὐ θάλατταν εἴκουσαν αὐτοῦ τῷ

ἐπιτάγματι, οὐ περὶ βασιλείας αὐτῷ διελέχθη· πόθεν δὲ ᾔδει καὶ τῆς βασιλείας τὸ ὄνομα; ἴδωμεν αὐτοῦ τὴν σύνεσιν τὴν πολλήν. ἐλοιδόρει αὐτόν, φησιν, ὁ ἕτερος λῃστής. καὶ γὰρ καὶ ἕτερος ἦν λῃστὴς συνεσταυρωμένος, ἵνα πληρωθῇ τὸ παρὰ τοῦ προφήτου εἰρημένον, ὅτι καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη. ἐβούλοντο γὰρ καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ διαβάλλειν οἱ ἀγνώμονες Ἰουδαῖοι, καὶ πανταχόθεν ἐπηρέαζον τοῖς γινομένοις· ἀλλὰ διὰ πάντων ἡ ἀλήθεια ηὔξανε, καὶ δι᾽ αὐτῶν τῶν κωλυμάτων λαμπροτέρα ἐγίνετο. ἐλοιδόρει τοίνυν αὐτὸν ὁ ἕτερος λῃστής. εἷς δέ τις τῶν εὐαγγελιστῶν φησιν, ὅτι ἀμφότεροι ἐλοιδόρουν τὸν Ἰησοῦν· καὶ τοῦτο δὲ ἀληθές, ὃ καὶ μάλιστα ἐπιτείνει τούτου τὴν εὐγνωμοσύνην. εἰκὸς γὰρ αὐτὸν λοιδορῆσαι μὲν παρὰ τὴν ἀρχήν, ἄφνω δὲ τοσαύτην τὴν μεταβολὴν ἐπιδείξασθαι. ἐλοιδόρει τοίνυν αὐτόν, φησιν, ὁ ἕτερος λῃστής. εἶδες λῃστὴν, καὶ λῃστήν; ἀμφότεροι ἐν τῷ σταυρῷ, ἀμφότεροι ἀπὸ πονηρίας, ἀμφότεροι ἀπὸ βίου λῃστρικοῦ· ἀλλ᾽ οὐκ ἀμφότεροι ἐν τοῖς αὐτοῖς. ἀλλ᾽ ὁ μὲν βασιλείαν ἐκληρονόμησεν, ὁ δὲ εἰς γέενναν παρεπέμπετο. οὕτω καὶ χθὲς, μαθητὴς, καὶ μαθηταί. ἀλλ᾽ ὁ μὲν πρὸς προδοσίαν παρεσκευάζετο, οἱ δὲ πρὸς διακονίαν εὐτρεπίζοντο. καὶ ἐκεῖνος μὲν ἔλεγε τοῖς Φαρισαίοις, τί θέλετέ μοι δοῦναι, καὶ ἐγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; οὗτοι δὲ προσῆλθον τῷ Ἰησοῦ λέγοντες, ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ πάσχα; οὕτω καὶ ἐνταῦθα, λῃστὴς, καὶ λῃστής. ἀλλ᾽ ὁ μὲν ἐλοιδορεῖτο, ὁ δὲ ἐπεστόμιζε· ὁ μὲν βλασφημεῖ, ὁ δὲ ἐγκαλεῖ, καὶ ταῦτα, ὁρῶν ἐσταυρωμένον αὐτὸν, κατακεκριμένον, τὸν δῆμον κάτωθεν λοιδορούμενον, ἐπιβοῶντα μεγάλα· ἀλλ᾽ ὅμως οὐδὲν τούτων αὐτὸν παρέτρεψεν, οὐδὲ τῆς προσηκούσης δόξης ἀπήγαγεν, ἀλλὰ καὶ τῷ ἑτέρῳ λῃστῇ σφοδρῶς ἐπιτίθεται, καί φησι πρὸς αὐτόν· οὐδὲ φοβῇ τὸν θεὸν σύ;

Εἶδες παῤῥησίαν λῃστοῦ; εἶδες πῶς οὐδὲ ἐν σταυρῷ τῆς οἰκείας τέχνης ἐπιλανθάνεται, ἀλλὰ διὰ τῆς ὁμολογίας αὐτῆς λῃστεύει τὴν βασιλείαν; οὐδὲ φοβῇ τὸν θεὸν σύ, φησιν; εἶδες παῤῥησίαν ἐν σταυρῷ, εἶδες φιλοσοφίαν, εἶδες εὐλάβειαν. ὅτι γὰρ ἐν ἑαυτοῦ ἦν, ὅτι τὰς φρένας ὅλως εἶχε τοῖς ἥλοις ἐμπεπαρμένος, καὶ τὰς ἐκ τῶν ἥλων ὀδύνας ὑπομένων τὰς ἀφορήτους, οὐχὶ θαυμάζεσθαι ἄξιος τοῦ γενναίου φρονήματος ἕνεκα; ἐγὼ μὲν οὐ θαυμάζεσθαι μόνον ἄξιον, ἀλλὰ καὶ μακαρίζεσθαι αὐτὸν δικαίως ἂν εἴποιμι. καὶ γὰρ οὐ μόνον οὐκ ἐπέστρεφε πρὸς τὰς ἀλγηδόνας, ἀλλ᾽ ἀφεὶς τὰ καθ᾽ ἑαυτὸν, τὰ ἑτέρου ἐφρόντιζε, καὶ ὅπως ἐκεῖνον ἐξαρπάσῃ τῆς πλάνης, καὶ διδάσκαλος γένηται ἐν σταυρῷ, ἐσπούδαζεν. οὐδὲ φοβῇ τὸν θεὸν, φησι, σύ; μονονουχὶ λέγει πρὸς αὐτὸν, μὴ τῷ κάτω δικαστηρίῳ πρόσεχε, μὴ ἀπὸ τῶν ὁρωμένων ψηφίζου, μὴ τὰ γινόμενα μόνον ὅρα. ἔστιν ἕτερος κριτὴς ἀόρατος, ἀδέκαστον ἐστιν ἐκεῖνο τὸ δικαστήριον, παραλογισθῆναι μὴ δυνάμενον. μὴ τοίνυν ἴδῃς, ὅτι κατεκρίθη κάτω· ἀλλὰ τὰ ἄνω οὐ τοιαῦτα. ἐνταῦθα μὲν γὰρ ἐν τῷ κάτω δικαστηρίῳ καὶ ἀνεύθυνοι πολλάκις καταδικάζονται, καὶ ὑπεύθυνοι ἀφίεν-

A obtemperans: neque de regno cum illo verba fecit: unde autem vel regni nomen novit? Videamus quanta intelligentia præditus fuerit. Conviciis insectabatur illum, inquit, alter latro. Etenim & alter latro crucifixus erat, ut impleretur illud Prophetæ dictum: *quia cum iniquis reputatus est.* *Hesai. 53. 12.* Volebant namque insipientes Judæi gloriam etiam ejus traducere: & undequaque iis, quæ accidebant, insultabant: sed per illa omnia excrevit veritas: & per ipsa obstacula splendidior, & manifestior evasit. Convitiabatur ergo ei alter latro: *Marc. 15. 32.*
B unus vero Evangelistarum dicit, ambos in Jesum convitia jecisse: & hoc verum est, & maxime hujus probitatem intendit. Nam probabile est principio quidem ipsum convitiatum fuisse, derepente autem tantam mutationem subiisse: convitiabatur ergo, inquit, alter latro. Vides latronem, & latronem? ambo in cruce, ambo ab improbitate, ambo a vita prædatoria arrepti, sed non ambo in iisdem. Nam alter regnum heres adiit, alter in gehennam demissus est. Ita & heri discipulus, & discipuli. Sed
C ille ad proditionem accingebatur, isti ad ministerium sese præparabant. Ille Pharisæis dicebat: *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?* isti accedebant ad Jesum dicentes: *Ubi vis paremus tibi manducare pascha?* *Matth. 26. 15. & 17.* Ita & hîc latro & latro. At ille convitiabatur: hic convitianti os obstruit. Ille blasphemat, hic vero objurgat; & hæc, cum aspiceret illum crucifixum, condemnatum, populum infra convitiantem, grandi voce vociferantem; sed tamen nihil horum illum transversum egit; aut a conveniente existimatione abduxit: sed & alterum latronem graviter increpat, his ad illum verbis usus: *Neque tu times Deum?*

D 3. Vidisti libertatem latronis? vidisti quomodo neque in cruce artis suæ obliviscitur, sed per ipsam confessionem prædatur regnum? *Neque tu times Deum*, inquit? vidisti libertatem in cruce, vidisti philosophiam, vidisti reverentiam. Quod enim sibi præsens fuerit, quod de statu mentis non dejectus, etsi clavis affixus, immensosque cruciatus ex clavis ortos perpessus: an non eum admirari æquum est, ob tam generosam animi constantiam? non solum dignum dixerim, quem admiremur, sed quem beatum prædicemus. Etenim non solum non advertebat mentem ad cruciatus, sed
E omnibus suis relictis, res alterius curabat: & ut illum ab errore eriperet, & magister ejus in cruce fieret, omni ope studebat. *Neque tu times Deum*, inquit. Tantum non ad illum dicit: Ne solum attendas ad id quod apud homines est tribunal: ne ex iis, quæ vides, rem æstimes: ne ea quæ fiunt tantummodo intuearis. Est alius judex invisibilis, incorruptum & sincerum est ejus tribunal, nec decipi aut a vero deflecti potest. Ne te moveat, quod infra condemnatus est, sed quæ supra sunt, ea talia non sunt. In judicio enim quod hîc agitur, sæpe etiam innocentes condemnantur, & no-

rentes dimittuntur, justi pœnis addicuntur, & injusti effugiunt. Et plerique mortalium judicia corrumpunt partim lubentes, partim nolentes. Vel enim jus & fas ignorantes, & decepti, vel videntes quidem, pecuniis vero corrupti prodiderunt veritatem, & contra innocentes sententiam tulerunt: at supra nihil horum locum habet. Nam Deus judex justus est, & judicium ejus, ut lumen, egredietur. Tenebris caret, nullas habet latebras, nec ullo modo de recta semita dejici potest. Ne enim ille diceret, Apud homines jam condemnatus est, quid ei patrocinaris? duxit eum ad supernum judicium, ad terribile illud tribunal, ad forum illud incorruptum, ad judicem, quem nullis rationibus in errorem inducere licet. Revocavit ei in memoriam tremendum illud judicium. Eo, inquit, respice, & non feres condemnationis sententiam, neque infra cum hominum turba consistes, sed admiraberis & approbabis judicium cæleste. *Neque tu times Deum*, inquit? vidisti philosophiam latronis, vidisti intellectum, vidisti doctrinam. Confestim a cruce ad cælum tetendit: vide quomodo Apostolicam legem impleat, nec sua tantum curet, sed omnia faciat & moliatur, ut alterum ab errore exsolvat, & ad veritatem traducat. Cum enim dixisset; *Neque tu times Deum*; addidit: *Quia in eadem damnatione sumus.* Considera confessionem absolutam. Quid est, in eadem damnatione sumus? In eadem, inquit, pœna; nam & nos in cruce sumus. Ergo cum illum opprobriis appetis, teipsum prius conviciis incessis. Quemadmodum igitur is, qui peccatis obstrictus, alterum condemnat, se ante illum condemnat: sic & is qui calamitate pressus, alteri calamitatem exprobrat, sibi ipsi prius quam alteri calamitatem exprobrat. *In eadem*, inquit, *damnatione sumus.* Apostolicam ipsi le-

Matth. 7. 1. gem Evangelicæ consonam recitat; *Nolite judicare, ut non judicemini. Quia in eadem damnatione sumus.* Quid facis, ô latro? num vestri participem illum facis, cum ais, *in eadem damnatione sumus?* Nequaquam, inquit: corrigo dictum per ea, quæ mox sequuntur: *Et nos quidem*, inquit, *juste, digna enim factis recipimus.* Ne enim audito, quod dixit, *in eadem damnatione sumus*, putares, quod Christum scelerum participem fecisset; ideo seipsum quasi corrigens adjecit: *nos quidem juste, nam digna factis recipimus.* Vides confessionem perfectam in cruce, vides quomodo his verbis peccata sua eluerit, vides quomodo propheticum illud mo-

Hesai. 44. 26. nitum impleverit: *Dic primus tuas iniquitates, ut justificeris:* nemo illum coëgit, nemo accusavit, nemo institit. Ipse sui ipsius fit accusator: qua de causa in posterum omni accusatore caruit. Antevertens enim partes accusatoris sibi sumsit, & seipsum, quis esset, publice prodidit his verbis: *Nos juste, nam digna factis recipimus, hic vero nihil mali egit.* Vides reverentiam longe lateque diffusam: quando seipsum accusarat, quando arcana pectoris sui expromserat,

A ται, καὶ δίκαιοι καταχρίνονται, καὶ ἄδικοι διαφεύγουσι. τὰ μὲν γὰρ ἑκόντες τῶν κρινομένων, τὰ δὲ ἄκοντες διαφθείρουσιν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων. ἢ γὰρ ἀγνοοῦντες τὸ δίκαιον καὶ ἀπατηθέντες, ἢ ἰδόντες μὲν, ὑπὸ χρημάτων δὲ διαφθαρέντες προέδωκαν τὴν ἀλήθειαν, καὶ κατεψηφίσαντο τῶν ἀνευθύνων· ἄνω δὲ οὐδὲν τοιοῦτόν ἐστιν. ὁ θεὸς γὰρ κριτὴς δίκαιος, καὶ τὸ κρίμα αὐτοῦ ὡς φῶς ἐξελεύσεται. οὐκ ἔχει σκότος, οὐκ ἔχει ἀποκρυφὴν, οὐδεμίαν δέχεται παρατροπήν. ἵνα γὰρ μὴ λέγῃ ἐκεῖνος, ὅτι κατεδικάσθη κάτω, τί αὐτῷ συνηγορεῖς; ἀνήγαγεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἄνω δικαστήριον, ἐπὶ τὸ βῆμα
B τὸ φοβερὸν, ἐπὶ τὸ κριτήριον τὸ ἀδέκαστον, ἐπὶ τὸν ἀπαραλόγιστον δικαστήν· ἀνέμνησεν αὐτὸν ἐκείνου τοῦ φοβεροῦ κριτηρίου. ἐκεῖ βλέπε, φησὶ, καὶ οὐκ οἴσεις τὴν καταδικάζουσαν ψῆφον· οὐδὲ στήσῃ μετὰ τῶν κάτω ἀνθρώπων, ἀλλὰ θαυμάσεις, καὶ ἀποδέξῃ τὴν ἄνωθεν κρίσιν. οὐδὲ φοβῇ, φησι, τὸν θεὸν σύ; εἶδες φιλοσοφίαν λῃστοῦ, εἶδες σύνεσιν, εἶδες διδασκαλίαν. ἀθρόον ἀπὸ σταυροῦ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνέπτη. καὶ ὅρα αὐτὸν ἀποστολικὸν νόμον ἤδη πληροῦντα, καὶ οὐ τὰ ἑαυτοῦ μόνον σκοποῦντα, ἀλλὰ πάντα ποιοῦντα καὶ πραγμα-
C τευόμενον, ὥστε καὶ ἐκεῖνον τῆς πλάνης ἀπαλλάξαι, καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐπαναγαγεῖν. εἰπὼν γὰρ, οὐδὲ φοβῇ τὸν θεὸν σὺ, ἐπήγαγεν, ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματί ἐσμεν. σκόπει ἐξομολόγησιν ἀπηρτισμένην. τί ἐστιν, ἐν τῷ αὐτῷ κρίματί ἐσμεν; ἐν τῇ αὐτῇ, φησι, κολάσει· καὶ ἡμεῖς γὰρ ἐν σταυρῷ ἐσμεν. ἐκεῖνον τοίνυν ὀνειδίζων, σαυτὸν πρὸ ἐκείνου βάλλεις ταῖς λοιδορίαις. ὥσπερ οὖν ὁ ἐν ἁμαρτήμασιν ὢν, καὶ ἕτερον καταδικάζων, ἑαυτὸν πρὸ ἐκείνου καταδικάζει· οὕτω καὶ ὁ ἐν συμφορᾷ ὢν, καὶ ὀνειδίζων ἑτέρου συμφορὰν,
D ἑαυτὸν πρὸ ἐκείνου ὀνειδίζει. ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι, φησὶν, ἐσμεν. ἀποστολικὸν αὐτῷ νόμον ἀναγινώσκει, εὐαγγελικὰ ῥήματα λέγοντα· μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε. ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματί ἐσμεν. τί ποιεῖς, ὦ λῃστά; κοινωνὸν ὑμῶν αὐτὸν ποιεῖς λέγων, ἐν τῷ αὐτῷ κρίματί ἐσμεν; οὐχὶ, φησιν, ἐπάγω τὴν διόρθωσιν διὰ τῶν ἑξῆς· καὶ ἡμεῖς μὲν, φησι, δικαίως· ἄξια γὰρ ὧν ἐποιήσαμεν ἀπολαμβάνομεν. ἵνα γὰρ μὴ ἀκούσας ὅτι εἶπεν, ἐν τῷ αὐτῷ κρίματί ἐσμεν, νομίσῃς ὅτι κοινωνὸν αὐτὸν τῆς ἁμαρτίας ἐποίησε, διὰ τοῦτο ἐπήγαγε τὴν διόρθωσιν, καί φησιν· ἡμεῖς μὲν δικαίως, ἄξια
E γὰρ ὧν ἐποιήσαμεν ἀπολαμβάνομεν. εἶδες ἐξομολόγησιν τελείαν ἐν σταυρῷ, εἶδες πῶς ἀπενίψατο διὰ τῶν ῥημάτων τὰ ἁμαρτήματα, εἶδες πῶς ἐπλήρωσεν ἐκεῖνο τὸ προφητικὸν παράγγελμα· λέγε σὺ τὰς ἀνομίας σου πρῶτος, ἵνα δικαιωθῇς· οὐδεὶς αὐτὸν ἠνάγκασεν, οὐδεὶς κατηγόρησεν, οὐδεὶς ἐπέθετο· αὐτὸς ἑαυτοῦ κατήγορος γίνεται· διὰ τοῦτο οὐδένα λοιπὸν εἶχεν ἕτερον κατήγορον. προλαβὼν γὰρ ἥρπασε τὴν τάξιν τοῦ κατηγόρου, καὶ ἑαυτὸν ἐστηλίτευσε λέγων· ἡμεῖς δικαίως, ἄξια γὰρ ὧν ἐπράξαμεν ἀπολαμβάνομεν, οὗτος δὲ οὐδὲν ἄτοπον ἔπραξεν. εἶδες εὐλάβειαν ἐπιτεταμένην· ὅτε δὴ κατηγόρησεν ἑαυτοῦ, ὅτε ἐξεπόμπευσε τὰ καθ' ἑαυτὸν, ὅτε

ὅτε ἀπελογήσατο ὑπὲρ τοῦ δεσπότου εἰπών, ὅτι ἡμεῖς μὲν δικαίως, οὗτος δὲ οὐδὲν ἄτοπον ἔπραξε, τότε καὶ τὴν ἱκεσίαν προσαγαγεῖν ἐθάρρησε, λέγων· μνήσθητί μου, κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. οὐκ ἐτόλμησε πρότερον εἰπεῖν, μνήσθητί μου, ἕως ὅτε διὰ τῆς ἐξομολογήσεως ἐκάθηρεν ἑαυτὸν τοῦ ῥύπου τῶν ἁμαρτημάτων, ἕως ὅτε καταδικάσας ἑαυτὸν ἀνεύθυνον εἰργάσατο, ἕως ὅτε διὰ τῆς κατηγορίας ἀπέθετο τὰ πλημμελήματα. ὁρᾷς πόσον ἰσχύει ἐξομολόγησις καὶ ἐν αὐτῷ τῷ σταυρῷ; ταῦτα ἀκούων, ἀγαπητὲ, μηδέ ποτε ἀπογνῷς σαυτοῦ, ἀλλ' ἐννοῶν τὸ ἄφατον μέγεθος τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας, ἐπείγου πρὸς τὴν τῶν ἡμαρτημένων διόρθωσιν. εἰ γὰρ ἐν σταυρῷ ὄντα τὸν λῃστὴν τοσαύτης ἠξίωσε τῆς φιλοτιμίας, πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς τῆς οἰκείας ἀξιώσει φιλανθρωπίας, εἰ βουληθείημεν τῶν πεπλημμελημένων τὴν ἐξομολόγησιν ποιήσασθαι. ἵνα τοίνυν καὶ ἡμεῖς τῆς παρ' αὐτοῦ φιλανθρωπίας ἀπολαύσωμεν, ἐξομολογεῖσθαι τὰ ἑαυτῶν ἁμαρτήματα μὴ ἐπαισχυνώμεθα. μεγάλη γὰρ τῆς ἐξομολογήσεως ἡ ἰσχὺς, καὶ πολλὴ ταύτης ἡ δύναμις. ἰδοὺ γὰρ καὶ οὗτος ἐξωμολογήσατο, καὶ τὸν παράδεισον εὗρεν ἀνεῳγμένον· ἐξωμολογήσατο, καὶ παῤῥησίαν ἔλαβεν, ὁ ἐν λῃστείᾳ ὤν, βασιλείαν αἰτῆσαι. μέχρις ἐκείνου τοῦ καιροῦ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν οὐκ ᾔτησε. πόθεν, εἰπέ μοι, βασιλείας, ὦ λῃστὰ, μέμνησαι; τί γὰρ εἶδες τοιοῦτον νῦν; ἧλοι καὶ σταυρὸς τὰ ὁρώμενα, καὶ κατηγορία, καὶ σκώμματα, καὶ λοιδορίαι. ναί, φησιν· αὐτὸς γὰρ ὁ σταυρὸς, βασιλείας εἶναί μοι δοκεῖ σύμβολον. διὰ τοῦτο δὲ αὐτὸν βασιλέα καλῶ, ἐπειδὴ βλέπω αὐτὸν σταυρούμενον. βασιλέως γάρ ἐστιν ὑπὲρ τῶν ἀρχομένων ἀποθνήσκειν. αὐτὸς εἶπεν, ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων· οὐκοῦν καὶ ὁ βασιλεὺς ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν ἀρχομένων. ἐπεὶ οὖν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τέθεικε, διὰ τοῦτο αὐτὸν βασιλέα καλῶ. μνήσθητί μου, κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

Βούλει μαθεῖν, πῶς καὶ βασιλείας σύμβολον ὁ σταυρὸς, καὶ πῶς σεμνὸν τὸ πρᾶγμά ἐστιν; οὐκ ἀφῆκεν αὐτὸν ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλ' ἀνέσπασεν αὐτὸν καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνήγαγε. πόθεν δῆλον τοῦτο; μετ' αὐτοῦ μέλλει ἔρχεσθαι ἐν τῇ δευτέρᾳ παρουσίᾳ· ἀλλ' ἴδωμεν καὶ πῶς μέλλει μετ' αὐτοῦ ἔρχεσθαι. ἄκουσον αὐτοῦ λέγοντος τοῦ Χριστοῦ· ἐὰν εἴπωσιν ὑμῖν, ἰδοὺ ἐν τοῖς ταμιείοις ἐστὶν ὁ Χριστὸς, ἰδοὺ ἐν τῇ ἐρήμῳ, μὴ ἐξέλθητε· περὶ τῆς δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας λέγων, διὰ τοὺς ψευδοχρίστους, διὰ τοὺς ψευδοπροφήτας, διὰ τὸν ἀντίχριστον, ἵνα μή τις πλανηθεὶς ἐκείνῳ περιπέσῃ. ἐπειδὴ γὰρ πρὸ τοῦ Χριστοῦ ὁ ἀντίχριστος ἔρχεται, ἵνα μὴ ζητοῦντες, φησὶ, τὸν ποιμένα τῷ λύκῳ περιπέσητε, διὰ τοῦτο ὑμῖν λέγω γνωρίσματα τὰ τοῦ ποιμένος παρουσίας. ἐπειδὴ γὰρ ἡ πρώτη αὐτοῦ παρουσία λανθάνουσα ἐγένετο, μὴ νομίσητέ, φησιν, ὅτι καὶ ἡ δευτέρα τοιαύτη ἔσται. ἐκείνη γὰρ εἰκότως λανθάνουσα ἐγένετο· ἦλθε γὰρ ζητῆσαι τὸ ἀπολωλός· αὕτη δὲ οὐχ οὕτως. ἀλλὰ πῶς, εἰπὲ καὶ δίδαξον. ὥσπερ ἐξέρχεται, φησιν, ἡ ἀστραπὴ ἀπὸ ἀνατολῶν, καὶ φαίνεται ἕως δυσμῶν, οὕτως ἔσται καὶ ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου· ἀθρόον πᾶσι φανεῖται. οὐ δεήσεται οὐδεὶς ἐρωτῆσαι· ὥσπερ γὰρ

A quando pro Domino defensionem instituerat: Nos quidem juste, hic vero nihil mali egit: tunc & supplicationem offerre ausus fuit his verbis: *Memento mei Domine, cum veneris in regnum tuum.* Non ausus fuit prius dicere: Memento mei, quoadusque per confessionem sese a sordibus peccatorum expurgavit; quoadusque seipsum condemnans, justum, & innocentem effecit; quoadusque per accusationem scelera deposuit. Vides quantum possit confessio etiam in ipsa cruce? Hæc audiens, carissime, ne desperes teipsum: sed infinitam benignitatis divinæ magnitudinem tecum re-
B putans, properes ad emendationem peccatorum. Si enim latronem in cruce tanto honore dignatus est, multo magis nos insita sua benignitate dignabitur, si voluerimus peccatorum confessionem instituere. Ut igitur & nos benignitate illius perfruamur, peccata propria confiteri ne erubescamus. Magna enim confessionis vis est, & multa ejus potentia. Ecce enim & iste confessus est, & Paradisum reperit apertum. Confessus est, libertatemque loquendi ac regnum petendi adeptus est is, qui latro fuerat. Ad id enim usque tempus non pe-
C tivit regnum cælorum. Unde, dic mihi, ô latro, regni recordatus es? Quid ejus simile nunc vidisti? Quæ vides, clavi sunt, & crux, & accusationes, & scommata, & convitia: utique, inquit: nam ipsa crux regni mihi videtur symbolum esse. Propterea ipsum Regem voco, quia ipsum video crucifixum. Regis enim est, pro subditis mori. Ipsemet dixit: *Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus.* Igitur & bonus Rex animam suam ponit pro subditis. Cum ergo animam suam posuerit; eapropter Regem nomino. *Memento mei Domine, cum veneris in regnum tuum.*

Confessio peccatorum.

Joan. 10.11.

D 4. Vis discere quomodo crux sit regni nota & symbolum, & quam inclyta res sit? Non reliquit ipsam in terra, sed duxit eam in cælum. Unde hoc liquet? Cum ipso ventura est in secundo ejus & glorioso adventu: sed videamus quando cum ipso sit ventura. Audi ipsum Christum dicentem: *Si dixerint vobis, ecce in penetralibus est Christus: ecce in solitudine, ne exeatis.* De secundo suo adventu hæc dicit, propter falsos Christos, & propter pseudoprophetas, & propter Antichristum, ne quis circumventus in illum incidat. Cum enim Antichristus, ante Christum venturus sit; Ne, inquit, pastorem quærentes incidatis in lu-
E pum, ob id indico vobis certum indicium & argumentum pastoris præsentis: cujus primus adventus licet occultus fuerit; ne tamen existimetis talem etiam fore secundum. Nam ille merito occultus fuit, venit enim quærere, quod perierat. At iste non ita erit. At quomodo? dic & doce. *Sicut*, inquit, *exit fulgur ab Oriente & apparet usque in occidentem; ita erit & adventus filii hominis*, derepente omnibus apparebit. Non necesse erit, ut quisquam interroget: quem-

Matt. 24. 26.

Matth. 24. 27.

A admodum enim facto fulgure, non opus habemus inquirere, num fulgur exstiterit; ita in secundo illo adventu, necesse non erit quærere, num Christus venerit. At vero necdum id quod quærebatur, diximus, num videlicet cum cruce sit venturus. Audi igitur, quomodo & hoc manifeste explicet. *Tunc*, inquit, hoc est, cum venero, *sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum.* Tanta enim tunc erit lucis copia, ut etiam lucidissima sidera sint abscondenda: *nam & stellæ*, inquit, *cadent, & sic signum filii hominis apparebit in cælo.* Vides quanta sit excellentia hujus signi: quanta claritas, quantus fulgor? sol obtenebratur, & luna non splendet, astra cadunt: illud vero solum apparet, ut intelligas illud, & luna splendidius, & sole fulgentius esse. Quemadmodum enim rege ingrediente, exercitus præeuntes signa humeris ferunt, regisque ingressum annunciant: sic & domino omnis creaturæ de cælis descendente, exercitus Angelorum & Archangelorum signum illud ferunt, & regium ingressum nobis annunciant. *Tunc*, inquit, *& virtutes cælorum commovebuntur*, Angelos, & Archangelos, & omnes illas inaspectabiles potestates intelligens. Tremor enim illos apprehendet, multusque timor, & horror. At cujus gratiâ, dic quæso, virtutes etiam illæ percelluntur? Merito. Terribile erit illud tribunal, de universa hominum natura tunc judicabitur, & rationem illa reddet, & terribili tribunali adsistet. Cur autem Angeli tunc tremunt, & incorporeæ illæ virtutes formidant? Neque enim de illis judicabitur. Quemadmodum judice nocentes condemnante, & in solio excelso considente, non solum sontes, sed & qui ex eodem ordine circumstant, nec cujusquam mali sibi conscii sunt, nihilominus timent, & horrescunt formidine judicis; ita & tunc cum de natura judicabitur, & rationes ob commissa piacula reposcentur; etiam illi, qui nihil sibi consciunt Angeli, & reliquæ virtutes metuunt, & tremunt propter minas judicis. Et hoc quidem jam intelleximus. Cujus vero gratiâ, & quare crucem habens venturus est? disce & hujus rei causam. Ut enim ex ipsis operibus illi, qui eum crucifixerunt, propriam insipientiam cognoscant, ipsam illis ostendit crucem, qua eorum redarguatur insania. Et ut intelligas, eum propterea crucem ferre, ut illos confundat, & increpet; audi Evangelistam dicentem: *Tunc apparebit signum filii hominis, & plangent omnes tribus terræ*, videntes accusatorem, & agnoscentes peccatum suum. Et quid miraris, quod crucem ferens veniat? Ipsa vulnera secum ferens veniet. Et undenam liquet eum sua vulnera secum ferentem venturum esse? Audi Prophetam dicentem: *Videbunt in quem confixerunt.* Sicut enim cum Thoma egit, volens incredulitatem discipuli emendare, ostenditque ei fixuram clavorum, & ipsas cicatrices, & ait: *Mitte digitum tuum*

Matt. 24. 29.

Ibid.

Matth. 24. 30.

Zach. 12. 10.

Joan. 20. 27.

A ἀστραπῆς φαινομένης, οὐ δεόμεθα ἐξετάζειν, εἰ ἐγένετο ἀστραπή· οὕτω τῆς παρουσίας αὐτοῦ γινομένης, οὐ δεησόμεθα ἐξετάζειν εἰ παρεγένετο ὁ Χριστός. ἀλλὰ τὸ ζητούμενον οὐδέπω καὶ νῦν εἰρήκαμεν, εἰ μετὰ τοῦ σταυροῦ ἔρχεται. ἄκουε τοίνυν καὶ τοῦτο σαφῶς αὐτοῦ δηλοῦντος. τότε, φησὶ, τουτέστιν, ὅταν ἔρχωμαι, ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς. τοσαύτη γὰρ ἔσται τοῦ φωτὸς τότε ἡ ὑπερβολὴ, ὡς καὶ τὰ φανώτατα ἄστρα ἀποκρύπτεσθαι. καὶ οἱ ἀστέρες, φησὶ, πεσοῦνται, καὶ οὕτω τὸ σημεῖον φανήσεται τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ οὐρανῷ. εἶδες πόση ἡ ὑπερβολὴ τοῦ σημείου, πόση φαιδρότης, πόση λαμπηδών; ὁ ἥλιος σκοτίζεται, ἡ σελήνη οὐ φαίνει,
B τὰ ἄστρα πίπτει· ἐκεῖνο δὲ μόνον φαίνεται, ἵνα μάθῃς ὅτι καὶ σελήνης φανώτερον, καὶ ἡλίου φαιδρότερόν ἐστι. καθάπερ γὰρ βασιλέως εἰσιόντος, τὰ στρατόπεδα προλαμβάνοντα, τὰ σημεῖα φέρει ἐπὶ τῶν ὤμων, καὶ προαγγέλει τοῦ βασιλέως τὴν εἴσοδον· οὕτω τοῦ τῆς κτίσεως δεσπότου καταβαίνοντος ἐκ τῶν οὐρανῶν, προλαμβάνει τὰ στρατόπεδα τῶν ἀγγέλων καὶ τῶν ἀρχαγγέλων τὸ σημεῖον ἐκεῖνο βαστάζοντα, καὶ τὴν βασιλικὴν εἴσοδον ἡμῖν ἀπαγγέλλοντα. τότε, φησὶ, καὶ αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται, περὶ τῶν ἀγγέλων καὶ τῶν ἀρχαγγέλων λέγων, καὶ πασῶν τῶν ἀοράτων δυνάμεων. τρόμος γὰρ αὐτοὺς λήψεται, καὶ φόβος πολὺς καὶ ἀγωνία. τίνος δὲ ἕνεκεν, εἰπέ
C μοι, καὶ αἱ δυνάμεις ἐκεῖναι ἐν φόβῳ καθεστήκασιν; εἰκότως. φοβερὸν ἔσται τότε τὸ δικαστήριον, ἅπασα ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις μέλλει κρίνεσθαι καὶ εὐθύνας ὑπέχειν καὶ παρίστασθαι βήματι φοβερῷ. τί δήποτε δὲ καὶ οἱ ἄγγελοι τότε τρέμουσι, καὶ αἱ ἀσώματοι δυνάμεις ἐκεῖναι δεδοίκασιν; οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνοι μέλλουσι κρίνεσθαι. καθάπερ δικαστοῦ τοὺς ὑπευθύνους καταδικάζοντος, καὶ ἐφ᾽ ὑψηλοῦ τοῦ βήματος καθεζομένου, οὐχὶ οἱ ὑπεύθυνοι μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ τῆς τάξεως αὐτῆς παρεστῶτες, οἱ μηδὲν ἑαυτοῖς συνειδότες, ὅμως δεδοίκασι καὶ φρίττουσι διὰ τὸν φόβον τοῦ δι-
B ἐκκλησίαι, καὶ δῆμοι, καὶ πόλεις, καὶ ἔθνη προσδραμόντα τοῖς ἰδιώταις καὶ ἁλιεῦσιν. οὐ γὰρ ἂν τῆς οἰκουμένης ἐκράτησαν οἱ ἀγράμματοι καὶ πτωχοὶ καὶ [a] πένητες καὶ εὐτελεῖς, εἰ μὴ τὴν τῶν σημείων εἶχον βοήθειαν. πλὴν ἀλλ' οὔτε σὺ τῆς τοῦ πνεύματος ἔρημος γέγονας χάριτος, ἀλλὰ πολλὰ ἔτι καὶ νῦν μένει τῆς δωρεᾶς ἐκείνης σύμβολα, αὐτῶν τούτων τῶν ἀπηριθμημένων πολλῷ μείζονα καὶ θαυμαστότερα. οὐ γάρ ἐστιν ἴσον σῶμα τελευτῆσαν ἀναστῆσαι, καὶ ψυχὴν νεκρωθεῖσαν ὑπὸ τῶν ἁμαρτημάτων ἀπαλλάξαι τῆς ἀπωλείας ἐκείνης, ὃ διὰ τοῦ βαπτίσματος γίνεται. οὐκ ἔστιν ἴσον
C νοσήματα ἀπελάσαι σαρκὸς, καὶ ἁμαρτιῶν [b] φορτίον ἀποθέσθαι. οὐκ ἔστιν ἴσον ὄμμα πεπηρωμένον διορθῶσαι, καὶ ψυχὴν ἐσκοτισμένην φωτὶ καταλάμψαι. εἰ γὰρ μὴ ἦν ἀῤῥαβὼν τοῦ πνεύματος καὶ νῦν, οὐκ ἂν συνέστη τὸ βάπτισμα, οὐκ ἂν ἁμαρτημάτων ἄφεσις ἐγένετο, οὐκ ἂν δικαιοσύνη καὶ ἁγιασμὸς, οὐκ ἂν υἱοθεσίαν ἐλάβομεν, οὐκ ἂν μυστηρίων ἀπελαύσαμεν· σῶμα γὰρ καὶ αἷμα μυστικὸν οὐκ ἄν ποτε γένοιτο τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος χωρὶς, οὐκ ἂν ἱερέας ἐσχήκαμεν· οὐδὲ γὰρ ταύτας δυνατὸν τὰς χειροτονίας ἄνευ ἐκείνης τῆς ἐπιφοιτήσεως γίνεσθαι. καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ ἔχοι τις ἂν εἰπεῖν τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος
D σύμβολα. ὥστε καὶ σὺ τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ πνεύματος ἔχεις, καὶ νέκρωσιν ἀπέθου ψυχῆς, καὶ πήρωσιν λογισμῶν, καὶ τὸν ἀκάθαρτον ἀπεδύσω βίον. μὴ τοίνυν ἀμφιβάλλωμεν περὶ τῶν μελλόντων, τοιαῦτα λαβόντες ἐνέχυρα· ἀλλὰ πανταχόθεν τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως συλλέξαντες λόγον, καὶ βίον ἄξιον τῶν δογμάτων ἐπιδειξώμεθα τούτων· ἵνα καὶ τῶν ἀκινήτων ἀγαθῶν ἐπιτύχωμεν, τῶν πάντα λόγον ὑπερβαινόντων καὶ νοῦν ἀνθρώπινον· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ ἡ δόξα τῷ πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

[a] Colb. πένητες καὶ ἁλιεῖς.

[b] Colb. φορτίον καταποντίσαι.

MONITUM
IN HOMILIAM CONTRA EBRIOSOS ET DE RESURRECTIONE.

EODEM *ipso anno hæc Concio habita est, quo secunda illa de Juda proditore; videlicet in die Resurrectionis Domini Quadragesimam illam consequente, in qua triginta duas priores in Genesim Homilias habuerat. Eodem autem ipso anno post Pascha Chrysostomus Homilias illas novem habuit, quarum priores quinque in principium Actorum habitæ sunt; posteriores vero quatuor de Mutatione nominum. Id autem aperte demonstratur in Monitis ad easdem Conciones ubi ipse Chrysostomus luculentus testis in medium affertur. Eo Lectorem mittimus, necnon ad Monitum superius ad Homilias de Juda proditore: res item pluribus agetur ad Homilias in Genesim.*

Hanc porro Concionem sic memorat Chrysostomus Homilia I. in principium Actorum, quæ paulo post Resurrectionis diem habita est, num. 2. Non sunt igitur malum divitiæ, sed illegitimus earum usus est malum: & sicut nuper de ebrietate verba faciens, non vinum accusabam, quippe cum omnis creatura Dei bona sit, quæ cum gratiarum actione percipitur; sed malum usum &c. *Quæ verba cum hac Concione mire consonant, maxime vero cum, ejusdem loco:* Abstineamus ab ebrietate: non dico hoc abstineamus a vino; sed, ab ebrietate abstineamus. Non vinum efficit ebrietatem: est enim Dei creatura. Dei porro creatura nihil efficit mali, sed voluntas maligna efficit ebrietatem &c. *Eodem igitur ipso anno Chrysostomus Homilias triginta duas per Quadragesimam habuit, item secundam de Juda proditore in die Cœnæ Domini; hanc de Resurrectione & contra ebriosos in die Paschatis, quinque Homilias in principium Actorum post Pascha, & consequenter quatuor de Mutatione nominum. Subinde autem intermissas in Genesim Homilias resumsit a trigesima tertia. Hic cernis magnam seriem Homiliarum uno eodemque anno: quis autem ille sit annus nondum vel certis vel saltem probabilibus indiciis expiscari potuimus. In hac Concione hiatum ingentem ex uno Regio Codice sarcimus.*

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

---

a [a] ΚΑΤΑ ΜΕΘΥΟΝΤΩΝ ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΗΝ ἀνάστασιν, λόγος λεχθεὶς τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ κυριακῇ τοῦ Πάσχα.

A ΑΠΕΘΕΜΕΘΑ τῆς νηστείας τὸ φορτίον, ἀλλὰ μὴ ἀποθώμεθα τῆς νηστείας τὸν καρπόν. ἔστι γὰρ
b φορτίον ἀποθέσθαι νηστείας, καὶ καρπὸν [b] δρέπεσθαι νηστείας. παρῆλθεν ὁ πόνος τῶν ἀγώνων, ἀλλὰ μὴ παρέλθῃ ἡ σπουδὴ τῶν κατορθωμάτων. ἀπῆλθεν ἡ νηστεία, ἀλλὰ μενέτω ἡ εὐλάβεια· μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἡ νηστεία ἀπῆλθεν. ἀλλὰ μὴ φοβηθῆτε, τοῦτο γὰρ εἶπον οὐχὶ ἑτέραν ὑμῖν κηρύσσων τεσσαρακοστὴν, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ὑμῖν ἀρετὴν καταγγέλλων. παρῆλθεν ἡ νηστεία ἡ σωματική· ἀλλ' οὐ παρῆλθεν ἡ νηστεία ἡ πνευματική. αὕτη βελτίων ἐκείνης, κἀκείνη διὰ ταύτην ἐγένετο. ὥσπερ, ὅτε ἐνηστεύετε, ἔλε-
B
c γον ὑμῖν, ὅτι [c] ἔστι νηστεύοντα μὴ νηστεύειν· οὕτω καὶ νῦν λέγω ὅτι ἔστι μὴ νηστεύοντα νηστεύειν. τάχα αἴνιγμα εἶναι δοκεῖ τὸ λεγόμενον, ἀλλ' ἐγὼ τὴν λύσιν ἐπάγω τῷ

ADVERSUS EBRIOSOS & de Resurrectione sermo habitus in sancta & magna Dominica Paschæ.

A 1. JEJUNII sarcinam deposuimus, sed ne fructum jejunii deponamus: possumus enim jejunii sarcinam deponere & jejunii fructum decerpere. Præteriit labor certaminum, sed non prætereat studium recte factorum: jejunium abiit, sed religio maneat: imo vero ne jejunium quidem abiit. Verumtamen nolite timere: hoc enim dixi, non ut alteram vobis quadragesimam promulgarem, sed ut vobis eamdem virtutem annunciarem: jejunium præteriit corporale: sed jejunium non præteriit spirituale: hoc melius est illo, & illud propter hoc
B est institutum. Quemadmodum, cum jejunaretis, dicebam vobis fieri posse, ut quis jejunando non jejunet, ita & nunc dico fieri posse, ut quis non jejunando jejunet. Ænigma fortasse videtur id quod dictum est; verum ego quæstioni solutionem adjungam:

[a] Collata cum Mſ. Reg. 2424. ubi admodum pauca discrimina. Item cum Reg. 2027. & cum Coisliniano 107.

[b] Reg. 2. δρέψασθαι.
[c] Reg. & Coisl. ἔστι μὴ νηστεύοντα νηστεύειν, καὶ ἔστι νηστεύοντα μὴ νηστεύειν.

quî fieri potest ut quis jejunando non jejunet? cum quis a cibis quidem abstinet, non abstinet autem a peccatis: quî potest fieri, Veri jejunii ratio. ut non jejunando quis jejunet? cum quis alimentis quidem fruitur, peccatum vero non gustat; hoc melius est illo jejunium, neque melius tantum, sed etiam levius: illius jejunii tempore multi corporis imbecillitatem obtendebant, molestum pruritum. Scabie repletus sum, inquit, illuviem non fero: aquæ potus me enecat: olera degustare non possum. Multa ejusmodi qui tum dicerent audiebam multos: de hoc jejunio nihil tale dici potest. Fruere balneis: mensæ particeps esto: vini utere potu moderato; licet degustare carnes pariter, est qui prohibeat nemo: omnibus fruere, tantum abstine a peccato. Vides ut omnibus facile sit hoc jejunium? non corporis imbecillitatem licet obtendere: merum est animæ recte factum. Potest etiam quispiam non bibendo vinum ebrius esse, & vinum bibendo sobrius esse. Atque ebrietatem esse absque vino disce ex Isai. 51. 21. Propheta dicente, *Væ qui ebrii estis absque vino*: & quomodo fieri potest ut absque vino quis inebrietur? cum perturbationum merum religiosa ratione, pia cogitatione minime temperaris. Potest & aliquis bibendo vinum ebrius non esse: ac ni ita esset, non hoc Timotheo Paulus imperasset, ad eum 1. Tim. 5. 23. scribens in hæc verba: *Modico vino utere propter stomachum tuum & frequentes tuas infirmitates.* Nihil quippe aliud est ebrietas, quam animi de nativa sanitate deturbatio, depravatio ratiocinationum, mentis penuria, vacuitas intellectus. Ista vero non ebrietas efficit tantum ex vino, verum ebrietas etiam ex ira & cupiditate a ratione aliena. Nam quemadmodum febrem gignunt vigiliæ, gignit & fatigatio, gignit tristitia, gignit quoque vitiatus humor, & diversa quidem est causa, una vero passio & ægritudo: sic & in istis ebrietatem parit quidem vinum; parit & cupiditas, parit & humor corruptus; & diversa quidem est materia, una vero passio & ægritudo. Abstineamus ab ebrietate: non dico, abstineamus a vino, sed, ab ebrietate abstineamus, non vinum efficit ebrietatem: est enim Dei creatura; Dei porro creatura nihil efficit mali, sed voluntas maligna efficit ebrietatem. Atque ut scias aliter etiam posse quempiam ebrium fieri non solo vino, audi quid dicat Ephes. 5. 18. Paulus: *Nolite inebriari vino*, indicans aliter etiam ebrios esse nos posse. *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria*: mirabili quadam ratione paucis verbis omnem ebrietatis accusationem complexus est. Quid est, *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria?* Luxuriosos inter juvenes eos vocamus, qui cum paternam acceperunt hereditatem, cuncta confestim dilapidant, nec perpendunt cui dandum sit, & quando sit dandum, sed nullo delectu & vestes & aurum & argentum omnesque paternas opes in meretrices & impudicos distribuunt. Tale quiddam est ebrietas: tamquam juvenem luxu-

A ζητήματι· πῶς ἔστι νηστεύοντα μὴ νηστεύειν; ὅταν τις βρωμάτων μὲν ἀπέχηται, ἁμαρτημάτων δὲ μὴ ἀπέχηται. πῶς ἔστι μὴ νηστεύοντα νηστεύειν; ὅταν τις τροφῆς μὲν ἀπολαύῃ, ἁμαρτίας δὲ μὴ γεύηται. αὕτη βελτίων ἐκείνης ἡ νηστεία· οὐ βελτίων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ κουφοτέρα. ἐπ' ἐκείνης τῆς νηστείας ἀσθένειαν προεβάλλοντο πολλοὶ σωματικὴν, κνησμὸν χαλεπόν. ψώρας ἐμπέπλησμαι φησιν, ἀλουσίαν οὐχ ὑπομένω· ἡ ὑδροποσία με διαφθείρει· λαχάνων ἀπογεύεσθαι οὐ δύναμαι. πολλὰ τοιαῦτα ἤκουον τότε λεγόντων πολλῶν· B ἐπὶ τῆς νηστείας [a] ταύτης οὐδὲν τοιοῦτόν ἐστιν εἰπεῖν. ἀπόλαυε λουτρῶν· μέτεχε τραπέζης· οἰνοποσίᾳ κέχρησο συμμέτρῳ· κἂν κρεῶν ἀπογεύεσθαι μέλλῃς, ὁ κωλύων οὐδείς· πάντων ἀπόλαυσον, μόνον ἁμαρτίας ἀπόστηθι. εἶδες πῶς πᾶσιν αὕτη ῥᾳδία ἡ νηστεία; οὐκ ἔστι σώματος ἀσθένειαν προβάλλεσθαι· τῆς ψυχῆς καθαρόν ἐστι τὸ κατόρθωμα. ἔστι καὶ μὴ πίνοντα οἶνον μεθύειν, καὶ πίνοντα οἶνον σωφρονεῖν. καὶ ὅτι ἔστιν ἄνευ οἴνου μέθη, ἄκουσον τοῦ προφήτου λέγοντος· οὐαὶ οἱ μεθύοντες ἄνευ οἴνου. καὶ πῶς ἔστιν ἄνευ οἴνου μεθύειν; ὅταν τὸ ἄκρατον τῶν παθῶν μὴ κεράσῃς εὐσεβεῖ λογισμῷ. ἔστι καὶ πίνοντα C οἶνον μὴ μεθύειν· καὶ ἐὰν μὴ τοῦτο ᾖ, οὐκ ἂν τοῦτο ἐπέταξεν ὁ Παῦλος τῷ Τιμοθέῳ γράφων οὕτως· οἴνῳ ὀλίγῳ χρῶ διὰ τὸν στόμαχόν σου καὶ τὰς πυκνάς σου ἀσθενείας. μέθη γὰρ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἀλλ' ἢ ἔκστασις τῶν κατὰ φύσιν φρενῶν, παρατροπὴ λογισμῶν, ἐρημία διανοίας, πενία συνέσεως. ταῦτα δὲ οὐχ ἡ μέθη ποιεῖ μόνη ἡ ἐξ οἴνου, ἀλλὰ καὶ μέθη ἡ ἐξ ὀργῆς καὶ ἐπιθυμίας ἀτόπου. καθάπερ γὰρ πυρετὸν μὲν ποιεῖ ἀγρυπνία· ποιεῖ δὲ κόπος· ποιεῖ δὲ ἀθυμία· ποιεῖ δὲ χυμὸς διεφθαρμένος· καὶ διάφορος μὲν ἡ ὑπόθεσις, ἓν δὲ τὸ πάθος καὶ τὸ νόσημα· D οὕτω καὶ ἐπὶ τούτων· ποιεῖ μὲν οἶνος μέθην· ποιεῖ δὲ ἐπιθυμία· ποιεῖ δὲ χυμὸς διεφθαρμένος· καὶ διάφορος μὲν ἡ ὑπόθεσις, ἓν δὲ τὸ πάθος καὶ τὸ νόσημα. ἀπεχώμεθα μέθης· οὐ λέγω ἀπεχώμεθα οἴνου, ἀλλ', ἀπεχώμεθα μέθης· οὐκ οἶνος ποιεῖ μέθην· κτίσμα γάρ ἐστι θεοῦ· θεοῦ δὲ κτίσμα οὐδὲν ποιεῖ πονηρὸν, ἀλλὰ προαίρεσις πονηρὰ ποιεῖ μέθην. καὶ ὅτι ἔστι καὶ ἄλλως μεθύειν οὐχὶ οἴνῳ μόνῳ, ἄκουσον τί φησιν ὁ Παῦλος· μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ, δεικνὺς ὅτι ἔστι καὶ ἄλλως μεθύσκεσθαι· μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ, ἐν ᾧ ἐστιν ἀσωτία. θαυμασίως ἐν βρα- E χεῖ ῥήματι πᾶσαν τῆς μέθης τὴν κατηγορίαν εἶπε. τί ἐστι, μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ, ἐν ᾧ ἐστιν ἀσωτία; ἀσώτους τῶν νέων ἐκείνους καλοῦμεν τοὺς πατρῷον διαδεξαμένους κλῆρον, καὶ πάντα ἀθρόον ἐκφοροῦντας, καὶ μὴ λογιζομένους, τίνι χρὴ δοῦναι, καὶ πότε δοῦναι, ἀλλ' ἁπλῶς, καὶ ἱμάτια, καὶ χρυσίον, καὶ ἀργύριον, καὶ πάντα τὸν πατρῷον πλοῦτον διανέμοντας εἰς πόρνας [b] καὶ λάγνους. τοιοῦτόν ἐστιν ἡ μέθη· ὥσπερ ἄσωτον λαβοῦσα νέον τὴν

[a] Reg. 2. & Coislin. ταύτης τῆς πνευματικῆς.

[b] Hic multum variat Reg. 2.

A διάνοιαν τῶν μεθυόντων, καὶ αἰχμαλωτίσασα τὸν λογισμὸν, ἅπασαν ἡμῶν τὴν οὐσίαν τῶν νοημάτων ἀπερισκέπτως καὶ χωρὶς τινος ἀκριβείας ἐκχέειν καταναγκάζει. ὁ μεθύων οὐκ οἶδε τί μὴ εἰπεῖν χρὴ, τί δὲ σιγῆσαι, ἀλλ' ἀθύρωτον αὐτοῦ τὸ στόμα διηνεκῶς· μοχλὸς οὐκ ἐπίκειται, οὐδὲ θύρα τοῖς χείλεσιν. ὁ μεθύων οὐκ οἶδεν οἰκονομῆσαι τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐν κρίσει· οὐκ οἶδε διαθεῖναι τὸν πλοῦτον τῆς διανοίας· οὐκ οἶδε τὰ μὲν ἀποθέσθαι, τὰ δὲ ἀναλῶσαι· ἀλλὰ πάντα ἐκεῖνα δαπάνη καὶ ἔξοδος. ἑκούσιος μανία μέθη, προδοσία λογισμῶν, μέθη [a] συμφορὰ καταγελωμένη, νόσημα χλευαζόμενον, δαίμων αὐθαίρετος, καὶ παραφροσύνης χαλεπωτέρα.

B Βούλει μαθεῖν πῶς ὁ μεθύων καὶ τοῦ δαιμονῶντός ἐστι χείρων; τὸν δαιμονῶντα πάντες ἐλεοῦμεν, τοῦτον δὲ μισοῦμεν· ἐκείνῳ συναλγοῦμεν, τούτῳ δὲ ὀργιζόμεθα καὶ ἀγανακτοῦμεν. [b] τί δήποτε; ἐκείνῳ μὲν ἐπήρεια, τούτῳ δὲ ῥαθυμία τὸ πάθος· ἐκείνῳ ἐπιβουλὴ ἐχθρῶν, τούτῳ δὲ ἐπιβουλὴ λογισμῶν· καὶ τοιαῦτα πάσχει τῷ δαιμονῶντι ὁ μεθύων· ὁμοίως περιφέρεται· ὁμοίως ἐξέστηκεν· ὁμοίως καταπίπτει· ὁμοίως διαστρέφει τὰς κόρας· ὁμοίως σπαίρει κείμενος [c] ἐπὶ τῆς γῆς· ἀφρὸν ἐκ τοῦ στόματος προΐεται, καὶ οὕτως ἐκχεῖ σίελον σεσηπότα, C καὶ δυσωδίας ἐμπέπλησται τὸ στόμα ἀφορήτου. φίλοις ἀηδὴς ὁ τοιοῦτος, ἐχθροῖς καταγέλαστος, οἰκέταις εὐκαταφρόνητος, γυναικὶ ἀτερπὴς, πᾶσι φορτικὸς, τῶν ἀλόγων αὐτῶν ἀπρεπέστερος. τὰ ἄλογα μέχρι τότε πίνει ἕως ἂν διψῇ, καὶ τῇ χρείᾳ τὴν ἐπιθυμίαν ἵστησιν· οὗτος δὲ τῇ ἀκολασίᾳ ὑπέρχεται τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ γέγονε τῶν ἀλόγων ἀλογώτερος· καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, ὅτι νόσημα τοσούτων γέμον κακῶν καὶ τοσαύτας ἔχον συμφορὰς οὐδὲ ἔγκλημα εἶναι νομίζεται· ἀλλ' ἐν ταῖς τῶν πλουτούντων τραπέζαις ἅμιλλα καὶ ἀγὼν ὑπὲρ τῆς ἀσχημοσύνης γίνεται ταύτης· καὶ φιλονεικοῦσι μειζόνως πρὸς D ἀλλήλους, τίς ἑαυτὸν παραδειγματίσει· τίς πλείονα παράσχῃ γέλωτα· τίς μᾶλλον διαλύσει τὰ νεῦρα· τίς μᾶλλον καταλύσει [d] τὴν δύναμιν· τίς τὸν κοινὸν δεσπότην παροξυνεῖ πλέον· καὶ ἔστιν ἰδεῖν στάδιον καὶ ἅμιλλαν διαβολικήν. ὁ μεθύων τῶν νεκρῶν ἀθλιώτερος· ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἀναίσθητος κεῖται, καὶ πρὸς τὰ καλὰ καὶ πρὸς τὰ κακὰ ἀνενέργητος· οὗτος δὲ πρὸς τὴν τῶν κακῶν ἐργασίαν ἐστὶν ἐπιτήδειος· καὶ καθάπερ ἐν μνήματι τῷ σώματι τὴν ψυχὴν κατορύξας, νεκρὸν περιφέρει τὸ σῶμα. εἶδες πῶς τοῦ δαιμονῶντός ἐστιν ἀθλιώτερος; E πῶς τῶν νεκρῶν ἀναισθητότερος; βούλει τὸ πάντων τούτων μεῖζον εἴπω καὶ χαλεπώτερον; μεθύων ἄνθρωπος εἰς βασιλείαν οὐρανῶν εἰσελθεῖν οὐ δύναται· τίς ταῦτά φησι; Παῦλος. μὴ πλανᾶσθε· οὔτε πόρνοι, οὔτε εἰδωλολάτραι, οὔτε μοιχοὶ, οὔτε μαλακοὶ, οὔτε ἀρσενοκοῖται, οὔτε κλέπται, οὔτε πλεονέκται, οὐ μέθυσοι, οὐ λοίδοροι, οὐχ ἅρπαγες βασιλείαν θεοῦ κληρονομήσουσιν.

[a] Reg. 2. φορὰ καταγελωμένη. Alii omnes συμφορὰ καταγ-
[b] Coislin. τί δήποτε; ἐπειδὴ ἐκείνῳ.

A riosum invadens mentem ebriorum, ratione servituti mancipata, nostras omnes animi sensorum opes inconsiderate ac sine ulla animi attentione cogit effundere. Qui ebrius est, nescit quid dicendum sit, quid tacendum; sed perpetuo patens nullaque obstructum janua est os ejus: non vectis appositus est labris, non janua. Qui ebrius est, disponere sermones suos in judicio nescit, mentis divitias administrare nescit: non novit hæc quidem recondere, illa vero expendere, sed omnia illa ad impensas & effusiones traducuntur. Spontaneus est furor ebrietas, proditio cogitationum, ebrietas ridicula calamitas, morbus sannis expositus; B voluntarius dæmon & ipsa molestior insania.

2. Vin tu discere, quo pacto dæmoniaco ebrius sit deterior? miseremur ejus qui a dæmonio vexatur, at hunc odisse solemus, illi condolemus, huic autem irascimur & indignamur. Quid ita? illius enim morbus injuria, hujus vero negligentia est appellandus: in illo insidiæ inimicorum, in hoc insidiæ consiliorum, nec aliter affectus est ebrius ac dæmoniacus: pariter circumagitur: pariter de statu mentis dejectus est: pariter concidit: pariter oculorum pupillas contorquet: pariter jacens in terra pedes jactat: C spumam ex ore projicit, & ita fœtentem salivam effundit, atque os ejus intolerabili fœtore repletum est, injucundus amicis est vir ejusmodi, ridiculus inimicis, contemtibilis famulis, uxori ingratus, omnibus odiosus, ipsis bestiis molestior: bestiæ eousque bibunt quousque fert sitis, & cupiditatem sistunt necessitate, hic intemperantia cupiditatem transilit, & ratione carentibus a ratione alienior apparet. Verum illud multo intolerabilius est, quod morbus tot malis redundans, totque secum invehens calamitates, ne crimen quidem censetur: sed in D divitum mensis hujus turpitudinis gratia pugna oritur atque certamen, atque inter se majori studio contendunt, quis seipsum magis infamet, quis majorem subsannandi occasionem præbeat, quis nervos amplius infringat, quis vires amplius debilitet, quis communem Dominum gravius irritet: ac videre est stadium certamenque diabolicum. Ebrius mortuis miserior est: siquidem ille sensu destitutus jacet, neque bona ulla vel mala potest operari; hic vero ad mala exsequenda promtus est, & anima in corpore tamquam in monumento deffossa mor- E tuum corpus circumfert. Vides ut miserior sit dæmoniaco, ut magis quam mortui sensu destitutus? Vin tu dicam id quod his omnibus majus est & gravius; ebrius homo in regnum cælorum intrare non potest: quis hæc dicit? Paulus. *Nolite errare: neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei*

Ebrietatis imago.

1. Cor. 6. 9.

[c] Coislin. ἐπ' ἐδάφους.
[d] Coislin. τὴν διάνοιαν. Quæ lectio non spernenda.

possidebunt. Audisti qualem in turbam ipsum conjecerit? cum impudicis, cum scortatoribus, cum idololatris, cum adulteris, cum maledicis, cum avaris, cum rapacibus. Quid ergo? dicet aliquis, idemne est ebrius & impudicus? idem ebrius & idololatra? noli mihi hæc objicere mi homo, leges divinas ego recitavi, a me rationem ne exigas: Paulum interroga, tum ipse respondebit: num enim cum ipsis aut seorsim ab ipsis supplicio addicatur, non possum dicere: porro non minus quam idololatram, illum a regno cælorum excidere, id vero oppido confirmabo. Cum igitur hoc in confesso sit, quid a me deinceps rationem reposcis de peccati mensura? cum enim extra fores remaneat, cum a regno excidat, cum expers fiat salutis, cum ad supplicium amandetur æternum, quid tu mihi peccatorum mensuras & bilances & trutinas profers? Indigna prorsus res est ebrietas, dilectissimi, & importuna valde, non mea vos spectat oratio: absit: plane siquidem credo vestram animam ab ægritudine hac & morbo esse immunem: ac vestræ sanitatis argumentum est, quod hic versemini, quod huc diligenter conveniatis, quod attente audiatis: nemo, qui vino inebrietur, divinorum esse cupidus eloquiorum potest. *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini Spiritu:* præclara est hæc ebrietas: hac Spiritus crapula tuam anima sopora, ne ebrietate sopores: præoccupa mentem & cogitationes, ne locum impudens ille morbus inveniat. Propterea non dixit, participes estote Spiritus, sed implemini Spiritu: ad summum usque mentem tamquam calicem imple Spiritu, ne quidquam deinceps injicere possit diabolus: non enim quovis modo participes nos fieri Spiritu jam oportet, sed Spiritu impleri, psalmis, hymnis, canticis spiritualibus, quibus hodie repleti estis: quapropter de temperantia vestra confido. Præclarus est nobis ebrietatis calix: est calix ebrietatis, qui temperantiam gignit, non paralysim. Quisnam ille porro? calix spiritualis, calix salutaris, calix impollutus dominici sanguinis: non gignit ebrietatem ille calix, non paralysim gignit. Non enim vires dissolvit, sed vires excitat; ille non nervos infringit, sed intendit: sobrietatem quippe affert; ille Angelis venerandus est, dæmonibus tremendus, hominibus pretiosus, Domino amabilis. Vides quid dicat David de spirituali calice isto, qui propositus est in hac mensa? *Parasti in conspectu meo mensam adversus eos, qui tribulant me: Impinguasti in oleo caput meum, & calix tuus inebrians, quam præclarus est.* Etenim ne audito nomine ebrietatis subito metueres, & ejusmodi putares esse, ut infirmitatem inducat, adjunxit esse præclarum & firmum. Novum ebrietatis genus, robur immittit & validum reddit ac potentem: quippe quod ex spirituali petra profluxerit: non est depravatio cogitationum, sed spiritualium cogitationum accumulatio.

Ephes. 5. 18.

Psal. 22. 4.

A ἤκουσας εἰς ποῖον αὐτὸν ἔταξε χορόν; μετὰ τῶν ἡταιρηκότων, μετὰ τῶν πορνευσάντων, μετὰ τῶν εἰδωλολατρῶν, μετὰ τῶν μοιχῶν, μετὰ τῶν λοιδόρων, μετὰ τῶν πλεονεκτῶν, μετὰ τῶν ἁρπάγων. τί οὖν; φησιν, ὁ μεθύων καὶ ὁ ἡταιρηκὼς τὸ αὐτό; ὁ μεθύων καὶ ὁ εἰδωλολάτρης τὸ αὐτό; μή μοι λέγε ταῦτα ἄνθρωπε· νόμους ἀνέγνων θείους· ἐμὲ τὰς εὐθύνας μὴ ἀπαίτει· Παῦλον ἐρώτησον, καὶ αὐτὸς ἀποκρίνεται. εἰ μὲν γὰρ σὺν αὐτοῖς ἢ μὴ μετ' αὐτῶν καταπάττεται τῇ κολάσει, οὐκ ἔχω λέγειν· ὅτι δὲ καὶ ὁμοίως τῷ εἰδωλολάτρῃ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐκπίπτει, τοῦτο σφόδρα ἂν διισχυρισαίμην· B τούτου δὲ ὁμολογουμένου τί λοιπὸν ἐμὲ εὐθύνας ἀπαιτεῖς τοῦ μέτρου τῆς ἁμαρτίας; ὅταν γὰρ ἔξω μένῃ τῶν θυρῶν· ὅταν ἐκπέσῃ τῆς βασιλείας· ὅταν ἔρημος γένηται τῆς σωτηρίας· ὅταν εἰς τὴν κόλασιν αἰώνιον παραπεμφθῇ· τί μοι μέτρα ἁμαρτημάτων καὶ ζυγὰ καὶ σταθμία [a] προτείνεις; ὄντως, ἀγαπητοὶ, δεινὸν ἡ μέθη καὶ χαλεπὸν πάνυ. οὐ πρὸς ὑμᾶς λέγω· μὴ γένοιτο· πάνυ γὰρ πέπεισμαι, ὅτι καθαρὰ ὑμῶν ἡ ψυχὴ τοῦ νοσήματος καὶ τοῦ πάθους τούτου, καὶ τεκμήριον τῆς ὑγείας ἡ ἐνταῦθα διατριβὴ, ἡ μετὰ σπουδῆς συνόδος, ἡ νήφουσα ἀκρόασις. οὐδεὶς γὰρ C οἴνῳ μεθύων ἐπιθυμεῖν θείων λογίων δύναται. μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ ἐν ᾧ ἐστιν ἀσωτία· ἀλλὰ [b] πληροῦσθε ἐν πνεύματι. αὕτη ἡ καλὴ μέθη· κάρωσόν σου τὴν ψυχὴν τῷ πνεύματι, ἵνα μὴ καρώσῃς τῇ μέθῃ· προκατάλαβε τὴν διάνοιαν καὶ τοὺς λογισμοὺς, ἵνα μὴ εὕρῃ χώραν ἐκεῖνο τὸ πάθος τὸ ἀναίσχυντον. διὰ τοῦτο οὐκ εἶπε, μετέχετε πνεύματος, ἀλλὰ πληροῦσθε πνεύματος. ἕως ἄνω τὴν διάνοιαν καθάπερ ποτήριον τοῦ πνεύματος πλήρωσον, ἵνα μηδὲν ἐμβαλεῖν δυνηθῇ λοιπὸν ὁ διάβολος. οὐ γὰρ ἁπλῶς δεῖ μετέχειν λοιπὸν τοῦ πνεύματος, ἀλλὰ πληροῦσθαι πνεύματος· ψαλμοῖς, ὕμνοις, ᾠ- D δαῖς πνευματικαῖς, ὧν ἐπληρώθητε σήμερον. διὰ τοῦτο θαῤῥῶ περὶ τῆς σωφροσύνης ὑμῶν. ἔστιν ἡμῖν ποτήριον μέθης καλὸν, ἐστὶ ποτήριον μέθης σωφροσύνην ποιοῦν, οὐ παράλυσιν. ποῖον δὲ τοῦτο; τὸ ποτήριον τὸ πνευματικὸν, τὸ ποτήριον τὸ σωτήριον, τὸ ποτήριον τὸ ἄχραντον τοῦ αἵματος τοῦ δεσποτικοῦ. ἐκεῖνο οὐ ποιεῖ μέθην, ἐκεῖνο οὐ ποιεῖ παράλυσιν. οὐ γὰρ παραλύει δύναμιν, ἀλλ' ἐγείρει δύναμιν. ἐκεῖνο οὐ καταλύει τὰ νεῦρα, ἀλλὰ τονοῖ τὰ νεῦρα. ἐκεῖνο γὰρ νῆψιν ποιεῖ· ἐκεῖνο αἰδέσιμον ἀγγέλοις, φοβερὸν δαίμοσι, τίμιον τοῖς ἀνθρώποις, ἐπέραστον τῷ δεσπότῃ. ὁρᾷς πῶς φησιν ὁ Δαυῒδ περὶ τοῦ ποτηρίου τούτου τοῦ πνευματικοῦ τοῦ ἐν τῇ τραπέζῃ ταύτῃ κειμένου; ἡτοίμασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν, ἐξ ἐναντίας τῶν θλιβόντων με· ἐλίπανας ἐν E ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου, καὶ τὸ ποτήριόν σου μεθύσκον ὡσεὶ κράτιστον. ἵνα γὰρ μὴ ἀκούσας μέθης ὄνομα φοβηθῇς εὐθέως, καὶ νομίσῃς ἀσθενείας εἶναι ποιητικὸν, ἐπήγαγεν ὅτι κράτιστόν ἐστι καὶ ἰσχυρόν. καινὸς τρόπος μέθης, ἰσχὺν ἐνθήκην, ἐγκρατῆ ποιεῖ καὶ δυνατόν. ἀπὸ γὰρ τῆς πέτρας ἔῤῥευσε τῆς πνευματικῆς. οὐκ ἔστι παραφθορὰ λογισμῶν, ἀλλὰ προσθήκη λογισμῶν πνευματικῶν.

a Reg. προχεῖεις; δεινὸν ἡ μέθη, οὐ πρὸς. Reg. vero 2. in multis ubique variat. Nos ea tantum quæ sunt alicujus momenti notamus.

b Reg. 2. πληροῦσθε πνεύματι.

Ταύτην

A Ταύτην μεθύωμεν τὴν μέθην· ἐκείνης δὲ ἀπεχώμεθα, ἵνα μὴ καταισχύνωμεν τὴν παροῦσαν ἑορτήν. ἑορτὴ γὰρ ἡ παροῦσα οὐχὶ τῆς γῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ οὐρανοῦ. σήμερον ἐν γῇ χαρὰ, σήμερον ἐν οὐρανῷ χαρά· εἰ γὰρ ἑνὸς ἁμαρτωλοῦ ἐπιστρέφοντος, χαρὰ ἐπὶ γῆς καὶ οὐρανοῦ, πολλῷ μᾶλλον τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ἐξαρπασθείσης τῶν χειρῶν τοῦ διαβόλου χαρὰ ἔσται ἐν οὐρανῷ. νῦν σκιρτῶσιν ἄγγελοι· νῦν χαίρουσιν ἀρχάγγελοι· νῦν τὰ Χερουβὶμ καὶ τὰ Σεραφὶμ μεθ' ἡμῶν ἑορτάζει τὴν παροῦσαν ἑορτήν. οὐκ ἐπαισχύνονται τοὺς συνδούλους, ἀλλὰ συγχαίρουσι τοῖς ἡμετέροις ἀγαθοῖς. B εἰ γὰρ ἡμετέρα ἡ χάρις ἡ παρὰ τοῦ δεσπότου, ἀλλὰ κοινὴ καὶ ἐκείνων ἡ ἡδονή. καὶ τί λέγω τοὺς συνδούλους; αὐτὸς ὁ δεσπότης αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν οὐκ ἐπαισχύνεται συνεορτάζειν. καὶ τί χρὴ λέγειν, ὅτι οὐκ ἐπαισχύνεται; ἐπιθυμίᾳ, φησὶν, ἐπεθύμησα τὸ πάσχα τοῦτο μεθ' ὑμῶν φαγεῖν· εἰ δὲ τὸ πάσχα ἐπεθύμησεν ἡμῖν συνεορτάσαι, δῆλον ὅτι καὶ τὴν ἀνάστασιν. ὅταν οὖν ἄγγελοι χαίρωσι, καὶ ἀρχάγγελοι, καὶ πασῶν τῶν οὐρανίων δυνάμεων ὁ δεσπότης ἡμῖν συνεορτάζει, τίς λείπεται λοιπὸν [a] εἰς ἀθυμίαν λόγος; μηδεὶς πένης ἔστω κατηφὴς διὰ τὴν πενίαν· ἑορτὴ γὰρ αὕτη πνευματική· μηδεὶς πλούσιος C ἐπαιρέσθω διὰ τὸν πλοῦτον· οὐδὲν γὰρ ἀπὸ τῶν χρημάτων εἰς τὴν ἡδονὴν τῆς ἑορτῆς εἰσενεγκεῖν δύναται ταύτης. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἔξωθεν ἑορτῶν τῶν βιωτικῶν, ἔνθα πολὺς ἄκρατος, ἔνθα τράπεζα πλήθουσα καὶ ἀδηφαγία, ἔνθα ἀσχημοσύνη, καὶ γέλως, ἔνθα πᾶσα πομπὴ Σατανικὴ, εἰκότως ὁ μὲν πένης κατηφὴς, ὁ δὲ πλούσιος ἐν φαιδρότητι· τί δή ποτε; ὅτι ὁ μὲν πλούσιος δαψιλῆ παρατίθεται τράπεζαν, καὶ μᾶλλον ἀπολαύει τρυφῆς· ὁ δὲ πένης ἀπὸ τῆς πενίας κωλύεται τὴν αὐτὴν φιλοτιμίαν ἐπιδείξασθαι· ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν τοιοῦτον· μία τράπεζα καὶ τῷ πλουσίῳ καὶ τῷ πένητι· κἂν πλούσιός τις ᾖ, οὐδὲν τῇ τραπέζῃ προσθεῖναι δύναται· κἂν πένης, D οὐδὲν ἔλαττον παρὰ τὴν πενίαν τὰ τῆς κοινωνίας διακείσεται· θεία γάρ ἐστιν ἡ χάρις· καὶ τί θαυμάζεις εἰ πλουσίῳ καὶ πένητι; αὐτῷ γὰρ τῷ βασιλεῖ τῷ τὸ διάδημα περικειμένῳ, τῷ τὴν ἁλουργίδα ἔχοντι, τῷ τὴν ἐξουσίαν ἐγκεχειρισμένῳ τῆς γῆς, ἐκείνῳ τῷ βασιλεῖ, καὶ τῷ πτωχῷ τῷ πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην καθεζομένῳ μία τράπεζα πρόκειται. τοιαῦτα τὰ δῶρα τὰ δεσποτικά· οὐ τοῖς ἀξιώμασι διαιρεῖ τὴν κοινωνίαν, ἀλλὰ τῇ προαιρέσει καὶ τῇ διανοίᾳ.

b [[b] Ὅταν γὰρ ἴδῃς ἐν ἐκκλησίᾳ πένητα πλουσίῳ παρεστῶτα, ἰδιώτῃ ἄρχοντα, εὐτελῆ τῷ ὑπερέχοντι, E τὸν ἔξω τρέμοντα τὴν δυναστείαν, ἔσω ἀδεῶς συμπαρεστῶτα τῇ δυναστείᾳ, νόησον τί ἐστι· τότε συμβοσκηθήσεται λύκος μετὰ ἀρνῶν. λύκον τοίνυν καλεῖ ἡ γραφὴ τὸν πλούσιον, ἀρνίον τὸν πτωχόν. καὶ πόθεν τοῦτο, ὅτι κοινωνήσει λύκος ἀρνίῳ, ὃν τρόπον πλούσιος μετὰ πτωχοῦ; πρόσεχε ἀκριβῶς. ἕστηκε πολλάκις πλούσιος καὶ πένης ἐν

A 3. Hac ebrietate ebrii simus, ab illa vero abstineamus, ne præsentem solemnitatem dedecore afficiamus: non enim terræ tantum, sed & cæli est præsens solemnitas: hodie gaudium est in terra, hodie gaudium in cælo: si enim uno peccatore converso gaudium est in terra & cælo; multo magis extorto de diaboli manibus toto orbe terrarum gaudium erit in cælo. Nunc exsultant Angeli: nunc lætantur Archangeli; nunc Cherubim & Seraphim hoc nobiscum festum celebrant: non illos pudet conservorum, sed nostris bonis gratulantur. Etsi B enim nostrum est quod a Domino accepimus donum, communis est tamen & cum illis voluptas. Sed quid ego conservos commemoro? ipsum Dominum illorum ac nostrum nobiscum celebrare festum non pudet: at quid ego rursus non eum pudere dico? *Desiderio*, inquit, *desideravi hoc pascha manducare vobiscum*: quod si Paschæ festum celebrare desideravit nobiscum, haud dubium quin & resurrectionem quoque. Quando igitur Angeli gaudent, & Archangeli, omniumque Dominus cælestium virtutum nobiscum festum concelebrat, quæ tandem superesse occasio tristitiæ potest? C nullus pauper ob paupertatem sit mœstus, hæc enim celebritas est spiritualis: nullus dives efferatur ob divitias; nihil enim ex pecuniis ad hujus celebritatis voluptatem potest conferre. Nam in externis quidem & sæcularibus festis, ubi multum merum, ubi mensa referta & ad satietatem comessatio, ubi turpitudo & risus, ubi omnis pompa Satanica; merito pauper quidem subtristis, hilaris autem est dives: quid ita? quia dives quidem opiparam mensam apponit, deliciisque amplius fruitur: pauper autem a paupertate prohibetur, ne tantam magnificentiam præ se ferat: hic vero nihil tale est: una diviti & pauperi mensa est: li- D cet dives sit quispiam, nihil adjicere mensæ potest: licet pauper sit, nihilo deteriori conditione ob paupertatem in iis quæ ad communionem pertinent, erit: divina enim est gratia: & quid miraris si diviti & pauperi? Ipsi enim Imperatori diademate redimito, purpura convestito, cui mundi regimen est commissum, illi Imperatori, & pauperi ad eleemosynam sedenti una est mensa proposita: talia sunt Dominica dona, non pro ratione dignitatum distinguit communicandi rationem, sed pro conditione voluntatis ac mentis.

Luc. 15. 10.

Luc. 22. 15.

Nulla Personarum distinctio in participatione Mysteriorum.

[Cum enim videris in Ecclesia diviti E pauperem adstantem, privato homini principem, plebeium optimati, eum qui foris ejus potentiam tremebat, intus eidem potentiæ sine formidine admotum; cogita quid sit illud: *Tunc una pascetur lupus cum agnis*. Lupum vocat Scriptura divitem; agnum, pauperem. At quo pacto intelligendum illud, communicabit lupus cum agno, quemadmodum dives cum paupere? Animum diligenter adverte. Stant sæpe di-

Hesai. 11. 6.

[a] Reg. 1. εἰς ἐπιθυμίαν. R. 2. εἰς εὐθυμίας. Hic postremus ubique in levissimis variat. Coislin. εἰς εὐθυμίαν. Præstat Lectio Editi.

[b] Hæc quæ sequuntur omnia, quæque uncinis clauduntur, in Edito deerant, exque Reg. 2. desumta sunt.

ves & pauper in Ecclesia: instat hora divinorum mysteriorum: ejicitur dives, utpote non initiatus, pauper vero intromittitur in cælestia tabernacula; neque indignatur dives; novit enim se alienum esse a divinis mysteriis. Sed, ô divinam gratiam! non solum ex Dei munere par utrique honor est in Ecclesia; sed etiam stantibus ambobus pauper diviti anteponitur in pietatis ratione; nihilque prosunt illi divitiæ sine pietate, nihil fidelem lædit paupertas, quando cum fiducia ad sacrum accedit altare. Hæc autem dico, carissimi, de catechumenis, non vero simpliciter de divitibus. Animadverte, dilecte, quomodo ex Ecclesia recedat dominus, dum mysteriis admovetur fidelis domesticus: recedit domina, & manet ancilla. Deus quippe non accipit personam hominis. Non est itaque in ecclesia servus & liber: sed eum novit Scriptura servum, qui peccato subditus est. Nam *qui facit peccatum*, inquit, *servus est peccati*; & eum novit liberum, qui per divinam gratiam liberatus est.]

Cum eadem fiducia & Imperator & pauper ad hanc mensam accedunt, cum eodem honore, imo etiam persæpe cum honore pauper ampliori: quid ita? quod Imperator quidem sexcentis negotiis implicatus tamquam navis undique aspergatur, ac multa contrahat peccata: pauper autem de necessario tantum victu solicitus, negotiorum expertem ac tranquillam transigens vitam, velut in portu sedens, cum multa securitate ad mensam accedat. Rursus in externis solemnitatibus pauper quidem in mœrore, dives autem in hilaritate versatur, non ob mensam tantum, sed etiam ob vestimenta: quod enim in mensa illis evenit, hoc & in vestimentis patiuntur. Cum enim inops preciosiori amictum stola viderit opulentum, percellitur, seque præ omnibus infelicem ducit: hic vero & ista sublata est penuria: unum enim apud omnes
Galat. 3. 27. vestimentum est salutare lavacrum. *Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis.* Ne igitur ebrietate solemnitatem istam dehonestemus; etenim Dominus noster & divites & pauperes pariter honoravit, & servos & dominos: sed ob hanc erga nos benevolentiam dominum remuneremur: optima porro est remuneratio conversatio munda & mens sobria. Hæc solemnitas & panegyricus conventus non pecuniis indiget neque sumtibus, sed voluntate ac mente optima: tales enim hic prostant merces: nihil corporeum hic venditur; sed divinorum auditio eloquiorum, preces patrum, benedictiones sacerdotum, concordia & pax & consensus, spiritualia dona, spirituale precium. Festum hoc maximum celebremus & illustre, in quo Dominus resurrexit: celebremus autem illud cum gaudio simul atque cum pietate; resurrexit enim Dominus secumque suscitavit orbem terrarum, ipse siquidem disruptis mortis vinculis resurrexit. Peccavit

A ἐκκλησίᾳ· κατέλαβεν ἡ ὥρα τῶν θείων μυστηρίων. ἐξωθεῖται ὁ πλούσιος ὡς ἀμύητος, ἵσταται δὲ ὁ πένης ἐντὸς τῶν οὐρανίων σκηνῶν, καὶ οὐκ ἀγανακτεῖ ὁ πλούσιος, οἶδε γὰρ ἑαυτὸν ἀλλότριον τῶν θείων μυστηρίων. ἀλλ' ὢ τῆς θείας χάριτος· οὐ μόνον ὁμοτιμία ὑπάρχει ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ χάριν, ἀλλὰ καὶ ἡνίκα ἵστανται, πολλάκις ὁ πένης τὸν πλούσιον πρωτεύει ἐν τῇ εὐσεβείᾳ, καὶ οὐδὲν ὠφέλησεν ὁ πλοῦτος τὸν ἔχοντα ἐκτὸς εὐσεβείας, οὐδὲ πενία τὸν πιστὸν ἐζημίωσε παρεστῶτα αὐτὸν μετὰ θάῤῥους τῷ ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ. ταῦτα δὲ
B λέγω, ἀγαπητοὶ, περὶ τῶν κατηχουμένων, καὶ οὐ περὶ τῶν ἁπλῶς πλουσίων. ἐννόησον, ἀγαπητὲ, πῶς ὑποχωρεῖ τῆς ἐκκλησίας δεσπότης, καὶ παρεδρεύει τοῖς μυστηρίοις πιστὸς οἰκέτης· ἀναχωρεῖ δέσποινα, καὶ μένει ἡ θεράπαινα. πρόσωπον γὰρ ἀνθρώπου θεὸς οὐ λαμβάνει. οὐκ ἔστι τοίνυν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ δοῦλος καὶ ἐλεύθερος· ἀλλ' ἐκεῖνον οἶδε δοῦλον ἡ γραφὴ τὸν τῇ ἁμαρτίᾳ δεδουλωμένον· ὁ γὰρ ποιῶν, φησὶ, τὴν ἁμαρτίαν δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας· καὶ ἐκεῖνον οἶδεν ἐλεύθερον τὸν ὑπὸ τῆς θείας χάριτος ἠλευθερωμένον.]

Μετὰ τῆς αὐτῆς παῤῥησίας καὶ ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ πέ-
C νης πρὸς τὴν τράπεζαν ἔρχονται ταύτην, μετὰ τῆς αὐτῆς τιμῆς, πολλάκις δὲ ὁ πένης καὶ μετὰ πλείονος τιμῆς· τί δήποτε; ὅτι ὁ μὲν βασιλεὺς μυρίοις [a] ἐμπεπλεγμένος πράγμασιν, ὥσπερ ναῦς πανταχόθεν περιῤῥαντίζεται, καὶ πολλὰ προστρίβεται ἁμαρτήματα· ὁ δὲ πένης ὑπὲρ τῆς ἀναγκαίας φροντίζων μόνον τροφῆς, καὶ τὸν ἀπράγμονα καὶ ἡσύχιον ἐπανῃρημένος βίον, ἠρεμῶν, ὥσπερ ἐν λιμένι καθήμενος μετὰ πολλῆς τῆς ἀσφαλείας τῇ τραπέζῃ προσέρχεται. πάλιν ἐν ταῖς ἑορταῖς ταῖς ἔξωθεν ὁ μὲν πένης ἐν κατηφείᾳ, ὁ δὲ πλούσιος ἐν
D φαιδρότητι, οὐ διὰ τὴν τράπεζαν μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὰ ἱμάτια. ὅπερ γὰρ ἐπὶ τῆς τραπέζης πάσχουσι, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἱματίων ὑπομένουσιν. ὅταν γὰρ ἴδῃ ὁ πένης τὸν εὔπορον καὶ πολυτελεστέραν περιβεβλημένον στολὴν, πλήττεται, καὶ ταλανίζει παρὰ πάντας ἑαυτόν. ἐνταῦθα δὲ καὶ αὕτη ἡ ἔνδεια ἀνῄρηται· ἓν γὰρ παρὰ πᾶσιν ἐστὶν ἱμάτιον τὸ λουτρὸν τὸ σωτήριον· ὅσοι γὰρ, φησιν, εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε. μὴ τοίνυν καταισχύνωμεν τὴν ἑορτὴν ταύτην τῇ μέθῃ· καὶ γὰρ ὁ δεσπότης ἡμῶν πλουσίους καὶ πένητας ὁμοίως ἐτί-
E μησε, καὶ δούλους καὶ δεσπότας· ἀλλὰ ἀμειψώμεθα τὸν δεσπότην τῆς περὶ ἡμᾶς εὐνοίας· ἀμοιβὴ δὲ ἀρίστη πολιτεία καθαρὰ, καὶ ψυχὴ νήφουσα. αὕτη ἡ ἑορτὴ καὶ ἡ πανήγυρις οὐ χρημάτων δεῖται, οὐδὲ δαπάνης, ἀλλὰ προαιρέσεως καὶ διανοίας ἀρίστης· τοιαῦτα γὰρ ἐνταῦθα τὰ ὤνια. οὐδὲν σωματικὸν ἐνταῦθα πωλεῖται, ἀλλὰ ἀκρόασις θείων λογίων, εὐχαὶ πατέρων, εὐλογίαι ἱερέων, ὁμόνοια, καὶ εἰρήνη καὶ συμφωνία, πνευματικὰ τὰ δῶρα, πνευματικὸς ὁ μισθός. ἑορτάσωμεν τὴν ἑορτὴν ταύτην τὴν μεγίστην καὶ λαμπρὰν, ἐν ᾗ ἀνέστη ὁ κύριος· ἑορτάσωμεν δὲ αὐτὴν φαιδρῶς ὁμοῦ καὶ θεοσεβῶς· ἀνέστη γὰρ ὁ κύριος, καὶ τὴν οἰκουμένην ἑαυτῷ συνανέστησεν· αὐτὸς μὲν ἀνέστη, τὰ τοῦ θανάτου τὰ δεσμὰ διαῤῥήξας.

[a] Reg. 2. ἐμβεβλημένος. Eodem in Codice multa hinc inde verba interseruntur, quæ nihil addunt ad seriem.

ἥμαρτεν Ἀδὰμ καὶ ἀπέθανεν· ἀλλ' οὐχ ἥμαρτεν ὁ Χριστὸς, καὶ ἀπέθανε. καινὸν καὶ παράδοξον τοῦτο· ἐκεῖνος ἥμαρτε καὶ ἀπέθανεν, οὗτος οὐχ ἥμαρτε, καὶ ἀπέθανε. διὰ τί; ἵνα ὁ ἁμαρτὼν καὶ ἀποθανὼν διὰ τοῦ μὴ ἁμαρτόντος μὲν, ἀποθανόντος δὲ, δυνηθῇ τοῦ θανάτου τὰς λαβὰς ἀποδύσασθαι. οὕτω καὶ ἐπὶ χρημάτων γίνεται· ὀφείλει τις πολλάκις, καὶ οὐκ ἔχων καταβαλεῖν κατέχεται ἐν δεσμοῖς. ἄλλος οὐκ ὀφείλων, δυνάμενος δὲ καταβαλεῖν, καταθεὶς, ἀπέλυσε τὸν ὑπεύθυνον· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Ἀδὰμ γέγονεν· ὤφειλεν ὁ Ἀδὰμ, κατείχετο ὑπὸ τοῦ διαβόλου, ἀλλ' οὐκ εἶχε καταβαλεῖν· οὐκ ὤφειλεν ὁ Χριστὸς, οὐδὲ κατείχετο ὑπὸ τοῦ διαβόλου, ἀλλ' ἠδύνατο καταθεῖναι τὸ χρέος. ἦλθε, κατέβαλε θάνατον ὑπὲρ τοῦ κατεχομένου ὑπὸ τοῦ διαβόλου, ἵνα ἐκεῖνον ἀπολύσῃ.

Εἶδες τῆς ἀναστάσεως τὰ κατορθώματα; διπλοῦν ἀπεθάνομεν ἡμεῖς θάνατον, οὐκοῦν διπλῆν προσδοκήσωμεν τὴν ἀνάστασιν. αὐτὸς ἁπλοῦν ἀπέθανε θάνατον· διὰ τοῦτο καὶ ἁπλῆν ἀνέστη ἀνάστασιν, πῶς; ἐγὼ λέγω, ἀπέθανεν ὁ Ἀδὰμ καὶ τῷ σώματι, καὶ τῇ ψυχῇ· ἀπέθανε καὶ τῇ ἁμαρτίᾳ καὶ τῇ φύσει· ᾗ ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπὸ τοῦ ξύλου, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. καὶ μὴν οὐκ αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ἀπέθανε τῇ φύσει, ἀλλὰ τῇ [a] ἁμαρτίᾳ ἀπέθανεν· ἐκεῖνος ὁ θάνατος τῆς ψυχῆς· οὗτος ὁ θάνατος τοῦ σώματος. ὅταν δὲ ἀκούσῃς ὅτι θάνατος ψυχῆς, μὴ νομίσῃς ψυχὴν ἀποθνήσκειν, ἀθάνατος γάρ ἐστι· θάνατος δὲ ψυχῆς ἁμαρτία καὶ κόλασις αἰωνία. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστός φησι, μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι· φοβήθητε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ· τὸ δὲ ἀπολλύμενον ὑφέστηκε μὲν, ἔξω δὲ τῆς ὄψεως τοῦ ἀπολέσαντός ἐστιν· ἀλλ' ὅπερ ἔλεγον, ἐφ' ἡμῶν διπλοῦς ὁ θάνατος· οὐκοῦν καὶ τὴν ἀνάστασιν διπλῆν γενέσθαι δεῖ. ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ ἁπλοῦς ὁ θάνατος· οὐ γὰρ ἥμαρτεν ὁ Χριστός· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ ἁπλοῦς θάνατος δι' ἡμᾶς. οὐ γὰρ ὤφειλε τὸν θάνατον ἐκεῖνος· οὐ γὰρ ἦν ὑπεύθυνος ἁμαρτίᾳ· διὸ οὐδὲ θανάτου· διὰ τοῦτο ἐκεῖνος μὲν ἀνέστη τὴν ἀνάστασιν τὴν ἀπὸ τοῦ ἁπλοῦ θανάτου· ἡμεῖς δὲ διπλοῦν ἀποθανόντες θάνατον, διπλῆν καὶ τὴν ἀνάστασιν ἀνιστάμεθα. μίαν μὲν ἀνέστημεν τέως τὴν ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. συνετάφημεν γὰρ αὐτῷ ἐν τῷ βαπτίσματι, καὶ συνηγέρθημεν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος· μία αὕτη ἀνάστασις ἀπαλλαγὴ ἁμαρτημάτων· δευτέρα δὲ ἀνάστασις ἡ τοῦ σώματος· ἔδωκε τὴν μείζονα, προσδόκα καὶ τὴν ἐλάττονα· αὕτη γὰρ πολὺ μείζων ἐκείνης. πολὺ γὰρ μεῖζον ἁμαρτιῶν ἀπαλλαγῆναι, ἢ σῶμα ἰδεῖν ἀνιστάμενον. διὰ τοῦτο ἔπεσε τὸ σῶμα, ἐπειδὴ ἥμαρτεν· οὐκοῦν εἰ ἀρχὴ τοῦ πεσεῖν ἡ ἁμαρτία· ἀρχὴ τοῦ ἀναστῆναι τὸ ἀπαλλαγῆναι τῆς ἁμαρτίας. ἀνέστημεν λοιπὸν τὴν μείζονα ἀνάστασιν, τὸν χαλεπὸν θάνατον τῆς ἁμαρτίας ῥίψαντες, καὶ ἀποδυσάμενοι τὸ παλαιὸν ἱμάτιον· μὴ τοίνυν περὶ τῆς ἐλάττονος ἀπαγορεύσωμεν. ταύτην καὶ ἡμεῖς πάλαι τὴν ἀνάστασιν ἀνέστημεν, ὅτε ἐβαπτίσθημεν· καὶ οἱ τὴν τοῦ βαπτίσματος

A Adamus & mortuus est: at non peccavit Christus, & est mortuus. Novum est hoc & admirabile; ille peccavit, & mortuus est; hic non peccavit, & mortuus est: quid ita? quo is qui peccavit & mortuus est: ejus opera qui non peccavit quidem, mortuus est autem, mortis nexus possit evadere. Ita fit & in pecuniis: sæpenumero debet quispiam, & cum non habeat unde solvat, in vinculis detinetur, alius qui non debet, sed habet unde solvat, eum qui obnoxius est, liberare solet: sic & evenit in Adamo; debebat Adamus, a diabolo detinebatur, sed unde solveret non habebat: non B debebat Christus, nec a diabolo detinebatur, sed debitum poterat numerare: venit, mortem persolvit pro eo qui a diabolo detinebatur, ut illum exolveret.

Resurrectionis Christi fructus.

4. Vides præclara resurrectionis effecta? nos duplici morte mortui eramus, duplicem itaque resurrectionem exspectemus: ipse simplici mortuus est morte; propterea simplici quoque resurrectione resurrexit. Quid hæc sibi volunt? mortuus, inquam, est Adamus, & corpore & anima: mortuus est peccato & natura. *In quocumque die comederitis de ligno, morte moriemini.* Atqui C non eadem die mortuus est natura, sed peccato est mortuus: illa mors est animæ, hæc mors est corporis. Sed cum audieris mortem esse animæ, noli mori animam arbitrari: est enim immortalis: verum animæ mors est peccatum & supplicium æternum: propterea ait Christus, *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam*: quod autem est perditum, subsistit quidem, sed aciem oculorum ejus, qui perdidit, fugit. Verum ut dicebam, duplex in nobis mors D est; quapropter & duplicem fieri in nobis resurrectionem oportet: in Christo simplex mors fuit, non enim Christus peccavit: sed ipsa mors simplex propter nos est suscepta: non enim mortem debuit ille, neque enim reus erat peccati, quocirca nec mortis: propterea ille quidem resurrectione simplici a simplici morte resurrexit: nos autem, qui duplici morte mortui sumus, duplici quoque resurrectione resurgimus. Una quidem antea resurreximus, quæ est a peccato: consepulti enim sumus ipsi in baptismo, & consurreximus cum ipso per baptismum; una hæc resurrectio est liberatio a pecca- E tis; altera vero resurrectio est corporis: dedit majorem, exspecta etiam minorem: hæc enim multo major est illa: multo enim majus est a peccatis liberari, quam corpus resurgens intueri. Propterea cecidit corpus, quia peccavit: si igitur principium cadendi est peccatum, principium resurgendi est a peccato liberari. Resureximus deinceps resurrectione majori abjecta gravi morte peccati, & veteri exuta veste: ne igitur de minori desperemus. Hac & nos olim resurrectione resurreximus, quando baptizati fuimus, atque hi qui heri vesperi baptismate

Gen. 2. 17.

Matt. 10. 28.

[a] Reg. 1. ἁμαρτίᾳ, τῇ δὲ φύσει ὕστερον· χαλεπώτερον δὲ τῇ ἁμαρτίᾳ | | ἀπέθανεν.

digni habiti sunt, hi agni præclari. Nudiustertius crucifixus est Christus, sed nocte præterita resurrexit: & hi nudiustertius a peccato detinebantur, sed simul cum eo resurrexerunt: ille corpore mortuus est, & corpore resurrexit: hi mortui peccato erant, & a peccatis liberati resurrexerunt. Ac terra quidem verno hoc tempore rosas & violas aliosque flores nobis edit; aquæ vero terrâ nobis pratum delectabilius exhibuerunt. Ne mireris quod ab aquis flores germinarint; nec ipsa terra ex propria natura, sed ex Domini mandato germen edit: animalia quoque motu prædita in principio edit aquarum natura; (Gen. 1. 20.) *Producant* enim, inquit, *aquæ reptilia animarum viventium*; & mandatum opus evasit, illaque animæ expers substantia animata protulit animalia. Ita nunc etiam, Producant aquæ, non reptilia viventium animarum, sed spiritualia dona. Produxerunt tum aquæ pisces rationis expertes ac mutos; nunc ratione præditos ac spirituales pisces effuderunt; pisces, (Matth. 4. 19.) quos Apostoli sunt piscati. *Venite* enim, inquit, *& faciam vos piscatores hominum*: hæc est illa piscatio de qua tum loquebatur: novus re vera piscationis modus: qui piscantur ex aquis ejiciunt; nos in aquas injicimus, atque ita piscamur. Fuit olim & stante Judæorum lege piscina: disce quid potuerit illa piscina; ut Judaïcam discas egestatem; (Joan. 5. 3.) ut divitias discas Ecclesiæ. Piscina erat aquarum, illucque Angelus descendebat, & aquas movebat; deinde post aquæ motionem æger unus ingrediebatur, & sanabatur: unus solus quotannis sanabatur, statimque gratia consumebatur, non propter ejus, qui dabat, egestatem, sed propter eorum, qui accipiebant infirmitatem. Descendebat igitur Angelus in piscinam, & aquam movebat, ac sanabatur unus: descendit Dominus Angelorum in Jordanem, & aquam movit, atque universum terrarum orbem sanavit. Propterea illic quidem is, qui post primum secundus descenderat, minime sanabatur; Judæis quippe gratia data erat infirmis, egenis: hic vero post primum secundus, post secundum tertius, post tertium quartus: licet decem, licet viginti, licet centum, licet decies mille, licet universum orbem terrarum immiseris in piscinam, non consumitur gratia, non exhauritur donum, non latices inquinantur: novus purgationis modus: Non enim est corporalis: nam in corporibus quidem, quo plures abluuntur, eo majores sordes latices contrahunt: hic vero, quo plures abluunt, eo puriores evadunt.

5. Vides magnitudinem doni? at tu doni hujus magnitudinem conserva mi homo. Non licet tibi indifferenter vivere; legem tibi ipsi cum omni diligentia scisce, agon est & lucta quædam hæc vita; qui autem in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Visne optimum quemdam ac securum recte factorum modum te doceam? quæ nimirum indifferentia quidem videntur, sed

A οἱ δὲ νῦν ἑσπέραν καταξιωθέντες, [a] τὰ καλὰ ταῦτα ἀρνία. πρὸ τῆς χθὲς ὁ Χριστὸς ἐσταυρώθη, ἀλλ' ἀνέστη τῇ παρελθούσῃ νυκτί· καὶ οὗτοι πρὸ τῆς χθὲς ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας κατείχοντο, ἀλλὰ συνανέστησαν· ἐκεῖνος σώματι ἀπέθανε, καὶ σώματι ἀνέστη· οὗτοι ἁμαρτίᾳ ἦσαν τεθνηκότες, καὶ ἀπὸ ἁμαρτιῶν ἀνέστησαν ἐλευθερωθέντες. ἡ μὲν οὖν γῆ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον τοῦ ἔαρος ῥόδα καὶ ἴα καὶ τὰ ἄλλα ἡμῖν ἐκδίδωσιν ἄνθη· τὰ δὲ ὕδατα τῆς γῆς ἡμῖν τερπνότερον λειμῶνα ἔδειξε. μὴ θαυμάσῃς εἰ ἀπὸ τῶν ὑδάτων ἐβλάστησαν ἄνθη· οὐδὲ ἡ γῆ κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἐπίταγμα τοῦ δεσπότου τὴν βλάστην B ἐκδίδωσιν. ἐξέδωκε καὶ ἐν ἀρχῇ τῶν ὑδάτων ἡ φύσις ζῶα κινούμενα· ἐξαγαγέτω γάρ, φησι, τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν, καὶ τὸ ἐπίταγμα ἔργον ἐγένετο, καὶ ἡ ἄψυχος ἐκείνη οὐσία ἔμψυχα ζῶα ἐξέφερεν· οὕτω καὶ νῦν, ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα, οὐχὶ ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν, ἀλλὰ πνευματικὰ χαρίσματα. ἐξήγαγε τότε τὰ ὕδατα ἰχθύας ἀλόγους καὶ ἀφώνους, ἐξέβαλε νῦν ἰχθύας λογικοὺς καὶ πνευματικούς, ἰχθύας ὑπὸ τῶν ἀποστόλων ἁλιευθέντας· δεῦτε γάρ, φησι, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς C ἀνθρώπων· ταύτην ἔλεγε τὴν ἁλιείαν τότε· καινὸς ὄντως τῆς ἁλιείας ὁ τρόπος· οἱ ἁλιεύοντες ἐκ τῶν ὑδάτων ἐκβάλλουσιν· ἡμεῖς εἰς τὰ ὕδατα ἐνεβάλλομεν, καὶ οὕτως ἡλιεύσαμεν. ἦν ποτε καὶ ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων κολυμβήθρα· μάθε τί ἴσχυσεν ἡ κολυμβήθρα ἐκείνη, ἵνα μάθῃς τὴν πτωχείαν τὴν Ἰουδαϊκήν· ἵνα μάθῃς τὸν πλοῦτον τῆς ἐκκλησίας. κολυμβήθρα ὑδάτων ἦν, καὶ κατήρχετο ἄγγελος ἐκεῖ, καὶ ἐτάρασσε τὰ ὕδατα· εἶτα μετὰ τὴν ταραχὴν τοῦ ὕδατος ἐπέβαινεν εἷς ἀσθενῶν καὶ ἐθεραπεύετο· εἷς μόνος τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐθεραπεύετο, καὶ εὐθέως ἀνηλοῦτο ἡ χάρις· οὐ διὰ τὴν πτωχείαν τοῦ διδόντος, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν λαμβανόντων. κατέβαινεν ἄγγελος τότε εἰς D τὴν κολυμβήθραν, καὶ ἐτάρασσε τὸ ὕδωρ, καὶ εἷς ἐθεραπεύετο. κατῆλθεν ὁ τῶν ἀγγέλων δεσπότης εἰς τὸν Ἰορδάνην, καὶ ἐτάραξε τὸ ὕδωρ, καὶ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἐθεράπευσε. διὰ τοῦτο ἐκεῖ μὲν μετὰ τὸν πρῶτον ὁ δεύτερος κατελθὼν οὐκ ἐθεραπεύετο· Ἰουδαίοις γὰρ ἐδίδοτο ἡ χάρις τοῖς ἀσθενέσι, τοῖς πτωχοῖς· ἐνταῦθα δὲ μετὰ τὸν πρῶτον ὁ δεύτερος, μετὰ τὸν δεύτερον ὁ τρίτος, μετὰ τὸν τρίτον ὁ τέταρτος, κἂν δέκα, κἂν εἴκοσι, κἂν ἑκατόν, κἂν μυρίους, κἂν τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἐμβάλῃς εἰς τὴν κολυμβήθραν, οὐκ ἀναλίσκεται ἡ χάρις· οὐ δαπανᾶται ἡ δωρεά· οὐ ῥυποῦται τὰ νάματα. καινὸς καθάρσεως τρόπος· οὐ γάρ ἐστι σωματικός. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν σωμάτων E ὅταν πλείονας ἀποπλύνῃ τὰ νάματα, πλείονα τὴν κηλῖδα δέχεται· ἐνταῦθα δὲ ὅσῳ πλύνει πλείονας, τοσούτῳ καθαρώτερα γίνεται.

Εἶδες μέγεθος δωρεᾶς; διατήρησον τὸ μέγεθος τῆς δωρεᾶς ταύτης, ὦ ἄνθρωπε. οὐκ ἔξεστί σοι ἀδιαφόρως ζῆν· νόμον σαυτῷ θὲς μετὰ ἀκριβείας ἁπάσης· ἀγών ἐστι καὶ παλαίσματα· ὁ δὲ ἀγωνιζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται. εἴπω σοι τρόπον ἕνα ἄριστον καὶ ἀσφαλῆ κατορθωμάτων; τὰ ἀδιάφορα μὲν εἶναι δοκοῦντα, τίκτοντα δὲ

[a] Reg. 2. τὰ καλὰ ταῦτα ἔρια. Quæ lectio non spernenda.

ἁμαρτίας, ἐκβάλωμεν τῆς διανοίας. ἔστι γὰρ τῶν πραγμάτων τὰ μὲν ἁμαρτήματα· τὰ δὲ οὐχ ἁμαρτήματα, ἁμαρτημάτων δὲ αἴτια· οἷον γέλως μὲν ἁμάρτημα οὐκ ἔστι φύσει· γίνεται δὲ ἁμάρτημα παρενεχθεὶς ἐπὶ πλέον. ἀπὸ γὰρ γέλωτος εὐτραπελία· ἀπὸ εὐτραπελίας αἰσχρολογία· ἀπὸ αἰσχρολογίας αἰσχρὰ πράγματα· ἀπὸ πραγμάτων αἰσχρῶν κολάσεις καὶ τιμωρίαι· ἄνελε οὖν τὴν ῥίζαν ἄνωθεν, ἵνα ἀνέλῃς ὅλον τὸ νόσημα· ἐὰν γὰρ τὰ ἀδιάφορα φυλαττώμεθα, οὐδέποτε εἰς τὰ κεκωλυμένα ἐμπεσούμεθα. οὕτω καὶ γυναῖκας ἰδεῖν ἀδιάφορον εἶναι δοκεῖ πολλοῖς· ἀλλ' ἀπὸ τούτου ἐπιθυμία ἀκόλαστος τίκτεται· ἐκ τῆς ἐπιθυμίας πορνεία· ἀπὸ πορνείας πάλιν κόλασις καὶ τιμωρία. οὕτω δὲ τρυφᾷν οὐδὲν δεινὸν εἶναι δοκεῖ· ἀλλ' ἐντεῦθεν μέθη καὶ τὰ ἐκ τῆς μέθης μυρία κακά. ἀνέλωμεν τοίνυν πανταχοῦ τὰς ἀρχὰς τῶν ἁμαρτημάτων. διὰ τοῦτο συνεχοῦς ἀπολαύετε διδασκαλίας καθ' ἡμέραν· διὰ τοῦτο ἑπτὰ ἡμέρας ἐφεξῆς σύναξιν ἐπιτελοῦμεν, τὴν πνευματικὴν ὑμῖν παρατιθέμενοι τράπεζαν· ποιοῦντες ὑμᾶς ἀπολαύειν θείων λογίων· ἀλείφοντες ὑμᾶς καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καθοπλίζοντες ὑμᾶς κατὰ τοῦ διαβόλου· ἀγριώτερον γὰρ νῦν ἐπιτίθεται· ὅσῳ μείζων ἡ δωρεά, καὶ τοσούτῳ μείζων ὁ πόλεμος· εἰ γὰρ ἐν τῷ παραδείσῳ ἕνα ὁ διάβολος ἰδὼν οὐκ ἤνεγκεν, ἐν τῷ οὐρανῷ τοσούτους ὁρῶν πῶς οἴσει, εἰπέ μοι; ἐξηγρίανας τὸ θηρίον, ἀλλὰ μὴ φοβηθῇς· μείζονα δύναμιν ἔλαβες, μάχαιραν ἠκονημένην· ἐκείνῃ κέντησον τὸν ὄφιν. διὰ τοῦτο ὁ θεὸς ἀφῆκεν αὐτὸν ἀγριωθῆναι κατὰ σοῦ, ἵνα διὰ τῆς πείρας αὐτῆς μάθῃς τῆς ἰσχύος τῆς σῆς τὴν δύναμιν. καὶ καθάπερ παιδοτρίβης ἄριστος τινὰ ῥυπῶντα, ἐκνενευρισμένον ἀθλητὴν ἠμελημένον λαβὼν, ἀλείψας, γυμνάσας, εἰς εὐσαρκίαν ἀγαγὼν, οὐκ ἀφίησιν ἡσυχάζειν λοιπὸν, ἀλλ' εἰς τοὺς ἀγῶνας κατιέναι κελεύει, ἵνα αὐτὸν διδάξῃ διὰ τῆς πείρας ὅσην ἐνέθηκεν αὐτῷ δύναμιν· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησεν· ἠδύνατο μὲν γὰρ ἐχθρὸν ἐκ τοῦ μέσου λαβεῖν· ἀλλ' ἵνα σὺ μάθῃς τῆς χάριτος τὴν ὑπερβολὴν, τῆς πνευματικῆς δυνάμεως τὸ μέγεθος, ἣν ἔλαβες ἐκ τοῦ βαπτίσματος, ἀφίησιν αὐτὸν συμπλέκεσθαι, πολλάς σοι τῶν στεφάνων παρέχων τὰς ὑποθέσεις. διὰ τοῦτο ἑπτὰ ἡμέρας ἐφεξῆς ἀπολαύετε διδασκαλίας, ὥστε ἀκριβῶς μαθεῖν τὰ παλαίσματα. ἄλλως δὲ καὶ γάμος ἐστὶ πνευματικὸς τὰ γινόμενα· ἐπὶ τῶν γάμων ἕως ἑπτὰ ἡμερῶν αἱ παστάδες ἑστήκασι. διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς [a] ἑπτὰ ἡμέρας ὑμῖν ἐνομοθετήσαμεν ἐνταῦθα πρὸς τὰς ἱερὰς ἑστάναι παστάδας. ἀλλ' ἐκεῖ μὲν μετὰ τὰς ἑπτὰ ἡμέρας λύονται· ἐνταῦθα δὲ ἂν θέλῃς διὰ παντὸς ἐπὶ τῆς ἱερᾶς ἵστασαι παστάδος· καὶ ἐπὶ μὲν τῶν ἔξωθεν γάμων ἡ νύμφη μετὰ πρότερον μῆνα ἢ καὶ δεύτερον οὐκ ἔστιν οὕτως ἐπέραστος τῷ νυμφίῳ· ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως· ἀλλ' ὅσῳ ὁ χρόνος πρόεισι, τοσούτῳ θερμότεροι οἱ ἔρωτες τοῦ νυμφίου, τοσούτῳ γνησιώτεραι αἱ περιπλοκαὶ, τοσούτῳ πνευματικωτέρα ἡ συνουσία,

A peccata pariunt, ex mente pellamus: nam inter actiones quædam quidem peccata, quædam vero non peccata, ſed peccatorum ſunt cauſæ: ſic riſus quidem peccatum natura non eſt; fit autem peccatum, ſi ultra modum effundatur: nam ex riſu facetiæ, ex facetiis verborum obſcœnitas, ex obſcœnitate verborum turpia facta, ex turpibus factis ſupplicia oriuntur, ac pœnæ: tolle igitur antea radicem, ut totam ægritudinem tollas: ſi enim nobis ab iis quæ indifferentia ſunt caveamus, numquam in ea, quæ prohibita ſunt, prolabemur. Ita mulierem aſpexiſſe indifferens multis videtur: atex
B hoc cupiditas laſciva gignitur, ex cupiditate fornicatio, ex fornicatione rurſum ſupplicium ac pœna. Ita delicate vivere ac laute nihil grave eſſe videtur: verum inde ebrietas, quæque ex ebrietate mala ſexcenta naſcuntur. Tollamus igitur ubique peccatorum principia. Idcirco quotidie continua doctrina perfruimini: idcirco ſeptem dierum ſpatio conſequenter collectam agimus, ac ſpiritualem menſam vobis apponimus, ut noſtra opera divinis eloquiis perfruamini, ut vos ſingulis diebus inſtruamus, atque adverſus diabolum armemus: nunc enim ferocius invadit: quanto majus eſt donum, tanto etiam majus eſt bellum. Si
C enim cum unum in paradiſo vidiſſet minime tulit, cum tam multos videat in cælo, dic quæſo qui feret? exaſperaſti belluam, ſed noli timere; majorem gratiam accepiſti, gladium exacutum; illo punge ſerpentem. Idcirco illum Deus adverſum te exaſperari permiſit, ut virium tuarum potentiam ipſo experimento cognoſcas. Et quemadmodum cum optimus palæſtræ magiſter ſqualidum quempiam, enervatum athletam ac deſpectum acceperit, ubi eum unctum inſtruxerit, exercuerit, corpulentum reddiderit, otiari deinceps non ſinit; verum in certamina jubet deſcendere, ut eum doceat experientia, quantum ipſi robur indiderit.
D Ita Chriſtus etiam fecit, poterat ſiquidem inimicum e medio tollere, ſed ut gratiæ excellentiam, ac virtutis ſpiritualis, quam ex baptiſmate nactus es, magnitudinem diſcas, tecum illum congredi ſinit, ac multas tibi occaſiones ſuppeditat coronarum. Idcirco ſeptem conſequentibus his diebus concionum doctrina fruimini, ut in luctarum palæſtra diligenter inſtituamini. Alioquin autem etiam ſpiritales ſunt nuptiæ ea, quæ jam fiunt: in nuptiis vero ad ſeptem dies thalami proſtant. Propterea nos quo-
E que lege ſanximus vobis, ut hic ſeptem dierum ſpatio ad ſacros thalamos vos ſiſtatis. Verum illic quidem poſt ſeptem dies ſolvuntur: hic autem, ſi velis, in ſacro thalamo perpetuo ſtare potes; atque in ſæcularibus quidem nuptiis poſt unum vel alterum menſem ſponſa non adeo ſponſo eſt amabilis: hic vero non ita, ſed quanto temporis fit major progreſſus, tanto ardentiores ſponſi ſunt amores; tanto ſuaviores complexus, tanto ſpiritualior congreſſus,

7. dierum ſpatio quotidie concionabatur Chryſoſtomus.

[a] Reg. unus, ἑπτὰ ἡμέρας ὑμῖν ἐνομοθετήσαμεν ἐνταῦθα τὰς ἱερὰς ἵστα-σαι (ſic) παστάδας.

A si diligentes ac vigilantes simus. In corporibus rursus post juventutem senectus: hic post senectutem juventus, & juventus quæ finem nullum habet, si voluerimus. Magna gratia, sed major erit si voluerimus: magnus erat etiam Paulus, cum baptizaretur: at multo deinde major est factus: cum prædicaret, confundebat Judæos: postea raptus est in paradisum: in tertium cælum ascendit. Itaque nobis etiam licet crescere si velimus, & collatam per baptismum gratiam augere: bonis autem operibus augetur, ac fit illustrior, lucemque nobis splendidiorem suppeditat. B Quod si ita fiat, multa cum fiducia in conclave sponsi una cum ipso intrabimus, & iis bonis perfruemur, quæ reposita sunt iis qui diligunt illum. Quæ nobis omnibus consequi detur gratia, & benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri & Spiritui sancto gloria & adoratio in sæcula sæculorum, amen.

A ἐὰν νήφωμεν. πάλιν ἐπὶ τῶν σωμάτων μετὰ νεότητα γῆρας· ἐνταῦθα μετὰ γῆρας νεότης· καὶ νεότης οὐδέποτε τέλος ἔχουσα, ἐὰν θέλωμεν. μεγάλη ἡ χάρις· ἀλλ' ἔσται μείζων, ἐὰν θέλωμεν· καὶ ὁ Παῦλος μέγας ἦν ὅτε ἐβαπτίζετο, ἀλλὰ πολλῷ μείζων ἐγένετο μετὰ ταῦτα, ὅτε ἐκήρυσσε, συνέχυνε τοὺς Ἰουδαίους· μετὰ ταῦτα εἰς παράδεισον ἡρπάγη· εἰς τρίτον ἀνῆλθεν οὐρανόν. ὥστε ἔξεστι καὶ ἡμῖν, ἐὰν θέλωμεν, αὐξῆσαι, καὶ τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν χάριν μεγαλῦναι διὰ τοῦ βαπτίσματος· αὔξεται δὲ δι' ἔργων ἀγαθῶν, καὶ λαμπροτέρα γίνεται καὶ φαιδρότερον ἡμῖν παρέχει τὸ φῶς. B κἂν τοῦτο γένηται, μετὰ πολλῆς τῆς παρρησίας εἰς τὸν νυμφῶνα συνελευσόμεθα τῷ νυμφίῳ, καὶ τῶν ἀγαθῶν ἀπολαύσομεν τῶν ἀποκειμένων τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, δόξα καὶ προσκύνησις εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

MONITUM
IN HOMILIAM DE ASCENSIONE.

HÆC *Homilia extra Urbem Antiochiam habita fuit in Martyrio, seu Ecclesia loci cujusdam, cui Romanesia nomen. Quid autem Martyrii nomine intelligatur, vide supra in prima nota ad Homiliam de Cœmeterii appellatione. De anno quo hæc habita est Homilia, ne conjectando quidem dicere possumus. Nam quod Tillemontius ex initio hujus Homiliæ, nempe,* Etiam cum Crucis memoriam recoluimus, extra urbem ejus solemnitatem celebravimus, *arguit eodem anno hanc habuisse, quo illam de Cœmeterio & Cruce, quæ, ut initio ibidem dicitur, extra Urbem pronunciata fuit, idque anno, ut probabile existimat 392. Ille, inquam, Tillemontii calculus vel primis Concionis illius verbis confutatur: sic enim orditur Chrysostomus,* Sæpe apud animum meum disquisivi, cujus gratiâ majores nostri, relictis ædibus, quas in urbibus habent, lege lata statuerint, ut extra civitatem hodie, & quidem in hoc loco conveniremus. *Ergo ex lata lege quotannis extra Urbem in die Parasceves, de quo agitur, eo in loco conventus habebantur: nec potest quidpiam ex supra allatis verbis ad annum statuendum colligi.*

Hic vides magnam Flaviani Antiocheni Episcopi erga Reliquias Martyrum reverentiam: nam cum antea sub Ecclesiæ pavimento jacuissent, eas hinc eductas in sublimi, puro mundoque loco posuit, ut populi venerationi paterent.

Interpretationem Gerardi Vossii multis in locis emendatam, e regione Græci textus posuimus.

[a] ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΝΑΛΗΨΙΝ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐλέχθη δὲ ἐν τῷ μαρτυρίῳ τῆς Ῥωμανησίας, ἔνθα μαρτύρων σώματα ὑπὸ τὸ ἔδαφος κείμενα ἐγγὺς λειψάνων αἱρετικῶν, ἀνηνέχθησαν, καὶ ἄνω κατ' ἰδίαν ἐτάφησαν.

ΚΑΙ ὅτε τοῦ σταυροῦ μνείαν ἐπετελοῦμεν, ἔξω A τῆς πόλεως τὴν ἑορτὴν ἐπετελέσαμεν, καὶ νῦν ὅτε τοῦ σταυρωθέντος τὴν ἀνάληψιν ἄγομεν τὴν φαιδρὰν ταύτην καὶ ἐξαστράπτουσαν ἡμέραν, ἔξω τῆς πόλεως πάλιν τὴν ἑορτὴν ἐπιτελοῦμεν. ποιοῦμεν δὲ τοῦτο, οὐχὶ τὴν πόλιν ἀτιμάσαι βουλόμενοι, ἀλλὰ τιμῆσαι τοὺς μάρτυρας σπεύδοντες. ἵνα γὰρ μὴ ἐγκαλῶσιν ἡμῖν οἱ ἅγιοι οὗτοι, καὶ λέγωσιν· ἡμεῖς οὐκ ἦμεν ἄξιοι μίαν ἡμέραν τοῦ δεσπότου ἡμῶν ἐν ταῖς ἡμετέραις σκηναῖς ἐπιτελουμένην ἰδεῖν· ἵνα μὴ ἐγκαλέσωσιν ἡμῖν οἱ ἅγιοι οὗτοι καὶ λέγωσιν· ὅτι τὸ μὲν αἷμα ἡμῶν ὑπὲρ αὐτοῦ ἐξεχέαμεν, καὶ τὰς B κεφαλὰς ἡμῶν ἀποτμηθῆναι κατηξιώθημεν· τὴν δὲ ἡμέραν τῆς ἑορτῆς αὐτοῦ οὐ κατηξιώθημεν ἰδεῖν ἐν τοῖς ἡμετέροις καταγωγίοις τελουμένην. διὰ ταῦτα τὴν πόλιν ἀφέντες, πρὸς τοὺς πόδας τῶν ἁγίων τούτων ἐδράμομεν, διὰ τῆς παρούσης ἡμέρας καὶ ὑπὲρ τοῦ χρόνου τοῦ παρελθόντος ἀπολογούμενοι πρὸς αὐτούς. εἰ γὰρ καὶ πρὸ τούτου ἔδει πρὸς τοὺς γενναίους τούτους τῆς εὐσεβείας ἀθλητὰς τρέχειν, ὅτε ὑπὸ τὸ ἔδαφος ἔκειντο· πολλῷ μᾶλλον νῦν τοῦτο ποιεῖν χρὴ, ὅτε καθ' ἑαυτοὺς οἱ [b] μαργαρῖται, ὅτε ἀπηλλάγη τῶν λύκων τὰ πρόβατα, C ὅτε ἀπέστησαν τῶν νεκρῶν οἱ ζῶντες. αὐτοῖς μὲν γὰρ οὐδὲ πρὸ τούτου βλάβη τις ἦν ἀπὸ τῆς κοινωνίας τῆς κατὰ τὴν ταφήν· ὧν γὰρ τὰ πνεύματα ἐν τοῖς οὐρανοῖς, οὐδὲν τὰ σώματα ἐβλάπτετο ἀπὸ τῆς γειτνιάσεως· ὧν ἡ ψυχὴ ἐν τῇ χειρὶ τοῦ θεοῦ, οὐδὲν τὰ λείψανα ἀπὸ τῆς θέσεως ἔπασχεν. αὐτοῖς μὲν οὖν οὐδεμία βλάβη ἦν, οὐδὲ πρὸ τούτου· ὁ δὲ λαὸς ἡμῶν οὐ τὴν τυχοῦσαν ζημίαν ὑπέμεινεν ἀπὸ τῶν τόπων τρέχων μὲν πρὸς τὰ λείψανα τῶν μαρτύρων, μετὰ δὲ ἀμφιβολίας καὶ διακρίσεως ποιούμενος τὰς εὐχὰς διὰ τὸ [c] ἀγνοεῖσθαι τὰς θήκας τῶν D ἁγίων, καὶ ποῦ κεῖνται οἱ θησαυροὶ οἱ ἀληθινοί. καὶ ταὐτὸν ἐγίνετο, ὥσπερ ἂν εἰ ποίμνια προβάτων καθαρῶν ἀπολαῦσαι ῥεέθρων ἐπειγόμενα ἔρχοιτο μὲν ἐπὶ τὰς πηγὰς τὰς καθαρὰς, βρώμου δὲ πόθεν ἐγγύθεν καὶ δυσωδίας ἐμπεσούσης ἀναχαιτίζοιτο πάλιν· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ποίμνης ταύτης συνέβαινεν. ἐβάδιζε μὲν ὁ λαὸς πρὸς τὰς καθαρὰς τῶν μαρτύρων πηγάς· αἰσθανόμενος δὲ δυσωδίας αἱρετικῆς ἐγγύθεν ἀνιούσης, ἀνεχαιτίζετο πάλιν. ὅπερ οὖν συνειδὼς ὁ σοφὸς οὗτος ποιμὴν καὶ κοινὸς διδάσκαλος, ὁ πάντα πρὸς οἰ- E κοδομὴν τῆς ἐκκλησίας οἰκονομῶν, οὐκ ἠνέσχετο

IN ASCENSIONEM DOMINI nostri Jesu Christi, sermo recitatus in Martyrio Romanesiæ, ubi Martyrum corpora sub pavimento prope cadavera hæreticorum condita, ablata fuerunt, & editiore loco separatim sepulta.

1. ETIAM cum crucis memoriam recoluimus, extra Urbem ejus solemnitatem celebravimus: & nunc quando crucifixi ascensionem agimus, illustrem hunc atque refulgentem diem, extra civitatem rursus festum peragimus. Atqui hoc, non quod civitatem despicere velimus, sed martyres potius honorare cupiamus. Ne enim viri sancti de nobis merito conquerantur, ac dicant: Nos ne digni quidem eramus, qui unum Domini nostri diem in tabernaculis nostris celebrari videremus: neve nobiscum expostulando dicant, Sanguinem quidem nostrum pro ipso effudimus, & digni habiti sumus, quibus pro eo caput amputaretur, ipsius autem salutiferum festum celebrari diem videre non sumus promeriti in habitaculis nostris. Ideo relicta civitate ad pedes sanctorum horum properamus, occasione præsentis diei, & de tempore præterito excusantes nos apud ipsos. Nam si antea ad strenuos hos pietatis athletas currere oportebat, quando adhuc sub pavimento reconditi jacebant, multo sane magis id jam peragere oportebit, quando seorsim repositas videmus margaritas, quando a lupis liberatæ sunt oves, quando a mortuis recesserunt vivi. Ne antea quidem ullum detrimentum passi sunt ex communi cum illis sepultura. Quorum enim spiritus in cælis sunt, eorum neque corpora ex propinquitate lædebantur; quorum animæ in manu Dei sunt, neque reliquiæ eorum ex loco, in quo reconditæ sunt, aliquid pati poterant. Nihil ergo iis antehac detrimenti accessit: populus tamen noster non qualecumque a loco damnum ferebat: quippe qui currebat quidem ad Martyrum reliquias, at cum ambiguitate & hæsitatione preces offerebat, quod sanctorum sepulcra ignoraret, ac ubi veri illi thesauri reconditi essent. Idemque factum est veluti si greges ovium adducti ad perfruendum alveis puris, qui, ubi ad fontes limpidos venerint, tetro quodam odore atque fœtore aliunde cominus erumpente, iterum inhibeantur: ita & in isto ovili contigit. Ibat quidem populus ad puros illos Martyrum fontes, sed dum fœtorem hæreticorum inde cominus erumpentem sentiret, iterum inhibebatur. Quod quidem conspiciens prudens hic pastor atque magister, cuncta ad Ecclesiæ ædificationem

Cur extra civitatem conventus habitus.

De Flaviano Episcopo loquitur.

[a] Collata cum Mss. Regiis 1970. 2027. & 2424. & cum Colbertino 2443. In Regio 2424. in titulo Ῥωμανησίας, καὶ εἰς μαρτύρων σώματα ὑπὸ ἔδαφος . . . . αἱρετικῶν, ἅπερ ἀνηνέχθη, καὶ κατ' ἰδίαν ἐτάφη· καὶ τί [illegible] τοῦ Χριστοῦ τὸ λέγειν, ὅτι [illegible] δύο ἐν τῷ μύλωνι ἀλήθουσαι. Si Regii lectio vera esset, non Martyrum corpora loco mota fuisse videntur, sed hæreticorum. At præstat Vossii & Savilii lectio: non solum enim quia prope hæreticorum corpora, sed etiam quia sub pavimento erant Martyrum Reliquiæ, translatæ & in sublimiore & honestiore loco positæ fuerunt; quod etiam initio concionis declaratur. Hæreticorum autem ossa non translata fuisse paulo postea dicit Chrysostomus. Eadem ipsa lectio habetur etiam in Reg. 1970.

[b] Reg. 3. μαργαρῖται κεῖνται ὅτε

[c] Reg. 3. ἀγνοεῖν.

disponens, non est passus diu hoc damnum pro levi haberi, fervens hic amator & æmulator Martyrum. Sed quid agit? aspicite sapientiam ejus: turbida quidem ac fœtida fluenta obruit, atque obstruxit deorsum: puros autem Martyrum fontes seorsum in puro mundoque loco collocavit. Considerate etiam quantam erga vita functos exhibuerit humanitatem, atque erga Martyres honorem, & in populum curam. Erga mortuos quidem humanitatem, quod eos loco non moverit, sed ubi erant, ibi reliquerit: erga martyres autem honorem, eos ab improba vicinitate eximens: erga populum vero curam atque solicitudinem, non permittens eos amplius cum discrimine & hæsitatione suas preces fundere. Propterea vos huc adduximus, ut illustrior conventus fieret, splendidiusque spectaculum non hominum solum, sed & Martyrum collectorum, neque Martyrum dumtaxat, verum etiam Angelorum. Etenim & Angeli præsentes sunt, Angelorum & Martyrum concursus fit hodie. Videre cupis Angelos pariter ac Martyres? Aperi oculos fidei & cernes spectaculum illud. Nam si omnis aër Angelis repletus sit, quanto amplius Ecclesia: si vero Ecclesia; quanto magis dies jam præsens, quando eorum assumtus est Dominus? Quod autem omnis aër Angelis sit repletus, audi quid dicat Apostolus, admonens mulieres, ut velato sint capite; *Debent* enim, inquit, *mulieres velamen habere supra caput suum, propter Angelos.* Rursusque Jacob: *Angelus qui eruit me a juventute mea.* Et qui in domo cum Apostolis erant, ad Rhoden puellam dicebant; *Angelus ejus est.* Ac iterum Jacob: *Vidi*, inquit, *castra Angelorum.* Sed quorsum Angelorum castra ac copias super terram vidit? sicut Rex jubet per singulas civitates suas milites disponi, ne grave aliquod bellum imminens, incursionibus infestet eas: ita & Deus dæmonibus in aëre isto, barbaris atque immanibus, semper bella suscitantibus, pacisque inimicis, Angelorum castra opponit, ut dum vel apparent solum, ipsos reprimant, nobisque pacem perpetuam concilient. Atque ut discas Angelos pacis esse, audi in precationibus Diaconos semper dicentes: *Angelum pacis rogate.* Vides Angelos adesse & Martyres. Quid igitur miserabilius iis, qui se a conventu hodierno abstraxerunt? & quid beatius nobis qui advenimus, & celebritate ista perfruimur? Cæterum isti de Angelis sermones, in aliud nobis tempus referendi. Jam vero ad institutum præsentis festi revertamur.

Angeli adsunt in Ecclesia & ubique.

1.Cor.11.10.

Gen.48.16.

Act.12.15.

Gen.32.2.

Verba Liturgiæ.

2. Quæ igitur præsens est ista celebritas? veneranda utique & magna, carissime, sensumque ac intellectum omnem humanum excedens, Deique munificentia, qui illam fecit, digna. Hodie enim humanum genus reconciliatum est Deo. Hodie diuturna simultas, longumque bellum deletum est atque sublatum. Hodie pax quædam nobis

A μέχρι πολλοῦ ταύτην τὴν ζημίαν περιϊδεῖν, ἅτε ὁ θερμὸς ἐραστὴς καὶ ζηλωτὴς τῶν μαρτύρων. ἀλλὰ τί ποιεῖ; θεάσασθε τὴν σοφίαν. τὰ μὲν θολερὰ καὶ δυσώδη ῥεύματα κατέχωσε καὶ ἀπέφραξε κάτω, τὰς δὲ καθαρὰς τῶν μαρτύρων πηγὰς ἐν καθαρῷ χωρίῳ κατέστησε. καὶ σκοπεῖτε ὅσην καὶ περὶ τοὺς κατοιχομένους τὴν φιλανθρωπίαν ἐπεδείξατο, καὶ περὶ τοὺς μάρτυρας τὴν τιμὴν, καὶ περὶ τὸν λαὸν τὴν κηδεμονίαν. περὶ μὲν τοὺς κατοιχομένους φιλανθρωπίαν ἐπεδείξατο, μὴ κινήσας αὐτῶν τὰ ὀστᾶ, ἀλλ' ἀφεὶς [a] ἐπὶ τοῦ τόπου μένειν· περὶ δὲ τοὺς μάρ-
B τυρας τιμὴν, ἀπαλλάξας αὐτοὺς τοῦ πονηροῦ γειτονήματος· περὶ δὲ τὸν λαὸν κηδεμονίαν, οὐκ ἀφεὶς αὐτοὺς μετὰ διακρίσεως ποιεῖσθαι τὰς εὐχάς. διὰ ταῦτα ὑμᾶς ἐνταῦθα [b] ἠγάγομεν, ἵνα φαιδρότερος ὁ σύλλογος γένηται, ἵνα λαμπρότερον τὸ θέατρον, οὐχὶ ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ μαρτύρων συλλεγομένων· οὐχὶ μαρτύρων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀγγέλων. καὶ γὰρ καὶ ἄγγελοι πάρεισιν, ἀγγέλων καὶ μαρτύρων ἡ σύνοδος γέγονε σήμερον. καὶ εἰ βούλει ἰδεῖν καὶ μάρτυρας καὶ ἀγγέλους, ἄνοιξον τῆς πίστεως τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ ὄψει τὸ θέατρον ἐκεῖνο. εἰ γὰρ πᾶς ὁ ἀὴρ ἀγγέλων ἐμπέπλησται, πολλῷ μᾶλλον ἡ ἐκκλη-
C σία· εἰ δὲ ἐκκλησία, πολλῷ μᾶλλον ἡ παροῦσα ἡμέρα, ὅτε ὁ δεσπότης αὐτῶν ἀναλαμβάνεται. ὅτι γὰρ ἅπας ὁ ἀὴρ ἀγγέλων ἐμπέπλησται, ἄκουσον τί φησιν ὁ ἀπόστολος, ἐντρέπων τὰς γυναῖκας ὥστε ἔχειν κάλυμμα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς· ὀφείλουσιν αἱ γυναῖκες ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς διὰ τοὺς ἀγγέλους. καὶ πάλιν ὁ Ἰακὼβ, ὁ ἄγγελός, φησιν, ὁ ῥυόμενός με ἐκ νεότητός μου. καὶ οἱ ἐν τῇ οἰκίᾳ δὲ μετὰ τῶν ἀποστόλων ὄντες πρὸς τὴν Ῥόδην ἔλεγον, ὁ ἄγγελος αὐτοῦ ἐστι. καὶ πάλιν ὁ Ἰακὼβ, εἶδον, φησι, παρεμβολὴν ἀγγέλων. καὶ τίνος ἕνεκεν παρεμβολὴν ἀγγέλων εἶδεν ἐπὶ τῆς γῆς καὶ στρατιάν; καθάπερ βασιλεὺς κελεύει τὰ στρατόπεδα ἐν ἑκάσταις καθέζεσθαι ταῖς
D πόλεσι, μήποτε βαρβαρικὸς πόλεμος ἐπιστὰς καταδράμῃ τὰς πόλεις· οὕτω δὴ καὶ ὁ θεὸς, ἐπειδὴ καὶ δαίμονές εἰσιν ἐν τῷ ἀέρι τούτῳ βάρβαροι καὶ ἄγριοι, καὶ πολέμους ἐγείροντες ἀεὶ καὶ τῆς εἰρήνης ἐχθροὶ, ἀντικατέστησεν αὐτοῖς τὰ στρατόπεδα τῶν ἀγγέλων· ἵνα φαινόμενοι μόνον αὐτοὺς καταστέλλωσιν· ἵνα τὴν εἰρήνην ἡμῖν ἀεὶ πρυτανεύσωσι. καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι ἄγγελοι εἰρήνης εἰσὶν, ἄκουσον ἐν ταῖς προσευχαῖς ἀεὶ λεγόντων τῶν διακόνων, τὸν ἄγγελον τῆς εἰρήνης αἰτήσατε. ὁρᾷς ὅτι καὶ ἄγγελοι πάρεισι καὶ μάρτυρες; τί οὖν ἀθλιώτερον τῶν ἀπο-
E λειφθέντων σήμερον; τί μακαριώτερον ἡμῶν τῶν παραγενομένων καὶ ἀπολαυόντων τῆς πανηγύρεως ταύτης; ἀλλ' οἱ μὲν [c] περὶ τῶν ἀγγέλων λόγοι ἐν ἑτέροις ἡμᾶς ἀναμεινάτωσαν καιροῖς· ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τὴν ὑπόθεσιν τῆς παρούσης ἑορτῆς τὸν λόγον ἀγάγωμεν.

Τίς οὖν ἐστιν ἡ παροῦσα ἑορτή; σεμνὴ καὶ μεγάλη, ἀγαπητὲ, καὶ τὸν τῶν ἀνθρώπων ὑπερβαίνουσα νοῦν, καὶ τῆς μεγαλοδωρεᾶς ἀξία τοῦ ποιήσαντος αὐτὴν θεοῦ. σήμερον γὰρ καταλλαγαὶ τῷ θεῷ πρὸς τὸ τῶν ἀνθρώπων γεγόνασι γένος· σήμερον ἡ χρονία ἔχθρα κατελύθη, καὶ ὁ μακρὸς πόλεμος ἀνῃρέθη· σήμερον εἰρήνη θαυμασία

a Regii duo, ἐπὶ τῷ τόπῳ.
b Sic MSS recte, atque ita legit Interpres, Editi, ἤγαγεν.
c Reg. περὶ τῶν μαρτύρων, Editi, περὶ τῶν ἀγγέλων.

τις

…ῆς ἐπανῆλθεν οὐδέποτε προσδοκηθεῖσα πρότερον. τίς γὰρ ἂν ἤλπισεν ὅτι θεὸς ἀνθρώπῳ καταλλάττεσθαι ἔμελλεν; οὐχ ὅτι ἀπάνθρωπος ὁ δεσπότης, ἀλλ' ὅτι ῥᾴθυμος ὁ οἰκέτης· οὐχ ὅτι ὠμὸς ὁ κύριος, ἀλλ' ὅτι ἀγνώμων ὁ δοῦλος. βούλει μαθεῖν πῶς προσεκρούσαμεν τὸν φιλάνθρωπον τοῦτον, τὸν ἥμερον ἡμῶν δεσπότην; καὶ γὰρ δίκαιον μαθεῖν τῆς προτέρας ἡμῶν ἔχθρας τὴν ὑπόθεσιν· ἵν', ὅταν ἴδῃς τιμηθέντας ἡμᾶς, τοὺς ἐχθροὺς καὶ πολεμίους, θαυμάσῃς τοῦ τιμήσαντος τὴν φιλανθρωπίαν· ἵνα μὴ νομίσῃς ἐξ οἰκείων κατορθωμάτων γεγενῆσθαι τὴν μεταβολήν· ἵνα μαθὼν αὐτοῦ τῆς χάριτος τὴν ὑπερβολήν, μὴ παύσῃ διαπαντὸς εὐχαριστῶν αὐτῷ ὑπὲρ τοῦ μεγέθους τῶν δωρεῶν. βούλει τοίνυν μαθεῖν, πῶς προσεκρούσαμεν ἡμῶν τὸν δεσπότην, τὸν φιλάνθρωπον, τὸν ἥμερον, τὸν ἀγαθόν, τὸν πάντα ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας οἰκονομοῦντα; ἐβουλεύσατό ποτε περὶ παντελοῦς ἀφανισμοῦ τοῦ γένους ἡμῶν, καὶ οὕτως ἡμῖν ὠργίσθη, ὡς ἀπολέσαι ἡμᾶς μετὰ γυναικῶν καὶ παίδων καὶ θηρίων καὶ κτηνῶν καὶ τῆς γῆς ἁπάσης. καὶ εἰ βούλει, ἐγώ σε ποιήσω καὶ τῆς ἀποφάσεως αὐτῆς ἀκοῦσαι, ἐξαλείψω γάρ, φησι, τὸν ἄνθρωπον, ὃν ἐποίησα, ἀπὸ προσώπου πάσης τῆς γῆς, καὶ τὰ θηρία, καὶ τὰ κτήνη· ὅτι ἐνεθυμήθην, ὅτι ἐποίησα τὸν ἄνθρωπον. καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι οὐ τὴν φύσιν ἡμῶν ἐμίσει, ἀλλὰ τὴν κακίαν ἀπεστρέφετο ὁ εἰπών, ὅτι ἐξαλείψω τὸν ἄνθρωπον, ὃν ἐποίησα, ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς, λέγει τῷ ἀνθρώπῳ, καιρὸς παντὸς ἀνθρώπου ἥκει πρός με. εἰ δὲ τὸν ἄνθρωπον ἐμίσει, οὐκ ἂν ἀνθρώπῳ διελέχθη. νῦν δὲ ὁρᾷς αὐτὸν οὔτε βουλόμενον ποιῆσαι, ὅπερ ἠπείλησε ποιῆσαι, ἀλλὰ καὶ ἀπολογούμενον τῷ δούλῳ τὸν κύριον, καὶ ὡς ὁμοτίμῳ φίλῳ διαλεγόμενον καὶ λέγοντα τὰς αἰτίας τῆς μελλούσης ἀπωλείας ἔσεσθαι· οὐχ ἵνα μάθῃ τὰς αἰτίας ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' ἵνα τοῖς ἄλλοις εἰπὼν, σωφρονεστέρους αὐτοὺς ἐργάσηται. ἀλλ' ὅπερ ἔλεγον, οὕτω κακῶς ἡμῶν ἔπραττε τὸ γένος ἔμπροσθεν, ὡς κινδυνεῦσαι καὶ τῆς γῆς αὐτῆς ἐκπεσεῖν. ἀλλ' ἡμεῖς οἱ τῆς γῆς ἀνάξιοι φανέντες, σήμερον εἰς οὐρανοὺς ἀνήχθημεν· οἱ μηδὲ τῆς κάτω ἀρχῆς ὄντες ἄξιοι, πρὸς τὴν βασιλείαν ἀνέβημεν τὴν ἄνω, ὑπερέβημεν τοὺς οὐρανούς, ἐπελαβόμεθα τοῦ θρόνου τοῦ βασιλικοῦ· καὶ ἡ φύσις, δι' ἣν ἐφύλαττε τὸν παράδεισον τὰ Χερουβίμ, αὕτη ἐπάνω τῶν Χερουβὶμ κάθηται σήμερον. ἀλλὰ πῶς τοῦτο γέγονε τὸ θαυμαστὸν καὶ μέγα; πῶς ἡμεῖς οἱ προσκεκρουκότες, οἱ τῆς γῆς ἀνάξιοι φανέντες, καὶ τῆς ἀρχῆς τῆς κάτωθεν ἐκπεσόντες πρὸς τοσοῦτον ὕψος ἀνήχθημεν; πῶς ὁ πόλεμος κατελύθη; πῶς ἡ ὀργὴ ἀνῃρέθη; πῶς; τοῦτο γάρ ἐστι τὸ θαυμαστόν, ὅτι οὐχὶ τῶν ἀδίκως ὀργιζομένων τῷ θεῷ, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ δικαίως ἀγανακτοῦντος παρακαλέσαντος ἡμᾶς, οὕτως εἰρήνη γέγονεν. ὑπὲρ Χριστοῦ γὰρ πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν. τί τοῦτο; αὐτὸς ὕβρισται, καὶ αὐτὸς

A admirabilis rediit, non antea umquam exspectata. Quis enim speraſſet fore, ut Deus homini reconciliaretur? non quod inhumanus sit Dominus, sed quia segnis famulus & iners; non quod crudelis ac sævus Dominus, sed quia servus contumax, atque ingratus. Vis discere, quo pacto benignissimum hunc atque lenissimum Dominum nostrum exacerbaverimus? æquum namque est prioris nostræ simultatis cognoscere fundamentum; ut quando aspexeris nos inimicos & hostes honore affectos, ipsius honorantis admireris benignitatem; ne ex propriis recte factis illam factam mutationem arbitreris: & beneficii immensitate

B perspecta, de magnitudine munerum gratias illi agere non desistas. Vis ergo nosse quomodo Dominum tam liberalem, mansuetum, bonum, omniaque ad salutem nostram disponentem exacerbaverimus? Deliberavit aliquando de universo nostro genere omnino delendo, atque ita nobis iratus erat, ut perdere nos vellet cum uxoribus ac liberis, bestiis atque jumentis, & cum universa terra. Et si velis, curabo ut ipsam quoque sententiam ejus audias: *Delebo*, inquit, *hominem quem creavi a facie* Gen. 6. 7.

C *omnis terræ, & bruta animalia & jumenta, quia pœnitet me fecisse hominem.* Et ut discas eum non nostram odisse naturam, sed malitiam abominatum esse; qui dicebat, *Delebo hominem, quem creavi in terra*, etiam dixit homini: *Tempus omnis hominis venit ad me.* Nam si hominem Gen. 6. 13. odiſſet, non cum homine verba faceret. Nunc autem vides ipsum noluisse facere, quod comminatus fuerat; quin & servum excusabat, ac cum eo, velut ejusdem conditionis amico, verba faciebat Dominus, causasque superventuræ perditionis enarra-

D bat: non quidem ut causas discat homo, sed ut aliis quoque eas insinuans, temperantiores eos reddat. At quod modo dicebam, ita male nostrum genus se gerebat antea, ut periculum esset, ne ex ipsa terra excideret. Cæterum nos qui terra videbamur indigni, hodie in cælum sublati sumus: qui ne terreno quidem principatu eramus digni, ad supernum cæleste regnum ascendimus, cælos pervasimus, thronum regalem atque dominicum apprehendimus; & natura, propter quam paradisum servabant Cherubim, ipsa supra Cherubim se-

E det hodie. At quo pacto admirabile hoc & magnum accidit? quo pacto nos qui tantam clementiam offenderamus, terraque ipsa videbamur indigni, ac terreno omni principatu atque honore excideramus, ad tantam altitudinem sumus evecti? quo pacto bellum dissolutum est? quo pacto ira sublata? Quomodo? Nam istud admirabile est, non quod iis, qui injuria irascebantur Deo, sed quod ipso Deo, qui jure nobis succensebat, provocante nos atque invitante, pax facta sit. *Pro Christo enim legatione* 2. Cor. 5. 20. *fungimur*, inquit Apostolus, *tamquam Deo exhortante per nos.* Quid istud? Ipse est violatus injuria, & ipse ad pacem invitat?

A Ita sane: quippe qui Deus sit: atque ob id, ut benignus pater hortatur, & allicit. Sed vide quid agatur: mediator utique est invitantis, & adhortantis filius, non homo purus, non Angelus, neque Archangelus, neque famulorum ullus. Et quid efficit mediator? opus mediatoris. Quemadmodum enim duobus se invicem aversantibus, & ad concordiam pacemque mutuam adduci nolentibus, tertius quispiam veniens, & se medium interponens, utriusque inimicitiam diluit: ita & Christus egit. Iratus siquidem nobis erat Deus, & nos Deum benignissimum Dominum aversabamur; medium igitur se Christus interponens, utramque naturam reconciliavit. Sed quo pacto se mediatorem constituit? B Pœnam quæ nobis a Patre infligenda erat in se suscepit, suppliciumque cælitus immissum, ac contumelias in hoc mundo sustinuit. Vis nosse quomodo utraque ipse susceperit? *Christus*, inquit Apostolus, *nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.* Vides quo pacto pœnam cælitus latam ipse susceperit? Vide etiam quomodo opprobria in terris sustinuerit: *Opprobria exprobrantium*, inquit, *tibi, ceciderunt super me.* Cernis quo pacto diremerit inimicitiam? quo pacto non ante destiterit quidvis agere, pati atque moliri, quam hostem & inimicum cum Deo reduxerit in gratiam. C Et istorum tantorum bonorum causa est hodierna dies: quemadmodum enim primitias naturæ nostræ assumsit, sic restituit Domino. Et quod de campis accidit spicarum plenis, ubi quis ex paucis spicis collectis parvum manipulum conficiens, eumque Deo offerens, paucitate illa toti arvo benedicit; ita Christus fecit, qui per unam illam carnem atque primitias, totum genus nostrum benedicendum curavit. Sed cur non totam naturam obtulit? Eo quod non sit hoc offerre primitias, si totum quis offerat: sed si parvum aliquid quis D offerens, per parvum, totum benedicendum curet. Atqui si primitiæ, dicet quispiam, essent, primum ipsum hominem procreatum offerri oportuit: primitiæ enim sunt, quæ primum tolluntur, & primum germinant. Non sunt primitiæ censendæ, carissime, si primum fructum obtulerimus exilem & evanescentem, sed si probum atque perfectum offeramus. Quoniam igitur fructus ille peccato obnoxius erat, ideo non est oblatus, etiam si primus esset: at hic a peccato liber erat; ideoque oblatus est, licet posterius exstiterit: hæ enim sunt primitiæ. E

Christus quomodo mediator.

Gal. 3. 13.

Psal. 68. 12.

3. Et ut discas, non primum germinantem fructum, primitias dici, sed probatum, generosum, & qui ad vigorem opportunum perfectionemque perveniat, ex scripturis tibi depromam testimonium: *Si ingressus fueris in terram promissionis, quam Dominus Deus tuus dat tibi,*

Levit. 19. 23.

A παρακαλεῖ; ναί· θεὸς γάρ ἐστι, καὶ διὰ τοῦτο ὡς φιλάνθρωπος πατὴρ παρακαλεῖ. καὶ ὅρα τί γίνεται. μεσίτης ὁ τοῦ παρακαλοῦντος υἱός· οὐκ ἄνθρωπος, οὐδὲ ἄγγελος, οὐδὲ ἀρχάγγελος, οὐδὲ τῶν οἰκετῶν οὐδείς. καὶ τί ποιεῖ ὁ μεσίτης; ἔργον μεσίτου. καθάπερ γὰρ δύο τινῶν ἀποστρεφομένων ἀλλήλους καὶ οὐ βουλομένων [a] διαλλαγῆναι, ἕτερός τις ἐλθὼν, καὶ μέσον ἑαυτὸν ἐμβαλὼν ἑκατέρων λύει τὴν ἔχθραν· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησεν. ὠργίζετο ἡμῖν ὁ θεός· ἀπεστρεφόμεθα ἡμεῖς τὸν θεὸν, τὸν φιλάνθρωπον δεσπότην· μέσον ἑαυτὸν ἐμβαλὼν ὁ Χριστὸς ἑκατέραν τὴν φύσιν κατήλλαξε. καὶ πῶς μέσον ἑαυτὸν ἐνέβαλε; τὴν τιμωρίαν τὴν ὀφειλομένην ἡμῖν [b] παρὰ τοῦ πατρὸς B αὐτὸς ἐνεδέξατο, καὶ τὴν ἐκεῖθεν τιμωρίαν καὶ τὰ ἐνταῦθα ὀνείδη ὑπέμεινε. βούλει μαθεῖν πῶς ἑκάτερα αὐτὸς ἐδέξατο; Χριστὸς ἡμᾶς, φησιν, ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. εἶδες πῶς ἄνωθεν τὴν φερομένην τιμωρίαν ἐδέξατο; ὅρα πῶς καὶ τὰ κάτωθεν φερόμενα ὀνείδη ὑπέμεινεν· οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σε, φησιν, ἐπέπεσον ἐπ' ἐμέ. εἶδες πῶς διέλυσε τὴν ἔχθραν; πῶς οὐ πρότερον ἀπέστη πάντα ποιῶν καὶ πάσχων καὶ πραγματευόμενος, ἕως τὸν πολέμιον καὶ ἐχθρὸν ἀνήγαγεν αὐτῷ τῷ θεῷ, καὶ φίλον ἐποίησε. καὶ τούτων C τῶν ἀγαθῶν ὑπόθεσις, ἡ σήμερον ἡμέρα. καθάπερ γὰρ ἀπαρχὴν τῆς φύσεως ἡμῶν λαβὼν, οὕτως ἀνήγαγε τῷ δεσπότῃ. καὶ ὅπερ γίνεται ἐπὶ τῶν πεδίων τῶν σταχυηφόρων, ὀλίγους τις στάχυας λαβὼν, καὶ μικρὸν δράγμα ποιήσας, καὶ προσενεγκὼν τῷ θεῷ, διὰ τοῦ μικροῦ πᾶσαν τὴν ἄρουραν εὐλογεῖ· τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησε, δι' ἐκείνης τῆς μιᾶς σαρκὸς καὶ τῆς ἀπαρχῆς τὸ γένος τὸ ἡμέτερον εὐλογηθῆναι ἐποίησεν. ἀλλὰ διὰ τί οὐ πᾶσαν τὴν φύσιν ἀνήνεγκεν; ὅτι οὐκ ἔστι τοῦτο [c] ἀπαρχῆς, ἐὰν τὸ ὅλον τις προσενέγκῃ, ἀλλ' ἐάν τις μικρὸν προσ- D ενεγκὼν, διὰ τοῦ μικροῦ τὸ ὅλον εὐλογηθῆναι παρασκευάσῃ. καὶ μὴν εἰ ἀπαρχή, φησιν, ἦν, ἐχρῆν τὸν πρῶτον ἄνθρωπον γενόμενον αὐτὸν ἀνενεχθῆναι· ἀπαρχὴ γάρ ἐστι τὸ πρῶτον ἐκφερόμενον, τὸ πρῶτον βλαστάνον. οὐκ ἔστι τοῦτο ἀπαρχὴ, ἀγαπητὲ, ἐὰν τὸν πρῶτον προσενέγκωμεν καρπὸν ἐξίτηλον ὄντα καὶ ἀσθενῆ, ἀλλ' ἐὰν τὸν δόκιμον προσενέγκωμεν. ἐπεὶ οὖν ἐκεῖνος ὁ καρπὸς ὑπεύθυνος ἁμαρτίας ἦν, διὰ τοῦτο οὐκ ἀνηνέχθη, εἰ καὶ πρῶτος ἐγένετο· [d] ἀλλ' οὗτος ἀπηλλαγμένος ἁμαρτίας· διὰ τοῦτο καὶ ἀνηνέχθη, εἰ E καὶ μετὰ ταῦτα ἐγένετο· τοῦτο γὰρ ἀπαρχή.

Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι οὐχὶ ὁ πρῶτος βλαστάνων καρπὸς, τοῦτο ἀπαρχὴ, ἀλλ' ὁ δόκιμος καὶ γενναῖος καὶ εἰς ἀκμὴν ἥκων τὴν προσήκουσαν, ἀπὸ τῶν γραφῶν σοι παρέξω τὴν μαρτυρίαν. ἐὰν εἰσέλθῃς, φησὶν ὁ Μωϋσῆς πρὸς τὸν λαὸν, εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, ἣν κύριος ὁ θεός σου δίδωσί σοι, καὶ

a Ita Regii melius quam Editi, qui habent, διαλεχθῆναι. Hunc locum affert Leo Papa in fine Epist. 134.

b Reg. παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτὸς ἐδέξατο, καὶ τὰς ὕβρεις καὶ τὰ ὀνείδη, ἃ ἐπιστάμεθα κατὰ τοῦ θεοῦ αὐτὸς ὑπέμεινε. βούλει μαθεῖν πῶς ἑκάτερα αὐτὸς ἐδέξατο, καὶ τὴν ἐκεῖθεν τιμωρίαν, καὶ τὰ ἐκεῖθεν ὀνείδη; Χριστὸς ἡμᾶς.

c Reg. ἀπαρχή.

d Sic Regii, atque ita sensus quadrat; in Editis series mutila est, εἰ καὶ πρῶτος ἐγένετο. τοῦτο γὰρ ἀπαρχή. Ubi aliqua haud dubie desiderantur. Aliud legit Vossius, cujus interpretatio ad nostram lectionem quadrat.

φυτεύσης ἐν αὐτῇ πᾶν ξύλον ποιοῦν καρπὸν βρώσιμον, τρία ἔτη οὐ περικαθαριεῖς τὸν καρπὸν αὐτοῦ. τῷ δὲ τετάρτῳ ἔτει ὁ καρπὸς αὐτοῦ ἅγιος ἔσται τῷ κυρίῳ. καὶ μὴν εἰ ἀπαρχὴ ἦν τὸ πρῶτον ἐκφερόμενον, τὸν ἐν τῷ πρώτῳ ἐνιαυτῷ καρπὸν, αὐτὸν ἔδει δοῦναι τῷ κυρίῳ· νυνὶ δέ φησι, τρία ἔτη οὐ περικαθαριεῖς τὸν καρπὸν αὐτοῦ, ἀλλὰ ἀφήσεις αὐτὸν, διότι ἐξίτηλον τὸ δένδρον ἐστὶ, διότι ἀσθενὴς, διότι ἄωρος ἡ γονή· ὁ δὲ τέταρτος, φησιν, ἅγιος ἔσται τῷ κυρίῳ. καὶ σκόπει σοφίαν νομοθέτου· οὔτε φαγεῖν αὐτὸν εἴασεν, ἵνα μὴ πρὸ τοῦ θεοῦ αὐτὸς λάβῃ τὸν καρπόν· οὔτε προσενεχθῆναι αὐτὸν ἐπέτρεψεν, ἵνα μὴ ἄωρον προσενεχθῇ τῷ κυρίῳ. ἀλλὰ ἄφες μέν, φησιν, ἐπειδὴ πρῶτόν ἐστι· μὴ προσενέγκῃς δὲ, ἐπειδὴ ἀνάξιόν ἐστι τῆς τιμῆς τοῦ λαμβάνοντος. ὁρᾷς ὅτι οὐ τὸ πρῶτον ἐκφερόμενον, ἀλλὰ τὸ δόκιμον, τοῦτό ἐστιν ἀπαρχή. καὶ ταῦτα ἡμῖν διὰ τὴν σάρκα ἣν προσήνεγκεν εἴρηται. [a] ἀνήνεγκε τοίνυν τὴν ἀπαρχὴν τῆς φύσεως τῆς ἡμετέρας τῷ πατρί· καὶ οὕτως ἐθαύμασε τὸ δῶρον ὁ πατὴρ καὶ διὰ τὴν ἀξίαν τοῦ προσενέγκαντος, καὶ διὰ τὸ ἄμωμον τοῦ προσενεχθέντος, ὡς οἰκείαις αὐτὸ δέξασθαι χερσὶ, καὶ θεῖναι πλησίον τὸ δῶρον, καὶ εἰπεῖν· κάθου ἐκ δεξιῶν μου. πρὸς ποίαν φύσιν εἶπεν ὁ θεὸς, κάθου ἐκ δεξιῶν μου; πρὸς ἐκείνην τὴν ἀκούσασαν, γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. οὐ γὰρ ἤρκει ὑπερβῆναι τοὺς οὐρανούς· οὐ γὰρ ἤρκει μετὰ ἀγγέλων στῆναι· οὐκ ἦν ἄφατος καὶ αὕτη ἡ τιμή; ἀλλ᾽ ὑπερέβη ἀγγέλους, παρῆλθεν ἀρχαγγέλους, ὑπερέβη τὰ Χερουβὶμ, ἀνέβη ἀνώτερον τῶν Σεραφεὶμ, παρέδραμε τὰς ἀρχὰς, οὐ πρότερον ἔστη, ἕως οὗ τοῦ θρόνου ἐπελάβετο τοῦ δεσποτικοῦ. οὐχ ὁρᾷς τοῦτο τὸ μέσον τοῦ οὐρανοῦ πρὸς τὴν γῆν; μᾶλλον δὲ κάτωθεν ἀρξώμεθα. οὐχ ὁρᾷς, ἀπὸ τοῦ ᾅδου πρὸς τὴν γῆν τὸ διάστημα ὅσον; ἀπὸ τῆς γῆς πάλιν πρὸς τὸν οὐρανόν; ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ πάλιν πρὸς τὸν οὐρανὸν τὸν ἀνώτερον; ἀπ᾽ ἐκείνου πρὸς τοὺς ἀγγέλους, πρὸς τοὺς ἀρχαγγέλους, πρὸς τὰς ἄνω δυνάμεις, πρὸς αὐτὸν τὸν θρόνον τὸν βασιλικόν; τοῦτο ὅλον τὸ διάστημα καὶ τὸ ὕψος τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν ἀνήγαγε. βλέπε ποῦ κάτω ἔκειτο, καὶ ποῦ ἀνέβη. οὔτε καταβῆναι ἦν κατώτερον, οὗ κατέβη ὁ ἄνθρωπος, οὔτε ἀναβῆναι ἀνώτερον, οὗ ἀνήγαγεν αὐτὸν πάλιν. καὶ ταῦτα δηλῶν ὁ Παῦλος ἔλεγεν· ὁ καταβὰς αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβάς. καὶ ποῦ κατέβη; εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς, καὶ ἀνέβη ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν. μάθε τίς ἀνέβη, ἢ ποία φύσις, ἢ πῶς πρὸ τούτου διακειμένη. ἡδέως γὰρ ἐνδιατρίβω τῇ εὐτελείᾳ τοῦ γένους τοῦ ἡμετέρου, ἵνα μεθ᾽ ὑπερβολῆς μάθω τὴν τιμὴν τὴν ἀπὸ τῆς φιλανθρωπίας τοῦ δεσπότου. γῆ καὶ σποδὸς ἦμεν ἡμεῖς. ἀλλ᾽ οὔπω τοῦτο ἔγκλημα· τῆς φύσεως γὰρ ἦν ἡ ἀσθένεια. ἀλόγων διεκείμεθα ἀνοητότερον. παρασυνεβλήθη γὰρ ὁ ἄνθρωπος τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. τοῦτο δέ ἐστιν, ἀλόγων χείρονα,

[a] Hunc item locum affert Leo Papa ad calcem Epistolæ 134.

A Moyses ad populum ait, *& plantaveris in ea omne lignum pomiferum, faciens fructum ad vescendum, tribus annis non mundabis fructum ejus. Quarto autem anno fructus ejus sanctus erit Domino.* Atqui si essent primitiæ primus qui producitur fructus, eum qui primo anno nascebatur offerri Domino oportebat. Nunc vero ait: *Tribus annis non mundabis fructum ejus*: sed relinques illum, propterea quod evanida adhuc & imbecilla est arbor, & fructus præcoces & immaturi. Quarto autem anno, inquit, fructus ejus sanctus erit Domino. Et in hoc cerne sapientiam B legislatoris, qui illo vesci non permisit, ne ante Deum quisquam fructum sumeret: neque offerri illum mandavit, ne crudus & immaturus offeratur Domino. Sed dimitte, inquit, quia primus est: ne offeras autem, quoniam indignus est honore accepantis. Vides ergo non primum fructum, qui producitur: sed bonum atque probatum, primitias dici. Et hæc a nobis propter carnem, quam obtulit, dicta sunt. Obtulit ergo primitias nostræ naturæ Patri, atque ita donum oblatum admiratus est Pater, propter dignitatem offerentis puritatemque ipsius oblati, ut propriis illud manibus acceperit, sibique proximum constiC tuerit, dicens: *Sede a dextris meis.* Sed ad quam dixit naturam Deus, *sede a dextris meis?* Clarissimum est, ad eam hoc dictum, quæ audivit: *terra es & in terram reverteris.* Nonne satis erat superare cælos? nonne satis erat cum Angelis consistere? An non esset etiam hic honos ineffabilis? at ascendit super Angelos, præterivit Archangelos, superavit Cherubim, ascendit supra Seraphim, prætergressus est potestates, nec prius substitit, quam thronum ipsum Domini comprehendit. Non vides quid medium a cælo ad terram? Sed ab imo potius incipiamus. Non vides ab inferno ad terD ram intervallum quantum? rursus a terra in cælum? rursus a cælo ad cælum sublimius, & ab illo ad Angelos, ad Archangelos, ad supernas potestates, ad ipsum quoque thronum regalem? supra hoc totum intervallum ac spatium naturam nostram sustulit. Cerne quam humili ante loco illa erat, & quam alte ascenderit: neque enim descendere licuisset inferius, quam quo descenderat homo, neque ascendere sublimius, quam quo eum rursus evexerat Christus. Atque ista perspicue Paulus dicebat: *Qui descendit, ipse est qui & ascendit.* Et quo E descendit? *In inferiores partes terræ*; ascendit autem supra omnes cælos. Disce quis ascenderit, & cujusmodi natura, ac quemadmodum antea sese haberet: libenter enim versor circa vilitatem generis nostri, ut excellentius honorem, qui a benignitate Domini ad nos derivatur, perdiscam. Terra & cinis eramus nos. Sed nondum hoc culpa: naturæ enim infirmitas erat. Irrationabilibus facti sumus insipientiores: *Comparatus est enim jumentis insipientibus homo, & similis factus est illis.* Hoc autem est ani-

Quænam veræ primitiæ.

Psal. 109. 1.

Ephes. 4. 10.

Psal. 48. 21.

A mantibus rationis expertibus deteriorem fieri, quando quis similis fit illis. Siquidem rationis expertem esse natura, & sic permanere, naturale est: sed mente ac ratione ornatos, in illam amentiam delabi, voluntatis est culpa. Itaque cum audieris, quod similis factus sit rationis expertibus: ne arbitreris hoc dicere, ut ostendat homines esse belluis pares, sed illis pejores ostendere voluisse. Etenim rationis expertibus evasimus pejores & insulsiores. Non quod ut homines, illuc delapsi simus, at quod etiam ad majorem ingratitudinem prosilierimus. Et hoc patefaciens Hesaias
Hesai. 1. 3. dicebat: *cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui; Israël autem me non cognovit.* Cæterum non confundamur su-
B Rom. 5. 20. per prioribus: *ubi enim abundavit delictum, superabundavit & gratia.* Vides quomodo jumentis insipientiores eramus? Cupis & volucribus ipsis nos irrationabiliores aspice-
Jer. 8. 7. re? *Turtur & hirundo, & passeres agri cognoverunt tempus adventus sui, populus autem meus non cognovit judicia mea.* Ecce & asinis & bobus, ecce & volucribus, turture atque hirundine nos insipientiores ostendimur. Vis discere & aliam nostram insipientiam? Ad formicas quoque nos, ut ab iis discamus, remittit; ita naturalem men-
Prov. 6. 6. tem amiseramus: *Vade* enim *ad formicam,* inquit, *& considera vias ejus.* Formicæ facti
C sumus discipuli, nos qui ad imaginem Dei facti eramus: at non qui nos fecit, est auctor: sed nos ipsi qui imaginem ejus retinere noluimus. Et quid dico formicis? imo lapidibus ipsis stupidiores evasimus. Vis-ne
Mich. 6. 2. horum quoque proferam testimonium? *Audite convalles, & fundamenta terræ; quia judicium Domino adversus populum suum.* Cum hominibus judicium exerces, & vocas fundamenta terræ? imo vero inquit: Nam & terræ fundamentis stolidiores sunt homines? Quem ergo adhuc quæris in iis excessum malitiæ, quando & asinis stupidiores, & bobus irrationabiliores, & hirundine ac
D turture ingratiores, & formicis dementiores, ipsisque lapidibus stupidiores reperiuntur. Quin & serpentium quoque similes ef-
Psal. 57. 4. & 139. 3. fecti videmur: *furor* enim *illis*, inquit, *secundum similitudinem serpentis: venenum aspidum sub labiis eorum.* Quid autem est opus rationis expertium stuporem atque stoliditatem commemorare, quando & ipsius diaboli videmur filii dicti? *Vos* enim, inquit,
Joan. 8. 44. *filii diaboli estis.*

4. Verumtamen nos stupidi atque ingrati, insipientes, & lapidibus ipsis insensibiliores, qui cunctis inferiores eramus, abjectissimi atque vilissimi; quo pacto dicam,
E aut quid eloquar, quomodo istud verbum efferam? Vilissima illa nostra natura, quæ cunctis insipientior erat, cunctis est hodie facta sublimior. Hodie recuperarunt Angeli, quod dudum desideraverant. Hodie aspexerunt Archangeli, quod diu concupierant: hodie nostram naturam de throno regali fulgoris instar resplendentem gloria & pulcritudine immortali viderunt.

A γενέσθαι ὅμοιον τοῖς ἀλόγοις. τὸ μὲν γὰρ εἶναι ἄλογον φύσει, καὶ μένειν ἐπὶ τῆς ἀλογίας, τῆς φύσεώς ἐστι· τὸ δὲ λόγῳ τιμηθέντας πρὸς ἐκείνην τὴν ἄνοιαν καταπεσεῖν, τῆς προαιρέσεώς ἐστιν ἔγκλημα. ὥστε ὅταν ἀκούσῃς, ὅτι ὡμοιώθη τοῖς ἀλόγοις, μὴ νομίσῃς, ὅτι τοῖς ἀλόγων ἴσους δεῖξαι τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλ᾽ ὅτι κἀκείνων χείρους ἀποφῆναι βουλόμενος, τοῦτο εἴρηκε. καὶ γὰρ τῶν ἀλόγων ἐγενόμεθα χείρους καὶ ἀναισθητότεροι· οὐχ ὅτι ἄνθρωποι ὄντες ἐκεῖ κατεπέσομεν, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ πρὸς μείζονα ἠλάσαμεν ἀγνωμοσύνην. καὶ τοῦτο δηλῶν Ἡσαΐας ἔλεγεν· ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ· Ἰσραὴλ δέ με οὐκ
B ἔγνω. ἀλλὰ μὴ αἰσχυνώμεθα ἐπὶ τοῖς προτέροις· οὗ γὰρ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις. εἶδες πῶς τῶν κτηνῶν ἀλογώτεροι ἦμεν· βούλει καὶ τῶν πετεινῶν ἀλογωτέρους ἡμᾶς ἰδεῖν; τρυγὼν καὶ χελιδὼν, στρουθία ἀγροῦ ἔγνωσαν καιροὺς εἰσόδου αὐτῶν· ὁ δὲ λαός μου οὐκ ἔγνωσαν τὰ κρίματά μου. ἰδοὺ καὶ τῶν ὄνων καὶ τῶν βοῶν, ἰδοὺ καὶ τῶν πετεινῶν, τῆς τρυγόνος, καὶ τῆς χελιδόνος ἡμεῖς ἀλογώτεροι. βούλει μαθεῖν ἄλλην ἀναισθησίαν ἡμῶν; τῶν μυρμήκων ἡμᾶς ποιεῖ μαθητάς· οὕτως ἀπωλέσαμεν τὰς κατὰ φύσιν φρένας. πορεύθητι γὰρ, φησὶ, πρὸς τὸν μύρμηκα, καὶ ζήλωσον τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ. μυρμήκων ἐγενόμεθα μαθηταὶ, οἱ κατ᾽ εἰκόνα θεοῦ γενόμενοι. ἀλλ᾽ οὐχ ὁ ποιήσας αἴτιος·
C ἀλλ᾽ ἡμεῖς μὴ μείναντες ἐπὶ τῆς εἰκόνος. καὶ τί λέγω μυρμήκων; λίθων ἐγενόμεθα ἀναισθητότεροι. βούλει καὶ τούτων παραγάγω τὴν μαρτυρίαν; ἀκούσατε φάραγγες καὶ τὰ θεμέλια τῆς γῆς, ὅτι κρίσις τῷ κυρίῳ πρὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ. πρὸς ἀνθρώπους δικάζῃ, καὶ τὰ θεμέλια τῆς γῆς καλεῖς; ναὶ, φησί. τῶν γὰρ θεμελίων τῆς γῆς ἀναισθητότεροί εἰσιν οἱ ἄνθρωποι. ποίαν οὖν ἔτι ζητεῖς ὑπερβολὴν κακίας, ὅταν καὶ ὄνων ἀναισθητότεροι, καὶ βοῶν ἀλογώτεροι, καὶ χελιδόνος καὶ τρυγόνος ἀγνωμονέστεροι, καὶ μυρμήκων ἀσυνετώτεροι,
D καὶ λίθων ἀναισθητότεροι; καὶ ὄφεων ἴσοι φαινόμεθα· θυμὸς γὰρ αὐτοῖς, φησὶ, κατὰ τὴν ὁμοίωσιν τοῦ ὄφεως· ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν. καὶ τί χρὴ λέγειν τὴν ἀλόγων τὴν ἀναισθησίαν, ὅταν καὶ αὐτοῦ τοῦ διαβόλου φαινώμεθα τέκνα καλούμενοι; ὑμεῖς γὰρ, φησιν, υἱοὶ τοῦ διαβόλου ἐστέ.

Ἀλλ᾽ ὅμως ἡμεῖς οἱ ἀναίσθητοι καὶ ἀγνώμονες, οἱ ἀνόητοι, οἱ τῶν λίθων ἀναισθητότεροι, οἱ πάντων κατώτεροι, οἱ ἄτιμοι, οἱ εὐτελέστατοι· [a] πῶς εἴπω; τί
E λαλήσω; πῶς ἐξενέγκω τὸ ῥῆμα τοῦτο; ἡ φύσις ἡ εὐτελὴς ἡ πάντων ἀσυνετωτέρα, πάντων ἀνωτέρα γέγονε σήμερον. σήμερον ἀπέλαβον ἄγγελοι, ὃ πάλαι ἐπόθουν· σήμερον εἶδον ἀρχάγγελοι, ὃ πάλαι ἐπεθύμουν, τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν ἀπὸ τοῦ θρόνου ἀστράπτουσαν τοῦ βασιλικοῦ, δόξῃ καὶ κάλλει στίλβουσαν ἀθανάτῳ.

[a] Hunc etiam locum affert Leo Papa ad calcem Epist. 134.

A τοῦτο γὰρ πάλαι ἐπόθουν ἄγγελοι, τοῦτο γὰρ πάλαι ἐπεθύμουν ἀρχάγγελοι. εἰ γὰρ καὶ ὑπερέβαινεν αὐτοὺς ἡ τιμή, ἀλλ' ὅμως ἔχαιρον καὶ ἐπὶ τοῖς ἡμετέροις ἀγαθοῖς· καὶ γὰρ ὅτε ἐκολαζόμεθα, ἤλγουν. εἰ γὰρ καὶ ἐφύλαττε τὰ Χερουβὶμ τὸν παράδεισον, ἀλλ' ὅμως ἤλγουν. καὶ καθάπερ οἰκέτης σύνδουλον λαβὼν εἰς φυλακὴν, διὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ δεσπότου φυλάττει μὲν τὸν σύνδουλον, ἀλγεῖ δὲ ἐπὶ τῷ γινομένῳ διὰ τὴν συμπάθειαν τὴν περὶ τὸν ὁμόδουλον· οὕτω καὶ τὰ Χερουβὶμ ἔλαβε μὲν φυλάττειν τὸν παράδεισον, ἤλγει δὲ ὅμως ἐπὶ τῇ φυλακῇ. καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι ἤλγει, ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων σοι τοῦτο ποιῶ φανερόν. ὅταν γὰρ ἴδῃς B τοὺς ἀνθρώπους συμπαθοῦντας τοῖς συνδούλοις, μηκέτι λοιπὸν ἀμφιβάλλῃς περὶ τῶν Χερουβίμ· πολὺ γὰρ τῶν ἀνθρώπων φιλοστοργότεραι αἱ δυνάμεις ἐκεῖναι. τίς οὖν τῶν δικαίων οὐκ ἤλγησε κολαζομένων ἀνθρώπων δικαίως, καὶ μετὰ ἁμαρτήματα μυρία; τοῦτο γάρ ἐστι τὸ θαυμαστὸν, ὅτι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν μαθόντες, καὶ ἰδόντες ὅτι προσέκρουσαν τῷ δεσπότῃ, ἤλγησαν. ὁ μὲν Μωϋσῆς μετὰ τὴν εἰδωλολατρείαν· διὸ καὶ ἔλεγεν· εἰ μὲν ἀφίῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, ἄφες· εἰ δὲ μὴ, κἀμὲ ἐξάλειψον ἐκ τῆς βίβλου, ἧς ἔγραψας. τί τοῦτο; ὁρᾷς τὴν ἀσέβειαν, C καὶ ἀλγεῖς ὑπὲρ τῶν κολαζομένων; διὰ τοῦτο γάρ, φησιν, ἀλγῶ, ὅτι καὶ κολάζονται καὶ δικαίας κολάσεως παρέχονται τὰς αἰτίας. ὁ δὲ Ἰεζεκιὴλ ἰδὼν τὸν ἄγγελον κατακόπτοντα τὸν λαὸν, ἀνεβόησε μέγα καὶ ὠλόλυξε, καί φησιν· οἴμοι, κύριε, ὅτι ἐξαλείφεις σὺ τὸ κατάλοιπον τοῦ Ἰσραήλ. καὶ ὁ Ἱερεμίας· παίδευσον ἡμᾶς, κύριε, φησὶ, πλὴν ἐν κρίσει, καὶ μὴ ἐν θυμῷ, ἵνα μὴ ὀλίγους ἡμᾶς ποιήσῃς. εἶτα Μωϋσῆς μὲν καὶ Ἰεζεκιὴλ καὶ Ἱερεμίας ἀλγοῦσιν, αἱ δὲ δυνάμεις ἐκεῖναι οὐδὲν ἔπαθον ἐπὶ τοῖς ἡμετέροις κακοῖς; D καὶ πῶς ἂν ἔχοι τοῦτο λόγον; ὅτι γὰρ οἰκειοῦνται τὰ ἡμέτερα, μάθε ὅσην χαρὰν ἐπεδείξαντο, ὅτε εἶδον ἡμῖν καταλλαγέντα τὸν δεσπότην. εἰ δὲ μὴ πρὸ τούτου ἤλγουν, οὐκ ἂν οὐδὲ μετὰ ταῦτα ἥσθησαν. ὅτι δὲ ἔχαιρον, δῆλον ἐξ ὧν φησιν ὁ Χριστὸς, ὅτι χαρὰ ἔσται ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ ἐπιστρέφοντι. εἰ δὲ ἕνα ἁμαρτωλὸν ἐπιστρέφοντα ὁρῶντες ἄγγελοι χαίρουσι, διὰ τῆς ἀπαρχῆς σήμερον ὁρῶντες τὴν φύσιν ἅπασαν εἰσενηνεγμένην εἰς οὐρανὸν, πῶς οὐκ ἂν μεγίστην ἐδέξαντο ἡδονήν; E ἄκουσον γοῦν καὶ ἑτέρωθεν τὴν τῶν ἄνω δήμων τὴν εὐφροσύνην τὴν ἐπὶ τῇ ἡμετέρᾳ καταλλαγῇ· ὅτε γὰρ ἐτέχθη ὁ κύριος ἡμῶν τὸ κατὰ σάρκα, ἰδόντες ὅτι κατηλλάγη λοιπὸν τοῖς ἀνθρώποις, οὐ γὰρ ἂν, εἰ μὴ κατηλλάγη, τοσοῦτον κατέβη, ἰδόντες οὖν τοῦτο, χορὸν στησάμενοι ἐπὶ τῆς γῆς ἐβόων καὶ ἔλεγον· δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι διὰ τοῦτο δοξάζουσι τὸν θεὸν, ἐπειδὴ ἀπέλαβεν ἡ γῆ τὰ ἀγαθὰ, ἐπήγαγον καὶ τὴν αἰ-

Id enim multo ante desiderabant Angeli, & concupiscebant Archangeli. Nam licet eos natura humana concesso sibi honore superaret, attamen de bonis nostris gaudebant: nam & quando cruciabamur, dolebant. Et licet Cherubim custodirent paradisum, vicem tamen nostram dolebant. Et sicut minister, conservum ex mandato domini apprehensum, & carceri traditum, custodit quidem, commiseratione tamen conservi ductus, super illo quod accidit, dolet & angitur: Ita & Cherubim susceperant quidem custodiendum paradisum, at de custodia dolebant. Et ut discas quod doluerint, ab hominibus illud tibi perspicuum reddam. Quando enim homines conservis compati vides, jam non amplius dubitandi tibi locus relinquitur de Cherubim: multo enim sunt illæ potestates indulgentiores hominibus. Quis igitur justorum non doluit, cum juste punirentur homines, etiam post sexcenta peccata? Hoc enim est admiratione dignissimum, quod cum illorum scelera nossent, atque intelligerent illos in Dominum offendisse, ex ea tamen re dolorem animo capiebant. Utique Moyses post populi idololatriam dicebat: *Aut dimitte eis hanc noxam: aut si non facis, dele me de libro, quem scripsisti.* Exod. 32. 32. Quid sibi vult istud? Vides impietatem hominum, & illorum doles afflictiones? Propterea, inquit, doleo, tum quia puniuntur, tum quia justas præbent suæ punitionis causas. Ezechiel quoque aspiciens Angelum percutientem populum, magna exclamans voce cum ejulatu dixit: *Heu mihi, Domine Deus: consummationem tu facis reliquiarum Israël?* Ezech. 9. 8. Et Jeremias: *Corripe nos Domine, verumtamen in judicio: & non in furore tuo, ne nos paucissimos facias.* Jer. 10. 24. Ergo si Moyses, Ezechiel, atque Jeremias super istis tristati sint: an potestates illæ nihil nostris movebantur malis? at qua ratione id esset ulla ex parte credibile? Quod enim res nostras pro suis ducant; disce quantum gaudium conceperint, videntes nobis conciliatum esse Dominum. Si enim antea non doluissent, non sane ea essent postea lætitiæ voluptate perfusæ. Quod autem gavisæ sint, patet ex iis quæ & Christus ipse dixit: *Quoniam gaudium erit in cælo*, & in terra *super uno peccatore pœnitentiam agente.* Luc. 15. 7. Porro si unum peccatorem convertentem se videntes Angeli gaudent: quomodo hodie per primitias, universam naturam humanam aspicientes in cælum illatam, non maximo gaudio sint affecti? Audi igitur & aliunde supernæ turbæ lætitiam, super nostra reconciliatione. Quando enim Dominus noster natus est secundum carnem, ex eo deinceps hominibus ipsum reconciliatum cernentes; non enim, si reconciliatus non fuisset, usque adeo descendisset; cernentes ergo istud, choris in terra statutis exclamabant: *Gloria in excelsis Deo: & in terra pax, in hominibus bona voluntas.* Luc. 2. 14. Et ut discas, quod ob id glorificaverint Deum, postquam terra recepit bona: etiam causam

adduxerunt, dicentes: *In terra pax, in hominibus bona voluntas:* hominibus inquam, qui erant antea hoſtes declarati, & ingrati. Vides quo pacto Deum de alienis bonis laudent, aut potius in propriis; cum noſtra bona, ſua eſſe ducant. Vis etiam noſſe, quomodo qui aſpectabant, ut ipſum aſcendentem viderent, gaviſi ſint, & exſultarint? Ipſum Chriſtum dicentem audi: quoniam aſcendebant, inquit, & deſcendebant continue. Atque hoc proprium eſt deſiderantium contemplari inopinatum ſpectaculum. Et unde conſtat aſſidue illos aſcendere atque deſcendere? ipſum dicentem audi:
Joan. 1. 52. *Amodo videbitis cælum apertum, & Angelos Dei aſcendentes, & deſcendentes ſupra filium hominis.* Talis ſiquidem amantium mos eſt; neque tempus exſpectant, ſed tempus præfinitum lætitia anticipant. Idcirco deſcendunt novi & inauditi illius ſpectaculi viſendi deſiderio impulſi, hominem ſcilicet in cælo apparentem: ideoque ubique ſe Angeli manifeſtant, & quando natus eſt, & quando reſurrexit, ac hodie quando in
Act. 1. 10. cælos aſcendit: *Ecce* enim *duo*, inquit, *in veſtimentis albis*, per habitum, lætitiam declarantes: & dixerunt ad Diſcipulos: *Viri Galilæi, quid ſtatis? hic Jeſus, qui aſſumtus eſt a vobis in cælum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum.*

5. Hic jam mihi diligenter attendite, quamobrem ita dicunt? an quod oculos non haberent diſcipuli? aut quod acciderat, non viderent? Nonne ait Evangeliſta, quod videntibus ipſis, elevatus eſt? Qua ergo de cauſa aſſiſtebant Angeli docentes eos, quod in cælum aſcendiſſet? propter duas nimirum iſtas cauſas: unam quidem, quod dolerent illi ob Chriſti ab ipſis diſceſſionem. Quod autem dolerent, audi

Cur Angeli in Aſcenſione Domini viſi fuerint.

Joan. 16. 6. quid ad eos dicat: *Nemo ex vobis*, inquit, *interrogat me, quo vadis? Sed quia hæc loquutus ſum vobis, triſtitia implevit cor veſtrum.* Nam ſi amicos & conſanguineos noſtros, ſeparari a nobis non ferimus, quomodo diſcipuli ſuum ab ipſis ſeparari cernentes Salvatorem, magiſtrum, ac curatorem benigniſſimum, manſuetiſſimum, & optimum, plane non dolerent? quomodo non contriſtarentur? Idcirco aſtitit Angelus, qui dolorem ex aſcenſu provenientem, reditus commemoratione iterum mitigaret, con-
Act. 1. 11. ſolareturque ipſos, *Hic* enim *Jeſus, qui aſſumtus eſt a vobis in cælum, ſic veniet.* Doluiſtis, inquit, de aſſumtione ipſius. Sed nolite amplius dolere. Etenim rurſus veniet. Nam ut ne facerent, quod egit Eliſæus, aſpiciens magiſtrum ſuum aſſumi, qui diſcidit veſtimentum: non enim habebat aliquem aſtantem ſibi atque dicentem, quod
4. Reg. 2. iterum venturus eſſet Helias; ne igitur hoc & iſti facerent, ideo Angeli aſtiterunt, qui triſtitiam illorum lenirent, ac conſolarentur. Et hæc quidem una eſt cauſa præſentiæ Angelorum: poſterior autem, ea non inferior eſt, propter quam etiam cauſam adjecerit, *qui aſſumtus eſt.* Et quæ eſt iſta? In cælum aſſumtus eſt. Ingens autem interſtitium

A τίαν, ἐπὶ γῆς εἰρήνη, λέγοντες, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία, τοῖς ἐκπεπολεμωμένοις, τοῖς ἀγνώμοσιν. εἶδες πῶς δοξάζουσι τὸν θεὸν ἐπὶ τοῖς ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς; μᾶλλον δὲ ἐπὶ τοῖς ἰδίοις· τὰ γὰρ ἡμέτερα ἀγαθὰ, ἑαυτῶν νομίζουσι εἶναι. βούλει μαθεῖν, ὅτι καὶ μέλλοντες ὁρᾷν αὐτὸν ἀναβαίνοντα, ἔχαιρον καὶ ἐσκίρτων; ἄκουσον τοῦ Χριστοῦ λέγοντος, ὅτι ἀνέβαινον καὶ κατέβαινον συνεχῶς. τοῦτο δὲ ἐπιθυμούντων ἐστὶν ἰδεῖν τὸ παράδοξον θέαμα. καὶ πόθεν δῆλον, ὅτι ἀνέβαινον, καὶ κατέβαινον; αὐτοῦ ἄκουσον λέγοντος· ἀπάρτι ὄψεσθε τοὺς οὐρανοὺς ἀνεῳγμένους, B καὶ τοὺς ἀγγέλους τοῦ θεοῦ ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. τοιοῦτον γὰρ τῶν ἐρώντων τὸ ἔθος· οὐδὲ τὸν καιρὸν ἀναμένουσιν, ἀλλὰ προλαμβάνουσι τὴν προθεσμίαν τῇ ἡδονῇ. διὰ τοῦτο καταβαίνουσιν, ἐπειγόμενοι τὸ καινὸν καὶ παράδοξον ἐκεῖνο ἰδεῖν θέαμα, ἄνθρωπον ἐν οὐρανῷ φανέντα· διὰ τοῦτο πανταχοῦ ἄγγελοι, καὶ ὅτε ἐτίκτετο, καὶ ὅτε ἀνίστατο, καὶ σήμερον ὅτε ἀνέβη. ἰδοὺ γὰρ δύο, φησὶν, ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ, διὰ τοῦ σχήματος τὴν ἡδονὴν δηλοῦντες· καὶ εἶπον πρὸς τοὺς μαθητάς· ἄνδρες Γαλιλαῖοι, τί ἑστήκατε; οὗτος ὁ Ἰησοῦς ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν, οὕτως ἐλεύσεται, ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν.

C

Ἐνταῦθα μοι μετὰ ἀκριβείας προσέχετε. τί δήποτε ταῦτα λέγουσι; μὴ γὰρ οὐκ εἶχον ὀφθαλμοὺς οἱ μαθηταί; μὴ γὰρ οὐχ ἑώρων τὸ γινόμενον; οὐκ εἶπεν ὁ εὐαγγελιστὴς, ὅτι βλεπόντων αὐτῶν ἐπήρθη; τίνος οὖν ἕνεκεν παρεστήκασιν οἱ ἄγγελοι διδάσκοντες αὐτοὺς, ὅτι εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέβη; διὰ δύο ταύτας αἰτίας, μίαν μὲν, ἐπειδὴ ἤλγουν ἀεὶ ἐπὶ τῇ ἀναχωρήσει τοῦ Χριστοῦ. ὅτι γὰρ ἤλγουν, ἄκουσον τί πρὸς αὐτούς φησιν· οὐδείς με ἐρωτᾷ ἐξ ὑμῶν, ποῦ ὑπάγεις; ἀλλ' ὅτι ταῦτα εἶπον, ἡ λύπη πεπλήρωκεν ὑμῶν καρδίαν. D εἰ γὰρ φίλους ἔχοντες καὶ συγγενεῖς χωριζόμενοι τούτων οὐ φέρομεν· πῶς οἱ μαθηταὶ τὸν σωτῆρα, τὸν διδάσκαλον, τὸν κηδεμόνα, τὸν φιλάνθρωπον, τὸν ἥμερον, τὸν ἀγαθὸν ὁρῶντες χωριζόμενον αὐτῶν, πῶς οὐκ ἂν ἤλγησαν; πῶς οὐκ ἂν ὠδυνήθησαν; διὰ τοῦτο ἕστηκεν ὁ ἄγγελος τὴν ἀπὸ τῆς ἀνόδου γινομένην λύπην διὰ τῆς ἐπανόδου πάλιν παραμυθούμενος. οὗτος γάρ, φησιν, ὁ Ἰησοῦς ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν, οὕτως ἐλεύσεται. ἠλγήσατε, φησιν, ὅτι ἀνελήφθη; ἀλλὰ μηκέτι ἀλγεῖτε. καὶ γὰρ ἐλεύσεται πάλιν. ἵνα γὰρ μὴ ποιήσω- E σιν, ὅπερ ἐποίησεν ὁ Ἐλισσαῖος ἰδὼν τὸν διδάσκαλον ἀναλαμβανόμενον, καὶ διαῤῥήξας τὸν χιτωνίσκον· οὐδὲ γὰρ εἶχέ τινα παρεστῶτα καὶ λέγοντα, ὅτι πάλιν ἥξει Ἠλίας· ἵνα οὖν μὴ τοῦτο ποιήσωσιν οὗτοι, διὰ τοῦτο οἱ ἄγγελοι παρειστήκεισαν παραμυθούμενοι τὴν ἀθυμίαν. καὶ μία μὲν αὕτη αἰτία τῆς τῶν ἀγγέλων παρουσίας· δευτέρα δὲ ταύτης οὐκ ἐλάττων, δι' ἣν αἰτίαν καὶ προσέθηκεν, ὁ ἀναληφθείς. τίς οὖν ἐστιν αὕτη; εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνελαμβάνετο. πολὺ δὲ τὸ διάστημα ἦν, καὶ οὐκ

ἤρκει ἡ δύναμις τῆς ἡμετέρας ὄψεως σῶμα ἀναλαμβανόμενον ἰδεῖν μέχρι τῶν οὐρανῶν. ἀλλὰ καθάπερ πετεινὸν εἰς ὕψος ἱπτάμενον, ὅσωπερ ἂν εἰς ὕψος ἀνέλθῃ, τοσούτῳ μᾶλλον ἀποκρύπτεται ἀπὸ τῆς ἡμετέρας ὄψεως· οὕτω δὴ καὶ τὸ σῶμα ἐκεῖνο ὅσωπερ ἂν εἰς ὕψος ἀνῄει, τοσούτῳ μᾶλλον ἐκρύπτετο, οὐκ ἀρκούσης τῆς ἀσθενείας τῶν ὀφθαλμῶν παρακολουθῆσαι τῷ μήκει τοῦ διαστήματος. διὰ τοῦτο παρεστήκεισαν οἱ ἄγγελοι, διδάσκοντες τὴν εἰς τὸν οὐρανὸν ἄνοδον, ἵνα μὴ νομίσωσιν ὅτι εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέβη ὡς Ἠλίας, ἀλλ' ὅτι εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέβη· διὰ τοῦτό φησιν, ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανόν. οὐδὲ γὰρ ἂν ἁπλῶς τοῦτο προσετέθηκεν. Ἠλίας μὲν οὖν ὡς εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνελήφθη, δοῦλος γὰρ ἦν· ὁ δὲ Ἰησοῦς εἰς τὸν οὐρανόν, δεσπότης γὰρ ἦν· ἐκεῖνος ἐν ἅρματι πυρίνῳ, οὗτος ἐν νεφέλῃ. ὅτε μὲν γὰρ τὸν δοῦλον ἔδει κληθῆναι, ἅρμα ἐπέμπετο· ὅταν δὲ τὸν υἱόν, θρόνος βασιλικός· καὶ οὐχὶ ἁπλῶς βασιλικὸς θρόνος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ πατρικός. καὶ γὰρ περὶ τοῦ πατρός φησιν ὁ Ἠσαΐας, ἰδοὺ κύριος κάθηται ἐπὶ νεφέλης κούφης. ἐπεὶ οὖν ὁ πατὴρ ἐπὶ νεφέλης κάθηται, διὰ τοῦτο καὶ τῷ υἱῷ τὴν νεφέλην ἔπεμψε. καὶ ὁ μὲν Ἠλίας ἀνελθὼν ἀφῆκε μηλωτὴν ἐπὶ τὸν Ἐλισσαῖον· ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀναβὰς ἀφῆκε χαρίσματα ἐπὶ τοὺς μαθητάς, οὐχ ἕνα προφήτην ποιοῦντα, ἀλλὰ μυρίους Ἐλισσαίους· μᾶλλον δὲ ἐκείνου πολλῷ μείζους καὶ λαμπροτέρους. διαναστῶμεν τοίνυν, ἀγαπητοί, καὶ πρὸς τὴν ἐπάνοδον ἐκείνην βλέψωμεν. καὶ γὰρ ὁ Παῦλός φησιν, αὐτὸς καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ ὁ κύριος ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου· καὶ ἡμεῖς οἱ ζῶντες, οἱ περιλειπόμενοι, ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ κυρίου εἰς ἀέρα, ἀλλ' οὐ πάντες. ὅτι γὰρ οὐ πάντες ἁρπαγησόμεθα, ἀλλ' οἱ μὲν μένουσιν, οἱ δὲ ἁρπαγήσονται, ἄκουσον τί φησιν ὁ Χριστός· τότε εὑρεθήσονται δύο ἐν τῷ μύλωνι ἀλήθουσαι· μία παραλαμβάνεται, καὶ μία ἀφίεται· καὶ δύο ἔσονται ἐπὶ κλίνης μιᾶς· εἷς παραλαμβάνεται, καὶ εἷς ἀφίεται. τί βούλεται τὸ αἴνιγμα τοῦτο; τί βούλεται τὸ μυστήριον τοῦτο τὸ ἀπόρρητον; διὰ τοῦ μύλου, τοὺς ἐν πενίᾳ ζῶντας καὶ ταλαιπωρίᾳ πάντας ἡμῖν ἐδήλωσε· διὰ δὲ τῆς κλίνης καὶ τῆς ἀναπαύσεως, τοὺς ἐν πλούτῳ καὶ τιμῇ πάντας ᾐνίξατο. καὶ βουλόμενος δεῖξαι ὅτι καὶ ἀπὸ πενήτων σώζονται καὶ ἀπόλλυνται, εἶπεν, ὅτι καὶ τῶν ἐν τῷ μύλωνι μία παραλαμβάνεται, καὶ μία ἀφίεται· καὶ τῶν ἐν τῇ κλίνῃ εἷς παραλαμβάνεται, καὶ εἷς ἀφίεται· δηλῶν ὅτι οἱ μὲν ἁμαρτωλοὶ ἀφίενται ἐνταῦθα καὶ μένουσι τὴν τιμωρίαν· οἱ δὲ δίκαιοι ἁρπάζονται εἰς τὰς νεφέλας. καθάπερ γὰρ βασιλέως εἰς πόλιν εἰσελαύνοντος, οἱ μὲν ἐν ἀξιώμασι καὶ ἀρχαῖς, καὶ πολλὴν πρὸς αὐτὸν παρρησίαν ἔχοντες, πρὸ τῆς πόλεως ἐξελθόντες ἀπαντῶσιν, οἱ δὲ κατάδικοι καὶ οἱ κατακεκριμένοι ἔνδον φυλάττονται τὴν ψῆφον τὴν παρὰ τοῦ βασιλέως ἀναμένοντες· οὕτω καὶ ὅταν ὁ κύριος παραγένηται, οἱ μὲν παρρησίαν ἔχοντες εἰς μέσον αὐτῷ ἀπαντῶσι τὸν ἀέρα, οἱ δὲ κατάδικοι καὶ πολλὰ ἑαυτοῖς συνειδότες ἁμαρτήματα ἐνταῦθα ἀναμένουσι τὸν δικαστήν. τότε καὶ ἡμεῖς ἁρπαγησόμεθα· οὐκ

A erat, neque sufficiebat vis nostri aspectus, ut corpus ad cælos usque assumi prospiceret. Sed sicut avis in sublime volitans, quanto magis in altum ascenderit, tanto amplius a nostro aspectu subtrahitur: ita & corpus illud, quanto altius evehebatur, tanto magis abscondebatur; cum non posset oculorum infirmitas intervalli longitudinem assequi. Propterea adstiterunt Angeli, qui docerent ascensionem in cælum, ne arbitrarentur eum in cælum ascendisse instar Heliæ: sed quod vere in cælum ascenderit, ob id ait: *qui assumtus* (Differentia inter Ascensionem Eliæ, & Christi Salvatoris.)

B *est a vobis in cælum.* Neque enim hoc simpliciter adjectum est. Quinimo Helias tamquam in cælum assumtus est: servus enim erat: Jesus autem in cælum, quia Dominus erat: ille in curru igneo, hic in nube. Nam quando servum vocari oportebat, currus mittebatur; quando autem filium, thronus regalis, neque simpliciter thronus regalis, sed ipsemet paternus. Etenim de Patre ait Hesaias: *Ecce Dominus sedet super nubem levem.* (Hesai. 19. 1.) Quia ergo Pater in nube sedet, ideo & filio nubem misit. Atque Helias quidem ascendens, ovinam pellem super Elisæum dimisit: Jesus

C autem ascendens, gratiarum dona in discipulos demisit, non unum Prophetam facientia, sed infinitos Elisæos, atque adeo illo multo majores & illustriores. Exsurgamus igitur, dilectissimi, & ad reditum illum oculos mentis dirigamus. Etenim Paulus ait: *Ipse descendet de cælis, in jussu, in voce Archangeli: & nos qui vivimus, & residui sumus, obviam rapiemur in nubibus, in occursum Domini in aëra*, at non omnes. (1. Thess. 4. 16.) Quod autem non omnes rapiemur: sed alii permansuri sint, alii vero rapiendi, audi quid dicat Christus, *Tunc invenientur duæ molentes in mola, una assumetur, & una* (Matth. 24. 41.)

D *relinquetur: duo in lecto uno erunt, unus assumetur, & unus relinquetur.* Quid sibi vult ænigma istud? quid denotat mysterium hoc reconditum? Per molam omnes in paupertate & miseria viventes nobis demonstrat: per lectum autem ac requiem, cunctos divitiis affluentes, & honoribus conspicuos innuit: volensque ostendere etiam ex pauperibus salvandos fore atque perdendos, dixit quod in mola, una assumetur, & una relinquetur: & eorum qui in lecto erunt, unus assumetur, & unus relinquetur: declarare volens, quod peccatores quidem hic relinquantur, supplicium exspectantes: justi autem in nubes rapian-

E tur. Sicut enim Rege aliquo in civitatem introeunte, alii quidem in dignitatibus atque honoribus constituti, & qui plurimum gratia apud illum valent, extra civitatem ei progrediuntur obviam: rei autem & criminibus obnoxii, intus servantur, sententiam a Rege exspectantes: ita etiam quando Dominus advenerit, alii quidem qui fiduciam habent, in medium ei occurrent aërem: damnati vero, & qui multorum sibi conscii fuerint peccatorum, hic præstolabuntur judicem. Tunc & nos rapiemur:

non equidem meipsum in numerum ac calculum rapiendorum referens dixi, *nos*: non equidem ita sum expers sensus ac rationis; ut propria ignorem peccata. Et nisi jam metuerem conturbare lætitiam præsentis festivitatis, flerem sane amarissime istius dicti memor, & mea peccata in memoriam revocans. Cum autem præsentis festi lætitiam confundere nolim, hic sermonem finiam, vigentem ac recentem vobis illius diei memoriam relinquens, ne glorietur dives in divitiis suis, neque pauper seipsum miserum reputet in paupertate sua, sed quisque prout sibi conscius fuerit, vel hoc, vel illud faciat. Neque enim dives felix, neque pauper miserabilis: sed beatus, imo beatissimus, qui raptu illo in nubibus habitus fuerit dignus, licet omnium fuerit pauperrimus: quemadmodum vicissim qui exciderit, miser, imo miserrimus, quamvis omnium sit ditissimus. Propterea dico, ut qui peccatis obnoxii sumus, lugeamus nos ipsos: at qui bonis operibus clarent, confidant; imo non solum confidant, sed & confirmentur: neque illi lugeant solum, sed & mutentur ac convertantur. Licet enim & ei, qui male vitam ducit, improba postposita vita, ad virtutem transire, iisque qui a principio bene vixerunt, similem fieri, quod & nos studeamus. Et qui bonæ sibi conscii fuerint vitæ, in pietate perseverent, bonam hanc possessionem semper augentes, & priori fiduciæ aliquid continuo addentes. Qui autem diffidentes sumus ac timidi, multorumque nobis peccatorum conscii, mutemur in melius; ut ad illorum quoque fiduciam pertingentes, pariter cuncti atque unanimes cum debita gloria Angelorum Regem suscipiamus, beataque illa lætitia perfruamur in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria & imperium cum Patre & sancto Spiritu, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, amen.

Chrysostomi humilitas.

A ἐμαυτὸν ἀριθμῶν εἰς τὴν ψῆφον τῶν ἁρπαζομένων εἶπον, ἡμεῖς· οὐχ οὕτως ἀναίσθητός εἰμι καὶ ἀγνώμων, ὡς ἀγνοεῖν τὰ οἰκεῖα ἁμαρτήματα. εἰ γὰρ μὴ συνταράξαι ἐφοβούμην τὴν ἡδονὴν τῆς παρούσης ἑορτῆς, κἂν ἐδάκρυσα πικρὸν ταύτης ἀναμνησθεὶς τῆς φωνῆς, ἐπειδὴ καὶ τῶν οἰκείων ἁμαρτιῶν ἐμνήσθην. ἐπειδὴ δὲ οὐ βούλομαι συγχεῖν τῆς παρούσης ἑορτῆς τὴν εὐφροσύνην, ἐνταῦθα καταλύσω τὸν λόγον, ἀκμάζουσαν ὑμῖν τῆς ἡμέρας ἐκείνης τὴν μνήμην ἐπαφείς· ἵνα μήτε ὁ πλούσιος ἐπὶ τῷ πλούτῳ χαίρῃ, μήτε ὁ πένης ἐπὶ τῇ πενίᾳ ταλανίζῃ ἑαυτόν· ἀλλ᾽ ἕκαστος, ἀφ᾽ ὧν ἑαυτῷ σύνοιδεν, ἢ τοῦτο ἢ ἐκεῖνο ποιῇ. οὔτε γὰρ ὁ πλούσιος μακάριος, οὔτε ὁ πένης ἐλεεινός· ἀλλ᾽ ὃς ἐὰν τῆς ἁρπαγῆς ἐκείνης καταξιωθῇ τῆς ἐν νεφέλαις, μακάριος καὶ τρισμακάριος, κἂν B ἁπάντων πενέστατος ᾖ· ὥσπερ οὖν ὁ ἐκπεσὼν, ἐλεεινὸς καὶ τρισάθλιος, κἂν ἁπάντων εὐπορώτατος ᾖ. διὰ τοῦτο λέγω, ἵνα οἱ μὲν ἐν ἁμαρτήμασιν ὄντες, θρηνῶμεν ἑαυτούς· οἱ δὲ ἐν κατορθώμασι ζῶντες, θαῤῥείτωσαν ἅπαντες· μᾶλλον δὲ, μὴ θαῤῥείτωσαν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀσφαλιζέσθωσαν· μήτε ἐκεῖνοι θρηνείτωσαν μόνον, ἀλλὰ καὶ μεταβαλλέσθωσαν. ἔξεστι γὰρ καὶ τὸν ἐν κακίᾳ, μεταστάντα τῆς πονηρίας, πρὸς ἀρετὴν ἐπανελθεῖν, καὶ δυνηθῆναι γενέσθαι τῶν ἐξ ἀρχῆς εὖ βεβιωκότων ἴσον· ὅπερ καὶ ἡμεῖς σπουδάσωμεν· καὶ οἱ μὲν ἀρε- C τὴν ἑαυτοῖς συνειδότες, μενέτωσαν ἐπὶ τῆς εὐσεβείας, αὔξοντες ἀεὶ τοῦτο τὸ καλὸν κτῆμα, καὶ τῇ παῤῥησίᾳ προστιθέντες τῇ προτέρᾳ· οἱ δὲ ἀπαῤῥησίαστοι, καὶ συνειδότες ἑαυτοῖς ἁμαρτήματα πολλὰ, μεταβαλλώμεθα· ἵνα καὶ πρὸς τὴν ἐκείνων παῤῥησίαν φθάσαντες, κοινῇ πάντες καὶ ὁμοθυμαδὸν μετὰ τῆς ὀφειλομένης δόξης τὸν τῶν ἀγγέλων ὑποδεξώμεθα βασιλέα, καὶ τῆς μακαρίας εὐφροσύνης ἀπολαύσωμεν ἐκείνης ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, ἅμα τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

MONITUM

AD DUAS SEQUENTES IN PENTECOSTEN HOMILIAS.

IN *Homilia quinta de Anna Samuelis matre, queritur initio Chysostomus, se præcedenti concione die Pentecostes habita frustra monuisse, non diebus solum festis, sed etiam aliis per annum, Ecclesiam esse frequentandam: ea vero de re multa verba facit Chrysostomus initio prioris in Pentecosten Homiliæ, unde statim videatur hinc temporis calculum peti posse. Verum huic opinioni reclamant ea, quæ mox subjicit Chrysostomus in Homilia illa de Anna.* In hoc enim, *inquit*, vobis commemoravimus filium illum paternarum facultatum absumtorem, tandem ad paternam domum postliminio reversum, universamque ejus miseriam, famem, dedecus, opprobria, & quidquid apud exteros pertulit, adduximus in medium, ut hoc exemplo ad sobrietatem vos redigeremus. *Hæc tam multa se retulisse dicit in illa, quam memorat, de Pentecoste Homilia: quorum ne γρῦ quidem in hac occurrit. Quamobrem hæc ad aliam pertinere Homiliam nemo negaverit. Neque id mirum est: tam frequenter enim conqueritur Chrysostomus de paucitate convenientium in Ecclesiam, ut facile potuerit, duodecim annorum, quibus Antiochiæ concionatus est spatio, in solemnitatibus Pentecostes eamdem querimoniam pluries repetere.*

Non

Non parva autem oritur difficultas ex enumeratione insigniorum festivitatum, quas sub initium hujus concionis commemorat: ibi namque prima, πρώτη *dicitur esse Epiphaniæ festivitas; secunda Paschatis; tertia Pentecostes. Quæritur vero cur Natalis Christi solemnitatem omittat Chrysostomus, & cur Epiphania prima ponatur. Cum enim certum exploratumque sit diem Natalem Christi tempore Chrysostomi Antiochiæ celebratam fuisse die 25. Decembris, & Epiphaniam sextâ Januarii, certe debuit ille dies Natalis in recensione memorari; imo primas tenere; nam cum Antiocheni annum inchoarent, ut creditur, mense Septembri, quæ prior occurrebat ex maximis festivitatibus erat dies Natalis Domini. Respondent alii utramque fortasse festivitatem, Natalis videlicet & Epiphaniæ, uno Epiphaniæ nomine comprehendi: vel nomen Epiphaniæ utrique commune fuisse. Verum non placet hæc solutio. Siquidem hasce duas festivitates tam aperte re nomineque distinguit Chrysostomus supra, Homiliis in Natalem & in Epiphaniam, ut verisimile non sit, eas hic voluisse uno comprehendere nomine. Annon fortasse verisimilius dicatur, quia festum Natalis Christi a paucissimis annis Antiochiæ celebrabatur die 25. Decembris, cum antea una Epiphaniæ solemnitas, die sexta Januarii, & Natali Christi, & Magorum adorationi, & Christi Baptismo deputata esset; hic secundum veterem solemnitates numerandi consuetudinem, a Chrysostomo Epiphaniam memorari, diemque Natalem taceri? Hic nimirum receptus ab ævo recensendi mos fuisse videtur apud Antiochenos, ut tres insigniores solemnitates dicerent, Epiphaniam, Pascha, & Pentecosten: Natalem vero Domini diem, quia nuper inductus fuerat, in hoc numero nondum ponerent, sed perinde tacerent ut tacebant Ascensionem Domini, quam item tacet Chrysostomus.*

Secunda de Pentecoste Homilia nullam omnino præfert temporis notam. In hac porro Pentecosten vocat Metropolin Festorum, *quia videlicet, ut ibidem adjicit, fructum illa Dominicæ promissionis affert. Non pauca contra Pneumatomachos disserit, qui Spiritus Sancti majestatem & numen impetebant: ac postquam de fructibus Sancti Spiritus multa protulit, sic concionem claudit.*

Utriusque Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

---

[a] ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΓΙΑΝ ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΗΝ,

a καὶ διὰ τί σημεῖα νῦν οὐ γίνεται, καὶ ὅτι τὰ πραττόμενα καὶ λεγόμενα παρ' ἡμῶν ἀναγράφεται.

ΟΜΙΛΙΑ α'.

ΠΑΛΙΝ ἑορτὴ, καὶ πάλιν πανήγυρις, καὶ πάλιν ἡ ἐκκλησία τῷ πλήθει τῶν τέκνων κομᾷ, A
b ἡ πολύτεκνος αὕτη καὶ φιλότεκνος. ἀλλὰ τί τῆς [b] φιλοτεκνίας ὄφελος, ὅταν ἑορταῖς μόνον, ἀλλὰ μὴ διηνεκῶς βλέπῃ τὰ ποθούμενα πρόσωπα τῶν παιδίων· ὥσπερ ἂν εἴ τις ἱμάτιον ἔχων καλὸν μὴ συγχωροῖτο αὐτῷ
c [c] χρῆσθαι διηνεκῶς; ἱμάτιον γὰρ τῆς ἐκκλησίας τῶν παραγινομένων τὸ πλῆθός ἐστι, καθάπερ καὶ ὁ προφήτης φησὶν ἄνωθεν πρὸς τὴν ἐκκλησίαν λέγων· πάντας αὐτοὺς περιθήσεις ὡς κόσμον νυμφίου, καὶ ὡς στολὴν νύμφης. καθάπερ οὖν γυνή τις σώφρων καὶ ἐλευθέρα κατεσταλμένον μέχρι τῶν σφυρῶν ἔχουσα τὸν χιτωνίσκον B
εὐπρεπεστέρα φαίνεται καὶ βελτίων· οὕτω καὶ ἡ ἐκκλησία φαιδροτέρα σήμερον δείκνυται τὰ πλήθη τῶν ὑμετέρων σωμάτων περιβαλλομένη, καὶ κατεσταλμένον ἔχουσα τὸ ἱμάτιον. οὐδὲν γὰρ αὐτῆς σήμερον μέρος γυμνόν ἐστιν ἰδεῖν, καθάπερ ἐν ταῖς ἔμπροσθεν ἡμέραις· ἀλλὰ τῆς γυμνώσεως ἐκείνης αἴτιοι οἱ παραγινόμενοι σήμερον μόνον, οἱ μὴ ἀεὶ τὴν μητέρα περιστέλλοντες. ὅτι δὲ οὐ μικρὸς κίνδυνος γυμνὴν τὴν μητέρα περιορᾷν, ἀναμνησθῶμεν παλαιᾶς ἱστορίας· ἀναμνησθῶμεν τοῦ γυμνὸν

DE SANCTA PENTECOSTE,

& cur jam non fiant miracula, quodque ea, quæ geruntur, ac dicuntur a nobis, perscribantur.

HOMILIA I.

1. RURSUS festivitas, rursusque festus conventus, ac rursus Ecclesia filiorum multitudine gloriatur, hæc multorum liberorum parens, eademque filiorum amans. Sed quid prodest amor filiorum, quandoquidem in festis solum, non perpetuo, dilectos filiorum vultus intuetur, non secus ac si quis pulcram vestem habeat, nec ei semper illa uti permittatur? Est enim Ecclesiæ vestis adstantium multitudo, sicut & ait Propheta sic olim Ecclesiam alloquutus, *Omnes istos circumdabis tibi ut ornamentum sponsi, & ut stolam sponsæ.* Hesai. 49. 18. Ut igitur honesta quædam & ingenua mulier, cui tunica sit recte composita & ad talos usque demissa, multo apparet elegantior ac præstantior: sic etiam Ecclesia multo splendidior hodie redditur, dum corporum vestrorum obtegitur multitudine, ac recte composita veste amicitur. Nulla enim pars ejus hodie nuda sicut superioribus diebus cerni potest: sed illius nudationis auctores fuerunt ii, qui hodie tantum adfuerunt, qui non perpetuo matrem obtegunt. Cæterum non mediocriter periculosum esse nudam matrem negligere probe intelligemus, si veteris historiæ recordemur; si illius qui

[a] Collata cum Codd. Regg. 2027. 2424. & Colbert. 1711. 2443. qui pauca exhibent Lectionum discrimina.

[b] Colb. πολυτεκνίας.
[c] Unus Colb. χρήσασθαι.

parentem nudum vidit, recordemur, & visionis illius pœnas dedit: tametsi non ille quidem patrem nudum reddidit, sed vidit solum patrem, cum nudus esset, & ne sic quidem supplicium effugit, quia vidit solum: at qui adsunt hodie, & antea non adfuerunt, non nudam matrem cernunt, sed nudam ipsam efficiunt. Quod si is qui nudationis spectator fuit, supplicium non evitavit; qui nudationis sunt auctores, quam tandem veniam merebuntur? Hæc vero dico non ut eos percellam, sed ut pœnam effugiamus, ut maledictionem Cham effugiamus, ut Sem & Japheth benevolentiam imitemur, ac matrem nos quoque nostram semper obtegamus. Judaici sensus est ter in anno tantum apparere Deo: ad illos dictum est: *Ter in anno apparebis Domino Deo tuo*: nos autem semper sibi vult Deus apparere. Enimvero locorum etiam intervalla efficiebant, ut tot solummodo conventus illi agerent, quod uno tum loco Dei cultus conclusus esset: propterea raro admodum congregari poterant & adesse: nam Jerosolymis adorare necesse fuit, alibi nequaquam: idcirco præcepit ut ter in anno Deo apparerent, & excusabat eos itineris intervallum; nos vero nullum excusationis genus teget. Atque illi quidem ubique locorum dispersi erant. *Erant* enim, inquit, *in Jerusalem habitantes Judæi viri religiosi ex omni natione, quæ sub cælo est*: nos vero civitatem unam habitamus omnes, intra eadem mœnia considemus, ac sæpenumero ne uno quidem angiportu ab Ecclesia distinguimur, & perinde ac si longa maria nos dirimerent, adeo raro conventus istos celebramus. Atque illis quidem, tribus solum temporibus, ut festum agerent, imperavit; nobis autem ut semper id præstemus imperavit: semper enim nobis est festivitas. Ut igitur intelligatis festivitatem nobis semper esse, festivitatum dicam occasiones, & diebus singulis festum esse cognoscetis. Itaque prima festivitas apud nos sunt Epiphania: quæ porro festi est occasio? quoniam Deus *in terris visus est & cum hominibus conversatus est*: quandoquidem unigenitus Dei filius Deus nobiscum fuit: at hoc est semper: *Ecce* enim, inquit, *vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*; ideo singulis diebus Epiphania possumus celebrare. Quid sibi vult festum Paschæ, & quænam illius est occasio? mortem Domini tum annunciamus, & hoc est Pascha: sed ne hoc quidem tempore definito agimus. Cum enim vellet nos Paulus a temporum necessitate liberare, atque ostendens posse nos semper Pascha celebrare: *Quotiescumque* enim, inquit, *manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis*. Quando igitur semper Domini mortem possumus annunciare, Pascha semper possumus celebrare. Vultis nosse festivitatem hanc etiam hodiernam singulis diebus impleri posse, imo vero singulis diebus esse? videamus,

Gen. 9. 21. — *Exod. 23. 17.* — *Act. 2. 5.* — Semper festa possumus celebrare. — *Baruch. 3. 38.* — *Matth. 28. 20.* — *1. Cor. 11. 25.*

A ἰδόντος τὸν πατέρα, καὶ δόντος κόλασιν τῆς ὄψεως ἐκείνης. καίτοιγε ἐκεῖνος οὐκ ἐποίησε γυμνὸν τὸν πατέρα· ἀλλ' ἴδε μόνον γυμνὸν ὄντα τὸν πατέρα, καὶ οὐδὲ οὕτως ἀπηλλάγη τιμωρίας, ἐπειδὴ ἴδε μόνον· οἱ δὲ σήμερον παραγινόμενοι, καὶ πρὸ τούτου μὴ παραγινόμενοι, οὐχ ὁρῶσι γυμνὴν τὴν μητέρα, ἀλλὰ γυμνὴν ποιοῦσιν αὐτήν. εἰ δὲ ὁ γύμνωσιν ἰδὼν οὐκ ἐξέφυγε τιμωρίαν· οἱ γύμνωσιν ποιοῦντες ποίας ἂν εἶεν συγγνώμης ἄξιοι; ταῦτα οὐχὶ πλῆξαι βουλόμενος λέγω· ἀλλ' ἵνα φύγωμεν τὴν τιμωρίαν· ἵνα φύγωμεν τὴν κατάραν τοῦ Χάμ· ἵνα μιμησώμεθα τὴν εὔνοιαν τοῦ Σὴμ καὶ τοῦ Ἰάφεθ, καὶ περιστέλλωμεν καὶ ἡμεῖς ἀεὶ τὴν μητέρα B τὴν ἡμετέραν. Ἰουδαϊκοῦ φρονήματός ἐστι τρὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ φαίνεσθαι μόνον τῷ θεῷ· πρὸς ἐκείνους εἴρηται· τρὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ ὀφθήσῃ κυρίῳ τῷ θεῷ σου· ἡμᾶς δὲ διαπαντὸς βούλεται ὁ θεὸς φαίνεσθαι αὐτῷ. καὶ ἐκείνοις δὲ τῶν τόπων τὰ διαστήματα τοσαύτας ἐποίησε μόνας γίνεσθαι τὰς συνόδους· εἰς γὰρ τόπον ἕνα συνεκέκλειστο ἡ λατρεία τότε· διὰ τοῦτο καὶ τῆς συλλογῆς καὶ τῆς παρουσίας αὐτῶν εὐαρίθμητοι ἦσαν οἱ καιροί· εἰς γὰρ τὰ Ἱεροσόλυμα ἀνάγκη προσκυνεῖν ἦν· ἀλλαχοῦ δὲ οὐδαμοῦ. διὰ τοῦτο ἐκέλευσε τρὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ φαίνεσθαι τῷ θεῷ· καὶ ἀπελογεῖτο ὑπὲρ αὐτῶν τῆς ὁδοῦ τὸ διάστημα· ὑπὲρ δὲ ἡμῶν οὐδεὶς ἀπολογήσεται τρόπος. καὶ ἐκεῖνοι μὲν πανταχοῦ τῆς γῆς διεσπαρμένοι ἦσαν. C ἦσαν γάρ, φησὶν, ἐν Ἱεροσολύμοις κατοικοῦντες Ἰουδαῖοι ἄνδρες εὐλαβεῖς ἀπὸ παντὸς ἔθνους τοῦ ὑπὸ τὸν οὐρανόν. ἡμεῖς δὲ μίαν πόλιν οἰκοῦμεν ἅπαντες, ὑπὸ τοῖς αὐτοῖς τείχεσι καθήμεθα, καὶ πολλάκις οὐδὲ ἑνὶ στενωπῷ διειργόμεθα τῆς ἐκκλησίας, καὶ καθάπερ οἱ μακροῖς πελάγεσι διεστῶτες, οὕτως ὀλιγάκις πρὸς τὴν ἱερὰν ταύτην ἀπαντῶμεν σύνοδον. καὶ ἐκείνοις μὲν τρεῖς μόνους ἐκέλευσε καιροὺς ἑορτάζειν· ἡμᾶς δὲ ἀεὶ τοῦτο ποιεῖν ἐκέλευσεν· ἀεὶ γὰρ ἡμῖν ἐστιν ἑορτή. καὶ ἵνα μάθητε ὅτι ἀεὶ ἑορτή, λέγω τῶν ἑορτῶν τὰς ὑποθέσεις, D καὶ εἴσεσθε, ὅτι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἑορτή ἐστι. [a] τοίνυν παρ' ἡμῖν ἑορτὴ πρώτη τὰ ἐπιφάνια. τίς οὖν ὑπόθεσις τῆς ἑορτῆς; ἐπειδὴ θεὸς ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη· ἐπειδὴ ὁ θεὸς ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ παῖς μεθ' ἡμῶν ἦν· ἀλλὰ τοῦτο ἀεί ἐστιν. ἰδοὺ γάρ, φησι, μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος· διὸ πάσας τὰς ἡμέρας τὰ ἐπιφάνια δυνατὸν τελεῖν. τὸ πάσχα ἡ ἑορτὴ τί βούλεται; τίς ἡ ὑπόθεσις αὐτῆς; τὸν θάνατον τοῦ κυρίου καταγγέλλομεν τότε· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ πάσχα· ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο καιρῷ ὡρισμένῳ ποιοῦμεν. βουλόμενος γὰρ ἡμᾶς E ἀπαλλάξαι ὁ Παῦλος τῆς τῶν καιρῶν ἀνάγκης, καὶ δεικνὺς ὅτι δυνατὸν ἀεὶ πάσχα ἐπιτελεῖν· ὁσάκις γὰρ ἂν ἐσθίητε, φησι, τοῦτον τὸν ἄρτον, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο πίνητε, τὸν θάνατον τοῦ κυρίου καταγγέλλετε. ἐπεὶ οὖν ἀεὶ δυνάμεθα τὸν θάνατον τοῦ κυρίου καταγγέλλειν, ἀεὶ πάσχα δυνάμεθα ἐπιτελεῖν. βούλεσθε μαθεῖν, ὅτι καὶ αὕτη ἡ σήμερον ἑορτὴ δύναται καθ' ἑκάστην πληροῦσθαι, μᾶλλον δὲ καθ' ἑκάστην ἐστίν; ἴδωμεν τίς ἡ

[a] Τοίνυν παρ' ἡμῖν ἑορτὴ πρώτη τὰ ἐπιφάνια. Vide quæ hac de re diximus in Monito.

ὑπόθεσις τῆς παρούσης ἑορτῆς, καὶ τίνος ἕνεκεν αὐτὴν ἄγομεν. ὅτι τὸ πνεῦμα πρὸς ἡμᾶς ἦλθε· καθάπερ γὰρ ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ μετὰ τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ τῶν πιστῶν· οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ. πόθεν δῆλον; ὁ ἀγαπῶν με, φησι, τὰς ἐντολάς μου τηρήσει, καὶ ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν πατέρα μου, καὶ ἄλλον παράκλητον δώσει ὑμῖν, ἵνα μένῃ μεθ' ὑμῶν εἰς τὸν αἰῶνα, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας. ὥσπερ οὖν ὁ Χριστὸς εἶπε περὶ ἑαυτοῦ, ὅτι ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, καὶ δυνάμεθα ἀεὶ τὰ ἐπιφάνια ἐπιτελεῖν· οὕτω καὶ περὶ τοῦ πνεύματος εἶπεν, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα μεθ' ὑμῶν ἐστι, καὶ δυνάμεθα ἀεὶ πεντηκοστὴν ἐπιτελεῖν.

Καὶ ἵνα μάθητε, ὅτι ἔξεστιν ἡμῖν ἀεὶ ἑορτάζειν, καὶ οὐκ ἔστι καιρὸς ὡρισμένος, οὐδὲ ἀνάγκῃ χρόνου συγκεκλείσμεθα· ἀκούσατε τοῦ Παύλου τί φησιν· ὥστε ἑορτάζωμεν. καίτοι οὐκ ἦν τότε ἑορτὴ, ὅτε ταῦτα ἔγραφεν· οὐκ ἦν πάσχα, οὐκ ἦν ἐπιφάνια, οὐκ ἦν πεντηκοστή· ἀλλὰ δεικνὺς, ὅτι οὐ καιρὸς ποιεῖ ἑορτὴν, ἀλλὰ συνειδὸς καθαρόν· ἑορτὴ γὰρ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἀλλ' ἢ εὐφροσύνη· εὐφροσύνην δὲ πνευματικὴν καὶ νοερὰν οὐδὲν ἄλλο ποιεῖ, ἀλλ' ἢ συνειδὸς πράξεων ἀγαθῶν· ὁ δὲ συνειδὸς ἔχων ἀγαθὸν καὶ πράξεις τοιαύτας, ἀεὶ ἑορτάζειν δύναται. τοῦτο οὖν αὐτὸ δεικνὺς ὁ Παῦλος ἔλεγεν· ὥστε ἑορτάζωμεν μὴ ἐν ζύμῃ παλαιᾷ, μηδὲ ἐν ζύμῃ κακίας καὶ πονηρίας, ἀλλ' ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας. ὁρᾷς πῶς οὐ καιρῶν σε κατέδησεν ἀνάγκῃ, ἀλλὰ συνειδὸς καθαρὸν ἔχειν παρεκελεύσατο; ἐβουλόμην πᾶσαν τὴν διάλεξιν εἰς τοῦτο καταναλῶσαι· οἱ γὰρ διὰ χρόνου τινὰς λαβόντες εἰς τὰς χεῖρας τὰς ἑαυτῶν οὐκ εὐκόλως αὐτοὺς ἀφιᾶσιν· ἐπεὶ οὖν καὶ ὑμᾶς ἡμεῖς τοὺς δι' ἐνιαυτοῦ παραγινομένους ἔσω τῶν δικτύων ἐλάβομεν τῶν ἡμετέρων, οὐ βουλόμεθα ἀφεῖναι τήμερον· ἀλλ' ἵνα μὴ κενοὶ τῶν περὶ τῆς ἑορτῆς ἀναχωρήσητε λόγων, ἀπὸ τῆς παραινέσεως ταύτης ἐπὶ τὴν ὑπόθεσιν τῆς ἑορτῆς ἀναγαγεῖν χρὴ [a] τὴν διάλεξιν. πολλὰ μὲν οὖν πολλάκις ἐξ οὐρανοῦ κατῆλθεν εἰς τὴν γῆν ἀγαθὰ τῷ κοινῷ τῶν ἀνθρώπων γένει· οἷα δὲ σήμερον, οὐδέποτε κατηνέχθη πρὸ τούτου. μάθετε γοῦν οἷα τὰ πρότερα, οἷα τὰ σήμερον· ἵνα καὶ ἑκατέρων ἴδητε τὴν διαφοράν. ἔβρεξεν ὁ θεὸς μάννα ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἄρτον οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς· ἄρτον γὰρ ἀγγέλων ἔφαγεν ἄνθρωπος· μέγα ὄντως καὶ τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας ἄξιον. μετ' ἐκεῖνο κατηνέχθη πῦρ, καὶ πλανώμενον τὸν Ἰουδαϊκὸν δῆμον διώρθωσε, καὶ ἥρπασε τὴν θυσίαν ἀπὸ τοῦ βωμοῦ· κατηνέχθη πάλιν ὑετὸς λιμῷ τηκομένων ἁπάντων, καὶ πολλὴν τὴν εὐετηρίαν εἰργάσατο. μεγάλα ταῦτα καὶ θαυμαστά· ἀλλὰ τὰ παρόντα πολλῷ μείζονα· οὐ γὰρ μάννα καὶ πῦρ καὶ ὑετὸς κατηνέχθη σήμερον· ἀλλ' ὄμβροι χαρισμάτων πνευματικῶν· νιφάδες ἠνέχθησαν ἄνωθεν· οὐχὶ τὴν γῆν πρὸς καρποφορίαν ἐγείρουσαι· ἀλλὰ τὴν ἀνθρωπίνην πείθουσαι φύσιν τὸν καρπὸν τῆς ἀρετῆς τῷ τῶν ἀνθρώπων ἀποδοῦναι γεωργῷ.

[a] Alii, τὴν διδασκαλίαν.

A quænam illius sit occasio; & cujus rei gratia ipsam agamus. Quia nimirum Spiritus sanctus ad nos venit: nam quemadmodum cum fidelibus est hominibus unigenitus Dei filius, ita quoque spiritus Dei. Unde hoc constat? *Qui diligit me, mandata mea servabit: & ego rogabo Patrem, & alium paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis.* (Joan. 14. 15.) Ut igitur de seipso dixit Christus, *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*, ac semper Epiphania possumus celebrare; ita quoque de Spiritu sancto dixit, Vobiscum est in æternum, semperque possumus Pen-B tecosten celebrare.

2. Atque ut intelligatis nobis semper festum agitare licere, neque determinatum esse tempus, neque nos temporis necessitate coarctari, quid Paulus dicat audite. *Itaque festum agitemus*: (1. Cor. 5. 8.) tametsi non erat festum quando hæc scripsit: non erat Pascha, non erat Epiphania, non erat Pentecoste; sed indicat non tempus, sed conscientiam mundam festum efficere: nihil enim aliud est festum quam lætitia: spiritualem vero lætitiam nihil aliud gignit, quam conscientia bonorum operum: porro is, cui bona sit C conscientia, & talia opera, festum agere semper potest. Hoc igitur ipsum indicans Paulus dicebat: *Itaque festum agitemus, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis & veritatis.* (Ibid.) Vides ut temporum necessitate nequaquam te constrinxerit, sed ad puram habendam conscientiam fuerit cohortatus? Vellem equidem totum in hoc sermonem consumere: qui enim quosdam post longum temporis intervallum in manus sumserint, eos facile non dimittunt: quando igitur vos, qui post annum adestis, intra D retia nostra cepimus, hodie dimittere minime volumus; sed ne sermonis de hoc festo recedatis expertes, ab hac cohortatione ad festivitatis occasionem oratio traducenda est. Multa quidem sæpenumero de cælo in terram generi humano delapsa sunt bona: qualia vero demissa sunt hodierno die, numquam antea. Cognoscite igitur qualia prius, & qualia hodierno die, ut & utrorumque discrimen animadvertatis. Pluit in terram manna Deus, & panem cæli dedit eis: Panem enim Angelorum manducavit homo; (Psal. 77. 24.) res proculdubio magna E est, Deique digna benignitate: postea de cælo demissus est ignis, & Judaïcum populum errantem correxit, ac sacrificium abripuit ab altari. (3. Reg. 18. 38.) Omnibus rursus fame tabescentibus demissa est pluvia, multamque frugum attulit ubertatem. Magna sunt hæc & admirabilia, sed multo majora sunt præsentia: non manna, ignis, & pluvia demissa est hodie, sed imber spiritualium donorum: nimbi desuper sunt dejecti, quibus non jam ad fruges proferendas tellus excitatur; sed naturæ persuadetur humanæ, ut virtutis fructum hominum agricolæ reddat.

Quique guttam inde exceperant, naturæ suæ confestim obliviscebantur, & Angelis omnis terra subito replebatur, Angelis non cælestibus, sed qui humano in corpore potestatum incorporearum virtutem exhiberent. Non enim illi deorsum descenderunt, sed quod mirabilius fuit, qui deorsum erant, ad illorum virtutem ascenderunt: non enim carne deposita nudis animabus incedebant, sed naturam retinentes animi proposito Angeli fiebant. Atque ut intelligas, ne priorem quidem illam pœnam fuisse pœnam,
Gen. 3. 19. quando dixit, *Terra es, & in terram reverteris*, propterea manere te permisit in terra, ut amplius potentia spiritus ostenderetur, quæ talia per terrenum corpus perficeret. Nam videre erat luteam linguam dæmonibus imperantem: videre erat luteam manum morbos sanantem: imo vero non manum tantum luteam videre erat; sed quod multo mirabilius erat, luteorum corporum umbras & mortem, & incorporeas potestates, dæmones inquam superantes. Nam quemadmodum apparente sole, tenebræ discutiuntur, feræ latibula sua ingrediuntur, homicidæ, latrones, & tumulorum prædones ad vertices montium recurrunt: sic apparente vocemque mittente Petro, erroris tenebræ discutiebantur, recedebat diabolus, fugiebant dæmones, corporum morbi tollebantur, animarum ægritudines sanabantur, malitia omnis arcebatur, in terras virtus reducebatur. Et quemadmodum regiis ex ærariis, in quibus aurum & lapides preciosi sunt, si quis vel minimum quid efferre potuerit eorum, quæ honorifice sunt recondita, licet unum lapillum tantum, multis opibus auget possessorem: sic ex ore Apostolorum; etenim regia quædam erant æraria illorum ora, in quibus sanationum reconditus inerat thesaurus; vel unumquodque verbum exiens spirituales multas opes pariebat. Tum vere
Psal. 18. 11. licebat intueri desiderabilia esse Domini eloquia super aurum, & lapidem preciosum multum: quod enim aurum non poterat, neque preciosus lapis, hoc Petri verba faciebant. Quot enim auri talenta claudo a nativitate rectum incessum reddere potuissent? sed nunc tollere naturæ defectum
Act. 3. 6. potuit verbum Petri: dixit, *In nomine Jesu Christi surge & ambula*, & sermo factus est opus. Vides ut desiderabilia sint super aurum, & lapidem preciosum multum? vides ut æraria fuerint regia illorum ora? vere medici orbis terrarum fuerunt illi, & agricolæ, & gubernatores: medici quidem, quoniam ægritudines curabant: agricolæ, quoniam verbum religionis seminabant: gubernatores, quoniam erroris procellam
Matt. 10. 8. sedabant. Idcirco nonnumquam dicit, *Euntes infirmos curate*, tamquam medicos alloquens: nonnumquam, Ecce mitto vos metere, quod vos non laborastis, tamquam
Matt. 4. 19. agricolas alloquens: & alibi rursus, *Faciam vos piscatores hominum*, & Petro, *Noli timere, ex hoc jam homines eris capiens*, tamquam

A καὶ οἱ ῥανίδα ἐκεῖθεν δεξάμενοι εὐθέως τῆς φύσεως ἐπελανθάνοντο τῆς ἑαυτῶν, καὶ ἐξαίφνης ἀγγέλων ἐπληροῦτο πᾶσα ἡ γῆ· ἀγγέλων οὐχὶ ἐπουρανίων, ἀλλ' ἐν ἀνθρωπίνῳ σώματι τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων τὴν ἀρετὴν ἐπιδεικνυμένων. οὐ γὰρ ἐκεῖνοι κάτω κατέβησαν, ἀλλ' ὃ θαυμαστότερον ἦν, οἱ κάτω πρὸς τὴν ἀρετὴν ἀνέβησαν τὴν ἐκείνων· οὐ γὰρ τὴν σάρκα ῥίψαντες γυμναῖς ταῖς ψυχαῖς περιήεσαν, ἀλλὰ μένοντες ἐν τῇ φύσει, τῇ προαιρέσει ἄγγελοι ἐγίνοντο. καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι οὐδὲ ἡ προτέρα τιμωρία τιμωρία ἦν, ὅτε εἶπεν, ὅτι γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ, διὰ τοῦτό σε ἀφῆκε μένειν ἐν τῇ γῇ, ἵνα μειζόνως ἡ τοῦ πνεύματος δειχθῇ δύναμις, B διὰ χοϊκοῦ σώματος τοιαῦτα ἐργαζομένη. ἦν γὰρ ἰδεῖν γλῶτταν πηλίνην δαίμοσιν ἐπιτάττουσαν· ἦν ἰδεῖν χεῖρα πηλίνην ἰωμένην νοσήματα· μᾶλλον δὲ οὐ χεῖρα πηλίνην μόνον ἦν ἰδεῖν, ἀλλ' ὃ πολλῷ θαυμαστότερον ἦν, πηλίνων σωμάτων σκιὰς καὶ θανάτου καὶ δυνάμεων ἀσωμάτων περιγινομένας, τῶν δαιμόνων λέγω. καθάπερ γὰρ ἡλίου φανέντος ἐλαύνεται τὸ σκότος, καταδύεται θηρία πρὸς τοὺς οἰκείους φωλεούς, ἀνδροφόνοι καὶ λῃσταὶ καὶ τυμβωρύχοι πρὸς τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων ἀνατρέχουσιν· οὕτω Πέτρου φανέντος καὶ φωνὴν ἀφιέντος, ἠλαύνετο τὸ σκότος τῆς πλάνης· ἀνεχώρει διάβολος· ἐδραπέτευον δαίμονες· C ἀνῄρητο παθήματα σωμάτων· ἐθεραπεύετο νοσήματα ψυχῶν· ἠλαύνετο κακία πᾶσα· ἀρετὴ πρὸς τὴν γῆν ἐπανήγετο. καὶ καθάπερ ἐκ ταμιείων βασιλικῶν ἐχόντων χρυσίον καὶ λίθους τιμίους κἂν μικρόν τις δυνηθῇ ἐξενεγκεῖν τῶν ἀποκειμένων ἐνδόξως, κἂν ἕνα λίθον μόνον, πολὺν ἐργάζεται τὸν πλοῦτον [a] τῷ κατεχομένῳ· οὕτω καὶ ἀπὸ τῶν στομάτων τῶν ἀποστολικῶν· ταμιεῖα γὰρ βασιλικὰ ἦν τὰ στόματα ἐκείνων θησαυρὸν ἰαμάτων ἔχοντα ἀποκείμενον· καὶ ἕκαστον ῥῆμα ἐξιὸν πολὺν εἰργάζετο πλοῦτον πνευματικόν. ἦν τότε ἀληθῶς ἰδεῖν, ὅτι τὰ λόγια κυρίου ἐπιθυμητὰ D ὑπὲρ χρυσίον καὶ λίθον τίμιον πολύν. ἅπερ γὰρ οὐκ ἠδύναντο χρυσὸς, οὐδὲ λίθος τίμιος, τοῦτο ἐποίει τὰ ῥήματα Πέτρου. πόσα γὰρ τάλαντα χρυσίου τὸν χωλὸν ἐκ γενετῆς διορθώσασθαι ἴσχυον; ἀλλὰ τὸ ῥῆμα Πέτρου ἴσχυσε τῆς φύσεως ἀνελεῖν ταύτην τὴν πήρωσιν. εἶπεν, ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔγειραι, καὶ περιπάτει, καὶ ὁ λόγος ἔργον ἐγίνετο. εἶδες πῶς ἐπιθυμητὰ ὑπὲρ χρυσίον, καὶ λίθον τίμιον πολύν; εἶδες πῶς ταμιεῖα βασιλικὰ ἦν ἐκείνων τὰ στόματα; ὄντως ἰατροὶ τῆς οἰκουμένης ἐκεῖνοι, καὶ γεωργοὶ, καὶ κυβερνῆται· ἰατροὶ μὲν, ἐπειδὴ E νοσήματα ἐθεράπευον· γεωργοὶ δὲ, ἐπειδὴ τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας κατέσπειρον· κυβερνῆται δὲ, ἐπειδὴ τὸν κλυδώνιον τῆς πλάνης ἔπαυσαν. διὰ τοῦτο ποτὲ μέν φησι· πορευθέντες ἀσθενοῦντας θεραπεύετε, ὡς πρὸς ἰατροὺς διαλεγόμενος· ποτὲ δὲ, ἰδοὺ ἀποστέλλω ὑμᾶς θερίζειν, ὃ οὐχ ὑμεῖς κεκοπιάκατε, ὡς πρὸς γεωργοὺς διαλεγόμενος· καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ· ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων· καὶ τῷ Πέτρῳ, μὴ φοβοῦ φησιν, ἀπὸ τοῦ νῦν ἀνθρώπους ἔσῃ ζωγρῶν, ὡς πρὸς κυβερνήτας

[a] Unus, τῷ δεχομένῳ.

καὶ ἁλιεῦσιν ὁμιλῶν· καὶ ἦν ἰδεῖν θαύματα ἐπὶ θαύμασι. καὶ γὰρ ἡ φύσις ἡ ἡμετέρα πρὸ δέκα ἡμερῶν εἰς τὸν θρόνον ἀνέβη τὸν βασιλικὸν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατέβη σήμερον πρὸς τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν· ἀνήνεγκεν ὁ κύριος τὴν ἀπαρχὴν τὴν ἡμετέραν, καὶ κατήνεγκε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἕτερος κύριος διανέμων τὰ δῶρα ταῦτα. καὶ γὰρ τὸ πνεῦμα κύριός ἐστι, καὶ διενείμαντο τὴν ὑπὲρ ἡμῶν οἰκονομίαν πατὴρ καὶ υἱὸς καὶ ἅγιον πνεῦμα. οὔπω δέκα ἡμέρας εἶχεν ἀνελθὼν ὁ Χριστὸς, καὶ χαρίσματα ἡμῖν ἔπεμψε πνευματικὰ, δῶρα τῆς καταλλαγῆς ἐκείνης. ἵνα γὰρ μηδεὶς ἀμφιβάλλῃ, καὶ διαπορῇ τί ποτε ἄρα ἂν ἀνελθὼν ὁ Χριστὸς ἐποίησεν· ἆρα κατήλλαξεν τὸν πατέρα; ἆρα ἵλεων αὐτὸν εἰργάσατο; βουλόμενος ἡμῖν δηλῶσαι, ὅτι κατήλλαξεν αὐτὸν τῇ φύσει τῇ ἡμετέρᾳ, τὰ δῶρα τῆς καταλλαγῆς ἔπεμψεν ἡμῖν εὐθέως. τῶν γὰρ ἐχθρῶν ἑνωμένων καὶ καταλλαγέντων ἀλλήλοις, μετὰ τὴν καταλλαγὴν εὐθὺς ἐφέπονται αἵ τε φιλοτησίαι καὶ δεξιώσεις καὶ τὰ χαρίσματα. ἐπέμψαμεν τοίνυν ἡμεῖς πίστιν, καὶ ἐλάβομεν ἐκεῖθεν χαρίσματα· ἐπέμψαμεν ὑπακοὴν, καὶ ἐλάβομεν δικαιοσύνην.

Καὶ ἵνα μάθητε, ὅτι τῆς καταλλαγῆς τοῦ θεοῦ δῶρόν ἐστι τὸ δοθῆναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀπὸ τῶν γραφῶν ὑμᾶς πεῖσαι πειράσομαι, πρότερον ἀπὸ τοῦ ἐναντίου φανερὸν ποιῶν τὸν λόγον, καὶ δεικνὺς ὅτι διαστέλλει τοῦ πνεύματος τὴν χάριν, ἐπειδὰν ἡμῖν ὀργίζηται· ἵνα ὅταν πεισθῇς, ὅτι τῆς ὀργῆς αὐτοῦ τεκμήριον τὸ μὴ εἶναι πνεῦμα ἅγιον, καὶ ἴδῃς πάλιν πνεῦμα καταπεμπόμενον, μάθῃς ὅτι εἰ μὴ κατηλλάγη, οὐκ ἂν ἔπεμψε πνεῦμα ἅγιον. πόθεν οὖν εἰσόμεθα τοῦτο; ὁ Ἠλὶ πρεσβύτης ἄνθρωπος ἦν τὰ μὲν ἄλλα ἐπιεικὴς καὶ σώφρων· παίδων δὲ πονηρίαν οὐκ εἰδὼς διορθώσασθαι, ἀλλὰ πέρα τοῦ μέτρου φιλῶν τὰ ἔκγονα. ἀκούετε ὅσοι παῖδας ἔχετε· ὥστε μεμετρημένην ποιεῖσθαι τὴν φιλίαν καὶ τὴν αἰδῶ. ὁ γὰρ Ἠλὶ ἐντεῦθεν παροξύνας τὸν θεὸν εἰς ὀργὴν αὐτὸν ἔρριψε τοσαύτην, ὡς ἅπαν αὐτὸν ἀποστραφῆναι τὸ ἔθνος. δεικνὺς τοίνυν ὁ ταῦτα γράψας, ὅτι σφόδρα αὐτοὺς ἀπεστράφη ὁ θεὸς ἔλεγε, ῥῆμα τίμιον ἦν, καὶ οὐκ ἦν ὅρασις διαστέλλουσα. τίμιον ἐνταῦθα τὸ σπάνιον λέγων. διὰ γὰρ τούτων ἐδήλωσεν, ὅτι τὰ τῆς προφητείας ἐσπάνιζε τότε. πάλιν θρηνῶν ἄλλος καὶ ἀποδυρόμενος ἐπὶ τῇ ὀργῇ τοῦ θεοῦ ἔλεγεν· οὐκ ἔστιν ἄρχων, οὐδὲ προφήτης ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ· καὶ πάλιν ὁ εὐαγγελιστής φησιν· οὐδέπω γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον, ὅτι Ἰησοῦς οὐδέπω ἐδοξάσθη. ἐπεὶ γὰρ οὐδέπω ἐσταυρώθη, φησὶν, οὐκ ἦν πνεῦμα ἅγιον ἐν τοῖς ἀνθρώποις δοθέν. τὸ γὰρ ἐσταυρώθη ἐστὶν ἐδοξάσθη. εἰ γὰρ καὶ φύσει τὸ πρᾶγμα ἐπονείδιστον, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ὑπὲρ τῶν φιλουμένων ἐγίνετο, δόξαν αὐτὸ καλεῖ ὁ Χριστός. καὶ τίνος ἕνεκεν, εἰπέ μοι, πρὸ τοῦ σταυροῦ οὐκ ἐδόθη τὸ πνεῦμα; ὅτι ἐν ἁμαρτίαις ἦν ἡ οἰκουμένη, ἐν προσκρούσμασι, καὶ ἔχθρᾳ, καὶ ἀτιμίᾳ· οὐδέπω τοῦ ἀμνοῦ προσενεχθέντος τοῦ τὴν ἁμαρτίαν αἴροντος τοῦ κόσμου. ἐπεὶ οὖν οὐδέπω

A ad gubernatores & piscatores verba faciens; & videre erat miraculis succedentia miracula. Etenim natura nostra ante decem dies ad regium thronum ascendit, & hodierno die Spiritus sanctus ad naturam nostram descendit; primitias nostras Dominus in cælum evexit, & Spiritum sanctum demisit. Alter est Dominus, qui hæc dona distribuit; nam Spiritus sanctus est Dominus, & dispensationem nostra causa susceptam Pater & Filius & Spiritus sanctus inter se diviserunt: nondum decem elapsi dies erant, ex quo Christus ascenderat, & spiritualia nobis dona misit, reconciliationis illius mu- B nera. Nam ut ambigeret nemo & quæreret, quid tandem in cælos ascendens Christus egisset; num Patri nos reconciliasset? num propitium ipsum reddidisset? ut nobis ostenderet se naturæ illum nostræ placatum reddidisse, confestim nobis reconciliationis illius dona misit. Cum enim uniti sunt & reconciliati inter se inimici, post reconciliationem statim sequuntur invitationes, convivia, & munera. Misimus ergo nos fidem, & inde spiritus dona recepimus: misimus obedientiam, & justitiam recepimus.

3. Atque ut intelligatis reconciliationis C Dei donum esse, quod Spiritus sanctus est datus, ex Scripturis id persuadere vobis conabor: ac primum a contrariis probationem rei petam; & ostendam, cum iratus est, eum Spiritus gratiam inhibere: ut cum credideris ejus iræ argumentum esse, quod non adsit Spiritus sanctus, rursusque demissum videris Spiritum, discas, nisi reconciliatus fuisset, Spiritum sanctum nequaquam illum fuisse missurum. Unde igitur hoc intelligemus? Heli senex vir fuit, alias quidem æquus & probus, sed qui filiorum improbitatem nesciret corrigere, verum ul- D tra modum liberos amaret. Audite quotquot filios habetis, ut amori vestro pudorique modum faciatis: hinc enim Heli cum Deum irritasset, in tantam illum iracundiam impulit, ut totam gentem fuerit aversatus. Itaque ut indicaret is, qui hæc scripsit, Deum illos admodum aversatum esse, dicebat: *Verbum erat preciosum: & non erat visio distinguens*: preciosum hoc loco rarum appellans: per hæc enim ostendit rarum fuisse tum donum prophetiæ: ac rursus lugens alius & lamentans ob iram Dei dicebat, *Et non est in hoc tempore princeps*, neque *Propheta*, & rursus ait Evangelista: *Non-* E *dum enim erat Spiritus sanctus: quia Jesus nondum erat glorificatus*. Quoniam enim nondum fuerat crucifixus, non erat Spiritus sanctus in hominibus datus. Illud quippe, *glorificatus*, idem valet, quod crucifixus. Nam etsi res est natura sua ignominiosa, quia tamen eorum causa fiebat quos amabat, gloriam illam Christus appellat. Quare vero, dic quæso, ante passionem non est Spiritus datus? quoniam in peccatis erat orbis terrarum, in offensionibus, odio & ignominia, cum nondum oblatus agnus esset, qui mundi tollit peccatum. Quoniam

Spiritus sancti donum, est donum reconciliationis.

1. Reg. 3. 1.

Dan. 3. 38.

Joan. 7. 38.

igitur nondum crucifixus fuerat Christus, reconciliatio nondum facta erat: cum vero nondum esset facta reconciliatio, merito neque Spiritus mittebatur, ita ut reconciliationis indicium Spiritus mitteretur. Propterea dicit etiam Christus, *Expedit vobis, ut ego vadam: si enim non abiero, ille non veniet*: si non abiero, & Patrem reconciliavero, inquit, Paracletum vobis non mittam. Videtis quam multis ex locis vobis demonstrarim illud iræ divinæ signum esse, quod non sit in hominibus Spiritus sanctus? *Verbum erat preciosum, & visio non erat distinguens*: *Non enim est princeps, neque Propheta in tempore isto*: *Nondum enim erat Spiritus sanctus: quia Jesus nondum erat glorificatus*: *Expedit vobis, ut ego vadam: si enim ego non abiero, ille non veniet.* Itaque signum est iræ divinæ, quod non sit Spiritus sanctus: cum copiose missum videris Spiritum sanctum, nihil de reconciliatione dubites amplius: Verum ubi nunc est Spiritus sanctus? dicet aliquis. Nam tum quidem recte dicit, cum signa fiebant, & mortui suscitabantur, & leprosi omnes mundabantur: jam vero unde planum faciemus adesse nobis Spiritum sanctum? Nolite timere, ostendam enim in nobis esse nunc quoque Spiritum sanctum. Qua tandem ratione? nam si non esset in nobis Spiritus sanctus, quomodo isti, qui hac sacra nocte illuminati sunt, a peccatis liberari potuissent? non enim absque Spiritus efficacitate possumus a peccatis liberari, quod quemadmodum doceat Paulus audite. *Eramus enim aliquando & nos insipientes, increduli, errantes, servientes desideriis variis: cum autem benignitas & humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei, non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam salvos nos fecit, per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus sancti*: & rursus alibi, *Nolite errare, neque fornicarii, neque idololatræ, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt.* Vides omnia genera improbitatis? *Et hæc quidem fuistis: sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis*: quo pacto? hoc enim est, quod quæritur, num per Spiritum sanctum nequitiam deposuerimus; audi ergo: *Sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi, & in spiritu Dei nostri.* Videsne Spiritum sanctum omnem illam improbitatem delevisse?

Joan. 16. 7. — 1. Reg. 3. 1. — Dan. 3. 38. — Joan. 7. 39. — Joan. 16. 7. — Tit. 3. 3. — 1. Cor. 6. 9.

4. Ubi nunc sunt, qui Spiritus majestatem blasphemant? si enim peccata non dimittit, frustra accipitur in baptismate; si peccata dimittit, frustra blasphemiis ab hæreticis incessitur. Si non esset Spiritus sanctus, Dominum Jesum dicere non possemus: *Nemo enim potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto.* Si non esset Spiritus sanctus, Deum orare fideles non possemus: dicimus enim, *Pater noster qui es in cælis.* Ut igitur Dominum vocare non possemus, sic neque Patrem Deum vocare possemus.

Hæretici in Spiritum S. blasphemabant. — 1. Cor. 12. 3.

A ἦν ὁ Χριστὸς σταυρωθεὶς, οὐδέπω ἦν καταλλαγὴ γενομένη· τῆς δὲ καταλλαγῆς μηδέπω γενομένης, εἰκότως οὐδὲ τὸ πνεῦμα ἐπέμπετο· ὥστε καταλλαγῆς τεκμήριον τὸ πνεῦμα ἀποσταλῆναι. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστός φησι· συμφέρει ὑμῖν, ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω· ἐὰν γὰρ ἐγὼ μὴ ἀπέλθω, ἐκεῖνος οὐ μὴ ἔλθῃ· ἐὰν μὴ ἀπέλθω, καὶ καταλλάξω τὸν πατέρα φησὶν, οὐ πέμπω ὑμῖν τὸν παράκλητον. εἴδετε διὰ πόσων ἀπεδείξαμεν ὑμῖν, ὅτι τῆς ὀργῆς τοῦ θεοῦ σημεῖόν ἐστι τὸ μὴ εἶναι πνεῦμα ἅγιον ἐν ἀνθρώποις; ῥῆμα τίμιον ἦν, καὶ οὐκ ἦν ὅρασις διαστέλλουσα· οὐκ ἔστι γὰρ ἄρχων, οὐδὲ προφήτης ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ· οὔπω B γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον, ὅτι Ἰησοῦς οὐδέπω ἐδοξάσθη· συμφέρει ὑμῖν, ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω· ἐὰν γὰρ ἐγὼ μὴ ἀπέλθω, ἐκεῖνος οὐ μὴ ἔλθῃ. οὐκοῦν σημεῖόν ἐστι τῆς ὀργῆς τοῦ θεοῦ τὸ μὴ εἶναι πνεῦμα ἅγιον. ὅταν ἴδῃς πνεῦμα ἅγιον καταπεμπόμενον δαψιλῶς, μηδὲν λοιπὸν ἀμφιβάλλῃς περὶ τῆς καταλλαγῆς. καὶ ποῦ, φησίν, ἐστι πνεῦμα ἅγιον νῦν; τότε μὲν γὰρ καλῶς λέγει, ὅτε σημεῖα ἐγίνετο, καὶ νεκροὶ ἠγείροντο, καὶ λεπροὶ πάντες ἐκαθαίροντο· νῦν δὲ πόθεν δείξομεν, ὅτι πάρεστι τὸ πνεῦμα ἅγιον ἡμῖν; μὴ δείσητε· ἀποδείκνυμι γὰρ, ὅτι καὶ νῦν πνεῦμα ἅγιόν ἐστιν ἐν ἡμῖν. πῶς καὶ τίνι τρόC πῳ; καὶ γὰρ εἰ μὴ πνεῦμα ἅγιόν ἐστιν ἐν ἡμῖν, πῶς ἂν οὗτοι οἱ κατὰ τὴν ἱερὰν νύκτα ταύτην φωτισθέντες τῶν ἁμαρτιῶν ἀπηλλάγησαν; οὐδὲ γὰρ ἔστιν ἁμαρτημάτων ἀπαλλαγῆναι ἄνευ τῆς τοῦ πνεύματος ἐνεργείας· ἀκούσατε γοῦν τοῦ Παύλου λέγοντος· ἦμεν γάρ ποτε καὶ ἡμεῖς ἀνόητοι, ἀπειθεῖς, πλανώμενοι, δουλεύοντες ἐπιθυμίαις ποικίλαις· ὅτε δὲ ἡ χρηστότης καὶ ἡ φιλανθρωπία ἐπεφάνη τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεοῦ, οὐκ ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ, ὧν ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸν αὐτοῦ ἔλεον ἔσωσεν ἡμᾶς διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας, καὶ ἀνακαινώσεως πνεύματος ἁγίου· καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ. μὴ D πλανᾶσθε· οὔτε πόρνοι· οὔτε εἰδωλολάτραι, οὔτε μοιχοὶ, οὔτε μαλακοὶ, οὔτε ἀρσενοκοῖται, οὐ κλέπται, οὐ πλεονέκται, οὐ μέθυσοι, οὐ λοίδοροι, οὐχ ἅρπαγες βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν. εἶδες ἅπαντα τὰ εἴδη τῆς κακίας; καὶ ταῦτά τινες ἦτε, ἀλλ' ἀπελούσασθε, ἀλλ' ἡγιάσθητε, ἀλλ' ἐδικαιώθητε. πῶς; τοῦτο γὰρ τὸ ζητούμενον, εἰ διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν κακίαν ἀπεθέμεθα· οὐκοῦν ἄκουσον. ἀλλ' ἡγιάσθητε, ἀλλ' ἐδικαιώθητε ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, καὶ ἐν τῷ πνεύματι τοῦ θεοῦ ἡμῶν. εἶδες ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὴν κακίαν ἅπασαν ἐκείνην ἀπήλειψε;

E

Ποῦ νῦν εἰσιν οἱ βλασφημοῦντες τοῦ πνεύματος τὴν ἀξίαν; εἰ γὰρ μὴ ἀφίησιν ἁμαρτήματα, εἰκῆ παραλαμβάνεται εἰς τὸ βάπτισμα· εἰ δὲ ἀφίησιν ἁμαρτήματα, εἰκῆ βλασφημεῖται ὑπὸ τῶν αἱρετικῶν. εἰ μὴ πνεῦμα ἦν ἅγιον, κύριον Ἰησοῦν εἰπεῖν οὐκ ἠδυνάμεθα. οὐδεὶς γὰρ δύναται εἰπεῖν κύριον Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν τῷ πνεύματι ἁγίῳ. εἰ μὴ πνεῦμα ἦν ἅγιον, τὸν θεὸν παρακαλέσαι οὐκ ἠδυνάμεθα οἱ πιστοί. λέγομεν γὰρ πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ὥσπερ οὖν κύριον καλέσαι οὐκ ἠδυνάμεθα, οὕτως οὐδὲ πατέρα τὸν θεὸν

καλέσαι ἠδυνάμεθα. πόθεν δῆλον; ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἀποστόλου λέγοντος, ὅτι δὲ ἐστὲ υἱοὶ, ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν κρᾶζον, ἀββᾶ ὁ πατήρ. ὥστε ὅταν καλέσῃς τὸν πατέρα, ἀναμνήσθητι, ὅτι τοῦ πνεύματος τὴν ψυχὴν κινοῦντος ἠξιώθης τῆς προσηγορίας ἐκείνης. εἰ μὴ πνεῦμα ἦν, λόγος σοφίας καὶ γνώσεως ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ οὐκ ἦν· ᾧ μὲν γὰρ δίδοται διὰ τοῦ πνεύματος λόγος σοφίας, ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως. εἰ μὴ πνεῦμα ἅγιον ἦν, ποιμένες καὶ διδάσκαλοι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ οὐκ ἦσαν, καὶ γὰρ οὗτοι διὰ τοῦ πνεύματος γίνονται, καθὼς καὶ ὁ Παῦλός φησιν· ἐν ᾧ ἔθετο ὑμᾶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ποιμένας καὶ ἐπισκόπους. ὁρᾷς ὅτι καὶ τοῦτο διὰ τοῦ πνεύματος; εἰ μὴ πνεῦμα ἅγιον ἦν ἐν τῷ κοινῷ τούτῳ πατρὶ καὶ διδασκάλῳ, οὐκ ἂν ὅτε πρὸ μικροῦ ἀνέβη ἐπὶ τὸ ἱερὸν βῆμα τοῦτο, καὶ πᾶσιν ὑμῖν ἔδωκεν εἰρήνην, καὶ ἐπεφθέγξασθε αὐτῷ κοινῇ πάντες, καὶ τῷ πνεύματί σου. διὰ τοῦτο οὐκ ἀναβαίνοντι μόνον, οὐδὲ διαλεγομένῳ πρὸς ὑμᾶς, οὐδὲ εὐχομένῳ ὑπὲρ ὑμῶν ταύτην ἐπιφθέγγεσθε τὴν ῥῆσιν, ἀλλ' ὅταν παρὰ τὴν ἱερὰν ταύτην ἑστήκῃ τράπεζαν, ὅταν τὴν φρικτὴν ἐκείνην θυσίαν ἀναφέρειν μέλλῃ· ἴσασι γὰρ οἱ μεμυημένοι τὸ λεγόμενον· οὐ πρότερον ἅπτεται τῶν προκειμένων, ἕως ἂν ὑμῖν αὐτὸς ἐπεύξηται τὴν παρὰ τοῦ κυρίου χάριν, καὶ ὑμεῖς ἐπιφθέγξησθε αὐτῷ, καὶ τῷ πνεύματί σου, διὰ τῆς ἀποκρίσεως αὐτῆς ἀναμιμνήσκοντες αὐτοὺς ὅτι οὐδὲν αὐτὸς ὁ παρὼν πράττει, οὐδὲ ἀνθρωπίνης ἐστὶ φύσεως κατορθώματα τὰ προκείμενα δῶρα, ἀλλ' ἡ τοῦ πνεύματος χάρις παροῦσα καὶ πᾶσιν ἐφιπταμένη τὴν μυστικὴν ἐκείνην κατασκευάζει θυσίαν. εἰ γὰρ καὶ ἄνθρωπός ἐστιν ὁ παρών, ἀλλ' ὁ θεός ἐστιν ὁ ἐνεργῶν δι' αὐτοῦ. μὴ τοίνυν πρόσεχε τῇ φύσει τοῦ ὁρωμένου, ἀλλ' ἐννόει τὴν χάριν τὴν ἀόρατον. οὐδὲν ἀνθρώπινον τῶν γινομένων ἐν τῷ ἱερῷ τούτῳ βήματι. εἰ μὴ πνεῦμα παρῆν, οὐκ ἂν συνέστη ἡ ἐκκλησία, εἰ δὲ συνίσταται ἡ ἐκκλησία, εὔδηλον ὅτι τὸ πνεῦμα πάρεστι. τίνος οὖν ἕνεκεν, φησί, σημεῖα οὐ γίνεται νῦν; ἐνταῦθά μοι μετὰ ἀκριβείας προσέχετε· παρὰ πολλῶν γὰρ ἀκούω τοῦτο, καὶ συνεχῶς καὶ ἀεὶ ζητούμενον· διὰ τί τότε γλώσσαις ἐλάλουν πάντες οἱ βαπτιζόμενοι, νῦν δὲ οὐκ ἔτι; μάθωμεν πρότερον τὸ λαλεῖν γλώσσαις, καὶ τότε ἐροῦμεν καὶ τὴν αἰτίαν. τί οὖν ἐστι γλώσσαις λαλεῖν; ὁ βαπτιζόμενος εὐθέως ἐφθέγγετο τῇ τῶν Ἰνδῶν φωνῇ, τῇ τῶν Αἰγυπτίων, τῇ τῶν Περσῶν, τῇ τῶν Σκυθῶν, τῇ τῶν Θρακῶν, καὶ εἷς ἄνθρωπος πολλὰς ἐλάμβανε γλώσσας, καὶ οὗτοι οἱ νῦν, εἰ ἦσαν τότε βαπτισθέντες, εὐθέως ἂν ἠκούσατε αὐτῶν διαφόροις φθεγγομένων φωναῖς. καὶ γὰρ ὁ Παῦλος, φησιν, εὗρέ τινας βαπτισθέντας ἐν τῷ βαπτίσματι Ἰωάννου, καὶ λέγει αὐτοῖς· εἰ πνεῦμα ἅγιον ἐλάβετε πιστεύσαντες; λέγουσιν αὐτῷ· ἀλλ' οὐδὲ εἰ ἔστι πνεῦμα ἅγιον, ἠκούσαμεν· καὶ εὐθέως ἐκέλευσεν αὐτοὺς βαπτισθῆναι· καὶ ἐπιθέντος αὐτοῖς τοῦ Παύλου τὰς χεῖρας, ἦλθεν ἐπ' αὐτοὺς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἐλάλουν ἅπαντες γλώσσαις. τίνος οὖν χάριν συνεστάλη, καὶ ἀνῃρέθη ἐξ ἀνθρώπων ἡ χάρις αὐτὴ νῦν; οὐχὶ

A Unde id constat? ex eodem Apostolo, qui ait: *Quoniam autem estis filii, misit Deus spiritum filii sui in corda vestra clamantem, Abba, Pater.* (Galat. 4. 6.) Itaque dum patrem vocas, recordare Spiritu animam commovente illa te fuisse appellatione donatum. Nisi esset Spiritus sanctus, sermo sapientiæ ac scientiæ in Ecclesia non esset: nam *alii quidem datur per spiritum sermo sapientiæ, alii vero sermo scientiæ.* (1 Cor. 12. 8.) Nisi esset Spiritus sanctus, pastores & doctores in Ecclesia non essent: nam & isti per Spiritum fiunt, sicut & Paulus dicit, *In quo vos Spiritus sanctus posuit pastores & Episcopos.* (Act. 20. 28.) Vides hoc quoque per Spiritum fieri? Nisi esset Spiritus sanctus in B hoc communi patre ac doctore (Flavianum Episcopum indicat.), cum paulo ante sacrum hoc in tribunal ascendit, ac vobis omnibus pacem dedit, non simul omnes acclamassetis, *Et cum spiritu tuo*: (Verba Liturgiæ.) idcirco non cum ascendit tantum, neque cum vos affatur, neque cum pro vobis orat, hac illi voce acclamatis, sed cum huic sacræ mensæ assistit, cum tremendum sacrificium est oblaturus: nam quid dicam, norunt, qui sunt mysteriis initiati; non prius attingit proposita, quam vobis ipse gratiam fuerit precatus a Domino, vosque illi acclamaveritis: *& cum spiritu tuo*, qua responsione vobismetipsis in memoriam revocatis C nihil eum præstare, qui adest, neque naturæ humanæ opera esse proposita dona, sed præsentem Spiritus gratiam, & ad omnia advolantem, mysticum illud perficere sacrificium. Licet enim homo sit is, qui adest, Deus est tamen, qui per ipsum operatur. Noli ergo naturam attendere illius, quem cernis, sed gratiam ejus invisibilem considera: nihil humanum est eorum, quæ in hoc sacro geruntur sanctuario. Nisi spiritus adesset, Ecclesia non consisteret: si vero consistit Ecclesia, dubium non est, quin adsit Spiritus. Cur igitur, dicet aliquis, nunc (Quare nunc signa non fiant.) D signa non fiunt? hic mihi vos animum diligenter attendite: a multis enim & frequenter & semper hanc mihi propositam audio quæstionem: Quare tum linguis loquebantur omnes qui baptizabantur, jam vero non item? discamus prius, quid sit loqui linguis, ac deinde causam dicemus. Quid igitur est loqui linguis? Qui baptizabatur, statim lingua loquebatur Indorum, Ægyptiorum, Persarum, Scytharum, Thracum, ac vir unus multas linguas assumebat; & isti nunc si baptizati tum fuissent, statim illos diversis loquentes linguis audiisses. Nam Paulus invenit, ut dicitur, quosE dam in Joannis baptismate baptizatos, dixitque ad eos: *Si Spiritum sanctum accepistis credentes? Dicunt illi; Sed neque si Spiritus sanctus est, audivimus;* (Act. 19. 2.) statimque jussit eos baptizari, *& cum imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos, & loquebantur linguis omnes.* Cur igitur subducta est, & ex hominibus sublata nunc illa gratia? Non quod ignominia nos

σωμεν, οὐ [a] τὴν πύλην στεφανοῦντες, ἀλλὰ τὰς ψυχὰς καλλωπίζοντες· οὐ κοσμοῦντες τὴν ἀγορὰν παραπετάσμασιν, ἀλλὰ φαιδρύνοντες τὴν ψυχὴν τοῖς τῆς ἀρετῆς περιβολαίοις· ἵν' οὕτω δυνηθῶμεν καὶ τοῦ πνεύματος τὴν χάριν ὑποδέξασθαι, καὶ τοὺς ἐντεῦθεν καρποὺς ἀποδέξασθαι. τίς δέ ἐστιν ὁ καρπὸς τοῦ πνεύματος; ἀκούσωμεν Παύλου λέγοντος· ὁ δὲ καρπὸς τοῦ πνεύματός, φησιν, ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη. ὅρα λέξεως ἀκρίβειαν, διδασκαλίας ἀκολουθίαν, προέταξε τὴν ἀγάπην, καὶ τότε τῶν ἑξῆς ἐμνημόνευσεν· ἔθηκε τὴν ῥίζαν, καὶ τότε τὸν καρπὸν ὑπέδειξε· κατεβάλετο τὸν θεμέλιον, καὶ τότε τὴν οἰκοδομὴν ἐπήγαγεν· ἀπὸ τῆς πηγῆς ἤρξατο, καὶ τότε ἦλθεν ἐπὶ τοὺς ποταμούς. οὐδὲ γὰρ πρότερον ἡ τῆς χαρᾶς ἐπεισελθεῖν ὑπόθεσις δύναται, ἂν μὴ πρότερον ἑαυτῶν εἶναι νομίσωμεν τὴν ἑτέρων εὐημερίαν, καὶ οἰκεῖα τὰ τοῦ πλησίον ἀγαθὰ λογισώμεθα· ταῦτα δὲ οὐκ ἄν ποτε ἐξ ἑτέρου φανείη τινὸς, ἂν μὴ τῆς ἀγάπης ὑπερβάλῃ ἡ τυραννίς. ἡ ἀγάπη ῥίζα καὶ πηγὴ καὶ μήτηρ ἐστὶν ἁπάντων τῶν ἀγαθῶν. καὶ γὰρ ὡς ῥίζα μυρίους τοὺς κλάδους τῆς ἀρετῆς ἀναδίδωσι, καὶ ὡς πηγὴ πολλὰ τίκτει τὰ νάματα, καὶ ὡς μήτηρ εἴσω τῶν ἑαυτῆς κόλπων περισφίγγει τοὺς εἰς αὐτὴν καταφεύγοντας. ὃ δὴ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος συνιδὼν, καρπὸν αὐτὴν τοῦ πνεύματος ἐκάλεσεν· ἀλλαχοῦ δὲ τοσοῦτον αὐτῇ τὸ προτέρημα ἐχαρίσατο, ὡς καὶ πλήρωμα αὐτὴν τοῦ νόμου προσειπεῖν. πλήρωμα γὰρ νόμου, φησὶν, ἡ ἀγάπη. ὁ μέν τοι τῶν ἁπάντων δεσπότης καὶ ὅρον ἀρκοῦντα καὶ χαρακτῆρα ἀξιόπιστον, εἰς τὸ φανῆναι τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς, οὐχ ἕτερόν τινα, ἢ τὸν ἀπὸ τῆς ἀγάπης ἡμῖν προεβάλετο εἰπών· ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε· ἐὰν ἀγάπην ἔχητε ἐν ἀλλήλοις. διὸ παρακαλῶ ἐπ' αὐτὴν καταφύγωμεν ἅπαντες, καὶ ταύτῃ περιπλακῶμεν, καὶ μετ' αὐτῆς τὴν ἑορτὴν ταύτην ὑποδεξώμεθα· ὅπου γὰρ ἀγάπη, ἀργεῖ τῆς ψυχῆς τὰ ἐλαττώματα· [b] ὅπου ἀγάπη, τὰ ἄλογα τῆς διανοίας σκιρτήματα πέπαυται. ἡ ἀγάπη, φησὶν, οὐ περπερεύεται, οὐ φυσιοῦται, οὐκ ἀσχημονεῖ· ἡ ἀγάπη τῷ πλησίον κακὸν οὐκ ἐργάζεται. ὅπου ἀγάπη πολιτεύεται, οὐδαμοῦ Κάϊν φονεύων τὸν ἀδελφόν. ἄνελε τοῦ φθόνου τὴν πηγὴν, καὶ ἀνεῖλες τῶν κακῶν ἁπάντων τὸν ποταμόν· ἀπότεμε τὴν ῥίζαν, καὶ συνανεῖλες τὸν καρπόν. ταῦτα δὲ λέγω τῶν φθονούντων κηδόμενος μᾶλλον ἢ τῶν φθονουμένων· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι μάλιστά εἰσιν οἱ τὰ μέγιστα ζημιούμενοι, καὶ πολὺν ἑαυτοῖς τὸν ὄλεθρον ἐπάγοντες· ἐπεί γε ὅτι τοῖς φθονουμένοις καὶ στεφάνων ὑπόθεσίς ἐστιν, εἰ βούλοιντο, τὸ φθονεῖσθαι. καὶ ὅρα μοι πῶς Ἄβελ ὁ δίκαιος ᾄδεται, καὶ καθ' ἑκάστην ἀνακηρύττεται τὴν ἡμέραν, καὶ ἡ τῆς σφαγῆς ὑπόθεσις εὐδοξίας αὐτῷ γέγονεν ἀφορμή. καὶ ὁ μὲν καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν διὰ τοῦ αἵματος παῤῥησιάζεται, καὶ λαμπρᾷ τῇ φωνῇ κατηγορεῖ τοῦ μιαιφόνου· ὁ δὲ δῆθεν περιγινόμενος τὸν καρπὸν τῶν ἔργων διὰ τῆς ἀντιδόσεως τῶν ἔργων ἀπέλαβε, καὶ στένων καὶ τρέμων διῆγεν ἐπὶ τῆς γῆς· ὁ δὲ ἀνῃρημένος καὶ ἐπὶ

[a] Reg. τὴν πόλιν.

[b] Reg. ὅπου ἀγάπη, ἐκεῖ τὸ πικρὸν καὶ ὠμὸν ἀπελήλαται τοῦ φθόνου κέντρον· | ὅπου ἀγάπη πολιτεύεται.

non januam coronantes, sed animas comentes; non forum tapetibus exornantes, sed animam splendidam virtutis amictu reddentes, ut hoc pacto possimus & spiritus gratiam suscipere, & fructus inde pullulantes decerpere. Quis porro ille fructus est spiritus? audiamus Paulum dicentem: *Fructus autem spiritus est caritas, gaudium, pax.* (Gal. 5. 22.) (Qui sint fructus Spiritus Sancti.) Vide quanta sit accuratio in verbis, quanta in doctrina convenientia: præmisit caritatem, tum deinceps ea quæ consequuntur commemoravit: radicem fixit, ac deinde fructum indicavit: fundamentum jecit, ac deinde ædificium imposuit: a fonte initium duxit, & mox ad fluvios devenit. Non enim fieri potest, ut gaudii materia nos commoveat, priusquam aliorum prosperitatem nostram ducamus, & proximi bona propria reputemus: hæc vero non aliunde promanare queunt quam quod caritatis vis prævaluerit, atque dominatus. Caritas radix est, & fons materque cunctorum bonorum: etenim tamquam radix sexcentos virtutum ramos germinat, quasi fons multos latices profundit, & ut mater gremio suo ad se confugientes arcte complectitur. Quod quidem cum beatus Paulus probe nosset, fructum spiritus eam appellavit: alibi vero tantam detulit ei prærogativam, ut eam legis plenitudinem appellarit: *Plenitudo* enim, inquit, *legis est caritas.* (Rom. 13. 10.) Enimvero ipse omnium dominus tamquam descriptionem sufficientem, & fide dignum specimen, ut quis se ipsius discipulum probaret, non aliud quam quod a caritate petitur, nobis proposuit, cum dixit: *In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.* (Joan. 13. 35.) Quamobrem ad ipsam, quæso, confugiamus omnes, eique adhæreamus, & cum ipsa festivitatem hanc excipiamus. Ubi enim caritas, animæ cessant defectus; ubi caritas, alieni a ratione mentis insultus sedati sunt. *Caritas*, inquit, *non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa:* (1. Cor. 13. 4.) caritas malum proximo non infert: ubi caritas dominatur, nusquam Caïn cernitur, qui fratrem occidat. Tolle fontem invidiæ, & malorum omnium flumen sustulisti: exscinde radicem, & fructum simul exscidisti. Hæc vero eo dicuntur a me, quod de iis qui invident, magis sim solicitus, quam de iis quibus invidetur. Illi enim sunt, qui maximam faciunt jacturam, multamque sibi perniciem invehunt; nam illis quidem quibus invidetur, illud, si quidem velint, materiam affert coronarum, quod invidiam patiantur. Ac vide, quæso, quo pacto justus Abel celebretur laudibus, & in dies præconiis efferatur, quod cædis causa celebris nominis occasionem attulerit. (Gen. 4. 10.) Atque hic quidem post obitum etiam per sanguinem audacter loquitur, & clara voce parricidam accusat: ille autem superstes videlicet operum fructum per operum mercedem recepit, & gemens tremensque vitam in terris traduxit. At hic interfectus & jacens in terra,

post obitum etiam majore cum fiducia loquendi facultatem ostentabat. Et quemadmodum illum sic afficiebat peccatum, ut etiamnum vivens infelicius mortuis vitam degeret; sic & istum post mortem etiam virtus illustriorem reddidit. Quocirca nos quoque ut majorem & hic & illic fiduciam nobis conciliemus, ut ampliorem ex hac festivitate lætitiam decerpamus, omnia quidem animæ sordida vestimenta rejiciamus, præcipue vero nos invidiæ veste spoliemus. Licet enim sexcentorum recte factorum meritum cumulasse videamur, si nobis hæc acerba tetraque lues negotium facessat, in nihilum cuncta recident. Faxit Deus ut ejus nos omnes expertes simus, atque illi maxime qui hodierna die per gratiam lavacri veterem peccatorum amictum abjecerunt, & ipsius solis radiis æmulum jam possunt lumen effundere. Vos igitur hortor, qui hodie in adoptionem transcripti estis, qui splendidum hunc amictum induistis, omni custodia, quo nunc præditi estis, splendorem conservate, atque omni ex parte diabolo aditum intercludite, ut copiosiori Spiritus gratia percepta fructificare possitis unum triginta, & unum sexaginta, & unum centum: ut efficiamini digni qui cum fiducia Regi cælorum occurratis, cum venturus fuerit, omnique sermone sublimiora bona distributurus illis, qui præsentem vitam cum virtute transegerint in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria & potestas nunc & semper, & in sæcula sæculorum, amen.

A τῆς γῆς κείμενος μετὰ τὴν τελευτὴν πλείονα τὴν παῤῥησίαν ἐπεδείκνυτο. καὶ καθάπερ ἐκεῖνον ἡ ἁμαρτία καὶ ζῶντα τῶν νεκρῶν ἀθλιώτερον διάγειν παρεσκεύασεν· οὕτω τοῦτον ἡ ἀρετὴ, καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν πλέον διαλάμπειν ἐποίησε. διά τοι τοῦτο καὶ ἡμεῖς, ἵνα μείζονα καὶ ἐνταῦθα κἀκεῖ τὴν παῤῥησίαν κτησώμεθα, ἵνα πλείονα τὴν εὐφροσύνην τὴν ἀπὸ τῆς ἑορτῆς καρπωσώμεθα, πάντα μὲν τὰ ῥυπαρὰ τῆς ψυχῆς περιελώμεθα ἐνδύματα, μάλιστα δὲ φθόνου τὸ περιβόλαιον ἀποδυσώμεθα. κἂν γὰρ μυρία κατορθοῦν δόξωμεν, πάντων ἐκπεσούμεθα, τῆς πικρᾶς ἡμῖν καὶ ὠμῆς ταύτης ἐνοχλούσης λύμης· ἣν πάντας ἡμᾶς διαφυγεῖν γένοιτο,
B καὶ μάλιστα τοὺς τήμερον διὰ τῆς τοῦ λουτροῦ χάριτος, τὸ παλαιὸν τῶν ἁμαρτημάτων ἔνδυμα ἀποθεμένους, καὶ πρὸς τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας ἀντιλάμπειν δυναμένους. ὑμᾶς μὲν οὖν, παρακαλῶ, οἱ σήμερον εἰς τὴν υἱοθεσίαν ἐγγραφέντες, οἱ τὸ λαμπρὸν τοῦτο περιβόλαιον ἐνδυσάμενοι, πάσῃ φυλακῇ τὴν φαιδρότητα ἐν ᾗ νῦν ἐστε διατηρήσατε, πανταχόθεν ἀποτειχίσαντες τῷ διαβόλῳ τὴν εἴσοδον, ἵνα δαψιλεστέρας ἀπολαύσαντες τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος, καρποφορῆσαι δυνηθῆτε ἓν τριάκοντα, καὶ ἓν ἑξήκοντα, καὶ ἓν ἑκατὸν, καὶ μετὰ παῤῥησίας
C ἀπαντῆσαι ἀξιωθείητε τῷ βασιλεῖ τῶν οὐρανῶν, ὅταν παραγίνεσθαι μέλλῃ, καὶ τὰ ἀπόῤῥητα ἀγαθὰ διανέμειν τοῖς μετ' ἀρετῆς τὸν παρόντα βίον διανύσασιν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

IN PAULI ENCOMIA
ADMONITIO.

HAs *de beati Pauli laudibus Conciones memorare videtur Chrysostomus supra in Homilia de Kalendis, ubi sic habet sub initium:* Πρώην γοῦν ἡμῶν ἐγκωμιαζόντων τὸν μακάριον Παῦλον, οὕτως ἐσκιρτήσατε, ὡς αὐτὸν ὁρῶντες παρόντα ..... καὶ ἐβουλόμην μὲν εἰς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν καταβῆναι καὶ τήμερον, ἀλλὰ πρὸς ἕτερα ἡμῖν ὁ λόγος ὥρμηται, τὰ σήμερον ὑπὸ τῆς πόλεως ἁπάσης ἁμαρτηθέντα. τοὺς γὰρ ἀκούοντας τῶν ἐγκωμίων Παύλου, πρότερον τῆς ἀρετῆς τοῦ Παύλου ζηλωτὰς εἶναι χρὴ, καὶ τοιαύτης ἀκροάσεως ἀξίους; *id est,* Nuper igitur cum beatum Paulum encomiis celebraremus, ita exsultavistis, quasi ipsum præsentem vidissetis . . . . Volebam autem in idem argumentum hodie descendere: sed ad alia quædam, quæ magis urgent, oratio nostra provehitur, in quibus a tota hodie civitate peccatur. Eos enim qui encomia Pauli audire cupiunt, prius virtutis Pauli æmulos esse oportet, & hujusmodi concione dignos. *Hic vides conciones, tum jam habitas, tum post habendas memorari, quarum* ὑπόθεσις *&* *argumentum erant encomia Pauli. Et tamen Hermantius opinatus est, illud Pauli encomium in Homilia de Kalendis memoratum, haberi in Homilia de Petitione filiorum Zebedæi num. 3. ubi obiter Pauli laudes attingit Chrysostomus. Tillemontius vero, rejecta Hermantii opinione, putat Homiliam in Concione de Kalendis memoratam eam esse, cui titulus,* Quales ducendæ sint uxores, *ubi Paulus identidem laudatur. Verum ut ex superius allatis verbis liquidum est, non agitur ibi de laudibus Pauli, quas Concionibus suis, cujuslibet tandem argumenti sint, passim obiterque interserit Chrysostomus, quod sæpissime sane contingit; sed de Concionibus plurimis, quarum argumentum erant encomia Pauli,* ad eamdem, *inquit,* rursus hypothesin descendere volebam;

hoc est, rursus de Pauli laudibus concionari volebam: quo quid aliud, quæso, indicari possit, quam Homiliæ de Paulo Apostolo, de quibus nunc agimus?

Ut certum est has Conciones Antiochiæ habitas fuisse: nam id aperte indicat Chrysostomus Homilia quarta de Pauli laudibus, ubi de Templo Apollinis in suburbio Daphnes a fulmine tacto verba facit; ita de anno, quo hæc concionatus est, nihil vel certum vel admodum probabile statui potest. Si staret calculus Tillemontii, quo Homiliam de Kalendis refert in annum 387. hinc notam anni eruere liceret: etenim, ut ante diximus, Homilia illa de Kalendis post aliquam ex his septem de Paulo Concionibus habita fuisse videtur, eamque cæteræ postea de Paulo Homiliæ subsequutæ sunt. Verum illa Tillemontii computatio, vel levissimo, vel potius nullo nititur argumento, ut in Monito ad eam de Kalendis Homiliam probatum est. Hoc unum expiscari possumus, cum Homilia illa Kalendis Januarii habita fuerit, ex Concionibus in Paulum eas, quæ Homiliam de Kalendis præcessere, ante Januarium; eas vero quæ subsequutæ sunt, post Kalendas Januarii dictas fuisse.

Restat ut de Aniano, sive Anniano, qui Homilias hasce latine interpretatus est, pauca dicamus. Hunc esse Celedensem illum Diaconum Pelagianum, qui Diospolitanæ Synodo interfuit, librosque pro asserenda Pelagiana hæresi scripsit, minime dubitamus, quod luculenter probavit Joannes Garnerius Dissert. I. post Marium Mercatorem cap. VII. Pro hac quippe opinione pugnant documenta omnia; nimirum Epistola, quam subjicimus ad Evangelum illum, Pelagianæ sectæ Presbyterum; altera item Epistola ejus ad Orontium Episcopum, Pelagiano errori addictum, eaque de causa e Sede pulsum, quæ Epistola infra Commentario S. Joannis Chrysostomi in Matthæum præfigitur, quia octo priores ejusdem Commentarii Homiliæ, ab ipso Aniano latine conversæ sunt, ut in eadem Epistola dicitur. Hinc odiosa Manichæorum Traducianorumque nomina, quibus S. Augustinum, etsi non nominet, & Catholicos gratiæ Christi defensores appellat. Denique ex ipsis Anniani verbis, eum has Conciones latine ideo transtulisse arguitur, quod putaret Pelagiano tuendo errori opportunas. Quod quidem opus, *inquit*, eo esse apud te amabilius debet & gratius, quod de Sanctarum Scripturarum luce rutilans, clarissimi syderis vice noctem Manichæi erroris exagitat. Quantum vero nobis consolationis exoritur, cum cernimus tam erudito tamque illustri Orientis magistro eam, quam in nobis Traducianus oppugnat, adstrui veritatem, quam certe beatus Joannes, ut in omnibus libris suis, ita hic quoque ab omni munitam latere custodit, armat, accendit, ut videatur non tam præsentes informasse discipulos, quam nobis contra veræ fidei oppugnationem auxilia præparasse. Quantus enim ille adversus necessitatem, quantus pro libero surgit arbitrio; quam nostrorum libris ubique concinens, voluntatis jure servato, divinæ gratiæ præsidia commendat. . . . Primo beatum Paulum libello, & omnibus præferendo Sanctis, & Angelis conferendo. Secundo, ex virtutibus ejus atque sententiis bonum asserendo naturæ &c. *Quæ sane verba, etsi Pelagianum circa interiorem Christi gratiam errorem, non aperte præ se ferant, solebant quippe Pelagiani callide fucatisque verbis virus hæresis suæ obtegere; attamen quod illi contra Augustinum & Catholicos perpetuo occinebant; nempe illos necessitatem inferre voluntati, & liberum arbitrium tollere, hic expressum videmus; ita ut nihil subsit dubii, quin hic ipse sit Anianus, qui pro Pelagiana hæresi inter primipilares dimicabat.*

Interpretatio ejus Latina, quam edimus, nec inelegans est, nec accuratione caret: fateorque me in paucos priscæ illius vetustatis Interpretes incidisse qui diligentius verterent. In nonnullis tamen locis sensum non est assequutus Anianus; quod ubi accidit, in margine, vera substituta interpretatione, monere non neglexi. Neque uspiam deprehendi illum, ut Pelagianæ faveret hæresi, sensum alio detorsisse. Ejus Epistolam hic subjungimus.

DOMINO SANCTO EVANGELO
PRESBYTERO ANIANUS, SALUTEM.

RECENTI experimento didici, quam sint utilia obsequentibus imperia bonorum, qui rectiore quadam ingredientes benignitatis via, beneficia deferunt sub specie jussionis. Quid enim mihi jucundius, quid fructuosius imperare potuisti, quam ut ex

beati viri sancti Joannis operibus in nostram linguam aliqua transferrem, id est VII. ejusdem libellos, quibus super Pauli Apostoli laudibus in Ecclesia aliquando disseruit? In quo mihi, etsi in sermone peregrino admodum rudi, plus evenit tamen voluptatis & commodi, quam laboris. Sequutum est enim ut eum, dum tibi vertere conor e Græco, pressius ipse combiberem, pleniusque tam insignis doctrinæ veritate perfruerer, maxime cum ubique dives ingenium in materia locupletiore versetur. Beatus enim hic Paulus exprimitur, non fucatæ alicujus laudis adumbratus coloribus, sed inviolabili virtutum suarum veritate formatus, quem tam integre ubique, tam solide, nunc ex magnitudine operum, nunc ex illuminatione dictorum, modo ex consilio vario, modo ex dispensationum profundo, tum ex tolerantia passionum, tum ex claritate signorum eximius laudator asseruit, ut eum non depinxisse solum, verum quasi ad præbendum rursus perfectionis exemplum resuscitasse quodammodo videatur. Nam cum ab aliis cæterorum merita laudantur, usitatum quiddam solet atque exile resonare, & velut in superficie circumvagante sermone, virtutes ipse nominibus magis suis ad commemorationem videntur venire, quam rebus. Beatus vero Joannes Paulum altius intuendo, dilucideque in medium proferendo, ipsas mihi videtur inspexisse venas, ac medullas expressisse virtutum. Quæ ita omnes in ista laudatione vivunt, & ita floribus suis decorantur & fructibus, ut eas prope non minus ab hoc sublimiter explicatas, quam ab Apostolo fortasse miremur. Quod quidem opus eo esse apud te amabilius debet & gratius, quod de sanctarum Scripturarum luce rutilans, clarissimi syderis vice, noctem Manichæi erroris exagitat. Quantum vero nobis consolationis exoritur, cum cernimus tam erudito tamque illustri Orientis magistro, eam, quam in nobis Traducianus oppugnat, adstrui veritatem, quam certe beatus Joannes ut in omnibus libris suis, ita hic quoque ab omni munitam latere custodit, armat, accendit, ut videatur non tam præsentes informasse discipulos, quam nobis contra veræ fidei oppugnationem auxilia præparasse. Quantus enim ille adversus necessitatem, quantus pro libero surgit arbitrio, quam nostrorum libris ubique concinens, voluntatis jure servato, divinæ gratiæ præsidia commendat, quam contia omnium vitiorum tenebras, quam pro cunctarum speculo virtutum splendidissimum vas electionis opponit? Primo beatum Paulum libello, & omnibus præferendo Sanctis, & Angelis conferendo. Secundo, ex virtutibus ejus atque sententiis bonum asserendo naturæ. Tertio, caritatem ejus pro cunctorum salute ferventissimam comprobando. Quarto, de vocatione ejus & confirmata ubique ab ipso Evangelii veritate dicendo. Quinto, de passionibus ejus & dispensationum varietatibus disserendo. Sexto, solvendo omnes illas quæstiones, quibus Traducianus innitens, beatum Paulum vitiorum obfuscatione commaculat, ut scilicet fidelibus suis apostolico exemplo peccata conciliet. Septimo, ignem zeli ejus in Christo & ante honorem quoque Apostolatus fervorem docendi supra cæteros efferendo, ut satis liquido clareat exstinctam esse peccandi necessitatem, quam adversus Manichæos & doctrina Apostoli deprædiatur & vita. Verum nos in tam egregii interpretatione operis, etsi nihil ut puto de sensuum veritate, non tamen parum de eloquii venustate perdidimus: splendorem tam nobilis stili & eloquutionum gratiam exprimere non valentes: sed ne sic quidem te istud imperasse pœniteat. Neque enim verendum tibi est ne forte asperitate translationis offensus, lectionis hujus careas voluptate, cum quidquid nobis ex cultu defuit ornatuque verborum, id totum illius, quem transtulimus, magnifica inventa compensent. Est enim sanctus Joannes tam clarus totus ac fulgidus, ut facile possit sententiarum suarum lumine etiam inter nostri sermonis nubila coruscare.

DE LAUDIBUS SANCTI PAULI Apostoli.

HOMILIA I.

NIHIL prorsus erraverit, qui pratum insigne quoddam virtutum, & paradisum spiritalem Pauli animum nuncupaverit: tam multa enim gratia floruit, tamque

A

[a] ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ΑΠΟΣΤΟΛΟΝ Παῦλον.

ΛΟΓΟΣ α.

ΟΥΚ ἂν τις ἁμάρτοι λειμῶνα ἀρετῶν καὶ παράδεισον πνευματικὸν καλέσας τὴν Παύλου ψυχήν· οὕτω πολὺ μὲν ἤνθει τῇ χάριτι, ἀξίαν δὲ τῆς

[a] Collata cum Cod. Reg. 1956. in quo prima solum habetur.

χάριτος ἐπεδείκνυτο τῆς ψυχῆς τὴν φιλοσοφίαν. ἐπειδὴ γὰρ σκεῦος ἐκλογῆς γέγονε, καὶ καλῶς ἑαυτὸν ἐξεκάθηρε, δαψιλὴς ἡ τοῦ πνεύματος ἐξεχύθη εἰς αὐτὸν δωρεά. ὅθεν ἡμῖν καὶ τοὺς θαυμαστοὺς ἔτεκε ποταμοὺς, οὐ κατὰ τὴν τοῦ παραδείσου πηγὴν τέσσαρας μόνους, ἀλλὰ πολλῷ πλείους καθ' ἑκάστην ῥέοντας τὴν ἡμέραν, οὐ τὴν γῆν ἄρδοντας, ἀλλὰ τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς εἰς καρπογονίαν ἀρετῆς διεγείροντας. τίς οὖν ἀρκέσει λόγος τοῖς τούτου κατορθώμασιν; ἢ ποία δυνήσεται γλῶσσα ἐφικέσθαι τῶν ἐγκωμίων ἐκείνου; ὅταν γὰρ ἅπαντα τὰ ἐν ἀνθρώποις καλὰ συλλαβοῦσα ἔχῃ ψυχὴ μία, καὶ πάντα μεθ' ὑπερβολῆς, οὐ μόνον δὲ τὰ τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἀγγέλων. πῶς περιεσόμεθα τοῦ μεγέθους τῶν ἐγκωμίων; οὐ μὴν διὰ τοῦτο σιγήσομεν, ἀλλὰ δι' αὐτὸ, καὶ δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο μάλιστα ἐροῦμεν. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἐγκωμίου μέγιστον εἶδος, τὸ νικᾶν τῶν κατορθωμάτων τὸ μέγεθος μετὰ πάσης περιουσίας τοῦ λόγου τὴν εὐκολίαν, καὶ ἡ ἧττα μυρίων τροπαίων ἐστὶν ἡμῖν λαμπροτέρα. πόθεν οὖν εὔκαιρον εἴη ἂν ἅψασθαι τῶν ἐγκωμίων; πόθεν ἄλλοθεν, ἢ ἀπ' αὐτοῦ τούτου πρώτου, τοῦ δεῖξαι τὰ ἁπάντων ἔχοντα ἀγαθά; εἴτε γὰρ προφῆται ἐπεδείξαντό τι γενναῖον, εἴτε πατριάρχαι, εἴτε δίκαιοι, εἴτε ἀπόστολοι, εἴτε μάρτυρες, πάντα ταῦτα ὁμοῦ συλλαβὼν ἔχει μετὰ τοσαύτης ὑπερβολῆς μεθ' ὅσης οὐδεὶς ἐκείνων, ὅπερ ἕκαστος εἶχε καλὸν, ἐκέκτητο. σκόπει δέ· προσήνεγκεν Ἄβελ θυσίαν, καὶ ἐντεῦθεν ἀνακηρύττεται. ἀλλ' ἐὰν τὴν Παύλου θυσίαν εἰς μέσον ἀγάγῃς, τοσοῦτον δείκνυται βελτίων ἐκείνης, ὅσον τῆς γῆς ὁ οὐρανός. ποίαν οὖν βούλεσθε εἴπω; οὐδὲ γὰρ μία μόνον ἐστί. καὶ γὰρ ἑαυτὸν καθ' ἑκάστην κατέθυεν ἡμέραν, καὶ ταύτην πάλιν διπλῆν ἐποίει τὴν προσφοράν· τοῦτο μὲν καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀποθνήσκων, τοῦτο δὲ τὴν νέκρωσιν ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ περιφέρων. καὶ γὰρ πρὸς κινδύνους διηνεκῶς παρετάττετο, καὶ ἐσφάττετο τῇ προαιρέσει, καὶ τῆς σαρκὸς τὴν φύσιν οὕτως ἐνέκρωσεν, ὡς τῶν σφαγιαζομένων ἱερείων μηδὲν ἔλαττον διακεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ πολλῷ πλέον. οὐδὲ γὰρ βοῦς καὶ πρόβατα προσέφερεν, ἀλλ' ἑαυτὸν διπλῇ καθ' ἑκάστην ἐσφαγίαζε τὴν ἡμέραν. διὸ καὶ ἐθάρρησεν εἰπεῖν· ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι, σπονδὴν ἑαυτοῦ τὸ αἷμα καλέσας. οὐ μὴν ἠρκέσθη ταῖς θυσίαις ταύταις, ἀλλ' ἐπειδὴ καλῶς ἑαυτὸν καθιέρωσε, καὶ τὴν οἰκουμένην προσήνεγκε, καὶ γῆν καὶ θάλατταν, καὶ Ἑλλάδα καὶ βάρβαρον, καὶ πᾶσαν ἁπαξαπλῶς ὅσην ἥλιος ἐφορᾷ γῆν, ταύτην καθάπερ ὑπόπτερός τις γενόμενος ἐπῆλθε πᾶσαν, οὐχ ἁπλῶς ὁδοιπορῶν, ἀλλὰ τὰς ἀκάνθας τῶν ἁμαρτημάτων ἀνασπῶν, καὶ τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας καταπείρων, τὴν πλάνην ἀπελαύνων, τὴν ἀλήθειαν ἐπανάγων, ἐξ ἀνθρώπων ἀγγέλους ποιῶν, μᾶλλον δὲ ἀπὸ δαιμόνων ἀγγέλους τοὺς ἀνθρώπους. διὸ καὶ μέλλων ἀπιέναι μετὰ τοὺς πολλοὺς ἱδρῶτας καὶ τὰ πυκνὰ ταῦτα τρόπαια, παραμυθούμενος τοὺς

huic gratiæ congruente vitæ perfectione resplenduit: quoniam enim vas electionis effectus est, & bene seipsum emendare curavit, largissime in eum sancti Spiritus munus effusum est. Unde & mirabiles nobis fluvios genuit, non secundum paradisi fontes quatuor tantum, sed multo etiam plures & quotidie fluentes: nec terram rigantes, sed animas hominum ad producenda virtutum germina suscitantes. Quis ergo ad explicanda virtutum germina sensus? quis ad explicanda istius merita sermo sufficiet? Quæ autem lingua laudibus ejus invenietur æqualis, cum omnia quæ sunt in hominibus bona, una anima possideat, & ea cuncta plene atque cumulate, quæ non solum hominum sunt, sed, quod amplius est, Angelorum? Nequaquam ergo possumus ejus explicare præconia, nec tamen idcirco reticebimus, quin potius propterea dicemus. Est enim hoc maximum laudis genus, cum orationis copiam virtus exsuperat, & magnitudo laudati: sicque vinci nobis est multo gloriosius, quam sæpe vicisse. Unde igitur opportunius laudum ejus sumemus exordium? Unde, inquam, incipiemus aliunde, nisi ab hoc ipso primum, ut ostendamus eum bona omnium possidentem? Sive enim Prophetæ potentius aliquid in se ostenderint, magisque mirabile, sive Patriarchæ, sive justi, sive Apostoli, sive Martyres, hæc omnia simul colligens Paulus habet cum tanto cumulo, cum quanto nullus eorum bonum, quo excellebat, implevit. Hoc itaque diligentius intuere. Abel obtulit sacrificium, & inde laudatur: sed si Pauli hostiam adducamus in medium, quantum cælum terrâ, superior apparebit. Quam ergo vultis ut memorem? Non enim una tantum est: siquidem semetipsum per dies singulos immolabat: quam tamen rursus hostiam dupliciter offerebat, cum quotidie moriens, tum corpori suo mortificationem sine intermissione circumferens. Nam & ad pericula jugiter parabatur, consummans voluntate martyrium, & naturam in se mortificando carnis, nihil minus quam immolatæ Deo hostiæ munus implebat, imo etiam multo amplius. Non enim oves offerebat, aut boves, sed semetipsum per dies singulos dupliciter, ut diximus, immolabat: propter quod * confitendo dicebat, *Ego enim jam immolor*, sanguinem utique suum immolationem vocans. Neque vero his tantum sacrificiis contentus fuit, sed quia seipsum consecraverat Deo, etiam orbem universum studuit offerre: qui terram videlicet ac mare, Græciam, simulque Barbariam, omnemque prorsus, quanta est sub cælo, regionem, quasi volitans circumivit, non simplici labore, veluti in vacuum itinera percurrens: sed peccatorum spinas pariter evellens, & verbum seminans ubique pietatis, fugans errores, veritatem reducens, ex hominibus Angelos faciens: quinimo ipsos homines quasi ex dæmonibus in Angelos provehens. Propter quod jam hinc post sudores plurimos, ac tropæa innumerabilia transiturus,

Gen. 4. 4.

* Confidendo.

2.*Tim.*4.6.

Quæ sacrificia Paulus offerret.

pro discipulorum consolatione dicebat: *Sed & si immolor super sacrificium & obsequium fidei vestræ, gaudeo, & congratulor omnibus vobis: propter quod & vos gaudete, & congratulamini mihi.* Quidnam igitur huic hostiæ reperitur æquale, quam Paulus stricto sancti Spiritus gladio immolavit, quamque in illo altari obtulit, quod supra cælos locatum est? Sed Abel dolo germani percussus occubuit: atque hinc effectus est clarior. At ego innumeras tibi ostendam mortes, tot utique, quot etiam dies beatus iste in prædicatione vixit. Si vero eam quoque vis nosse mortem, quæ novissime etiam rebus impleta est: Abel quidem a fratre, ut nihil a se læso, ita nullis affecto beneficiis interemtus est: Paulus vero ab eis interfectus est, quos innumeris malis cupiebat eripere, & propter quos sustinuit universa quæ passus est. Sed Noë justus in generatione sua, atque perfectus, & solus erat talis in cunctis: sed & Paulus solus inter omnes talis inventus. Et ille quidem tantummodo legitur se servasse cum liberis; hic autem multo sæviore mundum inundante diluvio, non arcam coaptando compagibus tabularum, sed epistolas componendo, non duos vel tres aut quinque cognatos, sed universum prorsus orbem mergi periclitantem ex mediis fluctibus liberavit. Nec vero hæc erat talis arca, ut uno circumferretur loco, quæ utique orbis terrarum terminos comprehendit. Nam usque nunc omnes in hanc arcam Paulus inducit, quam certe capacem salvandæ multitudinis præparavit, quæ suscipiens irrationalibus pene animalibus stultiores, imitatores efficit Angelorum. Et hinc quoque illam vicit arcam, quia illa quidem corvum recipiens, corvum rursus emisit, & includens lupum, feritatem ejus mutare non potuit: hæc vero non ita, sed acceptos lupos oves reddidit, accipitres milvosque suscipiens fecit columbas, & excludens omnem irrationalitatem atque ferocitatem, mansuetudinem spiritus introduxit: manetque hodie hæc arca navigans, nec tamen aliquando dissolvitur, nec valet tabulas ejus ulla malitiæ laxare tempestas: quin potius ipsa tempestatis motus navigando compescit, quod satis consequenter effectum est. Non enim bitumine aut pice, sed sancto Spiritu ejus tabulæ sunt peruncta. Sed Abraham mirantur omnes, quia cum audisset: *Abraham exi de terra tua, & de cognatione tua*: & domum reliquit & patriam, & amicos atque cognatos, quorum omnium jacturam solo divini præcepti amore compensabat: nam & eum propterea miramur. Sed quis Paulo possit æquari? qui non modo patriam, cognatos, ac domum, sed ipsum quoque mundum reliquit: imo etiam cælum, & cælum cæli, & hæc omnia Christum suscipiendo despexit: unum pro cunctis & solum, id est, Christi caritatem requirens, *neque præsentia*, inquit, *neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque alia creatura poterit nos separare a caritate*

Philip. 2. 17. — Gen. 4. — Gen. 6. — Gen. 8. — Hæc habentur in aliqua Homiliarum de Pœnitentia quæ olim tertia numerabatur, nunc autem est octava & in quinta de Lazaro. — Gen. 12. 1. — Rom. 8. 35.

A μαθητὰς, ἔλεγεν· εἰ καὶ σπένδομαι ἐπὶ τῇ θυσίᾳ καὶ λειτουργίᾳ τῆς πίστεως ὑμῶν, χαίρω καὶ συγχαίρω πᾶσιν ὑμῖν. διὸ καὶ ὑμεῖς χαίρετε καὶ συγχαίρετέ μοι. τί τοίνυν γένοιτ᾽ ἂν τῆς θυσίας ταύτης ἴσον, ἣν τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος σπασάμενος ἔθυσεν, ἣν ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ προσήγαγε τῷ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν; ἀλλ᾽ ἀνῃρέθη δολοφονηθεὶς ὑπὸ τοῦ Κάϊν ὁ Ἄβελ, καὶ ταύτῃ λαμπρότερος γέγονεν; ἀλλ᾽ ἐγώ σοι μυρίους ἠρίθμησα θανάτους, καὶ τοσούτους, ὅσας ἡμέρας κηρύττων ἔζησεν ὁ μακάριος οὗτος. εἰ δὲ καὶ τὴν μέχρι τῆς πείρας αὐτῆς προελθοῦσαν βούλει μαθεῖν σφαγὴν, ἐκεῖνος μὲν ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ μήτε ἀδικηθέντος, μήτε B εὐεργετηθέντος κατέπεσεν· οὗτος δὲ ὑπὸ τούτων ἀνῃρεῖτο, οὓς ἐξαρπάσαι τῶν μυρίων ἐπείγετο κακῶν, καὶ δι᾽ οὓς πάντα ἔπασχεν, ἅπερ ἔπαθεν. ἀλλὰ Νῶε δίκαιος, τέλειος ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ, καὶ μόνος ἐν ἅπασι τοιοῦτος ἦν; ἀλλὰ καὶ Παῦλος [a] μόνος ἐν ἅπασι τοιοῦτος. καὶ ἐκεῖνος μὲν ἑαυτὸν μετὰ τῶν παίδων διέσωσε μόνον· οὗτος δὲ πολὺ χαλεπωτέρου τὴν οἰκουμένην κατακλυσμοῦ καταλαβόντος, οὐ σανίδας πηξάμενος, καὶ κιβωτὸν ποιήσας, ἀλλ᾽ ἀντὶ σανίδων τὰς ἐπιστολὰς συνθεὶς, οὐ δύο καὶ τρεῖς καὶ πέντε συγγενεῖς, ἀλλὰ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν καταποντίζεσθαι μέλλουσαν, ἐκ μέσων ἥρπασε τῶν κυμάτων. οὐδὲ γὰρ τοιαύτη ἦν ἡ κιβωτὸς, ὡς ἐν ἑνὶ C περιφέρεσθαι τόπῳ, ἀλλὰ τὰ τέρματα τῆς οἰκουμένης κατέλαβε, καὶ ἐξ ἐκείνου πάντας εἰσάγει μέχρι τοῦ νῦν εἰς τὴν λάρνακα ταύτην. σύμμετρον γὰρ τῷ πλήθει τῶν σωζομένων αὐτὴν κατασκευάσας, δεχόμενος ἀλόγων ἀνοητοτέρους, ταῖς ἄνω δυνάμεσιν ἐφαμίλλους ἐργάζεται, καὶ ταύτῃ νικᾷ τὴν κιβωτὸν ἐκείνην. ἐκείνη μὲν γὰρ κόρακα λαβοῦσα, κόρακα πάλιν ἐξέπεμψε, καὶ λύκον ὑποδεξαμένη, τὴν θηριωδίαν οὐ μετέβαλεν· οὗτος δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ λαβὼν λύκους, πρόβατα εἰργάσατο, καὶ λαβὼν ἱέρακας καὶ κολοιοὺς, περιστερὰς τούτους ἀπετέλεσε, καὶ πᾶσαν ἀλογίαν καὶ θηριωδίαν τῆς τῶν ἀν- D θρώπων φύσεως ἐκβαλὼν, τὴν τοῦ πνεύματος ἐπεισήγαγεν ἡμερότητα, καὶ μέχρι νῦν μένει πλέουσα ἡ κιβωτὸς αὕτη, καὶ οὐ διαλύεται. οὐδὲ γὰρ ἴσχυσεν αὐτῆς τὰς σανίδας χαυνῶσαι τῆς κακίας ὁ χειμὼν, ἀλλ᾽ ὑπερπλεύσασα μᾶλλον τοῦ χειμῶνος, τὴν ζάλην κατέλυσε· καὶ μάλα εἰκότως. οὐ γὰρ ἀσφάλτῳ καὶ πίσσῃ, ἀλλὰ πνεύματι ἁγίῳ κεχρισμέναι αἱ σανίδες αὗταί εἰσιν. ἀλλὰ τὸν Ἀβραὰμ θαυμάζουσιν ἅπαντες, ὅτι ἀκούσας, ἔξελθε ἐκ E τῆς γῆς σου καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, ἀφῆκε πατρίδα, καὶ οἰκίαν, καὶ φίλους καὶ συγγενεῖς, καὶ πάντα ἦν αὐτῷ τὸ ἐπίταγμα τοῦ θεοῦ· καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς τοῦτο θαυμάζομεν. ἀλλὰ τί Παύλου γένοιτ᾽ ἂν ἴσον; ὃς οὐ πατρίδα καὶ οἰκίαν καὶ συγγενεῖς ἀφῆκεν, ἀλλ᾽ αὐτὸν τὸν κόσμον διὰ τὸν Ἰησοῦν, μᾶλλον δὲ αὐτὸν τὸν οὐρανὸν, καὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ ὑπερεῖδε, καὶ ἓν μόνον ἐζήτει, τοῦ Ἰησοῦ τὴν ἀγάπην. καὶ ἄκουε αὐτοῦ τοῦτο δηλοῦντος καὶ λέγοντος· οὔτε ἐνεστῶτα, οὔτε μέλλοντα, οὔτε ὕψωμα, οὔτε βάθος δυνή-

a μόνος deest in Reg.

σεται ἡμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ. ἀλλ' ἐκεῖνος εἰς κινδύνους ῥίψας ἑαυτὸν, τὸν ἀδελφιδοῦν ἐξήρπασε τῶν βαρβάρων· ἀλλ' οὗτος οὐ τὸν ἀδελφιδοῦν, οὐδὲ τρεῖς καὶ πέντε πόλεις, ἀλλὰ τὴν οἰκουμένην πᾶσαν, οὐκ ἀπὸ βαρβάρων, ἀλλ' ἀπ' αὐτῆς τῆς τῶν δαιμόνων ἐξήρπασε χειρὸς, μυρίους καθ' ἑκάστην ὑπομένων κινδύνους, καὶ τοῖς οἰκείοις θανάτοις, ἑτέροις πολλὴν ἀσφάλειαν κτώμενος. ἀλλ' ἐκείνου τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν ἐστι καὶ ἡ κορωνὶς τῆς φιλοσοφίας, τὸ τὸν υἱὸν καταθῦσαι· ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα τὰ πρωτεῖα παρὰ τῷ Παύλῳ ὄντα εὑρήσομεν· οὐ γὰρ υἱὸν, ἀλλ' ἑαυτὸν μυριάκις κατέθυσεν, ὅπερ ἔφθην εἰπών. τί ἄν τις θαυμάσειε τοῦ Ἰσαάκ; πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, μάλιστα δὲ τὴν ἀνεξικακίαν, ὅτι φρέατα ὀρύττων, καὶ τῶν οἰκείων ἐλαυνόμενος ὅρων, οὐκ ἐπεξῄει, ἀλλὰ καὶ καταχωννύμενα ὁρῶν ἠνείχετο, καὶ πρὸς ἕτερον ἀεὶ μεθίστατο τόπον, οὐχ ὁμόσε ἀεὶ τοῖς λυποῦσι χωρῶν, ἀλλ' ἐξιστάμενος καὶ παραχωρῶν πανταχοῦ τῶν οἰκείων κτημάτων, ἕως αὐτῶν τὴν ἄδικον ἐκόρεσεν ἐπιθυμίαν. ἀλλ' ὁ Παῦλος οὐ φρέατα λίθοις καταχωννύμενα ὁρῶν, ἀλλὰ τὸ ἑαυτοῦ σῶμα, οὐ παρεχώρει, καθάπερ ἐκεῖνος, μόνον, ἀλλ' εἰσὼν τοὺς λίθοις βάλλοντας αὐτὸν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνάγειν ἐφιλονείκει. ὅσῳ γὰρ κατεχώννυτο ἡ πηγὴ, τοσούτῳ μᾶλλον ἐξεῤῥήγνυτο, καὶ πλείους ἐξέχεε ποταμοὺς εἰς ὑπομονήν. ἀλλὰ τὸν παῖδα τοῦ τούτου θαυμάζει τῆς καρτερίας ἡ γραφή; καὶ ποία ἀδαμαντίνη ψυχὴ τὴν Παύλου δυνήσεται ἐπιδείξασθαι ὑπομονήν; οὐδὲ γὰρ δὶς ἑπτὰ ἔτη ἐδούλευσεν, ἀλλὰ τὸν πάντα βίον ὑπὲρ τῆς τοῦ Χριστοῦ νύμφης, οὐ συγκαόμενος μόνον τῷ καύματι τῆς ἡμέρας, καὶ τῷ παγετῷ τῆς νυκτὸς, ἀλλὰ μυρίας νιφάδας πειρασμῶν ὑπομένων, νῦν μὲν μάστιγας λαμβάνων, νῦν δὲ λίθοις τὸ σῶμα βαλλόμενος, καὶ νῦν μὲν θηρίοις μαχόμενος, νῦν δὲ πελάγει πυκτεύων, καὶ λιμῷ διηνεκεῖ ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καὶ κρυμῷ, καὶ πανταχοῦ ὑπὲρ τὰ σκάμματα πηδῶν, καὶ τὰ πρόβατα ἀπὸ τῆς τοῦ διαβόλου φάρυγγος ἀφαρπάζων. ἀλλὰ σώφρων ὁ Ἰωσήφ· ἀλλὰ δέδοικα μὴ γέλως ᾖ τὸν Παῦλον ἐντεῦθεν ἐγκωμιάζειν, ὃς ἐσταύρωσεν ἑαυτὸν τῷ κόσμῳ, καὶ οὐ τὰ λαμπρὰ ἐν τοῖς σώμασι μόνον, ἀλλὰ πάντα τὰ πράγματα οὕτως ἑώρα, ὡς ἡμεῖς τὴν κόνιν καὶ τὴν τέφραν, καὶ ὡς ἂν νεκρὸς πρὸς νεκρὸν ἀκίνητος γένοιτο. οὕτω μετ' ἀκριβείας τῆς φύσεως τὰ σκιρτήματα κατευνάζων, οὐδὲν οὐδέποτε πρὸς οὐδὲν ἀνθρώπινον πάθος ἔπαθεν. ἐκπλήττονται τὸν Ἰὼβ ἅπαντες ἄνθρωποι; καὶ μάλα εἰκότως. καὶ γὰρ μέγας ἀθλητὴς, καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν Παῦλον παρισοῦσθαι δυνάμενος, διὰ τὴν ὑπομονὴν, διὰ τὴν τοῦ βίου καθαρότητα, διὰ τὴν τοῦ θεοῦ μαρτυρίαν, διὰ τὴν καρτερὰν μάχην ἐκείνην, διὰ τὴν θαυμαστὴν νίκην τὴν μετὰ τὴν μάχην. ἀλλὰ Παῦλος οὐχὶ μῆνας πολλοὺς ἀγωνιζόμενος οὕτω διῆλθεν, ἀλλ' ἔτη πολλὰ, οὐχὶ τήκων βώλακας γῆς ἀπὸ ἰχῶρος καὶ ἐπὶ κοπρίας καθήμενος, ἀλλ' εἰς αὐτὸ τοῦ λέοντος τὸ νοητὸν στόμα συνεχῶς ἐμπίπτων, καὶ μυρίοις παλαίων πειρασμοῖς, πάσης

A *Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro.* Sed Abraham seipsum in periculum tradens, hostibus filium fratris eripuit: at Paulus non fratris filium, neque tres aut quinque urbes, sed orbem universum de diaboli extorsit manu, innumerabilia per dies singulos pericula sustinendo, propriisque mortibus maximam securitatem aliis comparando. Caput bonorum ejusque culmen philosophiæ est, quod filium voluit immolare: hic quoque inveniemus Paulum primatum tenentem, qui non filium, sed semetipsum, ut dixi, millies immolavit. In Isaac quidem
B aliquis admiratur, & alia quidem plurima, (Gen. 26.) sed præcipue patientiam: quoniam puteos fodiens, & propriis * exagitatus laboribus, (* exactus finibus.) minime resistebat: sed factos a se puteos obrui patiebatur, atque ad alium semper migrabat locum. Neque collecta suorum manu in adversarios irruebat, sed propria possessione ubique cedebat, quoadusque iniquissimam illorum expleret cupiditatem. At Paulus non puteos cernens lapidibus obrutos, sed proprium corpus, non solum sicut ille cedebat; sed etiam eos a quibus lapidabatur, in cælum studebat evehere. Quanto enim amplius obruebatur fons iste,
C tanto erumpebat magis, ac plures ex se fluvios effundendo, manabat. De longanimitate ac patientia hujus filium Jacob admiratur Scriptura. Et quænam illa est tam adamantina prorsus anima, quæ Pauli patientiam possit imitari? Neque enim bis septem annorum, sed totius vitæ servitium pro sponsa pertulit Christi, non adustus solum æstu diei, & noctis gelu, sed tentationes mille perpetiens: & nunc quidem verberibus, (2. Cor. 11.) nunc vero lapidibus scissus atque collisus, & nunc quidem cum bestiis, modo autem fluctibus pugnans: modo etiam nimiæ atque continuæ reluctans fami diebus atque noctibus, & inter certamina ubique prosi-
D liens, captas oves ex diaboli faucibus extrahebat. Sed & Joseph pudicitiæ virtute decoratus est: (Gen. 39.) at ego vereor ne jam ridiculum sit hic Paulum velle laudare, qui semetipsum mundo crucifigens, (Galat. 6.) non solum humanorum corporum pulcritudines, sed omnia etiam, quæ videntur in rebus clara atque decora, ita cernebat, quemadmodum nos favillam, cineremque despicimus, qui quasi mortuus prorsus ad mortuum immobilis permanebat. Itaque cum tanta animi cura comprimeret incentiva vitiorum & naturæ: nihil humanum ab aliquo aliquando perpessus est. Stupent certe Job omnes ho-
E mines, & valde utique convenienter. Est enim ille athleta mirabilis: & qui Paulum (Paulus cum Job confertur.) ipsum velut ex adverso possit aspicere ob patientiam, puritatemque vitæ, ob testimonium Dei, propter illam cum diabolo fortissimam pugnam, propter victoriam quæ pugnam sequuta est: at Paulus non mensibus tantum, sed annis plurimis in agone perdurans, tam clarus emicuit, non terræ gleba saniem carnis eradens, sed in ipsius intelligibilis os leonis frequenter incurrens, & pugnans adversus tentationes innumeras,

omni erat lapide tolerantior, qui non a tribus aut quatuor amicis, sed a cunctis infidelibus, a falsis etiam fratribus opprobria sustinebat, consputatus ab omnibus, atque maledictus. Sed illius erat magna hospitalitas, & cura pauperum, nec nos quidem istud negamus: sed Pauli eam liberalitate inferiorem docemus, & tanto inferiorem, quanto anima est corpus inferius. Quam enim ille curam impendebat carne debilibus, hanc iste anima morbidis exhibebat, nunc mentis sensibus claudicantes dirigendo in recti itineris incessum, nunc nuditate deformes stola cælestis philosophiæ vestiendo. In corporalibus quoque beneficiis tanto ille superabat, quanto est amplius in fame & nuditate viventem indigentibus ferre præsidium, quam id ipsum de divitiarum affluentia ministrare. Nam illius quidem omni advenienti aperiebatur domus, hujus vero anima universo patebat orbi, ac fidelium populos benigne mentis recipiebat
2.Cor.6.12. hospitio, dicens, *Non angustiamini in nobis, angustiamini autem in visceribus vestris.* Et ille quidem cum oves & boves haberet innumeras, erat in pauperes liberalis: hic vero nihil amplius corpore suo possidens, in hoc ipso sufficienter indigentibus ministrabat:
Act.20.34. quod alicubi ipse commemorans, *Necessitatibus*, inquit, *meis & his qui mecum erant, ministraverunt manus istæ.* Corporis enim sui operam velut ex quadam possessione fructus esurientibus deputabat. Sed vermes videlicet, atque vulnera, sævos atque intolerabiles sancto Job inferebant dolores, & ego fateor: sed si per tam multos annos Pauli verbera, & cum jugi fame etiam nuditatem, catenas, carcerem, insidias, periculaque consideres, quæ a domesticis, ab extraneis, a tyrannis, a toto postremo patiebatur orbe: addas hæc etiam his profecto amariora, id est, pro eis qui labebantur, dolores, solicitudinem, quam pro Ecclesiis omnibus, ustionem, quam pro scandalizatis singulis perferebat, videbis quia erat omni saxo durior anima ista perpetiens, & ferrum atque adamantem superabat. Quæ enim Job corpore, hæc Paulus mente sustinuit, quem omni verme molestior de singulis quibusque labentibus mœstitia consumebat. Unde & juges lacrymarum ex eo fontes non diebus solum, sed etiam noctibus effluebant, omnique muliere parturiente vehementius affligebatur in singulis, propter quod etiam
Galat.4.19. dicebat: *Filioli mei, quos iterum parturio.* Quem vero jam quispiam post Job putet esse mirabilem? Mosem profecto: sed hunc etiam Paulus satis eminenti virtute transcendit, cujus quidem multa sunt alia præclara: sed caput sanctæ illius animæ atque fastigium est, quoniam pro Judæorum salute deleri elegit ex libro vitæ: sed Moses cum cæteris optavit perire, Paulus pro cæteris: non enim cum pereuntibus perire voluit, sed ut salvarentur alii, ipse de gloriæ æternitate decidere. Et ille quidem Pharaoni, hic autem diabolo quotidie repugnabat. Et

A πέτρας στεῤῥότερος ἦν· οὐχὶ παρὰ τριῶν φίλων, ἢ τεσσάρων, ἀλλὰ παρὰ πάντων ὀνειδιζόμενος τῶν ἀπίστων, τῶν ψευδαδέλφων, ἐμπτυόμενος, λοιδορούμενος. ἀλλ' ἡ φιλοξενία τοῦ Ἰὼβ μεγάλη, καὶ ἡ πρὸς τοὺς δεομένους κηδεμονία; οὐδὲ ἡμεῖς ἀντεροῦμεν. ἀλλὰ τὴν Παύλου τοσοῦτον καταδεεστέραν εὑρήσομεν, ὅσον ψυχῆς σῶμα ἀφέστηκεν. ἃ γὰρ ἐκεῖνος περὶ τοὺς τὴν σάρκα πεπηρωμένους ἐπεδείκνυτο, ταῦτα οὗτος περὶ τοὺς τὴν ψυχὴν λελωβημένους ἔπραττε, πάντας τοὺς χωλοὺς καὶ ἀναπήρους τὸν λογισμὸν διορθούμενος, καὶ τοὺς γυμνοὺς καὶ ἀσχημονοῦντας περιβάλλων τῇ τῆς φιλοσοφίας στολῇ. καὶ ἐν τοῖς σωματικοῖς δὲ τοσοῦτον αὐτοῦ περιῆν, ὅσῳ πολ-
B λῷ μεῖζον [a] τὸ πενίᾳ συζῶντα καὶ λιμῷ βοηθεῖν τοῖς δεομένοις, τοῦ ἐκ περιουσίας τοῦτο ποιεῖν. καὶ τοῦ μὲν ἡ οἰκία παντὶ ἐλθόντι ἀνέῳκτο, τούτου δὲ ἡ ψυχὴ πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ ἥπλωτο, καὶ ὁλοκλήρους δήμους ὑπεδέχετο. διὸ καὶ ἔλεγεν· οὐ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν, στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν. καὶ ὁ μὲν, προβάτων αὐτῷ καὶ βοῶν ὄντων ἀπείρων, φιλότιμος περὶ τοὺς δεομένους ἦν· οὗτος δὲ οὐδὲν πλέον κεκτημένος τοῦ σώματος, ἀπ' αὐτοῦ τούτου τοῖς δεομένοις ἐπήρκει, καὶ βοᾷ λέγων· ταῖς χρείαις μου καὶ τοῖς οὖσι μετ' ἐμοῦ ὑπηρέτησαν αἱ χεῖρες αὗται, τὴν ἀπὸ τοῦ σώματος ἐργασίαν πρόσοδον
C τοῖς πεινῶσι καὶ λιμώττουσι κεκτημένος. ἀλλ' οἱ σκώληκες καὶ τὰ τραύματα χαλεπὰς καὶ ἀκαρτερήτους παρεῖχον τῷ Ἰὼβ τὰς ὀδύνας; ὁμολογῶ κἀγώ. ἀλλ' ἐὰν τὰς ἐν τοσούτοις ἔτεσι τοῦ Παύλου μάστιγας, καὶ τὸν λιμὸν τὸν διηνεκῆ, καὶ τὴν γυμνότητα, καὶ τὰς ἁλύσεις, καὶ τὸ δεσμωτήριον, καὶ τοὺς κινδύνους, καὶ τὰς ἐπιβουλὰς, τὰς παρὰ τῶν οἰκείων, τὰς παρὰ τῶν ἀλλοτρίων, τὰς παρὰ τῶν τυράννων, τὰς παρὰ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ἀνατιθῇς, καὶ μετὰ τούτων τὰ τούτων πικρότερα, λέγω δὴ τὰς ὑπὲρ τῶν πιπτόντων ὀδύνας, τὴν φροντίδα τῶν ἐκκλησιῶν πασῶν, τὴν πύρωσιν, ἣν ὑπὲρ ἑκάστου τῶν σκανδαλιζομένων ὑπέμενεν, ὄψει πῶς πέτρας στεῤῥοτέρα ἦν
D ἡ ταῦτα φέρουσα ψυχὴ, καὶ σίδηρον καὶ ἀδάμαντα ἐνίκα. ἅπερ γὰρ ἐκεῖνος ἔπασχεν ἐν τῷ σώματι, ταῦτα οὗτος ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ σκώληκος παντὸς χαλεπώτερον ἡ καθ' ἕκαστον τῶν σκανδαλιζομένων ἀθυμία διέτρωγεν αὐτοῦ τὴν ψυχήν. ὅθεν καὶ πηγὰς δακρύων ἠφίει διηνεκεῖς, οὐ τὰς ἡμέρας μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς νύκτας, καὶ πάσης γυναικὸς ὠδινούσης δριμύτερον διεσπᾶτο καθ' ἕκαστον αὐτῶν. διὸ καὶ ἔλεγε, τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω. τίνα δ' ἄν τις μετὰ τὸν Ἰὼβ ἐκπλαγείη; τὸν Μωϋσέα πάντως. ἀλλὰ καὶ τοῦτον ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος ὑπερηκόντισε· με-
E γάλα μὲν γὰρ αὐτοῦ καὶ τὰ ἄλλα, τὸ δὲ κεφάλαιον καὶ ἡ κορωνὶς τῆς ἁγίας ψυχῆς ἐκείνης, ὅτι ἐξαλειφθῆναι εἵλετο τῆς [b] τοῦ θεοῦ βίβλου ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῶν Ἰουδαίων. ἀλλ' οὗτος μὲν συναπολέσθαι ἑτέροις ᾑρεῖτο· ὁ δὲ Παῦλος οὐ συναπολέσθαι, ἀλλ', ἑτέρων σωζομένων, αὐτὸς ἐκπεσεῖν τῆς δόξης τῆς ἀπεράντου. καὶ ὁ μὲν τῷ Φαραὼ, ὁ δὲ τῷ διαβόλῳ καθ' ἡμέραν ἐπύκτευε· καὶ ὁ μὲν ὑπὲρ

a Reg. τῷ πενίᾳ συζῶντι.

b τοῦ θεοῦ deest in Reg.

ἑνὸς

ἑνὸς ἔθνους, ὁ δὲ ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ἔκαμεν, οὐχ ἱδρῶτι, ἀλλὰ καὶ αἵματι ἀντὶ ἱδρῶτος πάντοθεν περιῤῥεόμενος, οὐχὶ τὴν οἰκουμένην μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀοίκητον διορθούμενος, οὐχὶ τὴν Ἑλλάδα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν βάρβαρον. ἐνῆν καὶ τὸν Ἰησοῦν εἰς μέσον παραγαγεῖν, καὶ τὸν Σαμουὴλ, καὶ τοὺς ἄλλους προφήτας· ἀλλ' ἵνα μὴ μακρότερον ποιῶμεν τὸν λόγον, ἐπὶ τοὺς κορυφαίους αὐτῶν βαδίσωμεν. ὅταν γὰρ τούτων φανῇ κρείττων, οὐδεμία περὶ τῶν ἄλλων ἀμφισβήτησις λείπεται. τίνες οὖν οἱ κορυφαῖοι; τίνες δὲ ἄλλοι μετὰ τούτους, ἢ ὁ Δαυῒδ, καὶ ὁ Ἡλίας, καὶ ὁ Ἰωάννης; ὧν ὁ μὲν τῆς προτέρας, ὁ δὲ τῆς δευτέρας πρόδρομος τοῦ κυρίου παρουσίας. διὸ καὶ τῆς προσηγορίας ἀλλήλοις ἐκοινώνησαν. τί οὖν τὸ ἐξαίρετον τοῦ Δαυΐδ; ἡ ταπεινοφροσύνη καὶ ὁ πρὸς θεὸν ἔρως. καὶ τίς μὲν μᾶλλον, τίς δὲ οὐχ ἧττον τῆς Παύλου ψυχῆς ἀμφότερα ταῦτα κατώρθωσε; τί δὲ τὸ θαυμαστὸν τοῦ Ἡλίου; ἆρα ὅτι τὸν οὐρανὸν ἔκλεισε, καὶ λιμὸν ἐπήγαγε, καὶ πῦρ κατήγαγεν; οὐκ ἔγωγε οἶμαι. ἀλλ' ὅτι ἐζήλωσεν ὑπὲρ τοῦ δεσπότου, καὶ πυρὸς σφοδρότερος ἦν. ἀλλ' εἰ τὸν Παύλου ζῆλον ἴδοις, τοσοῦτον ὄψει κρατοῦντα, ὅσον ἐκεῖνος τῶν ἄλλων προφητῶν περιῆν. τί γὰρ ἂν γένοιτο τῶν ῥημάτων ἐκείνων ἴσον, ἅπερ ὑπὲρ τῆς τοῦ δεσπότου δόξης ζηλῶν ἔλεγεν, ὅτι ηὐχόμην ἀνάθεμα εἶναι ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα; διὰ τοῦτο τῶν οὐρανῶν αὐτῷ προκειμένων, καὶ τῶν στεφάνων καὶ τῶν ἐπάθλων, ἔμελλε καὶ ἐβράδυνε λέγων, τὸ ἐπιμεῖναι τῇ σαρκὶ, ἀναγκαιότερον δι' ὑμᾶς. διὰ τοῦτο οὐδὲ τὴν κτίσιν ταύτην τὴν ὁρωμένην, ἀλλ' οὐδὲ τὴν νοητὴν ἐνόμισεν ἀρκεῖν εἰς παράστασιν τῆς ἀγάπης καὶ τοῦ ζήλου, ἀλλὰ καὶ ἑτέραν οὐκ οὖσαν ἐζήτει, ὥστε ἐνδείξασθαι ὅπερ ἤθελε καὶ ἐπεθύμει. ἀλλ' ὁ Ἰωάννης ἀκρίδας ἤσθιε καὶ μέλι ἄγριον; ἀλλ' οὗτος ἐν μέσῃ τῇ οἰκουμένῃ, καθάπερ ἐκεῖνος ἐν τῇ ἐρήμῳ, διέτριβεν, ἀκρίδας μὲν καὶ μέλι ἄγριον οὐ σιτούμενος, πολὺ δὲ εὐτελεστέραν ταύτης παρατιθέμενος τράπεζαν, καὶ οὐδὲ τῆς ἀναγκαίας εὐπορῶν τροφῆς διὰ τὴν ὑπὲρ τοῦ κηρύγματος σπουδήν. ἀλλὰ πολλὴν πρὸς τὸν Ἡρῴδην οὗτος παῤῥησίαν ἐπεδείξατο; ἀλλ' οὗτος οὐχ ἕνα καὶ δύο καὶ τρεῖς, ἀλλὰ μυρίους κατ' ἐκεῖνον ἐπεστόμισε, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ χαλεπωτέρους ἐκείνου τοῦ τυράννου. λείπεται πρὸς τοὺς ἀγγέλους αὐτὸν ἐξετάσαι λοιπόν· διόπερ ἀφέντες τὴν γῆν, πρὸς τὰς τῶν οὐρανῶν ἀναβησώμεθα ἁψῖδας. ἀλλὰ μηδεὶς τόλμαν καταγινωσκέτω τοῦ λόγου. εἰ γὰρ καὶ τὸν Ἰωάννην ἄγγελον ἐκάλεσεν ἡ γραφὴ, καὶ τοὺς ἱερέας, τί θαυμαστὸν, εἰ τὸν ἁπάντων ἀμείνω ταῖς δυνάμεσι παραβάλλομεν ἐκείναις; τί οὖν ἐστιν ἐκείνων τὸ μέγα; ὅτι μετὰ πάσης ἀκριβείας ὑπακούουσι τῷ θεῷ· ὅπερ καὶ ὁ Δαυῒδ ἐκπληττόμενος ἔλεγε, δυνατοὶ ἰσχύϊ, ποιοῦντες τὸν λόγον αὐτοῦ. τούτου γὰρ ἴσον οὐδὲν, κἂν μυριάκις ὦσιν ἀσώματοι. τὸ γὰρ μάλιστα ποιοῦν τούτους μακαρίους, τοῦτό ἐστιν, ὅτι

ille pro una tantum gente, iste verò pro universo orbe certavit, non sudore, sed sanguine vice sudoris undique profluente: cum non solum habitabiles mundi partes, verum etiam deserta ad cultum religionis adduceret, nec solum Græcorum populos, verumetiam Barbarorum. Poteram quidem & Jesum Nave, & Samuelem, & alios Prophetas in comparationem vocare: sed ne sermonem faciam longiorem, ad ipsa eorum capita conscendam. Cum enim istis excellentior apparuerit, nulla prorsus de aliis ambiguitas relinquetur. Quinam ergo eminentiores videntur? quis post hos alius, nisi David, & Helias, & Joannes, quorum unus prioris, alter secundi est præcursor adventus? propter quod etiam nominis communione conjuncti sunt. Quid igitur in David præcipuum reperitur? sine dubio humilitas, atque erga Deum fervens amor. Et quis amplius, imo quis ita, ut anima Pauli, hæc utraque complevit? Admirandum autem in Helia ego minime reor, quia cælum clausit, quia induxit famem, quia ignem de cælo sermone compluit: sed quia zelavit pro Deo, erat in hoc mentis affectu, ipso igne vehementior. Sed si Pauli zelum diligenter inspicias, tanto eum invenies celsiorem, quanto ille Prophetis cæteris eminebat. Quid enim verbis illis reperiatur æquale, per quæ gloriam Domini zelando dicebat: *Quoniam optabam ego anathema esse pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem?* Propterea cælis sibi propositis ac præmiis & coronis, tardavit ac distulit, dicens: *Permanere autem in carne, necessarium est propter vos.* Propterea non solum istam, quæ cernitur, sed illam quoque quæ intelligitur creaturam, nequaquam sufficere sibi credidit ad ostendendum zelum & caritatem, qua ardebat in Christum: sed etiam aliam, quæ non est, sermone formavit, ut quod tota voluntate cupiebat exprimeret. Sed Joannes in cibum locustas & mel sylvestre sumebat: at Paulus ita in mundi strepitu, quemadmodum ille in eremi quiete versatus est: non quidem pastus locustis, & melle sylvestri, sed multo his victu viliore contentus, ac ne necessario quidem indulgens cibo, præ fervore & studio prædicandi. Verum illius adversus Herodem apparuit magna constantia; at iste non unum, aut duos, aut tres, sed innumeros in simili positos potestate corripuit, imo longe illo sæviores tyrannos. Restat ut Paulum jam Angelis comparemus: ideoque relinquentes terram, ad cælorum fastigia transeamus. Sed nullus sermonis nostri accuset audaciam. Si enim Joannem & sacerdotes Dei scriptura Angelos nominavit: quid mirum, si præstantiorem omnibus Paulum illis Virtutibus conferamus? Quid ergo esse in Angelis magnificum judicamus? profecto quia cum omni cura obediunt Deo: quod David quoque admirando dicebat: *Potentes virtute, facientes verbum illius.* Huic enim bono nihil prorsus æquale est, etiam si sint millies incorporei: hoc est enim quod maxime præstat eos

Confertur cum aliis sanctis viris.

Rom. 9. 3.

Philip. 1. 24.

Matth. 3.

Matth. 14.

Psal. 102. 20.

beatos, quia obediunt præceptis Dei, quia eum in nullo aliquando contemnunt. Hoc igitur & in Paulo plene animadverti potest cum omni diligentia & cautione servatum. Non autem solum sermonem ejus implevit, verum etiam præcepta, supraque præcepta: hoc quippe declarans, ait: *Quæ est ergo merces mea, ut Evangelium prædicans, sine sumtu ponam Evangelium Dei?* quid vero aliud in Angelis Propheta miratur? *Qui facit*, inquit, *Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem urentem.* Sed hoc etiam in Paulo possumus invenire, qui velut ignis ac spiritus totum terrarum percurrit orbem, percurrendoque purgavit. Sed necdum cælum iste sortitus est? & hoc omnino mirabile: quia talis versabatur in terris, & mortali adhuc carne circumdatus, cum incorporalium potestatum virtute certabat. Quanta ergo sumus condemnatione digni, cum uno homine bona omnia in se congregante, ne minimam quidem eorum partem studemus imitari? Hæc assidue mente volventes, & nos ipsos inculpabiles præbeamus, & ad illius zelum studeamus accedere, ut ad eadem bona pervenire mereamur, gratia & misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum, amen.

1.Cor.9.18. Psal.103.4.

A πείθονται τοῖς προστάγμασιν, ὅτι οὐδαμοῦ παρακούουσι. τοῦτο τοίνυν καὶ ὑπὸ τοῦ Παύλου μετὰ ἀκριβείας ἐστὶν ἰδεῖν φυλαττόμενον. οὐ γὰρ δὴ τὸν λόγον αὐτοῦ ἐποίησε μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ προστάγματα, καὶ ὑπὲρ τὰ προστάγματα, καὶ τοῦτο δηλῶν ἔλεγε· τίς οὖν μοί ἐστιν ὁ μισθὸς, ἵνα εὐαγγελιζόμενος ἀδάπανον θήσω τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ; τί ἕτερον θαυμάζων αὐτοὺς ὁ προφήτης ἔλεγεν; ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, φησὶ, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πῦρ φλέγον. ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἐπὶ Παύλου ἐστὶν ἰδεῖν· καθάπερ γὰρ πνεῦμα καὶ πῦρ, οὕτω τὴν οἰκουμένην διέδραμεν ἅπασαν, καὶ τὴν γῆν B ἐξεκάθηρεν. ἀλλ' οὔπω τὸν οὐρανὸν ἔλαχε; τὸ γὰρ θαυμαστὸν τοῦτο, ὅτι ἐν τῇ γῇ τοιοῦτος ἦν, καὶ σῶμα θνητὸν περικείμενος, πρὸς τὰς ἀσωμάτους ἡμιλλᾶτο δυνάμεις. πόσης οὖν οὐκ ἂν εἴημεν καταγνώσεως ἄξιοι, ὅταν ἑνὸς ἀνθρώπου πάντα συνειληχότος ἑαυτῷ τὰ καλὰ, ἡμεῖς οὐδὲ τὸ πολλοστὸν μέρος μιμήσασθαι αὐτὸν σπουδάζωμεν; ταῦτ' οὖν ἐννοήσαντες, καὶ τῆς κατηγορίας ἑαυτοὺς ἀπαλλάξωμεν, καὶ σπουδάσωμεν πρὸς τὸν ἐκείνου ζῆλον ἐλθεῖν, ἵνα δυνηθῶμεν καὶ τῶν αὐτῶν ἀγαθῶν ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς C τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

DE LAUDIBUS SANCTI PAULI *Apostoli.*

HOMILIA II.

Quid sit homo, & quanta naturæ nostræ nobilitas, quantæque capax virtutis hoc sit animal, vel præcipue ex omnibus Paulus ostendit, qui nunc stetit adversus criminationes humanæ creaturæ, clarissima pro domino voce respondens, cohortans ad studia virtutis, & impudentissima blasphemantium ora concludens: docens quoque quod inter Angelos hominesque non grande sit medium, si tamen nos ipsos diligentius excolamus. Non enim aliam ille est sortitus naturam, nec dissimilem nactus animam, neque alterum habitans mundum, sed in eadem terra, eademque regione sub eisdem etiam legibus nutritus & moribus, cunctos qui vel nunc sunt homines, vel fuerunt, altius virtute transcendit. Ubi igitur illi nunc sunt qui vitia in proclivi, virtutem in arduo collocarunt? Hic enim palam illis repugnat, dicens: *Quod enim in præsenti momentaneum est ac leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum in nobis gloriæ pondus operatur.* Si autem hujusmodi tribulationes inveniuntur leves, quanto magis hæ quæ sunt in nobis voluptates? Neque vero hoc solum in illo mirabile est, quod præ abundantia devotionis quodammodo non sensit dolores pro virtute susceptos: sed etiam quod virtutem ipsam pro mercede non suscepit. Nam nos equidem pro ea nec proposita mercede certamus, quam ille complectens

2 Cor.4.17. Ingens Pauli fervor.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ΑΠΟΣΤΟΛΟΝ Παῦλον.

ΛΟΓΟΣ β'.

Τί ποτέ ἐστιν ἄνθρωπος, καὶ ὅση τῆς φύσεως τῆς ἡμετέρας ἡ εὐγένεια, καὶ ὅσης ἐστὶ δεκτικὸν ἀρετῆς τουτὶ τὸ ζῶον, ἔδειξε μάλιστα πάντων ἀνθρώπων ὁ D Παῦλος· καὶ νῦν ἕστηκεν ἐξ οὗ γέγονε, λαμπρᾷ τῇ φωνῇ πρὸς ἅπαντας τοὺς ἐγκαλοῦντας ἡμῶν τῇ κατασκευῇ ἀπολογούμενος ὑπὲρ τοῦ δεσπότου, καὶ προτρέπων ἐπ' ἀρετῇ, καὶ τὰ ἀναίσχυντα τῶν βλασφήμων ἐμφράττων στόματα, καὶ δεικνὺς ὅτι ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων οὐ πολὺ τὸ μέσον, ἐὰν ἐθέλωμεν προσέχειν ἑαυτοῖς. οὐ γὰρ ἄλλην φύσιν λαχὼν, οὐδὲ ἑτέρας κοινωνήσας ψυχῆς, οὐδὲ ἄλλον οἰκήσας κόσμον, ἀλλ' ἐν τῇ αὐτῇ γῇ καὶ χώρᾳ καὶ νόμοις καὶ ἔθεσι τραφεὶς, πάντας ἀνθρώπους ὑπερηκόντισε τοὺς ἐξ οὗ γεγόνασιν ἄνθρωποι γενομένους. ποῦ τοίνυν οἱ λέγοντες, ὅτι δύσκολον ἡ E ἀρετὴ, καὶ εὔκολον ἡ κακία; οὗτος γὰρ ἀντιφθέγγεται τούτοις, λέγων· τὸ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως, καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται. εἰ δὲ τοιαῦται θλίψεις ἐλαφραὶ, πολλῷ μᾶλλον αἱ οἴκοθεν ἡδοναί. καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶν αὐτοῦ τὸ θαυμαστὸν, ὅτι περιουσίᾳ τῆς προθυμίας οὐδὲ ᾐσθάνετο τῶν πόνων τῶν ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς, ἀλλ' ὅτι οὐδὲ ἐπὶ μισθῷ ταύτην μετῄει. ἡμεῖς μὲν γὰρ οὐδὲ μισθῶν προκειμένων ἀνεχόμεθα τῶν ὑπὲρ αὐτῆς ἱδρώτων·

ἐκεῖνος δὲ καὶ χωρὶς τοῦ ἐπάθλου αὐτὴν ἠσπάζετο καὶ ἐφίλει, καὶ τὰ δοκοῦντα αὐτῆς εἶναι κωλύματα μετὰ πάσης ὑφίστατο τῆς εὐκολίας· καὶ οὔτε σώματος ἀσθένειαν, οὐ πραγμάτων περίστασιν, οὐ φύσεως τυραννίδα, οὐκ ἄλλο οὐδὲν ᾐτιάσατο. καίτοι καὶ στρατηγῶν καὶ βασιλέων ἁπάντων τῶν ὄντων ἐπὶ γῆς μείζονα φροντίδα ἐγχειρισθεὶς, ἀλλ' ὅμως καθ' ἑκάστην ἤκμαζε τὴν ἡμέραν, καὶ τῶν κινδύνων ἐπιτεινομένων αὐτῷ, νεαρὰν ἐκέκτητο τὴν προθυμίαν· καὶ τοῦτο δηλῶν ἔλεγε, τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος· καὶ θανάτου προσδοκωμένου, εἰς κοινωνίαν τῆς ἡδονῆς ταύτης ἐκάλει λέγων, χαίρετε καὶ συγχαίρετέ μοι· καὶ κινδύνων ἐπικειμένων καὶ ὕβρεων, καὶ ἀτιμίας ἁπάσης, ἐσκίρτα πάλιν· καὶ Κορινθίοις ἐπιστέλλων ἔλεγε, διὸ καὶ εὐδοκῶ ἐν ἀσθενείαις, ἐν ὕβρεσιν, ἐν διωγμοῖς. καὶ ὅπλα δὲ αὐτὰ δικαιοσύνης ἐκάλεσε, δεικνὺς ὅτι καὶ ἐντεῦθεν τὰ μέγιστα ἐκαρποῦτο, καὶ τοῖς ἐχθροῖς πάντοθεν ἀχείρωτος ἦν· καὶ πανταχοῦ μαστιζόμενος, ὑβριζόμενος, λοιδορούμενος, ὥσπερ ἐν θριάμβοις ἐμπομπεύων, καὶ τὰ τρόπαια συνεχῆ πανταχοῦ γῆς ἱστὰς, οὕτως ἐκαλλωπίζετο, καὶ χάριν ὡμολόγει τῷ θεῷ λέγων· χάρις δὲ τῷ θεῷ τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς. καὶ τὴν ἀσχημοσύνην καὶ τὴν ὕβριν τὴν διὰ τὸ κήρυγμα μᾶλλον, ἢ ἡμεῖς τὴν τιμὴν ἐδίωκε, καὶ τὸν θάνατον, ἢ ἡμεῖς τὴν ζωὴν, καὶ τὴν πενίαν, ἢ τὸν πλοῦτον ἡμεῖς, καὶ τοὺς πόνους μᾶλλον, ἢ τὰς ἀνέσεις ἕτεροι, καὶ οὐχ ἁπλῶς μᾶλλον, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον, καὶ τὸ λυπεῖσθαι πλέον, ἢ τὸ χαίρειν ἕτεροι, τὸ ὑπερεύχεσθαι τῶν ἐχθρῶν μᾶλλον, ἢ τὸ κατεύχεσθαι ἕτεροι. καὶ ἀντέστρεψε τῶν πραγμάτων τὴν τάξιν, μᾶλλον δὲ ἡμεῖς ἀντεστρέψαμεν. ἐκεῖνος δὲ, ὥσπερ ὁ θεὸς ἐνομοθέτησεν, οὕτως αὐτὴν ἐφύλαττε. ταῦτα μὲν γὰρ κατὰ φύσιν ἅπαντα, ἐκεῖνα δὲ, τοὐναντίον. τίς τούτων ἀπόδειξις; Παῦλος, ἄνθρωπος ὢν, καὶ τούτοις ἐπιτρέχων μᾶλλον ἢ ἐκείνοις. ἓν τούτῳ φοβερὸν ἦν μόνον καὶ φευκτὸν, τὸ προσκροῦσαι θεῷ, ἕτερον δὲ οὐδέν· ὥσπερ οὖν οὐδὲ ποθεινὸν ἄλλο τι, ὡς τὸ ἀρέσαι θεῷ· καὶ οὐ λέγω τῶν παρόντων οὐδὲν, ἀλλ' οὐδὲ τῶν μελλόντων. μὴ γάρ μοι πόλεις εἴπῃς καὶ ἔθνη καὶ βασιλεῖς καὶ στρατόπεδα καὶ ὅπλα καὶ χρήματα καὶ σατραπείας καὶ δυναστείας, οὐδὲ γὰρ ἀράχνιον ταῦτα εἶναι ἐνόμισεν· ἀλλ' αὐτὰ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς τίθει, καὶ τότε αὐτοῦ ὄψει τὸν σφοδρὸν ἔρωτα τὸν πρὸς τὸν Χριστόν. οὐδὲ γὰρ πρὸς ἐκεῖνο τὸ φίλτρον, οὐκ ἀγγέλων ἀξίαν ἐθαύμασεν, οὐκ ἀρχαγγέλων, οὐκ ἄλλο τοιοῦτον οὐδέν. τὸ γὰρ ἁπάντων μεῖζον εἶχεν ἐν ἑαυτῷ, τὸν τοῦ Χριστοῦ ἔρωτα, καὶ μετὰ τούτου πάντων ἑαυτὸν μακαριώτερον εἶναι ἐνόμισε· καὶ τούτου χωρὶς, οὐδὲ τῶν κυριοτήτων, οὐδὲ τῶν ἀρχῶν καὶ τῶν ἐξουσιῶν

A etiam sine præmio diligebat, cuncta illa quæ asperitate sui videntur impedire virtutem, cum omni magnanimitate perpetiens: qui neque infirmitatem corporis, neque multitudinem circumstantium undique negotiorum, neque tyrannidem naturæ, neque quidquam aliud omnino causatus est: cum utique major illi, quam cunctis & militiæ principibus, & regibus terræ esset cura commissa. Sed quotidie celsior, quotidie assurgebat ardentior, & intentis sibi periculis nova semper alacritate pugnabat, idque significans dicebat: *Eorum quæ retro oblivis-* (Philip. 3. 13.) B *cens, in ea vero quæ priora sunt extendens me*; qui cum sibi jam mortem imminentem videret, ad communionem, delectationemque gaudii alios provocabat, dicens: *Gaudete, & congratulamini mihi*: (Philip. 2. 18.) ac periculis, injuriis, opprobriisque propositis, rursus exsultat, & Corinthiis scribens, ait: *Placeo* (2. Cor. 12. 10.) *mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in persequutionibus.* Cum utique hæc ipsa esse diceret arma justitiæ, ostendens hinc sibi fructum maximum provenire. Itaque cum inter medias inimicorum versaretur insidias, ovans tamen de omni eorum referebat impugnatione victorias, & ubique cæsus C verberibus, affectus injuriis atque maledictis, quasi triumphales pompas ageret, crebra tropæa strueret, gloriabatur, gratiasque referebat Deo, dicens: *Deo autem gratias, qui* (2. Cor. 2. 14.) *semper triumphat nos.* Itaque ad confusionem & injurias, quas ob prædicandi studium sustinebat, magis quam nos ad honorum oblectamenta properabat, mortem potius, quam nos vitam appetens: paupertatem, quam opulentiam: & multo amplius laborem desiderans, quam alii requiem post laborem: ac mœrorem magis eligens, quam alii voluptatem: studiosius pro inimicis D orans, quam alii adversus inimicos. Converterat enim ordinem rerum: imo nos eum vere pervertimus. Ab illo autem sic custoditus est, quemadmodum a Deo fuerat institutus. Illa enim omnia quæ appetebantur a Paulo, naturæ congrua: hæc vero, quæ idem ille fugiebat, contraria judicantur. Unde istud probari potest? Homo enim cum esset Paulus, ad illa tamen magis, quam ad ista currebat. Unum enim illi formidandum erat, atque metuendum, offensa nimirum Dei, nec quidquam aliud omnino. (Quid timendum sit, quid optandum.) Ergo nec desiderabile illi aliud erat, nisi placere semper Deo. Non dico quia nihil præsentium desiderabat, sed nec ipsorum aliquid E futurorum. Non enim mihi dicas urbes & gentes, exercitus, provincias, pecunias, potestates: hæc enim ille aranearum fila reputavit: sed ea ipsa pone, quæ promittuntur in cælis, & tunc ejus ardentem in Christo amorem videbis. Hic siquidem præ illius dulcedine, non Angelorum, non Archangelorum admiratus est dignitatem, nec quidquam horum simile concupivit. Quod enim erat majus omnibus, Christi amore fruebatur, cum hoc beatiorem se cunctis putabat; sine hoc autem neque dominatuum, neque principatuum socius esse

cupiebat: sed cum hac dilectione magis esse extremus optabat, imo etiam ex numero punitorum, quam sine hac inter summos, & honore sublimes. Hoc enim erat illi maximum & singulare tormentum, ab hac caritate discedere: hæc illi erat gehenna, hæc sola pœna, hæc infinita & intoleranda supplicia. Sicut etiam perfrui caritate Christi, hoc illi vita, hoc mundus, hoc Angelus, hoc præsentia, hoc futura, hoc regnum, hoc promissio, hoc bona videbatur innumera: præter hæc vero nihil in tristium parte ponebat. Horum enim quæ hic habentur, nihil asperum, nihil etiam suave reputabat. Sic despiciebat universa quæ cernimus, ut solet herba jam putrefacta contemni. Tyrannos vero ipsos, ac populos spirantes furorem, velut quosdam esse culices existimabat. Mortem vero & cruciatus & mille supplicia, quasi ludum putabat esse puerorum, dummodo propter Christum aliquid sustineret. Tunc enim ipsa amplectebatur libenter, & decorabatur vinctus catena magis, quam Nero diademate coronatus. Etenim coarctatus carcere habitabat cælum, ac libentius verbera excipiebat & vulnera, quam alii bravia diripiunt: & dolores non minus, quam præmia diligebat, cum ipsos utique dolores loco duceret præmiorum: propterea enim illos & gratiam nominabat. Quem sensum diligenter expende: præmium certe erat dissolvi, & esse cum Christo: permanere autem in carne, certamen: sed tamen propter Christi desiderium præmia differebat cupiditate certaminis, idque magis necessarium esse ducebat. E regione vero anathema a Christo fieri certamen erat & dolor, magis autem & supra certamen, supraque omnem dolorem. At vero esse cum Christo erat præmium singulare: Paulus tamen propter Christum illud maluit, quam istud eligere. Sed profecto dicat hic aliquis, quoniam hæc omnia propter Christum suavia esse dicebat; hoc plane etiam ipse confiteor, quoniam quæ nobis sunt causa tristitiæ, hæc illi pariebant maximam voluptatem. Et quid ego pericula, ærumnasque commemoro? In mœrore enim maximo ille versabatur, propter quod dicebat: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror?* Etsi in mœrore dicat quoque quis inesse aliquam voluptatem: multi enim illorum qui filiorum mortibus vulnerantur, aliquid consolationis accipiunt, si cum suis fletibus relinquuntur; magisque dolent, cum dolere prohibentur. Sic igitur & Paulus nocte & die consolationem excipiebat ex lacrymis: nullus siquidem tanto affectu mala propria, quam ille deflebat aliena. Quemadmodum enim illum opinaris afflictum, cum perditionem Judæorum dolet, qui ut illi salvi fierent, seipsum a cælorum gloria cupiebat excludi? Et inde hoc manifestum est, quia scilicet non salvari illos acerbius æstimabat, quam seipsum perire: aut si non acerbius, numquam aliud optasset: quod utique quasi tolerabilius elegit. Qui cum certe spe maxima futuri

Caritas Christi instar omnium bonorum.

Philip. 1.

2. Cor. 11. 29.

Rom. 9. 2.

A γενέσθαι ηὔχετο, ἀλλὰ μετὰ τῆς ἀγάπης ταύτης ἐν ἐσχάτοις εἶναι ἐβούλετο μᾶλλον καὶ τῶν κολαζομένων, ἢ ταύτης χωρὶς, τῶν ἄκρων καὶ τῶν τιμωμένων. κόλασις γὰρ ἐκείνῳ μία, τὸ τῆς ἀγάπης ταύτης ἀποτυχεῖν. τοῦτο αὐτῷ γέεννα, τοῦτο τιμωρία, τοῦτο μυρία κακά· ὥσπερ καὶ ἀπόλαυσις, τὸ ταύτης ἐπιτυχεῖν· τοῦτο ζωὴ, τοῦτο κόσμος, τοῦτο ἄγγελος, τοῦτο παρόντα, τοῦτο μέλλοντα, τοῦτο βασιλεία, τοῦτο ἐπαγγελία, τοῦτο τὰ μυρία ἀγαθά. ἕτερον δὲ B οὐδὲν τῶν μὴ φερόντων ἐνταῦθα, οὐδὲ λυπηρὸν, οὐδὲ ἡδὺ εἶναι ἐνόμιζεν· ἀλλ' οὕτω κατεφρόνει τῶν ὁρωμένων πάντων, ὡς τῆς κατασηπομένης βοτάνης. τύραννοι δὲ αὐτῷ καὶ δῆμοι θυμοῦ πνέοντες, κώνωπες εἶναι ἐδόκουν· θάνατος δὲ αὐτῷ καὶ τιμωρίαι καὶ μυρίαι κολάσεις, παίδων ἀθύρματα· πλὴν εἴ ποτε διὰ τὸν Χριστὸν ὑπέμενε. τότε γὰρ καὶ ταῦτα ἠσπάζετο, καὶ εἰς τὴν ἅλυσιν οὕτως ἐκαλλωπίζετο, ὡς οὐδὲ ὁ διάδημα Νέρων ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχων· καὶ τὸ δεσμω- C τήριον δὲ ᾤκει, ὡς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν, καὶ τραύματα καὶ μάστιγας ἐδέχετο ἥδιον τῶν τὰ βραβεῖα ἁρπαζόντων· καὶ τοὺς πόνους ἐφίλει τῶν ἐπάθλων οὐχ ἧττον, ἔπαθλον τοὺς πόνους εἶναι νομίζων. διὰ τοῦτο καὶ χάριν αὐτοὺς ἐκάλει. σκόπει δέ· ἔπαθλον ἦν, τὸ ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι, τὸ δὲ ἐπιμεῖναι τῇ σαρκὶ, ὁ ἀγὼν οὗτος. ἀλλ' ὅμως τοῦτο μᾶλλον αἱρεῖται ἐκείνου, καὶ ἀναγκαιότερον αὐτῷ εἶναί φησι· τὸ ἀνάθεμα ἀπὸ Χριστοῦ γενέσθαι, ἀγὼν ἦν καὶ πόνος, μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ ἀγῶνα καὶ πόνον· τὸ μετ' αὐτοῦ, ἔπαθλον. D ἀλλὰ τοῦτο μᾶλλον αἱρεῖται ἐκείνου διὰ τὸν Χριστόν. ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἂν, ὅτι ταῦτα πάντα διὰ τὸν Χριστὸν ἡδέα αὐτῷ ἦν. τοῦτο γὰρ καὶ ἐγώ φημι, ὅτι ἅπερ ἀθυμίας ἡμῖν αἴτια, ταῦτα ἐκείνῳ μεγάλην ἔτικτεν ἡδονήν. καὶ τί λέγω κινδύνους καὶ τὰς ἄλλας ταλαιπωρίας, καὶ γὰρ ἐν ἀθυμίᾳ διηνεκεῖ ἦν. διὸ καὶ ἔλεγε· τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι; πλὴν εἰ καὶ τὴν ἀθυμίαν ἡδονὴν ἔχειν εἴποι τις ἄν. πολλοὶ γὰρ καὶ τῶν E τέκνα ἀποβαλόντων, συγχωρούμενοι μὲν θρηνεῖν, παραμυθίαν λαμβάνουσι· κωλυόμενοι δὲ, ἀλγοῦσι· καθάπερ οὖν καὶ ὁ Παῦλος, νυκτὸς καὶ ἡμέρας δακρύων, παραμυθίαν ἐλάμβανεν. οὐδεὶς γὰρ οὕτω τὰ οἰκεῖα ἐπένθησε κακὰ, ὡς τὰ ἀλλότρια ἐκεῖνος. πῶς γὰρ οἴει διακεῖσθαι αὐτὸν Ἰουδαίων οὐ σωζομένων, ἵνα σωθῶσιν, εὐχόμενον ἐκπεσεῖν τῆς ἄνω δόξης; ὅθεν δῆλον ὅτι τὸ μὴ σώζεσθαι αὐτοὺς, πολλῷ χαλεπώτερον ἦν. εἰ γὰρ μὴ χαλεπώτερον, οὐκ ἂν ηὔξατο ἐκεῖνο· ὡς γὰρ κουφότερον εἵλετο, καὶ μᾶλλον

ἔχων παραμυθίαν. καὶ οὐχ ἁπλῶς ἐβούλετο, ἀλλὰ καὶ ἐβόα λέγων, ὅτι λύπη μοί ἐστι, καὶ ὀδύνη τῇ καρδίᾳ μου. τὸν οὖν καθ' ἕκαστον, ὡς εἰπεῖν, ὑπὲρ τῶν τὴν οἰκουμένην οἰκούντων ἀλγοῦντα, καὶ ὑπὲρ ἁπάντων κοινῇ, καὶ ἐθνῶν, καὶ πόλεων, καὶ ὑπὲρ ἑνὸς ἑκάστου, τίνι ἄν τις δυνηθείη παραβαλεῖν; ποίῳ σιδήρῳ; ποίῳ ἀδάμαντι; τί δαὶ ἄν τις ἐκείνην καλέσειε τὴν ψυχήν; χρυσῆν, ἢ ἀδαμαντίνην; καὶ γὰρ ἀδάμαντος ἦν πάντως στερροτέρα, καὶ χρυσοῦ, καὶ λίθων τιμίων τιμιωτέρα· κἀκείνης μὲν οὖν τῆς ὕλης τὴν εὐτονίαν παρελάσει, ταύτης δὲ τὴν πολυτέλειαν. τίνι ἂν οὖν τις αὐτὴν παραβάλοι; τῶν μὲν οὐσῶν οὐδεμιᾷ. εἰ δὲ χρυσὸς ἀδάμας γένοιτο, καὶ ἀδάμας χρυσὸς, τότε ὁπωσοῦν αὐτῶν τεύξεται τῆς εἰκόνος. ἀλλὰ τί μοι παραβάλλειν ἀδάμαντι καὶ χρυσῷ; τὸν κόσμον ἀντίθες ἅπαντα, καὶ τότε ὄψει καθέλκουσαν τοῦ Παύλου τὴν ψυχήν. εἰ γὰρ περὶ τῶν ἐν μηλωταῖς καὶ σπηλαίοις καὶ ἐν μικρῷ μέρει τῆς οἰκουμένης διατρεψάντων τοῦτό φησιν ἐκεῖνος, πολλῷ μᾶλλον περὶ αὐτοῦ ἂν εἴποιμεν ἡμεῖς, ὡς ὅτι πάντων ἀντάξιος ἦν. εἰ τοίνυν ὁ κόσμος αὐτοῦ οὐκ ἄξιος, τίς ἄξιος; τάχα ὁ οὐρανός· ἀλλὰ καὶ τοῦτο σμικρόν. εἰ γὰρ αὐτὸς οὐρανοῦ μετὰ τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς προετίμησε τοῦ δεσπότου τὴν ἀγάπην, πολλῷ μᾶλλον ὁ δεσπότης ὁ τοσοῦτον αὐτοῦ ἀγαθώτερος, ὅσον πονηρίας ἀγαθότης, μυρίων αὐτὸν οὐρανῶν προτιμήσει; οὐ γὰρ ὁμοίως ἡμᾶς φιλεῖ, καθάπερ ἡμεῖς αὐτὸν, ἀλλὰ τοσοῦτον πλέον, ὅσον οὐδὲ λόγῳ παραστῆσαι ἔνι. σκόπει γοῦν ἡλίκων αὐτὸν καὶ πρὸ τῆς μελλούσης ἠξίωσεν ἀναστάσεως. εἰς παράδεισον ἥρπασεν, εἰς τρίτον ἀνήγαγεν οὐρανὸν, ἀπορρήτων ἐποίησε κοινωνὸν τοιούτων, ἃ μηδενὶ τῶν τὴν ἀνθρωπίνην λαχόντων φύσιν θέμις εἰπεῖν· καὶ μάλα εἰκότως. καὶ γὰρ ἐν γῇ βαδίζων, ὡς μετὰ ἀγγέλων περιπολῶν, οὕτως ἔπραττεν ἅπαντα· καὶ σώματι θνητῷ συνδεδεμένος, τὴν ἐκείνων καθαρότητα ἐπεδείκνυτο, καὶ ἀνάγκαις τοσαύταις ὑποκείμενος, ἐφιλονείκει τῶν ἄνω δυνάμεων μηδὲν ἔλαττον φανῆναι. καὶ γὰρ ὡς πτηνὸς τὴν οἰκουμένην διέδραμε, καὶ ὡς ἀσώματος, πόνων ὑπερεώρα καὶ κινδύνων, καὶ ὡς τὸν οὐρανὸν ἤδη λαχὼν, κατεφρόνει τῶν ἐπὶ γῆς, καὶ ὡς μετ' αὐτῶν ἀναστρεφόμενος τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων, οὕτω διηνεκῶς ἐγρηγορὼς ἦν. καίτοι γε ἄγγελοι πολλάκις ἐνεχειρίσθησαν ἔθνη διάφορα· ἀλλ' οὐδεὶς αὐτῶν ὃ ἔθνος, ὃ ἐνεπιστεύθη, οὕτως ᾠκονόμησεν, ὡς Παῦλος τὴν οἰκουμένην ἅπασαν. καὶ μή μοι λέγε ὅτι Παῦλος οὐκ ἦν ὁ ταῦτα οἰκονομῶν· καὶ γὰρ αὐτὸς ὁμολογῶ. εἰ γὰρ καὶ μὴ αὐτὸς ἦν ὁ ταῦτα ἀνύων, ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ἐκτὸς ἦν τῶν ἐπὶ τούτοις ἐπαίνων, ἐπειδὴ ἑαυτὸν οὕτω κατεσκεύασεν ἄξιον τῆς τοσαύτης χάριτος. ὁ

A præmii paſceretur, non perfunctorie illud optabat, ſed clamabat dicens: *Quoniam triſtitia eſt mihi magna, & continuus dolor cordi meo.* [*Ibid.*] Hunc ergo de ſingulis, ut ita dixerim, habitatoribus mundi tam vehementer dolentem, & in commune pro cunctis, & gentibus & urbibus, pro unoquoque peculiariter lamentantem, cuinam rerum aliquis poterit comparare, cui ferro, cui adamanti? Quidnam aliquis illam appellet animam, aureamne magis, an adamantinam? Nam & erat omni adamante fortior, & auro gemmiſque precioſior: & alteram quidem materiam firmitate, alteram vero precioſitate ſuperabat. Cui ergo rei hæc ab aliquo anima B comparetur? Earum quidem quæ ſunt omnino nulli. Quod ſi vel auro adamantis fortitudo, vel adamanti honor daretur auri, tum forte aliquo modo comparatio ejus Pauli poſſet animæ convenire. [Paulus auro & adamante fortior.] Sed quid ego adamantem, vel aurum ad ſimilitudinem adduco Pauli? [*Heb.* 11. 38.] mundum ſi e diverſo appendas omnem, tunc videbis aperte Pauli vergere pondus examinis. Si enim de iis qui in melotis & ſpecubus, & in exigua orbis parte verſabantur, hoc dictum eſt: quanto magis nos dicemus Paulum mundo, & omnibus quæ in mundo ſunt digniorem? Si igitur eo mundus dignus non eſt, ſit forte vel C cælum; ſed iſtud quoque invenitur inferius. Si enim iſte non ſolum cælum, ſed quæ habentur in cælis Dei poſtpoſuit caritati: quomodo non magis Dominus, qui tanto eſt benignior Paulo, quanto malitiam bonitas antecellit, innumeris eum cælis judicat digniorem? Non enim quantum nos diligit Deus, tantum a nobis diligitur ipſe: ſed tanto effuſius, quantum nec ſermo quidem ſufficit explicare. Conſideremus ergo quantis illum honoribus etiam ante tempus reſurrectionis extulerit. [2. *Cor.* 12.] In paradiſum rapuit, & in cælum tertium ſublevavit, ineffabilis D arcani fecit eſſe participem, taliumque myſteriorum conſcium, quæ nulli hominum fas fuerit confiteri. [Quibus præmiis in hac vita Paulus donatus ſit.] Nec immerito: ſiquidem Paulus in terra gradiens, ſic ſe agebat in cunctis, quaſi Angelorum ſocietate frueretur. Nam paſſibili adhuc colligatus corpori, illorum perfectione gaudebat, tantiſque fragilitatibus ſubditus, in nullo inferior ſupernis virtutibus apparere certabat. Nam & tamquam pennatus totum docendo pervolavit orbem, & velut incorporeus labores omnes periculaque contempſit, & quaſi jam cælum poſſidens, cuncta prorſus terrena deſpexit, & tamquam cum ipſis jam incorporeis virtutibus degeret, ita jugi mentis intentione vigilavit. Et Angelis quidem E ſæpe diverſarum gentium cura commiſſa eſt, ſed nullus illorum ita creditum ſibi populum gubernavit, ut Paulus univerſum gubernavit orbem. Neque vero dicas, quia hæc non perficiebantur a Paulo. Hoc enim nos fatemur. Sed etſi ipſe non erat qui cuncta complebat, nequaquam tamen ab eorum operum laudibus ſeparabatur: quia utique dignum tantæ ſe gratiæ præparavit, per quam tam magnifica & glorioſa perficeret.

Michaël custos Gentis Judaicæ.

Michaëli gens commissa est Judæorum: Paulo vero terra, ac maria atque universi orbis habitatio, ipsumque desertum, & hoc non ad injuriam, quod absit, Angelorum; sed ostendimus esse possibile illis hominem copulari, juxtaque illorum merita consistere. Cujus autem rei gratia, non Angelis potius hæc prædicationis cura commissa est? Ut nullum scilicet excusationis colorem de se inveniret anima negligens, ac ne tu ad diversitatem naturæ confugeres dormiendo. Deinde ut tanto etiam major operum admiratio nasceretur, quanto de natura inferiore procederent. Quomodo enim non admirabile hoc atque improvisum videretur, cum ex terrena lingua sermo prosiliens, mortem fugat, peccata dissolvit, tenebras cæcitatis illuminat, & mutatione mirifica terram convertit in cælum? Propter hoc igitur stupeo virtutem Dei, propter hoc admiror promtum animum Pauli, quomodo se talem studuit exhibere, quomodo se tantæ gratiæ capacem paravit. Vos autem rogo, ut non miremini solum, verumetiam imitemini hoc tam clarum virtutis exemplum: sic namque poterimus coronarum ejus esse participes. Quod si aliquis nos dixisse miratur, quia quicumque habuerit Pauli merita, eadem sit etiam habiturus præmia, ipsum audiat ita dicentem: *Certamen, inquit, bonum certavi, cursum consummavi, fidem servavi; de cætero reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in die illa justus judex, non solum autem mihi, sed & iis qui diligunt adventum ejus.* Vides certe quomodo cunctos in eamdem gloriæ communionem vocet? Quia igitur omnibus eadem corona gloriæ proposita est, studeamus omnes esse digni illis bonis, quæ promissa sunt, inveniri. Neque solum magnitudinem atque eminentiam in illo debemus considerare virtutum & promtum illud animi ejus, atque robustum propositum, per quod ad tantam meruit gratiam pervenire: sed & naturæ societatem, per quam & nobis in cunctis ille participat: & sic etiam quæ valde sunt ardua, nobis facilia videbuntur & levia, brevique hoc tempore laborantes incorruptibilem illam gestabimus atque immortalem coronam, gratia & misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui est gloria, & imperium in sæcula sæculorum, amen.

2. Tim. 4. 7.

Μιχαὴλ τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος ἐνεχειρίσθη· Παῦλος δὲ γῆν καὶ θάλατταν, καὶ τὴν οἰκουμένην, καὶ τὴν ἀοίκητον. καὶ ταῦτα οὐκ ἀγγέλους ὑβρίζων λέγω, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ δεικνὺς, ὅτι δυνατὸν ἄνθρωπον ὄντα μετ' ἐκείνων εἶναι, καὶ ἐγγὺς αὐτῶν ἑστάναι. καὶ τίνος ἕνεκεν οὐκ ἄγγελοι ταῦτα ἐνεχειρίσθησαν; ἵνα μηδεμίαν ἀπολογίαν ἔχῃς ῥᾳθυμῶν, μηδὲ εἰς τὴν διαφορὰν τῆς φύσεως καταφεύγῃς καθεύδων· ἄλλως δὲ καὶ θαῦμα μεῖζον ἐγίνετο. πῶς γὰρ οὐ θαυμαστὸν καὶ παράδοξον, ἀπὸ γλώττης πηλίνης ἐκπηδῶντα λόγον, θάνατον φυγαδεύειν, ἁμαρτήματα λύειν, πεπηρωμένην διορθοῦν φύσιν, καὶ τὴν γῆν ἐργάζεσθαι οὐρανόν; διὰ τοῦτο ἐκπλήττομαι τοῦ θεοῦ τὴν δύναμιν, διὰ ταῦτα θαυμάζω τοῦ Παύλου τὴν προθυμίαν, ὅτι τοσαύτην ὑπεδέξατο χάριν, ὅτι τοιοῦτον παρεσκεύασεν ἑαυτόν. καὶ ὑμᾶς παρακαλῶ μὴ θαυμάζειν μόνον, ἀλλὰ καὶ μιμεῖσθαι τὸ ἀρχέτυπον τοῦτο τῆς ἀρετῆς. οὕτω γὰρ δυνησόμεθα τῶν αὐτῶν στεφάνων κοινωνῆσαι ἐκείνῳ. εἰ δὲ θαυμάζεις ἀκούων, ὅτι τὰ αὐτὰ κατορθώσας, τῶν αὐτῶν ἐπιτεύξῃ, ἄκουσον αὐτοῦ ταῦτα λέγοντος· τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα· λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, ὃν ἀποδώσει μοι κύριος ὁ δίκαιος κριτὴς ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ· οὐ μόνον δὲ ἐμοὶ, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἠγαπηκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ. ὁρᾷς πῶς πάντας εἰς τὴν αὐτὴν κοινωνίαν καλεῖ; ἐπεὶ οὖν ἅπασι πρόκειται τὰ αὐτὰ, πάντες σπουδάσωμεν ἄξιοι γενέσθαι τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν· καὶ μὴ μόνον τὸ μέγεθος καὶ τὸν ὄγκον τῶν κατορθωμάτων ἴδωμεν, ἀλλὰ καὶ τὸν τόνον τῆς προθυμίας, δι' ἧς τοσαύτην ἐπεσπάσατο χάριν, καὶ τὸ τῆς φύσεως συγγενὲς, τῶν γὰρ αὐτῶν ἡμῖν ἐκοινώνησεν ἁπάντων. καὶ οὕτω καὶ τὰ σφόδρα δυσκατόρθωτα, ῥᾴδια ἡμῖν φανεῖται καὶ κοῦφα, καὶ τὸν βραχὺν τοῦτον καμόντες χρόνον, τὸν ἀγήρω καὶ ἀθάνατον ἐκεῖνον στέφανον φοροῦντες διατελέσομεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ κράτος νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

DE LAUDIBUS SANCTI PAULI Apostoli.

HOMILIA III.

BEATUS Paulus, qui tantam vim humanæ alacritatis ostendit, ut ad cælum quoque ipsum valeret subvolare, prætermittens Angelos & Archangelos, aliasque virtutes, aliquando quidem suo exemplo Christi nos fieri imitatores jubet, dicendo:

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ΑΠΟΣΤΟΛΟΝ Παῦλον.

ΛΟΓΟΣ γ'.

Ὁ Μακάριος Παῦλος τῆς ἀνθρωπίνης προθυμίας ἐνδεικνύμενος τὴν ἰσχὺν, καὶ ὅτι πρὸς αὐτὸν [a] δυνάμεθα πτῆναι τὸν οὐρανὸν, ἀφεὶς ἀγγέλους καὶ ἀρχαγγέλους καὶ τὰς ἄλλας δυνάμεις, ποτὲ μὲν δι' ἑαυτοῦ μόνου μιμητὰς γενέσθαι κελεύει τοῦ Χριστοῦ λέγων,

[a] Savil. ad marg. δύναται, atque ita legisse videtur Interp.

μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ· ποτὲ δὲ καὶ χωρὶς ἑαυτοῦ πρὸς αὐτὸν αὐτοὺς ἀναβιβάζει τὸν θεὸν λέγων, γίνεσθε οὖν μιμηταὶ τοῦ θεοῦ, ὡς τέκνα ἀγαπητά. εἶτα δεικνὺς ὡς οὐδὲν οὕτω ποιεῖ τὴν μίμησιν ταύτην, ὡς τὸ κοινωφελῶς ζῆν καὶ πρὸς τὸ παντὶ χρήσιμον ὁρᾶν, ἐπήγαγε· περιπατεῖτε ἐν ἀγάπῃ. διὰ τοῦτο εἰπὼν, μιμηταί μου γίνεσθε, περὶ ἀγάπης εὐθέως διαλέγεται, δεικνὺς ὅτι αὕτη μάλιστα ἡ ἀρετὴ ἐγγὺς εἶναι ποιεῖ θεοῦ. ὡς αἵ γε ἄλλαι ταύτης καταδεέστεραι, καὶ περὶ ἀνθρώποις πᾶσαι στρέφονται· οἷον ἡ πρὸς ἐπιθυμίαν μάχη, ὁ περὶ τὴν γαστέρα πόλεμος, ἡ πρὸς τὴν φιλαργυρίαν παράταξις, ἡ πρὸς τὸν θυμὸν πάλη· τὸ δὲ φιλεῖν, τοῦτο κοινὸν ἡμῶν καὶ τοῦ θεοῦ. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς ἔλεγεν· εὔχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς, ὅπως γένησθε ὅμοιοι τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. τοῦτο τοίνυν καὶ ὁ Παῦλος εἰδὼς κεφάλαιον ὂν τῶν ἀγαθῶν, μετὰ πολλῆς ἐπεδείξατο τῆς ἀκριβείας. οὐδεὶς γοῦν οὕτως ἐχθροὺς ἐφίλησεν, οὐδεὶς οὕτω τοὺς ἐπιβουλεύοντας εὐηργέτησεν, οὐδεὶς τοσαῦτα ὑπὲρ τῶν λελυπηκότων ἔπαθεν. οὐδὲ γὰρ εἰς ἅπερ ἔπασχεν ἔβλεπεν, ἀλλὰ τὸ κοινὸν τῆς φύσεως ἐνενόει, καὶ ὅσῳ μᾶλλον ἐξεθηριοῦντο, τοσούτῳ μᾶλλον αὐτῶν ἠλέει τὴν μανίαν. καὶ ὡς ἄν τις διατεθείη πατὴρ περὶ παῖδα φρενίτιδι κατεχόμενον· ὅσῳ γὰρ ἂν ὑβρίζηται καὶ λακτίζηται χαλεπῶς ὁ κάμνων, τοσούτῳ μᾶλλον αὐτὸν ἐλεεῖ καὶ δακρύει· οὕτω κἀκεῖνος τῇ τῶν δαιμόνων ὑπερβολῇ τῶν ταῦτα ἐπαγόντων αὐτῷ τὴν νόσον στοχαζόμενος, πρὸς πλείονα κηδεμονίαν διανίστατο. ἄκουσον γοῦν αὐτοῦ πῶς ἡμέρως, πῶς συμπαθητικῶς ὑπὲρ αὐτῶν ἡμῖν διαλέγεται, τῶν πεντάκις αὐτὸν μαστιγωσάντων, τῶν καταλευσάντων, τῶν δησάντων, τῶν τοῦ αἵματος αὐτοῦ διψώντων, καὶ διασπάσασθαι καθ' ἑκάστην ἐπιθυμούντων αὐτὸν τὴν ἡμέραν. μαρτυρῶ γὰρ αὐτοῖς, φησὶν, ὅτι ζῆλον θεοῦ ἔχουσιν, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν. καὶ πάλιν τοὺς ἐπεμβαίνοντας αὐτοῖς ἀναχαιτίζων ἔλεγε· μὴ ὑψηλοφρόνει, ἀλλὰ φοβοῦ. εἰ γὰρ ὁ θεὸς τῶν κατὰ φύσιν κλάδων οὐκ ἐφείσατο, μήπως οὐδέ σου φείσηται. ἐπειδὴ γὰρ ἀπόφασιν εἶδε δεσποτικὴν ἐξιοῦσαν κατ' αὐτῶν, οὗ κύριος ἦν, τοῦτο ἐποίει· συνεχῶς ἐδάκρυεν ὑπὲρ αὐτῶν, ἤλγει, τοὺς ἐνάλλεσθαι βουλομένους αὐτοῖς ἐκώλυε, καὶ ἐκ τῶν ἐγχωρούντων ἐφιλονείκει σκιὰν γοῦν συγγνώμης αὐτοῖς εὑρεῖν. καὶ ἐπειδὴ λόγῳ πείθειν οὐκ εἶχε διὰ τὸ ἀνένδοτον αὐτῶν καὶ σκληρὸν, ἐπὶ συνεχεῖς εὐχὰς ἐτρέπετο λέγων· ἀδελφοὶ, ἡ μὲν εὐδοκία μου καὶ ἡ δέησίς μου ἡ πρὸς τὸν θεὸν, ὑπὲρ αὐτῶν ἐστιν εἰς σωτηρίαν. ὑποτείνει δὲ αὐτοῖς καὶ χρηστὰς ἐλπίδας λέγων· ἀμεταμέλητα τὰ χαρίσματα, καὶ ἡ κλῆσις τοῦ θεοῦ, ὥστε μὴ ἀπογνῶναι τέλεον καὶ ἀπολέσθαι. ἅπερ ἅπαντα κηδομένου καὶ σφόδρα ὑπὲρ αὐτῶν διακαιομένου ἦν· ὡς ὅταν λέγῃ· ὅτι ἥξει ἐκ Σιὼν ὁ ῥυόμενος, καὶ ἀποστρέψει

A *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi:* aliquando vero de se reticens, ad ipsius nos imitationem Dei extendit, dicens: *Estote ergo imitatores Dei, sicut filii carissimi.* Jam vero demonstrans, quia nihil ita hanc imitationem pariat, quam si ita vivat aliquis, ut bonum ejus in commune proficiat, atque universis utiliora provideat, adjunxit: *ambulate in caritate:* ideo cum dixisset, *imitatores mei estote;* continuo de caritate disseruit, quia hæc præcipue virtus homines Deo proximos facit. Quantæcumque enim sint aliæ inferiorem tenentes locum, cunctæ erga hominum studia versantur, ut est pugna B contra concupiscentiam, ut quod adversus gulam geritur bellum, ut in avaritiæ interitum acies ordinata, ut cum iracundiæ furore conflictus: diligere vero nobis Deoque commune est. Propterea & Dominus imperabat, *Orate pro calumniantibus & persequentibus vos, ut sitis filii patris vestri, qui in cælis est.* Hoc igitur & Paulus intelligens cunctorum esse caput bonorum, omni in se studio exprimere curavit. Nemo enim ita dilexit inimicos, nemo erga insidiatores suos tam beneficus fuit, nullus pro afflictoribus suis tanta perpessus est. Non enim ille, quid C patiebatur, sed naturæ copulam cogitabat, quantoque amplius efferebantur inimici, tanto eorum magis miserabatur insaniam. Ut enim aliquis indulgentissimus pater afficitur erga filium phrenesi comprehensum, cujus quanto magis conviciis ictibusque pulsatur, tanto eum potius miseratur atque deflet: ita Paulus qui de ipsa magnitudine passionum eorum, a quibus affligebatur, existimaret furorem, majora illis adhibebat fomenta pietatis. Audi igitur quam patienter, quam mansuete nobis pro illis loquatur, qui eum quinquies verberaverant, qui eum * catenis oneraverant, qui vinculis sæ- D pe constrinxerant, qui ejus ipsum sitiebant cruorem, quique illum quotidie discerpere gestiebant. *Testimonium*, inquit, *illis perhibeo, quoniam æmulationem Dei habent, sed non secundum scientiam.* Et rursus eos, qui se supra illos superbius efferebant, refrænans: *Noli*, ait, *altum sapere, sed time: si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat.* Quia enim cognoverat dominicam in illos jam processisse sententiam, quod unum & solum erat in sua potestate præstabat. Sæpe lacrymabatur vehementer, & pro filiis dolebat: volentes illis insultare prohibebat, atque in quantum poterat, la- E borabat umbram eis aliquam excusationis obtendere. Et quia propter contumaciam eorum atque duritiam, persuadere illis fidem sermone non poterat, ad orationes convertebatur assiduas. *Fratres*, inquit, *voluntas quidem cordis mei, & obsecratio ad Deum fit pro illis in salutem.* Spe quoque meliore illos solicitat, dicens: *Sine pœnitentia enim sunt dona & vocatio Dei*, ut non pertinacius usque ad finem desperatione moriantur. Quæ utique omnia sunt verba amantis, & valde eorum utilitatibus providentis: ut cum dicit, *Veniet ex Sion qui eripiat & avertat*

1. Cor. 11. 1.
Ephes. 5. 1.
Ibid.
Matth. 5. 44.
Caritas & mansuetudo Pauli.
* Gr. lapidaverant.
Rom. 10. 2.
Rom. 11. 20.
Rom. 10. 1.
Hesai. 59. 20.

impietates ab Jacob. Mordebatur enim ve-
hementer, ac penitus dissecabatur, cum
eos pereuntes videret, propter quod & mul-
ta solatia huic adhibebat dolori, aliquan-
Rom. 11. 26. do quidem dicens: *Veniet ex Sion, qui eri-
piat & avertat impietates ab Jacob:* aliquan-
Rom. 11. 31. do vero, *& isti non crediderunt in vestram mi-
sericordiam, ut & ipsi misericordiam consequan-
tur.* Facit autem hoc etiam Jeremias, vim
quamdam inferens, atque contendens ex-
cusationem aliquam pro delinquentibus in-
Jer. 14. 7. venire, & nunc quidem dicens: *Si peccata
nostra restiterunt nobis, fac propter te:* & rur-
Jer. 10. 23. sus, *Non est in homine via ejus, nec homo ibit,*
Psal. 102. 14. *& diriget iter suum:* & rursus, *Memento quo-
niam pulvis sumus.* Mos etenim est omnino
celeberrimus, ut ii, qui pro delinquentibus
deprecantur, etsi nihil idoneum afferant
ad rogandum, saltem umbram quamdam
excusationis pro eis opponant, non certa
verborum proprietate munitam, nec quæ
trahi possit in dogmata, sed quæ pro pe-
reuntibus tantummodo consoletur dolen-
tem. Non ergo hujusmodi excusationes scru-
pulosius ponderemus, sed intelligamus esse
illas dolentis animæ, & dicere aliquid pro
peccatoribus requirentis, juxtaque hunc
modum hæc quæ superius dicta sunt, cen-
seamus. Putas autem, quia erga solos Ju-
dæos talis exstiterit, ad alios vero, vel do-
mesticos, vel extraneos, non se multo etiam
1. Cor. 9. præbuerit mitiorem? [*His autem,* inquit,
*Quæ uncinis clauduntur, non exprimuntur in Græco. *qui sine lege erant, factus sum quasi sine lege
essem, ut omnes lucrifacerem*] Audi igitur quid
ad Timotheum sit loquutus: *Servum,* in-
quit, *Dei non oportet litigare: sed mansuetum
2. Tim. 2. 24. esse ad omnes, doctorem, patientem, cum mode-
stia corripientem eos qui resistunt, si quando det
illis Deus pœnitentiam ad cognoscendam veri-
tatem, ut resipiscant a diaboli laqueis, a quo
capti tenentur ad ipsius voluntatem.* Vis au-
tem probare, quam modeste etiam cum il-
lis loquatur, qui in peccata corruerant? au-
2. Cor. 12. 20. di quid Corinthiis dixerit: *Timeo,* inquit,
*ne forte cum venero, non quales volo inveniam
vos;* & paulo post, *Ne cum iterum venero,
humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos
ex his qui ante peccaverunt, & non egerunt pœ-
nitentiam super immunditia & fornicatione, &
impudicitia, quam gesserunt:* & ad Galatas,
Galat. 4. 19. *Filioli,* inquit, *mei, quos iterum parturio, do-
nec Christus formetur in vobis.* Et in causa ejus,
qui fuerat fornicatus, non minus eo ipso,
qui pro peccato suo lamentabatur, dolet,
2. Cor. 2. 8. proque illo alios deprecatur, dicens: *Con-
firmate in illum caritatem.* Sed etiam quando
illum ab Ecclesiæ corpore separabat, cum
multis hoc lacrymis, gemituque faciebat.
Ibid. *Ex multa,* inquit, *tribulatione & angustia cor-
dis scripsi vobis per multas lacrymas, non ut
contristemini, sed ut sciatis, quoniam carita-
1. Cor. 9. 20. tem habeam abundantius in vos:* & rursus, *fa-
ctus sum Judæis tamquam Judæus, his qui sub
lege erant, quasi sub lege essem, factus sum in-
firmus infirmis, omnibus omnia factus sum, ut
Coloss. 1. 28. omnes salvos facerem.* Et alibi rursus: *ut exhi-
beam omnem hominem perfectum in Christo Je-
su.* Vidistine animam omnia terrena supe-

A ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακώβ. καὶ γὰρ σφόδρα διεκόπτε-
το καὶ ἐδάκνετο ἀπολλυμένους ὁρῶν. διὸ πολλὰς ἐπε-
νόει παραμυθίας τῆς ἀλγηδόνος ταύτης ἑαυτῷ, ποτὲ
μὲν λέγων, ἥξει ὁ ῥυόμενος, καὶ ἀποστρέψει ἀσεβείας
ἀπὸ Ἰακώβ· ποτὲ δὲ, οὕτω καὶ οὗτοι ἠπείθησαν τῷ
ὑμετέρῳ ἐλέει, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐλεηθῶσι. ποιεῖ δὲ τοῦ-
το καὶ Ἱερεμίας, βιαζόμενος καὶ φιλονεικῶν ἀπολο-
γίαν τινὰ ὑπὲρ τῶν ἡμαρτηκότων εὑρεῖν, νῦν μὲν λέγων·
εἰ αἱ ἁμαρτίαι ἡμῶν ἀντέστησαν ἡμῖν, ποίησον ἕνεκέν
σου· νῦν δὲ πάλιν, οὐχὶ τοῦ ἀνθρώπου ἡ ὁδὸς αὐτοῦ,
οὐδὲ ἄνθρωπος πορεύσεται, καὶ κατορθώσει τὴν πορείαν
αὐτοῦ· καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν· μνήσθητι ὅτι χοῦς ἐσμεν.
B καὶ γὰρ ἔθος τοῖς ὑπὲρ τῶν ἡμαρτηκότων δεομένοις,
κἂν μηδὲν ἔχωσιν εὔλογον εἰπεῖν, σκιὰν γοῦν τινα
ἀπολογίας ἐπινοεῖν, οὐ διηκριβωμένας μὲν, οὐδὲ εἰς
δόγματα ἑλκυσθῆναι δυναμένας, παραμυθουμένας
δὲ ὅμως τοὺς ὑπὲρ τῶν ἀπολλυμένων ὀδυνωμένους. μὴ
τοίνυν μηδὲ ἡμεῖς τὰς τοιαύτας ἀκριβῶς ἐξετάζωμεν
ἀπολογίας, ἀλλ' ἐννοοῦντες ὅτι ψυχῆς εἰσιν ὀδυνω-
μένης, ζητούσης εἰπεῖν τι ὑπὲρ τῶν ἡμαρτηκότων, οὕ-
τως ἐκδεχώμεθα τὰ εἰρημένα. ἆρ' οὖν πρὸς Ἰου-
δαίους μόνον τοιοῦτος, πρὸς δὲ τοὺς ἔξωθεν οὐχί;
C πάντων ἡμερώτερος ἦν καὶ πρὸς τοὺς οἰκείους, καὶ πρὸς
τοὺς ἀλλοτρίους; οὐκοῦν ἄκουσον τί Τιμοθέῳ φησί· δοῦ-
λον δὲ κυρίου οὐ δεῖ μάχεσθαι, ἀλλ' ἤπιον εἶναι πρὸς
πάντας, διδακτικὸν, ἀνεξίκακον, ἐν πρᾳότητι παι-
δεύοντα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους, μή ποτε δῷ αὐτοῖς ὁ
θεὸς μετάνοιαν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, καὶ ἀνανή-
ψωσιν ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος, ἐζωγρημένοι
ὑπ' αὐτοῦ εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα. θέλεις ἰδεῖν αὐτὸν
καὶ πρὸς τοὺς ἡμαρτηκότας πῶς διαλέγεται; ἄκουσον
τί φησι Κορινθίοις ἐπιστέλλων· φοβοῦμαι δὲ μή πως
D ἐλθὼν, οὐχ οἵους θέλω, εὕρω ὑμᾶς· καὶ μετ' ὀλίγα,
μὴ πάλιν ἐλθόντα με ταπεινώσῃ ὁ θεός μου πρὸς
ὑμᾶς, καὶ πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων, καὶ
μὴ μετανοησάντων ἐπὶ τῇ ἀσελγείᾳ καὶ ἀκαθαρσίᾳ, ᾗ
ἔπραξαν. καὶ Γαλάταις δὲ γράφων ἔλεγε· τεκνία
μου, οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς
ἐν ὑμῖν. καὶ ὑπὲρ τοῦ πεπορνευκότος ἄκουσον αὐτοῦ,
πῶς οὐχ ἧττον ἐκείνου καὶ ὀδυνᾶται καὶ παρακαλεῖ λέ-
γων· κυρώσατε εἰς αὐτὸν ἀγάπην. καὶ ἡνίκα δὲ αὐ-
τὸν ἐξέκοπτε, μετὰ πολλῶν δακρύων τοῦτο ἐποίει. ἐκ
E γὰρ πολλῆς θλίψεώς, φησι, καὶ συνοχῆς καρδίας
ἔγραψα ὑμῖν, οὐχ ἵνα λυπηθῆτε, ἀλλὰ ἵνα γνῶτε
τὴν ἀγάπην, ἣν ἔχω περισσοτέρως εἰς ὑμᾶς. καὶ πάλιν·
ἐγενόμην τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖος, τοῖς ὑπὸ νόμον, ὡς
ὑπὸ νόμον, τοῖς ἀσθενοῦσιν, ὡς ἀσθενὴς, τοῖς πᾶσι γέγονα
τὰ πάντα, ἵνα πάντως τινὰς σώσω. καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν·
ἵνα παραστήσω πάντα ἄνθρωπον τέλειον ἐν Χριστῷ
Ἰησοῦ. εἶδες ψυχὴν ὑπερβαίνουσαν πᾶσαν τὴν γῆν;

πάντα

πάντα ἄνθρωπον προσεδόκησε παραστῆσαι; καὶ τό γε αὐτοῦ μέρος, πάντας παρέστησε. καὶ γὰρ ὥσπερ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν γεννήσας αὐτὸς, οὕτως ἐθορυβεῖτο, οὕτως ἔτρεχεν, οὕτω πάντας ἐσπούδαζεν εἰσαγαγεῖν εἰς τὴν βασιλείαν, θεραπεύων, παρακαλῶν, ὑπισχνούμενος, εὐχόμενος, ἱκετεύων, τοὺς δαίμονας φοβῶν, τοὺς διαφθείροντας ἐλαύνων, διὰ παρουσίας, διὰ γραμμάτων, διὰ ῥημάτων, διὰ πραγμάτων, διὰ μαθητῶν, δι᾽ ἑαυτοῦ τοὺς πίπτοντας ἀνορθῶν, τοὺς ἑστῶτας στηρίζων, διεγείρων τοὺς χαμαὶ κειμένους, θεραπεύων τοὺς συντετριμμένους, ἀλείφων τοὺς ῥαθυμοῦντας, φοβερὸν ἐμβοῶν ἐπὶ τοῖς ἐχθροῖς, δριμὺ βλέπων ἐπὶ τοῖς πολεμίοις· καθάπερ τις στρατηγὸς ἢ ἄριστος ἰατρὸς, αὐτὸς σκευοφόρος, αὐτὸς ὑπασπιστὴς, αὐτὸς ὑπερασπιστὴς, αὐτὸς παραστάτης, αὐτὸς πάντα γινόμενος τῷ στρατοπέδῳ· καὶ οὐκ ἐν τοῖς πνευματικοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς σαρκικοῖς πολλὴν τὴν πρόνοιαν ἐπεδείκνυτο, πολλὴν τὴν σπουδήν. ἄκουσον γοῦν αὐτοῦ, πῶς ὑπὲρ μιᾶς γυναικὸς πρὸς ὁλόκληρον ἐπιστέλλει δῆμον λέγων· συνίστημι δὲ ὑμῖν Φοίβην τὴν ἀδελφὴν ἡμῶν διάκονον οὖσαν τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Κεγχρεαῖς, ἵνα προσδέξησθε αὐτὴν ἐν κυρίῳ ἀξίως τῶν ἁγίων, καὶ παραστῆτε αὐτῇ, ἐν ᾧ ἂν ὑμῶν πράγματι χρήζῃ. καὶ πάλιν· οἴδατε τὴν οἰκίαν Στεφανᾶ, ἵνα καὶ ὑμεῖς ὑποτάσσησθε τοῖς τοιούτοις. καὶ πάλιν· ἐπιγινώσκετε τοὺς τοιούτους. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἴδιον τῆς φιλοστοργίας τῶν ἁγίων, τὸ καὶ ἐν τούτοις βοηθεῖν. οὕτω καὶ ὁ Ἐλισσαῖος τὴν ὑποδεξαμένην αὐτὸν γυναῖκα, οὐκ ἐν τοῖς πνευματικοῖς μόνον ὠφέλει, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς σαρκικοῖς ἐσπούδαζεν ἀμείβεσθαι. διὸ καὶ ἔλεγεν· εἴ τίς ἐστί σοι λόγος πρὸς τὸν βασιλέα, ἢ πρὸς τὸν ἄρχοντα; καὶ τί θαυμάζεις, εἰ τὴν ἀπὸ τῶν γραμμάτων παρεῖχε σύστασιν ὁ Παῦλος, ὅπου γε καὶ καλῶν τινας πρὸς ἑαυτὸν, οὐδὲ τοῦτο ἀνάξιον εἶναι ἐνόμισε, τὸ καὶ περὶ ἐφοδίων αὐτῶν φροντίσαι, καὶ καταθέσθαι αὐτὸ ἐν ἐπιστολῇ; καὶ γὰρ ἐπιστέλλων Τίτῳ, φησί· Ζηνᾶν τὸν νομικὸν καὶ Ἀπολλὼ σπουδαίως πρόπεμψον, ἵνα μηδὲν αὐτοῖς λείπῃ. εἰ δὲ παρατιθέμενος οὕτω σπουδαίως ἐξέπεμπε, πολλῷ μᾶλλον, εἴ που κινδυνεύοντας εἶδε, πάντα ἂν ἔπραξεν. ὅρα γοῦν καὶ πρὸς τὸν Φιλήμονα ἐπιστέλλων, πόσην ποιεῖται σπουδὴν διὰ Ὀνήσιμον, καὶ πῶς συνετῶς, πῶς κηδεμονικῶς ἐπιστέλλει. ὁ δὲ ὑπὲρ ἑνὸς οἰκέτου, καὶ ταῦτα φυγάδος γεγενημένου, καὶ ὑφελομένου πολλὰ τῶν δεσποτικῶν, ὁλόκληρον μὴ παραιτησάμενος συνθεῖναι ἐπιστολὴν, ἐννόησον ἡλίκος περὶ τοὺς ἄλλους ἦν. καὶ γὰρ ἓν μόνον αἰσχύνης ἄξιον ἐνόμιζεν εἶναι, τὸ, δέον γενέσθαι τι πρὸς σωτηρίαν, παριδεῖν. διὰ τοῦτο πάντα ἐκίνει, καὶ οὐδὲν ὤκνει δαπανᾶν ὑπὲρ τῶν σωζομένων, οὐ ῥήματα, οὐ χρήματα, οὐ σῶμα. ὁ γὰρ μυριάκις ἑαυτὸν θανάτοις ἐκδοὺς, πολλῷ μᾶλλον οὐδὲ χρημάτων ἐφείσατο, εἴγε παρῆν. καὶ τί λέγω, εἴγε παρῆν;

A rantem? Omnem enim prorsus hominem Deo exhibere cupiebat, & omnes quantum ad ipsum spectat exhibuit: quasi enim universum mundum genuisset, sic perturbabatur, sic currebat, sic omnes in regnum Dei festinabat inducere, sanando, docendo, pollicendo, meditando, tum orando pro ipsis, tum etiam ipsis supplicando, & terrendo, & dæmones corruptores animarum fugando, aliquando epistolis, aliquando præsentia, nunc sermone, nunc rebus: per discipulos, per semetipsum conabatur erigere labantes, stantes vero firmare, humi jacentes attollere, sanare contritos, torpen-

B tes oleo exhortationis animare: inimicis insonare terribiliter, hostes minaciter intueri, instar optimi cujusdam ducis, ac medici artis suæ instrumenta gestantis, protector ipse bellantium, ipse sedulus ægrotorum minister, & unus omnium officiorum personas gerebat, exercitum ubique custodiens. Nec in spiritualibus solum * tam egregium conservabat ducem, sed in carnalibus quoque plurima solicitudinis, ac providentiæ suæ documenta præstabat. Audi itaque quemadmodum pro una etiam muliere ad universum scribat populum, dicens: *Commendo autem vobis Phœben sororem*

* Gr. providentiam exhibebat suam.

Rom. 16. 1.

C *nostram, quæ est in ministerio Ecclesiæ, quæ est Cenchreis, ut eam suscipiatis in Domino digne sanctis, & assistatis ei, in quocumque negotio vestri indiguerit*: & iterum, *Nostis*, ait, *domum Stephanæ, ut & vos subditi sitis ejusmodi*: & rursus, *Cognoscite qui hujusmodi sunt*. Est enim hoc quoque proprium, & familiare in dilectione sanctorum, ut in his quoque succurrant. Sic enim & Elisæus mulierem illam susceptricem suam, non spiritualibus solum, verumetiam carnalibus beneficiis remunerat, propter quod cum multa solicitudine curaque dicebat: *Non est tibi sermo*

1. Cor. 16. 15. & 18.

4. Reg. 4. 13.

Ibid.

D *ad regem, vel ad principem.* Et quid mirum, si commendationes per literas præstitit Paulus, qui ad se aliquos revocans, nec de viatico illorum curam gerere dedignatus est, idque ipsum in epistola sua scribere? Siquidem scribens Tito ait: *Zenam legis peritum, & Apollo solicite præmitte, ut nihil illis desit.* Qui commendans aliquos tam studiose scripsit atque solicite, multo magis sicubi vidisset periclitantes, cuncta fecisset. Ad Philemonem quoque propter Onesimum scribens, vide quam omne impendebat studium, quam intente ac solicite deprecetur. Qui autem pro uno servulo maxime fugiti-

Tit. 3. 13.

E vo, & qui ex rebus domini multa subtraxerat, integram, omnique affectu plenam epistolam sine cunctatione composuit, qualis circa alios fuerit perpende. Unum enim hoc ille pudore dignum putavit, aliquid scilicet pro cujuslibet salute negligere. Propter hoc agebat omnia, & commovebat: nec omnino quidquam pro iis, qui salvandi erant, cunctabatur impendere, non verba, non pecunias, non denique corpus ipsum. Qui enim millies seipsum tradiderat in mortem, multo magis si habuisset, nec pecuniis pepercisset. Et quid dico si habuisset, cum pro-

bare possim, non pepercisse eum pecuniis, etiam nihil habentem? Et ne ambiguum putetur esse quod dicimus, audi ipsum rursus loquentem: *Quoniam*, inquit, *libenter impendam, & superimpendar ipse pro animabus vestris:* * Et ad Ephesios scribens ait: *Ipsi scitis, quoniam necessitatibus meis, & his qui mecum erant, ministraverunt manus istæ.* Cum vero celsus in omnium consisteret arce virtutum, omnem tamen flammam præcipuo caritatis ardore vincebat. Ut enim missum in ignem ferrum, totum profecto ignis efficitur: sic Paulus caritate succensus, totus factus est caritas, qui quasi communis totius mundi esset pater, ita in amore omnium ipsos eorum imitabatur parentes: imo cunctos, non carnales tantummodo, verum etiam spiritales patres solicitudine ac pietate superabat: & pecunias, & verba, & corpus, & animam pro iis, quos diligebat, impendens. Propter hoc itaque caritatem etiam plenitudinem legis vocabat, & vinculum perfectionis, & omnium matrem bonorum, & initium finemque virtutum: proptereaque dicebat: *Finis autem præcepti est caritas de corde puro, & conscientia bona:* & rursus; *Non adulterabis, non occides, & si quod aliud est mandatum, in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Quia igitur & initium, & finis, & bona omnino universa dilectio est, vel in ipsa studeamus Paulum imitari: etenim hic illius ope talis effectus est. Non enim proponas mihi mortuos, quos sæpius suscitavit: neque leprosos, quos eadem virtute mundavit: nihil horum requirit a te Deus. Posside caritatem Pauli, & perfectam adipisceris coronam. Cujus vero ista sententia est? Ipsius nutritoris utique caritatis, qui eam & mirabilibus, & signis, & aliis bonis mille præposuit. Quia enim eam ipse abunde, ac vehementer impleverat, idcirco etiam acrius, atque examinatius vim ejus intelligit. Per ipsam etenim ille ad tam celsum perfectionis culmen ascendit, nihilque eum ita dignum Deo, ut virtus præstitit caritatis: & ideo dicebat: *Imitamini dona meliora, & adhuc excellentiorem viam vobis demonstro*, caritatem profecto optimam viam plenissimamque pronuncians. In hac igitur etiam nos jugiter ambulemus, ut & Paulum, imo & dominum Pauli videre mereamur, & incorruptibiles consequamur coronas, gratia & misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui est gloria & imperium, in sæcula sæculorum, amen.

2. Cor. 12. 15.

* Gr. & Ephesios alloquens.

Act. 20. 34.

Caritas plenitudo legis.

1. Tim. 1. 5.

Rom. 13. 9.

1. Cor. 12. 31.

A καὶ γὰρ μὴ παρόντων δυνατὸν δεῖξαι, ὅτι οὐκ ἐφείσατο. καὶ μὴ νομίσῃς αἴνιγμα εἶναι τὸ ῥῆμα, ἀλλ' αὐτοῦ πάλιν ἄκουσον λέγοντος· ὅτι ἥδιστα δαπανήσω, καὶ ἐκδαπανηθήσομαι ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν. καὶ Ἐφεσίοις δημηγορῶν ἔλεγεν· αὐτοὶ οἴδατε ὅτι ταῖς χρείαις μου, καὶ τοῖς οὖσι μετ' ἐμοῦ ὑπηρέτησαν αἱ χεῖρες αὗται. καὶ ὢν μέγας, ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῶν ἀγαθῶν, τῇ ἀγάπῃ, φλογὸς πάσης σφοδρότερος ἦν. καὶ καθάπερ σίδηρος εἰς πῦρ ἐμπεσὼν, ὅλος γίνεται πῦρ, οὕτω καὶ αὐτὸς τῷ πυρὶ τῆς ἀγάπης ἀναφθεὶς, ὅλος γέγονεν ἀγάπη· καὶ ὥσπερ κοινὸς πατὴρ B τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ὢν, οὕτω τοὺς γεγεννηκότας αὐτοὺς ἐμιμεῖτο· μᾶλλον δὲ καὶ πάντας ὑπερηκόντισε πατέρας καὶ σωματικῶν καὶ πνευματικῶν ἕνεκεν φροντίδων, καὶ χρήματα, καὶ ῥήματα, καὶ σῶμα, καὶ ψυχὴν, καὶ πάντα ἐπιδιδοὺς ὑπὲρ τῶν ἠγαπημένων. διὰ τοῦτο καὶ πλήρωμα αὐτὴν ἐκάλει νόμου, καὶ σύνδεσμον τελειότητος, καὶ μητέρα τῶν ἀγαθῶν πάντων, καὶ ἀρχὴν καὶ τέλος ἀρετῆς. διὸ καὶ ἔλεγε· τὸ δὲ τέλος τῆς ἐπαγγελίας, ἀγάπη ἐκ καθαρᾶς καρδίας, καὶ συνειδήσεως ἀγαθῆς. καὶ πάλιν, τὸ γὰρ, οὐ C μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις, καὶ εἴ τις ἑτέρα ἐντολὴ, ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ ἀνακεφαλαιοῦται, ἐν τῷ, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. ἐπεὶ οὖν ἀρχὴ καὶ τέλος καὶ πάντα τὰ ἀγαθὰ ἡ ἀγάπη, καὶ ταύτῃ τὸν Παῦλον ζηλώσωμεν· καὶ γὰρ οὗτος ἐντεῦθεν τοιοῦτος ἐγένετο. μὴ γάρ μοι τοὺς νεκροὺς εἴπῃς, οὓς ἀνέστησε, μηδὲ τοὺς λεπροὺς, οὓς ἐκάθηρεν· οὐδὲν τούτων ὁ θεὸς ἐπιζητήσει παρὰ σοῦ. κτῆσαι τὴν ἀγάπην τὴν Παύλου, καὶ τὸν στέφανον ἕξεις ἀπηρτισμένον. τίς ταῦτά φησιν; αὐτὸς ὁ τῆς ἀγάπης τροφεὺς, οὗτος ὁ καὶ σημείων, καὶ θαυμάτων, καὶ μυ-D ρίων αὐτὴν ἑτέρων προθείς. ἐπειδὴ γὰρ σφόδρα αὐτὴν κατωρθώκει, διὰ τοῦτο καὶ μετ' ἀκριβείας αὐτῆς οἶδε τὴν ἰσχύν. ἐντεῦθεν καὶ αὐτὸς τοιοῦτος ἐγένετο, καὶ οὐδὲν οὕτως αὐτὸν ἐποίησεν ἄξιον, ὡς ἡ τῆς ἀγάπης δύναμις. διὸ καὶ ἔλεγε· ζηλοῦτε τὰ χαρίσματα τὰ κρείττονα· καὶ ἔτι καθ' ὑπερβολὴν ὁδὸν ὑμῖν δείκνυμι, τὴν ἀγάπην λέγων, τὴν καλλίστην ὁδὸν καὶ ῥᾳδίαν ταύτην. τοίνυν καὶ ἡμεῖς βαδίζωμεν συνεχῶς, ἵνα καὶ Παῦλον ἴδωμεν, μᾶλλον δὲ τὸν Παύλου δεσπότην, καὶ τῶν ἀκηράτων ἐπιτύχωμεν στεφάνων, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ, E καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

DE LAUDIBUS SANCTI PAULI Apostoli.

HOMILIA IV.

BEATUS Paulus, qui nos hodie congregavit, quique terrarum etiam illuminavit orbem, vocationis suæ tempore aliquando cæcatus est: sed illius cæcitas illu-

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ΑΠΟΣΤΟΛΟΝ Παῦλον.

ΛΟΓΟΣ δ'.

Ὁ Μακάριος Παῦλος ὁ τήμερον ἡμᾶς συναγαγὼν, καὶ τὴν οἰκουμένην φωτίσας, οὗτος ἐν ᾧ καιρῷ τῆς κλήσεως ἐτυφλώθη ποτέ· ἀλλ' ἡ πήρωσις

ἐκείνου, φωτισμὸς γέγονε τῆς οἰκουμένης. ἐπειδὴ γὰρ ἔβλεπε κακῶς, ἐπήρωσεν αὐτὸν καλῶς ὁ θεὸς, ὥστε ἀναβλέψαι χρησίμως· ὁμοῦ μὲν τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως ἀπόδειξιν αὐτῷ παρεχόμενος, ὁμοῦ δὲ ἐν τῷ πάθει τὰ μέλλοντα προδιατυπῶν, καὶ τοῦ κηρύγματος τὸν τρόπον διδάσκων, καὶ ὅτι ταῦτα πάντα οἴκοθεν ἀποβαλόντα, καὶ μύσαντα καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς, αὐτῷ ἕπεσθαι χρή. διὸ καὶ αὐτὸς ἐβόα τοῦτο αὐτὸ δηλῶν· Εἴ τις δοκεῖ σοφὸς εἶναι ἐν ὑμῖν, γενέσθω μωρὸς, ἵνα γένηται σοφός· ὡς οὐκ ἐνὸν ἀναβλέψαι καλῶς, μὴ πρότερον πηρωθέντα καλῶς, καὶ τοὺς οἰκείους καὶ ταράττοντας αὐτὸν ἐκβαλόντα λογισμοὺς, καὶ τῇ πίστει τὸ πᾶν ἐπιτρέψαντα. ἀλλὰ μηδεὶς ταῦτα ἀκούων, ἠναγκασμένην νομιζέτω εἶναι ταύτην τὴν κλῆσιν. καὶ γὰρ ἐδύνατο πάλιν ἐπανελθεῖν, ὅθεν ἐξέβη. πολλοὶ γοῦν ἕτερα μείζονα θαύματα ἰδόντες, ὑπέστρεψαν πάλιν, καὶ ἐν τῇ καινῇ, καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ· οἷον ὁ Ἰούδας, ὁ Ναβουχοδονόσορ, ὁ Ἐλύμας ὁ μάγος, ὁ Σίμων, ὁ Ἀνανίας καὶ ἡ Σάπφειρα, ὅλος τῶν Ἰουδαίων ὁ δῆμος. ἀλλ' οὐχ ὁ Παῦλος. ἀλλὰ διαβλέψας, πρὸς τὸ ἀκήρατον φῶς τὸν δρόμον ἐπέτεινε, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἵπτατο. εἰ δὲ ἐξετάζεις τίνος ἕνεκεν ἐπηρώθη, ἄκουε αὐτοῦ λέγοντος· ἠκούσατε γὰρ τὴν ἐμὴν ἀναστροφήν ποτε ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ, ὅτι καθ' ὑπερβολὴν ἐδίωκον τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἐπόρθουν αὐτὴν, καὶ προέκοπτον ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ ὑπὲρ πολλοὺς συνηλικιώτας ἐν τῷ γένει μου, περισσοτέρως ζηλωτὴς ὑπάρχων τῶν πατρικῶν μου παραδόσεων. ἐπεὶ οὖν οὕτω σφοδρὸς ἦν καὶ ἀπροόπτως, σφοδροτέρου ἐδεῖτο χαλινοῦ, ἵνα μὴ τῇ ῥύμῃ τῆς προθυμίας ἀγόμενος, καὶ παρακούσῃ τῶν λεγομένων. διὰ δὴ τοῦτο καταστέλλων αὐτοῦ τὴν μανίαν ἐκείνην, πρότερον κατευνάζει τὰ κύματα τῆς ῥαγδαίας ὀργῆς ἐκείνης διὰ τῆς πηρώσεως, καὶ τότε αὐτῷ διαλέγεται, δεικνὺς τῆς σοφίας αὐτοῦ τὸ ἀπρόσιτον, καὶ τὸ τῆς γνώσεως ὑπερέχον· καὶ ἵνα μάθῃ τίνα πολεμεῖ, οὐ μόνον κολάζοντα, ἀλλ' οὐδὲ εὐεργετοῦντα δύναται ἐνεγκεῖν. οὐ γὰρ σκότος αὐτὸν ἐπήρωσεν, ἀλλ' ὑπερβολὴ φωτὸς αὐτὸν ἐσκότισε. καὶ τί δή ποτε μὴ ἐξ ἀρχῆς τοῦτο ἐγένετο, φησί; μὴ ζήτει τοῦτο, μηδὲ περιεργάζου, ἀλλὰ παραχώρει τῷ ἀκαταλήπτῳ τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας τοῦ καιροῦ τὴν ἐπιτηδειότητα. καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς τοῦτο ποιεῖ λέγων· ὅτε δὲ εὐδόκησεν ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρός μου, καὶ καλέσας διὰ τῆς χάριτος αὐτοῦ ἀποκαλύψαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοί. οὐκοῦν καὶ σὺ μηδὲν περιεργάζου πλέον, ὅταν Παῦλος τοῦτο λέγῃ. τότε γὰρ, τότε συνέφερε τῶν σκανδάλων ἀρθέντων ἐκ μέσου. λοιπὸν ἀπὸ τούτου μάθωμεν, ὅτι οὐδεὶς οὐδαμῶς οὐδὲ τῶν πρὸ αὐτοῦ, οὐδὲ αὐτὸς οἴκοθεν αὐτὸν εὗρεν, ἀλλ' ὁ Χριστὸς ἑαυτὸν ἐφανέρωσε. διὸ καὶ ἔλεγεν· οὐχ ὑμεῖς με ἐξελέξασθε, ἀλλ' ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς· ἐπεὶ τίνος ἕνεκεν ὁρῶν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἀνισταμένους νεκροὺς, οὐκ ἐπίστευσεν;

A minatio totius orbis effecta est. Quoniam enim videbat male, bene eum excæcavit Deus, ut utiliter jam videret in reliquum. *(Cœcitas Pauli nos illuminat.)* Simul enim & documentum ei virtutis suæ præbuit, & in passione ejus figuravit futura, & modum ejus prædicationis edocuit, quod scilicet oporteret eum priora studia penitus excludere,* & quasi conniventem oculis semetipsum undique coërcere: *(* Græc. & clausis oculis ipsum sequi.)* propter quod ipse idem istud significans, clamat: *Si quis videtur inter vos sapiens, stultus fiat, ut sit sapiens.* *(1. Cor. 3. 18.)* Nequaquam ergo potuisset rursum bene videre, nisi prius excæcatus fuisset; unde & propriam sapientiam, qua pertur-B babatur, excludens, fidei se per cuncta committeret. Sed nullus hoc audiens, vocationem istam necessitatem putet, siquidem potuit redire unde discesserat. Multi enim in novo, & in veteri Testamento, cum majora sæpe mirabilia vidissent, retro, ut legimus, sunt reversi: ut Nabuchodonosor, ut Judas, ut Elymas magus, ut Simon, ut Ananias, ut Sapphira, ut universus populus Judæorum: sed non ita Paulus. *(Vocatio Pauli qualis.)* Illustrato enim mentis aspectu ad sincerissimum illud lumen cursu tetendit, atque ad cælum perniciter subvolavit. Quod si interroges, cu-C jus rei gratia sit cæcatus, accipe ipsum loquentem: *Audistis*, inquit, *conversationem meam aliquando in Judaïsmo, quoniam supra modum persequebar Ecclesiam Dei, & expugnabam illam, & proficiebam in Judaïsmo supra multos coætaneos meos, in genere meo abundantius æmulator exsistens paternarum mearum traditionum.* *(Gal. 1. 13.)* Quia enim vehemens adeo erat & fervens, frenis quoque vehementioribus indigebat, ne scilicet impetu ipso ejus, qua ferebatur, alacritatis arreptus, prolata ad se verba contemneret. Propterea igitur furorem ejus indomitum prius comprimit, D concitatos & præcipites illius iracundiæ fluctus, cæcitatis beneficio redigit in quietem, & tunc demum cælesti eum donat affatu, ostendens proprie inaccessibilem sapientiam, & supereminentem omnibus divinæ scientiæ bonitatem, ut disceret, cui jam adversario repugnaret: quem certe non modo punientem ferre non posset, sed nec beneficia conferentem. Non enim ille obscuritate tenebrarum, sed luminis nimietate cæcatus est. Et cur, inquis, hoc non ante factum est? Ne quæras istud, neque velis esse curiosior, sed concede incomprehensibili Dei providentiæ salutes hominum notis E sibi temporum opportunitatibus ordinare. Sic enim etiam ipse fatebatur, dicens: *Cum autem placuit ei, qui me segregavit de utero matris meæ, & vocavit per suam gratiam, ut revelaret filium suum in me.* *(Gal. 1. 15.)* Nihil tu igitur scruteris amplius, quando hæc dicit & Paulus. Istud enim tunc utique fieri oportuit, cum jam scandala ubique sublata essent. Ab ipso itaque discamus, quoniam nullus ante Paulum, neque ipse Paulus ex se tantummodo eum invenit, sed ipse se Christus ostendit, & idcirco dicebat: *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.* *(Joan. 15. 16.)* Cæterum cur ante non credidit, cum videret in ipsius nomine

resurgere mortuos, ambulare claudos, paralyticos roborari, dæmones effugari? Nullum enim fructum ille ex his omnibus consequutus est, cum tamen non ignoraret ista, qui tam erat erga Apostolos curiosus, qui

Act. 7.

certe cum lapidaretur Stephanus adstabat; & faciem ejus videbat angelico fulgore radiantem. Cur ergo nihil inde lucratus est? Quia necdum utique vocatus fuerat a Christo.

Vocatio non necessitatem infert.

Tu vero hoc audiens noli vocationem istam, necessitatem putare. Non enim Deus homines cogit vocando, sed post vocationem quoque permittit eos propriarum esse dominos voluntatum. Nam & Judæis seipsum, quando oportuit, revelavit: sed illi propter gloriam, quam ab hominibus requirebant, ultro se offerentem suscipere noluerunt. Verum hoc loco infidelior quis opponat, atque dicat: Cur me etiam non vocavit e cælo?

Cur e cælo nos Deus non vocet.

Unde autem manifestum est, ô homo, quia Paulum vocavit de cælo? Sed credis istud? ergo si credis, hoc ipsum ad signum tibi satis est. Si vero non credis quia e cælo Paulum vocavit: quomodo dicis, cur me etiam non vocavit? Credis, quia ille vocavit, hoc ipsum tibi, ut dixi, abundat ad signum. Crede igitur, nam te quoque e cælo vocat Deus, si habes animam ad obediendum paratam. Quod si inobediens sis, & corruptæ depravatæque sententiæ, ne de cælo quidem ad te vox demissa tibi sufficit ad salutem. Quoties autem & Judæi vocem audiere de cælo, in novo, & in veteri Testamento, nec tamen facti sunt idcirco meliores? Nam in veteri, Judæi post mille miracula pro Deo vitulum, quem fecerant, adoraverunt. At vero Jerichontina meretrix, quæ nihil omnino ex mirabilibus viderat, ostendit tamen fidem in exploratorum susceptione mirabilem. In terra quoque repromissionis Judæi signa cernentes, permanebant lapidibus duriores:

Jonæ 3.

Ninivitæ vero Jonam solum videntes crediderunt, & egerunt pœnitentiam, & venturam super se

Luc. 29.

iram Dei conversione pepulerunt. In novo

Joan. 19.

etiam testamento sub præsentia ipsius Christi, latro quidem cum crucifixum cerneret, adoravit: Judæi vero qui eum spectaverant mortuos suscitantem, & vinxerunt, & affixerunt cruci.

Templi Jerosolymitani instauratio irrita.

Quid autem nostra quoque ætate, nonne ex fundamentis templi, quod Jerosolymis fuit, ignis exsiliens audentes illud ædificare consumsit? sicque reliqui ab iniquis conatibus destiterunt, nec tamen ab impietate sua atque cæcitate conversi sunt. Quanta vero etiam post hæc alia facta sunt miracula? ut cum super templi Apollinis tectum fulmen illapsum est: ut cum ipsius responsa dæmonis transferri a rege sepultum juxta se martyrem compulerunt, dicentis se alloqui omnino non posse, quamdiu proximam illius arcam videret: erat namque vicina. Post quæ ipsius regis avunculus, qui profano attactu consecrata Deo vasa temeraverat, vermibus exesus interiit. Præpositus quoque regalis ærarii, ob aliam, quam Ecclesiæ intulerat injuriam, medius

A ὁρῶν γὰρ χωλὸν βαδίζοντα, καὶ δαίμονας θεραπευόντας, καὶ παραλυτικοὺς σφιγγομένους, οὐδὲν ἐκαρποῦτο. οὐδὲ γὰρ ἠγνόει ταῦτα ὁ οὕτω περιεργαζόμενος τοὺς ἀποστόλους. καὶ Στεφάνου δὲ λιθαζομένου, παρὼν καὶ ἰδὼν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς πρόσωπον ἀγγέλου, οὐδὲν ἐντεῦθεν ἐκέρδανε. πῶς οὖν οὐδὲν ἐντεῦθεν ἐκέρδανεν; ὅτι οὐδέπω ἦν κεκλημένος. σὺ δὲ ἀκούων ταῦτα, μὴ ἀναγκαστὴν τὴν κλῆσιν εἶναι νόμιζε. οὐδὲ γὰρ ἀναγκάζει ὁ θεὸς, ἀλλ' ἀφίησι κυρίους εἶναι προαιρέσεων καὶ μετὰ τὴν κλῆσιν. καὶ γὰρ Ἰουδαίοις ἀπεκάλυψεν ἑαυτὸν καὶ ὅτε ἐχρῆν, ἀλλ' οὐκ ἠθέλησαν δέξασθαι διὰ τὴν δόξαν τὴν παρὰ τῶν ἀνθρώπων. εἰ δὲ B λέγοι τις τῶν ἀπίστων, πόθεν δῆλον ὅτι Παῦλον ἐκάλεσεν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἐπείσθη; διὰ τί γὰρ μὴ καὶ ἐμὲ ἐκάλεσεν; ἐκεῖνο πρὸς αὐτὸν ἐροῦμεν· πιστεύεις τοῦτο, εἰπέ μοι, ὦ ἄνθρωπε; οὐκοῦν εἰ πιστεύεις, ἀρκεῖ σοι εἰς σημεῖον. εἰ μὲν γὰρ ἀπιστεῖς ὅτι ἐκάλεσεν ἐξ οὐρανοῦ, πῶς λέγεις, διατί μὴ καὶ ἐμὲ ἐκάλεσεν; εἰ δὲ πιστεύεις ὅτι ἐκάλεσεν, ἀρκεῖ σοι τοῦτο εἰς σημεῖον. πίστευε τοίνυν· καὶ γὰρ καί σε καλεῖ ἐξ οὐρανοῦ, ἐὰν ψυχὴν εὐγνώμονα ἔχῃς· ὡς, ἐὰν ἀγνώμων ἦς καὶ διεστραμμένος, οὐδὲ ἡ ἐνεχθεῖσά σοι φωνὴ ἄνωθεν ἀρκέσει εἰς σωτηρίαν. ποσάκις γοῦν ἤκουσαν C οἱ Ἰουδαῖοι φωνῆς ἐξ οὐρανοῦ φερομένης, καὶ οὐκ ἐπίστευσαν; πόσα εἶδον σημεῖα, καὶ ἐν τῇ καινῇ, καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ, καὶ οὐκ ἐγένοντο βελτίους; ἀλλ' ἐν μὲν τῇ παλαιᾷ οὗτοι μετὰ μυρία θαύματα ἐμοσχοποίησαν· ἡ δὲ Ἱεριχουντία πόρνη μηδὲν τούτων θεασαμένη, πίστιν ἐπεδείξατο θαυμαστὴν περὶ τοὺς κατασκόπους. καὶ ἐν τῇ γῇ δὲ τῆς ἐπαγγελίας οὗτοι μὲν, τῶν σημείων γινομένων, ἔμενον λίθων ἀναισθητότεροι· οἱ δὲ Νινευῖται τὸν Ἰωνᾶν θεασάμενοι μόνον, ἐπίστευσαν καὶ μετενόησαν, καὶ τὴν θεήλατον ὀργὴν ἀπεκρούσαντο. ἐν δὲ τῇ καινῇ, ἐπ' αὐτῆς τῆς Χριστοῦ τῆς παρουσίας, ὁ μὲν λῃστὴς σταυρού- D μενον ἰδὼν, προσεκύνησεν· οὗτοι δὲ νεκροὺς ἐγείροντα θεασάμενοι, καὶ ἔδησαν καὶ ἐσταύρωσαν. [a] τί ἐφ' ἡμῶν; οὐχὶ πῦρ ἐκ τοῦ ναοῦ, ἐκ τῶν θεμελίων τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκπηδῆσαν ἐφήλατο τοῖς οἰκοδομοῦσι, καὶ οὕτως αὐτοὺς ἀπέστησε τῆς παρανόμου τότε ἐπιχειρήσεως; ἀλλ' ὅμως οὐ μετεβάλλοντο, οὐδὲ ἀπέθεντο τὴν πώρωσιν. πόσα δὲ ἕτερα γέγονε μετ' ἐκεῖνο θαύματα τότε, καὶ οὐδὲν ἐντεῦθεν ἐκέρδαναν, οἷον ὁ κεραυνὸς ὁ κατὰ τῆς ὀροφῆς τοῦ ναοῦ τοῦ Ἀπόλλωνος κατενεχθείς· ὁ τοῦ δαίμονος αὐτοῦ τούτου χρησμὸς, ὃς τὸν τότε βασι- E λεύοντα ἠνάγκαζε μετακινεῖν τὸν πλησίον κείμενον μάρτυρα, λέγων· μὴ δύνασθαι φθέγγεσθαι, ἕως ἂν τὴν λάρνακα τὴν ἐκείνου βλέπῃ πλησίον; καὶ γὰρ ἐκ γειτόνων ἦν κειμένη. μετὰ τοῦτον πάλιν, ὁ θεῖος ὁ τούτου εἰς τὰ ἱερὰ σκεύη ἐνυβρίσας, σκωληκόβρωτος γεγονὼς ἐξέψυξε· καὶ ὁ ταμίας δὲ τῶν βασιλικῶν χρημάτων δι' ἑτέραν παρανομίαν εἰς τὴν ἐκκλησίαν ὑπ' αὐτοῦ γενομένην, μέσον λακήσας ἀπώλετο.

[a] τί ἐφ' ἡμῶν. *Quid autem nostra quoque ætate.* Hæc quæ sua ætate contigerant, fusius refert Chrysost. infra lib. in S. Babylam.

A πάλιν αἱ πηγαὶ αἱ παρ' ἡμῖν, αἱ νικῶσαι τῷ ῥεύματι τοὺς ποταμοὺς, ἀθρόον ἔφυγον καὶ ἀπεπήδησαν, μηδέποτε τοῦτο παθοῦσαι πρότερον, ἀλλ' ὅτε θυσίαις καὶ σπονδαῖς τὸ χωρίον ἐμόλυνεν ὁ βασιλεύς. τί ἄν τις εἴποι τὸν λιμὸν τὸν πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης μετὰ τοῦ βασιλέως ταῖς πόλεσι συνεμπεσόντα, αὐτοῦ τοῦ βασιλέως τὸν θάνατον, τὸν ἐν τῇ Περσῶν χώρᾳ, τὴν περὶ τοῦ θανάτου ἀπάτην, τὸ στρατόπεδον τὸ ἐν μέσοις ἀποληφθὲν τοῖς βαρβάροις, καθάπερ ἐν σαγήνῃ τινὶ καὶ δικτύοις, τὴν ἄνοδον ἐκεῖθεν τὴν θαυμαστὴν καὶ παράδοξον; ἐπειδὴ γὰρ ὁ μὲν ἀσεβὴς βασιλεὺς ἔπεσεν ἐλεεινῶς, ἕτερος δὲ εὐσεβὴς διεδέξατο, πάντα ἀθρόως ἐλύετο τὰ δεινά. καὶ οἱ ἐν μέσοις εἰλημμένοι δικτύοις, καὶ B οὐδεμίαν οὐδαμόθεν διέξοδον ἔχοντες στρατιῶται, τοῦ θεοῦ λοιπὸν νεύσαντος, τῶν βαρβάρων ἀπαλλαγέντες μετὰ ἀσφαλείας ἐπανήεσαν ἁπάσης. ταῦτα τίνα οὐχ ἱκανὰ ἐφελκύσασθαι πρὸς τὴν εὐσέβειαν; τὰ δὲ παρόντα οὐ πολλῷ τούτων θαυμαστότερα; οὐ σταυρὸς κηρύττεται, καὶ ἡ οἰκουμένη περιτρέχει; οὐ θάνατος καταγγέλλεται ἐπονείδιστος, καὶ πάντες ἐπιπηδῶσι; μὴ γὰρ οὐκ ἐσταυρώθησαν μυρίοι; μὴ γὰρ μετ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ οὐχὶ δύο λῃσταὶ ἀνεσκολοπίσθησαν; μὴ γὰρ οὐκ ἐγένοντο πολλοὶ σοφοί; μὴ γὰρ οὐκ ἐγένοντο πολλοὶ δυνατοί; τίνος ὄνομά ποτε οὕτως ἐκράτησε; καὶ τί λέγω σοφοὺς C καὶ δυνατούς; μὴ γὰρ οὐκ ἐγένοντο βασιλεῖς ἐπίδοξοι; τίς οὕτω περιεγένετο τῆς οἰκουμένης ἐν βραχεῖ τῷ χρόνῳ; μὴ γάρ μοι λέγε τὰς αἱρέσεις τὰς ποικίλας καὶ παντοδαπάς. πάντες γὰρ τὸν αὐτὸν Χριστὸν κηρύττουσιν, εἰ καὶ μὴ ὑγιῶς πάντες, ἀλλ' ἐκεῖνον τὸν ἐν Παλαιστίνῃ πάντες προσκυνοῦσι σταυρωθέντα, τὸν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου. ταῦτα οὖν οὐ δοκεῖ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ σαφεστέραν ἔχειν ἀπόδειξιν τῆς φωνῆς ἐκείνης τῆς ἐξ οὐρανοῦ κατενεχθείσης; διὰ τί γὰρ μηδεὶς οὕτω περιεγένετο βασιλεὺς ὡς οὗτος ἐκράτησε, καὶ ταῦτα μυρίων ὄντων τῶν κωλυμάτων; καὶ γὰρ βασιλεῖς ἐπολέ- D μησαν, καὶ τύραννοι παρετάξαντο, καὶ δῆμοι πάντες κατεξανέστησαν, καὶ τὰ ἡμέτερα ὅμως οὐκ ἠλαττοῦτο, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον λαμπρότερα ἐγίνετο. πόθεν οὖν, εἴπατέ μοι, ἡ τοσαύτη ἰσχύς; μάγος ἦν, φησί. μόνος οὖν οὗτος μάγος τοιοῦτος ἐγένετο; πάντως ἠκούσατε, ὅτι καὶ παρὰ Πέρσαις καὶ Ἰνδοῖς πολλοὶ γεγόνασι μάγοι, καί εἰσιν ἔτι καὶ νῦν· ἀλλ' οὐδὲ ὄνομα αὐτῶν ἐστιν οὐδαμοῦ. ἀλλ' ὁ ἐκ Τυάνων, φησὶν, ἀπατεὼν, ἐκεῖνος καὶ γόης, καὶ αὐτὸς ἔλαμψε. ποῦ καὶ πότε; ἐν μικρῷ μέρει τῆς οἰκουμένης, καὶ πρὸς βραχὺν χρόνον, E καὶ ἐσβέσθη ταχέως καὶ ἀπώλετο, οὐκ ἐκκλησίαν καταλιπὼν, οὐ λαὸν, οὐκ ἄλλο τι τοιοῦτον οὐδέν. καὶ τί λέγω μάγους καὶ γόητας τοὺς σβεσθέντας; πόθεν τὰ τῶν θεῶν ἐπαύθη πάντα, καὶ ὁ Δωδωναῖος, καὶ ὁ Κλάριος, καὶ πάντα τὰ πονηρὰ ταῦτα ἐργαστήρια σιγᾷ καὶ ἐπεστόμισται; πόθεν οὖν οὐ τοῦτον μόνον τὸν σταυρωθέντα, ἀλλὰ καὶ τὰ ὀστᾶ τῶν ὑπὲρ αὐτοῦ σφαγέντων

repente diruptus est: tunc etiam regionis nostræ fontes, qui prius flumina ipsa cursu inundante vincebant, subito in se resiliendo fugerunt, numquam hoc ante perpessi, nisi postquam loca illa rex sacrificiis ac victimis inquinavit. Quid vero jam memorem famem toto prorsus orbe terrarum cum impio rege dominatam, regis interitum in regione Persarum: ante mortem vero mentis errorem perpessum, exercitum in medio barbarorum relictum, & undique velut quodam rete conclusum, reditum ex illis locis improvisum atque mirabilem? Cum enim rege impio miserabiliter interemto, alter pius in ejus successisset imperium, adversa omnia continuo dissoluta sunt, & exercitus qui velut in mediis erat retibus involutus, nec ullum exitum aliquando se inventurum esse credebat, Dei jam nutu ab hostibus liberatus, omni cum securitate remeavit. Et hæc quidem, quem non valeant ad partem pietatis attrahere? Quid vero præsentia? nonne etiam multo mirabiliora dicenda sunt? nonne crux prædicatur, & totus ad credendum mundus accurrit? Nonne mors ignominiosa nunciatur, & omnes convolant? Numquid non innumeri crucifixi sunt? Numquid non duo latrones cum Domino pependerunt? Numquid non multi sapientes? Numquid non multi exstiterunt potentes? Cujus igitur aliquando sic nomen obtinuit? Et quid dico potentes atque sapientes? Numquid non fuerunt reges inclyti? Quis ita sibi terrarum orbem tam brevi tempore subjugavit? Non enim varias mihi atque diversas opponas hæreses. Omnes siquidem eumdem prædicant Christum, etsi non omnes sane prædicent, atque legitime. Illum enim omnes prædicant, qui in Palæstina natus, & passus, qui Pontio Pilato dijudicante crucifixus est. Hæc igitur cuncta, quæ proposui, nonne etiam majus virtutis ejus videntur habere documentum, quam illa vox allata de cælo? Cur enim nullus regum ita vicit, ut hic superavit, idque cum innumera ex adverso impedimenta pugnarent? Nam & reges contra evangelium præliati sunt, & tyranni bella gesserunt, & populi omnes insurrexerunt, & nostra usque adeo attrita non sunt, ut inde fierent clariora. Unde igitur hæc tanta, tamque admirabilis virtus? Magus scilicet erat? Solus ergo iste magus tam potens fuit? Audistis nempe quia & apud Persas magi, & apud Indos exstiterint, sintque etiam modo: sed ne nomen quidem eorum usquam sonat. Et ille quidem ex Tyanorum urbe deceptor ac maleficus aliquo loci apparuit, ac brevi aliquanto tempore in exigua parte orbis refulsit: sed celeriter exstinctus atque deletus est, qui non Ecclesiam omnino, non populum, non aliquid horum reliquit. Sed quid dico magos atque maleficos exstinctos? Unde, quæso, omnium deorum templa exstincta sunt, & Dodonæus, & Clarius, & omnes istæ profanitatis officinæ silent, ac penitus obstructæ sunt? Unde igitur non hunc solum crucifixum, sed etiam pro ipso

Exercitus Juliani obsessus a Barbaris.

Magi nomen Christo objectum.

Apollonius Tyaneus.

occiſorum favillas dæmones contremiſcunt? Cujus rei gratia, ſaltem nomen audientes crucis, in fugam reſiliunt: cum certe ſi ſe res haberet aliter, magis eos oporteret irridere quam fugere. An forte crux quid clarum videtur, ac nobile? imo e contrario turpis, & exprobrabilis mors. Eſt enim & utique pœnalis mors, & omnino teterrima, & apud Judæos maledicta, & inter Gentiles abominanda. Unde igitur illam dæmones reformidant, niſi de virtute crucifixi? Si enim illam per ſeipſam timerent, quamquam & hoc ipſum diis eſſet indignum: tamen & ante illum, & poſt illum plerique crucifixi ſunt, & cum ipſo etiam duo. Quid igitur ſi invocat aliquis nomen latronis, vel alterius cujuſquam crucifixi, dæmon-ne forte timebit ac fugiet? Nequaquam, quinimo ridebit. Si vero Jeſum addideris Nazarenum, velut ab igne repente diffugient. Quid igitur ais? Unde prævaluit? Quia, inquis, ſeductor fuit. At non hæc ejus præcepta loquuntur. Deinde quoniam ſeductores fuerunt multi, & tamen nullus obtinuit. Sed quia magus fuit? Verum longe aliud ejus dogmata conteſtantur. Sed & magorum multa ſæpe fuit copia, nec tamen ullum hujuſmodi potentiæ nomen auditum eſt. Sed quia ſapiens fuit? at multi fuerunt ſæpe ſapientes. Quis itaque ſimiliter obtinuiſſe dicetur? Nullus enim aliquando ſaltem ex parte aliqua huic potentiæ appropinquavit. Unde liquido patet, quoniam Chriſtus non fuerit magus, non ſeductor, ſed qui e contrario horum exſtitit emendator, & vere divina virtus, nec ulli omnino ſuperabilis, idcirco & ipſe cuncta vicit, atque perdomuit, & Paulo tentoriorum opifici tantam potuit inſpirare virtutem, quantam ipſe rerum teſtatur effectus. Homo etenim ignobilis, abjectus & circumforaneus, qui artem exercebat in pellibus, in tantum virtute progreſſus eſt, ut vix triginta annorum ſpatio & Romanos, & Perſas, & Parthos, & Medos, & Indos, & Scythas, & Æthiopes, & Sauromatas, & Saracenos, & omne prorſus humanum genus ſub jugum mitteret veritatis. Reſponde igitur, Unde iſte opifex vilis ac publicus ſtans in loco artis ſuæ, ac ſcalpellum in manu gerens, ita & ipſe philoſophatus ſit, & alios docuerit philoſophari, gentes ſcilicet, urbes atque regiones, maxime imperitus nec vim in ſe ſermonis oſtendens? Audi enim ipſum loquentem: *Et ſi imperitus ſermone, nec pecunias poſſidens:* nam hoc quoque ipſe teſtatur. *Uſque ad hanc*, inquit, *horam & eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur.* Et quid dico pecunias, cum ille ſæpe ne neceſſarium quidem haberet cibum, nec quo ſe circumdaret indumentum. Quia vero nec de profeſſione clarus fuerit, ipſius diſcipulus oſtendit, dicens: *Quoniam manebat apud Aquilam & Priſcillam, propterea quod ejuſdem artis eſſent. Erant enim ſcenofactoriæ artis.* Non igitur a proavis nobilis, quippe qui tam vilis fuiſſe artis oſtenditur: non a patria, non a gente, tamen progreſſus in medium, ac tantummodo apparens

Reliquias Sanctorum timent dæmones.

2.Cor.11.6.

1.Cor.4.11.

Act.18.3.

Pauli artificium vile.

A πεφρίκασι δαίμονες; τίνος δὲ ἕνεκεν καὶ σταυρὸν ἀκούοντες ἀποπηδῶσι; καὶ μὴν καταγελᾶν ἔδει· μὴ γὰρ λαμπρὸν καὶ ἐπίσημον ὁ σταυρός; τοὐναντίον μὲν οὖν, αἰσχρὸν καὶ ἐπονείδιστον. θάνατος γάρ ἐστι καταδίκου· θάνατός ἐστιν ὁ κακῶν ἔσχατος, καὶ παρὰ Ἰουδαίοις ἐπάρατος, καὶ παρὰ Ἕλλησι βδελυκτός. πόθεν οὖν αὐτὸν ἐδεδοίκεισαν δαίμονες; ἆρ' οὐκ ἀπὸ τῆς τοῦ σταυρωθέντος δυνάμεως; εἰ γὰρ αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τὸ πρᾶγμα ἐδεδοίκεισαν, μάλιστα μὲν οὖν καὶ τοῦτο ἀνάξιον θεῶν· πλὴν, πολλοὶ καὶ πρὸ αὐτοῦ, καὶ μετ' αὐτὸν ἐσταυρώθησαν, καὶ μετ' αὐτοῦ δὲ δύο. τί οὖν, εἰ εἴποι τις, ἐν ὀνόματι τοῦ λῃστοῦ τοῦ σταυρωθέντος, ἢ τοῦ δεῖνος, ἢ τοῦ B δεῖνος, φεύξεται ὁ δαίμων; οὐδαμῶς, ἀλλὰ καὶ γελάσεται. ἐὰν δὲ τὸν Ἰησοῦν προσθῇς τὸν Ναζωραῖον, καθάπερ ἀπὸ πυρός τινος φεύγουσι. τί οὖν ἂν εἴποις, πόθεν ἐκράτησεν; ὅτι πλάνος ἦν; ἀλλ' οὐ τοιαῦτα αὐτοῦ τὰ παραγγέλματα· ἄλλως δὲ, καὶ πλάνοι πολλοὶ γεγόνασιν. ἀλλ' ὅτι μάγος; ἀλλ' οὐ τοῦτο μαρτυρεῖ τὰ δόγματα· καὶ μάγων πολλὴ πολλάκις ἐγένετο φορά. ἀλλ' ὅτι σοφός; ἀλλὰ σοφοὶ πολλοὶ πολλάκις ἐγένοντο. τίς οὖν οὕτως ἐκράτησεν; οὐδεὶς οὐδέποτε, οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἐγγύς. ὅθεν δῆλον, ὅτι οὐκ ἐπειδὴ μάγος ἦν, οὐδὲ ὅτι πλάνος ἦν, ἀλλ' ἐπειδὴ τούτων διορθωτὴς, C καὶ θεία δύναμίς τις καὶ ἄμαχος· διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς πάντων περιεγένετο, καὶ τῷ σκηνοποιῷ τούτῳ τοσαύτην ἐνέπνευσε δύναμιν, ὅσην αὐτὰ τὰ πράγματα μαρτυρεῖ· ἄνθρωπος γὰρ ἐπ' ἀγορᾶς ἑστηκὼς, περὶ δέρματα τὴν τέχνην ἔχων, τοσοῦτον ἴσχυσεν, ὡς καὶ Ῥωμαίους, καὶ Πέρσας, καὶ Ἰνδοὺς, καὶ Σκύθας, καὶ Αἰθίοπας, καὶ Σαυρομάτας, καὶ Πάρθους, καὶ Μήδους, καὶ Σαρακηνοὺς, καὶ ἅπαν ἁπλῶς τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐπαναγαγεῖν ἐν ἔτεσιν οὐδὲ ὅλοις τριάκοντα. πόθεν οὖν, εἰπέ μοι, ὁ ἀγοραῖος, D καὶ ἐπὶ ἐργαστηρίου ἑστηκὼς, καὶ σμίλην μεταχειρίζων, καὶ αὐτὸς τοιαῦτα ἐφιλοσόφει, καὶ τοὺς ἄλλους ἔπεισε, καὶ ἔθνη, καὶ πόλεις, καὶ χώρας, οὐ λόγων ἰσχὺν ἐπιδεικνύμενος, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον ἅπαν, τὴν ἐσχάτην ἀμαθίαν ἀμαθὴς ὤν; ἄκουσον γοῦν αὐτοῦ λέγοντος, καὶ οὐκ αἰσχυνομένου· εἰ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ, ἀλλ' οὐ τῇ γνώσει. οὐ χρήματα κεκτημένος. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο αὐτός φησι, μέχρι τῆς ἄρτι ὥρας καὶ πεινῶμεν, καὶ διψῶμεν, καὶ γυμνητεύομεν, καὶ κολαφιζόμεθα. καὶ τί λέγω χρήματα, ὅπου γε οὐδὲ τῆς ἀναγκαίας πολλά- E κις εὐπόρει τροφῆς, οὐδὲ ἱμάτιον περιβαλέσθαι εἶχεν; ὅτι δὲ οὐδὲ ἐξ ἐπιτηδεύματος λαμπρὸς ἦν, καὶ τοῦτο ὁ μαθητὴς αὐτοῦ δείκνυσι λέγων, ὅτι ἔμεινε πρὸς Ἀκύλαν καὶ Πρίσκιλλαν διὰ τὸ ὁμότεχνον. ἦσαν γὰρ σκηνοποιοὶ τὴν τέχνην. οὐκ ἀπὸ προγόνων ἐπίσημος. πῶς γὰρ, τοιοῦτον ἐπιτήδευμα ἔχων; οὐκ ἀπὸ πατρίδος, οὐκ ἀπὸ ἔθνους. ἀλλ' ὅμως ἐλθὼν εἰς μέσον, καὶ φανεὶς μόνον, πάντα ἐτάραξε τὰ τῶν

A ἐναντίων, πάντα συνέχεε, καὶ καθάπερ πῦρ εἰς καλάμην ἐμπεσὸν καὶ χόρτον, οὕτω κατέκαυσε τὰ τῶν δαιμόνων, καὶ εἰς ἅπερ ἐβούλετο, πάντα μετέστησε. καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ θαυμαστὸν, ὅτι αὐτὸς τοιοῦτος ὢν τοσαῦτα ἴσχυσεν, ἀλλ' ὅτι καὶ οἱ πλείους τῶν μαθητευομένων, πένητες, ἰδιῶται, ἀπαίδευτοι, λιμῷ συζῶντες, ἄσημοι καὶ ἐξ ἀσήμων. καὶ ταῦτα καὶ αὐτὸς κηρύττει, καὶ οὐκ αἰσχύνεται λέγων αὐτῶν τὴν πενίαν· μᾶλλον δὲ οὐδὲ προσαιτῶν ὑπὲρ αὐτῶν. πορεύομαι γάρ, φησιν, εἰς Ἱερουσαλὴμ διακονῶν τοῖς ἁγίοις. καὶ πάλιν, κατὰ μίαν σαββάτων ἕκαστος ὑμῶν τιθέτω παρ' ἑαυτῷ θησαυρίζων, ἵνα μὴ, ὅταν ἔλθω, τότε λογίαι γίνωνται. B ὅτι δὲ καὶ τὸ πλέον αὐτῶν ἐξ ἰδιωτῶν συνειστήκει, Κορινθίοις ἐπιστέλλων, φησί· βλέπετε τὴν κλῆσιν ὑμῶν, ὅτι οὐ πολλοὶ σοφοὶ κατὰ σάρκα· καὶ ὅτι ἐξ ἀσήμων, οὐ πολλοί, φησιν, εὐγενεῖς· καὶ οὐ μόνον οὐκ εὐγενεῖς, ἀλλὰ καὶ σφόδρα εὐτελεῖς. καὶ γὰρ τὰ ἀσθενῆ, φησὶ, τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ θεὸς, καὶ τὰ μὴ ὄντα, ἵνα τὰ ὄντα καταργήσῃ. ἀλλ' ἰδιώτης μὲν καὶ ἀπαίδευτος, πιθανὸς δὲ ὁπωσοῦν εἰπεῖν; οὐδὲ τοῦτο. καὶ τοῦτο αὐτὸς πάλιν δείκνυσι λέγων· κἀγὼ ἦλθον πρὸς ὑμᾶς, οὐ καθ' ὑπεροχὴν λόγου, ἢ σοφίας καταγγέλλων ὑμῖν τὸ μαρτύριον. οὐ γὰρ ἔκρινά τι εἰδέναι ἐν ὑμῖν, εἰ μὴ Ἰησοῦν Χριστὸν, C καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον· καὶ ὁ λόγος μου καὶ τὸ κήρυγμά μου οὐκ ἐν πειθανοῖς σοφίας λόγοις. ἀλλὰ τὸ κηρυττόμενον ἱκανὸν ἐπισπάσασθαι. ἀλλ' ἄκουσον καὶ περὶ αὐτοῦ τί φησιν· ἐπεὶ καὶ Ἰουδαῖοι σημεῖα αἰτοῦσι, καὶ Ἕλληνες σοφίαν ζητοῦσιν, ἡμεῖς δὲ κηρύττομεν Χριστὸν ἐσταυρωμένον, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, Ἕλλησι δὲ μωρίαν. ἀλλὰ ἀδείας ἀπήλαυσεν; ἀλλ' οὐδὲ ἀνέπνει ποτὲ τῶν κινδύνων. καὶ γὰρ ἐν ἀσθενείᾳ, φησὶ, καὶ ἐν φόβῳ καὶ ἐν τρόμῳ πολλῷ ἐγενόμην πρὸς ὑμᾶς· οὐκ αὐτὸς δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ μαθηταὶ τὰ αὐτὰ ἔπασχον. D μέμνησθε γὰρ, φησὶ, τὰς πρότερον ἡμέρας, ἐν αἷς φωτισθέντες, πολλὴν ἄθλησιν ὑπεμείνατε παθημάτων· τοῦτο μὲν, ὀνειδισμοῖς καὶ θλίψεσι θεατριζόμενοι, τοῦτο δὲ, κοινωνοὶ τῶν οὕτω πασχόντων γενηθέντες. καὶ γὰρ τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων ὑμῶν μετὰ χαρᾶς προσεδέξασθε. καὶ πάλιν Θεσσαλονικεῦσι γράφων, λέγει· ὑμεῖς γὰρ τὰ αὐτὰ ἐπάθετε ὑπὸ τῶν ἰδίων συμφυλετῶν, καθὼς καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, τῶν καὶ τὸν κύριον ἀποκτεινάντων, καὶ τοὺς ἰδίους προφήτας, καὶ ἡμᾶς ἐκδιωξάντων, καὶ θεῷ μὴ ἀρεσκόντων, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐναντίων. καὶ Κορινθίοις δὲ πάλιν ἐπιστέλλων ἔλεγεν, E ὅτι περισσεύει τὰ παθήματα τοῦ Χριστοῦ εἰς ὑμᾶς, καὶ ὥσπερ κοινωνοί ἐστε τῶν παθημάτων, οὕτω καὶ τῆς παρακλήσεως. καὶ Γαλάταις, τοσαῦτα ἐπάθετε εἰκῆ, φησιν, εἴγε καὶ εἰκῆ. ὅταν οὖν καὶ ὁ κηρύττων ἰδιώτης ᾖ καὶ πένης καὶ ἄσημος, καὶ τὸ κηρυττόμενον οὐκ ἐπαγωγὸν, ἀλλὰ καὶ σκάνδαλον ἔχον, καὶ οἱ ἀκούοντες αὐτὸ πένητες καὶ ἀσθενεῖς καὶ οὐδένες, καὶ κίνδυνοι ἐπάλληλοι καὶ συνεχεῖς καὶ τοῖς διδασκάλοις καὶ

A inimicorum cuncta turbavit, universa confudit: & sicut in stipulas, aut in fœnum ignis immissus, omnia dæmonum opera consumsit, atque in quod voluit, omnia convertit. Neque vero hoc solum admiratione dignum est, quod tantam potentiam talis obtinuit: sed quoniam discipulorum quoque illius plurimi pauperes, imperiti, ac totius erant eruditionis extranei, in fame & egestate viventes, ignobiles, ac de ignobilibus procreati: quod certe etiam ipse prædicavit, nec erubuit eorum commemorare pauperiem, imo ne necessaria quidem eorum victui postulare. *Proficiscar*, inquit, *Jerusalem ministrare sanctis*. Rom.15.25.
B Et rursus: *Secundum unam sabbati unusquisque vestrum reponat, quod ei bene placuerit, ut non cum venero, tunc collectæ fiant.* 1.Cor.16.2.
Quia vero plures discipulorum ex imperitorum numero constarent, ad Corinthios scribens, ait: *Videte vocationem vestram, quoniam non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles*; 1.Cor.1.26.
sed & valde obscuri, & viles fuerunt. *Nam infirma mundi*, inquit, *elegit Deus, & quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret.* Ibid.
* At nobilis, & eruditus erat forte persuasor. Nec istud quidem; nam hoc quoque ipse confirmavit, dicens: *Et ego veni ad vos non in sublimi-* C *tate sermonis, aut sapientiæ, annuncians vobis testimonium Christi. Non enim judicavi me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, & hunc crucifixum. Et sermo meus, & prædicatio mea, non in persuasibilibus sapientiæ verbis.* Ibid.

* Gr. At idiota quidem & ineruditus, sed ad persuadendum aptus.

Sed causa nimirum ipsa prædicationis erat idonea, quæ ad se pertraheret audientes. Accipe quid etiam super hac re ipse pronunciet. *Quoniam*, inquit, *Judæi signa petunt, & Græci sapientiam quærunt: nos autem prædicamus Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum, Græcis autem stultitiam.* 1.Cor.1.22.
Sed securitate, ac libertate, inquis, fruitus est. At omnino a periculis numquam respiravit. *Et* D *ego*, inquit, *in infirmitate & timore & tremore multo fui apud vos*: 1.Cor.2.3.
neque vero ipse solum, sed etiam discipuli ejus passionibus subjacebant: *Mementote*, inquit, *dierum priorum, in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionum. In altero quidem opprobriis, & tribulationibus spectaculum facti, in altero etiam socii taliter conversantium facti: nam & vinctis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis.* Heb.10.32.
Et rursus ad Thessalonicenses scribens ait: *Vos enim eadem passi estis a contribulibus vestris, sicut & ipsi a Judæis, qui & Dominum nostrum occiderunt, & Prophetas suos persequuti sunt.* * 1. Thess. 2. 14.

* Gr. addit, & nos expulerunt, & Deo non placent, & omnibus hominibus contrarii sunt.

E Rursus ad Corinthios scribens: *Sicut*, inquit, *abundant passiones Christi in vobis, & quemadmodum socii estis passionum, ita eritis & consolationis.* 2. Cor. 1. 5.
Et ad Galatas: *Tanta*, inquit, *passi estis sine causa, si tamen sine causa.* Cum igitur prædicator imperitus, cum etiam pauper esset, & prorsus ignobilis: & quod prædicabatur, non modo commendatione sui esset vacuum, verumetiam offensione plenissimum, & auditores ipsi inopes, imbecilles, atque omnino nulli, & pericula tam crebra, tam varia, non doctoribus

solum, sed etiam discipulis imminerent, & crucifixus esset, qui annunciatur adorandus: quidnam illud est, quod hujus prædicatio potuerit obtinere? Nonne lucidissime claret divina hoc & ineffabili quadam virtute perfectum? quod certe etiam inimicorum comparatione potest liquido comprobari. Cum enim videris contraria horum universa concurrere in unum: id est, & opes, & nobilitatem, & patriæ claritudinem, & oratoriæ artis pompam, & pacis securitatem, & plurimam in ipsa superstitione culturam, continuo tamen morem profanitatis exstinctum: hos vero qui sunt ex adversa parte superare, quæ horum causa sit, responde. Tale est enim, ut cum rex quispiam instructus armis, fretus exercitu, potentissimas in bello acies instruens hostes superare nequiverit, nudus aliquis, & pauper, & solus, ne brevi quidem jaculo armatus, aut simplici saltem veste tectus, certamen ineat, eaque peragat quæ alii nec cum mille quidem munitionibus patrare potuerunt. Noli igitur in prava permanere sententia, sed virtutem venerare crucifixi. Neque enim si regem aliquem videas civitates sibi excelsas parantem, circumagentem fossas, muris machinas admoventem, innumeram quoque habentem militum multitudinem, arma fulgentia, pecunias infinitas, unamque hostium civitatem destruere non valentem: alterum vero nudo corpore dimicantem, solisque manibus utentem, non unam, aut duas, aut paucas, sed prorsus innumeras, totoque orbe diffusas urbes percurrentem celeriter, cunctasque capientem, humanæ hoc dicas esse virtutis. Sic ergo proculdubio in præsenti causa sentiendum est. Propterea enim concessit Deus & latrones cum Salvatore crucifigi, & ante Salvatoris adventum seductores aliquos apparere, ut etiam ex comparatione rerum nimis insipientibus ostenderetur excellentia veritatis: & discerent, quia hic non unus ex illis: sed grande sit inter tam dispares, infinitumque discrimen. Nihil enim Christi gloriam potuit inumbrare, vel eorumdem opportunitas temporum, vel communio passionum: ne quis enim putaret, quia dæmones crucem & non crucifixi paverent virtutem, obstruxit ora ista dicentium par latronum. Quod si temporum opportunitas cuncta fecisse dicatur, ad repellendum Theudas & Judas proferentur, qui cum eisdem fere, quibus etiam Christus temporibus exstitissent, & veritatem per quædam etiam signa impugnare tentassent, repente destructi sunt. Quod enim jam ante memoravi, ideo interdum falsa fieri Deus signa concessit, ut abundantius vera monstraret. Propterea & pseudoprophetas tempore Prophetarum, & pseudoapostolos cum Apostolis apparere permisit, ut disceres quia splendentes ejus ubique virtutes nequaquam obscurare posset similitudo, & umbra quædam virtutum. Age jam ex aliis quoque documentis probemus esse hanc potentiam singularem & præcipuam atque mirabilem.

Comparatio Evangelii cum bello.

Seductores ante Christum cur permiserit Deus.

A τοῖς μαθηταῖς, καὶ ὁ καταγγελλόμενος ἐσταυρωμένος, τί τὸ ποιῆσαν κρατήσειν; οὐκ εὔδηλον ὅτι θεία τις καὶ ἀπόρρητος δύναμις; πάντῃ που δῆλον· καὶ τοῦτο καὶ ἀπὸ τῶν ἐναντίων ἐστὶ κατιδεῖν. ὅταν γὰρ ἴδῃς τὰ ἐναντία τούτων συνδραμόντα, καὶ πλοῦτον, καὶ εὐγένειαν, καὶ πατρίδος μέγεθος, καὶ ῥητορείας δεινότητα, καὶ ἄδειαν καὶ θεραπείαν πολλήν, καὶ εὐθέως σβεσθέντα τὰ καινοτομηθέντα, τούτους δὲ ἀπὸ τῶν ἐναντίων περιγινομένους, τί τὸ αἴτιον, εἰπέ μοι; τοιοῦτον γὰρ συνέβη, οἷον ἂν εἰ μετὰ στρατοπέδων καὶ ὅπλων καὶ παρατάξεως τοῦ βασιλεύοντος μὴ δυνηθέντος B κρατῆσαι τῶν βαρβάρων, πτωχός τις γυμνὸς καὶ μόνος, καὶ μηδὲ ἀκόντιον μεταχειρίζων, μηδὲ ἱμάτιον ἔχων, εἰσελθὼν διαπράξοιτο ἃ μετὰ ὅπλων καὶ παρασκευῆς οὐκ ἴσχυσαν ἕτεροι. μὴ τοίνυν ἀγνωμόνει, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην φέρε τὴν ψῆφον, καὶ προσκύνει τοῦ σταυρωθέντος τὴν δύναμιν. οὐδὲ γὰρ, ἂν ἴδῃς τινὰ πόλεις κατασκευάζοντα, καὶ τάφρους περιελαύνοντα, καὶ μηχανήματα προσάγοντα τείχεσι, καὶ ὅπλα χαλκεύοντα, καὶ στρατιώτας καταλέγοντα, καὶ χρήματα ἔχοντα ἄπειρα, καὶ μὴ δυνά- C μενον πόλιν μίαν ἑλεῖν· ἄλλον δὲ γυμνῷ σώματι προσβαλόντα, καὶ χερσὶ μόναις χρώμενον, οὐχὶ μίαν καὶ δευτέραν καὶ εἴκοσι πόλεις, ἀλλὰ μυρίας κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐπιτρέχοντα, καὶ αὐτάνδρους λαμβάνοντα, ἀνθρωπίνης ἂν εἴποις εἶναι τοῦτο δυνάμεως. οὕτω δῆλον ὅτι καὶ νῦν. διὰ γὰρ τοῦτο συνεχώρησεν ὁ θεὸς καὶ λῃστὰς σταυρωθῆναι, καὶ πρὸ αὐτοῦ τινας ἀπατεῶνας φανῆναι, ἵνα καὶ ἀπὸ συγκρί- D σεως τοῖς σφόδρα ἀναισθήτοις δειχθῇ τῆς ἀληθείας ἡ ὑπεροχή, καὶ σὺ μάθῃς, ὅτι οὐκ ἐκείνων εἷς ἐστιν, ἀλλὰ πολὺ καὶ ἄπειρον τούτου καὶ ἐκείνων τὸ μέσον. οὐδὲν γὰρ αὐτοῦ τὴν δόξαν συσκιάσαι ἴσχυσεν, οὐ τὸ τῶν αὐτῶν κοινωνῆσαι παθῶν, οὐ τὸ τοῖς αὐτοῖς χρόνοις συνδραμεῖν. εἰ μὲν γὰρ τὸν σταυρὸν οἱ δαίμονες δεδοίκασι, καὶ οὐ τοῦ σταυρωθέντος τὴν ἰσχὺν, ἐμφράττει τῶν ταῦτα λεγόντων τὸ στόμα τῶν λῃστῶν ἡ ξυνωρίς· εἰ δὲ καὶ ἡ δυσκολία τῶν καιρῶν τὸ πᾶν ἤνυσεν, ἀπολογοῦνται οἱ περὶ Θευδᾶν καὶ Ἰούδαν, E περὶ τῶν αὐτῶν ἡμῖν ἐπιχειρήσαντες μετὰ καὶ ἑτέρων πολλῶν τῶν σημείων, καὶ διαφθαρέντες. ὅπερ γὰρ ἔφην, διὰ τοῦτο ταῦτα εἴασεν ὁ θεὸς, ἵνα ἐκ περιουσίας τὰ αὐτοῦ δείξῃ. διὰ τοῦτο καὶ ψευδοπροφήτας ἐπὶ τῶν προφητῶν φανῆναι συνεχώρησε, καὶ ψευδαποστόλους ἐπὶ τῶν ἀποστόλων, ἵνα μάθῃς ὅτι οὐδὲν τῶν αὐτοῦ συσκιάσαι δύναται. εἴπω σοι καὶ ἑτέρωθεν δύναμιν κηρύγματος θαυμαστὴν καὶ παράδοξον, καὶ δείξω

A δείξω σοι καὶ διὰ τῶν πολεμούντων αἰρόμενον αὐτὸν καὶ αὐξανόμενον. τῷ Παύλῳ τούτῳ ποτέ τινες πολεμοῦντες, ἐκήρυττον τοῦτο τὸ δόγμα ἐν Ῥώμῃ. βουλόμενοι γὰρ τὸν Νέρωνα παροξῦναι πολεμοῦντα τῷ Παύλῳ, ἀναδέχονται καὶ αὐτοὶ κηρύττειν, ἵνα μᾶλλον πλατυνθέντος τοῦ λόγου, καὶ πλειόνων γινομένων μαθητῶν, θερμότερος ὁ θυμὸς τοῦ τυράννου γένηται, καὶ ἀγριωθῇ τὸ θηρίον. καὶ τοῦτο αὐτὸς ὁ Παῦλος Φιλιππησίοις ἐπιστέλλων ἔλεγε· γινώσκειν ὑμᾶς βούλομαι, ἀδελφοί, ὅτι τὰ κατ' ἐμὲ μᾶλλον εἰς προκοπὴν τοῦ εὐαγγελίου ἐλήλυθεν· ὥστε τοὺς πλείονας τῶν ἀδελφῶν πεποιθότας τοῖς δεσμοῖς μου, περισσοτέρως B τολμᾷν ἀφόβως τὸν λόγον λαλεῖν. τινὲς μὲν καὶ διὰ φθόνον καὶ ἔριν, τινὲς δὲ καὶ δι' εὐδοκίαν τὸν Χριστὸν κηρύσσουσιν· οἱ μὲν ἐξ ἐριθείας, οὐχ ἁγνῶς, οἰόμενοι θλῖψιν ἐπιφέρειν τοῖς δεσμοῖς μου· οἱ δὲ ἐξ ἀγάπης, εἰδότες ὅτι εἰς ἀπολογίαν τοῦ εὐαγγελίου κεῖμαι. τί γάρ; πλὴν παντὶ τρόπῳ, εἴτε προφάσει, εἴτε ἀληθείᾳ, Χριστὸς καταγγέλλεται. εἶδες πῶς πολλοὶ ἐξ ἐριθείας ἐκήρυττον; ἀλλ' ὅμως καὶ διὰ τῶν ἐναντίων ἐκράτει. μετὰ δὲ τούτων, καὶ ἕτερα ἦν τὰ ἀντικρούοντα. καὶ γὰρ καὶ νόμοι παλαιοὶ οὐ μόνον οὐκ ἐβοήθουν, C ἀλλὰ καὶ ἠναντιοῦντο καὶ ἐπολέμουν, καὶ ἡ πονηρία καὶ ἡ ἄγνοια τῶν διαβαλλόντων. βασιλέα γάρ, φασιν, ἔχουσι τὸν Χριστόν. οὐ γὰρ δὴ ᾔδεισαν τὴν ἄνω βασιλείαν αὐτοῦ, τὴν φρικτὴν ἐκείνην καὶ ἀπέραντον, ἀλλ' ὡς τυραννίδα αὐτῶν ἐπεισαγόντων τῇ οἰκουμένῃ, οὕτω διέβαλλον, καὶ κοινῇ πάντες, καὶ ἰδίᾳ ἕκαστος αὐτοῖς ἐπύκτευε· κοινῇ μέν, ὡς τῆς πολιτείας ἀναιρουμένης, καὶ τῶν νόμων ἀνατρεπομένων· ἰδίᾳ δέ, ὡσεὶ ἑκάστης οἰκίας διασπωμένης καὶ καταλυομένης· καὶ γὰρ D πατὴρ ἐπολέμει παιδὶ τότε, καὶ υἱὸς ἠρνεῖτο πατέρα, καὶ γυναῖκες ἄνδρας, καὶ ἄνδρες γυναῖκας, καὶ θυγατέρες μητέρας, καὶ συγγενεῖς συγγενεῖς, καὶ φίλοι φίλους, καὶ ποικίλος τις ἦν ὁ πόλεμος οὗτος καὶ παντοδαπός, εἰς τὰς οἰκίας ἕρπων, συγγενεῖς διασπῶν, βουλευτήρια ταράττων, δικαστήρια θορυβῶν, ὡς τῶν πατρίων ἐθῶν καταλυομένων, καὶ ἑορτῶν καὶ θεραπείας δαιμόνων καταλυομένης, ἃ τοῖς πάλαι νομοθέταις παρὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων περισπούδαστα ἦν. καὶ μετὰ τούτων καὶ ἡ τῆς τυραννίδος ὑποψία πάντοθεν αὐτοὺς ἐλαύνεσθαι ἐποίει. καὶ οὐκ ἂν ἔχοι E τις εἰπεῖν, ὅτι παρὰ μὲν Ἕλλησι ταῦτα, παρὰ δὲ τοῖς Ἰουδαίοις ἡσύχαζεν, ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνοι πολλῷ χαλεπώτερον ἐπετίθεντο. καὶ γὰρ καὶ αὐτοὶ πολιτείας ἀναίρεσιν ᾐτιῶντο. οὐ παύεται γάρ, φησι, λαλῶν ῥήματα βλάσφημα κατὰ τοῦ τόπου τοῦ ἁγίου τούτου καὶ τοῦ νόμου. ἀλλ' ὅμως πάντοθεν τῆς πυρᾶς ἀναπτομένης, ἀπὸ τῶν οἰκιῶν, ἀπὸ τῶν πόλεων, ἀπὸ τῶν

Docebimus enim Christi gloriam ipsa magis inimicorum impugnatione crevisse. Cum enim hunc ipsum beatum Paulum Romæ quidam persequerentur, aliquando hoc ipsum dogma inquietius prædicabant. Cupientes enim Neronem impugnatorem Pauli acrius in ejus odium commovere, mira quadam arte lædendi susceperunt & ipsi evangelicæ prædicationis officium, ut magis scilicet fidei sermone fervente, & discipulorum crescente numero, in immensum ignesceret furor tyranni, & fera majora adhuc colligeret incrementa feritatis. Et hoc ipse ad Philippenses Paulus scribens, ait: *Scire vos autem*, inquit, *volo fratres, quod quæ circa me sunt, magis venerunt ad profectum evangelii, ita ut plures e fratribus confidentes vinculis meis, abundantius auderent sine timore verbum Dei loqui. Quidam quidem etiam per invidiam & contentionem, quidam etiam per bonam voluntatem Christum prædicant: quidam autem ex contentione Christum annunciant non sincere, existimantes pressuram suscitare vinculis meis. Quidam autem ex caritate, scientes, quod in defensione Evangelii positus sum. Quid enim? si omni modo, sive per occasionem, sive per veritatem Christus annuncietur.* Vidisti certe, quemadmodum etsi ex contentione aliqui prædicarent, tamen etiam per inimicos veritas obtinebat. Supra vero hanc inimicorum calliditatem, alia quoque ex adverso multa veniebant. Nam & antiquæ leges, non modo non opitulabantur, verumetiam adversabantur: contraque veritatis partem non solum malitia obloquentium inimicorum, verumetiam ignorantia dimicabat. Regem enim, inquiunt, habent Christum. Non enim noverant ejus cæleste regnum terribile istud, & absque ullo termino gloriosum: sed quasi tyrannidem ipsis inferentibus per calumniam repugnabant, & in commune omnes, & specialiter adversus eos singuli dimicando. In communi quidem, quasi contra eos, qui publicæ disciplinæ, & legum scita destruerent: specialiter vero, quasi singulorum domos divisionibus, divortiisque dissolverent. Nam & filium tunc impugnabat pater, & filius patrem negabat, & maritum uxor oderat, & uxorem maritus, filiæ quoque cum matribus diffidebant, cognati cognatos, amici oppugnabant amicos, eratque per omnium domos varium istud, & multiforme bellum, propinquos separans, dispergens curiam, judicia conturbans: cum utique mores patrii solverentur, festivitas & cultura dæmonum pelleretur, quæ antiqui legumlatores vel in primis custodienda decreverant: cum his omnibus etiam tyrannidis odiosæ suspicio undique faciebat eos explodi. Neque vero dicere quispiam potest a Gentibus quanta inferebantur, a parte vero Judæorum omnium in quiete erant, cum certe isti etiam sævius imminerent. Cumque & ipsi ei destructionem legis impingerent: *Non enim cessat*, inquiunt, *loquens contra legem, & locum sanctum.* Verumtamen undique invidiæ igne succenso, a domibus,

Paulus Romæ vexatur.

Philip. 1. 12.

Ibid.

Christiani calumniis appetiti.

Act. 21. 28.

ab urbibus, ab agris, a solitudine, a terra, a mari, a gentibus, a Judæis, a principibus, a plebibus, * a regibus, a regum ministris: cum omnes ad crudelitatem se mutuo cohortarentur, & omnes ferocissime sæviusque consurgerent: beatus tamen Paulus in tantos ignes insiliens, atque in medio talium luporum consistens, quamquam ictus omnium exciperet, non modo tamen obrutus ipse non est, sed etiam omnes illos in partem transtulit veritatis. Et hæc & alia quoque prælia non minus sæva memorabo: ut illud quod a pseudoapostolis inferebatur, quodque eum super omnia alia torquebat, domesticorum dolus, ruina nutantium: multi enim ex fidelium numero labebantur, sed etiam contra ista prævaluit. Unde quæso, ex quave virtute? *Quia*, inquit, *arma nostra non carnalia, sed potentia sunt ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei.* Propterea igitur in diversum omnia vertebantur ac mutabantur repente: ac sicut igne succenso paulatim spinæ consumuntur, & cedunt, flammisque superantur, ac mundi redduntur novales: sic etiam Pauli insonante lingua, & omni igne vehementius irruente cedebant omnia, fugiebantque & dæmonum cultus, & celebritas omnis, atque festivitas, & mores patrii, * & populorum furores, & tyrannorum minæ, & insidiæ domesticorum, & pseudoapostolorum operationes malignæ. Imo vero sicut radiis Solis orientibus & tenebræ fugantur, & feræ latitant, foveisque conduntur, & latrones recedunt, & homicidæ ad antra suffugiunt, & amoventur piratæ, & sepulcrorum violatores fugantur, & adulteri, & fures, & perfossores domorum deprehensi a sole, ac redargui periclitantes abeunt, seque alicubi procul occultant, omniaque lucida efficiuntur & clara, illustrantibus desuper radiis terram, pelagus, ac montes, urbes simul atque regiones: sic tunc prædicatione fulgente, & ubique Evangelium disseminante Paulo, fugabatur error, veritasque remeabat: favillæ vero, fumusque templorum, & cymbala omnia, & tympana, & ebrietates, & comessationes, & stupra, & adulteria, & alia dictu fœda, quæ in sacris suis celebrare consueverant, defecerunt, atque consumta sunt, instar ceræ ignis vapore pereuntis, & palearum vice, quæ subito concremantur incendio. Clara vero inter hæc veritatis flamma surgebat resplendens, & ipsum ad usque cælum sublimitate conscendens, ab iis potissimum sublevata, qui eam nitebantur opprimere: perque illos magis incrementa suscipiens, qui illam exstinctum iri cupiebant. Nec pericula enim progressum ejus, aut impetus coërcere potuerunt, non tyrannis quædam inveteratæ consuetudinis, non patrii moris auctoritas, non legum potestas, non illa ipsa custodiendi ejus quod prædicabatur evangelii difficultas, nec quidquam eorum quæ impedimentum afferre possunt, proficientis celeriter veritatis cursum aut

* Gr. addit. a cognatis, a terra, a mari.

2. Cor. 10. 4.

* Gr. addit. & legum corruptiones.

A ἀγρῶν, ἀπὸ τῆς ἐρημίας, ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων, ἀπὸ τῶν Ἰουδαίων, ἀπὸ τῶν ἀρχόντων, ἀπὸ τῶν ἀρχομένων, ἀπὸ τῶν συγγενῶν, ἀπὸ τῆς γῆς, ἀπὸ τῆς θαλάττης, ἀπὸ τῶν βασιλευόντων, καὶ πάντων ἀλλήλους ἐξαγριούντων, καὶ θηρίου παντὸς χαλεπώτερον ἐπιτιθεμένων, ὁ μακάριος οὗτος εἰς τοσαύτας καμίνους ἐμπηδῶν, καὶ ἐν μέσῳ λύκων ἱστάμενος, καὶ πάντοθεν βαλλόμενος, οὐ μόνον οὐ κατεχώσθη, ἀλλὰ καὶ πάντας αὐτοὺς εἰς τὴν ἀλήθειαν μετήγαγεν. εἴπω καὶ ἄλλους πρὸς τούτοις πολέμους χαλεπωτάτους· ὁ τῶν ψευδαποστόλων, ὃ μάλιστα πάντων αὐτὸν λυποῦν, ὁ τῶν οἰκείων τῶν ἀσθενούντων· πολλοὶ γὰρ πιστεύοντες διεφθείροντο, ἀλλὰ καὶ πρὸς ταῦτα ἤρκεσε. πόθεν καὶ B ἐκ ποίας ἰσχύος; τὰ ὅπλα ἡμῶν, φησὶν, οὐ σαρκικὰ, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ θεῷ πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων, λογισμοὺς καθαιροῦντες καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ. διὰ τοῦτο πάντα μετεβάλλετο, καὶ μετερρυθμίζετο ἀθρόον. καὶ ὥσπερ πυρὰς ἀναφθείσης, αἱ ἄκανθαι κατὰ μικρὸν δαπανώμεναι, εἴκουσι καὶ παραχωροῦσι τῇ φλογὶ, καὶ καθαρὰς ποιοῦσι τὰς ἀρούρας· οὕτω δὴ καὶ τῆς Παύλου γλώττης φθεγγομένης, καὶ πάντα πυρὸς σφοδρότερον ἐπιούσης, εἶκεν ἅπαντα καὶ παρεχώρει, καὶ δαιμόνων θεραπεῖαι, καὶ ἑορταὶ, καὶ πανηγύρεις, καὶ πάτρια ἔθη, καὶ νόμων διαφθοραὶ, καὶ δήμων θυμοὶ, καὶ τυράννων C ἀπειλαὶ, καὶ οἰκείων ἐπιβουλαὶ, καὶ ψευδαποστόλων κακουργίαι· μᾶλλον δὲ, καθάπερ τῆς ἀκτῖνος ἀνισχούσης, καὶ σκότος ἐλαύνεται, καὶ θηρία καταδύεται, καὶ φωλεύει λοιπὸν, καὶ λῃσταὶ δραπετεύουσι, καὶ ἀνδροφόνοι περὶ τὰ σπήλαια καταφεύγουσι, καὶ πειραταὶ ἀφίστανται, καὶ τυμβωρύχοι ἀναχωροῦσι, καὶ μοιχοὶ καὶ κλέπται καὶ τοιχωρύχοι, ἅτε ἀπὸ τῆς ἀκτῖνος ἐλέγχεσθαι μέλλοντες, ἀπελθόντες που μακρὰν ἑαυτοὺς ἀφανίζουσι, καὶ πάντα διαφανῆ καὶ λαμπρὰ γίνεται, καὶ γῆ, καὶ θάλαττα, τῆς ἀκτῖνος ἄνωθεν πάντα καταυγαζούσης, τὰ πελάγη, τὰ ὄρη, τὰς χώρας, τὰς πό- D λεις· οὕτω δὴ καὶ τότε τοῦ κηρύγματος φανέντος, καὶ τοῦ Παύλου πανταχοῦ τοῦτο διασπείροντος, ἠλαύνετο μὲν ἡ πλάνη, ἐπανῄει δὲ ἡ ἀλήθεια, κνῖσαι δὲ καὶ καπνὸς, καὶ κύμβαλα καὶ τύμπανα, καὶ μέθαι καὶ κῶμοι, καὶ πορνεῖαι, καὶ μοιχεῖαι, καὶ τὰ ἄλλα, ἃ μηδὲ εἰπεῖν καλὸν, τὰ ἐν τοῖς ἱεροῖς τῶν εἰδώλων τελούμενα ἔληγε καὶ ἐδαπανᾶτο, καθάπερ κηρὸς, ὑπὸ πυρὸς τηκόμενα, καθάπερ ἄχυρα, ὑπὸ φλογὸς δαπανώμενα· ἡ δὲ λαμπρὰ τῆς ἀληθείας φλὸξ ἀνῄει φαιδρὰ καὶ ὑψηλὴ πρὸς αὐτὸν τὸν οὐ- E ρανὸν, ὑπ' αὐτῶν τῶν κωλυόντων αἰρομένη, καὶ διὰ τῶν ἐμποδιζόντων αὐξανομένη· καὶ οὐδὲ κίνδυνος ἐπεῖχεν αὐτῆς τὴν φορὰν καὶ τὴν ῥύμην τὴν ἀκάθεκτον, οὐ συνηθείας τυραννὶς παλαιοτάτης, οὐ πατρίων ἐθῶν καὶ νόμων ἰσχὺς, οὐ τὸ τῆς διδασκαλίας τῶν νόμων δυσπαράδεκτον, οὐκ ἄλλο τῶν

εἰρημένων οὐδέν. καὶ ἵνα μάθῃς ἡλίκον τοῦτό ἐστιν, ἀπείλησον τοῖς Ἕλλησιν, οὐ λέγω κινδύνους καὶ θανάτους καὶ λιμὸν, ἀλλ' ὀλίγην ζημίαν χρημάτων, καὶ ὄψει μεταβαλλομένους εὐθέως. ἀλλ' οὐ τὰ ἡμέτερα τοιαῦτα, ἀλλὰ πάντων κατακοπτομένων καὶ σφαζομένων, καὶ πανταχοῦ πολεμουμένων, καὶ ποικίλοις τρόποις πολέμων, ἀνθηρότερα ταῦτα ἐγίνετο. καὶ τί λέγω τοὺς παρόντας Ἕλληνας νῦν, τοὺς εὐτελεῖς καὶ εὐκαταφρονήτους; τοὺς τότε θαυμαστοὺς παραγάγωμεν εἰς μέσον, τοὺς ἐπὶ φιλοσοφίᾳ βεβοημένους, τὸν Πλάτωνα, τὸν Διαγόραν, τὸν Κλαζομένιον, καὶ ἑτέρους πολλοὺς τοιούτους, καὶ ὄψει τότε τοῦ κηρύγματος τὴν ἰσχύν. μετὰ γὰρ τὸ κώνειον τοῦ Σωκράτους, οἱ μὲν εἰς Μέγαρα ἀπῆλθον, δεδοικότες μὴ τὰ αὐτὰ πάθωσιν· οἱ δὲ καὶ τῆς πατρίδος καὶ τῆς ἐλευθερίας ἐξέπεσον, καὶ πλέον μιᾶς γυναικὸς, οὐδενὸς ἑτέρου περιεγένοντο· ὁ δὲ κηπίδας ἐν τοῖς γράμμασιν ἀφεὶς τὴν πολιτείαν, οὕτω κατέλυσε. καί τοι οὐδὲν ἦν τότε τὸ ἐμποδίζον, οὐ κίνδυνος, οὐκ ἰδιωτεία, ἀλλὰ καὶ δεινοὶ λέγειν ἦσαν, καὶ χρημάτων εὐπορίαν, καὶ τῆς παρὰ πᾶσι βοωμένης πατρίδος ἐτύγχανον ὄντες· ἀλλ' οὐδὲν ἴσχυον. τοιοῦτον γὰρ ἡ πλάνη, καὶ μηδενὸς ἐνοχλοῦντος, καταρρεῖ· τοιοῦτον ἡ ἀλήθεια, καὶ πολλῶν πολεμούντων διεγείρεται. καὶ ταῦτα αὐτὴ ἡ τῶν πραγμάτων ἀλήθεια βοᾷ· καὶ οὐδὲν δεῖ λόγων, οὐδὲ ῥημάτων, τῆς οἰκουμένης πάντοθεν φωνὴν ἀφιείσης, τῶν πόλεων, τῶν ἀγρῶν, τῆς γῆς, τῆς θαλάττης, τῆς οἰκουμένης, τῆς ἀοικήτου, τῶν ἐν ταῖς ἀκρωρείαις. οὐδὲ γὰρ τὴν ἔρημον ἀφῆκεν ἄμοιρον τῆς εὐεργεσίας αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν μάλιστα ἐνέπλησεν, ὧν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ φέρων ἦλθεν ἡμῖν ἀγαθῶν, διὰ τῆς Παύλου γλώττης, διὰ τῆς χάριτος τῆς ἐντεθείσης αὐτῷ. ἐπειδὴ γὰρ ἀξίαν τῆς δωρεᾶς προθυμίαν παρείχετο, καὶ δαψιλὴς ἡ χάρις ἐξέλαμψε, καὶ τὰ πλείονα τῶν εἰρημένων διὰ τῆς τούτου κατωρθώθη γλώττης. ἐπεὶ οὖν οὕτω τὸ γένος ἡμῶν ἐτίμησεν ὁ θεὸς, ὡς ἕνα ἄνθρωπον καταξιῶσαι τοσούτων γενέσθαι κατορθωμάτων αἴτιον, ζηλώσωμεν, μιμησώμεθα, σπουδάσωμεν γενέσθαι κατ' ἐκεῖνον καὶ ἡμεῖς, καὶ μὴ ἀδύνατον τοῦτο εἶναι νομίζωμεν. ὃ γὰρ πολλάκις εἶπον, τοῦτο λέγων οὐ παύσομαι, ὅτι καὶ σῶμα ἐν αὐτῷ τὸ αὐτὸ ἦν καὶ ἡμῖν, καὶ τροφαὶ αἱ αὐταὶ, καὶ ψυχὴ ἡ αὐτή· ἀλλ' ἡ προαίρεσις μεγάλη, καὶ ἡ προθυμία λαμπρά· καὶ τοῦτο ἐκεῖνον τοιοῦτον ἐποίησε. μηδεὶς τοίνυν ἀπογινωσκέτω, μηδεὶς ἀπαγορευέτω. ἐὰν γὰρ παρασκευάσῃς σου τὴν διάνοιαν, οὐδὲν τὸ κωλύον τὴν αὐτὴν δέξασθαι χάριν. οὐ γάρ ἐστι προσωπολήπτης ὁ θεός· καὶ ἐκεῖνον αὐτὸς ἔπλασε, καὶ σὲ αὐτὸς παρήγαγε· καὶ ὥσπερ ἐκείνου δεσπότης, οὕτω καὶ σός· ὥσπερ ἐκεῖνον ἀνεκήρυξεν, οὕτω καὶ σὲ βούλεται στέφειν. παρασκευάσωμεν τοίνυν ἑαυτοὺς καὶ καθάρωμεν, ἵνα καὶ ἡμεῖς

A incidere, aut retardare potuerunt. Atque ut quantam iſtud vim habeat, cognoſcas, comminare gentibus, non dico pericula, famem, mortem, ſed damnum aliquod exiguum, & videbis eos repente mutatos. At non talia inveniuntur & noſtra, ſed conciſis occiſiſque omnibus, & ubique impugnatis vario genere bellorum, illa tamen florentiora ſemper effecta ſunt. Et quid ego noſtræ ætatis commemoro Gentiles viles iſtos, & omnino contemtu faciles? & potius qui apud illos erant aliquando mirabiles in medium proferamus, philoſophiæ ſcilicet honore celebratos, Platonem, Pythagoram, Diagoram, * Clazomenium, mul-

B toſque alios hujuſmodi, & tunc demum evangelicæ prædicationis virtutem probabis. Nam poſt Socratis venenum, alii quidem Megara diſceſſerunt, ſimilia patiendi metu: alter autem & patria, & libertate privatus eſt, nec præter unam mulierem philoſophiæ quemquam ſtudiis ſubjugavit. Plato autem depictam in paginis diſciplinam relinquens in mortem ſolutus eſt. Et certe nihil eis tunc impedimento erat, non periculum, non egeſtas, non imperitia ſermonis: ſed erant & dicendo potentes, & opibus affluentes, & nobilitate patriæ gloriantes. Verum nequaquam obtinere potue-

C runt: talis eſt enim conditio erroris, etiam nullo ſibi obſiſtente conſeneſcit, ac defluit. Talis autem e diverſo veritatis ſtatus, etiam multis impugnantibus ſuſcitatur & creſcit. Hæc autem ita eſſe, veritas rerum ipſa proclamat, nihilque hic opus eſt aſſertione verborum, cum vocem quodammodo totus undique mundus emittat, urbes ſcilicet, & agri, & terræ, & maria, & loca culta, atque deſerta, ipſæ quoque etiam montium ſummitates. Neque enim ſolitudinem beneficii ſui reliquit exortem, ſed ipſam maxime iis, quæ nobis de cælo veniens detulit, bonis replevit, per Pauli præcipue linguam, perque illam, quam in ipſum contulit, gra-

D tiam. Quia enim dignam tali dono devotionem gerebat, copioſa in illo etiam gratia coruſcavit, plurimaque horum, quæ huc uſque memoravimus, ipſius ore ac ſermone completa ſunt. Quoniam igitur ita genus noſtrum nobilitavit Deus, ut unum hominem dignaretur tantorum cauſam facere bonorum, ſtudeamus & nos ejus ſimiles inveniri. Neque vero iſtud impoſſibile putemus: quoniam, ut ſæpe dixi, & nunc inculcare non ceſſo: tale illi, quale etiam no-

E bis corpus fuit, talis anima, tales cibi, ſed voluntas in eo mirabilis, & præclara devotio, & iſtud eſt prorſus unde ille talis effectus eſt. Nemo igitur diffidat, nemo deſperet: ſi intendas animum, & præpares, nihil eſt quod te ab ejuſdem gratiæ poſſit prohibere muneribus. Non eſt enim perſonarum acceptor Deus. Idem illum teque formavit: & quemadmodum illius, ita eſt etiam tuus Deus: ac ſicut illum merito laudavit, ita etiam tibi offert coronam. Spondeamus igitur noſmetipſos Deo, atque mundemus, ut nos quoque eamdem

* Anaxagoras Clazomenius.

Error ſuopte nutu perit.

Paulo ſimiles eſſe poſſumus.

gratiam consequentes, eadem etiam præmia sortiamur, gratia & misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum, amen.

DE LAUDIBUS SANCTI PAULI Apostoli.

HOMILIA V.

UBi nunc illi sunt, qui querulo semper animo mortem causari solent, & corruptibile hoc corpus atque passibile impedimento sibi esse ad virtutem putant? audiant Pauli facta præclara, & ab hac obtrectatione malignissima conquiescant. Quid enim humano generi mors nocuit? quid vero virtutem corruptio corporis impedivit? Considera itaque Paulum, & videbis, quia nobis etiam ad maximam utilitatem proficiet ista mortalitas. Hic enim nisi mortalis fuisset, nequaquam dicere potuisset, magis autem nequisset ostendere, quod ipsius temporibus est loquutus: quoniam *quotidie morior pro vestra gloria, quam habeo in Christo Jesu.* (1. Cor. 15. 31.) Ubique enim nobis intentione animi ac promta opus est voluntate: quæ si affuerint, nihil erit quod nos possit a virtute prohibere, sicut superior jam sermo memoratus est. Nonne erat iste mortalis? nonne ignobilis? nonne pauper: & quotidiano opere victum quærens? Nonne corpus habuit cunctis naturæ necessitatibus subjugatum? Quid ergo eum vetuit illis, quibus floruit, splendere virtutibus? profecto nihil. Nullus ergo mœreat pauper, nullus angatur inglorius, nullus ex vilioribus ingemiscat: sed tantummodo illi, qui molles sunt animo, & enervati mente sunt, atque resoluti. Hoc enim solum est quod nos a virtute valeat arcere, vitiositas animæ atque mollitudo sententiæ, nec quidquam omnino præterea: idque beati hujus, propter quem hodie congregati sumus, illustratur exemplo. Sicut enim Paulo nihil ea quæ superius sunt memorata nocuerunt, ita extra religionem nostram positos nihil his adversa juverunt, non generis claritudo, non divitiarum affluentia, non splendor eloquii, non gloriæ magnitudo, non sublimitas potentatus. Sed quid ego de hominibus adhuc loquor, & quamdiu circa terram continuo sermonem? Fas est etiam supernas commemorare virtutes, principatus videlicet, ac potestates, mundique rectores, ac tenebrarum hujus sæculi. (Dæmones nil juvat immortalitas.) Quid enim juvit eos Angelorum sortitos esse naturam? Nonne venient omnes istæ virtutes a Paulo, ejusque similibus judicandæ? *Nescitis*, inquit, *quia Angelos judicabimus, quanto magis secularia?* (1. Cor. 6. 3.) Non igitur ob alias aliquando causas, nisi ob vitia sola doleamus, horum nos studiosos esse pœniteat: neque ob aliud quidquam gaudeamus ac lætemur nisi virtutis causa: nihil est quod nos Pauli similes fieri vetet. Ille enim non solum gratia Dei, sed etiam sua voluntate

A διαψιλῆ δεξάμενοι τὴν χάριν, τῶν αὐτῶν ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ΑΠΟΣΤΟΛΟΝ Παῦλον.

ΛΟΓΟΣ ε'.

[a] Savil. & unus Cod. τὸν ἅγιον ἐκεῖνον εἰσάγειν.
[b] Sic duo MSS. Alii vero & Editi, τοῖς φυσαμένοις.

A enim amantes eorum, quos amant, vel nuda complecti nomina, & incalescere ad ipsas appellationes, quod vobis quoque in hoc beato usu venit. Nam cum eum a principio in civitatem ingressum excepissetis, unusquisque filium suum ejus nomine appellabat, per appellationem existimans unusquisque in domum suam sanctum introducere, missisque patribus, avis & proavis matres beati Meletii nomen imponebant liberis, quos pepererant. Naturam enim vincebat amor pietatis, & deinceps qui nascebantur, non naturali solum benevolentia, sed etiam affectu erga illam appellationem, erant cari parentibus. Ipsum enim nomen B & ornamentum cognationis & ædium tutelam, & ita vocatis salutem, & amoris solatium esse existimabant, & perinde ac si quidam, sedentes in tenebris, cum una lampas conspecta fuerit, multas accendentes lucernas, unusquisque infert in domum suam: ita etiam cum illa appellatio, tamquam lumen incidisset in civitatem, quilibet in domum suam beati illius nomen introduxit, veluti quemdam thesaurum bonorum innumerabilium, per illius afferens appellationem: eratque vere illud magnæ pietatis doctrina. Nam cum assidue cogerentur meminisse illius appellationis, & sanctum C virum animo complecti, habebant hoc nomen tamquam arma quædam, quibus fugabatur quævis a ratione aliena affectio & cogitatio, fuitque id adeo frequens, ut ubique in biviis, in foro, in agris & in viis hoc nomen undique circumsonaret. Non erga nomen autem solum adeo affecti eratis, sed erga ipsam etiam figuram corporis. Quomodo enim fecistis in nominibus, hoc etiam fecistis in illius imagine: etenim in palis annulorum, & in sigillis, & in phialis, & in thalamorum parietibus, & ubique sacram illam multi expresserunt imaginem, ut non D solum audirent sanctam illam appellationem, sed etiam ubique viderent figuram corporis, & ejus exsilii duplicem consolationem acciperent. Etenim primum ingressus, statim expulsus est e civitate, inimicis veritatis eum expellentibus. Deus vero id concessit, simul & illius virtutem & vestram fortitudinem volens ostendere. Cum enim ingressus, sicut Moses in Ægyptum, liberasset civitatem ab errore hæresis, putrisque membris & immedicabilibus a reliquo corpore amputatis, integram restituisset sa- E nitatem Ecclesiæ multitudini, inimici veritatis non ferentes correctionem, concitato Imperatore, expulerunt eum hac civitate, exspectantes fore, ut hac ratione veritate essent superiores, & eam rerum emendationem everterent. Evenit autem contra quam exspectabant; ac cum studium vestrum, tum ejus in docendo scientia magis

Meletii nomen filiis suis dabant Antiocheni.

Meletii imaginem ubique pingebant Antiocheni.

Meletius in exsilium pulsus.

[c] Sic Sav. & tres MSS. Morel. vero, οὐ περὶ τὸ ὄνομα. Infra Sav. & duo MSS. ἐν ἐκτυπώμασι, Morel. & alii, ἐν ἐκπώμασι.

effulsit. Illius quidem, quod triginta diebus, nec iis quidem integris, tantum vos potuit in studio fidei fundare, ut postea irruentibus spiritibus innumerabilibus, illabefacta & inconcussa manserit illa doctrina: fervor autem vester se aperte ostendit, quod triginta, & nec iis quidem integris, diebus jacta ab illo seminatam accurate suscepistis, ut ad profundum mentis radices transmiseritis, & nulli deinceps illatæ de cætero cesseritis tentationi.

2. Operæ precium est autem, non illud prætermittere, quod accidit in ejus persequutione. Nam cum præses civitatis curru vectus exiret per medium forum, sedente ad latus sancto viro, lapides nive crebriores undique in caput præsidis ferebantur, civitate illam non ferente separationem, sed potius vita præsenti privari volente, quam videre sanctum illum avelli. Quid ergo tunc fecit ille beatus? Cum vidisset jactus lapidum, complexis suis vestibus, contexit caput præsidis: simul & inimicos pudore afficiens ob insignem mansuetudinem, & suos docens discipulos, quantam ostendere oporteat patientiam in eos, qui injuria afficiunt: & quod non solum nihil oporteat eis mali facere, sed etiamsi ab aliis eis immineat periculum, id quoque omni studio propulsare. Quis tunc non fuit obstupefactus, videns & insanum amorem civitatis, & summam philosophiam, lenitatemque, & mansuetudinem Doctoris? Erant enim admirabilia ea, quæ tunc acciderunt. Pastor abigebatur, & oves non dispergebantur: gubernator expellebatur, & scapha non mergebatur: agricola fugabatur, & vitis plus fructus ferebat. Quoniam enim vinculo caritatis eratis inter vos invicem colligati, non illatæ tentationes, non impendentia pericula, non viæ longitudo, non diuturnitas temporis, neque quidquam aliud vos potuit disjungere a beati pastoris Meletii consuetudine, sed expellebatur quidem, ut esset procul a filiis: contrarium autem accidit. Magis enim vobis constringebatur vinculis caritatis, & accepta secum universa civitate, in Armeniam profectus est. Et erat quidem corpus positum in patria, mens vero & cogitatio, veluti a quibusdam pennis, in altum elata a gratia spiritus, & apud vos perpetuo degens, universum hunc populum circumferebat in visceribus. Quod ipsum quoque vobis usuveniebat. Nam cum hic sederetis, & urbe circumscriberemini, spiritu caritatis in Armeniam quotidie evolantes, & sanctum vultum intuentes, & jucundissimam beatamque vocem audientes, sic revertebamini. Et propter hanc causam, concessit Deus eum statim expelli e civitate, quo, sicut dixi, ostenderet Deus vestram fidei firmitatem inimicis, qui vos, & illius in docendo peritiam oppugnabant: illud autem hinc palam est. Nam post primam reversus per-

Meletius urbe pulsus tegit caput præsidis, ne lapidibus obruatur.

A ἐπιστήμης ἀπόδειξις. ἐκεῖνος μὲν οὖν ἐν τριάκοντα ἡμέραις οὐδ' ὅλαις ἴσχυσεν οὕτως ὑμᾶς θεμελιῶσαι ἐν τῷ ζήλῳ τῆς πίστεως, ὡς μυρίων μετὰ ταῦτα προσβαλόντων πνευμάτων, ἄσειστον μεῖναι τὴν διδασκαλίαν ἐκείνην· ὑμῶν δὲ ἡ θερμότης ἐδείκνυτο· ὅτι ἐν τριάκοντα οὐδὲ ὅλαις ἡμέραις οὕτω μετ' ἀκριβείας τὰ παρ' ἐκείνου καταβληθέντα ἐδέξασθε σπέρματα, ὡς πρὸς τὸ βάθος τῆς διανοίας παραπέμψαι τὰς ῥίζας, καὶ μηδενὶ τῶν προσενεχθέντων ἐνδοῦναι λοιπὸν πειρασμῶν.

Ἄξιον δὲ μηδὲ ἐκεῖνο παραδραμεῖν, ὃ περὶ τὴν δίωξιν αὐτὴν συνέβαινεν. ἐπεὶ γὰρ ὁ τῆς πόλεως ἄρ-
B χων τὸ ὄχημα ἐλαύνων διὰ μέσης ἐξῄει τῆς ἀγορᾶς, πλησίον αὐτοῦ τὸν ἅγιον καθίσας ἐκεῖνον, νιφάδες λίθων πανταχόθεν ἐφέροντο ἐπὶ τὴν τοῦ ἄρχοντος κεφαλήν, οὐ φερούσης τῆς πόλεως τὸν χωρισμόν· ἀλλ' αἱρουμένης καὶ τῆς παρούσης ἐκπεσεῖν ζωῆς, ἢ τὸν ἅγιον ἐκεῖνον ἀποσπώμενον ἰδεῖν. τί οὖν ὁ μακάριος ἐκεῖνος τότε ἐποίησεν; ἰδὼν τὰς τῶν λίθων βολὰς τοῖς ἱματίοις τοῖς ἑαυτοῦ περιβαλὼν ἀπέκρυψε τοῦ ἄρχοντος τὴν κεφαλήν, ὁμοῦ τε τοὺς ἐχθροὺς τῇ τῆς ἐπιεικείας ἐντρέπων ὑπερβολῇ, καὶ τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς παιδεύων, ὅσην περὶ τοὺς ἀδικοῦντας ἀνεξικακίαν ἐπιδείκνυσθαι χρή. καὶ ὡς οὐ μόνον οὐ-
C δὲν αὐτοὺς ἐργάζεσθαι δεινὸν προσήκεν, ἀλλ' εἰ καὶ παρ' ἑτέρων αὐτοῖς ἐπῄει κίνδυνος, καὶ τοῦτον μετὰ πάσης ἀποκρούεσθαι σπουδῆς. τίς οὐκ ἔφριξε τότε, καὶ τῆς πόλεως τὸν μανικὸν ὁρῶν ἔρωτα, καὶ τοῦ διδασκάλου τὴν ἄκραν φιλοσοφίαν, καὶ τὴν ἐπιείκειαν, καὶ τὴν πραότητα καταπληττόμενος; καὶ γὰρ ἦν παράδοξα τὰ τότε συμβαίνοντα. ὁ ποιμὴν ἀπηλαύνετο, καὶ τὰ πρόβατα οὐκ ἐσκορπίζετο· ὁ κυβερνήτης ἐξεβάλλετο, καὶ τὸ σκάφος οὐκ ἐβαπτίζετο· ὁ γεωργὸς ἐδιώκετο, καὶ ἡ ἄμπελος ἐκαρποφόρει πλέον. ἐπειδὴ γὰρ τῷ συνδέσμῳ τῆς ἀγάπης πρὸς ἀλλήλους ἦτε συνδεδεμένοι, οὐ πειρασμῶν ἐπαγωγαί, οὐ κινδύνων ἐπαναστάσεις, οὐχ ὁδοῦ μῆκος, οὐ χρόνου πλῆθος, οὐκ ἄλλο οὐδὲν ἴσχυ-
D σεν ὑμᾶς διαστῆσαι τῆς συνουσίας τοῦ μακαρίου ποιμένος· ἀλλ' ἐξεβάλλετο μέν, ὥστε μακρὰν γενέσθαι τῶν τέκνων, συνέβαινε δὲ τοὐναντίον. μᾶλλον γὰρ ὑμῖν συνεσφίγγετο τοῖς τῆς ἀγάπης δεσμοῖς· καὶ πᾶσαν τὴν πόλιν μεθ' ἑαυτοῦ λαβὼν εἰς Ἀρμενίαν ἀπῄει. τὸ μὲν γὰρ σῶμα ἐπὶ τῆς πατρίδος ἵδρυτο· ὁ λογισμὸς δὲ καὶ ὁ νοῦς ὥσπερ ὑπό τινων πτερῶν κουφιζόμενος τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος, καὶ διὰ παντὸς ὑμῖν ἐπιχωριάζων, ἅπαντα τοῦτον τὸν δῆμον ἐν τοῖς ἐκείνου περιέφερε σπλάγχνοις, ὃ δὴ καὶ ὑμεῖς ἐπάσχετε. καθήμενοι γὰρ ἐνταῦθα καὶ τῇ πόλει περιγραφόμενοι, τῷ πνεύματι τῆς ἀγάπης εἰς
E Ἀρμενίαν καθ' ἑκάστην ἱπτάμενοι τὴν ἡμέραν, καὶ τὴν ἁγίαν ὄψιν ὁρῶντες, καὶ τῆς ἡδίστης καὶ μακαρίας φωνῆς ἀκούοντες οὕτως ἐπανῄειτε πάλιν. καὶ διὰ ταύτην συνεχώρησεν ὁ θεὸς τὴν αἰτίαν εὐθέως αὐτὸν ἀπελαθῆναι τῆς πόλεως· ἵνα καὶ ὑμῶν, ὥσπερ ἔφθην εἰπών, τὸ στερρὸν τῆς πίστεως ἐπιδείξῃ τοῖς ὑμᾶς πολεμοῦσιν ἐχθροῖς, κἀκείνου τὸ περὶ τὴν διδασκαλίαν ἔμπειρον· καὶ δῆλον ἐκεῖθεν. μετὰ γὰρ τὴν προτέραν δίωξιν ἐπανελθὼν οὐχὶ τριάκοντα

τριάκοντα ἡμέρας μόνον, ἀλλὰ καὶ μῆνας, καὶ ἐνιαυτὸν, καὶ ἕνα, καὶ δύο, καὶ πλείους ἐνταῦθα διέτριψεν. ἐπειδὴ γὰρ ἱκανὴν ἐδώκατε τῆς περὶ τὴν πίστιν στερρότητος ἀπόδειξιν, ἔδωκεν ὑμῖν μετὰ ἀδείας ἐντρυφῆσαι τῷ πατρὶ πάλιν. καὶ γὰρ τρυφὴ ἦν μεγίστη τὸ τῆς ἁγίας ὄψεως ἀπολαύειν ἐκείνης. οὐ γὰρ δὴ διδάσκων μόνον, οὐδὲ φθεγγόμενος, ἀλλὰ καὶ ὁρώμενος ἁπλῶς, ἱκανὸς ἦν ἅπασαν ἀρετῆς διδασκαλίαν εἰς τὴν τῶν ὁρώντων ψυχὴν εἰσαγαγεῖν. ὅτε γοῦν πρὸς ὑμᾶς εἰσήλαυνε, καὶ πᾶσα ἡ πόλις πρὸς τὴν ὁδὸν μεθωρμίζετο, οἱ μὲν πλησίον ἤρχοντο, καὶ ποδῶν ἥπτοντο, καὶ χεῖρας κατεφίλουν, καὶ φωνῆς ἤκουον· οἱ δὲ ὑπὸ τοῦ πλήθους κωλυόμενοι πόρρωθεν αὐτὸν ὁρῶντες μόνον, ὥσπερ ἱκανὴν ἀπὸ τῆς ὄψεως δεξάμενοι τὴν εὐλογίαν, καὶ οὐδὲν ἔλαττον τῶν ἐγγὺς γινομένων ἐσχηκότες, οὕτω μετὰ πληροφορίας ἁπάσης ἀπῄεσαν· καὶ ὅπερ ἐπὶ τῶν ἀποστόλων ἐγίγνετο τοῦτο καὶ ἐπὶ τούτου συνέβαινε. καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν ἀποστόλων ὅσοι προσελθεῖν, καὶ ἐγγὺς γενέσθαι οὐκ ἴσχυον, τῆς σκιᾶς αὐτῶν ἐκτεινομένης, καὶ τῶν πόρρωθεν ἁπτομένης, τὴν αὐτὴν ἐπεσπῶντο χάριν, καὶ ὁμοίως ὑγιαίνοντες ἀπῄεσαν· οὕτω δὴ καὶ νῦν ὅσοι προσελθεῖν οὐκ ἴσχυον, ὥσπερ τινὸς δόξης πνευματικῆς ἀπὸ τῆς ἁγίας ἐκείνης κεφαλῆς ἐκπεμπομένης, καὶ πρὸς τοὺς πορρωτάτω διϊκνουμένης [a] αἰσθανόμενοι, πάσης εὐλογίας ἀπὸ τῆς θεωρίας μόνης πληρούμενοι πάντες ἀπῄεσαν.

Ἐπεὶ δὲ ἔδοξε τῷ κοινῷ τῶν ὅλων θεῷ καλέσαι λοιπὸν αὐτὸν ἐκ τῆς παρούσης ζωῆς, καὶ εἰς τὸν τῶν ἀγγέλων κατατάξαι χορόν· οὐδὲ τοῦτο ἁπλῶς ἐγίνετο, ἀλλὰ καλεῖ μὲν αὐτὸν βασιλέως γράμματα, τοῦ θεοῦ τὸν βασιλέα κινήσαντος. καλεῖ δὲ αὐτὸν οὐκ ἐγγύς που οὐδὲ πλησίον, ἀλλ' εἰς τὴν Θρᾴκην αὐτήν· ἵνα καὶ Γαλάται, καὶ Βιθυνοὶ, καὶ Κίλικες, καὶ Καππαδόκαι, καὶ οἱ [b] τὴν Θρᾴκην προσοικοῦντες ἅπαντες τὰ ἡμέτερα μάθωσιν ἀγαθά· ἵνα οἱ πανταχοῦ τῆς γῆς ἐπίσκοποι ὥσπερ εἰς ἀρχέτυπον εἰκόνα τὴν ἁγιωσύνην ἰδόντες τὴν ἐκείνου, καὶ παράδειγμα σαφὲς τῆς κατὰ τὴν ἀρχὴν ταύτην διακονίας ἐξ ἐκείνου λαβόντες, κανόνα τινὰ, καθ' ὃν δεῖ τὰς ἐκκλησίας οἰκονομεῖν καὶ κυβερνᾶν, ἔχωσιν ἀσφαλῆ καὶ σαφέστατον. καὶ γὰρ διὰ τὸ τῆς πόλεως μέγεθος καὶ διὰ τὴν τοῦ βασιλέως προσεδρείαν πολλοὶ πολλαχόθεν τῆς οἰκουμένης ἐκεῖ συνέρρεον τότε. οἱ δὲ τῶν ἐκκλησιῶν ἐπίσκοποι διὰ τὸ τὰς ἐκκλησίας ἐκ μακροῦ πολέμου καὶ χειμῶνος ἀνενεγκούσας ἀρχὴν εἰρήνης καὶ γαλήνης λαμβάνειν, βασιλικοῖς ἐκεῖ γράμμασιν ἐκαλοῦντο πάντες. τότε τοίνυν καὶ οὗτος ἐκεῖ παραγίνεται. καὶ καθάπερ ἐπὶ τῶν τριῶν παίδων, ἡνίκα ἀνακηρύττεσθαι ἔμελλον, καὶ στεφανοῦσθαι, σβέσαντες τὴν τοῦ πυρὸς δύναμιν, καταπατήσαντες τοῦ τυράννου τὸν τῦφον, ἅπαν ἀσεβείας εἶδος ἐλέγξαντες, ἐκ τῆς οἰκουμένης αὐτοῖς τὸ θέατρον ἐκάθητο πάσης· οἱ γὰρ πανταχοῦ γῆς σατράπαι, καὶ ὕπατοι, καὶ τοπάρχαι ἐκαλοῦντο μὲν δι' ἑτέραν αἰτίαν· ἐγίγνοντο δὲ θεαταὶ τῶν ἀθλητῶν ἐκείνων, οὕτω δὴ καὶ τότε συνέβαινεν,

sequutionem, non triginta solum dies, sed etiam menses, & annum unum & duos & plures hic est versatus. Cum enim satis magnum dedissetis argumentum vestræ circa fidem firmitatis, dedit vobis potestatem jucunde & secure fruendi patre. Erat enim maxima voluptas, illo sancto frui vultu. Non enim solum docens vel loquens, sed etiam si tantum videretur, satis erat ad introducendam omnem virtutis doctrinam in eorum, qui videbant, animam. Quando enim ad vos veniebat & universa civitas ei obviam processerat, alii quidem prope accedebant, & pedes prehensabant, & manus osculabantur, & vocem audiebant; alii autem prohibiti multitudine, ipsum procul videntes, tamquam qui sufficientem benedictionem ex aspectu accepissent, & non minus habuissent, quam qui prope fuissent, contenti recedebant: & quod fiebat in Apostolis, hoc in eo quoque contingebat. Sicut enim in Apostolis, qui progredi & propius accedere non poterant, vel cum umbra eorum extenderetur, & tangeret eos, qui procul erant, eamdem attrahebant gratiam, & sani similiter recedebant: ita nunc quoque, qui non poterant accedere, tamquam aliquam spiritalem gloriam a sancto illo capite emissam, & ad eos, qui longissime aberant, pervadentem sentientes, etiam ab eo, omni benedictione ex solo aspectu repleti, omnes discedebant.

Meletii redditus ab exsilio.

Act. 5. 15.

3. Cum autem visum esset communi Deo universorum eum vocare ex vita præsenti, & in chorum Angelorum referre, ne hoc quidem factum est temere, sed ipsum quidem vocant literæ Imperatoris, cum Deus movisset Imperatorem. Vocant vero ipsum non in propinquum locum, sed in ipsam Thraciam: ut & Galatæ, & Bithyni, & Cilices, & Cappadoces, & omnes, qui Thraciæ vicinas regiones habitant, nostra bona cognoscerent: ut qui erant ubique terrarum Episcopi, tamquam in archetypum exemplar, in illius sanctitatem intuentes, & apertum exemplum ab eo accipientes, sui in hoc munere officii certissimam & clarissimam haberent regulam, quemadmodum oporteat administrare & regere Ecclesias. Nam propter urbis magnitudinem, & quod illic resideret Imperator, multi ex multis locis orbis terræ illuc tunc confluebant. Episcopi autem Ecclesiarum, quod Ecclesiæ a longo bello & tempestate respirantes, principium pacis & tranquillitatis acciperent, literis Imperatoris omnes illuc vocabantur. Tunc ergo hic quoque sanctus illuc accedit. Ac sicut in tribus pueris accidit, quando erant præconio renunciandi & coronandi, exstincta vi ignis, fastu tyranni conculcato, confutato omni genere impietatis, ex universo orbe terræ erant eis congregati spectatores. Nam qui ubique terrarum erant satrapæ, principes, & toparchæ propter aliam causam vocati, illos spectaverunt athletas, etiam tunc accidit,

[a] Alii, αἰσθανόμενοι, οὕτω καὶ αὐτοὶ πάσης.

[b] Unus Cod. τῇ Θρᾴκῃ.

ut præclarum fieret beato Meletio theatrum, cum propter aliam causam vocati Episcopi, qui ubique terrarum administrabant Ecclesias, accesserunt, & sanctum illum sunt contemplati. Postquam autem eum adspexissent, & accurate ejus didicissent pietatem, sapientiam, atque zelum fidei, ut qui perfectam & absolutam in se haberet omnem virtutem, quæ decet sacerdotem, tunc eum ad se vocavit Deus. Ideo autem sic accidit, ut levius ferret nostra civitas. Nam si hîc emisisset animam, futurum erat intolerabile pondus calamitatis. Quis enim sustinuisset videre beatum illum, extremum emittentem spiritum? Quis sustinuisset videre illa supercilia oculorum deprimi, osque claudi, & mandata edere novissima? Quis hoc adspiciens, non defecisset, magnitudine calamitatis? Ne hoc ergo accideret, providit Deus, ut in aliena regione animam exhalaret, ut tempore, quod intercessit, hanc maximam præmeditati calamitatem, cum videremus ingredi corpus, nec animo consternaremur: cum mens jam esset luctui assuefacta: ut etiam contigit. Cum enim venerandum illud corpus excepit civitas, luxit quidem & valde ejulavit: sed luctum cito repressit, tam propter causam, quam diximus, quam propter eam, quæ est dicenda. Benignus enim & clemens Deus misertus nostri doloris, alium cito nobis dedit Pastorem, qui virtutes illius accurate referret. Qui cum sedem ascendisset, humili & lugubri veste nos statim exuit, & dolorem exstinxit, beati autem Meletii magis memoriam renovavit. Et dolor quidem flaccescebat, amor vero accendebatur vehementius, & omnino sublata fuit animi ægritudo: quamquam in amissione eorum, qui carissimi sunt, non ita solet evenire. Sed quando quis filium carissimum, vel etiam honorabilem maritum amiserit mulier, donec ejus ferventem conservat memoriam, vehementior luctus animum occupat: quando vero succedens tempus luctum sedaverit, simul cum vehementia doloris exstincta est etiam, quæ vigebat, memoria. In hoc autem beato viro contrarium accidit. Nam animi quidem ægritudo ejecta omnino fuit, recordatio vero non simul abiit cum dolore, sed aucta est vehementius. Testes autem estis vos, qui post tantum tempus, non secus ac apes favum, circumvolatis corpus beati Meletii. Causa vero erat, non a natura ortus in illum amor, sed recti judicii ratiocinatio. Ideo non fuit morte exstincta sancti Meletii memoria, tempore non emarcuit: sed augetur & majus accipit incrementum, non in iis solum, qui viderunt, sed etiam in iis, qui non viderunt. Est enim hoc quoque admirabile, quod qui fuerunt illius vitæ tempore juniores, ii quoque accenduntur ad idem desiderium. Atque vos quidem senes in hoc superatis eos, qui non viderunt, quod cum eo

Cur extra patriam moritur Meletius.

Laus Flaviani Episcopi.

A ὥστε γενέσθαι λαμπρὸν τῷ μακαρίῳ τὸ θέατρον· ἐπ' ἄλλῃ κληθέντες αἰτίᾳ [a] οἱ τὰς πανταχοῦ γῆς οἰκουμένης ἐκκλησίας ἐπίσκοποι πρεσβεύοντες, καὶ τὸν ἅγιον ἐθεώρουν ἐκεῖνον. Καὶ ἐπειδὴ ἐθεάσαντο, καὶ κατέμαθον αὐτοῦ ἀκριβῶς τὴν εὐλάβειαν, τὴν σοφίαν, τὸν ζῆλον τῆς πίστεως, πᾶσαν ἀπηρτισμένην ἐν αὐτῷ τὴν ἱερεῖ πρέπουσαν ἀρετήν, τότε αὐτὸν πρὸς ἑαυτὸν ἐκάλεσεν ὁ θεός. ἐγίνετο δὲ τοῦτο καὶ διὰ φειδὼ τῆς πόλεως τῆς ἡμετέρας. Εἰ γὰρ ἐνταῦθα τὴν ψυχὴν ἀφῆκεν, ἀφόρητος ἔμελλεν ὁ τῆς συμφορᾶς ὄγκος ἔσεσθαι. τίς γὰρ ἂν ἠνέσχετο τὸν μακάριον ἐκεῖνον ἰδεῖν τὰς ἐσχάτας ἀνα-

B πνέοντα ἀναπνοάς; τίς ἂν ἠνέσχετο ἰδεῖν τὰ βλέφαρα ἐκεῖνα τῶν ὀφθαλμῶν καθαιρούμενα, καὶ στόμα συγκλειόμενον ἔσχατα ῥήματα ἐπισκήπτον; τίς [b] βλέπων ταῦτα οὐκ ἂν ἐξέστη τῷ μεγέθει τῆς συμφορᾶς; ἵν' οὖν μὴ τοῦτο γένηται, ᾠκονόμησεν ὁ θεὸς ἐπ' ἀλλοτρίας αὐτὸν ἀφεῖναι τὴν ψυχήν· ἵν' ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ προμελετήσαντες τὴν συμφορὰν, ὅταν ἴδωμεν εἰσελθόντα τὸν νεκρὸν, μὴ καταπλαγῶμεν τὴν ψυχὴν, ἐνεθισθείσης τῷ θρήνῳ τῆς διανοίας, ὃ δὴ καὶ ἐγένετο. ἐπειδὴ γὰρ τὸ ἅγιον ἐκεῖνο σῶμα ἡ πόλις ἐδέξατο, ἐπένθησε μὲν καὶ οὕτως, καὶ ἀνωλόλυξε μέγα· ἀλλὰ ταχέως κατέλυσε τὸ πένθος, ἀπό τε τῆς εἰρημένης αἰ-

C τίας, [c] καὶ τῆς μελλούσης ῥηθήσεσθαι. ὁ γὰρ φιλάνθρωπος θεὸς κατελεήσας ἡμᾶς τῆς ὀδύνης, ταχέως ἡμῖν ἕτερον ποιμένα ἀνέδειξε, μετὰ πολλῆς ἀκριβείας τοὺς ἐκείνου διατηροῦντα χαρακτῆρας, καὶ τὴν εἰκόνα τῆς ἀρετῆς διασώζοντα πάσης· ὃς ἐπὶ τὸν θρόνον ἀναβὰς εὐθέως τὴν πενθήρη στολὴν ἡμᾶς ἀπέδυσε, καὶ τὴν ὀδύνην ἔσβεσε, τὴν δὲ τοῦ μακαρίου μνήμην ἀνενέωσε μᾶλλον. καὶ τὸ μὲν ἄλγος ἐμαραίνετο, ὁ δὲ ἔρως σφοδρότερον ἀνήπτετο, καὶ ἡ ἀθυμία τέλεον ἀνῄρητο· καί τοι γε ἐν ταῖς ἀποβολαῖς τῶν φιλτάτων οὐχ οὕτω συμβαίνειν εἴωθεν. ἀλλ' ὅταν τις υἱὸν ποθεινὸν, ἢ καὶ ἄνδρα αἰδέσιμον ἀποβάλῃ γυνὴ,

D ἕως μὲν ἂν αὐτοῦ διατηρῇ τὴν μνήμην ζέουσαν, καὶ τὸ πένθος σφοδρότερον ἐντρέφεται τῇ ψυχῇ· ὅταν δὲ χρόνος ἐπεισελθὼν καταμαλάξῃ τὸ πένθος, συναπεσβέσθη τῇ σφοδρότητι τῆς ὀδύνης καὶ τὸ τῆς μνήμης ἀκμάζον· ἐπὶ δὲ τοῦ μακαρίου τούτου τοὐναντίον ἐγίγνετο. ἡ μὲν ἀθυμία παντελῶς ἐξεβάλλετο, ἡ δὲ μνήμη οὐ συναπῄει τῇ λύπῃ, ἀλλὰ σφοδρότερον ηὔξετο. καὶ μάρτυρες ὑμεῖς οἱ μετὰ τοσοῦτον χρόνον καθάπερ μέλιτται κηρίῳ περιϊπτάμενοι τῷ σώματι τοῦ μακαρίου Μελετίου. τὸ δὲ αἴτιον οὐ φύσεως ἦν τὸ πρὸς ἐκεῖνον φίλτρον, ἀλλὰ κρίσεως ὀρθῆς λογισμός. διὰ τοῦτο οὐκ

E ἐσβέσθη θανάτῳ, οὐκ ἠμαυρώθη χρόνῳ· ἀλλ' αὔξεται, καὶ πρὸς τὸ μεῖζον ἐπιδίδωσιν· οὐχὶ τῶν ἑωρακότων μόνον ὑμῶν αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ τῶν οὐκ εἰδότων. τὸ γὰρ δὴ θαυμαστὸν τοῦτό ἐστιν, ὅτι καὶ ὅσοι νεώτεροι τῆς ἐκείνου ζωῆς γεγένασι, καὶ οὗτοι αὐτοὶ πρὸς τὸν αὐτὸν ἐκκαίονται πόθον. ὑμεῖς μὲν οὖν οἱ πρεσβῦται πλεονεκτεῖτε τῶν οὐχ ἑωρακότων αὐτὸν, αὐτὸ δὴ τοῦτο τὸ

a In hæc verba, hujusmodi nota legitur in duobus Codicibus, τίς δὲ ἡ ἄλλη αἰτία; ἡ δῆλον ὅτι τὸν Γρηγόριον συνεληλύθασι χειροτονῆσαι οἱ ρν´. ἐπίσκοποι.

b Hæc, βλέπων ταῦτα, desunt in duobus Codicibus.

c In hæc verba καὶ τῆς μελλούσης ῥηθήσεσθαι, in unius Codicis margine legitur, περὶ Φλαβιανοῦ λέγει.

συγγενέσθαι, καὶ τῆς ἁγίας ἀπολαῦσαι συνουσίας· οἱ δὲ οὐχ ἑωρακότες πλεονεκτοῦσιν ὑμῶν, ὅτι μὴ τεθεαμένοι τὸν ἄνδρα, ὑμῶν τῶν ἑωρακότων οὐκ ἐλάττονα περὶ αὐτὸν ἐπιδείκνυνται πόθον. εὐξώμεθα δὴ κοινῇ πάντες, ἄρχοντες, καὶ ἀρχόμενοι, γυναῖκες καὶ ἄνδρες, πρεσβῦται καὶ νέοι, δοῦλοι καὶ ἐλεύθεροι, αὐτὸν τὸν μακάριον Μελέτιον κοινωνὸν τῆς εὐχῆς ταύτης λαβόντες· καὶ γὰρ πλείων αὐτῷ παρρησία νῦν, καὶ θερμότερον πρὸς ἡμᾶς τὸ φίλτρον· αὐξηθῆναι ταύτην ἡμῖν τὴν ἀγάπην, καὶ καταξιωθῆναι πάντας ἡμᾶς, καθάπερ ἐνταῦθα πλησίον τῆς λάρνακος ταύτης ἐσμὲν, οὕτω κἀκεῖ δυνηθῆναι γενέσθαι πλησίον τῆς αἰωνίας αὐτοῦ σκηνῆς, καὶ τῶν ἀποκειμένων τυχεῖν ἀγαθῶν. ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, δόξα καὶ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

A versati estis, & fructum percepistis sanctæ ejus consuetudinis: qui autem non viderunt, in eo vos superant, quod cum virum non adspexerint, in ipsum non minus desiderium ostendant. Oremus itaque omnes simul tam magistratus quam privati, tam mulieres quam viri, tam senes quam juvenes, tam servi quam liberi, beatum ipsum Meletium harum precum socium accipientes. Est enim ei nunc major fiducia, & amor in nos ferventior, ut hæc nobis augeatur caritas, & nos omnes id consequamur, ut quomodo hic prope arcam istam adstamus, ita illic quoque prope beatum & æternum ejus tabernaculum esse, & bona æterna nobis reposita consequi possimus. Quæ detur nobis omnibus obtinere, gratia & clementia Domini nostri Jesu Christi: per quem & quicum Patri gloria, & imperium simul cum sancto Spiritu, in sæcula sæculorum, amen.

Intercessio Sanctorum.

Capsulam reliquiarum ejus intelligit.

MONITUM

AD HOMILIAM IN S. LUCIANUM MARTYREM.

HANC *Concionem habitam esse septima die Januarii anni* 387. *Epiphaniæ festum insequente, quo Homiliam de Baptismo Christi recitavit, ipsum Concionis hujus initium aperte demonstrat :* Quod hesterno die pertimescebam, *inquit*, evenit, & ad effectum jam perductum est; nempe ubi festum præteriit, simul etiam multitudo nobis abscessit, minorque nobis cœtus est factus. *Hæc porro confer cum initio Homiliæ illius de Baptismo Christi, ubi sic orditur Chrysostomus:* Omnes vos in lætitia hodie, ego vero in mœrore sum solus. Nam cum in hoc spirituale pelagus oculos meos converto,& immensas Ecclesiæ divitias complector : ac deinde perpendo fore, ut cum primum solemnitas ista præterierit, multitudo rursus ista resiliat ac discedat, crucior & animi dolore angor: quod cum tam multos liberos pepererit Ecclesia, non illis itidem in singulis collectis, sed in festo solummodo frui possit. *Hinc luce clarius commonstrari videtur, hanc de S. Luciano panegyrin habuisse Chrysostomum postridie, quam de Baptismo Christi in Epiphania concionatus erat. Hæc porro de Baptismo Christi Homilia incidit in annum Christi* 387. *ut in Monito ibidem probatur.*

Martyrium vero S. Luciani Presbyteri Antiocheni, qui fame & cruciatibus multis, ut ait Chrysostomus, Christi nomen gloriose confessus est, accidit anno 311. *vel* 312. *in persequutione Maximini. Martyrologium Romanum ad diem* 7. *Januarii sancti Luciani festum annunciat. Hunc Ariani suarum partium fuisse mentiebantur : quoniam ex ejus discipulis quidam se in Arianorum castra conjecerunt. Imo ipse Arius itemque Eusebius Nicomediensis, Sectæ illius primipilares, Luciani discipuli fuerant & sese Collucianistas vocabant. Verum illi a Luciani doctrina, simulque a Fide Catholica desciverant.*

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi, quam paucissimis in locis emendavimus.

HOMILIA PANEGYRICA in S. martyrem Lucianum.

QUod heſterno die pertimeſcebam, evenit, & ad effectum jam perductum eſt; nempe ubi feſtum præteriit, ſimul etiam multitudo nobis abſceſſit, minorque nobis cœtus eſt factus. Hoc equidem prorſus eventurum ſciebam, non tamen idcirco deſtiti a cohortatione: licet enim haud omnes morem geſſerint, qui heſterna luce audierunt, non tamen omnes etiam non obtemperarunt: neque vero parum apud nos ad conſolationem hoc valet; quamobrem neque hodierno die ab hac admonitione deſiſtam: nam ſi minus ex nobis, ex vobis quidem certe audient, quæ dicuntur. Quis enim tantam illorum ſocordiam ſilentio ferre poſſit, aut venia illos, & excuſatione dignos ducere, qui cum tanto tempore matrem vidiſſent, & bonorum, quæ in ea ſunt, participes facti eſſent, receſſerunt, neque rurſus reverti dignati ſunt, nec columbam Noë, ſed corvum imitati ſunt; idque dum æſtus adhuc, & tempeſtas illa perſeverat, graviorque quotidie procella excitatur, ac propoſita in medio arca iſta ſancta cunctos advocat, ad ſe pellicit, & multam præbet ad ſe confugientibus ſecuritatem? Non enim aquarum neque fluctuum irruptiones, ſed continuas alieniſſimarum a ratione perturbationum ſeditiones coërcet, invidiam tollit, & arrogantiam refrænat. Nam neque dives deſpicere pauperem poterit, cum ex

Iſai. 40. 6. Scripturis audiet, *Omnis caro fœnum, & omnis gloria hominis quaſi flos fœni*: neque pauper alterum diteſcentem videns invidia capietur, cum & ipſe audiet alterum Prophe-

Pſal. 48. 17. tam dicentem, *Ne timueris cum dives factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus ejus. Quoniam cum interierit, non ſumet omnia: neque deſcendet cum eo gloria ejus.* Ta-

Fluxa divitiarum natura. lis namque eſt opum iſtarum natura: non transferuntur cum dominis: non cum poſſeſſoribus tranſmigrant; non in judicium vocatis illic ac pœnas luentibus patrocinantur, ſed per mortem penitus præciduntur; imo multos etiam ante mortem deſeruerunt: infidus eſt uſus, fructus inſtabilis, periculoſa poſſeſſio. At non ejuſmodi ſunt virtutis & eleemoſynæ bona, verum a prædatione tutus eſt hic theſaurus: unde hoc conſtat? Qui de divitiis iſtis philoſophando dixit, *Non deſcendet cum eo gloria ejus poſt eum*, hic & de eleemoſynæ theſauris, qui permanent ſemper, nec umquam compilantur, nos erudivit, cum ita dixit:

Pſal. 111. 9. *Diſperſit, dedit pauperibus, juſtitia ejus manet in ſæculum.* Quid hoc mirabilius eſſe poſſit? quæ colliguntur pereunt, & manent quæ

ΟΜΙΛΙΑ ΕΓΚΩΜΙΑΣΤΙΚΗ εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Λουκιανόν.

A ΟΠΕΡ χθὲς ἐδεδοίκειν ἐξέβη, καὶ τέλος ἔλαβε νῦν, καὶ τῆς ἑορτῆς ἀπελθούσης, καὶ τὸ πλῆθος ἡμῖν συναπεδήμησε, καὶ ἐλάττων ἡμῖν ὁ σύλλογος γέγονε. καὶ ᾔδειν μὲν τοῦτο συμβησόμενον πάντως· οὐ μὴν δὲ διὰ τοῦτο τῆς παραινέσεως ἀπέστην· [a] εἰ γὰρ καὶ μὴ πάντες ἐπείσθησαν οἱ χθὲς ἀκούσαντες, ἀλλ' οὐδὲ πάντες ἠπείθησαν· οὐ μικρὸν δὲ τοῦτο εἰς παραμυθίας λόγον ἡμῖν· διόπερ οὐδὲ σήμερον ἀποστήσομαι ταύτης τῆς συμβουλῆς· εἰ γὰρ καὶ μὴ δι' ἡμῶν, ἀλλά γε δι' ὑμῶν πάντως ἀκούσονται τὰ λεγόμενα. τίς γὰρ δυνηθείη σιγῇ τὴν τοσαύτην αὐτῶν ῥᾳθυμίαν ἐνεγκεῖν, ἢ μεταδοῦναι συγγνώμης καὶ ἀπολογίας αὐτοῖς, οἳ διὰ

B τοσούτου χρόνου τὴν μητέρα ἰδόντες, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ καλῶν ἀπολαύσαντες ἀπέστησαν, καὶ οὐκ ἠνέσχοντο τὸ δεύτερον [b] ἐπιστρέψαι πάλιν, οὐδὲ τὴν τοῦ Νῶε περιστερὰν, ἀλλὰ τὸν κόρακα ἐμιμήσαντο, καὶ ταῦτα τοῦ κλυδωνίου μένοντος ἔτι, καὶ τοῦ χειμῶνος ἐκείνου, καὶ χαλεπωτέρας καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐγειρομένης ζάλης, καὶ τῆς ἁγίας ταύτης κιβωτοῦ προκειμένης ἐν μέσῳ, καὶ πάντας καλούσης, καὶ πρὸς ἑαυτὴν ἐπισπωμένης, καὶ πολλὴν τοῖς καταφεύγουσι παρεχούσης τὴν ἀσφάλειαν; οὐ γὰρ ὑδάτων, οὐδὲ κυμάτων ἐμβολὰς, ἀλλὰ τῶν ἀλογωτάτων παθῶν τὰς συνεχεῖς ἀποκρούεται ἐπανα-

C στάσεις, καὶ φθόνον ἀναιρεῖ, καὶ ἀπόνοιαν καταστέλλει. οὔτε γὰρ ὁ πλούσιος ἐνταῦθα τοῦ πένητος ὑπεριδεῖν δυνήσεται, ἀκούων παρὰ τῶν θείων γραφῶν, ὅτι πᾶσα σὰρξ χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου· οὔτε ὁ πένης πλουτοῦντα ἕτερον ἰδὼν βασκανίᾳ ἁλώσεται, ἀκούων καὶ αὐτὸς ἑτέρου προφήτου λέγοντος, μὴ φοβοῦ, ὅταν πλουτήσῃ ἄνθρωπος, ἢ ὅταν πληθυνθῇ ἡ δόξα τοῦ οἴκου αὐτοῦ· ὅτι οὐκ ἐν τῷ ἀποθνήσκειν αὐτὸν λήψεται τὰ πάντα, οὐδὲ συγκαταβήσεται αὐτῷ ἡ δόξα αὐτοῦ. τοιαύτη γὰρ τῆς εὐπορίας ταύτης ἡ φύσις· οὐ συμμεθίσταται τοῖς ἔχουσιν· οὐ συναποδημεῖ

D τοῖς κεκτημένοις· οὐ παρίσταται κρινομένοις ἐκεῖ, καὶ εὐθύνας ὑπέχουσιν, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ θανάτου διακόπτεται πάντως· πολλοὺς δὲ καὶ πρὸ τοῦ θανάτου κατέλιπεν· ἄπιστος ἡ χρῆσις, ἀβέβαιος ἡ ἀπόλαυσις, ἐπικίνδυνος ἡ κτῆσις. ἀλλ' οὐ τὰ τῆς ἀρετῆς τοιαῦτα, καὶ τὰ τῆς ἐλεημοσύνης· ἀλλ' ἔστιν ἄσυλος οὗτος ὁ θησαυρός. πόθεν τοῦτο δῆλον; ὁ περὶ τοῦ πλούτου τούτου φιλοσοφήσας εἰπὼν, ὅτι οὐ συγκαταβήσεται αὐτῷ ἡ δόξα αὐτοῦ ὀπίσω αὐτοῦ, οὗτος καὶ περὶ τῶν τῆς ἐλεημοσύνης θησαυρῶν τῶν ἀεὶ μενόντων, καὶ μηδέποτε συλωμένων ἐπαίδευσεν ἡμᾶς οὕτως εἰπὼν, ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησιν· ἡ

E δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα. τί τούτου παραδοξότερον γένοιτ' ἄν; τὰ συλλεγόμενα ἀπόλλυνται, καὶ

Collata cum Codicibus Reg. 2343. & Colbertin. 970. in quo poſtremo habetur poſt Homiliam de Baptiſmo Chriſti quæ in Edit. Morel. eſt Tom. 1. pag. 275. Sequitur Homilia de Spiritu S. & contra Arianos, quæ in Edit. Morel. eſt Tom. 6. pag. 206. & poſtea hæc in S. Lucianum, hoc titulo, τοῦ αὐτοῦ τῇ ἐπαύριον τῶν φώτων. ἐλέχθη εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Λουκιανόν. Savil. item, εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Λουκιανόν. ἐλέχθη τῇ ἐπαύριον τῶν φώτων. Initio ſtatim Savil. in textu παρελθούσης, in marg. vero ἀπελθούσης, & ſic Morel. & Colb.

a Reg. & Colb. εἰ γὰρ μὴ

b Savil. ὑποστρέψαι.

τὰ σκορπιζόμενα μένει, καὶ μάλα εἰκότως. τὰ μὲν γὰρ ὁ Θεὸς ὑποδέχεται, ἐκ δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ χειρὸς οὐδεὶς ἁρπάζειν δύναται· τὰ δὲ ἐν ἀνθρωπίνοις ἀποτίθεται θησαυροῖς· [a] ἔνθα πολλαῖς ὑπόκειται ταῖς ἐπιβουλαῖς· ἔνθα πολὺς ὁ φθόνος καὶ ἡ βασκανία. μὴ τοίνυν ἀμελῆς, ἀγαπητὲ, τῆς ἐνταῦθα διατριβῆς· κἂν γάρ τις ἀθυμία ἐνοχλῇ, ἐνταῦθα φυγαδεύεται· κἂν φροντίδες βιωτικαὶ, δραπετεύουσι· κἂν ἄλογα πάθη, σβέννυται· ἀπὸ δὲ τῆς ἀγορᾶς, καὶ τῶν θεάτρων, καὶ τῶν ἄλλων συλλόγων τῶν ἔξωθεν πολλὰς ἐπισυράμενοι φροντίδας, καὶ ἀθυμίας, καὶ ψυχῆς νόσους, οἴκαδε ἀναχωροῦμεν. ἂν ἐνταῦθα διατρίβῃς συνεχῶς, καὶ ἅπερ ἔλαβες ἔξωθεν κακὰ ἀποθήσῃ πάντως· ἂν δὲ ἀποπηδᾷς καὶ φεύγῃς, καὶ ἅπερ ἐκτήσω παρὰ τῶν θείων γραφῶν ἀγαθὰ ἀπολεῖς πάντως, κατὰ μικρὸν ἐκ τῶν ἔξω συνεδρίων, καὶ διαλέξεων, ὑποσυρομένης σου τῆς εὐπορίας. καὶ ὅτι ταῦτά ἐστιν ἀληθῆ, ἀναχωροῦντες ἐντεῦθεν σπουδάσατε τοὺς σήμερον ἀπολειφθέντας ἰδεῖν, καὶ ὄψεσθε πόσον τὸ μέσον τῆς ὑμετέρας εὐθυμίας καὶ τῆς ἐκείνων [b] ἀθυμίας. οὐχ οὕτως ἐστὶ νύμφη καλὴ καὶ ἐπίχαρις ἐν παστάδι καθημένη, ὡς ἔστι ψυχὴ θαυμαστὴ καὶ ἔνδοξος ἐν ἐκκλησίᾳ φαινομένη μύρων πνέουσα πνευματικῶν. ὁ γὰρ ἐνταῦθα μετὰ πίστεως καὶ σπουδῆς παραγινόμενος, μυρίους λαβὼν ἄπεισι θησαυρούς· κἂν ἀνοίξῃ τὸ στόμα μόνον, πάσης εὐωδίας εὐθέως καὶ πλούτου πνευματικοῦ τοὺς συγγινομένους ἐνέπλησε· κἂν μυρία περιπέσῃ δεινὰ, πάντα οἴσει ῥᾳδίως, ἱκανὴν ἀφορμὴν ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν ὑπομονῆς καὶ φιλοσοφίας ἐντεῦθεν λαβών. καὶ καθάπερ ὁ διηνεκῶς [c] ἐπὶ τῆς πέτρας ἑστὼς τῶν κυμάτων καταγελᾷ, οὕτως ὁ συνάξεως ἀπολαύων διηνεκοῦς, καὶ τοῖς θείοις ἀρδευόμενος λόγοις, καθάπερ ἐπὶ πέτρας τῆς ὀρθῆς τῶν πραγμάτων κρίσεως στήσας ἑαυτὸν, οὐδενὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἁλώσεται, [d] ἀνώτερον τῆς τῶν βιωτικῶν πραγμάτων καταστήσας ἑαυτὸν ἐπιδρομῆς· οὐκ ἀπὸ συμβουλῆς δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ εὐχῆς, καὶ ἀπὸ πατρικῆς εὐλογίας, καὶ ἀπὸ κοινῆς συνόδου, καὶ ἀπὸ τῆς τῶν ἀδελφῶν ἀγάπης, καὶ ἐξ ἑτέρων μυρίων πολλὴν ὠφέλειαν, καὶ ψυχαγωγίαν καρπωσάμενος, οὕτως ἀνεχώρησε, μυρία οἴκαδε φέρων ἀγαθά. ὅρα οὖν πόσης μὲν ὑμεῖς σήμερον ἀπολαύσεσθε τῆς εὐλογίας, πόσην δὲ ὑποστήσονται ἐκεῖνοι τὴν ζημίαν. ὑμεῖς μὲν γὰρ μαρτύρων μισθὸν λαμβάνοντες ἀπελεύσεσθε· ἐκεῖνοι δὲ πρὸς τῷ τοῦ κέρδους ἀποστερηθῆναι τούτου, καὶ ἑτέραν ὑποστήσονται ζημίαν, ἐκ τῶν ἀνοήτων διατριβῶν πολὺν φροντίδων ἐπισυράμενοι φορυτόν. ὥσπερ γὰρ ὁ δεχόμενος προφήτην εἰς ὄνομα προφήτου, μισθὸν προφήτου λήψεται, καὶ ὁ δεχόμενος δίκαιον εἰς ὄνομα δικαίου μισθὸν δικαίου λήψεται· οὕτως ὁ δεχόμενος μάρτυρα εἰς ὄνομα μάρτυρος μισθὸν μάρτυρος λήψεται· ὑποδοχὴ δὲ μάρτυρος τὸ συνελθεῖν εἰς τὴν ἐκείνου μνήμην, τὸ κοινωνῆσαι τῆς διηγήσεως

A disperguntur, ac merito sane: nam ista quidem suscipit Deus; cæterum ex Dei manu rapere nemo potest: illa vero in hominum thesauris reponuntur, ubi multis insidiis sunt obnoxia, ubi multa invidia & livor. Noli ergo dilectissime, loci hujus frequentationem contemnere: sive enim mœror aliquis negotium facessat, hic relegatur: sive curæ seculares, aufugiunt: sive alienæ a ratione perturbationes, sedantur: a foro autem & theatris ac cæteris profanis conventibus, multis accumulatis curis ac mœroribus animæque morbis, domum redimus. Si hic assidue verseris, prorsus etiam ea, quæ foris contraxisti mala depones: sin autem resilias B fugiasque, illa etiam, quæ sacrarum ope Scripturarum bona tibi comparasti, prorsus amittes, tuæque opes sensim a profanis illis consessibus & colloquiis subripientur. Atque ut hæc vera esse noscatis, cum hinc discesseritis, eos qui hodie abfuerunt videre studete, tum quantum inter vestram animi tranquillitatem & illorum anxietatem intersit, animadvertetis. Non ita pulcra est ac venusta sponsa in thalamo sedens, ac mirabilis est anima gloriosaque, dum in Ecclesia spiritualia spirans unguenta comparet. Qui enim huc cum fide ac studio ventitat, innumeris thesauris ditatus abscedit: etsi C tantum os aperuerit, omni odorum suavitate continuo ac spiritualibus opibus complebit illos, qui congressu ejus fruuntur: etsi sexcentæ ingruerint calamitates, omnes æquo animo feret: utpote qui e Scripturis divinis patientiæ philosophiæque sufficientem occasionem hinc acceperit. Et sicut is qui perpetuo in rupe consistit, fluctus despicit: sic & is, qui assidue collecta perfruitur, ac divinis sermonibus irrigatur, tamquam in rupe in recto rerum judicio se ipsum collocavit, nullis rebus humanis capietur: ut qui multo altius se provexerit, quam quo possent negotiorum sæcularium incursiones D pertingere. Neque vero tantum ex admonitione, sed etiam ex precibus, ex paterna benedictione, ex communi conventu, fratrumque caritate, atque aliis sexcentis ex rebus multa utilitate atque animi oblectatione percepta solet discedere, atque innumera bona domum reportare. Perpende itaque hodie quanta vos benedictione cumulandi sitis, quanto illi damno mulctandi. Nam vos quidem Martyrum mercede percepta discedetis: illi vero præterquam quod E lucro isto privabuntur, alio quoque damno afficientur, quod ex futilibus occupationibus multas solicitudinum sordes contrahent. Quemadmodum enim is *Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet: & qui justum recipit in nomine justi, mercedem justi accipiet:* sic & is qui martyrem recipit in nomine martyris, mercedem martyris accipiet. Tum vero quis martyrem recipit, cum ad ejus memoriam convenit, cum ejus certaminum narrationis fit

Mat. 10. 41.

a Sic omnes & Savilius in margine, sed Savilius in textu, ἔνθα πολλαὶ αἱ ἐπιβουλαί.

b Savil. in textu Reg. & Colbert. ῥᾳθυμίας, Savil. in marg. & Morel. ἀθυμίας.

c Savil. in marg. ἐπὶ τῆς θαλάσσης, καὶ ἐπὶ τῆς πέτρας ἀσφαλῶς ἑστώς.

d Sic Savil. Reg. & Colb. atque ita legit Interpres, Morel. vero, ἀνώτερον τῆς τῶν βιωτικῶν πραγμάτων ἐπιδρομῆς γεγονώς.

A particeps, cum facta collaudat, cum virtutes imitatur, cum apud cæteros præclara illius facinora prædicat. Hæc martyrum hospitalia sunt dona: sic istos sanctos quis suscipit: sicut & vos utique hodierno die fecistis.

Epiphanio-rum festum. 2. Heri itaque Dominus quidem noster aqua baptizatus est, hodie vero servus sanguine baptizatur: hesterno die cæli portæ sunt reseratæ, hodie inferorum portæ sunt conculcatæ. Neque miremini, quod baptismum martyrium nuncuparim: nam & hic Spiritus cum multa advolat ubertate, ac peccatorum abolitio, & animæ fit purgatio quædam mirabilis ac stupenda: & quemadmodum ii, qui baptizantur aquis, ita qui martyrium patiuntur, proprio sanguine abluuntur; quod utique & in isto evenit. Verum ante quam de cæde, operæ precium est ut de diaboli versutia verba faciamus. Nam cum omne suppliciorum ac pœnarum genus ab eo derisum animadverteret, ac se neque accensa fornace, neque barathro effosso, neque rota parata, neque cum in equuleum sustulisset, neque cum in præcipitia projecisset, neque cum dentibus ferarum objecisset, sancti philosophiam superare potuisse; aliud acerbius genus excogitavit, quærensque circumibat, ut supplicium inveniret, quod simul & acerbissimum esset & longissimum. Quoniam enim eæ quidem pœnæ, quæ sunt intolerabiles, hoc afferunt, ut iis ocyssime liberemur; quæ vero longiores sunt, aliquid subtrahunt de dolore, reperire pœnam studuit, in qua utrumque simul esset & diuturnitas, & intolerabilis doloris excessus, ut cum vehementia, tum diuturnitas temporis animum ejus constantem dejiceret. Quid ergo facit? fami sanctum hunc exponit. At tu cum de fame audis, ne quod dictum est oscitanter prætereas: est enim illa mors omnium acerbissima, quod illi, qui sunt experti, testantur: absit enim ut id nos experiamur: recte namque sumus edocti, ut oremus, ne in tentationem intremus. Etenim tamquam visceribus intus insidens carnifex quispiam omnia membra dilaniat, quovis igne feraque sævius corpus omni ex parte corrodit, ac continuum & inexplicabilem dolorem inurit. Atque ut quanta res sit fames intelligas, etiam liberos sæpenumero devorarunt matres, cum istius mali violentiam ferre non possent. Et hanc deplorans calamitatem Propheta dicebat, *Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos:* quos pepererant comedebant, & natorum infantium venter, qui pepererat, sepulcrum efficiebatur, & naturam fames superavit: imo vero non naturam modo, sed etiam voluntatem: at hujus sancti generositatem minime superavit. Quis ergo, cum hæc audierit, non obstupescat? tametsi quid potentius est natura? quid contra voluntate mutabilius? verum ut nihil esse Dei timore validius scias vehemen-

Martyrium est Baptismus. (margin)

Fame torquetur Lucianus. (margin)

Matth. 26. 41. (margin)

Thren. 4. 10. (margin)

A τῶν ἄθλων, τὸ θαυμάσαι τὰ γεγενημένα, τὸ ζηλῶσαι τὴν ἀρετὴν, τὸ εἰς ἑτέρους ἐξενεγκεῖν τὰς ἀνδραγαθίας τὰς ἐκείνου· ταῦτα τῶν μαρτύρων τὰ ξένια· οὕτω τοὺς ἁγίους τούτους τις ὑποδέχεται· καθάπερ οὖν καὶ ὑμεῖς τήμερον πεποιήκατε.

Χθὲς μὲν οὖν ὁ δεσπότης ἡμῶν ὕδατι ἐβαπτίσατο, σήμερον δὲ δοῦλος αἵματι βαπτίζεται. Χθὲς ἀνεῴχθησαν οὐρανοῦ πύλαι, σήμερον κατεπατήθησαν ᾅδου πύλαι. Καὶ μὴ θαυμάσητε, εἰ βάπτισμα τὸ μαρτύριον ἐκάλεσα· καὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα τὸ πνεῦμα μετὰ πολλῆς ἐφίσταται τῆς δαψιλείας, καὶ ἁμαρτημάτων ἀναίρεσις, καὶ ψυχῆς γίνεται καθαρμὸς θαυμαστός τις καὶ πα- B ράδοξος· καὶ ὥσπερ οἱ βαπτιζόμενοι τοῖς ὕδασιν, οὕτως οἱ μαρτυροῦντες τῷ ἰδίῳ λούονται αἵματι· ὃ δὴ καὶ ἐπὶ τούτου γεγένηται. Ἀλλὰ γὰρ περὶ τῆς σφαγῆς ἀναγκαῖον εἰπεῖν τοῦ διαβόλου τὴν πανουργίαν. Συνιδὼν γὰρ ἐκεῖνος[a] ὅτι πάσης τιμωρίας καὶ κολάσεως εἴδους κατεγέλασε, καὶ οὔτε κάμινον ἀνάψας, οὔτε βάραθρον ὀρύξας, οὔτε τροχὸν εὐτρεπίσας, οὔτε εἰς ξύλον ἀναγαγὼν, οὔτε εἰς κρημνοὺς ῥίψας, οὔτε εἰς θηρίων ὀδόντας ἐμβαλὼν ἴσχυσε περιγενέσθαι τῆς τοῦ ἁγίου φιλοσοφίας, ἕτερον ἐπενόησε χαλεπώτερον τρόπον, καὶ περιῄει ζητῶν τιμωρίαν εὑρεῖν, ὡς τοιαύτην ὁμοῦ καὶ δριμυτάτην γενέσθαι καὶ μακροτάτην. Ἐπειδὴ γὰρ τῶν κολάσεων C αἱ μὲν ἀφόρητοι ταχίστην παρέχουσι τὴν ἀπαλλαγὴν, αἱ δὲ ἐπιμηκέστεραι ὑποτέμνονται τὴν ὀδύνην, ἐσπούδασεν εὑρεῖν κόλασιν ὁμοῦ τε τὰ ἀμφότερα ἔχουσαν, καὶ μῆκος καὶ ὑπερβολὴν ὀδύνης ἀνήκεστον, ἵνα καὶ τῇ σφοδρότητι καὶ τῷ πλήθει τοῦ χρόνου τὸ στεῤῥὸν καταβάλῃ τῆς αὐτοῦ διανοίας. Καὶ τί ποιεῖ; λιμῷ τὸν ἅγιον παραδίδωσι τοῦτον· σὺ δὲ λιμὸν ἀκούσας μὴ παρέλθῃς ἁπλῶς τὸ λεγόμενον· ἁπάντων γὰρ θανάτων οὗτός ἐστι χαλεπώτατος. Καὶ μάρτυρες οἱ πεῖραν εἰληφότες· μὴ γὰρ δὴ ἡμεῖς[b] πεῖραν λάβοιμεν· καλῶς γὰρ ἐδιδάχθημεν D εὔχεσθαι, μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν. Καθάπερ γὰρ δήμιός τις τοῖς σπλάγχνοις ἔνδον καθήμενος ἅπαντα κατεξαίνει τὰ μέλη, πυρὸς παντὸς καὶ θηρίου σφοδρότερον κατεσθίων πάντοθεν τὸ σῶμα, διηνεκῆ τινα καὶ ἄῤῥητον παρέχων ὀδύνην. Καὶ ἵνα μάθῃς ὅσον ἐστὶ λιμὸς, καὶ τέκνων ἀπεγεύσαντο μητέρες πολλάκις τὴν τοῦ κακοῦ τούτου βίαν οὐκ ἐνεγκοῦσαι· καὶ ταύτην τὴν συμφορὰν τραγῳδῶν ὁ προφήτης ἔλεγε, Χεῖρες γυναικῶν οἰκτιρμόνων ἥψησαν τὰ τέκνα αὐτῶν. Οὓς ἔτεκον μητέρες κατήσθιον, καὶ τῶν γεννηθέντων παιδίων ἡ τεκοῦσα E γαστὴρ ἐγένετο τάφος, καὶ φύσεως ἐκράτησεν ὁ λιμός· μᾶλλον δὲ οὐ φύσεως μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς προαιρέσεως· τῆς δὲ τοῦ ἁγίου τούτου γενναιότητος οὐκ ἐκράτησε. Τίς οὐκ ἂν ἐκπλαγείη ταῦτα ἀκούσας; καί τοι τί φύσεως δυνατώτερον; τί δὲ προαιρέσεως ὀξυῤῥεπέστερον; ἀλλ' ἵνα μάθῃς, ὅτι τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ οὐδὲν ἰσχυρότερον,

a Morel. & Savil. in marg. ὅτι πάσης τιμωρίας καὶ κολάσεως εἴδους κατεγέλασε; Savil. in textu Reg. & Colb. ὅτι πᾶσα τιμωρία καὶ κολάσεως εἶδος κατεγέλασθη. Infra Reg. Colb. & Savil. τροχὸν δείξας, Morel. τροχὸν εὐτρεπίσας.

b Savil. in marg. πεῖραν τοῦ κακοῦ λάβοιμεν. Ibid. Savil. in marg. & Morel. nostram lectionem efferunt, quam secutus est Interpres: in textu autem Savil. Reg. & Colb. λάβοιμεν. εὔχεσθε γάρ φησι, μὴ εἰσελθεῖν &c.

προαίρεσις φύσεως εὐτονωτέρα ἐφάνη, καὶ μητέρας μὲν ἤλεγξε, καὶ ὠδίνων ἐπιλαθέσθαι ἐποίησε, τὸν δὲ ἅγιον τοῦτον ὑποσκελίσαι οὐκ ἴσχυσεν, οὐδὲ περιεγένετο τῆς φιλοσοφίας ἡ κόλασις, οὐδὲ τῆς ἀνδρείας ἐκράτησεν ἡ τιμωρία· ἀλλ' ἔμενεν ἀδάμαντος παντὸς ἰσχυρότερος, ταῖς ἀγαθαῖς ἐντρυφῶν ἐλπίσι, καὶ τῇ τῶν ἀγώνων ἐγκαλλωπιζόμενος ὑποθέσει, ἱκανὴν παραμυθίαν ἔχων τῶν ἄθλων τὴν ἀφορμήν, μάλιστα καθ' ἑκάστην ἀκούων Παύλου λέγοντος, ἐν λιμῷ καὶ δίψῃ, ἐν ψύχει καὶ γυμνότητι· καὶ πάλιν, ἄχρι τῆς ἄρτι ὥρας καὶ πεινῶμεν, καὶ διψῶμεν, καὶ γυμνητεύομεν, καὶ κολαφιζόμεθα· ᾔδει γὰρ ᾔδει σαφῶς, ὅτι οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, [a] ἀλλ' ἐν παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος θεοῦ. ὡς δὲ εἶδεν ὁ μιαρὸς δαίμων οὐκ ἐνδιδόντα τῇ τοσαύτῃ τοῦ πράγματος ἀνάγκῃ, χαλεπωτέραν ἐποίει τὴν βάσανον. καὶ γὰρ εἰδωλόθυτα λαβών, καὶ τὴν τράπεζαν τούτων ἐμπλήσας, παρὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ τεθῆναι παρεσκεύασεν, ἵνα διὰ τῆς ἐξουσίας ἕτοιμον ἐκλύσῃ τῆς προθυμίας τὴν εὐτονίαν. οὐ γὰρ οὕτως ἁλισκόμεθα μὴ φαινομένων τῶν δελεαζόντων πραγμάτων, ὡς παρὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς κειμένων· ἐπεὶ καὶ τῆς γυναικῶν ἐπιθυμίας εὐκολώτερον ἄν τις κρατήσειε μὴ βλέπων γυναῖκα εὔμορφον, ἢ συνεχῶς εἰς αὐτὴν ἀτενίζων. ἀλλ' ὅμως καὶ ταύτης ἐκράτησε τῆς ἐνέδρας ὁ δίκαιος, καὶ ὅπερ ἐνόμιζεν ὁ διάβολος ἐκλύσειν αὐτοῦ τὴν ἀνδρείαν, τοῦτο μάλιστα αὐτὸν ἤλειψε πρὸς τοὺς ἀγῶνας· οὐ γὰρ μόνον οὐδὲν ἔπασχεν ἀπὸ τῆς ὄψεως τῶν εἰδωλοθύτων, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον αὐτὰ ἀπεστρέφετο, καὶ ἐμίσει· καὶ ὅπερ ἐπὶ τῶν ἐχθρῶν πάσχομεν, ὅσῳ περ ἂν αὐτοῖς ἐμβλέψωμεν, τοσούτῳ μᾶλλον αὐτοὺς μισοῦμεν καὶ ἀποστρεφόμεθα· τοῦτο καὶ ἐκεῖνος ἐπὶ τῆς μιαρᾶς ἐκείνης ἔπασχε θυσίας τότε, μᾶλλον αὐτὴν ὁρῶν ἐβδελύττετο καὶ ἀπεπήδα, καὶ ἡ συνεχὴς ὄψις μᾶλλον αὐτὸν εἰς μῖσος καὶ ἀποτροπὴν τῶν προκειμένων ἐνέβαλλε· καὶ τοῦ λιμοῦ [b] μέγα ἔνδοθεν ἐμβοῶντος, καὶ τῶν προκειμένων κελεύοντος ἐφάπτεσθαι, ὁ τοῦ θεοῦ φόβος τὰς χεῖρας ἀνέστελλε, καὶ τῆς φύσεως αὐτῆς ἐπιλαθέσθαι παρεσκεύαζε· καὶ τράπεζαν ὁρῶν μιαρὰν καὶ ἐναγῆ, τραπέζης ἐμνήσθη ἑτέρας τῆς φρικώδους καὶ πνεύματος γεμούσης, καὶ οὕτως ἐπυροῦτο, ὡς ἑλέσθαι πάντα ὑποστῆναι καὶ παθεῖν, ἢ τῶν μιαρῶν ἐκείνων ἀπογεύσασθαι ἐδεσμάτων. ἀνεμνήσθη καὶ τῆς τραπέζης ἐκείνης τῶν τριῶν παίδων, οἳ νέοι ληφθέντες, καὶ πάσης ἔρημοι προστασίας ὄντες, ἐν ἀλλοτρίᾳ γῇ καὶ βαρβάρῳ χώρᾳ τοσαύτην ἐπεδείξαντο φιλοσοφίαν, ὡς μέχρι νῦν ᾄδεσθαι τὴν ἀνδρείαν αὐτῶν. καὶ οἱ μὲν Ἰουδαῖοι καὶ τὴν οἰκείαν ἔχοντες γῆν ἠσέβησαν, καὶ ἐν τῷ ναῷ διατρίβοντες εἰδωλολάτρουν· οἱ δὲ νέοι ἐκεῖνοι εἰς τὴν βαρβαρικὴν ἀπενεχθέντες γῆν, ἔνθα εἴδωλα καὶ πάσης ἀσεβείας ὑπόθεσις, τὴν πατρῴαν διετέλεσαν φυλάττοντες πολιτείαν. εἰ τοίνυν οἱ αἰχμάλωτοι, καὶ δοῦλοι, καὶ νέοι πρὸ τῆς χάριτος τοσαύτην ἐπεδείξαντο φιλοσοφίαν, φησί, ποίας ἂν εἴημεν ἡμεῖς συγγνώμης ἄξιοι, μηδὲ πρὸς τὴν αὐτὴν ἐκείνοις ἀρετὴν φθάσαι δυνηθέντες;

A tius aliquid esse natura voluntatem apparuit, eaque matres vicit, ac partus oblivisci coëgit: hunc vero sanctum supplantare non potuit, neque philosophiam supplicium vicit, neque fortitudinem pœna superavit: sed quovis adamante firmior permanebat, seque bona spe oblectabat: materiam agonum se nactum gloriabatur, & ex certaminum oblata occasione consolabatur, præsertim quotidie Paulum dicentem audiens: *In fame & siti, in frigore, & nuditate*: & rursus, *usque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur*. Noverat quippe, noverat probe illud, *Non in* B *solo pane vivet homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei*. Ut autem illum improbus dæmon vidit tanta rei necessitate non frangi, graviorem cruciatum reddidit: etenim sumtis idolothytis, eisque mensa referta, ante conspectum ejus collocari eam curavit, ut facultas utendi, animi robur infringeret. Non enim adeo irretiri solemus cum res eæ, quibus allicimur, non apparent, ac cum oculis obversantur; quandoquidem & mulierum cupiditatem facilius quis superaverit, dum mulierem formosam non videt, quam si sæpe oculos in eam intendat. Verumtamen has quoque insidias justus vicit, C quodque fortitudinem ejus diabolus infracturum putabat, hoc eum magis ad certamina corroboravit & instruxit: non enim tantum nihil ab idolothytorum aspectu lædebatur, sed ea magis idcirco aversabatur & oderat. Et quemadmodum erga inimicos afficimur, quos quia videmus, tanto eos odio majori prosequimur & aversamur: sic & ille tunc erga impuram illam victimam afficiebatur: eo magis detestabatur, ac refugiebat, quod videbat, & appositorum ciborum aspectus majus odium in eo atque aversationem excitabat: dumque intus ma- D gna illum voce solicitaret fames, & apposita degustare juberet, tum Dei timor ejus manus reprimebat, & ut ipsius naturæ oblivisceretur, efficiebat: dumque pollutam & execrandam mensam intueretur, alterius mensæ tremendæ, ac spiritu repletæ recordabatur, adeoque inflammabatur, ut quævis sustinere, ac pati statueret potius, quam impuros illos cibos degustare. Recordabatur & illius trium puerorum mensæ, qui juvenes capti omnique patrocinio destituti, in terra aliena ac barbara regione tantam philosophiam ostenderunt, ut ad E hunc usque diem ipsorum fortitudo celebretur. Ac Judæi quidem dum suam etiam regionem obtinerent, impii in Deum fuerunt, & dum in templo versarentur, idola coluerunt: at illi juvenes in barbaricam terram translati, ubi idola omnisque impietatis occasiones erant, paternos ritus perpetuo retinuerunt. Si ergo captivi, servi, ac juvenes ante legem gratiæ tantam philosophiam præ se tulerunt, inquit, qua tandem nos venia digni erimus, si ne ad eamdem quidem atque illi virtutem pervenire valeamus?

2. Cor. 11. 27.

1. Cor. 4. 11.

Matth. 4. 4.

Lucianus in fame idolothyta respuit.

Sacrum altare intelligit.

Dan. 1. 8.

[a] Savil. Reg. & Colb. ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι.

[b] Savil. & Colb. μέγα ἔνδοθεν ἐνηχοῦντος. Reg. μεγάλα ἔνδ-

3. Hæc itaque secum reputans diaboli malitiam irridebat: calliditatem contemnebat: neque ad quidquam eorum, quæ cerneret, flectebatur. Postquam autem se nihil proficere sceleratus ille vidit, ad tribunal eum rursus deducit, & tormentis admotis frequenter interrogabat. Ille vero ad unamquamque interrogationem tantum respondebat, Christianus sum, ac dicente tortore, Quanam ex patria ortus es? Christianus sum, ait: quam artem profiteris? Christianus sum: quibus parentibus natus es? ille vero ad omnia dicebat, Christianus sum: hoc uno ac simplici verbo diaboli caput percutiens, & illi continua sibique succedentia vulnera infligens. Quamquam ille quidem externis imbutus fuerat disciplinis: at probe noverat in ejusmodi certaminibus non esse opus eloquentia, sed fide: non dicendi facultate, sed anima Dei amore succensa. Unum, inquit, verbum ad omnem diaboli turmam in fugam vertendam sufficit. Ac videtur quidem iis, qui rem accurate non examinant, minus conveniens esse responsio: sed si quis attentius eam consideret, ex hac quoque sapientiam Martyris animadvertet. Qui enim, Christianus sum, dixit, & patriam & genus & artis professionem & omnia declaravit. Quo tandem pacto? ego dicam. Christianus urbem in terra non habet, sed Jerusalem quæ sursum est. *Illa enim*, inquit, *quæ sursum est Jerusalem, libera est: quæ est mater nostra.* Christiano terrena nulla est artis professio, sed ad supernam conversationem vitæ pertinet. *Nostra enim*, inquit, *conversatio in cælis est.* Christianus cognatos habet sanctos omnes ac cives: *Sumus enim*, inquit, *cives sanctorum, & domestici Dei*: itaque uno verbo & quis esset, & unde, & ex quibus, & quid agere soleret exactissime docuit, & vitam cum hac voce finivit, abiitque salvum referens Christo depositum, ac posteris ex iis, quæ passus est, cohortationem reliquit, ut insistant, nihilque nisi peccatum & negationem tantum reformident. Hæc itaque nos etiam cum noverimus, pacis tempore bellicis in rebus nos exerceamus: ut cum belli tempus advenerit, illustre nos quoque tropæum erigamus. Famem contemsit ille, delicias & nos contemnamus, ac ventris tyrannidem evertamus: ut si tempus adveniat, quod tantam fortitudinem a nobis reposcat, in minoribus antea rebus exercitati, præclari in scammate compareamus: coram principibus ille ac regibus libere loquutus est; hoc nos faciamus nunc quoque: ac si in opulentorum & illustrium Paganorum conventibus consideamus, fidem cum fiducia profiteamur: irrideamus illorum errores. Quod si res quidem suas magnifice efferre, nostras autem deprimere aggrediantur, ne taceamus, neve leniter feramus: sed ipsorum turpitudinem detegentes, multa cum sapientia fiduciaque

Græcorum disciplinis eruditus Lucianus.

Gal. 4. 26.

Phil. 3. 20.

Ephes. 2. 19.

Moralis exhortatio.

2. At Dominus noster Jesus nihil tale imperavit nobis; sed mirabilis cum sit ob prodigia, nec minus præceptis, quam signis admirandus, jure ab omnibus adoretur, ac Deus esse credatur. Hanc enim impietatem adventu ipse suo solvit: quodque mirabilius est, a fera illa & immani tyrannide, non nos tantum, qui adoramus eum, sed etiam eos, qui ipsum blasphemis dictis impetunt, liberavit: neque enim Gentilium quisquam tales hostias dæmonibus suis posthac immolare coactus est: tanta nempe usus est erga genus nostrum benignitate; majoraque bona Deus inimicis suis contulit, quam mala dæmones amicis. Dæmones quippe eos, qui se colerent & honorarent, ad proprios mactandos filios coëgerunt: Christus vero adversarios suos his præceptis liberos esse curavit, & ferini ministerii immunitatem, & pacem hanc mirabilem, non suis modo contulit, sed & alienis præstitit: ostendens illos, tyrannos, generis nostri hostes & corruptores esse; quapropter etiam iis, qui sibi hærebant, quasi alienis utebantur, alieni quippe revera erant. Ille vero rex, creator & servator totius generis humani erat; ideoque ab se alienis quasi propriis pepercit. Etenim proprium ejus opificium erat humana natura, quemadmodum Discipulus ejus ait: *In propria venit, & sui eum non receperunt.* Ejus vero totam in nos clementiam enarrare, non est præsentis temporis; sed etiamsi per cuncta sæcula de illa quis loqueretur, etiamsi tantam haberet virtutem, quantam par est incorporeas illas habere virtutes, ne sic quidem illam pro dignitate posset attingere. Quam bonus enim sit, ipse solus novit, quandoquidem ipse solus ita bonus est. Vide igitur quæ verba Discipulis proferat: *Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & his majora faciet.* Neque enim tantum illis honoris contulisset, nisi immensa bonitate præditus esset. Quod si quis dubitando quærat a nobis, ubinam finem habuerit hoc oraculum, accepto libro, cui nomen Acta Apostolorum, qui non omnium sed unius vel duorum acta, eaque non ita multa continet; videbit ægrotos in lectulis decumbentes, umbrasque beatorum illorum vel solo tactu sanitatem restituisse: multosque furiosos Pauli tantum vestimentis ab agitante se dæmone liberatos. Quod si quis hæc fucum esse dicat, & portentorum figmenta non credibilia; vel ea quæ nunc videntur satis sunt ad blasphemum ejus os obturandum & confundendum, & ad effrenem ejus linguam cohibendam. Nulla enim in orbe nostro est regio, nulla

Christus etiam Gentilibus bona contulit.

Joan. 1. 11.

Joan. 14. 12.

Act. 5.

A καὶ πάντα [a] ἐπ' ἀνατροπῇ καὶ τῆς ζωῆς καὶ τῆς καταστάσεως τεκταίνοντες τῆς ἡμετέρας.

Ἀλλ' οὐχ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς τοιοῦτον οὐδὲν ἐπέταξεν ἡμῖν, ἀλλὰ θαυμαστὸς ὢν διὰ τὰ τεράστια, διὰ τὰ προστάγματα τῶν θαυμάτων οὐχ ἧττον, παρὰ πάντων ἂν προσκυνοῖτο δικαίως καὶ πιστεύοιτο εἶναι θεός. τὴν γὰρ παρανομίαν ταύτην, αὐτὸς ἐλθὼν ἔλυσε, καὶ τὸ θαυμαστότερον, ὅτι τῆς ἀγρίας καὶ ἀπηνοῦς τυραννίδος, οὐ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν μόνον ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ τοὺς βλασφημοῦντας αὐτὸν ἐκείνοις ἀπήλλαξεν. οὐδὲ γὰρ Ἑλλήνων τις ἔτι τοιαύτας θυσίας τοῖς ἑαυτοῦ δαίμοσι προσάγειν ἠνάγκασται. τοσαύτῃ πρὸς τὸ ἡμέτερον ἀεὶ φιλανθρωπίᾳ κέχρηται γένος, καὶ ὧν οἱ δαίμονες τοὺς ἑαυτῶν φίλους εἰργάσαντο κακῶν, μείζονα ὁ θεὸς [b] τοὺς ἐχθροὺς ἐποίησεν ἀγαθά. οἱ μὲν γὰρ δαίμονες τοὺς B θεραπεύοντας αὐτοὺς καὶ τιμῶντας, τῶν οἰκείων παίδων γενέσθαι σφαγέας ἠνάγκασαν· ὁ δὲ Χριστὸς τοὺς ἀποστρεφομένους αὐτὸν τούτων τῶν ἐπιταγμάτων ἀπήλλαξε, καὶ τῆς θηριώδους λειτουργίας τὴν ἀτέλειαν, καὶ τὴν θαυμαστὴν ταύτην εἰρήνην, οὐκ εἰς τοὺς οἰκείους μόνους συνέκλεισεν, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς ἀλλοτρίους ἐξήγαγεν, δεικνὺς ὅτι ἐκεῖνοι μὲν τύραννοί τινες, καὶ τοῦ γένους ἡμῶν ἐχθροὶ καὶ λυμεῶνές εἰσι, διὸ καὶ τοῖς οἰκειωμένοις ὡς ἀλλοτρίοις ἐκέχρηντο, καὶ γὰρ ἦσαν ἀλλότριοι. ὁ δὲ C βασιλεὺς καὶ δημιουργὸς καὶ σωτὴρ τοῦ παντὸς γένους ἀνθρώπων αὐτὸς ἦν· διὸ καὶ τῶν ἠλλοτριωμένων ὡς ἰδίων ἐφείδετο. καὶ γὰρ ἦν ἴδιον ἔργον αὐτοῦ πᾶσα ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις, καθὼς καὶ ὁ μαθητὴς αὐτοῦ φησιν, εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν [c] οὐκ ἐδέξαντο. ἀλλὰ πᾶσαν μὲν αὐτοῦ καταλέγειν τὴν φιλανθρωπίαν οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ, ἀλλὰ κἂν πάντας τοὺς αἰῶνας περὶ αὐτῆς φθέγγηταί τις, κἂν τοσαύτην ἔχῃ δύναμιν, ὅσην τὰς ἀσωμάτους δυνάμεις εἰκὸς, οὐδὲ οὕτως ἐφάψεται τῆς ἀξίας ποτέ. ὅσον γάρ ἐστιν ἀγαθὸς, μόνος οἶδεν αὐτὸς, ἐπειδὴ καὶ μόνος ἐστὶν [d] οὕτως ἀγαθός. ὅρα γοῦν οἷα τοῖς μαθηταῖς φησιν, ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, D ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, τὰ ἔργα ἃ ἐγὼ ποιῶ, κἀκεῖνος ποιήσει, καὶ μείζονα τούτων ποιήσει. οὐδὲ γὰρ ἂν τοσαύτης αὐτοῖς μετέδωκε τῆς τιμῆς, μὴ λίαν καὶ ἀπείρως ὢν ἀγαθός. εἰ δέ τις ἡμῖν ἀμφισβητοίη, ποῦ τέλος ἔσχεν οὗτος ὁ χρησμὸς, τὸ βιβλίον μετὰ χεῖρας λαβὼν, ὃ καλεῖται μὲν πράξεις ἀποστόλων, ἔχει δὲ αὐτὰς οὐ πάσας, ἀλλ' οὐδὲ πάντων αὐτῶν, ἀλλ' ἑνὸς ἢ δύο καὶ ταύτας εὐαριθμήτους, ὄψεται τοὺς μὲν ἀρρωστοῦντας ἐπὶ τῶν κλινιδίων κατακειμένους, τὰς δὲ σκιὰς μόνον τῶν μακαρίων ἐκείνων, ἐφαπτομένας τε αὐτῶν ἅμα καὶ τὴν ὑγίειαν ἐργαζομένας, πολλοῖς δὲ τῶν μαινομένων τῶν ἱματίων E Παύλου οὐδὲν πλέον ἐδέησε πρὸς τὴν τοῦ κινοῦντος αὐτοὺς δαίμονος ἀπαλλαγήν. εἰ δέ τις ταῦτα τῦφον εἶναι λέγοι, καὶ τερατείαν πλασμάτων ἀπίθανον, ἀλλὰ τά γε νῦν ὁρώμενα, ἱκανὰ τὸ βλάσφημον ἐμφράξαι στόμα καὶ καταισχῦναι, καὶ τὴν ἀχαλίνωτον γλῶτταν ἐπισχεῖν. οὐ γάρ ἐστιν ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένῃ οὐ χώρα, οὐκ ἔθνος,

a Duo MSS. & Savil. in marg. ἐπ' ἐκτροπῇ.
b Alii, τοῖς ἐχθροῖς.

c Alii, οὐ παρέλαβον.
d Alii, οὗτος.

οὐ πόλις, ἔνθα ταῦτα οὐκ ᾄδεται τὰ παράδοξα, οὐ θαυμασθέντα ποτὲ εἰ πλάσματα ἦν. καὶ τοῦ λόγου τὴν μαρτυρίαν, ὑμεῖς ἂν παράσχοιτε ταύτην ἡμῖν. οὐ γὰρ δεησόμεθα παρ᾽ ἑτέρων τὴν πίστιν τῶν λεγομένων λαβεῖν, ὑμῶν τῶν ἐχθρῶν ταύτην παρεχομένων ἡμῖν. εἰπὲ γάρ μοι, διὰ τί τὸν [a] Ζωροάστρην ἐκεῖνον καὶ τὸν Ζάμολξιν, οὐδὲ ἐξ ὀνόματος ἴσασιν οἱ πολλοί, μᾶλλον δὲ οὐδέ τινες, πλὴν ὀλίγων τινῶν; ἆρ᾽ οὐχ ὅτι πλάσματα ἦν τὰ περὶ ἐκείνων λεγόμενα ἅπαντα; καί τοι γε κἀκεῖνοι καὶ οἱ τὰ ἐκείνων συνθέντες δεινοὶ γενέσθαι λέγονται, οἱ μὲν γοητείαν εὑρεῖν καὶ ἐργάσασθαι, οἱ δὲ συσκιάσαι ψεῦδος τῇ τῶν λόγων πιθανότητι. ἀλλὰ πάντα μάτην γέγονε καὶ εἰκῇ, ὅταν ἡ τῶν λεγομένων ὑπόθεσις σαθρὰ καὶ ψευδὴς οὖσα τύχῃ, ὥσπερ οὖν ὅταν ἰσχυρὰ καὶ ἀληθής, ἅπαντα πάλιν μάτην γίνεται καὶ εἰκῇ τὰ πρὸς ἀνατροπὴν ἐπινοούμενα παρὰ τῶν ἐχθρῶν. οὐδεμιᾶς γὰρ δεῖται βοηθείας ἡ τῆς ἀληθείας ἰσχύς· ἀλλὰ κἂν μυρίους ἔχῃ τοὺς σβεννύντας αὐτήν, οὐ μόνον οὐκ ἀφανίζεται, ἀλλὰ καὶ δι᾽ αὐτῶν τῶν ἐπηρεάζειν ἐπιχειρούντων φαιδροτέρα καὶ ὑψηλοτέρα ἄνεισι, τῶν εἰκῇ κοπτόντων ἑαυτοὺς καὶ μαινομένων καταγελῶσα. τὰ μὲν γὰρ παρ᾽ ἡμῖν, ἅ φατε πλάσματα εἶναι, καὶ τύραννοι καὶ βασιλεῖς, καὶ λόγων ἄμαχοι σοφισταί, ἤδη δὲ καὶ φιλόσοφοι καὶ γόητες, καὶ μάγοι, καὶ δαίμονες καθελεῖν ἐσπούδασαν, καὶ ἐξησθένησεν ἐπ᾽ αὐτοὺς ἡ γλῶσσα αὐτῶν κατὰ τὸν προφητικὸν λόγον, [b] καὶ βέλη νηπίων ἐγενήθησαν αἱ πληγαὶ αὐτῶν. οἱ μὲν γὰρ βασιλεῖς τοσοῦτον ἐκέρδαναν ἐκ τῆς καθ᾽ ἡμῶν ἐπιβουλῆς, ὅσον θηριωδίας δόξαν παρὰ πᾶσιν ἔλαβον. διὰ γὰρ τὸν κατὰ τῶν μαρτύρων θυμόν, εἰς τὴν τῆς κοινῆς φύσεως ἐξενεχθέντες ἀπήνειαν, μυρίοις ἑαυτοὺς οὐ συνεῖδον περιβαλόντες ὀνείδεσιν. οἱ δὲ φιλόσοφοι, καὶ δεινοὶ ῥήτορες, δόξαν πολλήν, οἱ μὲν ἐπὶ σεμνότητι, οἱ δὲ ἐπὶ λόγων δυνάμει παρὰ τοῖς πολλοῖς ἔχοντες, μετὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς μάχην καταγέλαστοι γεγόνασι, καὶ παίδων ληρούντων ἁπλῶς οὐδὲν διαφέρειν ἔδοξαν. ἀπὸ γὰρ ἐθνῶν καὶ δήμων τοσούτων, οὐ σοφόν τινα, οὐκ ἄσοφον, οὐκ ἄνδρα, οὐ γυναῖκα, ἀλλ᾽ οὐδὲ παιδίον μικρὸν μεταπεῖσαι ἴσχυσαν, ἀλλὰ τοσοῦτός ἐστι τῶν ὑπ᾽ αὐτῶν γεγραμμένων ὁ γέλως, ὥστε ἀφανισθῆναι καὶ τὰ βιβλία πάλαι, καὶ ἅμα τῷ δειχθῆναι, καὶ ἀπολέσθαι τὰ πολλά. εἰ δέ που τι καὶ εὑρεθείη διασωθέν, παρὰ Χριστιανοῖς τοῦτο σωζόμενον εὕροι τις ἄν. τοσοῦτον ἀπέχομεν βλάβην τινὰ παρὰ τῆς ἐκείνων ὑποπτεύειν ἐπιβουλῆς· οὕτω καταγελῶμεν τῆς πολλῆς τῶν μηχανημάτων αὐτῶν περιεργίας. οὔτε γὰρ εἰ τὰ σώματα ἀδαμάντινα, καὶ ἄφθαρτα ἦν ἡμῖν, σκορπίους καὶ ὄφεις, καὶ πῦρ ταῖς χερσὶν ἐπισφίγγοντες ἐδείσαμεν ἄν, ἀλλὰ καὶ ἐπεδειξάμεθα· οὔτε ἐπειδὴ τὰς ψυχὰς ἡμῖν, καὶ τὴν πίστιν τοιαύτην κατεσκεύασεν ὁ Χριστός, τὰ φάρμακα τῶν ἐχθρῶν ἔχοντες δεδοίκαμεν. εἰ γὰρ ἐπάνω ὄφεων, καὶ σκορπίων, καὶ πάσης τοῦ διαβόλου τῆς τυραννίδος

A gens, nulla urbs, ubi hæc miracula non celebrentur, quæ utique si figmenta essent, non admirationi haberentur: cujus rei testimonium vos ipsi exhibere potestis. Non enim fidem aliunde mutuari opus habebimus, cum vos inimici nostri eam exhibueritis. Cur, quæso, Zoroastrem illum & Zamolxin multi ne nomine quidem norunt; imo nonnisi admodum pauci norunt? Nonne quia figmenta erant omnia, quæ de illis dicebantur? quamquam tum illi, tum ii, qui illa confinxerunt, viri graves fuisse ferantur; illi quidem ad præstigias inveniendas exercendasque, hi vero ad mendacium B verborum fuco adumbrandum. Sed hæc frustra & in cassum proferuntur, quando ipsum argumentum pravum & fallax esse comperitur; ut contra quando certum verumque est, frustra omnia cedunt, quæ ad illud evertendum ab inimicis excogitantur: veritatis quippe robur nullo eget auxilio: sed etiamsi innumeri sint qui illam exstinguere conentur, non solum non destruitur; sed etiam impugnantium opera splendidior sublimiorque evadit, illosque irridet, qui frustra sese excruciant & insaniunt. Nostra quippe illa, quæ vos figmenta esse dicitis, & tyranni & reges, & dicendo invicti sophistæ; itemque philosophi & præstigiatores & magi & dæmones C destruere curarunt; *& infirmata est contra illos lingua eorum*, secundum propheticum sermonem; *& sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum.* Reges quippe ex insidiis contra nos structis tantum lucrati sunt, quantum satis erat ad ferini animi famam apud omnes sibi parandam: ob iram enim contra Martyres susceptam, in communem naturam ferocientes, sese imprudentes sexcentis opprobriis obnoxios reddiderunt. Philosophi autem & acuti Rhetores, opinionem magnam, alii probitatis, alii eloquentiæ apud multos habentes, post comD missam adversum nos pugnam ridiculi effecti, a pueris nugacibus nihil differre visi sunt. A tot enim populis gentibusque non sapientem quempiam, non insipientem, non virum, non mulierem, non parvulum ad suam pertrahere sententiam potuerunt; sed eorum scripta usque adeo risu digna sunt, ut ex eorum libris alii jamdiu perierint, alii statim atque visi sunt exoleverint. Quod si quid ex iis supersit, apud Christianos servari comperitur: tantum abest ut ex eorum insidiis damni quidpiam nobis timendum suspicemur; ita ridemus versutos illorum adversum nos conatus. E Neque enim si corpora nobis adamantina essent & incorruptibilia, scorpiones, serpentes & ignem manu stringere formidaremus; verum ostentandi causa faceremus; sic neque quando nobis Christus ejusmodi animos atque fidem paravit, venena hostium penes nos habentes pertimescimus. Nam si nobis jussum est supra serpentes, scorpiones & omnem diaboli tyrannidem

Psal. 63. 8.

Regum, Philosophorum, Rhetorum contra Christianos conatus vani.

[a] Zoroaster magicæ artis inventor, qui risit eo ipso die, quo natus est. Vide Plinium l. 30. c. 1. Euseb. de Præparat. Evang. & Suidam. Zamolxis Pythagoræ discipulus, qui pro Saturno a Thracibus habitus est. Herodot. lib. 4.

[b] Alii, καὶ βέλος.

ambulare, multo magis supra vermes & lumbricos, tantum enim est intervallum inter illorum nocumentum, & maligni diaboli insidias.

3. Et nostrarum quidem rerum illa est ratio, vestras autem res oppugnavit nemo umquam. Neque enim fas est Christianis necessitate ac violentia errorem subvertere, sed suadela, sermone & mansuetudine hominum salus curanda est. Quamobrem nemo ex Christianis Imperatoribus talia contra vos posuit decreta, qualia contra nos ii qui dæmones colebant. Attamen error ille Gentilium, tantam consequutus quietem, & a nemine turbatus umquam, per se tamen exstinctus est, & in se ipse corruit, more corporum, quæ diuturna tabe infecta, nemine lædente per sese corrumpuntur, & paulatim dissoluta pereunt. Itaque etsi Satanicus iste risus non prorsus in terra deletus est; at quæ jam contigerunt satis sunt ad futurorum confirmandam fidem. Cum enim ita brevi tempore maxima pars eversa jam fuerit, de reliquo nemo postea controversiam movebit. Etenim urbe capta, muris dirutis, prætoriis, theatris, ambulacris exustis, cæsisque omnibus, qui florida erant ætate; si quis semiustas porticus videat, paucarum ædium stantes adhuc partes cum aniculis & puerulis, nequaquam victori, qui summam rei confecit, timuerit, ne quod residuum est perficere non valeat. Piscatorum autem res non ita se habent, sed quotidie magis magisque florent; non per apertam planitiem, ac per quietem ad nostram usque ætatem deductæ; sed per ærumnas, bella & prælia. Gentilitas quippe cum ubique terrarum prolata, omnium animos occupasset, ita demum post tantum robur atque incrementum, a Christi virtute soluta est: prædicatio autem nostra, non tunc hostes habere cœpit, cum ubique propagata firmiter staret; sed priusquam in auditorum animis defigeretur & fundaretur, ab ipso rei primordio, contra universum terrarum orbem aciem instruere cogebatur, *contra principatus & potestates, & rectores tenebrarum sæculi hujus, adversus spiritualia nequitiæ* (Ephes. 6. 12.): cum enim scintilla fidei nondum bene accensa esset, tum flumina & abyssi undique influebant. Scitis porro non perinde esse plantam ab innumerabilibus jam annis radices agentem evellere, atque eam, quæ nuper insita fuerit. Sed in eo rei statu, pietatis scintillam adhuc modicam, ut dixi, inundavit adversariorum pelagus, quæ tamen nedum exstingueretur, major etiam ac splendidior effecta, omnia cito pervadebat, res adversariorum facile devastans ac consumens, suam vero rem erigens, atque in immensam tollens altitudinem, etiamsi viri tenues atque

A πατεῖν ἡμῖν ἐπιτέτακται, πολλῷ μᾶλλον ἐπάνω σκωλήκων καὶ κανθάρων. τοσοῦτον γάρ τὸ μέσον τῆς τούτων βλάβης, πρὸς τὴν ἐκείνου τοῦ πονηροῦ δαίμονος ἐπιβουλήν.

Καὶ τὰ μὲν ἡμέτερα τοιαῦτα, τὰ δὲ ὑμέτερα, ἐπολέμησε μὲν αὐτοῖς οὐδεὶς οὐδέ ποτε, οὐδὲ γὰρ θέμις Χριστιανοῖς ἀνάγκῃ καὶ βίᾳ καταστρέφειν τὴν πλάνην, ἀλλὰ καὶ πειθοῖ καὶ λόγῳ καὶ προσηνείᾳ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἐργάζεσθαι σωτηρίαν. ὅθεν οὐδεὶς τῶν τὰ τοῦ Χριστοῦ φρονούντων βασιλεὺς δόγματα καθ' ὑμῶν ἔθηκε τοιαῦτα, οἷα καθ' ἡμῶν οἱ τὰ τῶν δαιμόνων [a] θεραπεύσαντες ἐπενόησαν. ἀλλ' ὅμως τοσαύτης ἀπολαύσασα B ἡσυχίας, καὶ ὑπ' οὐδενὸς ἐνοχληθεῖσά ποτε τῆς Ἑλληνικῆς δεισιδαιμονίας ἡ πλάνη ἀφ' ἑαυτῆς ἐσβέσθη, καὶ περὶ ἑαυτὴν διέπεσε, καθάπερ τῶν σωμάτων τὰ τηκεδόνι παραδοθέντα μακρᾷ, καὶ μηδενὸς αὐτὰ βλάπτοντος αὐτόματα φθείρεται, καὶ διαλυθέντα κατὰ μικρὸν ἀφανίζεται. ὥστε εἰ καὶ μὴ τέλεον ὁ Σατανικὸς οὗτος ἐξελήλαται γέλως ἀπὸ τῆς γῆς, ἀλλ' ἱκανά γε τὰ ἤδη γενόμενα πιστώσασθαι καὶ ὑπὲρ τῶν μελλόντων ὑμᾶς. τοῦ γὰρ πλείονος καθαιρεθέντος ἐν οὕτω χρόνῳ βραχεῖ, περὶ τοῦ λειπομένου οὐδεὶς φιλονεικήσει λοιπόν. οὐδὲ γὰρ πόλεως ἁλούσης, καὶ τειχῶν κατενεχθέντων, καὶ βουλευτηρίων, καὶ θεάτρων, καὶ περιπάτων κατακαυθέντων, C καὶ τῶν ἐν ἡλικίᾳ πάντων ἀνῃρημένων στοάς τις ἰδὼν ἡμικαύστους, καὶ οἰκιῶν ὀλίγων ἑστῶτα [b] μέρη, μετὰ γραϊδίων καὶ παιδίων μικρῶν, ἀμφισβητήσειε τῷ νικήσαντι, καὶ περιγενομένῳ τοῦ πλείονος, ὡς οὐ δυναμένῳ κατεργάσασθαι τὸ περιλειφθέν. ἀλλ' οὐ τά γε τῶν ἁλιέων τοιαῦτα, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην ἀνθεῖ τὴν ἡμέραν, καὶ ταῦτα οὐ δι' εὐρυχωρίας τινὸς, καὶ ἀνέσεως εἰς τὸν ἡμέτερον εἰσαχθέντα βίον, ἀλλὰ [c] διὰ θλίψεως, καὶ πολέμων καὶ μάχης. ὁ μὲν γὰρ Ἑλληνισμὸς πανταχοῦ τῆς γῆς ἐκταθεὶς, καὶ τὰς ἁπάντων ἀνθρώπων ψυχὰς κατασχὼν, οὕτως ὕστερον μετὰ τὴν τοσαύτην ἰσχὺν, καὶ τὴν ἐπίδοσιν, ὑπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ κατελύθη δυνάμεως· τὸ δὲ κήρυγμα τὸ ἡμέτερον, οὐ μετὰ τὸ διαδοθῆναι πανταχοῦ, καὶ στῆναι βεβαίως, D ἔσχε τοὺς πολεμοῦντας, ἀλλὰ πρὶν ἢ παγῆναι, καὶ φυτευθῆναι ἐν ταῖς τῶν ἀκουόντων ψυχαῖς, ἐξ αὐτῶν τῶν προοιμίων πρὸς ἅπασαν ἠναγκάζετο παρατάττεσθαι τὴν οἰκουμένην, πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας. οὔπω γὰρ τοῦ σπινθῆρος τῆς πίστεως ἀφθέντος καλῶς, ποταμοὶ καὶ ἄβυσσοι πάντοθεν ἐπέρρεον. ἴστε δὲ δή που ὡς οὐκ ἔστιν ἴσον τὸ μυρίοις ἔτεσι ῥιζωθὲν ἀνασπάσαι φυτὸν, καὶ τὸ ἐπὶ τῆς γῆς ἄρτι τεθέν· ἀλλὰ καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐπέκλυζε μὲν ἔτι μικρὸν ὄντα τὸν σπινθῆρα, ὡς ἔφην, τῆς E εὐσεβείας, τὸ τῶν ἐναντίων πέλαγος, ὁ δὲ οὐ μόνον οὐκ ἐσβέννυτο τούτῳ, ἀλλὰ καὶ μείζων γινόμενος, καὶ φαιδρότερος [d] πάντα ἐπῄει ταχέως, τὰ μὲν τῶν ἐχθρῶν καταλύων καὶ ἀναλίσκων εὐκόλως, τὰ δὲ τῶν οἰκείων ἀνιστῶν, καὶ πρὸς ὕψος ἄφατον αἴρων, καί τοι ἀνδρῶν

a Alii, θεραπεύοντες.
b Alii Codices, μέρη καὶ γραϊδίων, Morel. μέρη μετὰ γραϊδίων, unus, μέρη καὶ γραΐδα μετὰ παιδίων.
c Alii, διὰ θλίψεων.
d Savil. & unus Cod. πάντα ἐπῄει ταχέως, Morel. & alii, πάντα ἐπίει ταχ- Prior lectio præstare videtur.

εὐτελῶν καὶ ἀσήμων ὑπηρετησαμένων αὐτῷ. τὸ δὲ αἴτιον οὐκ ἦν τῶν ἁλιέων ἐκείνων, οὔτε τὰ ῥήματα, οὔτε τὰ θαύματα, ἀλλὰ τῆς εἰς αὐτοὺς ἐνεργούσης δυνάμεως τοῦ Χριστοῦ. τῶν γὰρ ταῦτα ἐργασαμένων, ὁ μὲν ἦν σκηνοποιὸς, ὁ Παῦλος, ὁ Πέτρος δὲ ἁλιεὺς, καὶ οὐκ ἂν οὕτως εὐτελέσι, καὶ ταπεινοῖς πλάσαι τι τοιοῦτον ἐπῆλθέ ποτε, πλὴν εἰ μαίνεσθαί τις αὐτοὺς φαίη καὶ παραπαίειν. ὅτι δὲ οὐκ ἐμαίνοντο δῆλον ἐξ ὧν εἰπόντες κατώρθωσαν, καὶ ἐκ τῶν ἔτι καὶ νῦν πειθομένων αὐτοῖς. οὐκ ἂν οὖν ποτε τοιαῦτα ἐψεύσαντο, οὐδὲ ἐκόμπασαν ἁπλῶς. καὶ γὰρ, ὅπερ ἀρχόμενος ἔφην, ὁ μέλλων ἐξαπατᾷν, ψεύδεται μὲν, ψεύδεται δὲ οὐχ οὕτως ὡς πᾶσι γενέσθαι καταφανής. εἰ γὰρ καὶ τῶν πραγμάτων ἐκβεβηκότων, καὶ τοσούτων μαρτυρούντων τῷ τέλει, τῶν τε ἐν ἐκείνοις πιστευσάντων τοῖς χρόνοις, καὶ τῶν ἐξ ἐκείνου πανταχοῦ ταῦτα ᾀδόντων, οὐ παρ' ἡμῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ βαρβάροις, καὶ τοῖς ἐκείνων μᾶλλον ἐκτεθηριωμένοις, ὅμως εἰσί τινες μετὰ τοσαῦτα τεκμήρια, καὶ τῆς οἰκουμένης ὡς εἰπεῖν ἁπάσης τὴν μαρτυρίαν, οἳ διαπιστοῦσι τοῖς γεγενημένοις, καὶ πολλοὶ οὕτως ἀβασανίστως, καὶ ἀνεξετάστως· τίς ἂν παρὰ τὴν ἀρχὴν μήτε πράγματα θεασάμενος, μήτε μαρτυρίας ἀξιοπίστους τούτων ἔχων, ταύτην ἂν τὴν πίστιν ἐδέξατο τῇ ψυχῇ; τί δὲ [a] ὅλως καὶ ἐπῆρε πλάσαι, καὶ συνθεῖναί τι τοιοῦτον αὐτούς; οὔτε γὰρ λόγων ἰσχύϊ, πῶς γὰρ, ὧν θάτερος οὔτε γράμματα ὅλως ἠπίστατο; οὔτε χρημάτων ἐθάρρουν περιουσίᾳ· καὶ γὰρ τῆς ἀναγκαίας μόλις εὐπόρουν τροφῆς, ἀπὸ τῆς τῶν χειρῶν τέχνης διαζῶντες ἀμφότεροι· ἀλλ' οὐδὲ ἐπὶ προγόνοις λαμπρότητι παρῆν αὐτοῖς μέγα φρονεῖν· τοῦ μὲν γὰρ οὐδὲ τὸν πατέρα ἴσμεν ὅστις ἦν, οὕτως ἦν ἄσημος καὶ ἀφανής· τοῦ Πέτρου δὲ δῆλος μέν ἐστιν ὁ πατήρ· τοσοῦτον δὲ ἔχει θατέρου πλέον, ὅσον τὴν προσηγορίαν αὐτοῦ γνώριμον ἡμῖν ἐποίησαν αἱ γραφαὶ μόνον, καὶ τοῦτο διὰ τὸν υἱόν. εἰ δὲ καὶ χώραν τις καὶ ἔθνος ἐξετάζειν βούλοιτο, τὸν μὲν Κίλικα εὑρήσει, τὸν δὲ πόλεως ἀσήμου πολίτην, μᾶλλον δὲ οὐδὲ πόλεως, ἀλλὰ κώμης τῆς ἐσχάτης· ἀπὸ Βηθσαϊδὰ γὰρ, τῆς Γαλιλαίας δέ ἐστι χωρίον οὕτως καλούμενον, ἐξ ἧς ὁ μακάριος ἐκεῖνος ἦν. καὶ τὰς τέχνας δέ τις αὐτῶν ἀκούσας, ὄψεται οὐδὲν μέγα ἐχούσας καὶ σεμνόν· τοῦ μὲν γὰρ ἁλιέως ὁ σκηνοποιὸς τιμιώτερος, τῶν δὲ ἄλλων χειροτεχνῶν εὐτελέστερος. πόθεν οὖν εἰπέ μοι, πόθεν πρᾶγμα τοσοῦτον ὑποκρίνασθαι ἐτόλμησαν; ποίαις ἐπαρθέντες ἐλπίσι; τίνι θαρρήσαντες; ἆρα τῷ καλάμῳ καὶ τῷ ἀγκίστρῳ, ἢ τῇ σμίλῃ καὶ τῷ τρυπάνῳ; οὐκ ἀπελθόντες ἀπάγξεσθέ που, ἢ καὶ κατακρημνίσετε ἑαυτοὺς τοσαύτην ὀφλισκάνοντες ἄνοιαν;

Θῶμεν δὲ, εἰ βούλεσθε, καθ' ὑμᾶς καὶ τὸ ἀδύνατον τοῦτο γενέσθαι δυνατὸν, καὶ τὸν μὲν ἀπὸ τῆς λίμνης ἀνελθόντα λέγειν, ὅτι ἡ σκιὰ τοῦ σώματος τοῦ ἐμοῦ νεκροὺς ἀνέστησε, τὸν δὲ ἐκπηδήσαντα τῶν τοῦ σκηνορραφείου δέῤῥεων, τὰ αὐτὰ δὴ ταῦτα κομπάζειν ἐκείνῳ περὶ τῶν ἱματίων αὐτοῦ· τίς οὕτως ἐμεμήνει τῶν ταῦτα ἀκουόντων, ὡς ψιλοῖς ῥήμασι πιστεῦσαι περὶ πραγμάτων

[a] Savil. & alii, ὅλως ἐπῆρε, & ὅλως καὶ ἐπῆρε, Morel. ὅλως ἐξεπῆρε.

A obscuri eam administrarent. Nec in causâ erant piscatorum hujusmodi verba vel miracula, sed Christi virtus in ipsis operans. Ex illis enim, qui talia patrabant, alter Paulus erat, tentoriorum artifex; alter Petrus piscator: neque tam tenuibus hominibus in mentem venisset umquam rem talem confingere, nisi quis eos insaniisse & mente captos fuisse dicat. Quod autem non insanirent palam est tum ex iis, quæ sermone perfecere, tum ex iis, qui etiamnum illis obtemperant. Numquam igitur talia illi ementiti fuissent, vel gloriabundi jactitassent: Etenim, ut principio dicebam, qui decipere vult, mentitur quidem, sed non ita mentitur, ut ab omnibus depre-

Vilis conditionis homines rem Christianam propagarunt.

B hendi possit. Nam si postquam res contigerunt, & tam multi earum eventum testificati sunt, tum ex iis, qui illis temporibus crediderunt, tum ex iis qui postea hæc ubique celebrarunt, nec apud nos tantum, sed apud barbaros, & apud eos qui ipsis barbaris efferatiores sunt, supersunt tamen quidam, qui post tot signa, & totius, ut ita dicam, orbis testimonium, rebus gestis non credunt, ac multi nullo examine, nulla perquisitione præmissa; quis ab initio, nullis perspectis rebus, nullo fide digno testimonio munitus, hanc fidem animo exceperit? Quid tandem illos induxerit ad tale

C quidpiam fingendum, & comminiscendum? Neque enim dicendi vi fidebant: quî enim id fieri possit, cum alter ne literas quidem nosset: neque divitiarum copiæ, quibus alimenta necessaria vix suppeterent, & qui diurno opificio victitarent: neque de generis splendore gloriari poterant; alterius enim ne patrem quidem novimus, ita erat obscurus atque ignotus; Petri vero pater quidem notus est; sed id tantum amplius habet, quam alter, quod solam patris appellationem, idque propter filium, Scriptura commemoret. Si regionem quis & gentem explorare velit; alium Ci-

D licem deprehendet; alium ignobilis urbis civem; imo vero non urbis, sed vici infimi incolam, Bethsaïdæ enim, vici nempe in Galilæa sic vocati, beatus ille vir incola erat. Artes vero eorum si quis audiat, nihil magnum vel honorabile comperiet; nam piscatore quidem honestior est tentoriorum artifex, cæteris autem artificibus vilior. Undenam, quæso, unde rem tantam simulare ausi fuissent? qua spe elati? cui fidentes? An calamo & hamo? an cultro & terebræ? Homines insani, annon abscedentes vos strangulabitis, aut præcipites dabitis?

E 4. Fingamus autem, si placet, rem quæ fieri nequeat, fieri revera posse: & eum qui e stagno prodiit dicere: Umbra corporis mei mortuos suscitavit; eum vero qui ex pelliceorum tentoriorum officina exiit, paria de vestimentis suis jactitare; quis auditorum usque adeo mente captus erat, ut circa res tantas nudis verbis fidem

haberet? Cur nullus illo tempore artifex quidpiam simile de seipso, aut alius de illo dixit? Atqui si res nostræ figmenta essent, eos qui postea fuerunt, facilius similia mentituros fuisse verisimile erat. Illi enim priores non poterant exemplo aliorum, qui præcessissent, spem habere circa figmenti successum; hi vero posteriores, illos intuiti, commentum facilius ausi fuissent, cum priorum exemplum posterioribus fiduciam præberet, quasi nullus in terra mente præditus esset, sed omnes mente capti & insani essent; ita ut cuivis liceret quæcumque vellet de seipso dicere, aliisque persuadere. Nugæ plane, & risu digna sunt Gentilitiæ stultitiæ verba. Quemadmodum enim si quis cælum sagittis impetere velit, quasi telis ipsum dirupturus; aut Oceanum haurire, quasi manibus evacuaturus illum, ex urbanioribus nemo erit, quin rideat; ex gravioribus nemo non id effusis lacrymis deplorabit; sic cum nobis Gentiles contradixerint, par est eos irridere ac deplorare: rem enim magis arduam suscipiunt, quam qui vel cælum confodere vel abyssum evacuare se posse speraverit. Neque enim lux umquam obscura erit, donec lux erit, neque nostrarum rerum veritas confutabitur: veritas quippe est, qua nihil validius. Quod igitur vetera illa, quæ aure percipimus, non minus credibilia sint, quam ea quæ nunc præsentia cernimus, quivis non mente captus & insanus confiteatur: ut autem victoriam cumulatius referamus, rem admirandam, ætate nostra gestam, referam. At ne turbemini, si miraculum nostra ætate editum narraturum me pollicitus, ex veteri historia narrationem ordiar: neque enim in his solum consistam, neque novo argumento aliena vetera referam: nam utraque mutuo hærent, nec licet eorum seriem disjungere, ut auditis rebus comperietis.

5. Erat quis Imperator majorum nostrorum ævo, qui qualis in cæteris fuerit, dicere nequeo: at audito scelere, quod aggredi est ausus, reliquam morum immanitatem cognoscetis. Quodnam igitur scelus illud? Genti cum illo bellum gerenti visum fuerat bellum solvere, mutuarumque cædium finem facere, res componere, pericula & formidines sedare, suis se rebus continere, neque his ampliores expetere: præstare enim mediocribus sine formidine frui, quam majoribus inhiantes in metu ac timore degere semper: malaque cæteris inferentes, ab illis vicissim accipere. Cum autem constitutum illis esset, bello prorsus deposito, quietam transigere vitam: visum est firma pactione, validisque conditionibus pacem stabilire. Tum fœdere facto, dato acceptoque juramento:

Historia Imperatoris cujusdam fabulosa.

A τοιούτων; διατί δὲ μηδεὶς τῶν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον χειροτέχνης ἀνὴρ εἶπέ τι περὶ ἑαυτοῦ τοιοῦτόν ποτε, ἢ ἕτερός τις περὶ αὐτοῦ; καί τοι εἰ τὰ ἡμέτερα πλάσματα ἦν, τοὺς μετ' ἐκείνους εὐκολώτερον τὰ τοιαῦτα ψεύδεσθαι εἰκὸς ἦν. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ οὐκ εἶχον εἰς ἑτέρους ἀνενεγκόντες ὑπὲρ τούτων ἐλπίσαι τοῦ [a] πλάσματος περιέσεσθαι, οἱ δὲ μετ' ἐκείνους εἰς ἐκείνους ὁρῶντες, προχειρότερον ἂν τοῦ πλάσματος κατετόλμησαν, τοῦ παραδείγματος τῶν προτέρων τοῖς δευτέροις παρακελευομένου θαῤῥεῖν, ὡς οὐδενὸς ἐν τῇ γῇ νοῦν ἔχοντος, ἀλλὰ πάντων ἐξεστηκότων καὶ μεμηνότων, καὶ τοῖς βουλο-
B μένοις ἐξὸν ἅπασιν, ἅπερ ἂν θέλωσι περὶ ἑαυτῶν λέγειν τε καὶ πιστεύεσθαι. λῆρος ταῦτα καὶ γέλως, καὶ μωρίας Ἑλληνικῆς ῥήματα. καθάπερ γὰρ ἂν εἴ τις πειραθείη τοξεύειν τὸν οὐρανὸν, ὡς διαῤῥήξων αὐτὸν τοῖς αὐτοῦ βέλεσιν, ἢ τὸν Ὠκεανὸν ἐξαντλεῖν, ὡς κενώσων αὐτὸν ταῖς ἑαυτοῦ χερσὶν, οὐδεὶς ὅστις οὐ γελάσεται τῶν ἀστειοτέρων αὐτὸν, οἱ δὲ σεμνότεροι καὶ δακρύσονται δάκρυσι πολλοῖς· οὕτως ὅταν ἡμῖν Ἕλληνες ἀντιλέγωσι, γελᾶν αὐτοὺς καὶ δακρύειν καλόν. πολλῷ γὰρ τοῦ τὸν οὐρανὸν τρώσειν, καὶ τὴν ἄβυσσον κενώσειν ἐλπίζοντος, ἀπορωτέροις ἐπιχειροῦσι πράγμασιν. οὔτε γὰρ τὸ φῶς ἔσται σκότος ποτὲ, ἕως ἂν ᾖ φῶς, οὔτε ἡ τῶν παρ' ἡμῖν πρα-
C γμάτων ἀλήθεια διελεγχθήσεται· ἀλήθεια γάρ ἐστι· ταύτης δὲ ἰσχυρότερον οὐδέν. ὅτι μὲν οὖν καὶ τὰ ἀρχαῖα ἃ ἀκοῇ ἴσμεν, τῶν παρόντων καὶ ὁρωμένων οὐχ ἧττόν ἐστι πιστὰ, πᾶς ὁστισοῦν μὴ παραπαίων, καὶ ἐξεστηκὼς ὁμολογήσειεν ἄν· ἵνα δὲ καὶ ἐκ περιουσίας τὴν νίκην ἀρώμεθα, βούλομαι καὶ ἐπὶ τῆς ἡμετέρας γενεᾶς γενόμενόν τι παράδοξον εἰπεῖν. ἀλλὰ μὴ θορυβηθῆτε εἰ θαῦμα ὑποσχόμενος ἐρεῖν ἐφ' ἡμῶν γεγονὸς, εἶτα ἐκ παλαιᾶς ἱστορίας ἄρχομαι τοῦ διηγήματος ὑφαίνειν τὴν ἀρχήν. οὔτε γὰρ μέχρις ἐκείνων στήσομαι μόνον, οὔτε ἀλλότρια τῆς νέας ὑποθέσεως ἐρῶ τὰ παλαιά· ἀλλήλων γὰρ ἑκάτε-
D ρα ἔχεται, καὶ διαζευχθῆναι τὴν ἀκολουθίαν αὐτῶν οὐκ ἔνι, εἴσεσθε δὲ καλῶς αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἀκούσαντες.

Ἐγένετό τις [b] βασιλεὺς ἐπὶ τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων, καὶ τὰ μὲν ἄλλα ὁποῖός τις ἦν οὗτος ὁ βασιλεὺς, οὐκ ἔχω λέγειν· τὸ δὲ ἄγος ὅπερ ἐτόλμησεν ἀκούσαντες, εἴσεσθε καὶ περὶ τῆς λοιπῆς τῶν τρόπων ὠμότητος. τί οὖν τὸ ἄγος ἦν; ἔδοξεν ἔθνει τινὶ τῶν ἐκείνῳ πολεμούντων τῷ βασιλεῖ, καταλῦσαι τὸν πόλεμον, καὶ μήτε ἑτέρους κόπτειν, μήτε αὐτοὺς ὑπὸ ἑτέρων κόπτεσθαι τοῦ λοιποῦ. ἀλλὰ πραγμάτων μὲν ἀπηλλάχθαι, καὶ κιν-
E δύνων, καὶ φόβων, στέργειν δὲ τοῖς ὑπάρχουσι, καὶ μηδὲν πλέον τῶν ὄντων ἐπιζητεῖν· κρεῖττον γὰρ εἶναι μετὰ ἀφοβίας ἀπολαύειν μετρίων, ἢ τοῦ πλείονος ἐφιεμένους δεδοικέναι, καὶ τρέμειν ἀεὶ, καὶ κακὰ αὐτούς τε ἑτέροις διδόντας, καὶ παρ' ἑτέρων λαμβάνοντας ζῆν. δόξαν δὴ καταθέσθαι τὸν πόλεμον, καὶ τὸν ἀπράγμονα βίον ζῆν, ἔδοξεν ἰσχυρῷ τινι θεσμῷ, καὶ [c] ὅροις ἀσφαλέσι τοῦτο καταδῆσαι τὸ καλόν. καὶ ποιησάμενοι συνθήκας, καὶ λαβόντες ὅρκους, καὶ δόντες, ἐκ περιουσίας ἐπεχείρουν πείθειν

a Alii, τοῦ πράγματος.
b In Codice Reg. 2989. scribitur ad marg. Νυμεριανὸς Numerianus: qua de re alibi.
c Unus secunda manu, ὅρκοις.

τὸν βασιλέα τὸν αὐτῶν, τὸν υἱὸν τὸν αὐτοῦ, παιδίον δὲ ἦν κομιδῆ, τῆς εἰρήνης ἐνέχυρον καταθέντα ἀσφαλὲς, τοῖς τε πρότερον πολεμίοις ὑπάρχειν θαῤῥεῖν, τῆς τε οἰκείας γνώμης μαρτύριον ἐξενεγκεῖν, ὡς ἀδόλως τὴν εἰρήνην πεποιημένου πρὸς αὐτούς. καὶ ταῦτα λέγοντες ἔπεισαν, καὶ ἐξέδωκε τὸν υἱὸν ὁ βασιλεὺς, ὡς μὲν αὐτὸς ᾤετο, τοῖς φίλοις καὶ συμμάχοις, ὡς δὲ τὸ τέλος ἔδειξε, τῷ πάντων ἀπηνεστάτῳ θηρίῳ. λαβὼν γὰρ νόμῳ φιλίας καὶ συνθηκῶν τὸ παιδίον ἐκεῖνο τὸ βασιλικὸν, πάντα ὁμοῦ κατεπάτησε, καὶ ἀνέτρεψε, τοὺς ὅρκους, τὰς συνθήκας, τὴν πρὸς ἀνθρώπους αἰδῶ, τὴν πρὸς τὸ θεῖον εὐλάβειαν, τὸν ἀπὸ τῆς ἡλικίας ἔλεον· B καὶ οὔτε ἡ νεότης τὸ θηρίον ἐπέκαμψεν, οὔτε ἡ πρεπομένη τοῖς τοιούτοις μιάσμασι δίκη τὸν ἄγριον ἐκεῖνον ἐφόβησεν, οὔτε τὰ τοῦ παρακαταθεμένου πατρὸς αὐτὸν εἰσῆλθε ῥήματα, ἅπερ ἐκεῖνος τὸν υἱὸν ἐγχειρίζων ἴσως ἐπέσκηπτεν, ἐν ἐπιμελείᾳ τε αὐτὸν ἔχειν ἀξιῶν πολλῇ, καὶ πατέρα αὐτὸν ἐπιφημίζων τῷ παιδὶ, καὶ ὡς αὐτὸν γεγεννηκότα, οὕτω τρέφειν καὶ παιδεύειν παρακαλῶν, καὶ τῆς τῶν οἰκείων προγόνων εὐγενείας ἄξιον ἀποφαίνειν· καὶ μετὰ τούτων τῶν ῥημάτων, τὴν δεξιὰν τοῦ παιδὸς τῇ δεξιᾷ τοῦ φονέως ἐντιθεὶς, καὶ μετὰ δακρύων διαλυόμενος. τούτων οὐδὲν εἰς νοῦν ὁ μιαρὸς ἐκεῖνος ἐβάλετο, ἀλλὰ πάντα ῥίψας ἀθέως ἀπὸ τῆς ψυχῆς, C τὸν φόνον ἐκεῖνον τὸν πάντων ἐναγέστατον τῶν φόνων ἐργάζεται. τοῦτο γὰρ καὶ παιδοκτονίας χεῖρον τὸ μίασμα· καὶ μάρτυρες ὑμεῖς, [a] οἱ οὐκ ἂν οὕτως ἀλγήσαντες, εἴπερ τοῖς ἐμοῖς πάθεσι καὶ τὰ ὑμέτερα στοχάζεσθαι χρὴ, εἰ τὸν υἱὸν ὅτι κατέσφαξεν ἠκούσατε τὸν αὐτοῦ, τότε μὲν γὰρ μετὰ τῶν κοινῶν νόμων, καὶ οἱ τῆς φύσεως ἐδόκουν ἀνατετράφθαι θεσμοί· ἐνταῦθα δὲ πολλὰ ὁμοῦ συνδεδράμηκεν, ἃ καὶ τῆς φυσικῆς ἀνάγκης ἰσχυρότερα τῷ πλήθει γίνεται. ὅτ᾽ ἂν γὰρ ἐννοήσω τὸ μειράκιον τὸ μηδὲν ἠδικηκὸς, τὸ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκδοθὲν, τὸ τῶν προγονικῶν βασιλείων ἀποσπασθὲν, καὶ τῆς οἰκείας τρυφῆς, καὶ δόξης, καὶ τιμῆς, ἀλλαξάμενον τὴν ἐν ἀλλοτρίᾳ D διαγωγὴν, ἵνα ἐξῇ τῷ μιαρῷ θαῤῥεῖν ἐκείνῳ περὶ τῶν συνθηκῶν, εἶτα ὑπ᾽ αὐτοῦ κατεργασθὲν, καὶ τῶν οἴκοι λαμπρῶν δι᾽ αὐτὸν ἀποστερηθὲν, καὶ ὑπ᾽ αὐτοῦ πάλιν [b] ἀποσφαγὲν, ἐναντίον τι πάσχω πάθος, τηκόμενός τε ὁμοῦ τὴν ψυχὴν καὶ ἐξοιδῶν, τὸ μὲν τοῦ θυμοῦ, τὸ δὲ τῆς ἀθυμίας ἐργαζομένης. ὅταν μὲν γὰρ ἐννοήσω τὸν μιαρὸν ἐκεῖνον ὁπλιζόμενον, καὶ τὸ ξίφος ἀνατείνοντα, καὶ τὴν δειρὴν κατέχοντα τοῦ παιδὸς, καὶ τὴν δεξιὰν, ᾗ τὴν παρακαταθήκην ἐδέξατο, ταύτῃ κατ᾽ αὐτῆς ὠθοῦντα τὸ E ξίφος, διαῤῥήγνυμαι καὶ ἀποπνίγομαι τῷ θυμῷ. ὅταν δὲ πάλιν ἴδω τὸν νέον δεδοικότα, καὶ τρέμοντα, καὶ οἰμώζοντα τὰς ἐσχάτας οἰμωγὰς, καὶ τὸν πατέρα ἀνακαλοῦντα, καὶ τούτων αἴτιον αὐτὸν γεγενῆσθαι λέγοντα, καὶ τὴν σφαγὴν οὐ τῷ βαπτίζοντι τὸ ξίφος εἰς τὸν λαιμὸν, ἀλλὰ τῷ γεγεννηκότι λογιζόμενον, καὶ μὴ δυνάμενον ἐκφυγεῖν, μηδὲ ἐπαμῦναι ἑαυτῷ, ἀλλ᾽ ἀνήνυτα λοιπὸν τῷ φυτουργῷ μεμφόμενον, καὶ δεχόμενον τὴν πληγὴν, καὶ [c] ἀσπαίροντα, καὶ λακτίζοντα τοὔδαφος, καὶ τὴν γῆν τοῖς τοῦ

[a] Alii, οἱ οὐκ ἂν οὕτως ἠλγήσατε.
[b] Alii, ἀποσφαχθέν.

A regi præterea suo suadere conantur, filium suum, admodum puerum, in solidum pacis pignus traditum iis, qui prius hostes erant, fiduciam præstare posse, simulque propositi sui testimonium exhibere, quod nempe sine dolo pacem cum ipsis fecerit. Qua oratione rex adductus filium dedit, ut quidem existimabat ille, amicis & sociis; ut vero rei exitus probavit, feræ omnium immanissimæ. Nam cum amicitiæ & fœderis lege puerum regium accepisset, omnia simul conculcavit & evertit; juramenta, fœdera, hominum reverentiam, pietatem erga Deum, ætatis commiserationem: non B belluam illam juventus flexit, non ea quæ hujusmodi scelera sequi solet ultio trucem hominem deterruit; non patris filium deponentis verba animum subiere, quæ dum in manibus traderet fecerat; rogans eum, ut in magna cura haberet, se filio ipsum constituere patrem quasi ab se genitum, obsecrans ut eum ita enutriret educaretque, & majorum suorum nobilitate dignum redderet. Inter hæc verba dextram pueri homicidæ dextræ junxit, & perfusus lacrymis abscessit. Horum ille scelestissimus nihil in animo recepit, sed iis omnibus simul excussis, cædem omnium cædium immanissimam perpetrat. C Hoc enim flagitium proprii filii cæde atrocius est. Vos testes appello, qui non ita doluissetis, si quidem ex meo affectu vestrum metiri liceat, si audissetis ipsum filium occidisse suum: tunc enim cum communi lege naturalis quoque lex subverti videretur: hic autem plurima simul concurrerunt, quæ præ multitudine naturali necessitate fortiora sint. Quoties enim mecum reputo puerulum, qui nihil injuriæ fecerat, a patre traditum, a majorum suorum regia abductum, qui domesticas delicias, gloriam, honorem, cum extranea educatione commutaverat, ut pactionibus D initis scelestus ille fidere posset; ab ipso postea male affectum, splendore paternæ domus ejus gratia privatum, ab eodemque demum interfectum, contraria patior, simul animo contabescens & exæstuans, quorum aliud ira, aliud mœstitia parit. Cum enim cogito sceleratum illum armatum, gladiumque vibrantem, pueri collum apprehendentem, & qua dextera depositum E receperat, eadem gladium in illud intendentem, disrumpor atque ira præfocor; rursus cum juvenem conspicio formidantem, trementem, extremisque gemitibus ejulantem, patrem inclamantem, horumque causam esse dicentem, ac cædem non ei, qui gladium in guttur infigeret, sed parenti imputantem, neque fugere neque se ulcisci posse; sed frustra parentem incusare, plagam excipere, palpitare, calcibus pavimentum ferire, terram san-

[c] Alii, σπαίροντα.

guineis rivis inquinare, ipsa mihi viscera discerpuntur, cogitatio obtenebratur, ac mœstitiæ caligo quædam oculis offunditur. At fera illa nihil simile passa est; sed ac si agnus vel vitulus sibi mactandus esset, sic ad nefariam illam cædem affectus erat. Et puer quidem plaga recepta jacebat mortuus: homicida vero sceleri patrocinabatur, posterioribus priora obtegere curans. Putat fortasse quispiam me de sepultura loquuturum esse, dicturumque, defuncto ne tantillum quidem terræ interfectorem dedisse. Ego vero atrocius aliud dicam: nam cum iniquas manus tali sanguine fœdasset, novamque tragœdiam exhibuisset, ac si nihil perpetrasset impudens ille, ipsis petris durior, ad Ecclesiam Dei concessit. Forte mirantur quidam, cur non immissa de cælo plaga percussus fuerit qui talia ausus esset, aut cur non Deus eum fulmine ferierit, ut ante ingressum os illud impudens igneo ictu conflagraret. Ego vero si quibus hæc cogitatio animum subiit, laudo eos & æstum eorum admiror; attamen eorum laudibus & admirationi non minimum quidpiam deesse puto. Justa quippe indignatione commoti sunt, tum super injuste cæso puero, tum super Dei legibus ita temere violatis; sed ira ferventes, non quantum opus erat perspexerunt: justitiæ enim hujus lex alia longe superior in cælis est. Quænam igitur hæc lex? Ne peccatoribus protinus ultio inferatur, sed delinquenti tempus detur & induciæ, ut delictum possit excutere, & per pœnitentiam iis qui nihil mali admiserunt æquari: quod tunc in nefario illo demonstratum est; nihil enim profecit, sed sine emendatione mansit. Deus certe benignus cum sit, hoc prospiciens, ne ita quidem contemsit illum, nec quæ a se erant facere desiit; sed illum & ægrum visitavit, & ejus restaurandæ sanitati studuit. Ille vero remedium accipere noluit; imo ad hoc missum medicum concidit. Medicina porro & medicinæ modus hujusmodi erat.

6. Eo tempore quo drama illud & facinus immane miserandumque agebatur, fuit vir magnus & mirabilis, si tamen fas sit illum appellare virum, qui hujus gregis curam gerebat, nomine Babylas. Hic itaque, cui hæc Christi Ecclesia a Spiritus gratia concredita fuerat, quod Heliam ejusque æmulum Joannem antecelleret non dixerim, ne quid molestius proferam; sed ita attigit, ut ne tantillum quidem generosis ejusmodi viris inferior esset. Neque enim paucarum urbium tetrarcham, neque gentis unius regem, sed eum, qui maximam orbis partem teneret, hunc ipsum scilicet sanguinarium, qui plurimas gentes, multas urbes, immensum exercitum

A αἱμάτων μολύνοντα κρουνοῖς, διακόπτομαι τὰ σπλάγχνα, καὶ σκοτοῦμαι τὸν λογισμόν, καί μου τις ἀχλὺς ἀθυμίας καταχεῖται τοῖς ὀφθαλμοῖς. ἀλλ' οὐχ ὁ θὴρ ἐκεῖνος ἔπαθέ τι τοιοῦτον οὐδέν, ἀλλ' [a] ὥσπερ τινὰ ἀρνὸν καταθύειν μέλλων ἢ μόσχον, οὕτω διετέθη πρὸς τὴν μιαρὰν ἐκείνην σφαγήν. καὶ ὁ μὲν παῖς ἔκειτο νεκρὸς δεξάμενος τὴν πληγήν, ὁ δὲ σφαγεὺς ἐπηγωνίζετο τῷ μιάσματι, τοῖς δευτέροις τὰ πρότερα ἀποκρύψαι φιλονεικῶν. τάχα μέ τις οἴεταί τι περὶ τῆς ταφῆς ἐρεῖν, καὶ ὅτι μετὰ τὴν σφαγὴν οὐδὲ βραχείας τῷ φονευθέντι μετέδωκε γῆς, ἐγὼ δέ τι τούτου τολμηρότερον ἕτερον ἐρῶ. B τὰς γὰρ ἀνόμους χεῖρας ἐκείνας τοιούτῳ μολύνας αἵματι, καὶ τὴν καινὴν ἐργασάμενος τραγῳδίαν, ὡς οὐδὲν ὅλως τετολμηκὼς ὁ ἀναιδής, καὶ πετρῶν αὐτῶν σκληρότερος, πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἠπείγετο τοῦ θεοῦ. καὶ ἴσως τινὲς θαυμάζουσι, πῶς οὐκ ἐπλήγη θεηλάτῳ πληγῇ τοιαῦτα τολμῶν, ἢ πῶς οὐκ ἐπαφῆκεν αὐτῷ σκηπτὸν ἄνωθεν ὁ θεός, καὶ πρὸ τῆς εἰσόδου τὴν ἀναίσχυντον ὄψιν κατέφλεξε τῷ κεραυνῷ. ἐγὼ δὲ εἴ τινες ἔλαβον τοῦτον τὸν λογισμόν, ἐπαινῶ μὲν αὐτοὺς καὶ θαυμάζω τῆς πυρώσεως, λείπειν δὲ [b] αὐτοῖς οὐ μικρὸν τῷ θαύματι τούτῳ καὶ τοῖς ἐπαίνοις φημί. δικαίαν μὲν C γὰρ τὴν ἀγανάκτησιν ἔσχον, ὑπέρ τε οὐκ ἐν δίκῃ κατακοπέντος παιδός, ὑπέρ τε τῶν τοῦ θεοῦ νόμων οὕτως ὑβρισθέντων ἰταμῶς, ἀλλὰ τῷ θυμῷ ζέοντες, οὐ συνεῖδον [c] ὅσον ἰδεῖν ἐχρῆν. τοῦ γὰρ δικαίου τούτου νόμος ἕτερος ἀνώτερος πολλῷ κεῖται ἐν τοῖς οὐρανοῖς. τίς οὖν ἐστιν ὁ νόμος; τοῖς ἡμαρτηκόσι μὴ κατὰ πόδας τὴν τιμωρίαν ἐπάγειν, ἀλλ' ἐνδιδόναι τῷ πεπλημμεληκότι χρόνους καὶ προθεσμίαν, ὥστε τὸ πλημμεληθὲν ἀποδύσασθαι, καὶ διὰ τῆς μετανοίας ἐξισωθῆναι τοῖς οὐδὲν εἰργασμένοις δεινόν, ὅπερ καὶ τότε ἐνεδείξατο εἰς τὸν δείλαιον ἐκεῖνον ὁ θεός, ἐγίνετο δὲ πλέον οὐδέν, ἀλλ' ἔμενεν ἀδιόρθωτος. ὁ δὲ φιλάνθρωπος καὶ τοῦτο προειδώς, οὐδὲ D οὕτως ὑπερεῖδεν αὐτόν, οὐδὲ ἐνέλιπε τὰ παρ' ἑαυτοῦ ποιῶν, ἀλλ' αὐτὸς μὲν καὶ ἐπεσκόπησε κάμνοντα, καὶ τὰ πρὸς ὑγίειαν ἔπραξεν· ἐκεῖνος δὲ οὐκ ἠθέλησε τὸ φάρμακον δέξασθαι, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐπὶ τούτῳ πεμφθέντα συνέκοψεν ἰατρόν· τὸ δὲ φάρμακον καὶ ὁ τῆς ἰατρείας τρόπος τοιοῦτος ἦν.

Ἔτυχε κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον καθ' ὃν τὸ ἀπηνὲς τοῦτο δρᾶμα ἐτολμᾶτο καὶ ἐλεεινόν, ἄνδρα τινὰ μέγαν καὶ θαυμαστόν, εἴ γε δεῖ αὐτὸν ἄνδρα καλεῖν, τῆς ποίμνης ἐπιμελεῖσθαι τῆς παρ' ἡμῖν, Βαβύλας ἦν ὄνομα αὐτῷ. οὗτος τοίνυν τότε τοῦ Χριστοῦ τὴν ἐκκλησίαν τὴν ἐνθάδε, E ὑπὸ τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος ἐγχειρισθεὶς, τὸν Ἡλίαν, καὶ [d] τὸν τούτου ζηλωτὴν τὸν Ἰωάννην, ὅτι παρήλασε μὲν οὐκ ἂν εἴποιμι, μὴ καὶ λίαν φορτικὸν τὸ λεγόμενον ᾖ, ἔφθασε δὲ οὕτως, ὡς μηδὲ τὸ τυχὸν ἀπολειφθῆναι τῆς ἐλευθερίας τῶν γενναίων ἐκείνων ἀνδρῶν. οὐ γὰρ τετράρχην πόλεων ὀλίγων, οὐδὲ ἑνὸς ἔθνους βασιλέα, ἀλλὰ τὸν τὸ πλεῖστον μέρος τῆς οἰκουμένης ἁπάσης κατέχοντα, αὐτὸν δὴ τοῦτον τὸν ἀνδροφόνον, καὶ πολλὰ μὲν ἔθνη, πολλὰς δὲ πόλεις καὶ στρατιὰν ἄπειρον κεκτημένον, καὶ

a Savil. & alii, ὥσπερ τι ἀρνίον.
b Savil. & quidam MSS. αὐτῶν.
c Savil. & unus, ὃ συνιδεῖν.
d Alii, τὸν ἐκείνου ζηλ-

πάντοθεν

πάντοθεν ὄντα φοβερὸν, ἀπό τε τοῦ μεγέθους τῆς ἀρχῆς, ἀπό τε τῆς τῶν τρόπων θρασύτητος, ὡς ἀνδράποδον εὐτελὲς καὶ οὐδενὸς ἄξιον λόγου, οὕτω τῆς ἐκκλησίας ἐξέβαλε μετὰ τοσαύτης ἀταραξίας καὶ ἀφοβίας, μεθ' ὅσης ἂν ποιμὴν πρόβατον ψώρας ἐμπεπλησμένον καὶ νενοσηκὸς τῆς ποίμνης ἀπείρξειε, κωλύων εἰς τὰ λοιπὰ διαβῆναι τὴν νόσον τοῦ κάμνοντος. καὶ ταῦτα ἔπραττεν, ἔργῳ [a] τὸν τοῦ σωτῆρος λόγον βεβαιῶν, ὅτι μόνος δοῦλός ἐστιν ὁ τὴν ἁμαρτίαν ποιῶν, κἂν μυρίους ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχῃ στεφάνους, κἂν ἁπάντων δοκῇ τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ἀνθρώπων κρατεῖν· ὁ δὲ οὐδὲν ἑαυτῷ συνειδὼς πονηρὸν, κἂν ἐν τῇ τῶν ὑπηκόων καταλέγηται τάξει, πάντων ἐστὶ βασιλέων βασιλικώτερος. αὐτίκα γοῦν τὸν ἄρχοντα διέταττεν ὁ ἀρχόμενος, [b] καὶ τῷ κρατοῦντι πάντων, ἔκρινεν ὁ ὑπήκοος, καὶ τὴν καταδικάζουσαν αὐτὸν ψῆφον ἔφερε. σὺ δὲ ταῦτα ἀκούων, μὴ παρέλθῃς ἁπλῶς τὸ λεχθέν· ἱκανὸν μὲν γὰρ καὶ αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τοῦτο ἀπαγγελθὲν, ὅτι τὸν βασιλέα τῶν τῆς ἐκκλησίας προθύρων ἐξήλασε τῶν ὑπὸ τὴν ἀρχὴν ὄντων τις τὴν αὐτοῦ, διαναστῆσαι καὶ ἐκπλῆξαι τὴν τῶν ἀκουόντων ψυχήν. εἰ δὲ βούλει τὸ θαῦμα ἅπαν καταμαθεῖν ἀκριβῶς, μὴ ψιλῷ τῷ ῥήματι πρόσεχε· ἀλλ' ὑπόγραψον τοὺς δορυφόρους, τοὺς ὑπασπιστὰς, τοὺς στρατηγοὺς, τοὺς ἄρχοντας, τοὺς ἐν ταῖς βασιλικαῖς αὐλαῖς τρεφομένους, τοὺς ἐπὶ τῶν πόλεων τεταγμένους, τὸν τῦφον τῶν προηγουμένων, τῶν ἑπομένων, τῶν σοβούντων τὸ πλῆθος, τὴν ἄλλην θεραπείαν ἅπασαν. εἶτα αὐτὸν ἐν τῷ μέσῳ μετὰ πολλοῦ μὲν ἐπιβαίνοντα τοῦ φρονήματος, σεμνότερον δὲ ἀπὸ τῶν ἱματίων φαινόμενον, καὶ τῆς ἁλουργίδος, καὶ τῶν λίθων τῶν πανταχοῦ διεσπαρμένων κατὰ τὴν δεξιὰν, κατὰ τὴν συμβολὴν τῆς χλανίδος, τῶν ἀπὸ τοῦ διαδήματος ἐξ αὐτῆς ἀστραπτόντων τῆς κεφαλῆς. καὶ μηδὲ μέχρι τούτου στήσῃς τὴν εἰκόνα, ἀλλ' ἔκτεινον αὐτὴν καὶ ἐπὶ τὸν τοῦ θεοῦ δοῦλον, τὸν μακάριον Βαβύλαν, καὶ τὸ σχῆμα τὸ ταπεινὸν, καὶ ἐπὶ τὴν στολὴν τὴν ἰδιωτικὴν, καὶ τὴν συντετριμμένην ψυχὴν, καὶ τὸ θράσους ἀπηλλαγμένον φρόνημα, καὶ οὕτως ἀμφοτέρους διαγράψας καὶ ἀντιθεὶς, τότε γνώσῃ τὸ θαῦμα καλῶς, μᾶλλον δὲ οὐδὲ οὕτως ἐπιλήψῃ τῆς ἀκριβείας αὐτῆς. τὴν γὰρ παῤῥησίαν ἐκείνην, λόγος μὲν οὐδεὶς οὐδὲ ὄψις παραστῆσαι δύναιτ' ἂν, ἡ πεῖρα δὲ μόνη καὶ ἡ χρῆσις αὐτῆς. καὶ τὸ παράστημα τῆς τοῦ γενναίου ψυχῆς μόνος ἐκεῖνος δύναιτ' ἂν εἰδέναι καλῶς, ὁ δυνηθεὶς εἰς τὴν αὐτὴν αὐτῷ τῆς παῤῥησίας φθάσαι κορυφήν. πῶς γὰρ προσῆλθεν ὁ γέρων; πῶς τοὺς δορυφόρους διέκοψε; πῶς τὸ στόμα διῆρε; πῶς ἐφθέγξατο; πῶς ἐπετίμησε; πῶς τὴν δεξιὰν εἰς τὸ στῆθος ἀπήρεισε τὸ φλεγμαῖνον ἔτι τῷ θυμῷ καὶ ζέον τῷ φόνῳ; πῶς ἀπώσατο τὸν ἀνδροφόνον; οὐδὲν αὐτὸν τῶν δρωμένων κατέπληξε, καὶ τῆς προθέσεως ἐξέκρουσεν. ὢ ψυχῆς ἀκαταπλήκτου, καὶ διανοίας ὑψηλῆς. ὢ φρενῶν οὐρανίων καὶ παραστήματος ἀγγελικοῦ. ὥσπερ γὰρ ἐν τοίχῳ γεγραμμένην ἅπασαν τὴν φαντασίαν ἐκείνην ὁρῶν, οὕτως ἀταράχως ἅπαντα

A moderabatur, atque omni ex parte formidabilis erat, ab imperii magnitudine, a morum ferocitate, quasi vile ac nullius precii mancipium, ab Ecclesia expulit cum tanta firmitate animique constantia, quanta pastor scabiosam & morbidam ovem a grege arceat, cohibens ne morbus ejus cæteras oves afficiat. Id vero fecit Servatoris verbum confirmans, nempe servum esse solum eum, qui peccatum faciat, quamvis sexcentas capite coronas gestet, quamvis universis totius orbis hominibus imperare videatur: illum vero qui nullius peccati sibi conscius sit, etsi inter subditos locum habeat, B plusquam reges omnes regnare existimandum esse. Statim ergo imperanti præcepit subditus, & de omnium moderatore judicium tulit, atque damnationis sententiam emisit. Tu vero dum hæc audis, ne dictum obiter prætereas. Nam vel hoc solum, quod Imperatorem subditus quispiam ab Ecclesiæ vestibulo ejecerit, sufficit ad auditorum animos excitandos percellendosque. Si vis autem totum miraculum diligenter ediscere, ne simplici dictioni attendas, sed tecum reputa satellites, scutatos, tribunos, duces, qui in re- C gia aluntur, eos qui civitatibus præficiuntur: præeuntium fastum, sequentium & abigentium multitudinem, aliumque famulatum totum. Deinde ipsum Imperatorem in medio, ingenti cum fastu ingredientem, qui honorabilior videatur ex vestibus, ex purpura, ex gemmis tum undique sparsis in dextra ad commissuram paludamenti; tum ex diademate in ejus capite fulgentibus. Neque huc usque imaginem sistas, sed eam usque ad servum Dei beatum Babylam extendas, ejusque humi- D lem habitum, amictum vulgarem, animum contritum, sensum ab omni audacia alienum, & cum ambos descripseris, mutuoque contuleris, tunc rem illam mirabilem probe cognosces; imo ne sic quidem accurate comprehendes: illam quippe loquendi libertatem nec sermo nec oris species repræsentare potest; sed sola experientia & usus. Porro imperturbatum ejus animum ille solus probe nosse possit, qui idipsum cum illo fiduciæ culmen attingere valeat. Quomodo enim senex ille accessit? quomodo satellites trajecit? quomodo os E aperuit? quomodo loquutus est, quomodo corripuit, quomodo dextram imposuit pectori illi adhuc intumescenti atque cæde ferventi? quomodo homicidam repulit? Nihil rerum gestarum exterruit & a proposito deduxit. O animum imperterritum, mentemque sublimem! ô cæleste pectus & constantiam angelicam! Ac si enim pompam illam in muro depictam conspiceret, sic intrepide omnia generosus vir

Babylas Imperatorem Ecclesiæ aditu arcet.

a Alii, τὸν τοῦ θεοῦ λόγον.

b Alii, καὶ τῷ κρατοῦντι πάντων.

perfecit. Erat enim divinis his dogmatibus institutus, quod scilicet, umbra & somnium hisque inaniora sint hujus mundi negotia. Ideo nihil eorum ipsum exterruit, imo fiduciam omnia indidere: illarum quippe rerum aspectus ejus mentem transmittebat ad supernum regem, qui sedet super Cherubim & intuetur abyssos, ad thronum gloriosum & excelsum, ad cælestem exercitum, ad myriadas Angelorum, ad millia Archangelorum, ad terribile illud tribunal, ad judicium illud sine acceptione personarum, ad fluvium ignis, ad judicem ipsum. Quapropter se totum a terra in cælum transferens, quasi illi judici adstaret, ipsumque imperantem audiret, ut nefarium illum ac scelestum ex ovili expelleret, sic ejecit, & a reliquis ovibus sequestravit; ad nihil eorum respiciens, quæ videbantur terribilia esse, sed viriliter illum ac generose admodum repellens, violatis Dei legibus opem tulit. Atqui quanta erga cæteros fiducia usum illum esse par est? Qui enim imperantem tanta cum potestate aggressus est, quem reliquorum formidaverit? Equidem opinor, imo non opinor, sed credo, virum illum nec ad gratiam nec ad odium quidpiam fecisse vel dixisse umquam; sed adversus timorem, & adversus timore potentiorem adulationem, & alia similia, quæ apud homines multa adsunt, utiliter fortiterque stetisse, ac ne tantillum quidem recti judicii adulterasse. Si enim amictus viri, dentium risus, pedum incessus ejus mores arguunt, multo magis cætera ab eo præclare gesta ostendere possunt quantæ in reliqua vita virtutis fuerit. Neque enim ob fiduciam solum admirandus ille est, sed quod fiduciam illam eo usque produxerit, tum etiam quod ei nihil ulterius addiderit.

Eccli. 19. 26.

7. Talis quippe est Christi sapientia, quæ nec minus nec plus justo decertare permittat, sed ubique moderationem servet. Atqui ipsi licebat, si voluisset, ultra progredi. Ei enim qui vitæ curam abjecisset; non enim prorsus accessisset, nisi se hujusmodi cogitationibus armavisset; cum potestate omnia facere licebat, & Imperatorem contumeliis aspergere, & diadema de capite detrahere, & pugnis os contundere, quando dextram in pectus impegit. Sed nihil horum fecit: spirituali namque sale condîtam habebat animam: quamobrem nihil temere vel frustra egit, sed omnia recto rationis judicio & saniori modo: non quemadmodum Gentilium sapientes, qui moderate numquam, sed ubique, ut ita dicam, aut plus aut minus, quam par est, confidentiam exhibent suam; ita ut nusquam fortitudinis, sed irrationabilium affectuum opinionem ubique sibi concilient; ubi minus præstitere, formidinis; ubi excessere, arrogantiæ & vanæ

A ἔπραττεν ὁ γενναῖος ἀνήρ. καὶ γὰρ ἦν πεπαιδευμένος ἀπὸ τῶν θείων δογμάτων, ὅτι σκιὰ καὶ ὄναρ καὶ τούτων οὐδαμινώτερα ἅπαντα τὰ τοῦ κόσμου πράγματα. Διὰ τοῦτο, οὐδὲν αὐτὸν τούτων καταπλῆξαι ἐποίησεν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐθάῤῥυνεν. ἡ γὰρ ὄψις ἐκείνη τῶν ὁρωμένων τὴν διάνοιαν παρέπεμπεν ἐπὶ τὸν ἄνω βασιλέα τὸν καθήμενον ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ καὶ βλέποντα ἀβύσσους, ἐπὶ τὸν θρόνον τὸν ἔνδοξον καὶ ὑψηλὸν, ἐπὶ τὴν στρατιὰν τὴν οὐράνιον, ἐπὶ τὰς μυριάδας τῶν ἀγγέλων, ἐπὶ τὰς χιλιάδας τῶν ἀρχαγγέλων, ἐπὶ τὸ βῆμα τὸ φοβερὸν, ἐπὶ τὸ κριτήριον τὸ ἀδέκαστον, ἐπὶ τὸν τοῦ πυρὸς ποταμὸν,
B ἐπὶ τὸν κριτὴν αὐτόν. Διά τοι τοῦτο ὅλον ἑαυτὸν μεταστήσας ἀπὸ τῆς γῆς εἰς τὸν οὐρανὸν, ὡς ἐκείνῳ τῷ δικαστῇ παρεστὼς, καὶ αὐτοῦ κελεύοντος ἀκούων, τὸν ἐναγῆ καὶ μιαρὸν τῆς ἱερᾶς ἀγέλης ἐξωθεῖν, οὕτως ἐξέβαλε, καὶ τῶν λοιπῶν προβάτων ἀφώρισε, καὶ πρὸς οὐδὲν ἐπεστρέφετο τῶν ὁρωμένων καὶ δοκούντων εἶναι φοβερῶν, ἀλλ' ἀνδρείως αὐτὸν μάλα, καὶ γενναίως ἀπωσάμενος, παρέστη τυραννουμένοις τοῖς τοῦ Θεοῦ νόμοις. καίτοι πόσῃ περὶ τοὺς λοιποὺς αὐτὸν παῤῥησίᾳ κεχρῆσθαι εἰκός; ὁ γὰρ τῷ κρατοῦντι μετὰ τοσαύτης ἐξουσίας προσενεχθεὶς, τίνα τῶν λοιπῶν ἔδεισεν ἄν; ἐγὼ τὸν ἄνδρα ἐκεῖνον στοχάζομαι, μᾶλλον δὲ οὐ
C στοχάζομαι, ἀλλὰ πιστεύω, μὴ πρὸς χάριν, μὴ πρὸς ἀπέχθειαν, μήτε πρᾶξαι, μήτε εἰπεῖν τι ποτὲ, ἀλλὰ καὶ πρὸς φόβον, καὶ πρὸς τὴν τούτου δυνατωτέραν κολακείαν, καὶ πρὸς τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα, πολλὰ δὲ τὰ ἀνθρώπινα, γενναίως στῆναι καὶ ἀνδρείως, καὶ μηδὲ μικρόν τι τῆς ὀρθῆς διαφθεῖραι κρίσεως. εἰ γὰρ στολισμὸς ἀνδρὸς, καὶ γέλως ὀδόντων, καὶ βῆμα ποδὸς ἀπαγγέλλει τὰ περὶ αὐτοῦ, πολλῷ μᾶλλον τὰ τοιαῦτα κατορθώματα πᾶσαν ἡμῖν ἱκανὰ τοῦ λοιποῦ βίου παραδεῖξαι τὴν ἀρετήν. οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τῇ παῤῥησίᾳ μόνον αὐτὸν θαυμάζειν χρὴ, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῷ μέχρι τοσούτου τὴν παῤῥησίαν ἐκτεῖναι, καὶ ἐπὶ τῷ πάλιν μηδὲν προσθεῖναι πλέον αὐτῇ.

D Τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ Χριστοῦ σοφία, μήτε ἐλλιπῶς μήτε περιττῶς ἀγωνίζεσθαι συγχωροῦσα, ἀλλὰ πανταχοῦ τὴν συμμετρίαν φυλάττουσα. [a] καίτοι γε ἐνῆν εἴπερ ἐβούλετο καὶ περαιτέρω προελθεῖν. τῷ γὰρ ἀπαγορεύσαντι τὸ ζῆν· οὐδ' ἂν τὴν ἀρχὴν προσῆλθεν, εἰ μὴ τοιούτοις αὐτὸν ὥπλισε λογισμοῖς· μετ' ἐξουσίας ἅπαντα πράττειν ἐξῆν, καὶ ὕβρεσι πλῦναι τὸν βασιλέα, καὶ τὸ διάδημα καθελεῖν τῆς κεφαλῆς, καὶ πληγὰς εἰς τὸ πρόσωπον ἐντεῖναι, ὅτε τὴν δεξιὰν εἰς τὸ στῆθος ἀπήρεισεν. ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἐποίησε· τῷ γὰρ ἅλατι τῷ πνευματικῷ τὴν ψυχὴν ἠρτυμένος ἦν· διόπερ οὐδὲν ἔπραττεν εἰκῇ καὶ
E μάτην, ἀλλὰ πάντα κρίσει λογισμῶν ὀρθῇ, καὶ μετὰ καταστάσεως ὑγιοῦς· οὐ καθάπερ οἱ παρ' Ἕλλησι σοφοὶ, οἳ συμμέτρως μὲν οὐδέποτε, πανταχοῦ δὲ, ὡς εἰπεῖν, ἢ πλέον ἢ ἔλαττον [b] τοῦ δέοντος παῤῥησιάζονται· ἵνα ἀνδρείας μὲν οὐδαμοῦ, παθῶν δὲ ἀλογίστων δόξαν λάβωσι πανταχοῦ, ἐν οἷς μὲν ὑστέρησαν, δειλίας, ἐν οἷς δὲ ὑπερέβησαν, ἀλαζονείας καὶ φιλοδοξίας παρὰ πᾶσιν

a Morel. καί τοι γε ἐνῆν, εἴπερ ἐβούλετο καὶ περαιτέρω προελθεῖν· τῷ γὰρ ἀπαγορεύσαντι τὸ ζῆν. Reg. unus, ἐβούλετο περαιτέρω προελθεῖν. οὐ γάρ. Mox Reg. unus & Savil. τὴν ἀρχὴν προσελθεῖν ἐπῆλθεν, εἰ μὴ τοιούτοις ἑαυτὸν ὥπλισε λογ- Reg. alius, τὴν ἀρχὴν προσελθεῖν ἦν, οὐδ' εἰ μὴ τοιούτοις ἑαυτόν. Infra Savil. & unus Cod. καθελεῖν ἐκ τῆς κεφ-

b Unus, τοῦ εἰκότος. Paulopost Savil. & unus Regius, ἀλογίστων ἀλογίστων δόξαν.

E tur, necnon multitudo ita concurrentium virorum, nec minus, quam illa, beati hujus viri etiam post obitum præclara gesta. Postquam enim ita ut mandaverat sepultus est, longumque tempus post sepulturam effluxit, ita ut ossa tantum & pulvis in tumulo remaneant, visum est cuidam ex iis, qui postea imperaverunt, in hoc suburbium Daphnen capsam adduci: idque, visum est, Deo Imperatoris animum ad eam rem movente. Cum enim videret locum adolescentium lascivia, ceu quadam tyrannide obsessum, ita ut peri-

SS. Martyrum miracula.

[a] Sic Savil. & duo MSS. Morel. vero, τῷ γενναίῳ κατορθώματι Βαβύλᾳ.

culum esset, ne ab honestioribus, iisque qui probe vivere vellent, prorsus desereretur, misericordia motus super hujusmodi damno, misit qui contumeliam vindicaret. Deus enim locum illum amœnum & amabilem reddidit, & aquarum copia ac specie, & natura soli atque tempestatum temperie; non solum ut inde recrearemur, sed ut etiam ea de re optimum opificem celebraremus. Salutis porro nostræ inimicus, qui Dei donis semper in contrarium abutitur, corruptorum juvenum turbæ, dæmonumque domiciliis occupatum ab se locum, addicens, turpi fabula famam ejus dehonestavit, quâ fabulâ suburbii gratia dæmoni consecrabatur. Fabula autem hujusmodi est. Daphne puella erat, filia Ladonis fluvii: nam erronibus illis mos semper fuit fluvios gignentes inducere, prolem eorum in res sensu carentes mutare, & multa hujusmodi portentosa fingere. Hanc porro puellam admodum formosam Apollinem quondam vidisse narrant, ejusque amore captum fuisse; insequentem ut caperet, fugisse puellam, & in hoc suburbio substitisse. Tum matrem ejus opem tulisse filiæ, ne injuriam pateretur, atque aperto statim gremio virginem excepisse, ac pro puella plantam ejusdem nominis edidisse: Lascivumque amatorem amoribus suis fraudatum, arborem complexum esse, ac tum plantam tum locum ipsum sibi proprium effecisse: hinc considere in loco semper, eumque cæteris, quæ per orbem sunt, anteferre, ac præ omnibus diligere. Aiunt item regem qui tunc imperabat, templum & aram construxisse, quo posset dæmon insaniam suam per eum locum consolari. Hæc est fabula, damnum vero ex fabula exortum non jam fabula fuit. Postquam enim juvenes lascivi suburbii pulcritudinem contaminarunt, ut dictum est, ibidem in comessationibus & ebrietate victitantes, ut hoc malum in dies propagaretur, diabolus fabulam effinxit, dæmonemque ibi constituit, ut hæc historia majus illis lasciviæ & impietatis incendium pararet. Ad tanta igitur tollenda mala, hunc sapientissimum modum excogitavit Imperator, ut Sanctum illum transferret, & medicum ægris mitteret. Nam si jussione & auctoritate imperatoria civibus iter ad suburbium interdixisset, id tyrannicum, imo crudelitatis feritatisque plenum visum esset: sin probos modestosque solum adire permisisset, lascivis autem intemperantibusque aditum interclusisset, difficultatis plenum fuisset decretum, unde quotidie lites oboriri necesse erat, dum singulorum vita disquireretur. Itaque sancti viri præsentiam hisce malis optimum exitum allaturam esse putavit: Martyrem quippe solvendæ dæmonis potentiæ, juvenumque luxui emendando parem esse intelligebat, neque spe lapsus est. Statim enim atque Daphnen quis advenit, & a suburbii limine

Daphnes historia.

A τοῖς σεμνοτέροις, καὶ ἐπιεικῶς βουλομένοις βιοῦν, ἐλεήσας αὐτὸ τῆς ἐπηρείας, ἔπεμψε τὸν ἀμυνοῦντα τὴν ὕβριν. ὁ μὲν γὰρ Θεὸς αὐτὸ καλόν τε καὶ ἐπέραστον εἰργάσατο, καὶ τῇ τῶν ὑδάτων ἀφθονίᾳ, καὶ ὥρᾳ, καὶ τῇ φύσει τῆς γῆς, καὶ τῇ τῶν ὡρῶν εὐμοιρίᾳ, οὐχ ἵνα ἁπλῶς ἀναπαυώμεθα, ἀλλ' ἵνα καὶ ὑπὲρ τούτου τὸν ἀριστοτέχνην δοξάζωμεν. ὁ δὲ τῆς σωτηρίας ἡμῶν ἐχθρὸς, καὶ εἰς τοὐναντίον ἀεὶ καταχρώμενος ταῖς τοῦ Θεοῦ δωρεαῖς, τῷ πλήθει τῶν διεφθαρμένων νέων, καὶ ταῖς τῶν δαιμόνων οἰκήσεσι τὸ χωρίον προκαταλαβὼν, ἐπεφήμισεν αὐτῷ τινα καὶ μῦθον αἰσχρὸν, ὥστε ἀναθεῖναι διὰ τούτου τῷ δαίμονι τοῦ προαστείου τὴν χάριν· ὁ δὲ μῦθος τοιοῦτος ἦν. B τὴν Δάφνην κόρην οὖσάν φησι, καὶ θυγατέρα τοῦ Λάδωνος ποταμοῦ· καὶ γὰρ ποταμοὺς γεννῶντας εἰσάγειν, καὶ τὰ γεννώμενα εἰς ἀναίσθητα μεταβάλλειν, καὶ πολλὰ τοιαῦτα αὐτοῖς τερατεύεσθαι ἔθος ἀεὶ τοῖς πλανωμένοις. ταύτην οὖν τὴν κόρην εὔμορφον οὖσαν ἰδεῖν ποτε τὸν Ἀπόλλω φασὶ, καὶ ἰδόντα παθεῖν τι πρὸς αὐτὴν, καὶ παθόντα διώκειν ὥστε ἑλεῖν, τὴν δὲ φεύγειν, καὶ φεύγουσαν ἐπιστῆναί τε τῷ προαστείῳ· καὶ τὴν μητέρα τὴν ὕβριν ἀμῦναι ταύτην αὐτῇ, διαστῆναί τε γὰρ εὐθέως καὶ δέξασθαι τὴν παρθένον, καὶ ἀντὶ τῆς παιδὸς ἀναδοῦναι φυτὸν [a] ἐπώνυμον τῇ παιδὶ, τὸν δὲ ἀκόλαστον C ἐραστὴν ἀποτυχόντα τῶν παιδικῶν, περιπλακῆναί τε τῷ δένδρῳ, καὶ οἰκειώσασθαι καὶ τὸ φυτὸν, καὶ τὸν τόπον, καὶ προσεδρεύειν τῷ χωρίῳ λοιπὸν, καὶ τοῦτο πάσης τῆς γῆς μάλιστα ἀσπάζεσθαι καὶ φιλεῖν· κελεῦσαί τε τὸν βασιλεύοντα τότε, νεὼν αὐτῷ δείμασθαι καὶ βωμὸν, ἵν' ἔχῃ παραμυθεῖσθαι διὰ τοῦ τόπου τὴν μανίαν ὁ δαίμων. καὶ ὁ μὲν μῦθος οὗτος, ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ μύθου γινομένη βλάβη, οὐκέτι μῦθος ἦν. ἐπειδὴ γὰρ οἱ τῶν νέων ἀκόλαστοι φθάσαντες, ὅπερ ἔφην, ὕβρισαν εἰς τὸ τοῦ προαστείου κάλλος, ἐπὶ D κώμοις καὶ μέθαις τὰς ἐκεῖ ποιούμενοι διατριβὰς, βουλόμενος τοῦτο ἐπιδοθῆναι τὸ κακὸν ὁ διάβολος, τόν τε μῦθον ἔπλασε, καὶ τὸν δαίμονα κατῴκισεν, ὡς καὶ ἀσελγείας καὶ ἀσεβείας ὑπέκκαυμα γενέσθαι μεῖζον τὴν ἱστορίαν ταύτην αὐτοῖς. πρὸς δὴ τὴν λύσιν τῶν τοσούτων κακῶν, εὗρε ταύτην τὴν σοφωτάτην μηχανὴν ὁ βασιλεὺς, τὸ μετοικίσαι τε τὸν ἅγιον, καὶ πέμψαι τὸν ἰατρὸν πρὸς τοὺς κάμνοντας. διατάξει μὲν οὖν καὶ αὐθεντίᾳ βασιλικῇ τὴν εἰς τὸ προάστειον ἐκκόπτειν ὁδὸν τοῖς [b] τὴν πόλιν οἰκοῦσιν, ἐδόκει τυραννίδος ἔργον εἶναι μᾶλλον καὶ ὠμότητος καὶ ἀγροικίας E πολλῆς· εἰ δὲ προσέθηκεν ὅτι οἱ μὲν ἐπιεικέστεροι καὶ μετριώτεροι ἀναβαινέτωσαν, οἱ δὲ ἀσελγεῖς καὶ ἀκόλαστοι κωλυέσθωσαν, ἄπορον ἦν τὸ ἐπίταγμα, καὶ δίκας ἐχρῆν καθ' ἑκάστην γίνεσθαι τὴν ἡμέραν, τῆς ἑκάστου κρινομένης ζωῆς· μόνην δὲ τῶν τοσούτων δεινῶν διέξοδον ἀρίστην, τὴν τοῦ μακαρίου γενέσθαι παρουσίαν. τήν τε γὰρ τοῦ δαίμονος καταλῦσαι δύναμιν, καὶ τὴν τῶν νέων ἐπιστρέψαι διάχυσιν, ἱκανὸν εἶναι τὸν μάρτυρα, καὶ οὐκ ἐσφάλη τῆς ἐλπίδος. ἅμα τε γὰρ ἐφίσταταί τις τῇ Δάφνῃ, καὶ τὸ μαρτύριον

[a] Sic Savil. & MSS. Morel. vero ὁμώνυμον.

[b] Savil. & MSS. τὴν πόλιν. Morel. perperam, τὴν οἰκουμένην.

εὐθέως ἀπὸ τῶν τοῦ προαστείου προθύρων ἰδὼν, συστέλλεται, καθάπερ τις νέος ἐν συμποσίῳ παιδαγωγὸν θεασάμενος ἐφεστῶτα καὶ παρακελευόμενον διὰ τῆς ὄψεως ἐν τάξει τῇ προσηκούσῃ πίνειν τε καὶ ἐσθίειν, καὶ φθέγγεσθαι, καὶ γελᾶν, φυλαττόμενον μή που τὸ μέτρον ὑπερβὰς, τὴν δόξαν αἰσχύνῃ τὴν ἑαυτοῦ· γενόμενος δὲ ὑπὸ τῆς ὄψεως εὐλαβέστερος, καὶ τὸν μακάριον φαντασθεὶς, πρὸς τὴν λάρνακα εὐθέως ἐπείγεται, καὶ ἐλθὼν ἐκεῖ, μείζονά τε προσλαμβάνει φόβον, καὶ πᾶσαν ὀλιγωρίαν ἐκβαλὼν, καὶ γενόμενος [a] πτηνὸς, οὕτως ἄπεισι. Καὶ τοὺς μὲν ἐκ τῆς πόλεως ἀνιόντας δεχόμενος ἀπὸ τῆς ὁδοῦ, μετὰ τοιαύτης σωφροσύνης παραπέμπει πρὸς τὴν τῆς Δάφνης ἀνάπαυσιν, μόνον οὐκ ἐκείνην αὐτοῖς ἐπιβοῶν τὴν φωνὴν, Ἀγαλλιᾶσθε τῷ Κυρίῳ ἐν τρόμῳ, καὶ τὸ ἀποστολικὸν προστιθεὶς, Εἴτε ἐσθίετε, εἴτε πίνετε, εἴτε τι ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖτε· τοὺς δὲ εἰς τὴν πόλιν κατιόντας μετὰ τὴν [b] τρυφὴν, εἰ συμβαίη ῥαθυμότερον διατεθέντας ἀποῤῥῖψαι τὸν χαλινὸν, καὶ εἰς κραιπάλην, καὶ εἰς ἄτοπον ἐξενεχθῆναι τρυφὴν, δεξάμενος πάλιν μεθύοντας εἰς τὸ αὐτοῦ καταγώγιον, οὐκ ἀφίησι τὴν ἀπὸ τῆς μέθης βλάβην ἔχοντας οἴκαδε ἀπελθεῖν, ἀλλὰ σωφρονίσας τῷ φόβῳ, πρὸς τὴν αὐτὴν ἐπανάγει νῆψιν, ἣν καὶ πρὸ τοῦ τῇ μέθῃ βαπτισθῆναι ἐφύλαττον. Καὶ γὰρ ὥσπερ τις αὔρα λεπτὴ, τοὺς ἐν τῷ μαρτυρίῳ γενομένους διαπνεῖ πάντοθεν, αὔρα οὐκ αἰσθητή τις, οὐδὲ σωμάτων αὐξητικὴ, ἀλλ' εἰς αὐτὴν ἱκανὴ διαδῦναι τὴν ψυχὴν, καὶ καταστέλλουσα πάντοθεν αὐτὴν εὐσχημόνως, καὶ πᾶν γήϊνον περικόπτουσα βάρος, ἀναπαύει τε, καὶ κουφοτέραν ἐργάζεται τὴν βεβαρημένην καὶ καταπίπτουσαν.

Καὶ τὸ μὲν τῆς Δάφνης κάλλος καὶ τοὺς ῥαθυμοτέρους ἐκκαλεῖται πρὸς ἑαυτήν· ὁ δὲ μάρτυς καθάπερ [c] ἐν ἀλείᾳ τινὶ καθήμενος, καὶ λοχῶν τοὺς εἰσιόντας κατέχει τέως αὐτοὺς, καὶ ῥυθμίσας πρότερον, οὕτως ἀφίησιν, οὐδὲ ὑβριστικῶς, ἀλλὰ σεμνῶς τῇ ἐρωμένῃ χρησομένους λοιπόν. Ἐπειδὴ γὰρ τῶν ἀνθρώπων, οἱ μὲν διὰ ῥαθυμίαν, οἱ δὲ διὰ φροντίδας βιωτικὰς, οὐκ ἐθέλουσιν εἰς τὰς τῶν μαρτύρων θήκας ἀπαντᾷν, ᾠκονόμησεν ὁ Θεὸς τούτῳ σαγηνεύεσθαι τῷ τρόπῳ, καὶ τῆς θεραπείας αὐτοὺς ἀπολαύειν τῆς ἐν τῇ ψυχῇ· καὶ γίνεται παρόμοιον ὥσπερ ἂν εἴ τις τὸν κάμνοντα ὠφέλιμα φάρμακα προσίεσθαι μὴ καταδεχόμενον, μεθοδεύσειεν ἡδύσματι τὸ φάρμακον ἐγκατακρύψας τινί. Τῷ γοῦν χρόνῳ θεραπευόμενοι, εἰς τοῦτο κατέστησαν, ὡς μηκέτι τὴν τρυφὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἁγίου τὴν ἐπιθυμίαν τῆς ἐπὶ τὸ προάστειον ἀνόδου πρόφασιν γίνεσθαι τοῖς πολλοῖς· μᾶλλον δὲ οἱ μὲν ἐπιεικέστεροι, διὰ τοῦτο μόνον ἐκεῖσε ἔρχονται, οἱ δὲ ἐκείνων ἐλάττους δι' ἀμφότερα, οἱ δὲ ἔτι τούτων ἀπελέστερον διακείμενοι, διὰ μόνην μὲν ἀναβαίνουσι τὴν τρυφήν· ἐπειδὰν δὲ παραγένωνται, καλέσας αὐτοὺς ὁ μάρτυς καὶ ἑστιάσας τοῖς αὐτοῦ, καὶ καθοπλίσας καλῶς, οὐδὲν ἀφίησι δεινὸν παθεῖν, καὶ ἔστιν ὁμοίως θαυμαστὸν τὸ ἐκεῖ γενόμενον, σωφρονῆσαί τινα τῶν ἁβρῶν καὶ ῥαθύμων, καὶ οἷον ἐκ μέσης μανίας ἀνενεγκεῖν, ἢ εἰς κάμινον ἐμπεσόντα μηδὲν ὑπὸ

A Martyrium conspicit, sic reprimitur, ac si quis juvenis in convivio pædagogum adstantem intuens, atque oculo præcipientem, ut decore servato bibat, comedat, loquatur, rideat, caveatque ne modum excedens, existimationem suam dehonestet: aspectuque tali religiosior factus, beatumque illum animo sibi repræsentans, ad capsam statim properat, quo cum pervenerit, majore afficitur metu: mox ignavia procul abacta, ceu volatilis effectus, ita discedit. Atque eos, quos ex urbe ascendentes in via offendit, pari B cum temperantia Daphnen recreatum remittit; tantum non vocem illam inclamans, *Exsultate Domino in tremore*, illudque Apostolicum adjiciens, *sive manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia ad gloriam Dei facite*. (Psal. 2. 11. 1. Cor. 10. 31.) Eos autem qui sumto cibo in urbem descendunt, si contingat excusso freno segnius egisse, atque in crapulam absurdasque delicias delapsos esse, eos, inquam, ebrios in diversorio suo exceptos, non sinit ebrietatis damno affectos domum abire, sed incusso timore ad eamdem temperantiam adducit, quam servabant ante, quam in ebrietatem demergerentur. Etenim quasi tenuis quædam aura eos, qui in Martyrio fuerunt, C undique perflat; aura, inquam, non sensibilis, nec augendo corpori apta, sed quæ in ipsam animam penetret, eamque undique decenter componat, omnem terrenam molem præscindat, eamque aggravatam & labentem recreet, ac leviorem reddat.

13. Et quidem Daphnes pulcritudo vel segniores ad se illicit. Martyr vero ceu in piscatu quodam sedens, ac ingredientibus insidias parans, eos interim detinet, illos prius decenter affectos, sic remittit, ut amata non contumeliose, sed temperanter in posterum utantur. Quia enim ex homi- D nibus alii segnitie, alii sæcularibus curis abducti, nolunt Martyrum thecas adire; ideo providit Deus ut hoc irretirentur modo, & animæ curatione medelaque fruerentur. Et perinde accidit ac si quis ægrum congruentia remedia admittere nolentem, pharmacum dulci condimento obductum offerens, deciperet. Sic igitur paulatim ad sanitatem reducti, eo perveniunt, ut non jam deliciæ solum, sed etiam Sancti desiderium, suburbium adeundi occasio sit multis; imo vero qui modestiores sunt, hac una de causa illo accedunt: qui in minori gradu, utriusque rei causa; qui ve- E ro his etiam imperfectiores sunt, ob delicias tantum eo ascendunt. Cum autem eo advenerint, accitos Martyr cum suis epulis exceperit, optima munitos armatura, non sinit quidpiam mali pati. Perindeque mirum est, mollem & socordem aliquem temperantem reddere, & quasi ex media insania reducere, ut illic efficitur, ac si quis in fornacem illapsus nihil ex igne

[a] πτηνὸς, aliqui ad marg. habent, πετεινὸς, glossematis more.
[b] Alii, τροφὴν, alii, τρυφήν.
[c] Savil. & Morel. ἐν ἀλείᾳ τινὶ, unus Codex, ἐν αὐλίᾳ τινὶ, alius, ἐν αὐλίῳ τινί. Mox quidam MSS. & Savil. κατέχει τε, & paulo post, οὐχ ὑβριστικῶς.

damni pateretur. Nam dum juventus, petulans audacia, vinum, satietas qualibet flamma vehementius cogitationem invadunt, ros a Beato viro immissus per oculos in ipsam descendens animam, flammam sopit, incendium exstinguit, magnamque pietatem in animum instillat. Sic igitur sanctus ille lasciviæ tyrannidem solvit. Quo autem pacto dæmonis potestatem exstinxit? Primo quidem tum sedem eorum illam, tum fabulæ noxam inutilem reddidit, deindeque dæmonem prorsus exegit. Verum antequam ejectionis modum dicam, illud vos animadvertere rogo, eum scilicet, non statim atque advenit dæmonem expulisse, sed manentem illum agendis rebus ineptum reddidisse, osque illi obturasse, ita ut plusquam lapides mutum ipsum redderet: nec minus erat manentem superare, quam expellere. Ac qui prius omnes ubique homines decipiebat, ne cinerem quidem beati Babylæ respicere audebat: tanta est Sanctorum potestas, quorum viventium ne umbras quidem, neque vestimenta ferunt; mortuorum vero capsas tremunt. Itaque si quis Apostolorum gestis fidem non habet, his saltem conspectis impudentiam tandem ponat. Nam qui omnia, quæ Gentilium erant, olim vicerat, a Martyre tamquam ab hero increpatus latrandi finem fecit, nec ultra loquutus est. Ac primo quidem videbatur, quod sacrificiorum cæterique cultus particeps non esset, id facere. Hic enim dæmonum mos est: cum homines nidore, fumo sanguineque ipsos colunt, tamquam canes sanguinarii & voraces lambendi causa adsunt; cum autem rursus nemo quidquam præbet hujusmodi, quasi fame pereunt. Dum sacrificia offeruntur, dum turpia celebrantur mysteria; nihil enim aliud sunt Gentilium mysteria, quam obscœni amores, puerorum contumelia, adulteria, domorum subversiones; mitto nunc cædium sinistros mores, ac ipsis cædibus iniquiores cœnas, dum hæc, inquam, celebrantur adsunt & lætantur: etiamsi malefici, etiamsi præstigiatores, etiamsi pestes sint, qui talia peragunt mysteria; imo vero non alii sunt qui hæc administrant. Sapiens enim vir, probus atque modestus nec comessationem nec ebrietatem admittit, nec obscœnum verbum emittit, neque alium talia proferentem audire vult. Atqui oportebat, si de hominum virtute solicitus esset, & si sequacium suorum felicitatem vel tantillum curaret, nihil potius requirere, quam vitam optimam, morumque probitatem, atque illas omnes turpissimas dapes relinquere. Sed quia hominum pernicie nihil ipsis optatius est, iis lætantur seseque honorari dicunt, quæ vitam nostram subvertere, omniaque bona funditus evellere solent.

A τοῦ πυρὸς παθεῖν. τῆς τε γὰρ νεότητος, καὶ τῆς τόλμης τῆς ἀλόγου, καὶ τοῦ οἴνου, καὶ τῆς πλησμονῆς φλογὸς χαλεπώτερον περιϊσταμένων τοὺς λογισμοὺς, ἡ παρὰ τοῦ μακαρίου δρόσος διὰ τῶν ὄψεων εἰς τὴν τῶν ὁρώντων καταβαίνουσα ψυχὴν, τήν τε φλόγα ἐκοίμισε, καὶ τὸν ἐμπρησμὸν ἔστησε, καὶ πολλὴν τῆς διανοίας κατέσταξε τὴν εὐλάβειαν. καὶ τὴν μὲν ἀσελγείας τὴν τυραννίδα οὕτως ὁ μακάριος κατέλυσε· πῶς δὲ καὶ τοῦ δαίμονος τὴν δύναμιν ἔσβεσε; πρῶτον μὲν τούτοις αὐτοῖς ἄπρακτον αὐτοῦ καὶ τὴν προεδρείαν, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ μύθου βλάβην ἐργασάμενος, ὕστερον δὲ καὶ αὐτὸν ἀπελάσας τὸν δαίμονα. B πρὶν ἢ δὲ τὸν τρόπον τῆς διώξεως εἰπεῖν, ἐκεῖνο ὑμᾶς ἐπισημειώσασθαι ἀξιῶ, ὅτι οὐκ εὐθέως αὐτὸν ἀνελθὼν ἐξέβαλεν, ἀλλὰ μένοντα εἰργάσατο ἄπρακτον, καὶ ἐπεστόμισε, καὶ τῶν λίθων ἀπέφηνεν ἀφωνότερον· τοῦ δὲ ἀπελάσαι, τὸ μένοντος περιγενέσθαι οὐκ ἔλαττον ἦν, καὶ ὁ πάντας πανταχοῦ πρότερον ἀπατῶν, οὐδὲ πρὸς τὴν κόνιν ἀντιβλέψαι ἐτόλμησε τοῦ μακαρίου Βαβύλα, τοσαύτη τῶν ἁγίων ἡ δύναμις, ὧν ζώντων μὲν οὐδὲ τὰς σκιὰς φέρουσιν, οὐδὲ τὰ ἱμάτια, τελευτησάντων δὲ καὶ τὰς λάρνακας τρέμουσιν. ὥστε εἴ τις ἀπιστεῖ τοῖς ὑπὸ τῶν ἀποστόλων γεγενημένοις, τὰ παρόντα θεωρῶν παυέσθω τῆς ἀναισχυντίας ποτέ. ὁ γὰρ πάντα τὰ τῶν Ἑλλήνων· [a] πάλαι C νικῶν, καθάπερ ὑπὸ δεσπότου τοῦ μάρτυρος ἐπιτιμηθεὶς, ἐπαύσατο τῆς ὑλακῆς, καὶ οὐδὲν ἐφθέγγετο. καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐδόκει, διὰ τὸ μὴ μετέχειν θυσιῶν, καὶ τῆς ἄλλης θεραπείας, τοῦτο ποιεῖν. τοιοῦτος γὰρ ὁ τῶν δαιμόνων τρόπος, ὅτ' ἂν μὲν τῇ κνίσῃ, καὶ τῷ καπνῷ, καὶ τοῖς αἵμασιν αὐτοὺς θεραπεύωσι, καθάπερ κύνες αἱμοβόροι καὶ λίχνοι παραγίνονται λάψοντες· ὅτ' ἂν δὲ μηδεὶς ὁ ταῦτα παρέχων ᾖ, καθάπερ τινὶ λιμῷ διαφθείρονται. καὶ τῶν μὲν θυσιῶν, καὶ τῶν αἰσχρῶν ἐπιτελουμένων τελετῶν· D οὐδὲν γὰρ αὐτῶν ἕτερον τὰ μυστήρια, ἀλλ' ἢ ἔρωτες ἄτοποι, καὶ παίδων ὕβρεις, καὶ γάμων διαφθοραὶ, καὶ οἰκιῶν ἀνατροπαί· τῶν γὰρ φόνων [b] τοὺς σκαιοὺς τρόπους, καὶ τὰ τῶν φόνων ἀνομώτερα δεῖπνα ἀφίημι νῦν· ἀλλ' ὅμως τούτων μὲν τελουμένων πάρεισι καὶ εὐφραίνονται, κἂν κακοῦργοι, κἂν γόητες, κἂν λοιμοὶ οἱ ταῦτα τελοῦντες ὦσι· μᾶλλον δὲ οὐδέ εἰσιν ἕτεροί τινες οἱ ταῦτα διακονούμενοι. σώφρων γὰρ ἀνὴρ καὶ ἐπιεικὴς καὶ σεμνὸς οὐκ ἂν ἀνάσχοιτο κώμου καὶ μέθης, οὐδὲ ῥῆμα αἰσχρὸν οὔτε αὐτὸς ἐκβαλεῖν, οὔτε ἑτέρου τινὸς τοιαῦτα ἀσχημονοῦντος ἀκοῦ- E σαι. καίτοι γε ἐχρῆν εἰ τῆς ἀρετῆς ἐπεμελεῖτο τῆς ἀνθρωπίνης, καὶ τῆς εὐζωΐας τῶν προσκειμένων αὐτῷ λόγον εἶχε βραχὺν, μηδὲν πλέον βίου ζητεῖν ἀρίστου, καὶ τρόπων ὀρθότητος, καὶ τὴν ἀσχήμονα πᾶσαν ἐκείνην ἀφεῖναι θοίνην. ἀλλ' ἐπειδὴ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀπωλείας αὐτοῖς οὐδὲν προτιμότερον, τούτοις καὶ τέρπονται καὶ τιμᾶσθαι λέγουσιν, ἃ τὸν βίον ἀνατρέπειν εἴωθε τὸν ἡμέτερον, καὶ πάντα ἐκ βάθρων ἀνασπᾶν τὰ καλά.

[a] Savil. in textu, πάλαι χυχῶν, Morel. Savil. in marg. & alii, πάλαι νικῶν.
[b] Morel. & Savil. in marg. atque unus Codex, τοὺς σκαιοὺς τρόπους, Savil. in textu & alius, τοὺς καινοὺς τρόπους, alius, τοὺς κενοὺς. Infra, duo MSS. δι' εἰκόται τοῦτο.

A Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐδόκει καὶ αὐτὸς διὰ τοῦτο σιγᾷν, ἠλέγχετο δὲ ὕστερον ἰσχυρᾷ πεπεδημένος ἀνάγκῃ. ὁ γὰρ ἀναγκάζων φόβος αὐτὸν ἀντὶ χαλινοῦ τινος ἐπικείμενος ἐκώλυε τῇ συνήθει χρῆσθαι κατὰ τῶν ἀνθρώπων ἀπάτῃ. πόθεν τοῦτο δῆλον; ἀλλὰ μὴ θορυβηθῆτε· πρὸς γὰρ αὐτὴν βαδιοῦμεν τὴν ἀπόδειξιν, μεθ' ἣν οὐδὲ τοῖς μεμελετηκόσιν ἀναισχυντεῖν ἐξέσται τοῦτο ποιεῖν, οὐ περὶ τῶν παλαιῶν ἐκείνων, οὐ περὶ τῆς τοῦ μάρτυρος δυνάμεως, οὐ περὶ τῆς τοῦ δαίμονος ἀσθενείας. οὐδὲ γὰρ δέομαι στοχασμοῖς τισι, καὶ δι' εἰκότων τοῦτο ποιῆσαι φανερὸν, ἀλλ' αὐτὴν τοῦ δαίμονος τὴν ὑπὲρ τούτων παρέξομαι μαρτυρίαν. αὐτὸς γὰρ ὑμῖν καιρίαν ἔδωκε τὴν πληγὴν, καὶ τὴν B παῤῥησίαν ὑμῶν πᾶσαν ἐξέκοψεν. ἀλλὰ μὴ ὀργίζεσθε αὐτῷ· οὐ γὰρ ἑκὼν τὰ αὐτοῦ κατέβαλεν, ἀλλὰ ἀναγκαζόμενος ὑπὸ μείζονος δυνάμεως τοῦτο ἔπραττε. πῶς δὲ τοῦτο γέγονε, καὶ τίς ὁ τρόπος; τοῦ βασιλέως τελευτήσαντος τοῦ τὸν [a] μάρτυρα μεταθέντος, ἀδελφὸν τὸν ἐκείνου παρήγαγεν εἰς μέσον διαδεξόμενον τὴν ἀρχὴν, ὁ καὶ ἐκείνῳ πρότερον δοὺς τὴν τιμήν· καὶ δέχεται χωρὶς τοῦ διαδήματος τὴν βασιλείαν οὗτος. τοσοῦτον γὰρ καὶ τῆς τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ τετελευτηκότος ἐξουσίας τὸ μέτρον ἦν· γόης δὲ ὢν καὶ μιαρὸς, τὸ μὲν πρῶτον τὰ τοῦ Χριστοῦ φρονεῖν [b] ὑπεκρίνατο, διὰ τὸν τὴν ἀρχὴν αὐτῷ δεδωκότα· ὡς δὲ C καὶ οὗτος τὸν βίον μετήλλαξε, ῥίψας τὸ προσωπεῖον λοιπὸν, γυμνῇ τῇ κεφαλῇ, ἣν πάλαι ἔχων δεισιδαιμονίαν ἔκρυπτε, ταύτην εἰς μέσον ἐξήγαγε, καὶ πᾶσιν ἐποίησε φανερὰν, καὶ προστάγματα πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης κατέπεμπε, τοὺς ναοὺς ἐπισκευάζεσθαι τῶν εἰδώλων, τοὺς βωμοὺς ἀνίστασθαι, τὰς παλαιὰς τοῖς δαίμοσιν ἀποδίδοσθαι τιμὰς, προσόδους αὐτοῖς γίνεσθαι πολλὰς πολλαχόθεν. ἐντεῦθεν μάγοι, καὶ γόητες, καὶ μάντεις, καὶ οἰωνοσκόποι, καὶ [c] μηναγύρται, καὶ πάσης ἐργαστήρια μαγγανείας πάντοθεν ἀπὸ τῆς οἰκουμένης συνέτρεχον, καὶ ἦν ἰδεῖν τὰ βασίλεια ἀνδρῶν ἀτίμων καὶ φυγάδων πληρούμενα. D οἱ μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ λιμοῦ πάλαι διαφθειρόμενοι, οἱ δὲ ἐπὶ ταῖς φαρμακείαις, καὶ [d] ταῖς κακουργίαις ἑάλωσαν, δεσμωτήριά τε οἰκοῦντες, καὶ μέταλλα ἐργαζόμενοι, ἄλλοι δὲ ἐξ ἐπιτηδευμάτων αἰσχρῶν μόλις δυνάμενοι διαζῆν, ἱερεῖς καὶ ἱεροφάνται ἀναφανέντες ἐξαίφνης ἐν πολλῇ ἦσαν τῇ τιμῇ. καὶ ὁ βασιλεὺς στρατηγοὺς μὲν καὶ ἄρχοντας παρεπέμπετο, καὶ οὐδενὸς ἠξίου λόγου, ἄνδρας δὲ ἡταιρηκότας, καὶ τὰς ἀπὸ τοῦ τέγους γυναῖκας ἀναστήσας ἀπὸ τῶν οἰκημάτων, ἐν οἷς προεστήκεσαν, μεθ' ἑαυτοῦ τὴν πόλιν ἅπασαν περιῆγε, καὶ τοὺς στενωπούς. καὶ ὁ μὲν ἵππος ὁ βασιλικὸς, καὶ οἱ δορυφόροι πάντες, ὄπισθεν ἐκ πολλοῦ τοῦ διαστήματος εἵποντο· πορνοβοσκοὶ δὲ ἄνδρες καὶ E γυναῖκες προαγωγοὶ, καὶ πᾶς ὁ τῶν ἡταιρηκότων χορὸς τὸν βασιλέα κυκλώσαντες εἶχον ἐν μέσῳ διὰ τῆς ἀγορᾶς βαδίζοντες, καὶ τοιαῦτα φθεγγόμενοι, καὶ οὕτως ἀνακαγχάζοντες, ὡς τοὺς ἐκ τῆς ἐργασίας ἐκείνης εἰκὸς ἦν. ταῦτα δὲ οἴδαμεν, ὅτι τοῖς μεθ' ἡμᾶς γενησομένοις ἄπιστα εἶναι δόξει, διὰ τὴν τῆς ἀτοπίας ὑπερβολήν. οὐδὲ γὰρ ἂν ἰδιώτην τῶν εὐτελῶς καὶ αἰσχρῶς βεβιωκότων ἑλέσθαι

14. Primo quidem videbatur hic quoque dæmon ideo tacere; sed ut postea palam factum est, violenta necessitate præpeditus erat: metus enim imminens instar freni, ne solita contra homines fraude uteretur, impediebat. Unde hoc liquet? Sed ne turbemini; nam ad id demonstrandum propero, postea vero ne iis quidem, qui impudenter agere meditantur, id licebit, non circa vetera illa id præstare poterunt, non circa Martyris potestatem, non circa dæmonum infirmitatem. Non conjecturis, non verisimilitudine ad id demonstrandum opus habeo, sed B ipsum dæmonis super his testimonium exhibebo. Ipse enim lethalem vobis plagam inflixit, vestramque omnem fiduciam præcidit. At vos ne illi succenseatis, non enim sponte res suas prostravit, sed majori coactus virtute id effecit. Id vero quo modo, & qua ratione factum est? Mortuo eo Imperatore, qui Martyrem transtulerat, fratrem ejus imperium suscepturum, in medium produxit is, qui illi hunc honorem contulerat: atqui hic sine diademate Imperium accipit: par enim erat etiam defuncto fratri dignitatis mensura. Cum autem hic præstigiator ac scelestus esset, primo quidem ejus gratia qui sibi principa- C tum dederat Christianum se esse simulavit. Illo autem vita functo, abjecta larva, perfricta fronte, quam antea intus celaverat superstitionem in medium productam nemini non manifestam fecit: tum mandata ubique terrarum mittebantur, ut idolorum templa instaurarentur, aræ excitarentur, pristini dæmonibus honores redderentur, * multi ad illos concursus variis ex locis fierent. Hinc magi, præstigiatores, vates, haruspices, menagyrtæ, omnesque præstigiarum officinæ undique ex toto orbe concurrebant: videreque erat D regiam ipsam infamibus fugitivisque viris refertam. Nam qui fame olim peribant, qui in maleficiis veneficiisque deprehensi, qui carceri mancipati, qui ad metalla damnati fuerant; alii quoque qui sordidis artibus victum parare vix poterant, sacerdotes & sacri vates statim effecti, magno in honore erant. Et Imperator quidem duces ac præfectos missos faciebat, nihilique ducebat, amasios autem viros, meretricesque e fornicibus ubi prostabant eductas, secum per urbem totam & viculos circumducebat: imperatorius autem equus, & prætoriani omnes a tergo procul sequebantur. Lenones & lenæ totusque ama- E siorum cœtus Imperatorem in medio positum circumdantes per forum ambulabant, talia verba jactantes, tales cachinnos effundentes, quales par erat hujusmodi officinæ homines. Scimus porro hæc posteros incredibilia putaturos esse ob absurditatis magnitudinem: neque enim vel privatus homo ex iis qui vilem turpemque vitam duxerunt tam indecore

Dæmon, sive oraculum Apollinis tacet ob præsentiam reliquiarum S. Babylæ.

* Forte multi illis proventus tribuerentur.

Julianus Apost. cultum deorum instaurat.

a Unus Cod. μάρτυρα ἀναγαγόντος.
b Alii, ὑπεκρίνετο. Infra duo MSS. ἣν παλαιὰν ἔχων.
c μηναγύρται, Menagyrtæ erant, qui singulis mensibus Matri magnæ stipem cogebant. De quibus plura in Collectione antiquitatum.
d Savil. & unus, ταῖς κακουργίαις ἁλόντες. Infra alii, ἀναφανέντες ἀθρόως, ἐν. Mox, alii, ἀπεπέμπετο.

palam agere velit. Sed ad eos, qui etiamnum superstites sunt, nulla opus oratione: nam qui præsentes talia viderunt, hæc jam audituri sunt. Ideo enim vivis etiamnum testibus hæc scribo, ne quis me vetera quædam ignorantibus narrantem, magna licentia mentiri existimet. Ex iis enim qui ea viderunt & senes & juvenes adhuc supersunt, quos rogo omnes, ut si quid a me additum fuerit, accedant meque redarguant: sed quod aliquid addiderim, me arguere non possunt, quod omiserim, possunt. Neque enim turpitudinis excessus potest oratione repræsentari. Posteris vero non credituris hoc dixerim, dæmonem illum apud vos, quem Venerem vocatis, non pudere talibus uti ministris. Nihil itaque mirum est si miser ille, qui dæmonum ludibrio sese prorsus addixerat, non pudore afficeretur de quibus ipsi dii, quos ipse coleret, gloriabantur. Jam quis recenseat necromantias, puerorumque cædes? Hæc quippe sacrificia, quæ ante Christi adventum homines offerre ausi sunt, postque ejus adventum cessaverunt, rursum instaurare aggressus est, non quidem palam: etiamsi enim Imperator esset & arbitratu suo omnia faceret, attamen facinoris impietas immanitasque, ejus potestatis magnitudinem superabat. Illud tamen facere ausi sunt.

15. Hic igitur Imperator Daphnen frequenter cum multis donariis ascendens, plurimis oblatis sacrificiis, torrentesque sanguinis ex pecudum mactatione faciens: vehementer instabat oraculum a dæmone quærens, rogansque referri circa ea, quæ in mente versabat. At strenuus ille,

Qui arenæ numerum novit mensuramque maris,
Et surdum intelligit, & mutum audit,

ut ipse ait, noluit quidem aperte palamque dicere, se ob beatum Babylam, vicinamque illam virtutem, obstructo esse ore, ac loqui non posse, veritus ne cultoribus suis risum moveret, neu victus palam deprehenderetur, causam silentii aperuit; imo sese magis ridiculum, quam ipsum silentium, declaravit: nam silentio quidem infirmitatem tantum suam demonstrabat, tum vero infirmitatem simul, turpitudinem & impudentiam præ se ferebat, dum ea occultare quæ occultari non poterant, conaretur. Quænam igitur hæc silentii causa? Daphne, inquit, locus est cadaveribus plenus, idque oraculum impedit. At quanto melius fuisset, miser, Martyris virtutem confiteri, quam hæc impudenter prætexere? Hæc dæmon respondit, stultus autem Imperator, quasi in scena ludens, fabulamque agens, ad beatum statim Babylam accessit. Atqui, ô scelerati ac sceleratissimi, nisi vos mutuo sponteque deciperetis, & ad aliorum perniciem simulatione uteremini; quare tu indiscriminatim cadavera memoras, tu vero quasi

Responsum dæmonis ridiculum.

τοιαῦτα δημοσίᾳ ἀσχημονεῖν. Ἀλλὰ πρὸς μὲν τοὺς ἔτι ζῶντας, οὐδενὸς δέομαι λόγου· οἱ γὰρ παρόντες καὶ θεασάμενοι ταῦτα γινόμενα, οὗτοι καὶ λεγόμενα ἀκούουσι νῦν. A διὰ γάρ τοι τοῦτο τῶν μαρτύρων ἔτι περιόντων γράφω, ἵνα μή τις με τὰ παλαιὰ διηγούμενον ἐν οὐκ εἰδόσι μετὰ πολλῆς ψεύδεσθαι τῆς ἐξουσίας νομίζῃ. τῶν γὰρ ταῦτα θεασαμένων, ἔτι καὶ γέροντες καὶ νέοι περίεισιν, οὓς ἀξιῶ πάντας, εἴ τι παρ' ἐμοῦ προστέθειται, προσιέναι καὶ διελέγχειν. ἀλλὰ προστεθέντα μὲν οὐκ ἂν ἐλέγξαιεν, ἐλλείποντα δὲ μόνον· οὐδὲ γὰρ οἷόν τε πᾶσαν αὐτοῦ τῷ λόγῳ παραστῆσαι τῆς ἀσχημοσύνης τὴν ὑπερβολήν. πρὸς δὲ τοὺς μετὰ ταῦτα ἀπιστήσοντας ἐκεῖνο ἂν εἴποιμι, ὅτι ὁ B δαίμων ὁ παρ' ὑμῖν, ὃν Ἀφροδίτην καλεῖτε, οὐκ αἰσχύνεται τοιούτους ἔχων θεραπευτάς. οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν καὶ τὸν δείλαιον ἐκεῖνον, τὸν ἅπαξ ἑαυτὸν ἐκδεδωκότα τῷ τῶν δαιμόνων γέλωτι, μὴ ἐγκαλύπτεσθαι ἐφ' οἷς οἱ παρ' αὐτῷ θεραπευόμενοι σεμνύνονται θεοί. τί ἄν τις λέγοι τὰς νεκυομαντείας, τὰς τῶν παίδων σφαγάς; αἱ γὰρ θυσίαι ἐκεῖναι αἱ πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας τολμώμεναι, μετὰ δὲ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ καταπαυθεῖσαι ἐτολμῶντο πάλιν, φανερῶς μὲν οὐκέτι· εἰ γὰρ καὶ βασιλεὺς ἦν, καὶ μετ' ἐξουσίας ἅπαντα ἔπραττεν, ἀλλ' ὅμως ἡ τῆς τῶν δρωμένων [a] ἀνοσιότητος ὑπερβολὴ, τῆς ἐξουσίας τὸ μέ- C γεθος ἤλεγχεν· ἐτολμῶντο δ' οὖν ὅμως.

Οὗτος δὴ οὖν ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν Δάφνην συνεχῶς ἀνιὼν μετὰ πολλῶν μὲν ἀναθημάτων, μετὰ πολλῶν δὲ θυσιῶν, καὶ χειμάῤῥους αἱμάτων ἐργαζόμενος ἀπὸ τῆς τῶν θρεμμάτων σφαγῆς, ἐπέκειτο [b] σφοδρῶς τὸν δαίμονα χρησμὸν ἀπαιτῶν καὶ ἀξιῶν ἀναιρεῖν ὑπὲρ τῶν κατὰ γνώμην αὐτῷ. ὁ δὲ γενναῖος ἐκεῖνος,

Καὶ ψάμμου τε ἀριθμὸν εἰδὼς καὶ μέτρα θαλάσσης,
Καὶ κωφοῦ συνιεὶς, καὶ οὐ λαλέοντος ἀκούων,

ὥς φησι, τὸ μὲν D εἰπεῖν διαῤῥήδην καὶ σαφῶς, ὅτι διὰ τὸν ἅγιον Βαβύλαν, καὶ τὴν ἐκ γειτόνων δύναμιν ἐπιστομισθεὶς οὐ δύναμαι φθέγγεσθαι, παρῃτήσατο, δεδοικὼς μὴ γέλωτα παρὰ τοῖς θεραπευταῖς ὄφλῃ τοῖς ἑαυτοῦ· βουλόμενος δὲ συσκιάσαι τὴν ἧτταν, εἶπε πρόφασιν τῆς σιγῆς, ἢ μᾶλλον αὐτὸν καταγελαστότερον ἀπέφηνε τῆς σιγῆς. [c] ἐκείνῳ μὲν γὰρ ἂν τὴν ἀσθένειαν μόνον ἀπεκάλυψε τὴν ἑαυτοῦ, νυνὶ δὲ καὶ τὴν ἀσθένειαν, καὶ τὴν ἀσχημοσύνην, καὶ τὴν ἀναισχυντίαν ἔδειξε τὰ ἀσυσκίαστα συσκιάζειν ἐπιχειρῶν. τίς γὰρ ἡ πρόφασις; νεκρῶν ἐστὶ, φησὶ, τὸ χωρίον ἡ Δάφνη μεστὸν, καὶ τοῦτο κωλύει τὸν χρησμόν. καὶ πόσῳ βέλτιον ἦν, E ὦ δείλαιε, τοῦ μάρτυρος ὁμολογῆσαι τὴν δύναμιν, ἢ οὕτως ἀναίσχυντα προφασίζεσθαι; καὶ ὁ μὲν δαίμων ταῦτα, ὁ δὲ ἀνόητος βασιλεὺς, καθάπερ ἐν σκηνῇ παίζων, καὶ δρᾶμα ὑποκρινόμενος, ἐπὶ τὸν μακάριον εὐθέως ἦλθε Βαβύλαν. καίτοι, ὦ μιαροὶ καὶ παμμίαροι, εἰ μὴ ἀλλήλους ἐξηπατᾶτε ἑκόντες καὶ συνυπεκρίνασθε πρὸς τὴν τῶν λοιπῶν ἀπώλειαν, τί δή ποτε σὺ μὲν λέγεις ἀνωνύμως, καὶ ἀδιορίστως τοὺς νεκροὺς, σὺ δὲ ὡς ὀνόματι,

a Unus Codex habet, ἀνοσιότητος.
b Savil. & duo MSS. σφοδρῶς. Mox unus, ἀξιῶν ἱερεῖν ὑπὲρ τῶν, alius, ἀξιῶν ὑπὲρ τῶν.
c Duo MSS. ἐκείνως.

καὶ

καὶ μετὰ διορισμοῦ τινος ἀκούσας, τῶν ἄλλων ἀφέμενος τὸν ἅγιον μόνον κινεῖς; ἐχρῆν γὰρ κατὰ τὴν τοῦ δαίμονος ἀπόφασιν πάσας ἀνορύττειν τὰς ἐν τῇ Δάφνῃ θήκας, καὶ τὸ μορμολυκεῖον τὸ τῶν θεῶν ὄψεως ἀπάγειν ὡς πορρωτάτω. Ἀλλ' οὐ περὶ πάντων εἶπε τῶν νεκρῶν. τί οὖν τοῦτο οὐ διαῤῥήδην ὡμολόγησεν; ἢ σοι τὸ δρᾶμα ὑποκρινομένῳ τῆς πλάνης τοῦτο ἀφῆκε τὸ αἴνιγμα. ἐγὼ μὲν γὰρ λέγω τοὺς νεκρούς, φησιν, ὥστε μὴ δήλην γενέσθαι τὴν ἧτταν· καὶ ἄλλως γὰρ δέδοικα ὀνομαστὶ τὸν ἅγιον εἰπεῖν, σὺ δὲ νόει τὸ λεχθὲν, καὶ ἀντὶ πάντων κίνει τὸν μάρτυρα. ἐκεῖνος γὰρ ἡμᾶς ἐπεστόμισε· τοσαύτην κατέγνω παραπληξίαν τῶν θεραπευόντων αὐτὸν, ὡς οὕτω φανερὰν ἀπάτην μὴ δυνηθῆναι συνιδεῖν. εἰ γὰρ ἐξεστήκεσαν ἅπαντες, εἰ γὰρ ἐμεμήνεσαν, οὐδ' ἂν οὕτω διέφυγον τὴν τῆς ἥττης κατάγνωσιν, οὕτω φανερὰ πᾶσίν ἐστι καὶ σαφής. Εἰ γὰρ μιασμά τι καὶ μῦσός ἐστιν, ὡς φῂς, τὰ νεκρὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα, πολλῷ μᾶλλον τὰ τῶν ἀλόγων, ὅσῳ καὶ τὸ γένος ἀτιμότερον τοῦ γένους· πολλῶν δὲ καὶ κυνῶν, καὶ πιθήκων, καὶ ὄνων ὀστᾶ πλησίον τοῦ ναοῦ κατορώρυκται, καὶ ταῦτα μᾶλλον ἐχρῆν μετακινεῖν, εἰ μὴ πιθήκων ἀνθρώποις ἀτιμοτέρους ἡγῇ. ποῦ νῦν εἰσιν οἱ τὸ καλὸν τοῦ θεοῦ δημιούργημα, καὶ πρὸς ὑπηρεσίαν ἡμετέραν γεγονὸς τὸν ἥλιον ἐνυβρίζοντες, καὶ τῷ δαίμονι τὸ ἄστρον ἐπιφημίζοντες, καὶ τοῦτο ἐκεῖνον εἶναι λέγοντες; ὁ μὲν γὰρ ἥλιος, μυρίων ἐν τῇ γῇ κειμένων νεκρῶν, ἐκχεῖται κατὰ τῆς οἰκουμένης, καὶ οὐδαμοῦ συστέλλει τὰς ἀκτῖνας, οὐδὲ τὴν ἐκ τούτων ἐνέργειαν διὰ τοὺς μολυσμούς· ὁ δὲ θεὸς ὁ ὑμέτερος, βίους μὲν αἰσχροὺς, καὶ μαγγανείας, καὶ φόνους οὐκ ἀποστρέφεται, οὐδὲ μισεῖ, ἀλλὰ καὶ ἀγαπᾷ, καὶ ἀσπάζεται καὶ φιλεῖ· σώματα δὲ ἐκτρέπεται τὰ ἡμέτερα. καίτοι τὸ μὲν τῆς κακίας εἶδος, καὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς δρῶσιν αὐτὸ μυρίας καταγνώσεως ἄξιον εἶναι δοκεῖ, τὸ δὲ σῶμα τὸ νεκρὸν καὶ ἀκίνητον, οὐδὲ μιᾶς μετέχει μέμψεως καὶ αἰτίας· ἀλλ' αὕτη τῶν δαιμόνων ὑμῶν ἡ προαίρεσις, βδελύττεσθαι μὲν τὰ μὴ βδελυκτὰ, τιμᾶν δὲ καὶ ἀποδέχεσθαι τὰ παντὸς ἄξια μίσους καὶ ἀποστροφῆς. καὶ ἀνὴρ μὲν ἀγαθὸς οὐδὲ βουλεύσασθαί τι χρήσιμον, οὔτε πρᾶξαί τι τῶν δεόντων ὑπὸ σώματος κωλυθήσεται νεκροῦ· ἀλλὰ ἂν ὑγιαίνῃ τὴν ψυχὴν, καὶ παρ' αὐτοῖς οἰκῶν τοῖς τάφοις, καὶ σωφροσύνην καὶ δικαιοσύνην, καὶ πᾶσαν ἐπιδείξεται τὴν ἀρετήν. καὶ χειροτέχνης δὲ ἕκαστος ἀνεμποδίστως τὰ τῆς οἰκείας ἐπιστήμης πάντα ἐργάσεται, καὶ παρέξει τοῖς δεομένοις αὐτοῦ, οὐ πλησίον νεκρῶν καθήμενος μόνον, ἀλλὰ κἂν αὐτὰ τὰ μνήματα τῶν κατοιχομένων [a] οἰκοδομῆσαι δέῃ, καὶ ὁ ζωγράφος, καὶ ὁ λιθοξόος, καὶ ὁ τέκτων, καὶ ὁ χαλκοτύπος, καὶ πάντες τὰ αὐτῶν συνεισφέρουσι· μόνος δὲ πάντων ὁ Ἀπόλλων ὑπὸ τῶν νεκρῶν κωλύεσθαί φησι τὰ μέλλοντα προορᾶν. καὶ μὴν καὶ παρ' ἡμῖν ἄνδρες γεγόνασι μεγάλοι καὶ θαυμαστοὶ, καὶ τὰ πρὸ τετρακοσίων καὶ χιλίων προεῖπον ἐτῶν, καὶ

nominatim & distincte audisses, relictis aliis sanctum solum removes? Oportebat enim secundum dæmonis sententiam omnes in Daphne tumulos effodere, & terriculum illud a deorum aspectu quam longissime removere. At non de omnibus, inquies, cadaveribus loquutus est. Cur ergo id non professus est clare? Sane tibi hanc erroris fabulam agenti hoc ænigma reliquit. Ego, inquit dæmon, cadavera dico, ne me victum aperte fatear, & alioquin timeo sanctum nominatim proferre: tu quod dictum est intellige, & sanctum solum amove: ille quippe os nobis obstruxit. Tantam nempe cultorum suorum dementiam agnovit, ut tam apertam fraudem advertere non possent; etsi enim omnes mente capti insanique essent, ne sic quidem cladis suæ notitiam obtegere poterant, ita nempe clara & aperta omnibus erat. Nam si polluta quædam & exsecranda res sunt, ut dicis, hominum cadavera, quanto magis brutorum, tanto scilicet, quanto hoc genus illo vilius est. Multa vero canum, simiarum, asinorum cadavera proxime templum defossa sunt, quæ potius transmovere oportebat, nisi fortasse homines simiis censes esse viliores. Ubi nunc sunt, qui pulcrum illud Dei opificium, ad ministerium nostrum creatum, nempe solem, contumelia afficiunt, & dæmoni astrum illud adscribunt, atque hunc illud esse affirmant? Sol enim, cadaveribus innumeris in terra jacentibus, per universum orbem diffunditur, nec uspiam radios vel radiorum efficaciam pollutionis metu contrahit. Deus autem vester, nec turpem vitam, nec præstigias, nec cædes aversatur vel odio habet; sed diligit, amplectitur & amat; verum corpora tamen nostra aversatur: quamquam malitiæ species, etiam illam peragentibus summa reprehensione digna esse videatur: at mortuum immobileque corpus, nec culpæ nec reprehensioni obnoxium est. Sed hoc est deorum vestrorum institutum, ut abominentur, quæ non abominanda sunt, colant autem & approbent ea, quæ omni sunt odio & exsecratione digna. Et bonus quidem vir, neque a sano consilio, neque ab honesta actione per mortuum corpus deterrebitur: sed si animo sit sano, etsi ad ipsa sepulcra domicilium habeat, & temperantiam & justitiam, & virtutem omnem exhibebit. Quivis item artifex, quæ ad artem spectant suam omnia sine obice faciet, & rogantibus se præbebit, non modo prope cadavera sedens, sed etiamsi ipsa defunctorum sepulcra construere opus fuerit, & pictor, & latomus, & faber, & ærarius sculptor, denique omnes suam operam conferunt: unus autem omnium Apollo a cadaveribus impediri se ait, quo minus futura prospiciat. Atqui & apud nos viri fuere magni & mirabiles, qui ante mille & quadringentos annos res futuras prædixerunt, &

[a] Sic Savil. & duo MSS. atque ita legerat vetus Interpres, Morel. minus recte, οἰκίσαι.

vaticinantes nihil horum requisierunt, non conquesti sunt, non defunctorum sepulcra dirui jusserunt, non cadavera abjici, non sepulcrorum violationis novum impudentemque modum excogitari. Attamen ex eis alii cum impiis scelestisque gentibus habitantes; alii in medio Barbarorum, ubi omnia inquinata & contaminata erant, cum veritate omnia prædicebant, neque aliorum pollutio eorum vaticiniis oberat. Cur hoc? Quia illi divina virtute moti vere loquebantur; dæmon autem vi illa vacuus ac destitutus, nihil prænunciare poterat: ne autem hærere videretur, verisimilia quædam, sed ridicula fingere cogebatur. Cur enim, quæso, nihil hujusmodi antea dixerat, vel effutierat? Quia tunc prætextum proferre poterat, quod scilicet non coleretur, hac porro excusatione ademta, ad mortuos confugit: anxius ne quid sibi mali contingeret: nam a decoro recedere nolebat; sed vos illum coëgistis, qui magno illo cultu ei excusationem ademistis, nec permisistis eum ad sacrificiorum penuriam confugere.

S. Babylæ corpus transferri jubetur a Juliano apostata.

16. Hoc audito histrio ille jussit capsam inde auferri, ut victum esse dæmonem nemo ignoraret. Etenim si dixisset ille, Propter sanctum loqui non possum, sed nihil movete, nihil tumultus inferte, id suis tantum cultoribus notum fuisset, puduisset enim factum ad alios deferre: jam vero quasi infirmitatem suam traducere vellet, sic omnia facienda curavit, quibus ne volenti quidem rem obtegere licebat: neque enim jam simulatio servari potest, quod nullum aliud cadaver, sed solus Martyr inde transferatur: nec solum qui urbem, suburbium & agros incolebant, sed etiam qui remotissime habitabant, cum jacentem capsam non cernerent, statim sciscitantes audiebant, Dæmon ab Imperatore rogatus, ut vaticinaretur, dixit se non posse, donec beatum hinc Babylam quis amovisset. Atqui, ô ridicule, poteras ad alias excusationes confugere, ut sæpe soles, innumeris semper artificiis dubia responsa concinnans. Lydo nempe dicens, si Halyn fluvium transmitteret, magnum imperium soluturum esse, ipsumque postea pyræ impositum exhibens. In Salamine item eodem usus es artificio, ridicula adjecta conjunctione: nam dicere,

De Crœso loquitur.

Perdes tu filios mulierum,

simile ei erat, quod Lydo dixeras; adjicere autem,

Sive sparsa Cerere, sive coeunte,

majore id certe risu dignum fuit, quod sane conveniat circulatoribus in triviis: sed neque hoc tibi placuit. Licebat & tibi sermonem obtegere, quod artificium tibi semper solenne est. Verum institissent omnes, non intellectæ rei solutionem quærentes. Licebat quoque tibi ad astra confugere, id enim sæpe facis, neque pudore

A προλέγοντες οὐδὲν τούτων οὔτε ἐζήτησαν, οὔτε ἐμέμψαντο, οὔτε τοὺς τάφους τῶν ἀπελθόντων ἀναῤῥήγνυσθαι ἐκέλευσαν, καὶ τοὺς κειμένους ῥίπτεσθαι, καὶ τυμβωρυχίας ξένον καὶ ἀναίσχυντον ἐπινοεῖν τρόπον· ἀλλ᾽ οἱ μὲν αὐτῶν ἔθνεσι προσοικοῦντες ἀθέοις καὶ μιαροῖς, οἱ δὲ ἐν μέσοις τοῖς βαρβάροις ὄντες, ἔνθα τὰ ἀληθῶς μολυσμοῦ ἄξια, καὶ μιασμοῦ πάντα ἐδρᾶτο, μετ᾽ ἀληθείας ἅπαντα προὔλεγον, καὶ οὐδὲν αὐτοὺς ὁ τῶν ἄλλων μιασμὸς ἐκώλυεν εἰς τὴν πρόῤῥησιν. τί δή ποτε; ὅτι ἐκεῖνοι μὲν ἀληθῶς ὑπὸ θείας ἐνεργούμενοι δυνάμεως ἔλεγον ἅπερ ἔλεγον, ὁ δὲ δαίμων κενὸς τῆς ἐνεργείας ἐκείνης καὶ ἔρημος ὢν, εἶχε μὲν οὐδὲν προειπεῖν, ὑπὸ δὲ τοῦ μὴ δόξαι ἀπορεῖν, πιθανὰ ἁπλῶς, καὶ
B καταγέλαστα προφασίζεσθαι ἀναγκάζεται. διὰ τί γὰρ, εἰπέ μοι, κατὰ τὸν ἔμπροσθεν χρόνον οὐδέποτέ τι τοιοῦτον εἶπεν, οὐδὲ ἐφθέγξατο; ὅτι τότε μὲν εἶχε τὸ μὴ θεραπεύεσθαι πρόφασιν, ταύτης δὲ αὐτῷ τῆς ἀπολογίας περιαιρεθείσης, κατέφυγεν ἐπὶ τοὺς νεκροὺς, [a] στενοχωρηθεὶς μή τι πάθοι. οὐ γὰρ ἐβούλετο ἀσχημονεῖν, ἀλλ᾽ ὑμεῖς αὐτὸν ἠναγκάσατε, διὰ τῆς πολλῆς θεραπείας τὴν ἀπολογίαν ἐκκόψαντες, καὶ οὐκ ἀφέντες εἰς τὴν τῶν θυσιῶν πενίαν καταφυγεῖν.

Ἀκούσας δὴ ταῦτα ὁ ὑποκριτὴς ἐκέλευσε κατενεχθῆναι τὴν λάρνακα, ἵνα πᾶσιν ἡ ἧττα δήλη γένηται καὶ καταφανής. εἰ μὲν γὰρ εἶπεν ὅτι διὰ τὸν ἅγιον οὐ δύναμαι φθέγγεσθαι, ἀλλὰ [b] μηδὲν κινεῖτε, μηδ᾽ ἐνοχλεῖτε
C περαιτέρω, τοῖς αὐτοῦ μόνοις ἂν ἐγένετο φανερὸν, οὐ γὰρ ἂν εἰς ἑτέρους τοῦτο ἐξήνεγκαν αἰσχυνόμενοι· νῦν δὲ ὥσπερ ἐκπομπεῦσαι σπουδάζων τὴν ἀσθένειαν αὐτοῦ, οὕτως ἅπαντα πράττειν ἠνάγκαζε, [c] δι᾽ ὧν οὐδὲ βουλομένῳ ἐνῆν συσκιάσαι τὸ γεγονός. οὐδὲ γὰρ ἔτι δυνατὸν διασωθῆναι τὴν ὑπόκρισιν, διὰ τὸ μηδένα τῶν ἄλλων νεκρῶν, ἀλλὰ μόνον τὸν μάρτυρα μετακινηθῆναι ἐκεῖθεν. καὶ οὐχ οἱ τὴν πόλιν οἰκοῦντες μόνον, καὶ τὸ προάστειον, καὶ τοὺς ἀγροὺς, ἀλλὰ καὶ οἱ πόῤῥωθεν ἀφιστάμενοι τῶν χωρίων, καὶ τὴν λάρνακα οὐχ ὁρῶντες κειμένην, εἶτα τὴν αἰτίαν ἐξετάζοντες εὐθέως ἐμάνθανον, ὡς ὁ δαίμων παρὰ τοῦ βασιλέως
D ἀξιούμενος μαντεύεσθαι, εἶπε τοῦτο μὴ δύνασθαι ποιεῖν, ἕως ἂν αὐτοῦ τὸν μακάριον ἀποστήσῃ τις Βαβύλαν. καίτοι γε, ὦ καταγέλαστε, ἐνῆν σοι καὶ εἰς ἑτέρας προφάσεις καταφυγεῖν, οἷα πολλάκις ποιεῖς, μυρία τεχνάζων ἐν ταῖς ἀπορίαις ἀεί· πρὸς μὲν τὸν Λυδὸν εἰπὼν, ὅτι Ἅλυν τὸν ποταμὸν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν [d] καταλύσει, καὶ δείξας αὐτὸν ἐπὶ τῆς πυρᾶς· ἐπὶ δὲ τῆς Σαλαμῖνος αὐτῷ τε τῷ σοφῷ τούτῳ χρησάμενος, καὶ τὸν καταγέλαστον σύνδεσμον προσθείς. τὸ μὲν γὰρ εἰπεῖν,

E Ἀπολεῖς δὲ σὺ τέκνα γυναικῶν,

Ὅμοιον ἦν τῷ τοῦ Λυδοῦ, τὸ δὲ προσθεῖναι,

Ἤτοι σκιδναμένης Δημήτερος, ἢ συνιούσης,

πλείονος γέλωτος, καὶ τοῖς ἐν ταῖς τριόδοις ὑπὸ τῶν ἀγυρτῶν λεγομένοις προσεοικός· ἀλλ᾽ οὐδὲ τοῦτο ἤθελες. καὶ ἐξῆν [e] ἀσαφείᾳ κρύψαι τὸν λόγον· καὶ γὰρ τοῦτο τῆς τέχνης ἀεὶ τῆς σῆς· ἀλλ᾽ ἐπέκειντο πάντες πάλιν ἀγνοοῦντες, καὶ λύσιν ἐπιζητοῦντες. καὶ ἐνῆν σοι καταφυγεῖν ἐπὶ τοὺς ἀστέρας· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ποιεῖς πολλάκις, καὶ

[a] Savil. & unus, στενοχωρηθεὶς μή τι πάθοι. In Morel. μὴ deest.
[b] Alii, μηδὲ κινεῖτε μηδ᾽.
[c] Quidam MSS. δι᾽ ὧν οὐδὲ βουλομένοις. Paulopost Savil. & quidam MSS. ὑπόκρισιν, διὰ τό.
[d] Alii, καταλύσεις.
[e] Sic Savil. & quidam MSS. recte, Morel. male, ἀσφαλείᾳ κρύψαι.

οὐκ αἰσχύνῃ οὐδὲ ἐρυθριᾷς. οὐ γὰρ πρὸς ἄνδρας νοῦν ἔχοντας ὁ λόγος ἐστί σοι, ἀλλὰ πρὸς θρέμματα καὶ θρεμμάτων ἀλογωτέρους. οὐκ ἦσαν τῶν Ἑλλήνων σοφώτεροι τῶν ταῦτα ἀκουόντων, καὶ οὐκ ἀφισταμένων τῆς ἀπάτης· ἀλλὰ συνεώρων τὸ ψεῦδος· οὐκοῦν ἐχρῆν τἀληθῆ πρὸς τὸν ἱερέα μόνον εἰπεῖν, καὶ αὐτὸς ἂν εἷρέ σου μᾶλλον συσκιάσαι τὴν ἧτταν. νῦν δὲ τίς σε ἔπεισεν, ἄθλιε, εἰς οὕτω φανερὰν σαυτὸν ἀναισχυντίαν ἐμβαλεῖν; ἀλλὰ τάχα σὺ μὲν οὐδὲν ἥμαρτες, ὁ δὲ βασιλεὺς κακῶς ὑπεκρίνατο, ἀδιακρίτως μὲν περὶ τῶν νεκρῶν ἀκούσας, ἐπὶ δὲ τὸν ἅγιον μόνον ἐλθών, ἐκεῖνός σε διήλεγξε, καὶ τὴν ἀπάτην ἐγύμνωσεν, ἀλλ' οὐδὲ ἐκεῖνος ἑκών. οὐ γὰρ ἦν τοῦ αὐτοῦ, τοσούτοις τε ἀναθήμασι τιμᾶν, καὶ πάλιν ὑβρίζειν τὸν αὐτόν. ἀλλὰ πάντας ὁμοῦ τοῦ μάρτυρος ἐσκότωσεν ἡ δύναμις, καὶ οὐκ ἀφῆκε συνιδεῖν τὰ γινόμενα, ἀλλ' ἐπράττετο μὲν ἅπαντα ὡς κατὰ Χριστιανῶν, περιετρέπετο δὲ οὐκ εἰς τοὺς πάσχοντας, ἀλλ' εἰς τοὺς δρῶντας ὁ γέλως· οὕτω που καὶ οἱ μαινόμενοι, δοκοῦσι μὲν ἀεὶ τοὺς πλησίον ἀμύνεσθαι τοὺς τοίχους λακτίζοντες, καὶ ῥητὰ καὶ ἄρρητα τοὺς παρόντας λέγοντες κακά· αἰσχύνουσι δὲ δι' ὧν ποιοῦσιν οὐκ ἐκείνους ἀλλ' ἑαυτούς· ὃ δὴ καὶ τότε ἐγένετο. εἵλκετο μὲν γὰρ ἡ λάρναξ διὰ τῆς ὁδοῦ πάσης, ἐπανῄει δὲ ὁ μάρτυς καθάπερ τις ἀθλητὴς εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν δεύτερον φέρων στέφανον, ἐν ᾗ καὶ τὸν πρότερον ἀνεδήσατο. ὥστε εἴ τις μὴ καταδέχοιτο τὴν ἀνάστασιν, λαμπρότερα τοῦ μάρτυρος μετὰ τὴν τελευτὴν ἔργα θεώμενος αἰσχυνέσθω λοιπόν. [a] οἷα γάρ τις ἀριστεὺς τροπαίοις συνῆπτε τρόπαια, μεγάλοις μείζονα καὶ θαυμαστοῖς θαυμαστότερα. τότε μὲν γὰρ πρὸς βασιλέα μόνον ἠγωνίσατο, νῦν δὲ καὶ πρὸς βασιλέα καὶ δαίμονα· καὶ τότε μὲν τῶν ἱερῶν περιβόλων τὸν κρατοῦντα ἀπήλασε, νῦν δὲ τοῦ χωρίου παντὸς τῆς Δάφνης τὸν λυμεῶνα ἀπήγαγεν, οὐ χειρὶ χρώμενος καθάπερ καὶ πρότερον, ἀλλ' ἀοράτῳ δυνάμει τὸν ἀόρατον καταγωνιζόμενος. καὶ ζῶντος μὲν οὐκ ἤνεγκε τὴν παρρησίαν ὁ ἀνδροφόνος, τελευτήσαντος δὲ οὐχ ὑπέμεινε τὴν κόνιν οὔτε ὁ βασιλεὺς οὔτε ὁ δαίμων ὁ ταῦτα κινῶν τὸν βασιλέα ποιεῖν. ὅτι γὰρ μείζονα τοῦ προτέρου φόβον τούτοις τοῖς δευτέροις εἰργάσατο, δῆλον ἐκεῖθεν· ἐκεῖνος μὲν γὰρ αὐτὸν λαβὼν καὶ ἔδησε καὶ ἀνεῖλεν, οὗτοι δὲ μόνον μετέθηκαν. διὰ τί γὰρ μὴ καταποντίσαι τὴν λάρνακα μήτε ἐκεῖνος ἐκέλευσε, μήτε οὗτος ἠθέλησε; διὰ τί μὴ συνέτριψε καὶ κατέκαυσε; διὰ τί μὴ εἰς ἔρημον καὶ ἀοίκητον αὐτὴν ἀπενεχθῆναι προσέταξεν; εἰ γὰρ ἄγος ἦν καὶ μίασμα, καὶ βδελυττόμενος, ἀλλὰ μὴ δεδοικὼς ἐκεῖθεν αὐτὴν ἐκίνησεν, οὐκ εἰς τὴν πόλιν ἐχρῆν τὸ ἄγος εἰσάγειν, ἀλλ' ἀποικίζειν εἰς ὄρη καὶ νάπας.

Ἀλλ' ᾔδει καὶ αὐτὸς τοῦ Ἀπόλλωνος οὐχ ἧττον ὁ δείλαιος τοῦ μακαρίου τὴν ἰσχύν, καὶ τὴν παρρησίαν τὴν πρὸς τὸν θεόν, καὶ ἔδεισε, μὴ τοῦτο ἐργασάμενος σκηπτὸν ἢ

A ruboreque perfunderis. Siquidem non cum viris mente præditis tibi res est, sed cum pecudibus, & quam pecudes ipsæ crassioribus: non erant illi Græcis sapientiores iis, qui hæc audierunt, nec tamen a fraude sese exemerunt. At mendacium intellexissent: ergo oportuit uni Sacerdoti veritatem aperire, & ipse cladem tuam melius quam tu occultasset. Jam vero quis te, miser, adduxit, ut te in tam manifestam impudentiam conjiceres? At fortasse tu nihil peccasti. Imperator vero male histrionem egit, qui cum indiscriminatim de cadaveribus audisset, sanctum illum dum-B taxat aggressus est: ille te coarguit & fraudem nudavit: sed non id libens fecit. Neque enim unius ejusdemque erat donaria afferre, & contumelia afficere. Sed Martyris virtus omnes simul caligine offudit, nec ea quæ tum gerebantur, videre permisit: verum omnia quidem ceu contra Christianos fiebant, at non in patientes, sed in agentes risus convertebatur. Sic & furiosi videntur sibi semper proximos ulcisci, dum contra parietes calcitrant, ac fanda nefandaque in præsentes jactitant. Factis autem suis non illos sed C seipsos pudore afficiunt: quod tunc etiam contigit. Trahebatur enim capsa per totam viam. Martyr vero ceu quidam athleta in suam urbem revertebatur, secundam referens coronam, in qua urbe primo coronatus fuerat. Quamobrem si quis splendidiora post mortem Martyris opera conspicatus, resurrectionem non admittat, in posterum erubescat. Ceu enim quidam strenuus bellator tropæis tropæa conjunxit, magnis majora & mirabilibus mirabiliora. Tunc enim cum Imperatore solo pugnabat, nunc cum Imperatore & dæmone: tunc a sacris septis Imperato-D rem abegit, nunc a toto Daphnes loco perniciosum illum abduxit; non manu usus ut antea, sed invisibili virtute invisibilem expugnans. Hujus viventis dicendi libertatem non tulit homicida ille, mortui vero cinerem non sustinuit tum Imperator, tum dæmon qui Imperatorem ad hæc agenda movit. Quod autem metum majorem his posterioribus duobus incusserit, quam priori incusserat hinc palam est. Ille quippe comprehensum illum vinculis constrinxit & occidit, hi vero transtulere tantum. Cur enim capsam in mare præcipitare neque ille jussit, neque hic E voluit? cur non contrivit aut combussit? cur non in desertum & inhabitatum locum ipsam transferri jussit? Nam si ea exsecranda & polluta res fuisset, eamque abominatus, non reformidans inde illam amovit; non in urbem oportuit rem exsecrandam inducere; sed amandare in montes & saltus.

17. At miser ille non minus, quam Apollo, beati viri robur & fiduciam ergæ Deum noverat, timuitque ne si id faceret aut fulmen aut morbum aliquem in

[a] Savil. & unus Cod. οἷα γάρ τις.

se provocaret. Multa quippe Christi virtutis signa habebat, tum in decessoribus suis Imperatoribus exhibita, tum in iis etiam qui idem Imperium secum administrabant. Etenim ex illis olim Imperatoribus, qui talia ausi sunt post multas intolerabilesque calamitates, turpiter ac misere vitam clauserunt, adeo ut, unius adhuc viventis pupillæ ex oculis sponte exsilierint, hic autem Maximinus erat; alius in furorem actus, alius in similem lapsus calamitatem, sic mortem obierint. Cæterum ex iis qui tunc cum ipso erant, patruus, cum petulantius contra nos fureret, & sacra vasa sceleratis manibus contingere ausus esset, neque his contentus, contumeliâ ulterius progressus esset, ipsis enim inversis & in pavimento positis & extensis, iis insedit, derepente iniquæ hujusmodi sessionis pœnas dedit, ejus enim verenda corrupta vermibus scatebant; ita ut palam esset morbum divinitus immissum fuisse: ad vulnus curandum medici mactatas aves pingues atque peregrinas ad putrefacta membra admoventes, vermiculos evocabant: illi vero non abscesserunt, sed mordicus putridis partibus hærebant: atque ita illum multis diebus absumtum, male perdiderunt. Alius vero quispiam imperatorii ærarii custos constitutus, priusquam aulæ imperatoriæ limen præteriret, statim crepuit medius, similisque cujusdam flagitii pœnas dedit. Hæc & his plura, non enim jam omnia recensere tempus est, secum reputans scelestus ille, temeritatem suam ulterius promovere non audebat. Quod autem hæc non a meipso dicam, ex iis quæ ab ipso postea gesta sunt, id conspicuum erit: interim vero historiæ seriem persequamur, quid exinde evenerit narrantes. Admirandum sane illud est, quod non potentiam modo, sed etiam ineffabilem Dei benignitatem ostendat. Nam sanctus Martyr intra septa erat, ubi prius situs fuerat, antequam Daphnen veniret: malignus vero dæmon statim didicit, se frustra fraudes suas molitum esse; neque sibi cum mortuo pugnam fore, sed cum vivente, ac viriliter agente, ac non se tantum, sed omnibus simul dæmonibus fortiore. Deum enim precatus ut ignem in templum immitteret, totum tectum combussit, idoloque ad extremos usque pedes absumto, ita ut pulvis tantum & cinis remaneret, parietes solum stantes intactosque reliquit. Si quis vero nunc locum adeat, nequaquam ignis id opus esse dixerit; neque enim incendium illud sine aliquo ordine, neque ex inanimata materia factum esse videtur; sed quasi manu quadam ignem circumducente, ac monstrante quibusnam parcere, quænam absumere oporteret, tanta nempe concinnitate, tanto artificio templum detectum est:

Maximinus Imperator quod vexaret Christianos pœnas dedit.

Templum & statua Apollinis igne de cælo tacta.

Ταῦτα δὲ τὰ τούτοις ἐοικότα ἀπηγγέλετο τῷ βασιλεῖ· ὁ δὲ οὐκ ἀφίστατο· ἀλλ' ἐπεχείρει πάλιν τὰ δελέατα δι' ἐκείνων τιθείς. ταῦτα γοῦν κατεσκεύαζεν ὁ ὕπουλος καὶ πανοῦργος καὶ σοφὸς εἰς τὸ κακοποιῆσαι· ἵνα ἂν μὲν καταμαλακισθέντες ἐνδῶσιν, ὑπὸ τοῖς ἁπάντων ὀφθαλμοῖς αὐτοὺς ἐξαγάγοιεν, καὶ οὕτω λοιπὸν παρασκευάσῃ θῦσαι· ἂν δὲ ἐπιμείνωσι σφοδρὰν τὴν ἀνδρείαν ἐπιδεικνύμενοι, καὶ πρὸς τὴν πάλην γενναίως ἱστάμενοι, μὴ φανερὰ γένηται τὰ τῆς νίκης αὐτοῖς· ἀλλ' ὡς ἐπὶ προσχήματι τυραννίδος αὐτοὺς ἀπαγαγὼν ἀποτέμῃ. ἀλλ' ὁ ἀποκαλύπτων βαθέα καὶ ἀπόκρυφα, οὐκ ἀφῆκε λαθεῖν τὴν ἐνέδραν, οὐδὲ τὴν ἐπιβουλὴν ἀφανῆ γενέσθαι· ἀλλ' ὥσπερ ἡ Αἰγυπτία τότε γυνὴ τοῦ Ἰωσὴφ ἐπιλαβομένη ἐν θαλάμῳ, καὶ ἠρεμίᾳ πολλῇ προσεδόκησε λήσεσθαι πάντας ἀνθρώπους· οὐκ ἔλαθε δὲ τὸν ἀκοίμητον ὀφθαλμὸν, καὶ οὐ μόνον ἐκεῖνον, ἀλλ' οὐδὲ ἀνθρώπους τοὺς μετὰ ταῦτα. ἀλλ' ὅσαπερ ἐκείνη πρὸς τὸν Ἰωσὴφ εἶπεν οὐδενὸς παρόντος, τοῦτο πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ᾄδεται. οὕτω δὴ καὶ οὗτος ἤλπισε μὲν λήσειν ἐν δεσμωτηρίῳ διαλεγόμενος διὰ τῶν ἐγχειρισμένων συμβούλων ἐκείνων, οὐκ ἔλαθε δέ. ἀλλ' ἅπαντες μετὰ ταῦτα ἔμαθον τὴν ἐνέδραν, τὴν ἐπιβουλὴν, τὴν νίκην, τὸ τρόπαιον. ὡς γὰρ χρόνος ἐτρίβετο καὶ παρέρρει πολὺς· καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἡμερῶν οὐκ ἔξελυε τὴν προθυμίαν· ἀλλ' ἐπέτεινεν αὐτῶν μᾶλλον τὴν σπουδὴν, καὶ πλείονας κατεσκεύαζε ζηλωτὰς, κελεύει λοιπὸν μέσων νυκτῶν ἐπὶ τὸ βάραθρον αὐτοὺς ἀπαχθῆναι. καὶ ἐν μέσῳ σκότει οἱ φωστῆρες ἐξήγοντο, καὶ ἀπετέμνοντο. τότε καὶ φοβερώτεραι λοιπὸν ἦσαν αἱ κεφαλαὶ τῷ διαβόλῳ μᾶλλον ἢ ὅτε φωνὴν ἠφίεσαν. ἐπεὶ καὶ ἡ Ἰωάννου κεφαλὴ οὐχ οὕτω φοβερὰ ἦν φθεγγομένη, ὡς ἄφωνος ἐπὶ τοῦ πίνακος κειμένη. ἔχει γὰρ καὶ φωνὴν τῶν ἁγίων τὸ αἷμα, οὐ δι' ὤτων ἀκουομένην, ἀλλὰ τοῦ συνειδότος τῶν ἀναιρούντων ἐπιλαμβανομένην. μετὰ δὲ τὴν μακαρίαν ἐκείνην σφαγὴν,

[a] Savil. & Reg. συνεχεῖς καὶ ἐπαλλήλους, Morel. συνεχῶς καὶ ἐπ-

οἱ τὰ τοιαῦτα θηρεύοντες λείψανα, τὴν ἑαυτῶν ὑποθέντες σωτηρίαν, ἀνείλοντο τοὺς ἀριστέας τούτους· καὶ ἦσαν κἀκεῖνοι μάρτυρες ζῶντες. καὶ γὰρ εἰ καὶ μὴ ἀπετμήθησαν· ἀλλ' ἑλόμενοι πρότερον τοῦτο παθεῖν, οὕτως ἐπὶ τὴν ἄγραν τῶν σωμάτων ὥρμησαν. λέγουσι τοίνυν οἱ τότε παραγενόμενοι, καὶ ταῦτα τὰ σώματα νεοσφαγῆ καταξιωθέντες ἰδεῖν, ὅτι κειμένων αὐτῶν παρ' ἀλλήλων πρὸ τῆς ταφῆς, τοσαύτη τις ἐπήνθησεν αὐτῶν ταῖς ὄψεσι χάρις, οἵαν ἐπὶ Στεφάνου φησὶν ὁ Λουκᾶς γεγενῆσθαι μέλλοντος ἀπολογεῖσθαι τοῖς Ἰουδαίοις, καὶ οὐκ ἔστιν οὐδεὶς ὃς χωρὶς φρίκης παρέστη τότε αὐτοῖς. οὕτω καὶ αὕτη ἡ ὄψις πάντας τοὺς ὁρῶντας ἐξέπληττε· καὶ πάντες ἐπεβόων ἐκεῖνο τὸ παρὰ τοῦ Δαυὶδ εἰρημένον· ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν οὐ κεχωρισμένοι, καὶ ἐν τῷ θανάτῳ αὐτῶν οὐ διεχωρίσθησαν. κοινῇ γὰρ καὶ ὡμολόγησαν, καὶ τὸ δεσμωτήριον ᾤκησαν, καὶ εἰς τὸ βάραθρον ἀπηνέχθησαν, καὶ τὰς κεφαλὰς ἀπέθεντο, καὶ μία λάρναξ ἀμφοτέρων ἔχει τὰ σώματα· ὥσπερ οὖν καὶ μία σκηνὴ δέξεται αὐτὰ πάλιν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅταν αὐτὰ μετὰ πλείονος δόξης ἀναλαβέσθαι μέλλωσι. τούτους ἄξιον καὶ στύλους, καὶ σκοπέλους, καὶ πύργους, καὶ φωστῆρας, καὶ ταύρους ὁμοῦ προσειπεῖν. καὶ γὰρ ὡς στῦλοι τὴν ἐκκλησίαν ἀνέχουσι· καὶ ὡς πύργοι τειχίζουσι· καὶ ὡς σκόπελοι πᾶσαν ἐπιβουλὴν ἀποκρουόμενοι, πολλὴν τοῖς ἔνδον ποιοῦσι γαλήνην· καὶ ὡς φωστῆρες, τὸ σκότος ἀπήλασαν τῆς ἀσεβείας· καὶ ὡς ταῦροι ψυχῇ καὶ σώματι, ἴσῃ τῇ προθυμίᾳ, τὸν χρηστὸν εἵλκυσαν τοῦ Χριστοῦ ζυγόν. συνεχῶς τοίνυν αὐτοῖς ἐπιχωριάζωμεν, καὶ τῆς λάρνακος ἁπτώμεθα, καὶ μετὰ πίστεως τοῖς λειψάνοις αὐτῶν περιπλεκώμεθα· ἵνα εὐλογίαν τινὰ ἐπισπασώμεθα ἐκεῖθεν. καθάπερ γὰρ στρατιῶται τραύματα ἐπιδείξαντες, ἅπερ ἐκ τῶν πολεμίων ἔλαβον μετὰ παρρησίας τῷ βασιλεῖ διαλέγονται· οὕτω καὶ οὗτοι τὰς κεφαλὰς ἃς ἀπετμήθησαν ἐπὶ τῶν χειρῶν βαστάζοντες, καὶ εἰς μέσον παράγοντες εὐλόγως ἅπαντα, ὅσα ἂν θέλωσι παρὰ τῷ βασιλεῖ τῶν οὐρανῶν ἀνύειν δύνανται. μετὰ πολλῆς τοίνυν τῆς πίστεως, μετὰ πολλῆς τῆς προθυμίας ἐκεῖ βαδίζωμεν· ἵνα καὶ ἀπὸ τῆς ὄψεως τῶν ἁγίων τούτων μνημάτων, καὶ ἀπὸ τῆς ἐννοίας τῶν ἄθλων, καὶ πανταχόθεν πολλοὺς καὶ μεγάλους λαβόντες θησαυρούς, καὶ τὸν παρόντα βίον δυνηθῶμεν κατὰ τὸ τῷ θεῷ δοκοῦν διανύσαι, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἐμπορίας εἰς ἐκεῖνον καταπλεῦσαι τὸν λιμένα, καὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρί, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ καὶ προσκύνησις, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

A cum salutis periculo, athletas illos optimos rapuerunt etiam ipsi vivi martyres, ut illorum reliquias curarent decenter. Nam quamvis non occidebantur, optabant tamen mori; illoque modo ad rapienda corpora profecti sunt. Dicunt qui tunc affuere, & quibus corpora illa recens occisa videre datum fuit, quod jacentibus simul illis ante sepulturam, talis quædam ex eorum oculis & vultu gratia resplenduerit, qualem in Stephano Judæis responsuro fuisse Act. 6.16. Lucas dicit: neque ullus est, qui non pio quodam cum horrore illis adstiterit, adeo aspectus ille afficiebat omnes. Quin & omnes B clamabant in laudem eorum, id quod a Davide dictum: *In vita sua non sunt separati, & in morte non sunt divisi.* 2.Reg.1.23. Pariter enim confessi sunt, pariter carcerem inhabitarunt, pariter in barathrum abducti sunt, pariter capite mulctati sunt, & una capsula utriusque corpora tenet: & unum quoque tabernaculum in cælis eos excipiet, quando majori sunt illa cum gloria resumturi. Illos non indignum fuerit & columnas, & scopulos, & turres, & luminaria, & tauros simul appellare. Nam Ecclesiam sicut columnæ sustinent, sicut turres muniunt: & sicut scopuli omnes insidias repellunt, multam iis, qui intus sunt, afferentes tranquillitatem; sicut luminaria tenebras impietatis C discusserunt: & sicut tauri anima & corpore promtitudineque eadem, suave Christi jugum traxere. Idcirco sæpe eos invisamus, capsulam attingamus, magnaque fide reliquias eorum complectamur, ut inde benedictionem aliquam assequamur. Etenim sicut milites, vulnera quæ in præliis sibi inflicta sunt regi monstrantes, fidenter loquuntur: ita & illi in manibus absecta capita gestantes, & in medium afferentes, quæcumque voluerint apud regem cælorum impetrare possunt. Proinde magna fide & alacritate huc veniamus, quo & visis sanctorum monumentis, & consideratis eorum D certaminibus, inde varios thesauros undequaque colligamus: & per præsentem vitam ita, secundum voluntatem Dei, transeamus, in portum illum cum multis mercibus ingrediamur, & regnum cælorum consequamur, gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri simulque Spiritui sancto gloria, imperium, honor & adoratio in sæcula sæculorum, amen.

IN HOMILIAS IN SANCTAM PELAGIAM ADMONITIO.

QUÆ prima ponitur Homilia Græcolatina in S. Pelagiam, Antiochiæ haud dubie habita est; qua in urbe passa est Pelagia. De qua sancta Virgine & Martyre multæ suboriuntur quæstiones, quas erudite prosequitur suo more Fronto Ducæus his verbis.

Ex duabus Homiliis, quas edidit primum Aloysius Lipomanus, tom. 7. de Vitis Sanctorum Latine tantum, unam hic utraque lingua nunc damus ex duobus Mss. Henrici IV. Regis, in quorum altero adscriptus margini fuit dies Octobris 8. hoc pacto, μηνὶ Ὀκτωβρίῳ η'. & admonet Illustrissimus Card. Baronius in Menologio Græcorum agi de alia Pelagia Antiochena, quæ antequam teneretur a persequutoribus, orans ne dispendium pateretur virginitatis, in pace quievit: sed hujus Pelagiæ festivitatem ab illis celebrari quarto Idus Junii, cum in Rom. Martyrologio collocetur 5. Idus ejusdem mensis, hoc est 9. Junii. Rursus convenire ait inter Ambrosium & Chrysostomum quod uterque civem Antiochenam fuisse velit Pelagiam, & ne jacturam faceret virginitatis, mortem voluntariam oppetiisse; verum eos inter se discrepare, quod Ambrosius unà cum matre & sorore fluvio mersam eam testetur; Chrysostomus autem e sublimi tecto se præcipitem dedisse: atque hoc ipsum de Pelagia mersa scripsisse Ambrosium lib. 3. de Virginibus annotavit Lud. Vives in lib. 1. c. 26. Augustini de Civitate Dei: nobis tamen attentius ejus narrationem perpendentibus, nihil tale videtur Ambrosius referre; sed absentibus potius matre ac sororibus, solam domi deprehensam, vacuam præsidio, sed Deo pleniorem Pelagiam salva virginitate ad sponsum Christum properasse; nec aliter genus mortis exprimit: at persequutores ubi ereptam sibi viderunt prædam pudoris, matrem & sorores ejus cœpisse quærere. Verum illas consertis manibus tamquam choros ducerent, in medium alveum fluminis progressas esse, ubi unda torrentior, ubi profundum abruptius vestigia dirigentes. Neque vero astipulatur eidem Ambrosio Augustinus eodem libro jam citato, cum ait sanctas feminas quasdam se, ut insectatores suæ pudicitiæ devitarent, in necaturum se flumen projecisse, atque earum in Ecclesia Catholica veneratione celeberrima frequentari. Neque enim Pelagiam nominat, aut Sophroniam, sed exemplo utriusque desumto ex Ambrosio Vives Augustini narrationem illustravit: qui tamen hoc eas fecisse divinitus jussas, non humanitus deceptas putat, sicut de Samsone aliud fas non est credere: neminem tamen spontaneam mortem sibi inferre debere, velut fugiendo molestias temporales, ne in perpetuas incidat. Atque in hac quidem Homilia tantum hoc ait Chrysostomus, Pelagiam ingressam intro vestem mutasse, incorruptam pro corrupta, & infra dicit multos e sublimi tecto dejectos nihil mali passos. At in Homil. 1. quæ est tomo 3. apud Surium disertis verbis ita narrat: *Ad ipsius tecti fastigium cucurrit; & illinc seipsam præcipitem dedit.* Idemque de ea refertur in Actis Luciani a Joanne Nicomediensi conscriptis apud Surium tom. 1. Atque hoc pacto videri potest intellexisse Ambrosius Pelagiam sartam tectam conservasse virginitatem, cum e tecto se demisisset: & fieri potest ut sorores ejus non aliæ fuerint, quam Bernice & Prosdoce, quarum similem exitum exponit idem Chrysostomus infra. Nam & in Martyrologio Rom. 19. Octobris passi dicuntur Beronicus, Pelagia & alii Martyres Antiochiæ, sed ibidem alterius Pelagiæ pœnitentis festum confertur in octavum diem Octobris, cui patria item fuit Antiochia, sed obiit Jerosolymis temporibus Theodosii junioris, ejusque meminit Nicephorus lib. 4. c. 40.

De tempore martyrii S. Pelagiæ non constat: alii sub Diocletiano, sub Maximino alii passam volunt. Vide quæ hac de re dicantur a Bollandi continuatoribus ad diem 9. Junii p. 159.

Incerti cujusdam interpretationem, utpote nec accuratam, nec ad Græcæ orationis fidem concinnatam respuimus novamque paravimus.

Secundam eamque breviorem Homiliam in S. Pelagiam ex Metaphraste, ut apud Surium latine legitur, desumtam, Græco deficiente, subjungimus. Ea Chrysostomi nomen præfert, nec injuria ut videtur. In nullo enim a Chrysostomi stylo concionandique ritu abhorret. Id vero solum quispiam parere scrupuli possit, quod brevior sit, quam soleant esse conciones ejus. Verum aliæ occurrunt ejusdemene brevitatis, quas non ideo debemus Chrysostomo abjudicare.

OMIΛIA

[a] ΟΜΙΛΙΑ ΕΓΚΩΜΙΑΣΤΙΚΗ εἰς τὴν ἁγίαν μάρτυρα Πελαγίαν τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ.

A ΕΥΛΟΓΗΤΟΣ ὁ θεός· καὶ γυναῖκες θανάτου λοιπὸν καταπαίζουσι, καὶ κόραι καταγελῶσι τελευτῆς, καὶ παρθένοι κομιδῆ νέαι, καὶ ἀπειρόγαμοι εἰς αὐτὰ [b] σκιρτῶσι τοῦ ᾅδου τὰ κέντρα, καὶ οὐδὲν πάσχουσι δεινόν. Ταῦτα δὴ πάντα διὰ τὸν ἐκ παρθένου Χριστὸν γέγονεν ἡμῖν τὰ ἀγαθά· μετὰ γὰρ τὰς μακαρίας ὠδῖνας ἐκείνας, καὶ τὸν φρικωδέστατον τόκον ἐξελύθη τοῦ θανάτου τὰ νεῦρα, παρελύθη ἡ τοῦ διαβόλου δύναμις, καὶ λοιπὸν οὐκ ἀνδράσι μόνον, ἀλλὰ καὶ γυναιξὶν εὐκαταφρόνητος γέγονε, καὶ οὐ γυναιξὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ κόραις. καθάπερ γάρ τις ποιμὴν ἄριστος λέοντα ἐκφοβοῦντα τὰ θρέμματα, καὶ τῇ ποίμνῃ πάσῃ λυμαινόμενον λαβὼν, καὶ τοὺς ὀδόντας ἐκ- B κόψας, καὶ τοὺς ὄνυχας ἐκτεμὼν, καὶ τὴν κόμην ἀποκείρας, εὐκαταφρόνητον καὶ καταγέλαστον ποιεῖ, καὶ παιδίοις ποιμενικοῖς, καὶ κόραις παραδίδωσι καταπαίζειν λοιπόν· οὕτω δὴ καὶ ὁ Χριστὸς τὸν θάνατον φοβερὸν ὄντα τῇ φύσει τῇ ἡμετέρᾳ, καὶ φοβοῦντα τὸ γένος ἡμῶν ἅπαν λαβὼν, καὶ τὸν φόβον αὐτοῦ διαλύσας ἅπαντα παρέδωκεν, ὥστε καὶ παρθένοις καταπαίζειν αὐτοῦ. διὰ τοῦτο καὶ ἡ μακαρία Πελαγία μετὰ τοσαύτης ἐπ' αὐτὸν ἔδραμεν ἡδονῆς, ὡς μηδὲ ἀναμεῖναι δημίων χεῖρας, μηδὲ εἰς δικαστήριον εἰσελθεῖν, ἀλλὰ τῇ τῆς οἰκείας προθυμίας ὑπερβολῇ φθάσαι τὴν ἐκείνων ὠμότητα. παρεσκεύαστο μὲν γὰρ καὶ πρὸς C βασάνους, καὶ κολαστήρια, καὶ ἅπαν τιμωριῶν εἶδος, ἀλλ' ἐδεδοίκει, μὴ τὸν τῆς παρθενίας ἀπολέσῃ στέφανον. καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι τὴν τῶν ἀσεβῶν ἀσέλγειαν ἐδεδοίκει, προλαμβάνει, καὶ τῆς ἀσχήμονος ὕβρεως ἑαυτὴν προεξαρπάζει. ὃ ἀνθρώπων οὐδεὶς οὐδέποτε τοιοῦτον οὐδὲν ἐπεχείρησεν· ἀλλ' ἠκολούθησαν ἅπαντες εἰς τὸ δικαστήριον, κἀκεῖ τὴν ἀνδρείαν ἐπεδείξαντο· γυναῖκες δὲ διὰ τὸ τῆς φύσεως εὐεπηρέαστον, τοῦτον ἐπενόησαν ἑαυταῖς τὸν τρόπον τῆς τελευτῆς. εἰ μὲν γὰρ ἦν καὶ τὴν παρθενίαν διασώσασθαι, καὶ τῶν τοῦ μαρτυρίου στεφάνων ἐπιτυχεῖν, οὐκ ἂν παρῃτήσατο τὴν εἰς τὸ δικαστήριον εἴσοδον· ἐπειδὴ δὲ ἀνάγκη θατέρου πάντως ἦν ἐκπεσεῖν, ἐσχάτης [c] ἐνόμιζεν εἶναι ἀνοίας, παρὸν D ἑκατέρας αὐτῇ τῆς νίκης ἐπιτυχεῖν, ἐξ ἡμισείας στεφανωθεῖσαν ἀπελθεῖν. διὰ τοῦτο οὐκ ἠθέλησεν εἰς τὸ δικαστήριον ἀπελθεῖν, οὐδὲ γενέσθαι θέατρον ἀκολάστοις ὀφθαλμοῖς, οὐδὲ παρασχεῖν ἀσελγέσιν ὄμμασιν ἐντρυφῆσαι τῇ τῆς οἰκείας ὄψεως θεωρίᾳ, καὶ τὸ ἅγιον ἐκεῖνο καθυβρίσαι σῶμα· ἀλλ' ἀπὸ τοῦ θαλάμου καὶ τῆς γυναικωνίτιδος ἐφ' ἕτερον ἦλθε θάλαμον, τὸν οὐρανόν. μέγα μὲν γὰρ καὶ τὸ δημίους ἰδεῖν περιεστῶτας, καὶ τὰς πλευρὰς διορύττοντας· οὐκ ἔλαττον δὲ οὐδὲ τοῦτο ἐκείνου. τοῖς μὲν γὰρ τῆς αἰσθήσεως ἤδη προαναλωθείσης τῇ ποικιλίᾳ τῶν βασάνων, οὐδὲ φοβερὸς ἔτι φαίνεται ὁ θάνατος· ἀλλ' ἀπαλλαγή τις καὶ ἄνε- E σις τῶν ἐπικειμένων δεινῶν· ἡ δὲ μηδὲν μηδέπω παθοῦσα τοιοῦτον, ἀλλὰ ἀκέραιον ἔτι τὸ σῶμα ἔχουσα, καὶ μηδεμιᾶς

HOMILIA ENCOMIASTICA in S. Martyrem PELAGIAM *Antiochenam.*

1. BENEDICTUS Deus: etiam mulieres, imo puellæ demum mortem irrident, virginesque admodum juvenes & innuptæ in ipsos inferni stimulos insiliunt; nihilque patiuntur detrimenti. Hæc porro bona omnia per Christum ex Virgine natum allata nobis sunt: nam post beatum partum illum, & admirabilem ortum, mortis nervi soluti, diaboli potentia fracta est, qui deinceps non a viris tantum, sed etiam a mulieribus contemnitur; nec a mulieribus modo, sed & a puellis. Sicut enim pastor strenuus leonem pecoribus formidolosum, & totum ovile devastantem corripiens, avulsis dentibus, exsectis unguibus, detonsa juba, vel pastorum pueris deridendum propinat; imo etiam puellis tradit illudendum; ita & Christus mortem naturæ nostræ formidabilem, generique nostro terribilem corripuit, ejusque metum dissolvit, ita ut etiam virgines ipsam derideant. Quamobrem beata Pelagia tanta cum voluptate ad eam cucurrit, ut ne carnificum quidem manus exspectaret, neque in judicium ingrederetur, sed propria animi magnitudine illorum crudelitatem præverteret. Nam ad tormenta quidem, cruciatus, supplicia parata erat; sed metuebat tamen ne virginitatis coronam perderet. Ut autem scias eam ab impiorum libidine timuisse: præoccupavit illa, seseque a turpi contumelia subduxit. Quod sane vir nullus umquam aggressus est: omnes enim ad judicium sequuti fuerant: ibique fortitudinem suam demonstraverant. At mulieres, utpote natura sua injuriæ opportuniores, hunc sibi mortis modum excogitarunt. Nam si potuisset simul & virginitatem servare, & martyrii coronam consequi, nequaquam ad tribunal ingredi recusasset: quia vero ab alterutro excidere necesse prorsus erat, extremæ putabat amentiæ fore, si cum posset utramque victoriam consequi, dimidiam solum coronam reportaret. Ideo noluit in judicium accedere, neque lascivis oculis spectaculo esse, vel pati ut intemperantes homines aspectu suo fruerentur, sanctumque illud corpus afficerent contumelia: sed ex thalamo & gynæceo in alium thalamum, sive in cælum, venit. Magnum quippe est carnifices circumstantes videre, & latera fodientes: sed nihilo minus illo hoc quoque est: illis enim cum jam sensus cruciatuum varietate consumtus sit, non ultra formidabilis mors videtur; sed potius urgentium malorum liberatio atque cessatio; hæc vero nihildum hujusmodi passa, cum corpus integrum haberet, nihilque doloris

Pelagia cur tyrannorum judicium prævenerit.

Contulimus Codices Regios 2029. & 2343.

[a] Hæc in titulo, τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ, habentur in uno Regio, & lecta sunt ab Interprete.

[b] Savil. in textu habet πηδῶσι, in marg. σκιρτῶσι ut Morel. & omnes MSS. In uno infra, μακαρίας deest.

[c] Alii, ἐνόμισεν.

pertulisset, generoso magnoque animo opus habuit, ut violenta morte ex hac vita se subduceret. Quare si miraris illorum patientiam, hujus mirare virtutem; si stupes eorum tolerantiam, ejus stupe generosum animum, quo talem adire mortem ausa sit. Ne vero cursim rem prætereas; sed cogita quo sensu fuerit virgo tenera, quæ thalamum tantum noverat; militibus confertim irrumpentibus, ante fores stantibus, ad judicium vocantibus, in forum pro talibus tantisque rebus trahentibus. Non pater intus, non mater aderat, non nutrix, non ancilla, non vicina, non amica, sed sola inter carnifices illos erat. Quod enim exire & respondere carnificibus illis militibus potuerit, quod hiscere, quod vocem emittere, quod respicere, quod consistere ac respirare, quo non stupore & admiratione dignum fuerit? Non erant hæc humanæ naturæ, sed majorem Dei nutus partem inferebat. Neque tum illa stabat otiosa, sed quod in se erat totum efferebat, alacritatem, generosum animum, voluntatem, propositum, festinationem, ardorem; eorum vero finis Dei ope & superna benevolentia sequutus est: ita ut illam & admirari & beatam prædicare debeamus; beatam prædicare ob commilitium Dei; admirari, ob propriam animi alacritatem. Quis enim non jure obstupescat audiens illam temporis momento consilium iniisse, confirmasse & ad exitum deduxisse? Nostis quippe omnes sæpe accidere, ut quæ diu meditati sumus, instante temporis occasione, modicoque mentem invadente metu, consilia omnia missa faciamus, angustia confestim deterriti. Illa vero tam horrendum, tam formidabile consilium uno temporis momento suscipere, decernere, opere perficere potuit: non præsentium terror, non celeritas temporis, non solitudo inter insidias, non quod sola intus esset, non aliud quidpiam hujusmodi beatam illam turbavit. Sed quasi præsentibus amicis & notis, sic cum libertate omnia fecit; ac jure quidem merito. Non enim sola intus erat, sed Jesum habebat consiliarium: ipse aderat, ipse cor ejus tangebat, ipse animum confirmabat, ipse metum pellebat. Illud autem non sine causa faciebat; sed quia ipsa Martyr se antea dignam ejus auxilii præbuerat.

Pelagia Jesu usa consiliario se præcipitem dedit.

2. Egressa itaque a militibus petiit, ut sibi liceret ingredi & vestem mutare: atque ingressa induit incorruptionem pro corruptione, immortalitatem pro morte, vitam interminatam pro temporanea. Ego vero præter ea, quæ dicta sunt, & hoc admiror, quomodo milites eam illi concesserint gratiam, quomodo mulier viros deceperit, quomodo nihil eorum, quæ eventura erant, suspicati sint, quomodo dolum non intellexerint. Neque enim est quod

A ὀδύνης αἰσθομένην μηδέπω, μεγάλου τινὸς καὶ γυναίου φρονήματος δεῖται, εἰ μέλλοι βιαίῳ θανάτῳ τῆς παρούσης ἑαυτὴν ἐξάγειν ζωῆς. ὥστε ὅταν θαυμάζῃς ἐκείνους τῆς καρτερίας, θαύμασον ταύτην τῆς ἀνδρείας· ὅταν ἐκπλαγῇς ἐκείνους ὑπὲρ τῆς ὑπομονῆς, ἐκπλάγηθι καὶ ταύτην ὑπὲρ τοῦ γυναίου φρονήματος, ὅτι κατετόλμησε τελευτῆς τοιαύτης. καὶ μὴ παραδράμῃς ἁπλῶς τὸ συμβάν· ἀλλ' ἐννόησον πῶς ἦν εἰκὸς κόρην διαπτοηθῆναι ἁπαλὴν, τοῦ θαλάμου πλέον εἰδυῖαν οὐδὲν, στρατιωτῶν ἀθρόως ἐπιστάντων, παρὰ τὰς θύρας ἑστώτων, καλούντων εἰς δικαστήριον, εἰς ἀγορὰν ἑλκόντων ὑπὲρ τοιού- B των καὶ τηλικούτων πραγμάτων. οὐ πατὴρ ἔνδον, οὐ μήτηρ παρῆν, οὐ τροφὸς, οὐ θεραπαινὶς, οὐ γείτων, οὐ φίλη, ἀλλὰ μόνη μεταξὺ τῶν δημίων ἐκείνων ἀπείληπτο. ὅτι γὰρ ἐξελθεῖν καὶ ἀποκρίνασθαι τοῖς δημίοις ἐκείνοις τοῖς στρατιώταις ἴσχυσεν· ὅτι διᾶραι στόμα, καὶ φωνὴν ἀφεῖναι· ὅτι γὰρ ἰδεῖν· ὅτι στῆναι καὶ ἀναπνεῦσαι, πῶς οὐκ ἄξιον ἐκπλήττεσθαι καὶ θαυμάζειν; οὐκ ἦν ταῦτα ἀνθρωπίνης φύσεως· τὸ μὲν γὰρ πλέον εἰσήνεγκεν ἡ τοῦ θεοῦ ῥοπή. οὐ μὴν οὐδὲ αὕτη τότε ἀργοῦσα εἱστήκει, ἀλλὰ τὰ παρ' ἑαυτῆς πάντα ἐπεδείκνυτο· τὴν προθυμίαν, τὸ φρόνημα τὸ γενναῖον, τὸ βουληθῆναι, τὸ προελέσθαι, τὸ σπεῦσαι, τὸ ἐπει- C χθῆναι· τὸ δὲ εἰς πέρας ἅπαντα ταῦτα ἐλθεῖν, τῆς τοῦ θεοῦ βοηθείας ἐγίγνετο καὶ τῆς ἄνωθεν εὐνοίας· ὥστε καὶ θαυμάζειν αὐτὴν καὶ μακαρίζειν ἄξιον· μακαρίζειν μὲν ὑπὲρ τῆς τοῦ θεοῦ συμμαχίας, θαυμάζειν δὲ ὑπὲρ τῆς οἰκείας προθυμίας. τίς γὰρ οὐκ ἂν ἐκπλαγείη δικαίως ἀκούσας, ὅτι ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ γνώμην τοσαύτην καὶ ἐβουλεύσατο καὶ ἐκύρωσε, καὶ εἰς ἔργον ἐξήγαγεν; ἴστε γὰρ δή που πάντες, ὅτι τὰ πολλάκις ἡμῖν ἐν μακρῷ μελετηθέντα χρόνῳ, παρόντος τοῦ καιροῦ τοῦ τὴν πεῖραν ἀπαιτοῦντος ἡμᾶς, καὶ φόβου μικροῦ τὴν διάνοιαν καταλαβόντος ἅπαντα ἐξεχέαμεν τὰ βουλεύματα ὑπὸ τῆς ἀγωνίας ἀθρόον πτοηθέν- D τες. αὕτη δὲ βουλὴν οὕτω φρικτὴν καὶ φοβερὰν ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ καὶ ὑποδέξασθαι, καὶ ψηφίσασθαι, καὶ τοῖς ἔργοις πληρῶσαι ἴσχυσε, καὶ οὔτε τὸ φοβερὸν τῶν παρόντων, οὐχ ἡ ὀξύτης τοῦ καιροῦ, οὐχ ἡ ἐρημία τῆς ἐπιβουλευομένης, οὐ τὸ μόνην ἔνδον ἀπειλῆφθαι, οὐκ ἄλλο οὐδὲν τοιοῦτον ἐθορύβησε τὴν μακαρίαν ἐκείνην· ἀλλ' ὥσπερ φίλων τινῶν παρόντων καὶ γνωρίμων, οὕτω μετ' ἀδείας ἅπαντα ἔπραττε· καὶ μάλα εἰκότως. οὐ γὰρ ἦν ἔνδον μόνη, ἀλλ' εἶχε σύμβουλον Ἰησοῦν· ἐκεῖνος αὐτῇ παρῆν, ἐκεῖνος τῆς καρδίας αὐτῆς ἥπτετο, ἐκεῖνος τὴν ψυχὴν παρεθάρρυνεν, ἐκεῖνος μόνος τὸν φόβον ἐξέβαλε. ταῦτα δὲ οὐχ ἁπλῶς ἐποίει· E ἀλλ' ἐπειδὴ πρότερον ἑαυτὴν ἀξίαν παρεσκεύασε τῆς ἐκείνου βοηθείας ἡ μάρτυς.

Ἐξελθοῦσα τοίνυν χάριν ᾔτησε τοὺς στρατιώτας, ὥστε εἰσελθεῖν, καὶ μεταμφιάσασθαι· καὶ εἰσελθοῦσα μετημφιάσατο ἀφθαρσίαν ἀντὶ φθορᾶς, ἀθανασίαν ἀντὶ θανάτου, ζωὴν ἀτελεύτητον ἀντὶ προσκαίρου περιβαλλομένη ζωῆς. ἐγὼ δὲ πρὸς τοῖς εἰρημένοις, καὶ τοῦτο θαυμάζω· πῶς ἔδωκαν τὴν χάριν οἱ στρατιῶται· πῶς ἠπάτησε τοὺς ἄνδρας ἡ γυνή· πῶς οὐδὲν τῶν μελλόντων συμβήσεσθαι ὑπείδοντο ἐκεῖνοι· πῶς οὐ συνῆκαν τὸν δόλον. οὐδὲ γάρ ἐστι τοῦτο

εἰπεῖν, ὅτι οὐδεὶς οὐδὲν τοιοῦτον εἰργάσατο· πολλαὶ γὰρ ἴσως, καὶ εἰς κρημνὸν ἑαυτὰς ἀφῆκαν, καὶ εἰς πέλαγος ἔρριψαν, καὶ ξίφος διὰ τοῦ στήθους ἤλασαν, καὶ βρόχον ἀνῆψαν, καὶ πολλῶν τοιούτων δραμάτων ὁ καιρὸς ἔγεμεν ἐκεῖνος· ἀλλ' ὁ θεὸς τὴν καρδίαν αὐτῶν ἐτύφλωσεν, ὥστε μὴ συνιδεῖν τὸν δόλον. διὰ τοῦτο ἐκ μέσου τῶν δικτύων [a] ἀνέπτη· καὶ καθάπερ ἔλαφος εἰς αὐτὰς τῶν θηρατῶν ἐμπεσοῦσα τὰς χεῖρας, εἶτα ἐκεῖθεν διαφυγοῦσα πρὸς κορυφὴν ὄρους δύσβατον καὶ ποσὶ θηρατῶν καὶ ἀφέσει βελῶν ἀνέφικτον, ἵσταται τοῦ δρόμου λοιπόν, καθορῶσα μετ' ἀδείας τοὺς ἐπιβουλεύσαντας αὐτῇ πρότερον. οὕτω δὴ καὶ αὕτη εἰς αὐτὰς τῶν θηρατῶν ἐμπεσοῦσα τὰς χεῖρας, καὶ καθάπερ δικτύοις τοῖς τοίχοις ἔνδον ἐναπειλημμένη, ἀνέδραμεν οὐκ εἰς ὄρους κορυφήν, ἀλλ' εἰς αὐτὴν τοῦ οὐρανοῦ τὴν κορυφήν, ἔνθα λοιπὸν οὐκ αὐτοὺς ἔτι προσελθεῖν δυνατὸν ἦν. εἶτα ἐκεῖθεν αὐτοὺς εἰσορῶσα κεναῖς ἀναχωροῦντας χερσίν, ἔχαιρε πολλὴν τῶν ἀπίστων θεωμένη [b] κατασκευαζομένην αἰσχύνην. ἐννόησον γὰρ ἡλίκον ἦν· τοῦ δικαστοῦ καθημένου, τῶν δημίων παρεστώτων, τῶν κολαστηρίων εὐτρεπισμένων, τοῦ πλήθους παντὸς συνειλεγμένου, τῶν στρατιωτῶν προσδοκωμένων, ὑπὸ τῆς ἡδονῆς μεθυόντων ἁπάντων ἐλπιζόντων ἔχειν τὸ θήραμα, [c] τοὺς ἐπὶ τούτῳ ἀπελθόντας, ἐπανιέναι κάτω κύπτοντας, τὸ γεγενημένον δρᾶμα διηγουμένους. πόσην μὲν αἰσχύνην, πόσην δὲ ὀδύνην καὶ ὄνειδος τῶν ἀπίστων κατασκεδασθῆναι εἰκὸς ἁπάντων ἦν; πῶς ἀναχωρεῖν κάτω κύπτοντας ἐγκαλυπτομένους, διὰ τῶν ἔργων μανθάνοντας, ὅτι οὐ πρὸς ἀνθρώπους, ἀλλὰ πρὸς τὸν θεὸν ὁ πόλεμος αὐτοῖς ἦν. ὁ μὲν οὖν Ἰωσήφ, ἡνίκα ὑπὸ τῆς αὐτοῦ δεσποίνης ἐπεβουλεύετο, τὸ ἱμάτιον τὸ κατασχεθὲν ὑπὸ τῶν μιαρῶν χειρῶν παρὰ τῇ βαρβάρῳ γυναικὶ τότε ἀφείς, ἐξῄει γυμνός· αὕτη δέ, οὐδὲ κατασχεθῆναι τὸ σῶμα ὑπὸ τῶν ἀκολάστων ἀφῆκε χειρῶν, ἀλλ' ἀναβᾶσα γυμνῇ τῇ ψυχῇ, καὶ τὴν ἁγίαν σάρκα ἀφεῖσα παρὰ τοῖς πολεμίοις, εἰς πολλὴν αὐτοὺς ἀμηχανίαν ἐνέβαλεν. οὐδὲ γὰρ εἶχον, ὅτι χρήσονται τῷ λειψάνῳ λοιπόν. τοιαῦτα τοῦ θεοῦ τὰ κατορθώματα. τοὺς μὲν ἑαυτοῦ δούλους ἐξ ἀπόρων πραγμάτων, εἰς πολλὴν [d] ἄγειν εὐκολίαν· τοὺς δὲ ἐναντίους αὐτῷ καὶ πολεμίους, κἂν ἐκ τῶν εὐμηχάνων εἶναι δοκούντων, εἰς τὴν ἐσχάτην ἐμβάλλειν ἀμηχανίαν. τί γὰρ τῆς ἀμηχανίας ἐκείνης ἦν χαλεπώτερον, εἰς ἣν ἡ κόρη τότε ἐνεπεπτώκει; τί δὲ τῆς εὐκολίας εὐπορώτερον ἐν ᾗ τότε οἱ στρατιῶται ἦσαν; μόνην εἶχον αὐτὴν ἔνδον ἀπειλημμένην, ὥσπερ ἐν δεσμωτηρίῳ τῇ οἰκίᾳ [e] ἐγκεκλεισμένην, καὶ ὅμως ἀπῆλθον ἀποτυχόντες τῆς θήρας. πάλιν ἡ κόρη ἔρημος οὖσα συμμάχων, καὶ βοηθῶν, καὶ οὐδεμίαν οὐδαμόθεν ὁρῶσα διέξοδον τῶν δεινῶν, καὶ τῶν στομάτων ἐγγὺς οὖσα τῶν θηρίων ἐκείνων, ἐξ αὐτῆς ὡς ἂν εἴποι τις τῆς φάρυγγος αὐτῶν διαρπασθεῖσα διέφυγε τὰς ἐπιβουλάς, καὶ περιεγένετο στρατιωτῶν, δικαστῶν, ἀρχόντων. καὶ ἡνίκα μὲν ἔζη προσεδόκων αὐτῆς περιέσεσθαι οὗτοι πάντες· ἐπειδὴ δὲ ἐτελεύτησε, τότε εἰς πλείονα ἀμηχανίαν ἐνέπεσον, ἵνα μάθωσιν ὅτι θάνατος μαρτύρων, νίκη μαρτύρων. καὶ ταυτὸν

a Sic Savil. & unus. Morel. vero ἀνέστη, atque ita legit Interpres.
b Unus habet κατασκευαζομένην.
c Alii, ἐπὶ τοῦτο.

A dicas, neminem umquam rem similem fecisse. Multæ enim fortasse se præcipites dederunt, sesque in pelagus conjecerunt, vel pectus gladio trajecerunt, vel laqueo se præfocarunt: tempus quippe illud hujusmodi dramatibus plenum erat. At Deus cor eorum excæcavit, ut dolum non odorarentur. Quamobrem ex mediis illa retibus avolavit: ac quemadmodum cerva in ipsas venatorum manus delapsa, indeque postea aufugiens in verticem montis venatoribus & telis inaccessum se confert, cursumque tandem sistit, atque in tuto posita eos, qui sibi insidiabantur, respicit: Sic B & illa in manus insidiantium delapsa, & parietibus quasi retibus intus comprehensa, aufugit, non in montis verticem, sed in ipsum cæli cacumen: unde illos intuens vacuis manibus revertentes, multum gaudebat, cum infideles pudore suffusos cerneret. Cogites namque velim quale fuit illud, sedente judice, adstantibus carnificibus, paratis tormentis, universa coacta multitudine, cum milites exspectarent, præ voluptate gestientibus omnibus, se prædam accepturos sperantibus, tunc rediisse eos, qui ad id missi fuerant vultu C in terram demisso, remque gestam narrasse. Quantum dedecus, quantum mœrorem ac probrum infideles illos tunc affecisse par est? Quam vultu demisso, quanto cum pudore rediisse putes illos, cum didicissent se non cum hominibus, sed cum Deo bellum gerere. Joseph heræ suæ insidiis appetitus, vestimento, quod fœdis barbaræ mulieris manibus tenebatur, relicto, nudus exiit: hæc vero corpus lascivis detineri manibus non sivit, sed nuda cum anima ascendens, sacramque carnem apud hostes relinquens, in magnam illos consilii inopiam conjecit: neque enim D sciebant quid de reliquiis illis facerent. Talia sunt Dei præclara gesta, ut servos suos ex angustia in tranquillitatem magnam deducat; adversarios autem & hostes cum prospere habere videntur, in extremam consilii inopiam dejiciat. Quæ enim angustia major illa, in quam puella tunc inciderat? quid facilitate illa majus, in qua tum milites versabantur? Solam illam intus habebant comprehensam, domi ceu in carcere inclusam, & tamen abscesserunt amissa præda. Rursum puella sola auxilio prorsus & ope destituta, nullum E undecumque ab ærumnis exitum videns, ferarum oribus proxima, ex ipsis, ut ita dicam faucibus erepta, insidias effugit, milites, judices, principes superavit. Ac dum illa viveret, ipsam se superaturos sperabant omnes; postquam autem mortua est, tunc in majorem consilii inopiam delapsi sunt; ut discerent MORTEM MARTYRUM esse victoriam martyrum. Perinde

Mors Martyrum est victoria Martyrum.

d Sic Savil. & MSS. At Morel. ἄγει, & paulopost ἐμβάλλει.
e Alii, συγκεκλεισμένην.

vero accidit, ac si navis innumeris mercibus margaritisque preciosis onusta in ipso portus aditu decumanum fluctum, mox illam submersurum effugiens, ipso undarum impetu celerius in portum transmittatur. Sic & beatæ Pelagiæ contigit. Nam militum incursus, futurorum cruciatuum metus, minæ judicis, hæc nempe omnia, fluctibus vehementius ingruentia, id effecerunt, ut multo celerius in cælum avolaret, fluctusque navem submersurus, illam citius in tranquillum portum transmisit. Deinde corpus illud vel fulgure splendidius deferebatur, diaboli oculos feriens. Non enim fulgur e cælo demissum ita nobis terribile est, ut corpus Martyris fulgure ipso gravius dæmonum phalangas perterrefaciebat.

Ex divino nutu Pelagia se præcipitem dat.

3. Ut vero discas id non sine divino nutu factum fuisse, id maxime comperias, tum ex Virginis alacritate, tum ex eo, quod milites dolum non olfecerint, quod petenti annuerint, & quod res ad exitum deducta sit: neque minus id ediscere liceat ex ipsa mortis ratione. Multi enim e sublimi tecto delapsi, nihil mali passi sunt; alii item membris quibusdam corporis mutilati, longo post lapsum tempore vixerunt. Beatæ autem Virgini nihil hujusmodi contingere voluit Deus: sed jussit animam statim ex corpore exire, & eam, ut quæ satis certasset omniaque implesset, excepit. Non enim ex casus natura, sed ex Dei jussu mors consequuta est. Jacebat deinde corpus non in lecto, sed in solo. At non ideo expers honoris erat quod in solo jaceret; sed solum ipsum venerandum erat, quod tanta gloria præditum corpus excepisset. Ex hoc ipso igitur venerabilius corpus illud erat, quod in solo jaceret. Contumeliæ namque propter Christum irrogatæ accessionem nobis præbent honoris. Jacebat igitur in solo, angusto loco, virgineum illud & auro preciosius corpus. Circumstabant Angeli, venerabantur Archangeli omnes, aderat ipse Christus. Nam si heri domesticos honestiores mortuos efferunt, nec erubescunt; multo magis Christus eam, quæ sui causa animam emiserat, tantumque periculi adierat, sua præsentia honorare non erubuerit. Jacebat igitur magnum funerale habens martyrium, confessionis ornatu decorata, omni regia purpura, omni veste preciosa preciosiore stola induta; eaque duplici, nempe virginitatis & martyrii. Cum his funeralibus adstabit tribunali Christi. Talem nos quoque vestem studeamus viventes ac mortui habere: gnari eum, qui aureis vestimentis corpus exornet, nihil inde utilitatis percipere, imo potius in multorum

A συνέβαινεν, οἷον ἂν εἰ κύματός τινος ἐμβολὴν πρὸς αὐτῷ τῷ στόματι τοῦ λιμένος ὁλκὰς μυριοφόρος καὶ μαργαριτῶν γέμουσα πολυτίμων, μέλλοντος αὐτὴν καταβαπτίζειν καὶ ποιεῖν ὑποβρύχιον, διαφυγοῦσα ὑπ' αὐτῆς τῆς ῥύμης τῶν ὑδάτων, συνωθηθεῖσα πρὸς τὸν λιμένα μετὰ πλείονος παραπεμφθείη τοῦ τάχους. οὕτω δὴ καὶ ἡ μακαρία Πελαγία. καὶ γὰρ ἡ τῶν στρατιωτῶν ἔφοδος καὶ ὁ φόβος τῶν προσδοκωμένων κολαστηρίων, καὶ ἡ ἀπειλὴ τοῦ δικαστοῦ παντὸς κύματος σφοδρότερον προσπεσόντα ἠπείξεν αὐτὴν μετὰ πλείονος τάχους πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀναπτῆναι, καὶ τὸ μέλλον καταποντίζειν κῦμα τὴν ναῦν, τοῦτο παρέπεμψεν αὐτὴν πρὸς τὸν λιμένα τὸν εὔδιον. B καὶ κατεφέρετο τὸ σῶμα λοιπὸν, πάσης ἀστραπῆς φωτεινότερον, πλῆττον τοῦ διαβόλου τὰς ὄψεις. οὐχ οὕτω γὰρ ἡμῖν κεραυνὸς ἐκ τῶν οὐρανῶν ἀφιέμενός ἐστι φοβερὸς, ὡς τὸ σῶμα τῆς μάρτυρος, κεραυνοῦ παντὸς χαλεπώτερον ἐφόβει τῶν δαιμόνων τὰς φάλαγγας.

Καὶ ἵνα μάθης ὅτι οὐκ ἀθεεὶ ταῦτα ἐγίγνετο, μάλιστα μὲν καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ παρασήματος τῆς προθυμίας δῆλον, καὶ τοῦ μὴ συνιδεῖν τοὺς στρατιώτας τὸν δόλον, καὶ τοῦ δοῦναι τὴν χάριν, καὶ τοῦ πρὸς τέλος τὸ ἔργον ἐλθεῖν· οὐκ ἔλαττον δὲ τῶν εἰρημένων, καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ τρόπου τῆς τελευτῆς τοῦτ' ἔστι συνιδεῖν. C πολλοὶ γοῦν ἐξ ὑψηλοῦ κατενεχθέντες στέγους, οὐδὲν ἔπαθον δεινόν· καὶ ἕτεροι δὲ πάλιν μέλη τινὰ τοῦ σώματος πηρωθέντες, πολὺν μετὰ τὸ πτῶμα ἐπέζησαν χρόνον· ἐπὶ δὲ τῆς μακαρίας ἐκείνης, οὐδὲν τούτων ἀφῆκεν ὁ θεὸς συμβῆναι· ἀλλ' εὐθέως ἐκέλευσεν ἀφεῖναι τὸ σῶμα τὴν ψυχὴν, ὡς ἀρκούντως ἀγωνισαμένην δεξάμενος, καὶ τὸ πᾶν πληρώσασαν. οὐ γὰρ τῆς φύσεως τοῦ πτώματος ὁ θάνατος ἦν, ἀλλὰ τῆς τοῦ θεοῦ προσταγῆς. ἔκειτο δὲ τὸ σῶμα λοιπὸν, οὐκ ἐπὶ κλίνης, ἀλλ' ἐπὶ ἐδάφους· ἀλλ' οὐκ ἦν [a] ἄτιμον ἐπὶ ἐδάφους κείμενον, ἀλλ' αὐτὸ τὸ ἔδαφος ἦν τίμιον, ἐπειδὴ σῶμα τοσαύτῃ δόξῃ ἠμφιεσμένον ἐδέξατο. D δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο μάλιστα τὸ κεῖσθαι ἐπὶ ἐδάφους τιμιώτερον ἦν ἐκεῖνο τὸ σῶμα. αἱ γὰρ διὰ τὸν Χριστὸν ὕβρεις πλεονασμὸν ἡμῖν παρέχουσι τιμῆς. ἔκειτο τοίνυν ἐπ' ἐδάφους ἐπὶ τοῦ στενωποῦ τὸ παρθενικὸν ἐκεῖνο, καὶ παντὸς χρυσίου καθαρώτερον σῶμα· καὶ ἄγγελοι μὲν περιέστελλον, ἀρχάγγελοι δὲ πάντες ἐτίμων, καὶ ὁ Χριστὸς παρῆν. εἰ γὰρ δεσπόται τοὺς ἐπιεικεστέρους τῶν οἰκετῶν τελευτῶντας προπέμπουσι, καὶ οὐκ αἰσχύνονται· πολλῷ μᾶλλον ὁ Χριστὸς τὴν δι' αὐτὸν ἀφεῖσαν τὴν ψυχὴν, καὶ τοσοῦτον ἀναδεξαμένην κίνδυνον οὐκ ἂν ἐπῃσχύνθη τιμῆσαι τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ. E ἔκειτο τοίνυν μέγα ἐντάφιον ἔχουσα τὸ μαρτύριον τῷ κόσμῳ τῆς ὁμολογίας καλλωπιζομένη, πάσης βασιλικῆς ἁλουργίδος, πάσης πορφύρας τιμίας τιμιωτέραν περιβεβλημένη στολήν· καὶ διπλῆν ταύτην, τὴν τῆς παρθενίας, καὶ τὴν τοῦ μαρτυρίου· μετὰ τούτων τῶν ἐνταφίων παραστήσεται τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ. τοιαύτην τινὰ καὶ ἡμεῖς σπουδάζωμεν, καὶ ζῶντες, καὶ τελευτήσαντες περιβάλλεσθαι στολὴν, εἰδότες, ὅτι χρυσοῖς μὲν ἱματίοις τὸ σῶμά τις καλλωπίσας, οὐδὲν ὤνησεν, ἀλλὰ καὶ πολλοῖς

a Savil. & unus Reg. ἄτιμον ἐπειδὴ ἐπὶ ἐδάφους ἔκειτ', ἀλλ'

ἐπεὶ πάντως κατηγορίας, ὡς οὐδὲ ἐν τελευτῇ κενοδοξίας ἀφιστάμενος. ἀρετὴν δὲ περικείμενος, πολλοὺς ἕξει καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν ἐπαινέτας. καὶ γὰρ αὐτῶν τῶν βασιλικῶν αὐλῶν λαμπρότερος παρὰ πᾶσιν ὁ τάφος ἔσται ἐκεῖνος, ἔνθα ἂν ᾖ σῶμα κείμενον ἀρετῇ καὶ εὐσεβείᾳ συζῆσαν. καὶ τούτου μάρτυρες ὑμεῖς οἱ τὰς μὲν θήκας τῶν πλουσίων, καίτοι χρυσᾶ ἐχούσας ἱμάτια καθάπερ σπήλαια παρατρέχοντες, πρὸς δὲ τὴν ἁγίαν ταύτην μετὰ πολλῆς [a] δραμόντες τῆς προθυμίας, ἐπειδὴ μαρτυρίῳ, καὶ ὁμολογίᾳ, καὶ παρθενίᾳ ἀντὶ ἱματίων χρυσῶν ἑαυτὴν ἀμφιάσασα, ἀπῆλθεν ἡ μάρτυς. μιμησώμεθα τοίνυν αὐτὴν κατὰ δύναμιν τὴν ἡμετέραν· κατεφρόνησεν ἐκείνη ζωῆς· καταφρονήσωμεν ἡμεῖς τρυφῆς· καταγελάσωμεν πολυτελείας· ἀποστῶμεν μέθης· ἀδηφαγίαν φύγωμεν. οὐχ ἁπλῶς ταῦτα λέγω νῦν, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ πολλοὺς ὁρῶ, μετὰ τὸ λυθῆναι τὸ πνευματικὸν τοῦτο θέατρον ἐπὶ μέθην καὶ [b] καπηλείαν, καὶ τὰς ἐν πανδοχείοις τραπέζας, καὶ τὴν ἄλλην ἀσχημοσύνην τρέχοντας. διὰ τοῦτο δέομαι καὶ παρακαλῶ διαπαντὸς ἐν μνήμῃ καὶ διανοίᾳ τὴν ἁγίαν ταύτην ἔχειν, καὶ μὴ καταισχῦναι τὴν πανήγυριν, μηδὲ τὴν ἐκ τῆς ἑορτῆς ταύτης ἐγγινομένην ἡμῖν παρρησίαν ἀφελέσθαι. καὶ γὰρ οὐχ ὡς ἔτυχε πρὸς Ἕλληνας διαλεγόμενοι καλλωπιζόμεθα τῷ πλήθει τῆς ἑορτῆς, καταισχύνοντες αὐτοὺς καὶ λέγοντες, ὅτι πόλιν ὁλόκληρον, καὶ δῆμον τοσοῦτον κόρη μία τελευτήσασα, πρὸς ἑαυτὴν ἐπισπᾶται καθ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτὸν, καὶ μετὰ τοσαῦτα ἔτη, καὶ χρόνος οὐδεὶς τὴν ἀκολουθίαν τῆς τιμῆς διέκοψε ταύτης· ἀλλ᾽ ἐὰν αἴσθωνται τῶν ἐν τῇ πανηγύρει γινομένων, τὸ πλέον ἀφῃρήμεθα τῶν ἐγκωμίων. τὸ γὰρ πλῆθος τοῦτο τὸ παραγινόμενον νῦν ἂν μὲν μετ᾽ εὐταξίας παραγίνηται, κόσμος ἡμῖν μέγιστος· ἂν δὲ μετὰ ῥαθυμίας καὶ ὀλιγωρίας πολλῆς, ὄνειδος καὶ κατηγορία.

Ἵνα οὖν ἐναβρυνώμεθα τῷ πλήθει τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, μετὰ τῆς αὐτῆς οἴκαδε εὐταξίας ἀναχωρῶμεν, μεθ᾽ ὅσης εἰκὸς μάρτυρι τοιαύτῃ συγγινομένους ἀπιέναι. εἰ γάρ τις μὴ οὕτως οἴκαδε ἀπέλθοι, οὐ μόνον οὐδὲν ὤνησεν, ἀλλὰ καὶ κίνδυνον καθ᾽ ἑαυτοῦ μέγιστον ἐπεσπάσατο. οἶδα ὅτι καθαροὶ τῶν νοσημάτων τούτων ὑμεῖς· ἀλλ᾽ οὐκ ἀρκεῖ τοῦτο εἰς ἀπολογίαν ὑμῖν. ἀλλὰ δεῖ καὶ τοὺς ἀδελφοὺς ἀκοσμοῦντας εἰς εὐταξίαν μεγίστην ἄγειν καὶ καθιστᾶν ἐν τῷ πρέποντι σχήματι. ἐτίμησας τὴν μάρτυρα τῇ παρουσίᾳ; τίμησον αὐτὴν καὶ τῇ διορθώσει τῶν οἰκείων μελῶν· ἂν ἴδῃς γέλωτα ἄτακτον, καὶ δρόμον ἀσχήμονα, καὶ βάδισιν ἀνελεύθερον, καὶ σχῆμα ἀπρεπὲς, πρόσελθε, καὶ βλέψον εἰς τοὺς ταῦτα ποιοῦντας δριμὺ καὶ φοβερόν. ἀλλὰ καταφρονοῦσι καὶ καταγελῶσι μειζόνως; λάβε μετά σου δύο καὶ τρεῖς ἀδελφοὺς, ἢ καὶ πλείους, ὥστε καὶ ἀπὸ τοῦ πλήθους γενέσθαι [c] αἰδεσιμωτέρους· εἰ δὲ μηδὲ οὕτω καθέξοιο τῆς ἀνοίας ἐκείνων, τοῖς ἱερεῦσι τούτους ποίησον φανερούς. μᾶλλον δὲ ἀμήχανον εἰς τοσαύτην ἐλθεῖν ἀναισχυντίαν αὐτοὺς, ὥστε ἐπιτιμωμένους, παρακαλουμένους μὴ

reprehensionem incurrere, ut qui ne in morte quidem a vana gloria recedat; sin virtute sit indutus, multos etiam post mortem laudatores habebit. Etenim ipsis etiam imperialibus aulis splendidius apud omnes erit sepulcrum illud, ubi corpus jacuerit, quod cum virtute ac pietate vixerit. Hujus rei testes vos estis, qui divitum sepulcra, etsi aureis ornata vestimentis, ceu speluncas prætermittentes, ad Sanctam magno studio accurritis; quia cum sese martyrio, confessione & virginitate vestium aurearum loco induisset, Martyr discessit. Eam itaque pro viribus imitemur: contemsit illa vitam, contemnamus & nos delicias, sumtuosos irrideamus apparatus, abstineamus ab ebrietate, crapulam fugiamus. Neque sine causa sic loquor. Sed quia multos jam video, qui post solutum hoc spirituale theatrum, ad ebrietatem, ad cauponas, ad diversoriorum mensas, ad aliaque turpia advolaturi sunt. Quamobrem rogo & hortor, ut semper hanc sanctam Virginem in memoria & mente habeatis, neque concionem hanc dedecoretis, neque eam, quæ ex hac celebritate nobis accedit, fiduciam de medio tollatis. Etenim non temere cum Gentilibus colloquentes, hujus solemnitatis frequentia gloriamur, illosque rubore perfundimus dicentes, universam civitatem tantumque populum, a puella mortua singulis annis pertrahi, nec post tot annos a tali consuetudine supersedere. Verum si senserint ea, quæ in hac celebritate admittuntur, magna laudum parte carebimus. Nam si hæc, quæ nunc convenit multitudo, sic cum debito ordine accedat, id magno nobis erit ornamento; sin cum segnitie ac negligentia, probrum nobis erit ac vituperium.

4. Ut igitur caritatis vestræ frequentia gloriari possimus, cum eadem modestia domum recedamus, qua par est eos abire, qui cum hac Martyre convenerunt. Nam si quis non hoc ritu discedat, non solum nihil profecerit, verum etiam periculum sibi maximum attraxerit. Scio quidem vos hoc morbo non laborare, sed id non ad defensionem vobis satis est: oportet enim etiam fratres vestros, qui indecore se gerunt, ad maximam modestiam & ad decentem statum reducere. Honorasti Martyrem præsentiâ? illam etiam propriorum membrorum emendatione honora. Si videris immoderatum risum, cursum indecentem, incessum illiberalem, habitum indecorum, accede, & tali affectos modo, terribiliter & torve intuere. At te despiciunt, magisque irrident? Sume tecum duos tresve, aut plures fratres, ut ex numero majori in veneratione sitis. Quod si ne ita quidem eorum amentiam reprimas, eos ad sacerdotes deferas. At vix possunt illi in tantum impudentiæ devenire, ut increpati & moniti non cessent, nec eru-

Honor Martyribus debitus.

a Alii, ἱερμῶντες. Paulopost Savil. & unus, ἀμφιάσασα, Morel. & alius, ἐπαφιάσασα.

b Reg. unus, καπηλεῖα.

c Alii, αἰδεσιμωτέρους, alii, αἰδεσίμους. Mox, alii, καθίκοιο, alii, καθίκοιτο.

bescant, neque ab inordinata & ludicra chorea se retrahant. Si vel decem, si vel tres, vel duo, vel unum lucratus fueris, mercem multam reportaveris. Magna est viæ longitudo: viæ igitur longitudine ad ea quæ dicta sunt colligenda utamur, odoramentis suavibus viam repleamus. Neque enim ita ornata via apparuerit, si odoramentis eam replens quispiam suavi fragrantia aërem perfuderit; ut honesta nunc apparebit, si omnes quotquot hodie per illam incedunt, Martyris certamina inter se narrantes domum redeant, lingua sua singuli ceu thuribulo utentes. Annon videtis, Imperatore in urbem ingrediente, quanto cum ordine milites utrinque positi armati gradiantur, alter alterum cohortantes, ut quiete & cum reverentia incedant, quo spectatu digni videantur? Illos itaque imitemur: & nos quippe Imperatorem deducimus; Imperatorem, inquam, non sensibilem, non terrenum, sed Angelorum Dominum. Sic ergo & nos recto cum ordine ingrediamur nos mutuo cohortantes, ut modo rituque decenti progrediamur, ut non multitudine tantum, sed etiam ornatu spectatores stupore afficiamus. Imo vero etsi nemo adesset alius, sed soli iter faceremus, ne sic quidem indecore se gerere oporteret, ob pervigilem illum oculum ubique præsentem & omnia videntem. Nunc vero considerate multos hæreticos esse nobis permixtos, qui si nos viderint ita choreas agentes, ridentes, clamantes, ebrios; summe nos damnantes recedent. Quod si is, qui vel uni offendiculo fuerit inevitabili pœna plectetur, qui in tot hominum offensionem incurrimus, quales dabimus pœnas? Sed absit, ut post tot sermones talemque adhortationem, quispiam reperiatur supradictis obnoxius culpis. Nam si antehac tales ausus venia digni non erant; post hujusmodi consilium & increpationem, multo inevitabilior erit pœna, tam iis, qui hæc perpetrant, quam iis, qui talia despiciunt. Ut igitur & eos a supplicio liberetis, ac vobis ipsis majorem comparetis mercedem, fratrum vestrorum curam suscipite, eos ad illa colligenda & enarranda inducite; ut hæc per totam viam meditantes, atque iis, qui domi remanserunt, ac relicti sunt hujus mensæ reliquias afferentes, splendidum & illic convivium habeatis. Ita enim & hujus festi sensum maximum capiemus, & sanctam Martyrem ad majorem benevolentiam provocabimus, vero illam honore prosequentes: majori quippe ipsi voluptati erit, si spiritualibus fructibus hinc onusti recedamus, quam si huc cum tumultu veneritis. Utinam vero tum Sanctæ hujus, tum eorum, qui similiter certaverunt, precibus, & horum & aliorum, quæ dicta sunt, memoriam retineatis, & operibus omnia exhibentes, in omnibus Deo semper placeatis, cui gloria & imperium in sæcula sæculorum, amen.

εἶξαι καὶ ἐντραπῆναι καὶ καθυφῆναι τῆς ἀτάκτου, καὶ παιδικῆς χρείας. κἂν δέκα, κἂν τρεῖς, κἂν δύο, κἂν ἕνα κερδάνῃς μόνον, πολλὴν λαβὼν εἰσελεύσῃ τὴν ἐμπορείαν. πολὺ τῆς ὁδοῦ τὸ μῆκος, τῷ μήκει τοίνυν τούτῳ πρὸς συλλογὴν τῶν εἰρημένων ἀποχρησώμεθα· θυμιαμάτων ἐμπλήσωμεν τὴν λεωφόρον. οὐδὲ γὰρ οὕτω σεμνὴ φανεῖται ἡ ὁδὸς, εἰ διὰ πάσης αὐτῆς θυμιατήριά τις τιθεὶς τῆς εὐωδίας ἀναχρώσειε τὸν ἀέρα, ὡς σεμνὴ φανεῖται νῦν, εἰ πάντες οἱ τήμερον αὐτὴν ὁδεύοντες τοὺς ἄθλους τῆς μάρτυρος πρὸς ἑαυτοὺς διηγούμενοι, βαδίζοιεν οἴκαδε, θυμιατήριον τὴν ἑαυτοῦ γλῶτταν ἕκαστος ποιῶν. οὐχ ὁρᾶτε βασιλέως εἰσιόντος εἰς πόλιν, μεθ' ὅσης εὐταξίας οἱ στρατιῶται στοιχηδὸν ἑκατέρωθεν καθωπλισμένοι βαδίζουσιν, ἀλλήλοις παρακελευόμενοι ἠρέμα, καὶ μετὰ φόβου πολλοῦ χωρεῖν, ὥστε τοῖς θεωροῦσιν αὐτοὺς ἀξιοθέατοι φαίνεσθαι; ἐκείνους γοῦν μιμησώμεθα· καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς βασιλέως προηγούμεθα, βασιλέως οὐκ αἰσθητοῦ, οὐκ ἐπιγείου, ἀλλὰ τοῦ τῶν ἀγγέλων δεσπότου. οὕτω τοίνυν εἰσέλθωμεν καὶ ἡμεῖς, μετ' εὐταξίας [a] ἀλλήλοις παρακελευόμενοι, ῥυθμῷ καὶ τάξει προβαίνειν· ἵνα μὴ τῷ πλήθει μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ κόσμῳ τοὺς θεωμένους ἐκπλήξωμεν· μάλιστα μὲν γὰρ εἰ καὶ μηδεὶς ἄλλος παρῆν, ἀλλὰ μόνοι κατὰ τὴν ὁδὸν ἐβαδίζομεν, οὐδὲ οὕτως ἀσχημονεῖν ἐχρῆν, διὰ τὸν ἀκοίμητον ὀφθαλμὸν τὸν πανταχοῦ παρόντα καὶ πάντα βλέποντα· νῦν δὲ ἐννοήσατε ὅτι πολλοὶ τῶν αἱρετικῶν εἰσὶν ἡμῖν ἀναμεμιγμένοι· κἂν ἴδωσιν [b] ἡμᾶς οὕτω χορεύοντας, γελῶντας, βοῶντας, μεθύοντας, τὰ ἔσχατα καταγνόντες ἡμῶν ἀπελεύσονται. εἰ δὲ ἕνα τις σκανδαλίζων ἀπαραίτητον ὑπομένει κόλασιν, οἱ τοσούτους σκανδαλίζοντες ποίαν δώσομεν δίκην; ἀλλὰ μὴ γένοιτο μετὰ τοὺς λόγους τούτους καὶ τὴν παραίνεσιν ταύτην εὑρεθῆναί τινα ὑπεύθυνον ὄντα τοῖς εἰρημένοις. εἰ γὰρ καὶ πρὸ τούτου ταῦτα τολμώμενα ἀσύγγνωστα ἦν· μετὰ τὴν συμβουλὴν ταύτην καὶ τὴν ἐπίπληξιν πολλῷ πλέον ἀπαραίτητον ποιεῖ τὴν τιμωρίαν, καὶ τοῖς αὐτὰ ποιοῦσι, καὶ τοῖς περιορῶσι γινόμενα. ἵνα οὖν κἀκείνους τῆς κολάσεως ἀπαλλάξητε, καὶ [c] ὑμῖν πλείονα προξενήσητε τὸν μισθὸν, ἀντιλάβεσθε τῆς τῶν ἀδελφῶν τῶν ἡμετέρων κηδεμονίας, εἰς τὴν συλλογὴν αὐτοὺς καὶ τὴν διήγησιν τῶν εἰρημένων ἐμβάλλετε· ἵνα διὰ τῆς ὁδοῦ πάσης μελετήσαντες ταῦτα, καὶ τοῖς οἴκοι μείνασι καὶ ἀπολειφθεῖσι τὰ λείψανα τῆς τραπέζης ταύτης ἀπενεγκόντες, λαμπρὰν κἀκεῖ ποιήσητε τὴν εὐωχίαν. οὕτω γὰρ καὶ τῆς ἑορτῆς ταύτης μεγίστην αἴσθησιν ληψόμεθα, καὶ τὴν μάρτυρα τὴν ἁγίαν εἰς πλείονα ἐπισπασόμεθα εὔνοιαν, τιμὴν τὴν ἀληθῆ τιμῶντες αὐτήν. τοῦ γὰρ ἐνταῦθα παραγενέσθαι, καὶ θορυβῆσαι πολλῷ μείζω αὐτῇ τὴν ἡδονὴν οἴσει, τὸ καρπωσαμένους καὶ ὠφεληθέντας πνευματικήν τινα ὠφέλειαν ἀπελθεῖν. γένοιτο δὲ εὐχαῖς τῆς ἁγίας ταύτης, καὶ τῶν τὰ αὐτὰ ἠθληκότων αὐτῇ, καὶ τούτων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν εἰρημένων ἀκριβῆ τὴν μνήμην ὑμᾶς κατασχεῖν, καὶ διὰ τῶν ἔργων ἅπαντα ἐπιδειξαμένους, ἐν πᾶσιν εὐαρεστοῦντας διατελεῖν τῷ θεῷ. ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

[a] Alii, ἀλλήλους, alii, ἀλλήλοις.
[b] Alii, ὑμᾶς.
[c] Alii, ὑμῖν, alii, ἡμῖν.

HOMILIA II. IN S. PELAGIAM.

MAJORE quidem theatro sancta Virgo Pelagia digna esset: magna enim hujus puellæ certamina exstiterunt, ob idque copiosiorem theatri frequentiam requirunt. At satis illi tamen est Christus, qui solus pro omni ornamento hujus Virginis panegyrim ac celebritatem præsens exornat, quo enim loco Christus adest, illic omnium Angelorum chorus præsto est. Et omnes quidem Martyres sua corpora cruciatibus fortiora præstiterunt, ob idque magnum quoddam theatrum adversus diabolum sibi paraverunt; cum incorporeos spiritus corpore ipso superaverint, & carnem suam cum ferro contendentem fortiter exhibuerint. Cum vero etiam puellas ipsas video pro Christo crucifixo mori gestientes, tunc diaboli temeritatem magis rideo, qui cum permulta vaticinandi loca sibi excogitaverit, quasi res futuras in illis ipsis prænunciaturus esset, non illud prævideriṭ ac vaticinatus sit, quantum dedecus, quovis risu dignum, hodierno die passurus esset. Quid enim magis ridendum aliquis duceret, quam quod hodie passus est diabolus? qui licet Virginem irretitam haberet, a præda tamen ipsa excidit, & puellam, quam apprehendit, tenere non potuit, quasi umbram, non Virginem, apprehendisset. Nam cum illa simplicitatem columbæ cum serpentis prudentia conjunctam haberet, ut columba quidem simplex comprehensa est, sed ut prudens serpens diffugit: quamvis enim esset comprehensa, de victoria tamen non desperavit: neque animo aut consilio capta fuit, licet corpore detenta esset; sed artem quamdam atque consilium excogitavit, quo eorum, a quibus comprehensa fuerat, temeritatem eluderet, & eos tamquam stupidos redderet. Sed quidnam hoc fuit? Se consilium mutasse puella simulavit: idque ut credibile videretur, quamvis in tantæ fluctuationis & naufragii periculo constituta esset, vultu tamen ipso hilaritatem præferebat. Figmento igitur illo milites capti, & puellæ hilaritate decepti, humanius in illam se gerere cœperunt. Quæ cum ab ipsis petiisset, ut tamdiu liceret abesse, quoad ornatum sponsæ convenientem sibi indueret, eundi potestatem milites ei concesserunt: quippe qui ea re non solum illi Virgini gratum facturi essent, sed futurum etiam cogitabant, ut a judice ipso magis laudarentur, si puellam veste ornatam duxissent. Illa vero consilii sui compos facta statim se veste induit, quæ vere decora est. Cum enim animi fortitudine; & resurrectionis spe multa se induisset atque corroborasset, ad ipsius tecti fastigium cucurrit, & illinc seipsam præcipitem dedit. Itaque palæstræ genus illud exegit, quod ut magnum quidpiam aliquando diabolus Domino ipsi proponere ausus fuerat, cum dixit: *Si filius Dei es, mitte te deorsum.* (Matt. 4. 6.) Hujus puellæ fidem & animi magnitudinem valde obstupesco. Quid enim tunc alia virgo secum ipsa non cogitasset? Dixisset quidem: Do meipsam ex hoc loco præcipitem, cum id facere eo ipso

A coacta sim, quod stuprum metuo. Laudabile est propositum, modo casum ipsum mors consequatur: quamvis enim in me mortuam hostes debacchati fuerint, id tamen ego non sentiam, neque insciente hoc facient. Ac si in terram collisæ corporis membra perfracta fuerint, anima vero in membris permanserit; corporis turpitudinem moleste ferens ac dolens, tunc nihilominus ad Judicem ducta, ea patiar, quæ semper timui: tradent enim stupro corpus ipsum membris læsum, ac me violatam dimittent: sicque duplicem feram calamitatem, tum corporeis membris læsa, tum B virginitate spoliata. Hæc satis quidem fuissent, ut aliam puellam perturbarent. At illa ita confisa est, quasi finis ipsius sponsorem aliquem haberet: ob idque promto animo ad eum casum festinavit. Itaque puellæ & Virginis fortitudine atque animo illo victus es, diabole. Quæ enim Domino ipsi olim proposuisti, ad ea puella quædam, ejus famula te provocavit, & ad tecti fastigium accurrens, illinc seipsam jaculata est: cumque a Judice vocata esset, tibi, qui hoc suggessisti, non obtemperavit, neque subdolam pugnam subiit: novit enim versutas cogitationes tuas, cum sæpe C virgines ipsas ad judices, tamquam ad flagella excipienda vocare soleas: postea vero sine pugna iis, qui pugnare subierunt, acerbius detentas ejicis. At si vere ad pugnam vel ad stadia puellam provocas, congredere nunc cum illa e tecto se dejiciente, eamque illinc decidentem sustine: audeas contra illam stare, & palæstram experiri. Excita quamcumque velis astutiam. Habes terram pro pugnæ campo: urge nunc gladios ipsos, ut mortem inferas: substerne interficiendis hominibus dura cædis instrumenta: para decidenti puellæ confractionem. Omnes enim quantumvis abstrusas atque abditas artes tuas velut infirmissi- D mas illa superavit; quodque majus est, neque illud a Deo exegit, quod scriptum est; Angelis tuis manda de me, Domine, ne umquam offendam ad lapidem corpus meum; sed id petiit, ut animæ præciperet, post casum ipsum e corpore discedere. O puellam, genere quidem & sexu feminam, animo autem ipso marem! O virginem duobus nominibus extollendam, quod in Virginum grege, & Martyrum choro numerata sis! O puellam ita continentem, ut neque aspectu quidem ipso fruendi facultatem intemperato Judici præbueris! E Hujus igitur puellæ temperantiam & nos imitemur, & contra voluptates ipsas victoriæ tropæa erigamus: incontinentiæ atque intemperantiæ impetum frangamus, & animum ipsum ad pietatem servandam corroboremus: judices ipsos a tentationibus submoveamus, & cum opportunum est, non abjectos, sed audaces nos præstemus: denique membra nostra, quæ sunt super terram, mortificemus, ut Dominus ipse hoc humile corpus nostrum tale reddat, & in eam conditionem transferat, ut corporis sui formam cum eo communicet: cui sit gloria & imperium, in sæcula, amen.

MONITUM

AD HOMILIAM IN S. IGNATIUM THEOPHORUM.

Hanc Homiliam Antiochiæ habuit Chrysostomus paucis post Concionem in S. Pelagiam diebus. De anno ne conjectura quidem quidvis statuere possumus, cum nulla hinc temporis nota erui possit. Festum S. Ignatii celebratur apud nos 1. *Februarii, apud Græcos autem vigesima die Decembris. Quia vero ea ipsa dies* 20. *Decembris notatur etiam in Mss. antiquissimis, verisimile prorsus videtur ea ipsa die habitam fuisse hanc Homiliam : non autem* 17. *Decembris, qua die translatio ejus celebratur in Ecclesia Romana, ut recte notat Fronto Ducæus, qui tres ejus translationes commemorat ; primam qua Roma Antiochiam, ut putabatur, a discipulis qui ejus acta scripserunt, reliquiæ ejus translatæ sunt : nam Chrysostomo in hac Homilia atque Hieronymo testibus, ossa ejus Antiochiæ quiescebant, & quidem extra portam Daphniticam in Cœmeterio, ait Hieronymus de Scriptoribus Ecclesiasticis. Secunda translatio imperante Theodosio II. facta est, cum ejus jussu ex Cœmeterio in templum Fortunæ ejus ossa translata sunt, & templum olim dæmonibus dicatum, Martyri consecratum est, inquit Evagrius. Tertiam translationem Antiochia Romam memorat Martyrologium Romanum, cum in Ecclesia S. Clementis recondita sunt.*

Interpretationem Francisci Zini passim emendatam e regione Græci textus edimus.

IN S. MARTYREM IGNATIUM Deiferum, magnæ Antiochiæ Archiepiscopum Romam abductum, ibique Martyrio affectum, atque inde rursus Antiochiam translatum, laudatio.

1. Qui sumtuosis ac splendidis conviviis delectantur, ea crebro & frequenter celebrant, tum ut divitias ostentent suas, tum ut benevolentiam in amicos præ se ferant. Talis est etiam spiritus gratia, quæ nobis & proprias opes ostendit, atque exhibet, & magnam erga amicos Dei caritatem declarat, cum frequentes nobis Martyrum mensas apponit. Nuper puella plane adolescens & virgo, beata martyr Pelagia, magna cum lætitia convivium nobis exhibuit : hodie celebritatem illius beatus hic, ac generosus martyr Ignatius vicissim excepit. Diversæ quidem personæ, sed una mensa : variæ pugnæ, sed corona eadem : disparia certamina, sed idem bravium. In certaminibus enim externis, quia labores sunt corporum, merito viri tantum admittuntur : hic autem quoniam totum certamen ad animum spectat, utrique sexui stadium aperitur, utrique generi consident spectatores. Nec viri tantum accingunt se, ne ad naturæ infirmitatem feminæ confugientes probabilem habere videantur excusationem : nec solæ feminæ se fortiter gerunt, ne virorum genus rubore perfundant : sed & hinc, & inde multi

[a] ΕΓΚΩΜΙΟΝ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ἱερομάρτυρα Ἰγνάτιον τὸν θεοφόρον, ἀρχιεπίσκοπον γενόμενον Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης εἰς Ῥώμην ἀπενεχθέντα, καὶ αὐτόθι μαρτυρήσαντα, κἀκεῖθεν αὖθις εἰς Ἀντιόχειαν κομισθέντα.

A Οἱ πολυτελεῖς καὶ φιλότιμοι τῶν ἑστιατόρων πυκνὰς καὶ ἐπαλλήλους ποιοῦνται τὰς ἑστιάσεις· ὁμοῦ μὲν τὴν οἰκείαν περιουσίαν ἐπιδεικνύμενοι, ὁμοῦ δὲ τὴν περὶ τοὺς ἐπιτηδείους φιλοφροσύνην ἐμφαίνοντες· οὕτω καὶ ἡ τοῦ πνεύματος χάρις τῆς οἰκείας δυνάμεως τὴν ἀπόδειξιν ἡμῖν παρεχομένη, καὶ πολλὴν τὴν φιλοφροσύνην περὶ τοὺς τοῦ Θεοῦ φίλους ἐπιδεικνυμένη, συνεχεῖς ἡμῖν καὶ ἐπαλλήλους τὰς τῶν μαρτύρων παρατίθεται τραπέζας. πρώην γοῦν ἡμᾶς κόρη κομιδῆ νέα καὶ ἀπειρόγαμος ἡ μακαρία μάρτυς Πελαγία μετὰ πολλῆς τῆς εὐφροσύνης εἱστίασε· σήμερον πάλιν τὴν ἐκείνης ἑορτὴν ὁ μακάριος οὗτος καὶ γενναῖος μάρτυς Ἰγνάτιος διεδέξατο. διάφορα τὰ πρόσωπα, ἀλλὰ μία ἡ τράπεζα· ἐνηλλαγμένα τὰ παλαίσματα, ἀλλ' εἷς ὁ στέφανος· ποικίλα τὰ ἀγωνίσματα, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ βραβεῖον. B ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἔξωθεν ἀγώνων, ἐπειδὴ σωμάτων εἰσὶν οἱ πόνοι, εἰκότως ἄνδρες ἐγκρίνονται μόνοι· ἐνταῦθα δὲ ἐπειδὴ τῆς ψυχῆς ὁ ἀγὼν ἅπας ἐστὶν, ἑκατέρᾳ τῇ φύσει τὸ στάδιον ἀνέῳγεν, ἑκατέρῳ τῷ γένει τὸ θέατρον κάθηται. καὶ οὔτε ἄνδρες ἀπεδύσαντο μόνον, ἵνα μὴ πρὸς τὴν τῆς φύσεως ἀσθένειαν αἱ γυναῖκες καταφεύγουσαι δόξωσιν ἔχειν εὐπρόσωπον ἀπολογίαν· οὔτε γυναῖκες ἠνδρείσαντο μόναι, ἵνα μὴ τὸ τῶν ἀνδρῶν καταισχύνηται γένος· ἀλλὰ καὶ ἐντεῦθεν κἀκεῖθεν πολλοὶ οἱ

Collata cum duobus Codicibus Regiis 1832. & 2343.

a Titulum sic habent Savil. & unus Codex Regius, atque ita legit Interpres, in Morel. vero postrema verba non habentur.

ἀνακηρυττόμενοι

ἀνακηρυττόμενοι καὶ στεφανούμενοι· ἵνα μάθῃς διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν ὅτι ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ οὐκ ἄρσεν οὐδὲ θῆλυ· ὅτι οὔτε φύσις, οὔτε σώματος ἀσθένεια, οὔτε ἡλικία, οὔτε ἄλλο οὐδὲν τῶν τοιούτων ἐμποδίσαι δύναιτ' ἂν τοῖς τὸν τῆς εὐσεβείας τρέχουσι δρόμον· ἐὰν προθυμία γενναία, καὶ φρόνημα διεγηγερμένον, καὶ φόβος θεοῦ θερμὸς καὶ διάπυρος ἐρριζωμένος ἡμῖν ἐν ταῖς ψυχαῖς ᾖ. διὰ τοῦτο καὶ κόραι, καὶ γυναῖκες, καὶ ἄνδρες, καὶ νέοι, καὶ γέροντες, καὶ δοῦλοι, καὶ ἐλεύθεροι, καὶ πᾶσα ἀξία, καὶ ἡλικία ἅπασα, καὶ φύσις ἑκατέρα πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἀπεδύσαντο τούτους, καὶ οὐδαμόθεν οὐδὲν παρεβλάβησαν, ἐπεὶ προαίρεσιν γενναίαν εἰσήνεγκαν εἰς τὰ παλαίσματα ταῦτα. ὁ μὲν οὖν καιρὸς ἡμᾶς ἤδη πρὸς τὴν διήγησιν τῶν τοῦ μακαρίου τούτου κατορθωμάτων καλεῖ· ὁ λογισμὸς δὲ ταράττεται καὶ θορυβεῖται, οὐκ ἔχων τί πρῶτον, τί δεύτερον εἰπεῖν, τί τρίτον· τοσοῦτον περιρρεῖ πάντοθεν ἡμᾶς ἐγκωμίων πλῆθος. καὶ ταυτὸν πάσχομεν, οἷον ἂν εἴ τις εἰς λειμῶνα εἰσελθὼν, καὶ πολλὴν μὲν τὴν ῥοδωνίαν ἰδὼν, πολὺ δὲ τὸ ἴον, καὶ τὸ κρίνον τοσοῦτον, καὶ ἕτερα δὲ ἠρινὰ ἄνθη ποικίλα τε καὶ διάφορα ἀπορήσειεν, τί πρῶτον ἴδῃ, τί δεύτερον, ἑκάστου τῶν ὁρωμένων πρὸς ἑαυτὸ καλοῦντος τὰς ὄψεις. καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς εἰς τὸν πνευματικὸν τοῦτον λειμῶνα τῶν Ἰγνατίου κατορθωμάτων εἰσελθόντες, καὶ οὐχὶ ἄνθη ἠρινὰ, ἀλλ' αὐτὸν τοῦ πνεύματος τὸν καρπὸν ποικίλον τε καὶ διάφορον ἐν τῇ τούτου ψυχῇ θεώμενοι θορυβούμεθα, καὶ διαπορούμεθα, οὐκ ἔχοντες ποῦ πρῶτον τὸν λογισμὸν ἀπερείσωμεν, ἑκάστου τῶν ὁρωμένων ἀπὸ τῶν πλησίον ἀνθέλκοντος, καὶ πρὸς τὴν τῆς οἰκείας εὐπρεπείας θεωρίαν ἐπισπωμένου τὴν τῆς ψυχῆς ὄψιν. σκοπεῖτε γάρ· προέστη τῆς παρ' ἡμῖν ἐκκλησίας γενναίως, καὶ μετὰ τοσαύτης ἀκριβείας, μεθ' ὅσης ὁ Χριστὸς βούλεται· ὃν γὰρ μέγιστον ὅρον καὶ κανόνα τῆς ἐπισκοπῆς ἔφησεν εἶναι ἐκεῖνος, τοῦτον οὗτος διὰ τῶν ἔργων ἐπεδείξατο. καὶ γὰρ τοῦ Χριστοῦ λέγοντος ἀκούσας, ὅτι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων, μετὰ πάσης ἀνδρείας αὐτὴν ἐπέδωκεν ὑπὲρ τῶν προβάτων. συνεγένετο τοῖς ἀποστόλοις γνησίως, καὶ τῶν πνευματικῶν ναμάτων ἀπήλαυσεν. ὁποῖον οὖν εἶναι εἰκὸς τὸν [a] συντραφέντα ἐκείνοις, καὶ πανταχοῦ συγγενόμενον, καὶ ῥητῶν καὶ ἀπορρήτων αὐτοῖς κοινωνήσαντα, καὶ τοσαύτης εἶναι δόξαντα αὐτοῖς ἀρχῆς ἄξιον; ἐπέστη πάλιν καιρὸς ἀνδρείαν ἐπιζητῶν καὶ ψυχὴν τῶν παρόντων ὑπερορῶσαν ἁπάντων, καὶ τῷ θείῳ ζέουσαν ἔρωτι, καὶ τὰ μὴ βλεπόμενα τῶν ὁρωμένων προτιμῶσαν, καὶ μετὰ τοσαύτης εὐκολίας τὴν σάρκα ἀπέθετο, μεθ' ὅσης ἄν τις ἱμάτιον ἀποδύσαιτο. τί οὖν πρότερον εἴπωμεν; τῶν ἀποστόλων τὴν διδασκαλίαν, ἣν ἐπεδείξατο διὰ πάντων, ἢ τῆς παρούσης ζωῆς τὴν ὑπεροψίαν, ἢ τὴν ἀκρίβειαν τῆς ἀρετῆς, μεθ' ἧς τὴν προστασίαν τῆς ἐκκλησίας ᾠκονόμησεν. τίνα πρότερον ἀνυμνήσομεν; τὸν μάρτυρα, ἢ τὸν ἐπίσκοπον, ἢ τὸν ἀπόστολον; τριπλοῦν γὰρ στέφανον ἡ τοῦ πνεύματος πλέξασα χάρις, οὕτω τὴν ἁγίαν ἐκείνην ἀνέδησε κεφαλήν· μᾶλλον δὲ πολλαπλοῦν. τῶν γὰρ στεφάνων ἕκαστον εἴ τις αὐτοῖς μετὰ ἀκριβείας ἀναπτύξειεν, εὑρήσει καὶ ἑτέρους ἡμῖν βλαστάνοντας στεφάνους.

[a] Sic Sav. & unus Reg. atque ita legisse videtur Interpres, Mor. ἐντραφέντα.

A publicantur victores, & coronas assequuntur; ut ex operibus intelligas, in Christo Jesu neque masculum, neque feminam esse, nec sexum, nec corporis imbecillitatem, neque ætatem, nec aliud quidquam ejusmodi pietatis cursum conficientibus impedimentum afferre posse, modo generosa alacritas, & promtus animus, & Dei timor ardens atque inflammatus in cordibus nostris radices egerit. Idcirco & virgines, & puellæ, & viri, & juvenes, & senes, & servi, & liberi, & omnis ordo, atque ætas omnis, & sexus uterque B ad hæc certamina accinguntur; nec ulli omnino sua frustrantur spe, qui strenuum animi propositum ad has pugnas attulerint. Tempus igitur jam ad præclara hujusce viri facinora declaranda nos vocat: sed deterretur animus, ac perturbatur, dum in tanta, quæ nos undique circumfluit, laudum copia, hæsitat quid primum, quid secundum, quid tertium dicere aggrediatur. Atque idem nobis evenit, ut si quis in pratum ingressus, & multas rosas, violas multas, ac lilia, & alios vernos flores varios ac diversos intuitus, ambigat C quem primo loco, quem secundo perspexerit, dum singuli flores oculos ad se rapiunt. Eodem modo nos item afficimur, dum hoc spirituale pratum Ignatii virtutum ingressi, & non vernos flores; sed ipsos spiritus fructus varios ac diversos in ejus anima contemplantes commovemur, ac dubitamus unde potissimum exordiamur, dum singula quæ conspeximus, ab aliis nos avocant, & ad proprium decoris splendorem oculos animi, & mentis aciem invitant. Vos enim ipsi considerate: Ecclesiam nostram hic rexit tam generose, & tanta cum diligentia, quantam Christus requi- D rit. Quam enim ille maximam normam, & regulam Episcopis statuit, eam hic factis ipsis expressit. Nam cum Christum audivisset dicentem: *Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus*, omni fortitudine eam pro ovibus profudit. Cum Apostolis strenue versatus est, & fluenta hausit spiritualia. Qualem igitur eum esse par fuit, qui cum illis educatus est, & ubique vixit, & omnium quæ ab illis vel dicta, vel non dicta sunt, particeps fuit, & tanto principatu dignus ab ipsis est judicatus? Rursum adfuit tempus, quod fortitudinem exigebat, & animum omnia præsentia despicientem, E quique amore divino ferveret, & invisibilia visibilibus anteferret: & tam facile carnem deposuit, quam quivis alius vestem exuisset. Quid igitur primum persequemur? Apostolorum doctrinam, quam in omnibus exhibuit, an præsentis vitæ contemtum? an virtutis præstantiam, qua ecclesiam administravit? Quem laudabimus? Martyrem? Episcopum? an Apostolum? Triplicem enim coronam gratia spiritus contexuit, qua sanctum illius caput redimivit, imo vero multiplicem. Si quis enim diligenter coronas singulas consideret, inveniet & alias nobis germinantes.

Galat. 3. 28.

Joan. 11. 14.

Ignatius cum Apostolis versatus.

Laudes Epiſcopatus.

2. Ac principio, ſi vobis placet, ab Epiſcopatus laudibus incipiamus. Videturne vobis hæc ſimplex corona? Age igitur conſideremus, & duas, & tres, atque adeo plures inde nobis partas conſpicietis. Neque enim ego virum hunc tantummodo, quod tanto honoris gradu dignus ſit habitus, admiror, ſed quod a ſanctis illis dignitatem obtinuerit, quodque beatorum Apoſtolorum manus ſacrum illud caput attigerint. Nec modicùm id ad ejus laudem confert: non ſolum quod majorem e cælo gratiam ſit aſſequutus, aut quod in ipſum illi majorem vim ſpiritus induxerint: ſed quod omnes, quæ in hominibus ſunt, in eo virtutes eſſe teſtati ſint. Hoc autem quid ſibi velit, expono. Paulus ad Titum ſcribens: cum autem Paulum dico, non hunc ſolum intelligo, ſed & Petrum, & Jacobum, & Joannem, atque omnem ipſorum chorum. Quemadmodum enim in lyra cum diverſæ ſint chordæ, unus tamen concentus eſt: ſic etiam in Apoſtolorum choro, quamvis ſint diverſæ perſonæ, una tamen doctrina eſt, quia & unus artifex erat Spiritus ſanctus, qui ipſorum animos movebat, idque Paulus oſtendens, *ſive igitur*, inquit, *illi*, *ſive ego*, *ſic prædicamus*. Hic ergo ſcribens ad Titum, & docens qualis Epiſcopus eſſe debeat: *Oportet enim*, inquit, *Epiſcopum ſine crimine eſſe*, *ſicut Dei diſpenſatorem*, *non ſuperbum*, *non iracundum*, *non vinolentum*, *non percuſſorem*, *non turpis lucri cupidum*: *ſed hoſpitalem*, *benignum*, *prudentem*, *ſobrium*, *juſtum*, *ſanctum*, *continentem*, *amplectentem eum*, *qui ſecundum doctrinam eſt*, *fidelem ſermonem*, *ut potens ſit*, *& alios exhortari in doctrina ſana*, *& eos*, *qui contradicunt*, *arguere*. Et ad Timotheum eadem de re ſcribens: *Si quis*, inquit, *epiſcopatum deſiderat*, *bonum opus deſiderat*: *oportet enim Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe*, *unius uxoris virum*, *ſobrium*, *prudentem*, *ornatum*, *hoſpitalem*, *doctorem*, *non vinolentum*, *non percuſſorem*, *ſed modeſtum*, *non litigioſum*, *non cupidum*. Vides quantam virtutis excellentiam in Epiſcopo requirat? Quemadmodum enim pictor egregius colores varios commiſcet, ut exemplar imaginis regiæ, quam expreſſurus eſt, ita diligenter conficiat, ut qui eam depicturi ſunt, omnes habeant quod imitentur: ſic & ſane beatus Paulus tamquam regiam quamdam effigiem pingens, & exemplar ipſius conficiens, varios virtutis miſcet colores, nobiſque formam Epiſcopalem ad imitandum propoſuit, ut qui ad hanc dignitatem provehuntur, ad illam reſpicientes, eadem accuratione actiones ſuas omnes moderentur. Auſim igitur affirmare totam hanc formam in animo ſuo beatum Ignatium expreſſiſſe: nam & irreprehenſibilis fuit, & ſine crimine, non autem ſuperbus, neque iracundus, nec vinolentus, nec percuſſor, nec litigioſus, nec cupidus, ſed juſtus, ſanctus, continens, amplectens eum, qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem ſermonem, ſobrius, prudens, ornatus, & cætera, quæ Paulus exegit.

1.Cor.15.11.

Tit. 1. 7.

1.Tim.3.1.

A Καὶ εἰ βούλεσθε πρότερον ἐπὶ τὸν τῆς ἐπισκοπῆς ἔπαινον ἔλθωμεν· οὐ δοκεῖ εἷς ὑμῖν εἶναι στέφανος μόνος; φέρε οὖν αὐτὸν ἀναπτύξωμεν τῷ λόγῳ, καὶ ὄψεσθε καὶ δύο, καὶ τρεῖς, καὶ πλείους ἐξ αὐτοῦ τικτομένους ἡμῖν. οὐ γὰρ μόνον ὅτι τοσαύτης ἀρχῆς ἄξιος εἶναι ἔδοξε, θαυμάζω τὸν ἄνδρα ἐγὼ, ἀλλ' ὅτι καὶ παρὰ τῶν ἁγίων ἐκείνων τὴν ἀρχὴν ταύτην ἐνεχειρίσθη, καὶ αἱ τῶν μακαρίων ἀποστόλων χεῖρες τῆς ἱερᾶς ἥψαντο κεφαλῆς. οὐδὲ γὰρ μικρὸν τοῦτο εἰς ἐγκωμίου λόγον· οὐκ ἐπειδὴ πλείω τὴν ἄνωθεν ἐπεσπάσατο χάριν· οὐδ' ὅτι δαψιλεστέραν ἐπ' αὐτὸν ἐποίησαν ἐλθεῖν τὴν τοῦ πνεύματος ἐνέργειαν μόνον· ἀλλ' ὅτι καὶ πᾶσαν αὐτῷ τὴν ἐν ἀνθρώποις ἐμαρτύρησαν ἀρετήν·
B τὸ δὲ πῶς ἐγὼ λέγω. Τίτῳ γράφων ὁ Παῦλος ποτὲ· ὅταν δὲ Παῦλον εἴπω, οὐ τοῦτον μόνον λέγω, ἀλλὰ καὶ Πέτρον, καὶ Ἰάκωβον, καὶ Ἰωάννην, καὶ πάντα αὐτῶν τὸν χορόν. καθάπερ γὰρ ἐν λύρᾳ μιᾷ διάφοροι μὲν αἱ νευραὶ, μία δὲ ἡ συμφωνία· οὕτω καὶ ἐν τῷ χορῷ τῶν ἀποστόλων, διάφορα μὲν τὰ πρόσωπα, μία δὲ ἡ διδασκαλία· ἐπειδὴ καὶ εἷς ὁ τεχνίτης ἦν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ κινοῦν τὰς ἐκείνων ψυχάς. καὶ τοῦτο ἐμφαίνων ὁ Παῦλος ἔλεγεν· εἴτε οὖν ἐκεῖνοι, εἴτε ἐγὼ, οὕτω κηρύσσομεν. γράφων τοίνυν οὖν τῷ Τίτῳ, καὶ δεικνὺς ὁποῖόν τινα τὸν ἐπίσκοπον εἶναι χρὴ, φησί· δεῖ γὰρ τὸν ἐπίσκοπον ἀνέγκλητον εἶναι, ὡς θεοῦ οἰκονόμον, μὴ αὐθάδη, μὴ ὀργίλον, μὴ πάροινον,
C μὴ πλήκτην, μὴ αἰσχροκερδῆ, ἀλλὰ φιλόξενον, φιλάγαθον, σώφρονα, δίκαιον, ὅσιον, ἐγκρατῆ, ἀντεχόμενον τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ λόγου· ἵνα δυνατὸς ᾖ καὶ ἑτέροις παρακαλεῖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῇ ὑγιαινούσῃ, καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν. καὶ Τιμοθέῳ πάλιν περὶ τῆς ὑποθέσεως ταύτης ἐπιστέλλων, οὕτω πως φησίν· εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται, καλοῦ ἔργου ἐπιθυμεῖ· δεῖ οὖν τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον εἶναι, μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα, νηφάλιον, σώφρονα, κόσμιον, φιλόξενον, διδακτικὸν, μὴ πλήκτην, μὴ πάροινον, ἀλλ' ἐπιεικῆ, ἄμαχον, ἀφιλάργυρον. εἶδες πόσην ἀκρίβειαν ἀρετῆς ἀπαιτεῖ τὸν ἐπίσκοπον; καθάπερ γάρ τις ζωγράφος ἄριστος ποικίλα κε-
D ράσας χρώματα, ἣν ἂν μέλλῃ βασιλικῆς μορφῆς πρωτότυπον κατασκευάζειν εἰκόνα, μετὰ πάσης ἐργάζεται τῆς ἀκριβείας, ὥστε τοὺς μιμουμένους αὐτὴν ἅπαντας καὶ γράφοντας ἐξ αὐτῆς διηκριβωμένην ἔχειν εἰκόνα· οὕτω δὴ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος καθάπερ τινὰ εἰκόνα βασιλικὴν γράφων, καὶ τὸ ἀρχέτυπον αὐτῆς κατασκευάζων, τὰ ποικίλα τῆς ἀρετῆς κεράσας χρώματα, ἀπηρτισμένους ἡμῖν τοὺς χαρακτῆρας ὑπέγραψε τῆς ἐπισκοπῆς· ἵν' ἕκαστος τῶν εἰς τὴν ἀρχὴν ταύτην ἀναβαινόντων, εἰς ἐκείνην ὁρῶν μετὰ τοσαύτης ἀκριβείας τὰ καθ' ἑαυτὸν ἅπαντα
E οἰκονομῇ. θαῤῥῶν τοίνυν εἴποιμι ἂν, ὅτι πᾶσαν αὐτὴν μετὰ ἀκριβείας ὁ μακάριος Ἰγνάτιος ἀπεμάξατο ἐν τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ, καὶ ἀνεπίληπτος ἦν καὶ ἀνέγκλητος, καὶ οὔτε αὐθάδης, οὔτε ὀργίλος, οὔτε πάροινος, οὔτε πλήκτης, ἀλλ' ἄμαχος, ἀφιλάργυρος, δίκαιος, ὅσιος, ἐγκρατὴς, ἀντεχόμενος τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ λόγου· νηφάλιος, σώφρων, κόσμιος, καὶ τὰ ἄλλα ἅπερ ὁ Παῦλος ἀπῄτησε.

καὶ τίς τούτων ἀπόδειξις φησίν; αὐτοὶ οἱ ταῦτα εἰρηκότες αὐτὸν ἐχειροτόνησαν, καὶ οὐκ ἂν οἱ μετὰ τοσαύτης ἀκριβείας παραινοῦντες ἑτέροις τὴν δοκιμασίαν ποιεῖσθαι τῶν μελλόντων ἐπὶ τὸν θρόνον τῆς ἀρχῆς ἀναβαίνειν τοῦτον, αὐτοὶ παρέργως τοῦτο ἐποίησαν ἄν. ἀλλ' εἰ μὴ πᾶσαν εἶδον τὴν ἀρετὴν ταύτην ἐν τῇ ψυχῇ τοῦ μάρτυρος τούτου πεφυτευμένην, οὐκ ἂν αὐτῷ ταύτην ἐνεχείρισαν τὴν ἀρχήν. καὶ γὰρ ἴσασιν ἀκριβῶς ὅσος κίνδυνος κεῖται τοῖς ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε τὰς τοιαύτας ποιουμένοις χειροτονίας. καὶ τοῦτο αὐτὸ πάλιν ἐμφαίνων ὁ Παῦλος πρὸς αὐτὸν Τιμόθεον γράφων ἔλεγε· χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει, μηδὲ κοινώνει ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις. τί λέγεις, ἄλλος ἥμαρτε, κἀγὼ κοινωνῶ τῶν ἐγκλημάτων καὶ τῆς τιμωρίας; ναί φησιν· ὁ τῇ πονηρίᾳ τὴν ἐξουσίαν παρασχών, καὶ καθάπερ τις μαινομένῳ καὶ παραπαίοντι ξίφος ἐγχειρίσας ἠκονημένον, ὃν ἂν ἐργάσηται φόνον ὁ μεμηνώς, ἐκεῖνος ὑφίσταται τὴν αἰτίαν ὁ τὸ ξίφος δεδωκώς, οὕτω καὶ ἀνθρώπῳ τις πονηρίᾳ συζῶντι τὴν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ταύτης ἐξουσίαν παρασχών, τὸ πῦρ ἅπαν τῶν ἁμαρτημάτων ἐκείνου καὶ τῶν τολμημάτων ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἕλκει κεφαλήν· ὁ γὰρ τὴν ῥίζαν παρασχὼν πανταχοῦ οὗτος τῶν ἐξ αὐτῆς φυομένων ἐστὶν αἴτιος. εἶδες πῶς διπλοῦς ἡμῖν ὁ στέφανος ἐφάνη τῆς ἐπισκοπῆς τέως, καὶ λαμπροτέραν ἐποίησε τὴν ἀρχὴν τὸ τῶν χειροτονησάντων αὐτὸν ἀξίωμα πᾶσαν ἀπόδειξιν ἀρετῆς αὐτῷ μαρτυροῦσαν;

Βούλεσθε καὶ ἕτερον ὑμῖν ἐκκαλύψω στέφανον ἀπ' αὐτοῦ τούτου βλαστάνοντα; ἀναλογισώμεθα τὸν καιρὸν καθ' ὃν τὴν ἀρχὴν ἐνεχειρίσθη ταύτην. οὐ γάρ ἐστιν ἴσον ἐκκλησίαν οἰκονομῆσαι νῦν, καὶ τότε, ὥσπερ οὐκ ἔστιν ἴσον πετριμμένην ὁδόν, καὶ κατεσκευασμένην καλῶς, μετὰ πολλοὺς ὁδοιπόρους ὁδεύειν, καὶ νῦν πρώτως τέμνεσθαι μέλλουσαν, καὶ φάραγγας, καὶ λίθους ἔχουσαν, καὶ θηρίων γέμουσαν, καὶ μηδέπω μηδένα δεξαμένην ὁδοιπόρον. νῦν μὲν γὰρ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι κίνδυνος οὐδεὶς τοῖς ἐπισκόποις, ἀλλ' εἰρήνη πανταχόθεν βαθεῖα, καὶ γαλήνης ἀπολαύομεν ἅπαντες, τοῦ λόγου τῆς εὐσεβείας ἐκτεταμένου πρὸς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης, καὶ τῶν βασιλευόντων ἡμῖν τὴν πίστιν συντηρούντων μετὰ ἀκριβείας. τότε δὲ οὐδὲν τούτων ἦν, ἀλλ' ὅπου περ ἄν τις εἶδε κρημνοί, καὶ βάραθρα, καὶ πόλεμοι, καὶ μάχαι, καὶ κίνδυνοι, καὶ ἄρχοντες, καὶ βασιλεῖς, καὶ δῆμοι, καὶ πόλεις, καὶ ἔθνη, καὶ οἰκεῖοι, καὶ ἀλλότριοι τοῖς πιστεύουσιν ἐπεβούλευον· καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἦν τὸ δεινόν, ἀλλ' ὅτι καὶ αὐτῶν τῶν πιστευσάντων πολλοί, ἅτε νῦν πρώτως δογμάτων γευόμενοι ξένων, πολλῆς ἐδέοντο τῆς συγκαταβάσεως, καὶ ἀσθενέστερον ἔτι διέκειντο, καὶ πολλάκις ὑπεσκελίζοντο. καὶ τοῦτο ἦν ὃ τῶν ἔξωθεν πολέμων οὐκ ἔλαττον ἐλύπει τοὺς διδασκάλους, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ πλέον. αἱ μὲν γὰρ ἔξωθεν μάχαι, καὶ ἐπιβουλαί, καὶ ἡδονὴν παρεῖχον αὐτοῖς πολλὴν διὰ τὴν ἐλπίδα τῶν ἀποκειμένων μισθῶν· διὰ τοῦτο καὶ οἱ ἀπόστολοι ὑπέστρεφον ἀπὸ προσώπου τοῦ συνεδρίου χαίροντες, ὅτι ἐμαστιγώθησαν, καὶ Παῦλος βοᾷ λέγων· χαίρω ἐν τοῖς παθήμασί μου, καὶ καυχᾶται ἐν ταῖς θλίψεσι πανταχοῦ· τὰ δὲ τῶν οἰκείων τραύματα καὶ τὰ τῶν ἀδελφῶν πτώματα οὐδὲ ἀναπνεῖν

A Et quinam sunt horum testes? Iidem ipsi qui hæc dixerunt, qui hunc etiam elegerunt. Neque enim qui tam diligenter cæteros monuerunt, ut probarent eos, qui in hunc dignitatis thronum essent ascensuri, obiter ipsi aut negligenter id peregissent; sed nisi cunctas in Martyris animo virtutes conspexissent, non hanc in illum dignitatem contulissent. Norant enim plane quam periculose agerent, qui in iis ordinationibus sese gererent negligenter. Quod quidem rursus ostendens Paulus ad eumdem Timotheum scribens: *Manus*, inquit, *cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis.* 1. Tim. 5. 22.
B Quid ais? alius peccavit, & ego criminum & supplicii particeps ero? Quidni, inquit, cum improbo dederis occasionem? sicut enim qui furioso, atque amenti, acutum gladium præbet, quo ille furens cædem faciat, is cædis sustinet culpam: sic etiam qui improbe viventi dignitatis hujus exhibet facultatem, totum peccatorum illius & facinorum ignem trahit super caput suum. Nam qui radicis est causa, is omnium ex radice provenientium auctor est. Viden' quomodo duplex corona Episcopatus appareat, & quod dignitas eorum, qui manus illi imposuerunt, ejus principatum splendidiorem faciat, & omnium ei virtutum testimonium C exhibeat?

Qui indignum ordinat, ejus peccatorum est particeps.

3. Vultis ut aliam vobis ex hoc ipso pullulantem coronam aperiam? tempus cogitemus, quo dignitatem hanc est assequutus. Neque enim eadem est nunc, quæ tunc erat, ecclesiam gubernandi conditio: ut non æqualis est labor viam tritam, & plane paratam post multos ingredi viatores: atque eam, quæ nunc primo secanda est, quæque prærupta, & saxosa, ferisque plena, nec ullum adhuc viatorem admisit. Hoc quidem tempore, per gratiam Dei, nullum Episcopis periculum imminet, sed pax undique profunda, & tranquillitate D cuncti perfruimur, cum pietatis verbum orbis terrarum terminos occuparit, & qui imperium obtinent, fidem studiose colant, atque observent. Tunc autem nihil erat ejusmodi: sed quocumque quis oculos verteret, ubique præcipitia, barathra, & bella, & pugnæ, & pericula: principes, reges, populi, civitates, & gentes, domestici, & alieni, credentibus insidias tendebant. Neque vero id solum erat grave, sed etiam E quod credentium plerique, utpote tunc primum nova dogmata degustantes, magna egebant indulgentia, & erant imbecilliores, & sæpe supplantabantur: quod quidem non minus affligebat doctores, quam externa bella, quin etiam multo magis. Externæ enim pugnæ atque insidiæ propter repositæ mercedis spem voluptatem multam afferebant, Idcirco, & Apostoli gaudentes a conspectu concilii discedebant, quod verbera pertulissent. Act. 5. 41. Paulus etiam clamat: *Gaudeo*, inquiens, *in passionibus meis*, Colos. 1. 24. & ubique in tribulationibus gloriatur. Domesticorum autem vulnera, & fratrum lapsus, nec respirare quidem illos permitte-

bant, sed semper veluti grave quoddam jugum cervices animorum ipsorum assidue premebant & affligebant. Audi igitur quomodo Paulus, ita gaudens in passionibus, de illis acerbe doleat. *Quis*, inquit, *infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror?* Et rursum, *Timeo ne veniens, non quales volo, inveniam vos? & ego inveniar a vobis, qualem non vultis.* Et paulo post: *ne cum venero ad vos, humiliet me Deus, & lugeam multos ex iis, qui ante peccaverunt, & non egerunt pœnitentiam, super immunditia, & fornicatione, & impudicitia, quam gesserunt.* Semper denique cernis ipsum in lacrymis & lamentationibus propter domesticos versari, & propter eos, qui crediderant, contremiscere. Quemadmodum igitur gubernatorem admiramur, non cum tranquillo mari & secundis ventis rectores in portum incolumes ducit; sed cum insaniente pelago, fluctibusque sævientibus, qui in navi sunt, inter se dissentiunt, magna tempestate intus & foris navigantes exagitante, navim tamen potest dirigere, & conservare: sic eos qui tunc ecclesiam regebant, multo magis, quam illos, qui eam in præsentia gubernant, suspicere debemus, & admirari, quando multa bella intus & foris: quando fidei planta imbecillior adhuc, diligentiæ magis indigebat: quando veluti modo genitus infans ecclesiæ populus, magnam providentiam, atque sapientiam animæ, qua lactaretur postulabat. Verum ut planius intelligatis, quot essent coronis digni, qui tunc ecclesiam regendam suscipiebant, & quot labores in principio atque discrimina illic essent subeunda, Christi vobis testimonium afferam, qui ea, quæ a nobis dicta sunt, approbat, & sententiam meam confirmat. Cum enim multos ad se convenientes aspiceret, velletque apostolis demonstrare, quod magis quam illi laborassent prophetæ: *alii*, inquit, *laboraverunt, & vos in labores eorum introistis.* Atqui multo plus Apostoli, quam prophetæ laborarunt. Attamen quia pietatis verbum priores illi seminarunt, & ignaros hominum animos ad veritatem adduxerunt, ipsis laboris plus attribuitur. Neque enim æqualis est labor, non est profecto, post multos alios doctores aliquem erudire, & primum ipsum semina jacere. Quod enim meditatione, & consuetudine paratum est, facile percipitur: quod autem nunc primum auditur, discentium animos perturbat, multaque docentibus affert negotia. Hoc quidem Athenis auditores perturbabat, ideoque ab Apostolo declinabant, accusantes eum, ac dicentes, *Nova quædam infers auribus nostris.* Nam si etiam hoc tempore labores, ærumnasque multas gubernatoribus præbet ecclesiæ præfectura: cogita, tunc duplicem, triplicem multiplicemque fuisse laborem, cum pericula, & pugnæ & insidiæ, & terrores perennes instabant. Verbis explicari non potest difficultas, quam sancti illi viri tunc sustinebant: sed is solus

2. Cor. 11. 29. & 12. 20.

Joan. 4. 38.

Quantus initio, prædicationis labor fuerit.

Act. 17. 20.

A αὐτοὺς ἠφίει· ἀλλ' ὥσπερ τις κύφων βαρύτατος τὸν αὐχένα τῆς ψυχῆς αὐτῶν ἐπίεζε, καὶ κατέασσε διηνεκῶς. ἄκουσον γοῦν ὁ Παῦλος οὕτω χαίρων ἐν τοῖς παθήμασι πῶς ὑπὲρ τούτων πικρῶς ὀδυνᾶται. τίς γάρ φησιν ἀσθενεῖ καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζεται καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι; καὶ πάλιν, φοβοῦμαι μή πως ἐλθὼν οὐχ οἵους θέλω εὕρω ὑμᾶς, κἀγὼ εὑρεθῶ ὑμῖν οἷον οὐ θέλετε· μὴ πάλιν ἐλθόντα με πρὸς ὑμᾶς ταπεινώσῃ ὁ θεὸς, καὶ πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων, καὶ μὴ μετανοησάντων ἐπὶ τῇ ἀκαθαρσίᾳ, καὶ ἀσελγείᾳ, καὶ [a] πορνείᾳ ᾗ ἔπραξαν. καὶ διὰ παντὸς ὁρᾷς ἐν δάκρυσιν αὐτὸν ὄντα καὶ θρήνοις διὰ τοὺς οἰκείους, καὶ δεδοικότα, καὶ τρέμοντα ὑπὲρ τῶν πεπιστευκότων ἀεί. B ὥσπερ οὖν κυβερνήτην θαυμάζομεν οὐχ ὅταν ἡσυχαζούσης τῆς θαλάττης καὶ ἐξ οὐρίων τῆς νηὸς φερομένης δυνηθῇ τοὺς ἐμπλέοντας διασῶσαι· ἀλλ' ὅταν μαινομένου τοῦ πελάγους, διανισταμένων τῶν κυμάτων, αὐτῶν τῶν ἔνδον ἐπιβατῶν στασιαζόντων, πολλοῦ [b] χειμῶνος ἔσωθεν ἔξωθεν τοὺς ἐμπλέοντας πολιορκοῦντος, δυνηθῇ κατευθῦναι τὸ σκάφος μετὰ ἀσφαλείας ἁπάσης· οὕτω καὶ τοὺς τότε τὴν ἐκκλησίαν ἐγχειρισθέντας ἐκπλήττεσθαι χρὴ καὶ θαυμάζειν πολλῷ πλέον τῶν νῦν οἰκονομούντων αὐτὴν, ὅτε πολὺς ὁ πόλεμος ἔξωθεν ἔσωθεν· ὅτε ἁπαλώτερον ἔτι τὸ φυτὸν τῆς πίστεως ἦν πολλῆς δεόμενον ἐπιμελείας, ὅτε C καθάπερ ἀρτίτοκον βρέφος τὸ τῆς ἐκκλησίας πλῆθος πολλῆς ἔχρῃζε τῆς προνοίας, καὶ σοφωτάτης τινὸς τῆς μελλούσης αὐτὸ τιθηνεῖσθαι ψυχῆς. καὶ ἵνα σαφέστερον μάθητε, ὅσων ἦσαν ἄξιοι στεφάνων οἱ τότε τὴν ἐκκλησίαν ἐμπιστευθέντες, καὶ ὅσος πόνος καὶ κίνδυνος ἐν προοιμίοις καὶ ἀρχῇ πρᾶγμα ἀναδέξασθαι, καὶ πρώτως ἐλθεῖν ἐπ' αὐτό, τοῦ Χριστοῦ παράγω μαρτυρίαν ὑμῖν ψηφιζομένου ταῦτα· καὶ τὴν ὑφ' ἡμῶν εἰρημένην κυροῦντος γνώμην. ἰδὼν γὰρ πολλοὺς πρὸς αὐτὸν ἐρχομένους, καὶ βουλόμενος δεῖξαι τοῖς ἀποστόλοις, ὅτι πλέον αὐτῶν ἔκαμον οἱ προφῆται φησίν· ἄλλοι κεκοπιάκασι, καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν κόπον αὐτῶν D εἰσεληλύθατε. καί τοι πολλῷ πλείονα τῶν προφητῶν ἔκαμνον οἱ ἀπόστολοι· ἀλλ' ἐπειδὴ πρότεροι ἐκεῖνοι τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας κατέβαλον, καὶ τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων ἀδιδάκτους οὔσας πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐπεσπάσαντο, ἐκείνοις τὸ πλέον τοῦ πόνου ψηφίζεται. οὐ γάρ ἐστιν ἴσον, οὐκ ἔστι μετὰ πολλοὺς ἑτέρους διδασκάλους ἐλθόντα διδάσκειν, καὶ πρῶτον αὐτὸν καταβάλλειν τὰ σπέρματα. τὸ μὲν γὰρ ἤδη μελετηθὲν, καὶ ἐν συνηθείᾳ γενόμενον πολλῶν, εὐπαράδεκτον ἂν ῥᾳδίως γένοιτο· τὸ δὲ νῦν πρῶτον ἀκουόμενον θορυβεῖ τὴν διάνοιαν τῶν ἀκροατῶν, καὶ πολλὰ τοῖς δι- E δάσκουσι παρέχει πράγματα. τοῦτο γοῦν καὶ ἐν Ἀθήναις ἐθορύβει τοὺς ἀκούοντας, καὶ διὰ τοῦτο ἀπεστρέφοντο τὸν Παῦλον, ἐγκαλοῦντες, ὅτι ξενίζοντά τινα εἰσφέρεις εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν. εἰ γὰρ νῦν κάματον καὶ πόνον πολὺν ἐκκλησίας προστασία παρέχει τοῖς κυβερνῶσιν αὐτὴν, ἐννόησον πῶς διπλοῦς, καὶ τριπλοῦς, καὶ πολλαπλασίων ἦν τότε ὁ πόνος, ὅτε κίνδυνοι, καὶ μάχαι, καὶ ἐπιβουλαὶ, καὶ φόβος διηνεκής. οὐκ ἔστιν οὐκ ἔστι παραστῆσαι τῷ λόγῳ τὴν δυσκολίαν, ἣν ὑπέμενον οἱ ἅγιοι τότε ἐκεῖνοι· ἀλλ' [illegible]

a Unus Reg. πορνείᾳ, & sic legit Interpres, Alii, πορνεία.

b Savil. & unus Reg. χειμῶνος ἔξωθεν ἔσωθεν.

αὐτὴν εἴσεται μόνος ὁ διὰ τῆς πείρας αὐτῆς ἐλθών.

Εἴπω καὶ τέταρτον στέφανον ἐκ τῆς ἐπισκοπῆς ἡμῖν ἀνίσχοντα ταύτης· τίς οὖν οὗτός ἐστι; τὸ τὴν πατρίδα αὐτὸν ἐπιτραπῆναι τὴν ἡμετέραν. ἐπίπονον μὲν γὰρ καὶ ἑκατὸν ἀνδρῶν καὶ πεντήκοντα προστῆναι μόνον· τὸ δὲ πόλιν ἐγχειρισθῆναι τοσαύτην, καὶ δῆμον εἰς εἴκοσι ἐκτεινόμενον μυριάδας πόσης ἀρετῆς οἴει καὶ σοφίας ἀπόδειξιν εἶναι; καὶ γὰρ ὥσπερ ἐπὶ τῶν στρατοπέδων τὰς βασιλικωτέρας φάλαγγας, καὶ πληθυούσας μᾶλλον οἱ σοφώτεροι τῶν στρατηγῶν ἐγχειρίζονται· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν πόλεων τὰς μείζους, καὶ πολυανθρώπους οἱ δοκιμώτεροι τῶν ἀρχόντων ἐμπιστεύονται. καὶ ἄλλως δὲ πολὺς ἦν τῆς πόλεως ταύτης τῷ θεῷ λόγος, ὡς καὶ διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν ἐδήλωσε· τὸν γοῦν τῆς οἰκουμένης ἐπιστάτην ἁπάσης Πέτρον, ᾧ τὰς κλεῖς ἐνεχείρισε τῶν οὐρανῶν, ᾧ πάντα ἄγειν καὶ φέρειν ἐπέτρεψε, πολὺν ἐνταῦθα χρόνον ἐνδιατρῖψαι ἐκέλευσεν. οὕτως αὐτῷ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ἡ πόλις ἀντίῤῥοπος ἡ ἡμετέρα. ἐπειδὴ δὲ ἐμνήσθην Πέτρου, καὶ πέμπτον ἐξ αὐτοῦ στέφανον εἶδον πλεκόμενον· οὗτος δέ ἐστι τὸ μετ' ἐκεῖνον τοῦτον διαδέξασθαι τὴν ἀρχήν. ὥσπερ γὰρ ἄν τις λίθον ἐξαίρων μέγαν ἐκ θεμελίων, ἕτερον ἀντίῤῥοπον ἐκείνῳ σπουδάζει πάντως ἀντεισαγαγεῖν, εἰ μὴ μέλλοι πᾶσαν σαλεύειν τὴν οἰκοδομὴν, καὶ σαθροτέραν ποιεῖν, οὕτω δὴ καὶ Πέτρου μέλλοντος ἐντεῦθεν ἀποδημεῖν, ἕτερον ἀντίῤῥοπον Πέτρου διδάσκαλον ἡ τοῦ πνεύματος ἀντεισήγαγε χάρις, ὥστε μὴ τὴν ἤδη γενομένην οἰκοδομὴν τῇ τοῦ διαδεξαμένου εὐτελείᾳ σαθροτέραν γενέσθαι. πέντε μὲν οὖν στεφάνους ἀπηριθμησάμεθα, ἀπὸ τοῦ μεγέθους τῆς ἀρχῆς, ἀπὸ τῆς ἀξίας τῶν κεχειροτονηκότων, ἀπὸ τῆς τοῦ καιροῦ δυσκολίας, ἀπὸ τοῦ μέτρου τῆς πόλεως, ἀπὸ τῆς ἀρετῆς τοῦ παραδόντος αὐτῷ τὴν ἐπισκοπήν· τούτους ἅπαντας πλέξαντας ἐνῆν καὶ ἕκτον εἰπεῖν, καὶ ἕβδομον, καὶ πλείω τούτων· ἀλλ' ἵνα μὴ τὸν ἅπαντα χρόνον εἰς τὸν περὶ τῆς ἐπισκοπῆς ἀναλώσαντες λόγον, ἐκπέσωμεν τῶν περὶ τοῦ μάρτυρος διηγημάτων, φέρε λοιπὸν ἐπὶ τὸν ἆθλον ἐκεῖνον ἴωμεν. πόλεμος ἀνεῤῥιπίσθη ποτὲ χαλεπὸς κατὰ τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ καθάπερ τυραννίδος χαλεπωτάτης τὴν γῆν καταλαβούσης, ἐκ μέσης ἀνηρπάζοντο τῆς ἀγορᾶς ἅπαντες, ἄτοπον μὲν οὐδὲν ἐγκαλούμενοι, ὅτι δὲ τῆς πλάνης ἀπαλλαγέντες, πρὸς τὴν εὐσέβειαν ἔδραμον· ὅτι τὰς τῶν δαιμόνων θρησκείας ἀπέστησαν· ὅτι τὸν ἀληθινὸν θεὸν ἐπέγνωσαν, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ προσεκύνησαν, καὶ ὑφ' ὧν στεφανοῦσθαι αὐτοὺς ἐχρῆν, καὶ θαυμάζεσθαι καὶ τιμᾶσθαι, ὑπὸ τούτων ἐκολάζοντο, καὶ μυρίοις περιηντλοῦντο δεινοῖς πάντες οἱ τὴν πίστιν παραδεξάμενοι· πολλῷ δὲ πλέον οἱ τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶτες. ὁ γὰρ διάβολος κακοῦργος ὢν, καὶ δεινὸς τὰς τοιαύτας ῥάπτειν ἐπιβουλὰς, προσεδόκησεν, ὅτι τοὺς ποιμένας ἐὰν ἀφέλῃ, τὰ ποίμνια ῥᾳδίως διασπάσαι δυνήσεται. ἀλλ' ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν, βουλόμενος αὐτῷ δεῖξαι, ὅτι οὐκ ἄνθρωποι τὰς αὐτοῦ κυβερνῶσιν ἐκκλησίας· ἀλλ' αὐτός ἐστιν ὁ πανταχοῦ ποιμαίνων τοὺς πιστεύοντας εἰς αὐτὸν, συνεχώρησε τοῦτο γενέσθαι· ἵν' ὅταν ἀφαιρεθέντων ἐκείνων ἴδῃ τὰ τῆς εὐσεβείας οὐκ ἐλαττούμενα, οὐδὲ σβεννύμενον τὸν τοῦ κηρύγματος λόγον, ἀλλ'

A eam noverit, qui reipsa illam experietur.

4. Quartam præterea coronam adjungam, quæ se nobis offert, ex hoc Episcopatu. Quænam est ista? quod ipse nimirum patriam nostram gubernavit. Si enim centum homines, vel etiam quinquaginta regere difficile est, quantæ virtutis ac sapientiæ debet existimari tam celebrem urbem administrare, & eum populum regere, qui ducenta contineat hominum millia? Etenim sicut in exercitibus legiones prætoriæ, quæque numerosiores sunt, peritioribus ducibus committuntur; sic etiam in civitatibus, majores populosioresque probatioribus viris assignantur. Quamquam & præcipua Deo hujusce civitatis cura fuit, id

Antiochiæ ducenta erant hominum millia.

B quod & re ipsa declaravit. Siquidem quem toti orbi terrarum præfecit, Petrum, cui claves cælorum dedit, cujus arbitrio, & potestati cuncta permisit, hunc longo tempore hic jussit commorari; ita nempe ipsi civitas nostra orbi terrarum par fere videbatur. Sed quia Petri mentionem feci, quintam ex ipso contextam coronam animadverti: quoniam illi in Episcopatus dignitate successit. Nam ut si quis e fundamentis magnum lapidem eruat, alterum omnino parem in ejus loco conatur constituere, nisi velit totum ædificium concutere ac debilius reddere: ita cum Petrus Antiochia esset discessurus, alterum Petro parem præceptorem gratia spiritus substituit,

C ne structa jam ædificatio successoris imbecillitate debilior fieret. Quinque coronas igitur enumeravimus: ex præfecturæ amplitudine, ex ordinantium dignitate, ex difficultate temporum, ex civitatis magnitudine, ex virtute illius, qui ei tradidit præfecturam. His omnibus contextis coronis, & sextam, septimam, & his etiam plures licebat adjungere: verum ne totum tempus in episcopatus consideratione collocantes, ab iis, quæ ad eum uti Martyrem spectant, enarrandis excludamur, age deinceps ad illius certamina contendamus.

Quinque Ignatii coronæ.

D Grave olim adversus ecclesias excitatum est bellum, & tamquam sævissima tyrannide orbem occupante, e medio foro homines corripiebantur, nulli obnoxii culpæ, sed quod ab erroribus recedentes, ad veram pietatis religionem accurrebant: quod a dæmonum superstitione discesserant: quod verum Deum agnoscebant: quod Filium ejus unigenitum adorabant: atque ita omnes Christi fidem amplexi, cum essent coronis, admiratione atque honore digni, gravissimis atque innumerabilibus cruciatibus afficiebantur, multo vero magis ecclesiarum antistites. Versutus enim diabolus, & ad struendas aptus insidias, sperabat, si

E pastores sustulisset, ovilia se facile direpturum. Sed qui comprehendit astutos in eorum astutia, ostendens ecclesias suas non ab hominibus gubernari, sed eos, qui in ipsum credunt, semper a se regi, id fieri permittebat; ut cum cerneret, rectoribus sublatis, non tamen religionem imminui, nec veritatis prædicationem exstingui, sed

potius augeri; ex rebus ipsis, & ipse, & qui ei inserviebant, omnes intelligerent, Christianorum disciplinam non ab hominibus pendere, sed in cælis radices agere, Deumque esse, qui ubique ecclesias tueretur, & qui cum Deo bellum gererent, numquam posse discedere superiores. Neque vero id solum diabolus, sed aliud non minus grave machinabatur. Non enim in urbibus, quibus præerant, trucidari Episcopos sinebat; sed operam dabat, ut in externas civitates abstracti e medio tollerentur. Id autem agebat, simul ut necessariis rebus spoliarentur, simul ut itineris labore confecti redderentur imbecilliores; quod in hoc etiam beato viro fecit. Ex nostra enim civitate Romam abducendum curavit, longiora ipsi cursus spatia proponens, ut & itineris & temporis longitudine, viri constantiam labefactaret, ignarus quod tam longæ viæ Jesum comitem cum haberet, quodque fortior evaderet, & virtutis, quæ secum esset, majus argumentum præberet, & ecclesias magis confirmaret. Civitates enim quæ in ea via erant, undique concurrentes, pugilem excitabant, & cum magno commeatu dimittebant, precibus & supplicationibus cum ipso certantes. Et ipsæ consolationem non vulgarem ex ipso percipiebant, cernentes Martyrem tanta cum alacritate ad mortem currere, quanta par erat eum, qui ad regna cælorum proficisceretur. Ac re quidem ipsa, ex prompto illius animo discebant, eam non esse mortem, ad quam properabat, sed peregrinationem quamdam, & transitum atque ascensum in cælum. Hæc autem tum dictis, tum factis in omni civitate docens, discessit. Et sicut Judæi cum Paulum vinctum Romam mittendum curarunt: opinati sunt se illum ad mortem mittere, attamen Judæis illic habitantibus miserunt præceptorem: sic etiam abundius in Ignatio factum est. Neque enim solis Romæ habitantibus, verumetiam omnibus, in toto illo itineris spatio civitatibus interjectis admirabilis magister exstitit, præsentem vitam contemnendam docens, & ea, quæ cernuntur, pro nihilo ducenda, futura autem diligenda, & oculos in cælum tollendos, nihilque quod in hac vita possit accidere, quantumvis grave, formidandum esse. Hæc enim & his plura, factis comprobans iter faciebat, tamquam sol quidam ab oriente, ad occasum currens, imo vero sole ipso splendidior multo. Sol enim e superioribus partibus currebat sensibilem oculis lucem impertiens: Ignatius autem deorsum splendebat, intelligibile doctrinæ lumen animis infundens. Et ille quidem in occidentis partes descendens absconditur, ac noctem confestim obducit: hic autem ad occasus partes accedens, splendidius in illis eluxit, & de omnibus in tota illa via est optime meritus: cumque Romam pervenisset, eam ipsam urbem docuit philosophari. Idcirco enim Deus permisit illic eum vitæ finem implere, ut mors

A αὐξόμενον μᾶλλον, μάθῃ διὰ τῶν ἔργων αὐτὸς καὶ αὐτός, καὶ οἱ ταῦτα αὐτῷ διακονούμενοι πάντες, ὅτι οὐκ ἀνθρώπινα τὰ καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ἄνωθεν ἐκ τῶν οὐρανῶν ἔχει τὴν ῥίζαν ἡμῖν ἡ τῆς διδασκαλίας ὑπόθεσις, καὶ Θεός ἐστιν ὁ πανταχοῦ τὰς ἐκκλησίας ἄγων, καὶ ὅτι τὸν Θεὸν πολεμοῦντα οὐκ ἔνι περιγενέσθαι ποτέ. Οὐ τοῦτο δὲ ἐκακούργησεν ὁ διάβολος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἕτερον οὐκ ἔλαττον τούτου. Οὐ γὰρ ἐν ταῖς πόλεσιν, ὧν προειστήκεισαν, ἠφίει σφάττεσθαι τοὺς ἐπισκόπους, ἀλλ' εἰς τὴν ἀλλοτρίαν ἄγων ἀνῄρει· ἐποίει δὲ τοῦτο ὁμοῦ μὲν ἐρήμους τῶν ἐπιτηδείων λαβεῖν σπουδάζων, ὁμοῦ δὲ ἀσθενεστέρους ἐργάζεσθαι τῷ μόχθῳ τῆς ὁδοι-
B πορίας ἐλπίζων· ὃ δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ μακαρίου τούτου πεποίηκεν. Ἀπὸ γὰρ τῆς ἡμετέρας πόλεως εἰς τὴν Ῥώμην αὐτὸν ἐκάλεσεν, μακροτέρους αὐτῷ τιθεὶς τοὺς διαύλους τοῦ δρόμου, καὶ τῷ μήκει τῆς ὁδοῦ, καὶ τῷ πλήθει τῶν ἡμερῶν τὸ φρόνημα καταβαλεῖν αὐτοῦ προσδοκῶν· οὐκ εἰδὼς ὅτι συνέμπορον ἔχων Ἰησοῦν, καὶ συναπόδημον τῆς τοσαύτης ὁδοιπορίας, ἰσχυρότερος μᾶλλον ἐγίνετο, καὶ τῆς μετ' αὐτοῦ δυνάμεως οὔσης πλείονα παρεῖχε τὴν ἀπόδειξιν, καὶ τὰς ἐκκλησίας συνεκρότει μειζόνως. Αἱ γὰρ κατὰ τὴν ὁδὸν πόλεις συντρέχουσαι πάντοθεν ἤλειφον τὸν ἀθλητήν, καὶ μετὰ πολλῶν ἐξέπεμπον τῶν ἐφοδίων, εὐχαῖς, καὶ πρεσβείαις αὐτῷ
C συναγωνιζόμεναι. Καὶ αὐταὶ δὲ οὐ τὴν τυχοῦσαν παράκλησιν ἐλάμβανον μετὰ προθυμίας τοσαύτης ἐπὶ θάνατον τρέχοντα ὁρῶσαι τὸν μάρτυρα, μεθ' ὅσης εἰκὸς ἦν τὸν ἐπὶ βασίλεια καλούμενον τὰ ἐν οὐρανῷ. Καὶ διὰ τῶν ἔργων ἐμάνθανον αὐτῶν, διὰ τῆς τοῦ γενναίου προθυμίας ἐκείνου, καὶ φαιδρότητος, ὅτι οὐ θάνατος ἦν ἐφ' ὃν ἔτρεχεν, ἀλλ' ἀποδημία τις καὶ μετάστασις, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνάβασις. Καὶ ταῦτα διδάσκων κατὰ πᾶσαν πόλιν [a] ἀπῄει διὰ τῶν λόγων, διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν. Καὶ ὅπερ ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων συνέβη, ὅτε τὸν Παῦλον δήσαντες, καὶ εἰς τὴν Ῥώμην ἀποστείλαντες ἐνόμιζον μὲν ἐπὶ θάνατον πέμπειν· ἔπεμπον δὲ τοῖς ἐκεῖ κατοικοῦσιν Ἰουδαίοις διδάσκαλον,
D [b] τοῦτο δὴ καὶ ἐπὶ Ἰγνατίου γέγονε μετὰ περιουσίας τινός. Οὐδὲ γὰρ τοῖς τὴν Ῥώμην οἰκοῦσι μόνοις, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἐν τῷ μέσῳ κειμέναις πόλεσιν ἁπάσαις διδάσκαλος ἀπῄει θαυμάσιος, πείθων καταφρονεῖν τῆς παρούσης ζωῆς καὶ μηδὲν ἡγεῖσθαι τὰ βλεπόμενα, καὶ τῶν μελλόντων ἐρᾷν, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν βλέπειν, καὶ πρὸς μηδὲν τῶν ἐν τῷ παρόντι βίῳ δεινῶν ἐπιστρέφεσθαι. Ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τούτων πλείονα διὰ τῶν ἔργων αὐτοὺς παιδεύων ὥδευε, καθάπερ ἥλιός τις ἐξ ἀνατολῆς ἀνίσχων, καὶ πρὸς τὴν δύσιν τρέχων· μᾶλλον δὲ καὶ τούτου φαιδρότερος. Οὗτος μὲν γὰρ ἄνωθεν
E ἔτρεχεν αἰσθητὸν ἄγων φῶς· Ἰγνάτιος δὲ κάτωθεν ἀντέλαμπε νοητὸν φῶς διδασκαλίας ταῖς ψυχαῖς ἐνιείς· κἀκεῖνος μὲν εἰς τὰ τῆς δύσεως ἀπιὼν μέρη κρύπτεται, καὶ νύκτα εὐθέως ἐπάγει· οὗτος δὲ εἰς τὰ τῆς δύσεως ἀπελθὼν μέρη φαιδρότερον ἐκεῖθεν ἀνέτειλε, καὶ τοὺς κατὰ τὴν ὁδὸν ἅπαντας εὐεργετήσας τὰ μέγιστα. Ἐπειδὴ δὲ τῆς πόλεως ἐπέβη, κἀκείνην φιλοσοφεῖν ἐπαίδευσε. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς συνεχώρησεν ἐκεῖ τὸν βίον αὐτὸν καταλῦσαι,

a Unus Ms. Regius, ἐπῄει.

b Savil. τοῦτο δὲ.

ὥστε τῆς τούτου πολυτελοῦς διδασκάλιον γενέσθαι εὐσεβείας τοῖς τὴν Ῥώμην οἰκοῦσιν ἅπασιν. ὑμεῖς μὲν γὰρ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι οὐδεμιᾶς ἐδέεσθε λοιπὸν ἀποδείξεως, ἐρριζωμένοι κατὰ τὴν πίστιν· οἱ δὲ τὴν Ῥώμην οἰκοῦντες, ἅτε πολλῆς τότε ἀσεβείας οὔσης ἐκεῖ, πλείονος ἔχρῃζον βοηθείας· διὰ τοῦτο καὶ Πέτρος καὶ Παῦλος, καὶ μετ᾽ ἐκείνους οὗτος ἐκεῖ πάντες ἐθύθησαν· τοῦτο μὲν ἵνα μολυνθεῖσαν τὴν πόλιν τοῖς τῶν εἰδώλων αἵμασι, τοῖς οἰκείοις αἵμασιν ἐκκαθάρωσι· τοῦτο δὲ ἵνα τῆς ἀναστάσεως τοῦ σταυρωθέντος Χριστοῦ διὰ τῶν ἔργων παράσχωνται τὴν ἀπόδειξιν, πείσαντες τοὺς τὴν Ῥώμην οἰκοῦντας ὡς οὐκ ἂν μετὰ τοσαύτης ἡδονῆς τῆς παρούσης κατεφρόνησαν ζωῆς, εἰ μὴ σφόδρα ἦσαν πεπεικότες ἑαυτούς, ὅτι πρὸς τὸν ἐσταυρωμένον ἔμελλον ἀναβαίνειν Ἰησοῦν, καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς αὐτὸν ὄψεσθαι. μεγίστη γὰρ ὄντως ἀναστάσεως ἀπόδειξις τὸ τὸν σφαγέντα Χριστὸν τοσαύτην μετὰ θάνατον ἐπιδείξασθαι δύναμιν, ὡς τοὺς ζῶντας ἀνθρώπους πεῖσαι καὶ πατρίδος, καὶ οἰκίας, καὶ φίλων, καὶ συγγενῶν, καὶ αὐτῆς ὑπεριδεῖν τῆς ζωῆς ὑπὲρ τῆς εἰς αὐτὸν ὁμολογίας, καὶ μάστιγας, καὶ κινδύνους, καὶ θάνατον, ἀντὶ τῶν παρόντων ἡδέων ἑλέσθαι. ταῦτα γὰρ οὐχὶ νεκροῦ τινος, οὐδὲ ἐπὶ τῷ τάφῳ μείναντος, ἀλλ᾽ ἀναστάντος καὶ ζῶντος ἦν τὰ κατορθώματα. ἐπεὶ πῶς ἂν ἔχοι λόγον, ἡνίκα μὲν ἔζη τοὺς συνόντας αὐτῷ πάντας ἀποστόλους ἀπὸ τοῦ φόβου γενομένους ἀσθενεστέρους προδοῦναι τὸν διδάσκαλον, καὶ φεύγοντας ἀπελθεῖν· ἐπειδὴ δὲ ἐτελεύτησεν, μὴ μόνον Πέτρον καὶ Παῦλον, ἀλλὰ καὶ Ἰγνάτιον τὸν οὐδὲ ἑωρακότα αὐτόν, οὐδὲ ἀπολελαυκότα αὐτοῦ τῆς συνουσίας τοσαύτην ὑπὲρ αὐτοῦ προθυμίαν ἐπιδείξασθαι, ὡς καὶ αὐτὴν δι᾽ αὐτὸν ἐπιδοῦναι τὴν ψυχήν;

Ἵν᾽ οὖν ταῦτα ἔργῳ μάθωσιν οἱ τὴν Ῥώμην οἰκοῦντες ἅπαντες, συνεχώρησεν ὁ Θεὸς ἐκεῖ τελειωθῆναι τὸν ἅγιον. καὶ ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ αἰτία, ἐξ αὐτοῦ τοῦ τρόπου τῆς τελευτῆς [a] τοῦτο πιστώσομαι. οὐ γὰρ ἔξω τειχῶν ἐν βαράθρῳ, οὐδὲ ἐν δικαστηρίῳ, οὐδὲ ἐν γωνίᾳ τινὶ τὴν καταδικάζουσαν ἐδέξατο ψῆφον, ἀλλ᾽ ἐν μέσῳ τῷ θεάτρῳ τῆς πόλεως ἄνω καθεζομένης ἁπάσης τὸν τοῦ μαρτυρίου τρόπον ὑπέμεινε θηρίων ἐπ᾽ αὐτὸν ἀφεθέντων· ἵν᾽ ὑπὸ τοῖς ἁπάντων ὄψεσι τὸ τρόπαιον στήσας κατὰ τοῦ διαβόλου, τοὺς θεατὰς ἅπαντας ζηλωτὰς ποιήσῃ τῶν ἀγωνισμάτων τῶν ἑαυτοῦ, οὐκ ἀποθνήσκων μόνον οὕτω γενναίως, ἀλλὰ καὶ μεθ᾽ ἡδονῆς ἀποθνήσκων. οὐ γὰρ ὡς ζωῆς ἀπορρήγνυσθαι μέλλων, ἀλλ᾽ ὡς ἐπὶ ζωὴν καλούμενος βελτίω καὶ πνευματικωτέραν οὕτως ἀσμένως ἑώρα τὰ θηρία. πόθεν τοῦτο δῆλον; ἀπὸ τῶν ῥημάτων, ὧν ἀποθνήσκειν μέλλων ἐφθέγξατο. ἀκούσας γὰρ ὅτι τοιοῦτος αὐτὸν τῆς τιμωρίας ὁ τρόπος μένει, ἐγὼ τῶν θηρίων ἐκείνων ὀναίμην ἔλεγεν. τοιοῦτοι γὰρ οἱ ἐρῶντες· ὅπερ ἂν πάσχωσιν ὑπὲρ τῶν ἐρωμένων, μεθ᾽ ἡδονῆς δέχονται, καὶ τότε δοκοῦσιν ἐμφορεῖσθαι τῆς ἐπιθυμίας, ὅταν πολλῷ χαλεπώτερα ᾖ τὰ γινόμενα, ὅπερ οὖν καὶ ἐπὶ τούτου συνέβαινεν. οὐ γὰρ τῷ θανάτῳ

ejus omnibus Romam incolentibus pietatis magistra esset. Vos enim per gratiam Dei, nulla amplius egebatis institutione, cum essetis in fide radicati & fundati: at illi qui Romæ tunc habitabant, cum illic magna vigeret impietas, majore auxilio indigebant. Ideo Petrus, & Paulus, & Ignatius post illos, ibi fuerunt immolati: tum ut civitatem illam idolorum cruoribus pollutam, proprio sanguine purgarent, tum ut operibus ipsis resurrectionis Jesu Christi crucifixi testimonium afferrent, demonstrantes iis, qui Romæ degebant, se præsentem vitam tanta cum voluptate numquam fuisse despecturos, nisi sibi omnino persuasissent, quod ad crucifixum Jesum essent ascensuri, ipsumque in cælis visuri. Hoc enim resurrectionis argumentum est maximum, quod Christus immolatus tantam post mortem potentiam ostenderet, ut viventibus hominibus persuaderet, pro sui nominis confessione, patriam, & domos, & amicos, & propinquos, & vitam ipsam aspernandam & contemnendam, ac loco præsentium voluptatum, & verbera, & pericula, & mortem esse subeunda. Hæc enim non defuncti, neque in sepulcro degentis, sed ejus qui surrexisset, ac viveret, præclara sunt opera. Quomodo enim esset verisimile, ut cum ipse viveret, omnes Apostoli, qui cum illo versati fuerant, timore conterriti adeo fuerint imbecilli, ut præceptorem prodiderint, & aufugerint: posteaquam autem defunctus esset, non solum Petrus, & Paulus, sed etiam Ignatius, qui eum non viderat, nec ulla cum ipso familiaritate conjunctus fuerat, tantam pro illo animi alacritatem ostenderet, ut pro eo vitam ipsam profundere non recusaret?

5. Ut igitur illi, qui Romam incolebant, hæc esse vera reipsa cognoscerent, permisit Deus sanctum virum illic morte affici. Quod autem hæc sit causa, ex genere ipsius mortis conabor ostendere. Neque enim ut extra muros in barathro, aut in carcere, aut in angulo aliquo occideretur, damnatus est: sed in medio theatro, universa civitate sursum considente & spectante, bestiis in ipsum immissis & concitatis, martyrium pertulit: ut sub omnium oculis adversus diabolum tropæum erigeret, cunctosque spectatores suorum certaminum imitatores efficeret, cum non modo fortiter, sed etiam cum lætitia mortem oppeteret, ferasque cum voluptate spectaret, non quasi raperetur e vita, sed tamquam ad vitam meliorem ac præstantiorem vocaretur. Unde hoc fit perspicuum? ex verbis, quæ moriturus loquebatur. Cum enim id genus supplicii sibi esse subeundum intellexisset, *ego*, inquit, *feris illis fruar*. Sic enim agunt, qui amant; cum pro iis qui amantur, aliquid patiuntur, gaudentes id faciunt, tuncque sibi videntur optatis perfrui, cum ea, quæ perferunt, sunt quam gravissima: quod quidem in hoc item contigit: siquidem non

Ignatius feris objectus

Hæc verba in S. Ignatii martyrio leguntur.

a Unus Reg. τοῦτο δεῖξαι πειράσομαι, & sic Savil. in margine, atque ita legisse videtur Zinus & Interpres Vulgatæ Latinæ. Morel. vero & Savil. in textu τοῦτο πιστώσομαι. Mox ἐν δικαστηρίῳ Interpres, qui vertit, *in carcere*, legisse videtur ἐν δεσμωτηρίῳ.

morte solum, verumetiam alacritate studebat Apostolos imitari. Et non ignorans Act. 5. 41. quod illi flagellati cum gaudio ibant e conspectu concilii; voluit etiam ipse non morte, sed etiam lætitia magistris esse similis, idcirco *feris*, inquit, *fruar*. Ac multo quidem mitiora censebat ora ferarum, quam tyranni linguam: nec immerito; siquidem hæc ad gehennam vocabat, illa autem ad regnum mittebant. Cum igitur illic vitam posuisset, imo vero in cælum profectus esset, reversus est deinceps coronatus. Etenim id quoque fuit Dei benignitatis, qui curavit ut is rursus ad nos rediret, & civitatibus Martyrem impartivit. Roma enim stillantem ipsius sanguinem excepit: vos autem reliquias ejus suscepistis. Vos illius episcopatu gavisi estis: illi martyrio sunt lætati. Certantem illi & vincentem, ac coronatum conspexerunt, vos perpetuo illum possidetis. Exiguum ad tempus eum vobis ademit Deus, sed majore cum gloria restituit. Et quemadmodum pecuniam mutuantes, cum fœnore ea reddunt, quæ acceperunt; sic etiam Deus preciosum hunc thesaurum paulisper suscipiens, ut ostenderet Romæ, majore cum gloria illum vobis retulit. Emisistis enim Episcopum, & Martyrem recepistis: emisistis cum precibus, & cum coronis suscepistis: nec vero vos soli, sed cunctæ quæ interjectæ sunt civitates. Quomodo enim eas affectas existimatis, cum reportatas reliquias cernerent? quem voluptatis fructum percipere, quanta lætitia gestire? quam faustis undique acclamationibus coronatum celebrare? Quemadmodum enim pugilem generosum, qui omnes devicerit adversarios, spectatores e cavea cum plausu consurgentes sublimem statim excipiunt, nec terram attingere patiuntur, sed sublatum innumerabilibus laudibus ornantes, domum reportant: sic utique & sanctum illum omnes ex ordine civitates ab urbe relatum suscipientes humerisque gestantes, Antiochiam usque sunt comitatæ, martyrem coronatum celebrantes, laudantes agonothetam, diabolum deridentes, quod e contrario illi versutia successisset, & quæ in martyrem struxerat, in se recidissent. Et tunc quidem cunctis illis civitatibus profuit, documentoque fuit, & civitatem hanc usque in præsentem diem locupletavit, & ut thesaurus quidam perpetuus, qui quotidie exhauritur, nec deficit cuncti licet ex eo ditescant: sic etiam beatus hic Ignatius cunctos ad se accedentes benedictionibus, fiducia, & strenua alacritate, magnaque fortitudine plenos remittit domum. Itaque non hodie tantum, sed quotidie ad ipsum confluamus, spirituales ex eo fructus decerpentes. Quisquis enim cum fide ad illum accedit, magnis afficitur beneficiis. Sanctorum monumenta spiritualis gratiæ plena. Sanctorum enim non modo corpora, sed ipsi loculi, & monumenta, spirituali gratia conferta sunt. Nam si in Elisæo id contigit, ut defunctus sepulcrum ejus attingens mortis vincula dissolverit, & ad vitam rursum redierit; multo magis hoc tempore,

A μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ προθυμίᾳ ζηλῶσαι τοὺς ἀποστόλους ἔσπευδε, καὶ ἀκούων ὅτι μαστιχθέντες ἐκεῖνοι μετὰ χαρᾶς ἀνεχώρουν, ἐβουλήθη καὶ αὐτὸς μὴ τῇ τελευτῇ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ χαρᾷ μιμήσασθαι τοὺς διδασκάλους· διὰ τοῦτο τῶν θηρίων ἔλεγεν ὀναίμην. καὶ πολλῷ τούτων ἡμερώτερα τὰ στόματα ἐνόμιζεν εἶναι τῆς τοῦ τυράννου γλώττης, καὶ μάλα εἰκότως. ἐκείνη μὲν γὰρ πρὸς τὴν γέενναν ἐκάλει, τὰ δὲ τούτων στόματα πρὸς βασιλείαν παρέπεμπεν. ἐπεὶ τοίνυν κατέλυσεν ἐκεῖ τὴν ζωήν, μᾶλλον δὲ ἐπειδὴ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνέβη, ἐπανῆκε στεφανίτης λοιπόν. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τῆς τοῦ θεοῦ γέγονεν οἰκονομίας, τὸ πάλιν αὐτὸν πρὸς ἡμᾶς ἐπαναγαγεῖν, καὶ ταῖς πόλεσι διανεῖμαι τὸν μάρτυρα.
B ἐκείνη μὲν γὰρ αὐτοῦ στάζον τὸ αἷμα ἐδέξατο, ὑμεῖς δὲ τῷ λειψάνῳ τετίμησθε· ἀπηλαύσατε τῆς ἐπισκοπῆς ὑμεῖς, ἀπήλαυσαν ἐκεῖνοι τοῦ μαρτυρίου· εἶδον ἀγωνιζόμενον καὶ νικῶντα καὶ στεφανούμενον ἐκεῖνοι, ἔχετε διηνεκῶς αὐτὸν ὑμεῖς· ὀλίγον ὑμῶν αὐτὸν χρόνον ἀπέστησεν ὁ θεός, καὶ μετὰ πλείονος ὑμῖν δόξης αὐτὸν ἐχαρίσατο. καὶ καθάπερ οἱ δανειζόμενοι χρήματα μετὰ τόκων ἀποδιδόασιν ἅπερ ἂν λάβωσιν, οὕτω καὶ ὁ θεὸς τὸν τίμιον τοῦτον θησαυρὸν παρ' ὑμῶν ὀλίγον χρησάμενος χρόνον, καὶ τῇ πόλει δείξας ἐκείνῃ, μετὰ πλείονος ὑμῖν αὐτὸν ἀποδέδωκε τῆς λαμπρότητος. ἐξεπέμψατε γὰρ ἐπίσκοπον, καὶ
C ἐδέξασθε μάρτυρα· ἐξεπέμψατε μετ' εὐχῶν, καὶ ἐδέξασθε μετὰ στεφάνων· καὶ οὐχ ὑμεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαι αἱ ἐν μέσῳ πόλεις. πῶς γὰρ αὐτὰς οἴεσθε διακεῖσθαι ὁρώσας ἐπαναγόμενον τὸ λείψανον; πόσην καρποῦσθαι ἡδονήν; πόσον ἀγάλλεσθαι; πόσαις εὐφημίαις πάντοθεν βάλλειν τὸν στεφανίτην; καθάπερ γὰρ ἀθλητὴν γενναῖον τοὺς ἀνταγωνιστὰς καταπαλαίσαντα ἅπαντας, καὶ μετὰ λαμπρᾶς ἐξελθόντα δόξης ἀπὸ τοῦ σκάμματος εὐθέως δεχόμενοι οἱ θεαταὶ, οὐδὲ ἐπιβῆναι τῆς γῆς ἀφίασι φοράδην ἀπάγοντες οἴκαδε, καὶ μυρίοις βάλλοντες ἐγκωμίοις, οὕτω δὴ καὶ τὸν ἅγιον τότε ἐκεῖνον ἀπὸ τῆς Ῥώμης αἱ
D πόλεις ἑξῆς διαδεχόμεναι, καὶ ἐπ' ὤμων φέρουσαι μέχρι τῆς πόλεως ταύτης παρέπεμπον ἐγκωμιάζουσαι τὸν στεφανίτην, ἀνυμνοῦσαι τὸν ἀγωνοθέτην, καταγελῶσαι τοῦ διαβόλου, ὅτι εἰς τὸ ἐναντίον αὐτῷ περιετράπη τὸ σόφισμα, καὶ ὅπερ ἐνόμισε κατὰ τοῦ μάρτυρος ποιεῖν, τοῦτο ὑπὲρ αὐτοῦ γέγονε. καὶ τότε μὲν τὰς πόλεις ἁπάσας ἐκείνας ὤνησε, καὶ διώρθωσεν· ἐξ ἐκείνου δὲ καὶ μέχρι τῆς παρούσης τὴν ὑμετέραν πλουτίζει πόλιν· καὶ καθάπερ θησαυρὸς διηνεκὴς καθ' ἑκάστην ἀντλούμενος τὴν ἡμέραν, καὶ οὐκ ἐπιλείπων ἅπαντας τοὺς μετέχοντας εὐπορωτέρους ποιεῖ· οὕτω δὴ καὶ ὁ μακάριος οὗτος Ἰγνάτιος τοὺς πρὸς αὐτὸν ἐρχομένους
E εὐλογιῶν, παρρησίας, γενναίου φρονήματος, καὶ πολλῆς ἀνδρείας πληρῶν οἴκαδε ἀποπέμπει. μὴ τοίνυν σήμερον μόνον, ἀλλὰ καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν πρὸς αὐτὸν βαδίζωμεν, πνευματικοὺς ἐξ αὐτοῦ δρεπόμενοι καρπούς. ἔστι γάρ, ἔστι τὸν μετὰ πίστεως ἐνταῦθα παραγινόμενον μεγάλα καρπώσασθαι ἀγαθά. οὐδὲ γὰρ τὰ σώματα μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐταὶ αἱ θῆκαι τῶν ἁγίων πνευματικῆς εἰσι πεπληρωμέναι χάριτος. εἰ γὰρ ἐπὶ Ἐλισσαίου τοῦτο συνέβαινε, καὶ θήκης νεκρὸς ἁψάμενος τοῦ θανάτου τὰ δεσμὰ διέρρηξε, καὶ πρὸς ζωὴν ἐπανῆλθε πάλιν, πολλῷ μᾶλλον

νῦν

νῦν ὅτε δαψιλεστέρα ἡ χάρις· ὅτε πλείων ἡ τοῦ πνεύματος ἐνέργειά ἐστι, καὶ θήκης μετὰ πίστεως ἁψάμενον πολλὴν ἐκεῖθεν ἐπισπάσασθαι δύναμιν. διὰ τοῦτο καὶ τὰ λείψανα τῶν ἁγίων εἴασεν ἡμῖν ὁ θεὸς βουλόμενος ἡμᾶς πρὸς τὸν αὐτὸν ἐκείνοις χειραγωγῆσαι ζῆλον, καὶ λιμένα τινὰ παρασχεῖν καὶ [a] παραμύθιον ἀσφαλὲς τῶν ἀεὶ καταλαμβανόντων ἡμᾶς κακῶν. διὸ παρακαλῶ πάντας ὑμᾶς εἴτε ἐν ἀθυμίᾳ τίς ἐστιν, εἴτε ἐν νόσοις, εἴτε ἐν ἐπηρείαις, εἴτε ἐν ἄλλῃ τινὶ βιωτικῇ περιστάσει, εἴτε ἐν ἁμαρτιῶν βάθει, μετὰ πίστεως ἐνταῦθα παραγινέσθω, καὶ πάντα ἐκεῖνα ἀποθήσεται, καὶ μετὰ πολλῆς ἐπανήξει τῆς ἡδονῆς, κουφότερον τὸ συνειδὸς ἐργασάμενος ἀπὸ τῆς θεωρίας μόνης. μᾶλλον δὲ οὐ τοὺς ἐν δεινοῖς ὄντας μόνον ἀναγκαῖον ἐνταῦθα παραγίνεσθαι, ἀλλὰ κἂν ἐν εὐθυμίᾳ τις ᾖ, κἂν ἐν δόξῃ, καὶ ἐν δυναστείᾳ, κἂν ἐν παρρησίᾳ πολλῇ τῇ πρὸς τὸν θεὸν, μηδὲ οὗτος καταφρονείτω τῆς ὠφελείας. ἐλθὼν γὰρ ἐνταῦθα καὶ τὸν ἅγιον ἰδὼν τοῦτον ἀκίνητα ἕξει τὰ καλὰ, τῇ μνήμῃ τῶν τούτου κατορθωμάτων μετριάζειν τὴν αὐτοῦ ψυχὴν ἀναπείσας, καὶ οὐκ ἀφιεὶς τὸ συνειδὸς ὑπὸ τῶν κατορθωμάτων πρὸς ὄγκον ἐπαρθῆναί τινα. οὐ μικρὸν δὲ τοῖς ἐν εὐπραγίαις τὸ μὴ φυσᾶσθαι ἐπὶ ταῖς εὐημερίαις, ἀλλ᾽ εἰδέναι μετρίως φέρειν τὰς εὐπραγίας. ὥστε ἅπασι χρήσιμος ὁ θησαυρὸς, ἐπιτήδειον τὸ καταγώγιον, τοῖς μὲν ἐπταικόσιν, ἵνα ἀπαλλαγῶσι τῶν πειρασμῶν· τοῖς δὲ εὐημεροῦσιν, ἵνα βέβαια αὐτοῖς μένῃ τὰ καλά· τοῖς μὲν ἐν ἀῤῥωστίᾳ, ἵνα πρὸς ὑγίειαν ἐπανέλθωσι· τοῖς δὲ ὑγιαίνουσιν, ἵνα μὴ πρὸς ἀῤῥωστίαν καταπέσωσιν. ἅπερ ἅπαντα λογιζόμενοι πάσης τέρψεως, πάσης ἡδονῆς τὴν ἐνταῦθα προτιμῶμεν διατριβήν· ἵν᾽ ὁμοῦ καὶ εὐφραινόμενοι καὶ κερδαίνοντες, καὶ ἐκεῖ σύσκηνοι τοῖς ἁγίοις τούτοις καὶ ὁμοδίαιτοι γενέσθαι δυνηθῶμεν εὐχαῖς αὐτῶν τῶν ἁγίων· χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ᾽ οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

A quo gratia uberior, ſpiritus major eſt vis; ut ſi cum fide aliquis arcam attingat, magnam inde virtutem hauriat. Ideo reliquias ſanctorum nobis conceſſit Deus, ut nos ad ſe eorum opera ad eumdem zelum perducat; & ſint nobis velut portus quidam, & idoneum ſolatium malorum, quæ aſſidue nos affligunt. Quamobrem vos omnes cohortor, fratres, ſi quis veſtrum ægritudine animi, vel corporis morbo, vel quavis alia calamitate aut peccatorum mole premitur, ut cum fide huc accedat, & ab aliis omnibus liberatus, magna cum lætitia revertetur, & aſpectu ſolo conſcientiam tranquilliorem reportabit. B Quin etiam expedit, ut non ſolum ii, qui ærumnis affecti ſunt, huc ſeſe conferant, ſed illi etiam, qui & animi quiete, & gloria, & potentia, & magna apud Deum fiducia perfruuntur, hanc utilitatem non negligant. Qui enim huc accedit, & Sanctum videt, bona hæc efficiet ſtabiliora: & memoriâ recte factorum ejus animum ſuum reddet moderatiorem, nec conſcientiam ſuam bonis operibus efferri atque intumeſcere patietur. Non parvi autem momenti eſt, eos, quibus proſperæ atque ſecundæ res fluunt, eas ferre moderate, & ſuperbiæ tumore non extolli. Utilis igitur C cunctis hic theſaurus eſt, & refugium opportunum, tam iis, qui lapſi ſunt, ut a tentationibus liberentur; quam iis, qui proſpere ac feliciter degunt, ut diu fruantur bonis; illis qui morbis laborant, ut bonam valetudinem conſequantur; illis qui commoda gaudent valetudine, ne in morbum aliquem incurrant. Quæ quidem omnia conſiderantes, omni gaudio, atque voluptati ſacrum hunc locum anteponamus; ut lætitiæ & lucri conſortes, illic ſanctorum contubernales & ſocii eſſe valeamus, precibus ipſorum ſanctorum, & gratia, ac benignitate Domini noſtri Jeſu Chriſti, cum quo Patri gloria, ſanctoque Spiritui, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, amen.

[a] Morel. & Savil. παραμύθιον ἀσφαλὲς, Savil. in marg pro ἀσφαλὲς habet διαρκὲς, unus Reg. παραμυθίαν ἀσφαλῆ.

AD HOMILIAM IN S. EUSTATHIUM EPISCOPUM ANTIOCHENUM,

MONITUM.

HUJUS *in S. Euſtathium abs ſe habitæ Concionis meminit Chryſoſtomus ſermone* 1. *de verbis Jeremiæ num.* 1. *his verbis*: Propterea nuper cum de Petro & Paulo diſſeruiſſemus, & de exorta inter ipſos Antiochiæ controverſia, pugnamque illam, quæ inter eos eſſe videbatur, pace quavis utiliorem vobis oſtendiſſemus, cumque ad præruptam & aſperam vos illam viam deduxiſſemus: quoniam defatigatos vidimus, ad aliud argumentum vos traduximus, dum beati Euſtathii præconia ſermone complexi ſumus, & poſt illum generoſi martyris Romani laudes percurrimus, cum illuſtrius nobis factum eſt theatrum, amplior applauſus, ac major ſtrepitus acclamantium. *Præceſſit igitur hanc in Euſtathium Homiliam celebris illa de controverſia inter Paulum & Petrum: eamdem vero*

in Eustathium sequuta est Homilia in S. Romanum Martyrem, quam Chrysostomo suadente huic subjungimus. Hæ porro omnes Conciones Antiochiæ habitæ sunt: quo autem anno ignoratur.

De Eustathio Antiocheno Præsule, qui pro Catholica Fide multa perpessus & in exsilium pulsus est, pauca dicenda sunt. Hic ardens studio veræ doctrinæ promovendæ, infestusque Arianis, quos interclusos societate & communione sua edixerat, in odium invidiamque Eusebii Nicomediensis Episcopi sociorumque Arianorum incurrit. Ad hæc, multa contra Arianos opera in lucem emisit, quorum mentio apud Hieronymum & Theodoretum. Cum Eusebio item Cæsariensi iniit controversiam, eumque ut Nicænæ fidei infensum scriptis suis exagitavit. Ille contra Eustathium reum egit Sabellianæ opinionis, quod Sabellianismi crimen solemne Arianis erat iis offerre, qui Arianam hæresin infesti oppugnarent. Neque in Eusebium tantum Eustathius, sed etiam in Patrophilum Scythopolitanum, & Paulinum Tyrium acerrime invehebatur. His accensi veritatis hostes viro insidias parant & crimina comminiscuntur. Non convenit inter Scriptores quo calumniæ genere sint usi Eustathii adversarii. Ait Athanasius, apud Imperatorem Constantinum magnum accusatum Eustathium irrogatæ matri ipsius contumeliæ, nulla interposita mora in exsilium actum fuisse cum magna comitantium Presbyterorum & Diaconorum frequentia. Socrates autem & Sozomenus narrant, odio flagrantes Eusebianos Eustathium in Synodo Antiochiæ celebrata abdicasse, cum Sabellianismi, tum alius criminis non memorandi causa. Verum quod illud fuerit crimen aperit Theodoretus, Eusebium scilicet Nicomediensem, quasi aliud agentem, cum sociis non paucis Antiochiam venisse, & ab Eustathio comiter exceptum fuisse. Ibi, inquit ille, conductâ mulierculâ, quæ corporis pulcritudine quæstum faciebat, auctores ipsi sunt, ut rei secum habitæ sanctum Præsulem accuset. In cœtum intromissa mulier, infantem uberibus admotum ostendens, illum se ex Eustathii coïtu peperisse affirmat. Eustathius vero non ignarus conflatæ in se conspirationis, mulierem si quem haberet hujusmodi facinoris testem in medium proferre jubet. Cumque neminem illa proferre posset, ipsi jusjurandum Eusebiani detulere. Juravit illa infantem Eustathii esse; statimque judices iniquissimi virum damnant ut mœchum, reclamantibus licet cæteris Episcopis, qui eo loci convenerant, veri tenacibus & frugi hominibus, qui Eustathio auctores erant ut ne iniquæ sententiæ acquiesceret. Hanc item criminationem commemorat Hieronymus Apolog. 2. adversus Rufinum. Istæ, *inquit,* machinæ Hæreticorum, id est, magistrorum tuorum sunt, ut convicti de perfidia, ad maledicta se conferant. Sic Eustathius Episcopus filios, dum nescit, invenit.

Hæc Theodoretus & Hieronymus: at per mihi mirum videtur hanc tam atrocem in amicum & æqualem suum Episcopum oblatam calumniam ab Athanasio taceri. Ex Athanasii certe silentio nonnihil fortasse nascatur contra hanc historiam suspicionis, quando potissimum cernimus plerosque istius ævi scriptores libenter afferre muliercularum historias, quarum nonnullæ pari suspicione laborant; qualis est illa mulierculæ in Synodo Tyria Athanasium illati stupri accusantis, quam, si non aperte falsam, admodum saltem suspectam ostendimus in Animadversionibus ad vitam & scripta Athanasii. Auget hic scrupulum Chrysostomus, qui in hac de Eustathio Homilia, ne γρῦ quidem habet, quo talem oblatam calumniam vel aperte denunciet vel subindicet. Quid quod Socrates postquam Eustathium Sabellianismi causa abdicatum narravit, adjicit, ὡς μὲν οὖν τινές φασιν, δι' ἄλλας οὐκ ἀγαθὰς αἰτίας, φανερῶς δὲ οὐκ εἰρήκασι: *Id est,* Ut vero quidam narrant, aliis de causis minus honestis abdicatus est, quas tamen aperte non proferunt. *Quibus verbis innuit rem apud omnes non constare, nec suspicione vacuam esse, ut nos item putamus.*

Abdicato autem Eustathio, Eusebiani auctores Imperatori sunt ut in exsilium pellatur antistes. De exsilii loco non una est sententia: Theodoretus in quamdam Illyrici urbem relegatum narrat: Hieronymus vero Trajanopolin in Thracia, cui adstipulatur Chrysostomus infra num. 2. ubi ait ejus corpus in Thracia sepultum esse haud dubie in exsilii loco. Neque prætereundum est, in Eustathii abdicatione totam pene seditione conflagrasse Antiochenam civitatem; armatis enim utrinque partibus, adscitisque militibus, omnia erant ad pugnam & horrendam cladem parata, ventumque fuisset ad gladios, nisi supervenientes Imperatoris literæ plebem compescuissent. Eusebiani Eustathio Eulalium subrogant; qui cum exiguo tempore superstes fuisset, ejus loco deligitur Eusebius Pamphili, quo abnuente, Euphronio item Ariano episcopale munus defertur. Eo autem post annum & aliquot menses defuncto, deligitur Flacillus item Arianus, & uno avulso non deficit alter. Quæ causa fuit ut multi cum Populares, tum Clerici, quibus Religio Catholica cordi erat, a cœtibus Arianorum abhorrentes, seorsum collectas agerent. Hi ex ardenti erga Eustathium studio amoreque, Eustathiani deinceps audierunt. Hujusmodi vero Antiochenorum

discordia ad integrum ferme sæculum extracta fuit: quodque gravius accidit etiam Catholici postea discissi sunt, ita ut tres in partes Christiani divisi essent, Paulinianorum nempe, Meletianorum & Arianorum. Sed hac de re pluribus in Monito ad Homiliam de Anathemate.

Cæterum, si Theodoreto fides sit, meretrix, quæ Eustathium accusavit, cum in gravissimum & diuturnum morbum incidisset, calumniam detexit, ac scenam totam aperuit: nec duobus tribusve, sed quamplurimis Sacerdotibus indicavit ea, quæ dolo fuerant concinnata, falsa se mercede conductam Eustathium in crimen vocasse; neque se tamen falso juratam: nam Eustathius quidam ærarius faber infantis pater erat. Eustathii autem abdicatio incidit in annum circiter 329. imperante Constantino Magno. Ejus memoria colitur 17. Novembris.

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

ΕΓΚΩΜΙΟΝ ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ πατέρα ἡμῶν Εὐστάθιον ἀρχιεπίσκοπον Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης.

A ΣΟΦΟΣ τις ἀνὴρ καὶ φιλοσοφεῖν εἰδὼς, τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων τὴν φύσιν μετὰ ἀκριβείας καταμαθὼν, καὶ ἐπιγνοὺς αὐτῶν τὴν σαθρότητα, καὶ ὡς οὐδὲν [a] ἔχει πιστὸν, οὐδὲ βέβαιον, παραινεῖ κοινῇ πᾶσιν ἀνθρώποις πρὸ τελευτῆς μὴ μακαρίζειν μηδένα. οὐκοῦν ἐπειδὴ τετελεύτηκεν ὁ μακάριος Εὐστάθιος, μετὰ ἀδείας αὐτὸν ἁπάσης ἐγκωμιάσαι λοιπὸν δυνάμεθα. εἰ γὰρ πρὸ τελευτῆς οὐ δεῖ μακαρίζειν οὐδένα, μετὰ τὴν τελευτὴν ἀνεύθυνος ἐπὶ τῶν ἀξίων ὁ μακαρισμὸς γένοιτ' ἄν. καὶ γὰρ παρῆλθε τὸν εὔριπον τῶν βιωτικῶν πραγμάτων· ἀπηλλάγη τῆς ταραχῆς τῶν κυμάτων, πρὸς τὸν εὔδιον, καὶ ἀτάραχον κατέπλευσε λιμένα· οὐχ ὑπόκειται τῇ τοῦ [b] μέλλοντος ἀδηλίᾳ· B οὐδέ ἐστιν ὑπεύθυνος καταπτώσει, ἀλλὰ καθάπερ ἐπὶ πέτρας τινὸς, καὶ ὑψηλοῦ σκοπέλου νῦν ἑστὼς καταγελᾷ τῶν κυμάτων ἁπάντων. οὐκοῦν ἀσφαλὴς ὁ μακαρισμός· ἀνεπίληπτον δὲ ἐγκώμιον. οὐ γὰρ δέδοικε μεταβολήν· οὐχ ὑποπτεύει μετάπτωσιν. ἡμεῖς μὲν γὰρ οἱ ἔτι ζῶντες, καθάπερ οἱ ἐν μέσῳ πελάγει σαλεύοντες πολλαῖς ὑποκείμεθα ταῖς μεταβολαῖς· καὶ καθάπερ ἐκεῖνοι νῦν μὲν εἰς ὕψος αἴρονται τῶν κυμάτων κορυφουμένων· νῦν δὲ πρὸς αὐτὸν καταφέρονται τὸν βυθόν· ἀλλ' οὔτε τὸ ὕψος ἀσφαλὲς, οὔτε ἡ ταπείνωσις μόνιμος· ὑδάτων γάρ ἐστι ῥεόντων, καὶ οὐχ ἱσταμένων ταῦτα ἀμφότερα· C οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων οὐδὲν βέβαιον καὶ ἑστώς· ἀλλὰ πυκναὶ αἱ μεταβολαὶ καὶ ὀξύρροποι. ὁ μὲν ὑπὸ τῆς εὐημερίας πρὸς ὕψος ἐπήρθη· ὁ δὲ ὑπὸ δυσπραγίας εἰς πολὺ κατηνέχθη βάθος· ἀλλὰ μήτε ἐκεῖνος φυσάσθω· μήτε οὗτος ταπεινούσθω· ταχίστην γὰρ ἕκαστος δέξεται τὴν μεταβολήν· ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνος ὁ πρὸς τὸν οὐρανὸν μεταστὰς, ὁ πρὸς τὸν ποθούμενον ἀπελθὼν Ἰησοῦν· ὁ πρὸς χωρίον ἐλθὼν καθαρὸν θορύβων· ἔνθα ἀπέδρα ὀδύνη καὶ λύπη καὶ στεναγμός· οὐκ ἔστιν ἐκεῖ μεταβολῆς εἰκών· οὐκ ἔστι τροπῆς ἀποσκίασμα, πάντα δὲ πεπηγότα καὶ ἀκίνητα· D πάντα βέβαια, καὶ ἱδρυμένα· πάντα ἄφθαρτα, καὶ ἀθάνατα· πάντα ἀκήρατα, καὶ εἰς ἀεὶ διαμένοντα. διὰ τοῦτό, φησι, πρὸ τελευτῆς μὴ μακάριζε μηδένα. διὰ

LAUDATIO SANCTI PATRIS nostri EUSTATHII *Antiochiæ magnæ Archiepiscopi.*

1. SAPIENS vir quidam, & philosophandi peritus, qui rerum humanarum naturam accurate didicerat, & earum fragilitatem noverat, nihilque certum aut stabile in iis esse, omnes generatim homines admonet, ut ante mortem neminem laudent. *Eccli. 11. 30.* Quando igitur mortuus est beatus Eustathius, omni cum fiducia deinceps eum laudibus efferre possumus: si enim ante mortem nemo laudandus est, haud dubium, quin post mortem eorum, qui digni sunt, laudatio culpa vacet. *Ante mortem nemo laudandus; sed post mortem.* Etenim hujus vitæ negotiorum euripum prætervectus est: tumultu fluctuum liberatus est: ad tranquillum & quietum portum appulit, incertitudini futurorum non subjacet, nec obnoxius est ruinæ: sed tamquam in rupe quapiam sublimique nunc stans scopulo, fluctus omnes contemnit. Caret igitur omni periculo prædicatio, neque reprehendi potest laudatio: non enim jam mutationem reformidat, neque lapsum pertimescit. Nam nos quidem, qui adhuc vivimus, ut qui medio in mari fluctuant, multis sumus obnoxii mutationibus; & ut illi nunc quidem fluctibus intumescentibus in altum tolluntur, nunc in profundum ipsum deprimuntur: sed neque tuta celsitudo, neque stabilis est dejectio; siquidem horum utrumque ab aquis fluentibus, minimeque consistentibus pendet: sic nimirum & in rebus humanis nihil firmum & constans est, sed frequentes sunt mutationes, ac levi momento fiunt. Hic quidem ob res secundas in altum subvehitur, ille vero propter res adversas profunde admodum deprimitur: verum nec infletur ille, nec animum iste despondeat: quippe celerrimam singuli mutationem sortientur. At non ille, qui in cælum commigravit, & ad eum, quem desiderabat, Jesum profectus est, qui ad locum pervenit turbarum expertem, unde dolor & ægritudo ac gemitus abest: non illic mutationis est imago, non vicissitudinis obumbratio, sed omnia fixa, & immobilia, omnia firma & stabilita, omnia incorrupta & immortalia, omnia interitus expertia & æterna: idcirco, inquit, *ante mortem ne* *Eccli. 11. 30.*

Collata cum MSS. Regiis 2343. & 2447. & cum Colbertino uno 970.

a Unus Reg. & Savil. in marg. ἔχει στερρὸν, οὐδέ.

b Unus MS. τῇ τοῦ μέλλοντος δειλίᾳ.

quemquam laudes. Quamobrem? futurum quippe incertum est, & imbecillis natura; voluntas segnis, & pronum ad nos obsidendos peccatum: multi sunt laquei. *Scito enim,* inquit, *quoniam in medio laqueorum pertransis:* continuæ sunt tentationes, multa turba negotiorum, tum dæmonum perenne bellum, & assidui perturbationum insultus. Propterea *ante mortem*, inquit, *ne quemquam laudes:* ergo post mortem tutum est laudare dignum; vel potius non simpliciter post mortem, sed post mortem ejusmodi: quando cum corona e vita quispiam excesserit; quando cum confessione, & fide non ficta. Si enim quovis modo mortuos laudare quis potest, quanto magis eos, qui sic fuerint mortui? Quis autem eos laudavit, dicet aliquis, qui quovis modo sunt mortui? Salomon ille, Salomon sapientissimus: non enim leviter hominem prætereas, sed quis esset perpende, & quo pacto vixerit, quanta cum securitate ac voluptate mollem & ærumnarum expertem vitam traduxerit. Siquidem genus omne deliciarum percurrit, & multiplices recreationis animi modos excogitavit: varias atque diversas oblectationum species adinvenit, quas & enarrans dicebat; *Ædificavi mihi domos, plantavi vineas, feci mihi hortos, & pomaria, feci mihi piscinas aquarum. Mercatus sum mihi servos & ancillas, & vernaculi nati sunt mihi. Possessio armentorum boum & gregum fuit mihi. Congregavi argentum & aurum sicut arenam. Feci mihi cantores, & cantatrices, pincernas & vini ministras.* Quid igitur idem iste post tantam affluentiam pecuniarum, possessionum, deliciarum, voluptatum refert? *Laudavi*, inquit, *eos, qui mortui sunt, super viventes, & bonus super hos, quicumque nondum natus est.* Vere fide dignus hic est deliciarum accusator, qui talem de illis fert sententiam. Nam si quispiam ex iis qui vitam in paupertate ac mendicitate traduxissent, hanc sententiam adversus delicias tulisset, visus esset non ex rei veritate, sed quod expertus non esset, ita criminari; cum vero is, qui omnes percurrit, & singulas earum vias pervestigavit, eas contemnit; tum omni suspicione libera est criminatio. Existimatis fortasse a proposito deflexisse sermonem: imo vero si attendamus, cum eo maxime cohærere deprehendemus, quæ dicta sunt. Nam in Martyrum commemorationibus conveniens est & connexum de philosophia sermonem instituere: non ut vitam præsentem damnemus, hæc dicimus, absit: sed quod delicias insectemur. Non enim vivere malum est, sed temere & inconsiderate vivere.

Eccli. 9. 20.

Eccle. 2. 4.

Salomoni credendum divitiis detrahenti.

2. Itaque si quis in recte factis ac bonorum spe futurorum vitam traduxerit, poterit cum Paulo dicere, *Vivere in carne multo melius: hoc enim mihi fructus operis est:* quod utique beato Eustathio contigit, qui & in vita & in morte, ut par erat, se gessit. Non enim in sua regione, sed in aliena propter Christum mortem obiit, quod fa-

Philip. 1. 22.

Eustathius a patria relegatus in Thracia sepultus.

τί; ἄδηλον γὰρ τὸ μέλλον, καὶ ἡ φύσις ἀσθενής· ἡ προαίρεσις ῥᾴθυμος· ἡ ἁμαρτία εὐπερίστατος· πολλαὶ αἱ παγίδες· ἐπίγνωθι γάρ, φησιν, ὅτι ἐν μέσῳ παγίδων διαβαίνεις. ἐπάλληλοι οἱ πειρασμοί, πολὺς ὁ τῶν πραγμάτων ὄχλος, καὶ διηνεκὴς τῶν δαιμόνων ὁ πόλεμος, καὶ συνεχεῖς αἱ τῶν παθῶν ἐπαναστάσεις. διὰ ταῦτα πρὸ τελευτῆς μὴ μακάριζε μηδένα, φησίν· οὐκοῦν μετὰ τελευτὴν μακαρίζειν ἀσφαλὲς τὸν ἄξιον· μᾶλλον δὲ οὐχ ἁπλῶς μετὰ τελευτήν· ἀλλὰ τελευτὴν τοιαύτην· ὅταν μετὰ στεφάνου τὸν βίον ἢ καταλύσαι τις· ὅταν μετὰ ὁμολογίας καὶ πίστεως ἀνυποκρίτου. εἰ γὰρ τοὺς [a] ἁπλῶς τελευτήσαντας ἐμακάρισέ τις, πόσῳ μᾶλλον τοὺς οὕτω τελευτήσαντας; καὶ τίς ἐμακάρισε, φησι, τοὺς ἁπλῶς τελευτήσαντας; ὁ Σολομῶν, Σολομῶν ἐκεῖνος ὁ πάνσοφος· μὴ γὰρ ἁπλῶς παραδράμῃς τὸν ἄνθρωπον· ἀλλ' ἐννόησον τίς ἦν, καὶ πῶς βεβιωκώς, καὶ μετὰ πόσης ἀδείας καὶ ἀνέσεως τὸν ὑγρὸν καὶ ἀταλαίπωρον βίον ἔζη. ἅπαν γὰρ εἶδος ἐπῆλθε τρυφῆς, καὶ ψυχαγωγίας παντοδαποὺς ἐπενόησε τρόπους, καὶ ποικίλας, καὶ πολυτρόπους τέρψεων εὗρεν ἰδέας· καὶ ταύτας διηγούμενος ἔλεγεν· ᾠκοδόμησά μοι οἴκους· ἐφύτευσά μοι ἀμπελῶνας· ἐποίησά μοι κήπους καὶ παραδείσους· ἐποίησά μοι κολυμβήθρας ὑδάτων. ἐκτησάμην δούλους καὶ παιδίσκας, καὶ οἰκογενεῖς ἐγένοντό μοι· κτῆσις βουκολίων καὶ ποιμνίων ἐγένετό μοι· συνήγαγον ἀργύριον καὶ χρυσίον ἴσα ψάμμῳ· ἐποίησά μοι ᾄδοντας καὶ ᾀδούσας· οἰνοχόους καὶ οἰνοχούσας. τί οὖν ὁ αὐτὸς ἐστὶ μετὰ τοσαύτην περιουσίαν τῶν χρημάτων, τῶν κτημάτων, τῆς τρυφῆς, τῆς ἀνέσεως; ἐμακάρισα, φησι, τοὺς ἀποθανόντας ὑπὲρ τοὺς ζῶντας, καὶ ἀγαθὸς ὑπὲρ τούτους ὅστις οὔπω ἐγένετο. ὄντως ἀξιόπιστος κατήγορος τρυφῆς, ὁ τοιαῦτα περὶ αὐτῆς ψηφιζόμενος. εἰ μὲν γάρ τις τῶν ἐν πενίᾳ καὶ πτωχείᾳ βεβιωκότων ταύτην ἐξέφερε τὴν ψῆφον κατὰ τῆς τρυφῆς, ἔδοξεν ἂν οὐκ ἀληθείᾳ, ἀλλ' ἀπειρίᾳ ταῦτα κατηγορεῖν· ὅταν δὲ ὁ πᾶσαν αὐτὴν ἐπελθὼν καὶ διερευνησάμενος αὐτῆς ἑκάστην ὁδόν, οὗτος αὐτὴν ἀτιμάζῃ, ἀνύποπτος ἡ κατηγορία λοιπόν. τάχα νομίζετε τῆς παρούσης ὑποθέσεως ἡμῖν ἐκπεπτωκέναι τὸν λόγον· [b] ἀλλ' εἴπερ προσέχωμεν, εὑρήσομεν, ὅτι ταύτης μάλιστα ἔχεται τὰ εἰρημένα. ἐν γὰρ μαρτύρων μνείαις ἀναγκαῖον καὶ ἀκόλουθον, καὶ τοὺς περὶ φιλοσοφίας κινεῖν λόγους. καὶ ταῦτα λέγομεν οὐ τῆς παρούσης κατηγοροῦντες ζωῆς, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ τὴν τρυφὴν διαβάλλοντες. οὐ γὰρ τὸ ζῆν κακόν, ἀλλὰ τὸ εἰκῆ καὶ ἁπλῶς ζῆν.

Ὡς ἐάν τις ἐπὶ κατορθώμασι καὶ τῇ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἐλπίδι τὸν παρόντα ζήσῃ βίον, δυνήσεται κατὰ Παῦλον λέγειν, ὅτι τὸ ζῆν ἐν σαρκὶ πολλῷ κρεῖσσον, τοῦτο γὰρ καρπὸς ἔργου· καθάπερ οὖν καὶ ἐπὶ τοῦ μακαρίου γέγονεν Εὐσταθίου, ὃς καὶ τῇ ζωῇ καὶ τῇ τελευτῇ πρὸς τὸ δέον ἐχρήσατο. οὐ γὰρ ἐπὶ τῆς οἰκείας γῆς, ἀλλ' ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας ταύτην ὑπέμεινε διὰ τὸν Χριστόν. τοῦτο

a Tres MSS. ἁπλῶς τετελευτηκότας.

b Hæc, ἀλλ' εἴπερ προσέχωμεν, εὑρήσομεν, desunt in Savil. & in MSS.

A τῶν ἐχθρῶν τὸ κατόρθωμα. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ τῆς πατρίδος αὐτὸν ἐξήλασαν ὡς ἀτιμάζοντες· ὁ δὲ λαμπρότερος ἐγίνετο μᾶλλον καὶ περιφανέστερος τῇ πρὸς τὴν ὑπερορίαν μεταστάσει· ὡς καὶ τῶν πραγμάτων τὸ τέλος ἀπέδειξε. τοσαύτη γὰρ ἡ περιφάνεια γέγονεν, ὡς τοῦ σώματος αὐτοῦ ταφέντος ἐν Θρᾴκῃ, τὴν μνήμην αὐτοῦ καθ' ἑκάστην ἡμέραν παρ' ἡμῖν ἀνθεῖν, καὶ τὸν μὲν τάφον εἶναι ἐν ἐκείνῳ τῷ βαρβαρικῷ χωρίῳ· τὸν δὲ πόθον παρ' ἡμῖν τοῖς ἐκ τοσούτου ἀπειργομένοις διαστήματος μετὰ χρόνον τοσοῦτον καθ' ἑκάστην αὔξεσθαι τὴν ἡμέραν. μᾶλλον δὲ εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν καὶ ὁ τάφος αὐτοῦ παρ' ἡμῖν, οὐκ ἐν Θρᾴκῃ μόνον. B μνήματα γὰρ ἁγίων οὐ σοροὶ, καὶ λάρνακες, καὶ στῆλαι, καὶ γράμματα, ἀλλ' ἔργων κατορθώματα, καὶ πίστεως ζῆλος, καὶ συνειδὸς πρὸς θεὸν ὑγιές. καὶ γὰρ πάσης στήλης λαμπροτέρα ἀνέστηκεν αὕτη ἡ ἐκκλησία τῷ μάρτυρι, γράμματα ἔχουσα οὐκ ἄφωνα, ἀλλὰ διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν λαμπρότερον σάλπιγγος βοῶντα τὴν ἐκείνου μνήμην καὶ τὴν λαμπρότητα, καὶ ἕκαστος [a] ὑμῶν τῶν παρόντων τοῦ ἁγίου τάφος ἐστὶν ἐκείνου, τάφος ἔμψυχος καὶ πνευματικός. ἂν γὰρ ἀναπτύξω τὸ συνειδὸς ἑκάστου τῶν παρόντων ὑμῶν, εὑρίσκω τὸν ἅγιον τοῦτον ἔνδον τῆς διανοίας ὑμῶν ἐνδιαιτώμενον. ὁρᾶτε πῶς οὐδὲν πλέον ἐγένετο τοῖς ἐχθροῖς; πῶς οὐκ C ἔσβεσαν τὴν δόξαν· ἀλλ' ἐπῆραν ταύτην μᾶλλον, καὶ λαμπροτέραν εἰργάσαντο τοσούτους ποιήσαντες τάφους ἀνθ' ἑνὸς, τάφους ἐμψύχους, τάφους φωνὴν ἀφιέντας, τάφους πρὸς τὸν αὐτὸν ζῆλον παρασκευαζομένους. διὰ τοῦτο τὰ τῶν ἁγίων σώματα καὶ πηγὰς, καὶ ῥίζας, καὶ μῦρα καλῶ πνευματικά. τίνος οὖν ἕνεκεν; ὅτι ἕκαστον τούτων τῶν εἰρημένων τὴν οἰκείαν ἀρετὴν οὐ παρ' ἑαυτῷ κατέχει μόνον, [b] ἀλλὰ καὶ μέχρι πολλοῦ διαπέμπεται μήκους. οἷόν τι λέγω· αἱ πηγαὶ ἀναβλύζουσι μὲν πολλὰ νάματα, οὐ μὴν εἴσω τῶν οἰκείων κόλπων ταῦτα κατέχουσιν· ἀλλὰ μακροὺς τίκτουσαι ποταμοὺς συγγίνονται τῷ D πελάγει, καὶ καθάπερ χειρός τινος ἐκτάσει, τῷ μήκει τούτων ἐπιλαμβάνονται τῶν θαλαττίων ὑδάτων. πάλιν ἡ ῥίζα τῶν φυτῶν κάτω κέκρυπται ἐν τοῖς κόλποις τῆς γῆς· ἀλλ' οὐ κάτω κατέχει τὴν ἀρετὴν αὐτῆς ἅπασαν, καὶ μάλιστα τῶν ἀμπέλων τῶν ἀναδενδράδων αὕτη ἡ φύσις. ὅταν γὰρ ἐφ' ὑψηλῶν τῶν καλάμων τοὺς αὐτῶν ἐκτείνωσι κλάδους, τὰ κλήματα διὰ τῶν δονάκων ἐκείνων ἕρποντα μέχρι πολλοῦ πρόεισι διαστήματος, μακράν τινα ὀροφὴν τῇ τῶν φύλλων ποιοῦντα πυκνότητι. τοιαύτη καὶ τῶν μύρων ἡ φύσις· αὐτὰ μὲν κεῖται ἐν οἰκίσκῳ πολλάκις· διὰ δὲ τῶν θυρίδων ὑπερεκπίπτουσα αὐτῶν ἡ E εὐωδία εἰς ἄμφοδα, καὶ στενωποὺς, καὶ ἀγορὰς, καὶ τοὺς ἔξω βαδίζοντας διδάσκει τὴν ἔνδον κειμένην τῶν ἀρωμάτων ἀρετήν. εἰ δὲ πηγὴ, καὶ ῥίζα, καὶ φυτῶν, καὶ ἀρωμάτων φύσις τοσαύτην ἔχουσι τὴν ἰσχὺν, πολλῷ μᾶλλον τῶν ἁγίων τὰ σώματα. καὶ ὅτι οὐ ψευδῆ τὰ λεγόμενα, μάρτυρες ὑμεῖς. τὸ μὲν γὰρ σῶμα τοῦ μάρτυρος κεῖται ἐν Θρᾴκῃ· ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐν Θρᾴκῃ διατρίβοντες, ἀλλὰ πολὺ τῆς χώρας ἐκείνης ἀφεστηκότες ἀντιλαμβάνεσθε τῆς εὐωδίας ἐκ τοσούτου διαστήματος, καὶ διὰ τοῦτο συνεληλύθατε, καὶ οὐ

[a] Alii, ἡμῶν.

cinus ejus hoſtium fuit. Siquidem eum illi a patria relegarunt, ut ipſum probro afficerent, at ille celebrior & illuſtrior hac in exſilium commigratione reddebatur; quod & rerum exitus demonſtravit. Adeo namque celebris evaſit, ut cum in Thracia ſepultum ſit ejus corpus, in dies ſingulos memoria ejus apud nos efflorescat; & cum in illo barbarico oppidulo ſit ejus tumulus, noſter in eum amor, qui tanto ab eo disjungimur intervallo, poſt tam diuturnum tempus ſingulis diebus augeatur. Imo ſi verum dicendum ſit, apud nos etiam eſt ſepulcrum ejus, & non in Thracia tantum. Monumenta enim ſanctorum non loculi ſolum ſunt, capſulæ, columnæ, ac literæ, ſed res præclare geſtæ ac fidei zelus, & ſana apud Deum conſcientia. Siquidem omni columna ſplendidior hæc eccleſia martyri eſt erecta, quæ literas habet non mutas, ſed quæ rebus ipſis buccina clarius memoriam ejus prædicant, ac celebritatem, & unuſquiſque veſtrum, qui adeſtis, ſancti illius eſt ſepulcrum, ſepulcrum animatum, atque ſpiritale. Nam ſi cujuſque veſtrum, qui adeſtis, conſcientiam explicuero, ſanctum iſtum intus in mente veſtra reperiam diverſantem. Videtis, ut nihil profecerint adverſarii, ut gloriam non exſtinxerint, ſed extulerint potius, ſed illuſtriorem reddiderint, tot pro uno ſepulcris erectis, ſepulcris animatis, ſepulcris vocem mittentibus, ſepulcris ad eumdem zelum comparatis? Idcirco ſanctorum corpora, & fontes, & radices, & unguenta nuncupo ſpiritalia: quid ita? quoniam unumquodque iſtorum, quæ dixi, virtutem ſuam apud ſe non retinet tantum, ſed etiam longe lateque diffundit. Exempli cauſa, fontes multis quidem ſcaturiunt laticibus: at eos intra ſinus ſuos non retinent, ſed longa flumina parientes cum mari junguntur, & tamquam manus cujuſdam extenſione longitudine illorum marinas aquas prehendunt. Rurſus arborum radix deorſum in terræ viſceribus eſt abſcondita, ſed non omnem virtutem ſuam deorſum continet, ac vitium præſertim arbuſtivarum eſt hæc natura. Ubi enim per excelſos calamos ramos ſuos extenderint, per arundines illas ſerpentia ſarmenta longum quoddam tectum frondium denſitate conficiunt. Ejuſmodi eſt & unguentorum natura: ſiquidem illa ſæpenumero ſunt in conclavi recondita; ſed erumpens eorum odor in vicos, angiportus, & fora, eis etiam, qui foris ambulant, intus repoſitam aromatum virtutem indicat. Quod ſi fons, & radix, & arborum, atque unguentorum natura tantam vim habent, multo magis ſanctorum corpora. Enimvero falſa non eſſe quæ dicimus, vos mihi teſtes eſtis. Nam Martyris quidem ſitum eſt corpus in Thracia, vos autem qui in Thracia non verſamini, ſed ab illa regione multum diſſiti eſtis, ſuavem odorem tantis ſpatiis interjectis percipitis, ideoque conveniſtis, nec eum viæ longin-

Sanctorum reliquiæ fontes ſpirituales.

[b] Mor. ἀλλὰ καὶ εἰς ἕτερα πολλὰ μέχρι πολλοῦ, cæteri ut in textu.

quitas impedivit: nec diuturnitas temporis exstinxit. Talis enim spiritualium recte factorum est natura: nullo corporeo interrumpitur obstaculo, sed floret, & crescit in dies, eamque nec longinquitas temporis labefactat, nec intervallum itineris intercludit. Neque vero mirum vobis videatur, quod ipso in limine orationis, ac laudationis Sanctum martyrem appellarim: siquidem sua morte sublatus e vivis est: qui potest igitur martyr esse? Sæpenumero dixi vobis martyrem facere non mortem tantum, sed animi quoque propositum: non enim eventu solo, sed etiam voluntate martyrii corona comparatur. Et hanc non ego, sed Paulus affert martyrii definitionem, cum ita dicit, *Quotidie morior.* Quomodo quotidie moreris? qui fieri potest, ut uno corpore sexcentas mortes excipias? proposito nimirum animi, inquit, quodque ad mortem sim paratus. Ita Deus etiam declaravit: etenim Abraham non gladium cruentavit: non altare rubefecit: non Isaac jugulavit: sed tamen sacrificium perfecit. Quis hoc ait? ille ipse qui sacrificium suscepit. *Non pepercisti enim*, inquit, *filio tuo dilecto propter me.* Atqui vivum eum recepit, & incolumem reduxit: quomodo igitur non pepercit? quod non ex factorum exitu, sed ex animi sententia, inquit, de ejusmodi sacrificiis soleam judicare. Non mactavit manus, at voluntas mactavit: non gladium pueri jugulo immersit: non cervicem incidit; sed est sacrificium etiam sine sanguine. Sciunt illi, qui mysteriis initiati sunt, quid dicamus: propterea & illud sacrificium sine sanguine perfectum est, quoniam hujus figura esse debuit. Vides in veteri testamento imaginem multo ante adumbratam? noli veritati fidem denegare.

Martyrem non sola mors facit.

1. Cor. 15. 31.

Gen. 22. 12.

3. Hic itaque martyr; martyrem enim nobis eum oratio demonstravit; ad sexcentas mortes paratus erat, & omnes illas voluntate animique alacritate toleravit. Intenta vero pericula permulta reipsa quoque sustinuit. Nam & e patria eum ejecerunt, atque in exsilium relegarunt, aliaque multa tum temporis in beatum illum machinati sunt; tametsi quod illi jure crimini verterent, nihil haberent, sed quod, Paulum dicentem cum audiisset, *Coluerunt & servierunt creaturæ potius quam creatori*, impietatem ac scelus evitaret: atenim hoc quidem corona, non reprehensione dignum erat. Tu vero diaboli malitiam quæso perpende. Nam quia non ita pridem Paganorum bellum fuerat exstinctum, & a gravibus continuisque persequutionibus paulo ante omnes Ecclesiæ respirarant, neque multum effluxerat temporis, ex quo templa omnia clausa, altaria exstincta fuerant, & dæmonum rabies omnis deleta, hæcque improbum dæmonem male habebant, neque pacem Ecclesiæ æquo animo ferre poterat, quid ergo facit? aliud infert bellum infestum. Nam illud quidem externum

Rom. 1. 25.

A διεκώλυσε τῆς ὁδοῦ τὸ μῆκος, οὐκ ἔσβεσε τοῦ χρόνου τὸ πλῆθος. Τοιαύτη γὰρ τῶν πνευματικῶν κατορθωμάτων ἡ φύσις· οὐδενὶ σωματικῷ διακόπτεται [a] κωλύματι, ἀλλ' ἀνθεῖ καὶ αὔξεται καθ' ἑκάστην ἡμέραν· καὶ οὔτε χρόνου μαραίνει τὸ πλῆθος αὐτήν· οὐχ ὁδοῦ διατειχίζει μῆκος. μὴ θαυμάσητε δὲ εἰ τοῦ λόγου καὶ τῶν ἐγκωμίων ἀρχόμενος μάρτυρα τὸν ἅγιον ἐκάλεσα· καὶ γὰρ οἰκείῳ τέλει τὴν ζωὴν κατέλυσε· πῶς οὖν ἐστι μάρτυς; εἶπον πολλάκις πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, ὅτι μάρτυρα οὐχὶ θάνατος ποιεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ πρόθεσις. οὐ γὰρ ἀπὸ τῆς ἐκβάσεως μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς γνώμης B πλέκεται πολλάκις ὁ τοῦ μαρτυρίου στέφανος. καὶ τοῦτον οὐκ ἐγὼ, ἀλλὰ Παῦλος δίδωσι τοῦ μαρτυρίου τὸν ὅρον οὑτωσὶ λέγων, καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω. πῶς ἀποθνήσκεις καθ' ἡμέραν; πῶς δυνατὸν ἑνὶ σώματι θνητῷ μυρίους δέξασθαι θανάτους, τῇ προθέσει, φησὶ, καὶ τῷ παρασκευάσθαι πρὸς τελευτήν. οὕτω καὶ ὁ θεὸς ἀποφαίνεται. καὶ γὰρ ὁ Ἀβραὰμ οὐχ ᾕμαξε τὴν μάχαιραν· οὐκ ἐφοίνιξε τὸν βωμόν· οὐκ ἔθυσε τὸν Ἰσαάκ· ἀλλ' ὅμως ἀπήρτισε τὴν θυσίαν. τίς ταῦτα φησίν; αὐτὸς ὁ τὴν θυσίαν δεξάμενος. οὐκ ἐφείσω γάρ φησι τοῦ C υἱοῦ σου τοῦ ἀγαπητοῦ δι' ἐμέ. καὶ μὴν ζῶντα ἔλαβε, καὶ ὑγιῆ κατήγαγε. πῶς οὖν οὐκ ἐφείσατο; ὅτι οὐκ ἀπὸ τοῦ τέλους τῶν πραγμάτων, ἀλλ' ἀπὸ τῆς προθέσεως τῶν προελομένων, τὰς τοιαύτας κρίνω θυσίας ἐγώ φησιν· οὐκ ἔσφαξεν ἡ χεὶρ, ἀλλ' ἔσφαξεν ἡ προαίρεσις· οὐκ ἐβάπτισε τὸ ξίφος εἰς τὸν λαιμὸν τοῦ παιδός· οὐ διέτεμε τὴν δέρην, ἀλλ' ἐστὶ θυσία καὶ χωρὶς αἵματος. [b] ἴσασιν οἱ μεμυημένοι τὸ λεγόμενον· διὰ τοῦτο δὲ κἀκείνη ἡ θυσία χωρὶς αἵματος ἐγένετο, ἐπειδὴ ταύτης ἔμελλεν ἔσεσθαι τύπος. ὁρᾷς ἐν τῇ παλαιᾷ προδιαγραφομένην τὴν εἰκόνα; μὴ ἀπιστήσῃς τῇ ἀληθείᾳ.

D Οὗτος τοίνυν ὁ μάρτυς· μάρτυρα γὰρ ἡμῖν αὐτὸν ὁ λόγος ἀπέδειξε· πρὸς μυρίους παρεσκευάσατο θανάτους, καὶ πάντας αὐτοὺς ὑπέμεινε τῇ γνώμῃ, καὶ τῇ προθυμίᾳ· τῶν δὲ ἐπενεχθέντων κινδύνων πολλοὺς καὶ δι' αὐτῆς τῆς πείρας ἠνέσχετο. καὶ γὰρ καὶ τῆς πατρίδος αὐτὸν ἐξήλασαν, καὶ πρὸς τὴν ὑπερορίαν μετέστησαν, καὶ πολλὰ ἕτερα κατὰ τοῦ μακαρίου ἐκίνησαν τότε ἐκείνου· δίκαιον μὲν οὐδὲν ἔχοντες ἐγκαλεῖν· ὅτι δὲ ἀκούσας τοῦ Παύλου λέγοντος, ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, ἔφυγε τὸ ἀσέβημα, καὶ τὴν παρανομίαν ἔδεισεν· ἀλλὰ τοῦτο μὲν στεφάνων οὐ κατηγορίας ἄξιον. σὺ E δέ μοι σκόπει τοῦ διαβόλου τὴν πονηρίαν, ἐπειδὴ γὰρ προσφάτως ἦν ὁ Ἑλληνικὸς πόλεμος καταλυθεὶς, καὶ ἄρτι τῶν χαλεπῶν καὶ ἐπαλλήλων διωγμῶν ἀνεπεπνεύκεισαν αἱ ἐκκλησίαι πᾶσαι· καὶ οὐκ ἦν πολὺς ὁ χρόνος, ἐξ οὗ ναοὶ μὲν ἀπεκλείσθησαν ἅπαντες, βωμοὶ δὲ ἐσβέσθησαν· πᾶσα δὲ τῶν δαιμόνων ἡ μανία κατελέλυτο· καὶ ταῦτα ἐλύπει τὸν πονηρὸν δαίμονα· καὶ οὐκ ἠδύνατο πρᾴως φέρειν τὴν τῆς ἐκκλησίας εἰρήνην· τί οὖν ποιεῖ; ἕτερον ἐπεισάγει πόλεμον χαλεπόν. ὁ μὲν γὰρ ἐξωτικὸς,

a κωλύματι deest in Mss.

b Sic Mss. Morel. vero male, δέῤῥιν.

ἐστὶ, τὸ δὲ ἐμφύλιος ἦν· οἱ δὲ τοιοῦτοι δυσφύλακτοι μᾶλλόν εἰσι, καὶ ῥᾳδίως χειροῦνται τοὺς ἐμπίπτοντας. Κατὰ τὸν καιρὸν τοίνυν ἐκεῖνον ὁ μακάριος οὗτος ἐστρατήγει τῆς παρ' ἡμῖν ἐκκλησίας· καὶ ἄρχεται μὲν ἡ νόσος, ὥσπερ τις λοιμὸς χαλεπὸς ἀπὸ τῶν Αἰγύπτου χωρίων· εἶτα διὰ τῶν μεταξὺ πόλεων βαδίζων εἰς τὴν πόλιν ἔσπευδεν ἐμβαλεῖν τὴν ἡμετέραν. Ἀλλ' ἐκεῖνος ἐγρηγορὼς, καὶ νήφων, καὶ πάντα τὰ μέλλοντα προορῶν πόῤῥωθεν, προσιόντα τὸν πόλεμον ἀπεκρούετο· καὶ καθάπερ σοφός τις ἰατρὸς πρὶν ἢ τὴν νόσον ἐμβαλεῖν εἰς τὴν πόλιν ἔνθα καθήμενος, τὰ φάρμακα κατεσκεύαζε, καὶ τὴν ἱερὰν ταύτην ναῦν μετὰ πολλῆς ἐκυβέρνα τῆς ἀσφαλείας, πανταχοῦ περιτρέχων, ναύτας, ἐπιβάτας, τοὺς πλέοντας ἅπαντας συγκροτῶν, νήφειν, ἐγρηγορέναι παρασκευάζων, ὡς πειρατῶν ἐπιτιθεμένων, καὶ τὸν τῆς πίστεως τὸν θησαυρὸν ἀποσυλῆσαι ἐπιχειρούντων. Οὐκ ἐνταῦθα δὲ μόνον ἐκέχρητο τῇ προνοίᾳ ταύτῃ, ἀλλὰ καὶ πανταχοῦ διεπέμπετο τοὺς διδάξοντας, παρακαλέσοντας, διαλεξομένους, προαποτειχίσοντας τοῖς πολεμίοις τὴν ἔφοδον. Καὶ γὰρ ἦν πεπαιδευμένος καλῶς παρὰ τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος, ὅτι τὸν ἐκκλησίας προεστῶτα οὐκ ἐκείνης μόνης κήδεσθαι δεῖ τῆς παρὰ τοῦ πνεύματος ἐγχειρισθείσης αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ πάσης τῆς κατὰ τὴν οἰκουμένην κειμένης· καὶ ταῦτα ἀπὸ τῶν ἱερῶν ἐμάνθανεν εὐχῶν. Εἰ γὰρ τὰς εὐχὰς ποιεῖσθαι δεῖ, φησιν, ὑπὲρ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἀπὸ περάτων ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης, πολλῷ μᾶλλον καὶ τὴν πρόνοιαν ὑπὲρ ἁπάσης αὐτῆς ἐπιδείκνυσθαι δεῖ, καὶ ὁμοίως ἁπασῶν κήδεσθαι, καὶ μεριμνᾷν πάσας. Καὶ ὅπερ ἐπὶ τοῦ Στεφάνου γέγονε, τοῦτο καὶ ἐπ' ἐκείνου συνέβαινεν. Ὥσπερ γὰρ οὐκ ἰσχύοντες ἀντιστῆναι τῇ σοφίᾳ τῇ τοῦ Στεφάνου οἱ Ἰουδαῖοι ἐλίθαζον τὸν ἅγιον ἐκεῖνον· οὕτω καὶ οὗτοι οὐκ ἰσχύοντες ἀντιστῆναι τῇ σοφίᾳ τῇ τούτου, καὶ ὁρῶντες ἠσφαλισμένα τὰ ὀχυρώματα, ἐκβάλλουσι τῆς πόλεως λοιπὸν τὸν κήρυκα. Ἀλλ' ἡ φωνὴ οὐκ ἐσίγα, ἀλλ' ἐξεβάλλετο μὲν ὁ ἄνθρωπος· ὁ δὲ λόγος τῆς διδασκαλίας οὐκ ἐξεβάλλετο. Καὶ γὰρ Παῦλος ἐδέδετο, καὶ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ οὐκ ἐδέδετο· καὶ οὗτος ἐν ἀλλοτρίᾳ, καὶ ἡ διδασκαλία αὐτοῦ παρ' ἡμῖν. Ἐκβάλλοντες τοίνυν ἐπεισῄεσαν συμφραξάμενοι, καθάπερ χείμαῤῥος σφοδρός· ἀλλ' οὔτε τὰ φυτὰ παρέσυραν, οὔτε τὰ σπέρματα κατέχωσαν, οὔτε τὴν γεωργίαν ἐλυμήναντο· οὕτω καλῶς καὶ μετ' ἐπιστήμης ὑπὸ τῆς ἐκείνου γεωργηθέντα σοφίας ἐῤῥίζωτο. Ἀλλὰ γὰρ ἄξιον εἰπεῖν, τίνος ἕνεκεν συνεχώρησεν αὐτὸν ὁ θεὸς ἀπελαθῆναι ἐντεῦθεν. Προσφάτως ἦν ἀναπνεύσασα ἡ ἐκκλησία· εἶχε παραμυθίαν οὐ τὴν τυχοῦσαν τὴν ἐπιστασίαν τὴν ἐκείνου· πανταχόθεν αὐτὴν ἐτείχιζεν, καὶ τῶν πολεμίων τὰς προσβολὰς ἀπεκρούετο. Τίνος οὖν ἕνεκεν ἐξεβάλλετο, καὶ συνεχώρει τοῖς ἀπάγουσιν αὐτὸν ὁ θεός; τίνος ἕνεκεν; Καὶ μή τοι νομίσητε ταύτης τῆς ἀπορίας λύσιν εἶναι τὸ λεγόμενον μόνης· ἀλλὰ κἂν πρὸς Ἕλληνας, κἂν πρὸς αἱρετικοὺς ἄλλοις ὑμῖν ὑπὲρ τῶν τοιούτων γίνηται λόγος, ἱκανὸν τὸ ῥηθησόμενον ἅπασαν λῦσαι τὴν ἀπορίαν. Ὁ θεὸς τὴν μὲν πίστιν αὐτοῦ τὴν ἀληθῆ, καὶ ἀποστολικὴν ἐν πολλοῖς συγχωρεῖ

A fuit; hoc vero intestinum: talia porro multo difficilius præcaventur, & facile eos opprimunt, in quos incurrunt. Illo itaque tempore Ecclesiam, quæ apud nos est, regebat beatus iste, ac morbus exortus est quasi pestis quædam infesta ab Ægypti regionibus, qui per urbes interjectas grassatus in nostram urbem impetum facere properabat. At ille vigilans & attentus, omniaque prævidens quæ imminebant, ingruens bellum arcebat: & tamquam sapiens aliquis medicus priusquam morbus urbem, in qua residebat, invasisset, medicamenta comparabat, ac sacram hanc B navem multa cum securitate gubernabat, quoquoversus circumcursans, nautas, vectores, navigantes omnes concitans, & curans ut vigilarent, & attenderent, quasi jam invaderent eam piratæ, ac fidei thesaurum contenderent deprædari. Neque vero hic tantum hanc curam adhibuit, sed in omnes partes mittebat, qui docerent, qui cohortarentur, qui disputarent, qui hostibus aditum omnem intercluderent. Probe siquidem a Spiritus gratia fuerat edoctus, Ecclesiæ præsulem non de illa tantum solicitum esse debere, quæ a Spiritu sancto illi commissa est, sed etiam de quavis in orbe terrarum constituta: atque hoc ille sa- C cris e precibus colligebat. Si enim pro universa Ecclesia, inquit, fundendæ sunt preces, quæ a finibus ad fines usque pertinet orbis terrarum, multo magis & ejus universæ gerere curam oportet, & de omnibus pariter esse solicitum, omnibus providere. Quod ergo in Stephano accidit, id in eo etiam evenit. Ut enim Judæi cum Stephani sapientiæ non possent resistere, sanctum illum lapidabant: sic & isti cum hujus sapientiæ resistere non possent, ac munita cernerent propugnacula, tum e civitate præconem expellunt. At enim vox minime tacebat; sed licet homo expelleretur, non D expellebatur sermo doctrinæ. Nam & Paulus alligatus erat; sed verbum Dei non erat alligatum: & hic peregre erat, & doctrina ejus apud nos erat. Erumpentes ergo constipati tamquam violentus quidam torrens impetum fecerunt: sed neque plantas vulserunt, neque fruges obruerunt, neque segetes vastarunt: tam egregie, tam perite ab ejus sapientia excultæ radicibus fixis hærebant. Verumenimvero dicendum nobis est, qua de causa permiserit illum Deus hinc expelli. Respirare cœperat non ita pridem Ecclesia, neque mediocrem ipsi consolationem illius regimen afferebat: undique illam muniebat, & hostium impetus E propulsabat. Cur igitur est ejectus, & hoc illis permisit, qui hinc eum ablegarunt, Deus? quam tandem ob causam? Nolite autem arbitrari, quod nunc tractamus, solius quæstionis hujus esse solutionem; sed sive cum Paganis, sive cum hæreticis a vobis de rebus ejusmodi sermo fiat, ad omnem solvendam quæstionem sufficiet, quod dicemus. Deus quidem veram suam & Apostolicam fidem in multis oppugnari permittit;

Eustathius Antiochenæ tum Ecclesiæ fuit Episcopus.

2. Tim. 2. 9.

Cur in exsilium mitti Eustathium permiserit Deus.

hæreses autem atque Paganismum secura tranquillitate perfrui sinit. Quid ita? ut illorum quidem infirmitatem discas, quæ cum minime divexentur, sponte destruuntur; fidei vero virtutem agnoscas; quæ dum oppugnatur, eorum operâ qui se illi opponunt augetur. Quod autem non mea sit hæc conjectura, sed divinum ac de cælo delapsum responsum, audiamus quid Paulus hac de re dicat: nam & humanum quid aliquando passus hic etiam est. Licet enim Paulus esset, attamen naturæ nostræ particeps erat. Quid vero illud est, quod est passus? Exagitabatur, oppugnabatur, virgis cædebatur, sexcentis insidiarum generibus appetebatur, intus, foris, ab iis qui domestici esse videbantur, ab alienis. Sed quid opus est commemorare, quantas afflictiones sit perpessus? Fatigatus igitur, nec amplius ferens tot hostium incursiones, qui semper ejus doctrinam interrumpebant, ejusque verbo adversabantur, supplex Domino provolutus eum obtestatur, & ait,

2.Cor.12.7. *Datus est mihi stimulus carni, angelus Satanæ, ut me colaphizet. Propter hoc ter Dominum rogavi, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea; nam virtus mea in infirmitate perficitur.* Scio equidem quosdam corporis infirmitatem esse arbitrari, sed non est illud, prorsus non est; verum angelum Satanæ homines, qui adversabantur, appellat: illud enim, Satan, vox est Hebraica, porro Satan dicitur adversarius. Instrumenta ergo diaboli, & eos homines, qui ei famulantur, angelos ejus appellat. Cur igitur, dicet aliquis, additum est, carni? quia caro flagellabatur, anima vero elevabatur spe futurorum erecta. Non enim animam attingebat, nec interiores cogitationes supplantabat, sed intra carnem consistebant tormenta bellumque, nec intus poterant penetrare. Quoniam igitur hæc concidebatur, hæc flagellabatur, hæc vinciebatur, animam quippe ligare nemo potest; idcirco

Ibid. dicit, *datus est mihi stimulus carni angelus Satanæ, ut me colaphizet*, tentationes, afflictiones, persequutiones innuens. Deinde quid? *Propter hoc ter*, inquit, *Dominum rogavi*, hoc est, sæpenumero precatus sum, inquit, ut a tentationibus paululum respirarem. Vos vero causæ meministis, ob quam Deum dixi verberari servos suos permittere, vexari, infinita mala perpeti, ut virtutem suam ostendat. Ecce enim & hic cum precatus esset, ut a se innumera mala recederent & adversarii, non obtinuit, quod petebat; & causam addit, ob quam non obtinuerit: quænam igitur est causa? nihil enim prohibet rursus eam memorare. *Sufficit*, inquit, *tibi gratia mea; virtus enim mea in infirmitate perficitur.*

4. Vides idcirco Deum permittere angelos Satanæ servos suos premere, & sexcenta illis negotia exhibere, ut ipsius virtus appareat? Vere namque sive cum Paganis, sive cum miseris Judæis disseramus, ad divinam virtutem ostendendam hoc sufficit, quod infinitis exagitata bellis fides supera-

A πολεμεῖσθαι· τὰς δὲ αἱρέσεις καὶ τὸν Ἑλληνισμὸν ἀφίησιν ἀδείας ἀπολαύειν. τί δή ποτε; ἵνα ἐκείνων μὲν τὴν ἀσθένειαν μάθῃς οὐκ ἐνοχλουμένων, καὶ αὐτομάτως καταλυομένων· τῆς δὲ πίστεως τὴν ἰσχὺν γνωρίσῃς πολεμουμένης, καὶ διὰ τῶν κωλυόντων αὐξανομένης. καὶ ὅτι οὐκ ἐμός ἐστιν οὗτος ὁ στοχασμὸς, ἀλλὰ θεῖος χρησμὸς ἄνωθεν ἐνεχθεὶς, ἀκούσωμεν Παύλου τί περὶ τούτων φησί· καὶ γὰρ ἔπαθέ τι ποτὲ ἀνθρώπινον καὶ οὗτος. εἰ γὰρ καὶ Παῦλος ἦν, ἀλλὰ τῆς ἡμετέρας μετεῖχε φύσεως. τί δέ ἐστιν, ὅπερ ἔπαθεν; ἠλαύνετο, ἐπολεμεῖτο, ἐμαστίζετο, μυρίοις ἐπεβουλεύετο τρόποις, ἔξωθεν, ἔσωθεν, ὑπὸ τῶν δοκούντων οἰκείων εἶναι, ὑπὸ τῶν ἀλλοτρίων.

B καὶ τί δεῖ λέγειν, ὅσας ὑπέμεινε θλίψεις; κάμνων τοίνυν, καὶ μηκέτι φέρων τὰς προσβολὰς τῶν πολεμίων ἀεὶ διακοπτόντων αὐτοῦ τὴν διδασκαλίαν, καὶ ἐναντιουμένων αὐτοῦ τῷ λόγῳ, προσπίπτει τῷ δεσπότῃ, καὶ παρακαλεῖ αὐτὸν, καὶ λέγει· ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκὶ ἄγγελος Σατᾶν, ἵνα με κολαφίζῃ· ὑπὲρ τούτου τρὶς τὸν κύριον παρεκάλεσα, καὶ εἴρηκέ μοι· ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου, ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. καὶ οἶδα μὲν ὅτι τινὲς ἀσθένειαν εἶναι νομίζουσι σωματικήν· οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο, οὐκ ἔστιν· ἀλλ' ἄγγελον Σατᾶν τοὺς ἀντικειμένους ἀνθρώπους καλεῖ· τὸ γὰρ Σατᾶν τοῦτο

C Ἑβραϊκὴ λέξις ἐστί· Σατᾶν δὲ ὁ ἀντικείμενος λέγεται. τὰ οὖν σκεύη τοῦ διαβόλου, καὶ τοὺς ἐκείνῳ διακονουμένους ἀνθρώπους, ἀγγέλους αὐτοῦ καλεῖ· διὰ τί οὖν, φησι, πρόσκειται τῇ σαρκί; ὅτι ἡ σὰρξ ἐμαστίζετο, ἡ δὲ ψυχὴ ἐκουφίζετο τῇ ἐλπίδι τῶν μελλόντων ἐπαιρομένη· οὐδὲ γὰρ ἥπτετο τῆς ψυχῆς· οὐδὲ ὑπεσκέλιζε τοὺς ἔνδον λογισμούς· ἀλλὰ μέχρι τῆς σαρκὸς εἱστήκει τὰ μηχανήματα, καὶ ὁ πόλεμος εἴσω διαβῆναι μὴ δυνάμενος. ἐπεὶ οὖν αὕτη ἐτέμνετο, αὕτη ἐμαστίζετο, αὕτη ἐδεσμεῖτο· ψυχὴν γὰρ δῆσαι ἀδύνατον ἦν· διὰ τοῦτο λέγει, ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκὶ, ἄγγελος Σατᾶν, ἵνα με κολαφί-

D ζῃ, τοὺς πειρασμοὺς, τὰς θλίψεις, τοὺς διωγμοὺς αἰνιττόμενος. εἶτα τί; ὑπὲρ τούτου τρὶς, φησι, τὸν κύριον παρεκάλεσα· τοῦτ' ἔστι, πολλάκις ἐδεήθην, φησὶν, ὥστε ἀναπνεῦσαι μικρὸν ἐκ τῶν πειρασμῶν. ὑμεῖς δὲ μέμνησθε τῆς αἰτίας, ἧς εἶπον, ὅτι διὰ τοῦτο συγχωρεῖ ὁ θεὸς τοὺς ἑαυτοῦ δούλους μαστίζεσθαι, ἐλαύνεσθαι, μυρία πάσχειν δεινὰ, ἵνα τὴν ἑαυτοῦ δείξῃ δύναμιν. ἰδοὺ γὰρ ἐνταῦθα δεηθεὶς, ὥστε ἀποστῆναι αὐτοῦ τὰ μυρία δεινὰ, καὶ τοὺς ἀντικειμένους, οὐκ ἐπέτυχε τῆς αἰτήσεως· καὶ τὴν αἰτίαν τίθησι, δι' ἣν οὐκ ἐπέτυχε τῆς αἰτήσεως· τίς οὖν ἐστιν αἰτία; οὐδὲν γὰρ κωλύει πάλιν αὐτῆς ἐπιμνη-

E σθῆναι· ἀρκεῖ σοι, φησὶν, ἡ χάρις μου· ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται.

Ὁρᾷς ὅτι διὰ τοῦτο συγχωρεῖ ὁ θεὸς τοὺς ἀγγέλους τοῦ Σατανᾶ τοῖς αὐτοῦ δούλοις ἐπικεῖσθαι, καὶ μυρία παρέχειν πράγματα, ἵνα ἡ δύναμις αὐτοῦ διαφαίνηται; ὄντως γὰρ κἂν πρὸς Ἕλληνας, κἂν πρὸς τοὺς ἀθλίους Ἰουδαίους διαλεγώμεθα, ἀρκεῖ τοῦτο ἡμῖν εἰς ἀπόδειξιν τῆς θείας δυνάμεως· τὸ διὰ μυρίων πολέμων τὴν πίστιν

εἰσενεχθεῖσ

εἰσενεχθεῖσαν κρατῆσαι, καὶ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ἀντιπαραταξαμένης, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος ἀπωθουμένων ἁπάντων τοὺς δώδεκα ἀνθρώποις ἐκείνους, τοὺς ἀποστόλους λέγω, δυνηθῆναι ἐν βραχεῖ καιρῷ μαστιζομένους, ἐλαυνομένους, μυρία πάσχοντας δεινὰ τῶν ταῦτα ποιούντων κρατῆσαι μεθ' ὑπερβολῆς ἁπάσης. διὰ ταῦτα καὶ τὸν μακάριον Εὐστάθιον ἀφῆκε πρὸς τὴν ὑπερορίαν ὁ θεὸς ἀπενεχθῆναι, ἵνα μειζόνως ἡμῖν δείξῃ καὶ τὴν δύναμιν τῆς ἀληθείας, καὶ τῶν αἱρετικῶν τὴν ἀσθένειαν. μέλλων τοίνυν πρὸς τὴν ἀποδημίαν ἀπιέναι τὴν μὲν πόλιν ἠφίει, τὴν δὲ ἀγάπην ὑμῶν οὐκ ἠφίει· οὐδὲ ἐπειδὴ τῆς ἐκκλησίας ἐξεβάλλετο, καὶ τῆς προστασίας, καὶ τῆς ὑπὲρ ὑμῶν κηδεμονίας ἀλλότριον ἑαυτὸν εἶναι ἐνόμιζεν, ἀλλὰ μειζόνως τότε ἐκήδετο, καὶ ἐφρόντιζε· καὶ καλέσας ἅπαντας παρεκάλεσε μὴ παραχωρῆσαι, μηδὲ ἐνδοῦναι τοῖς λύκοις, μηδὲ προδοῦναι τὸ ποίμνιον αὐτοῖς· ἀλλὰ μένειν ἔνδον ἐπιστομίζοντας αὐτοὺς, καὶ διελέγχοντας, τοὺς ἀκεραιοτέρους τῶν ἀδελφῶν ἀσφαλιζομένους. καὶ ὅτι καλῶς ἐκέλευσε, τὸ τέλος ἔδειξεν. εἰ γὰρ μὴ ἐμείνατε ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τότε, τὸ πλέον τῆς πόλεως ἦν διεφθαρμένον, ἐπ' ἐρημίας τῶν λύκων τὰ πρόβατα ἐσθιόντων· ἀλλ' ἐκείνου τὸ ῥῆμα ἐκώλυσε μετ' ἀδείας αὐτοὺς τὴν οἰκείαν ἐπιδείξασθαι πονηρίαν. οὐ τὸ τέλος δὲ ἔδειξε μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ Παύλου ῥήματα· καὶ γὰρ οὗτος παρ' ἐκείνου παιδευθεὶς ταῦτα παρῄνει. τί οὖν ὁ Παῦλος φησί; μέλλων ἀπάγεσθαί ποτε εἰς τὴν Ῥώμην τὴν ἐσχάτην ἀποδημίαν, μεθ' ἣν οὐκ ἔτι ἔμελλεν ὄψεσθαι τοὺς μαθητάς· οὐκ ἔτι γὰρ ὑμᾶς ὄψομαι, φησί· τοῦτο δὲ ἔλεγεν οὐχὶ λυπῆσαι, ἀλλ' ἀσφαλίσασθαι βουλόμενος· μέλλων τοίνυν ἀποδημεῖν ἐκεῖθεν, οὕτω πως αὐτοὺς ἠσφαλίζετο λέγων, οἶδα ὅτι μετὰ τὴν ἄφιξίν μου εἰσελεύσονται πρὸς ὑμᾶς λύκοι βαρεῖς, καὶ ἐξ ὑμῶν αὐτῶν ἀναστήσονται ἄνδρες λαλοῦντες διεστραμμένα. τρίπλοκος ὁ πόλεμος, ἡ φύσις τῶν θηρίων, ἡ χαλεπότης τοῦ πολέμου, τὸ μὴ ἀλλοτρίους, ἀλλὰ καὶ οἰκείους εἶναι τοὺς πολεμοῦντας. διὰ τοῦτο χαλεπώτερος, εἰκότως· ἂν μὲν γὰρ ἔξωθεν μέ τις βάλλῃ καὶ πολεμῇ, ῥᾳδίως αὐτοῦ περιγενέσθαι δυνήσομαι· ἂν δὲ ἔνδοθεν ἀπὸ τοῦ σώματος φύῃ τὸ ἕλκος, δυσίατον γίνεται τὸ κακόν· ὃ δὴ καὶ τότε ἐγίνετο. διὸ παρῄνει λέγων, προσέχετε ἑαυτοῖς, καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ· οὐκ εἶπε, καταλιπόντες τὰ πρόβατα φεύγετε ἔξω. ταῦτα καὶ ὁ μακάριος Εὐστάθιος πεπαιδευμένος παρῄνει τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς· ἅπερ οὖν καὶ ὁ σοφὸς οὗτος καὶ γενναῖος διδάσκαλος ἀκούσας, ἔργῳ τὸν λόγον ἐπλήρωσεν. εἰσιόντων γοῦν ἐκείνων, οὐκ ἀφῆκε τὰ πρόβατα· καίτοι γε οὐκ ἦν ἐπὶ τὸν θρόνον τῆς ἀρχῆς ἀνελθών· ἀλλ' οὐδὲν τοῦτο πρὸς τὴν γενναίαν ἐκείνην καὶ φιλόσοφον ψυχήν. τὰς μὲν γὰρ τιμὰς τῶν ἀρχόντων ἑτέροις ἠφίει, τοὺς δὲ πόνους τῶν ἀρχόντων αὐτὸς ὑπέμενεν, ἔνδον μεταξὺ τῶν λύκων στρεφόμενος· οὐδὲν γὰρ αὐτὸν οἱ τῶν θηρίων ὀδόντες ἔβλαπτον, οὕτως ἰσχυροτέραν πίστιν εἶχε τῶν ἐκείνων δηγμάτων. ἔνδον τοίνυν στρεφόμενος, καὶ τῇ γινομένῃ πρὸς αὐτὸν μάχῃ πάντας αὐτοὺς ἀσχολῶν, πολλὴν ἄδειαν τοῖς προβάτοις παρεσκεύαζεν. οὐ τοῦτο δὲ μόνον ἐποίει ἐμφράττων αὐτῶν τὰ στόματα, ἀνακρουόμενος

A verit, quod universo terrarum orbe repugnante, cunctisque duodecim illos homines magna contentione repellentibus, Apostoli, inquam, illi brevi tempore virgis cæsi, vexati, innumera mala perpessi eos, a quibus hæc inferebantur, potuerint prospero successu devincere. Propterea beatum etiam Eustathium in exsilium abduci permisit Deus, ut veritatis nobis virtutem, & hæreticorum imbecillitatem amplius demonstraret. Itaque peregre profecturus urbem quidem dimittebat, at caritatem in vos non dimittebat: neque quod ab Ecclesia expellebatur, a præsulis etiam munere, vel a cu-

B ra vestri, quam gerebat, alienum seipsum putabat, sed tum amplius curabat & solicitus erat. Ideo vocatos omnes admonebat, ut ne succumberent, neve lupis cederent, aut illis gregem proderent; sed intus manerent, ut os illis obstruerent, eos convincerent, ac simpliciores fratres confirmarent. Et vero recte illum imperasse tandem exitus comprobavit: nisi enim tum in Ecclesia remansissetis, corrupta pars major civitatis fuisset, oves in deserto devorantibus lupis; verum illius sermo, ne suam nequitiam impudenter exererent, impedivit. Neque vero solum exitus id ostendit, sed & Pauli verba: nam & ab illo hic edoctus sic admonebat: quid igitur ait Paulus?

C Cum olim Romam esset abducendus ultima sua profectione, postquam non amplius discipulos visurus erat, *Non enim amplius videbo vos*, inquit: hoc autem dicebat, non ut illis dolorem inureret, sed quod confirmare illos vellet: inde igitur profecturus hoc pacto illos confirmabat dicens, *Scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi graves, & ex vobis ipsis exsurgent viri loquentes perversa.* Triplex bellum, ferarum natura, belli sævitia, quodque non alieni sint, sed domestici, qui bellum inferunt, ideoque gravius. Nam si extrinsecus vulneret me quispiam, aut bellum inferat, facile illum potero

Act. 20. 25. 29.

D superare: sin autem intrinsecus ab ipso corpore ulcus oriatur, sanatu difficile fit malum: quod nimirum tunc etiam evenit. Propterea monebat dicens, *Attendite vobis, & universo gregi*: non dixit, derelictis ovibus foras aufugite. His instructus cum fuisset beatus Eustathius, discipulos suos admonebat: quæ nimirum sapiens hic quoque, ac generosus magister cum audisset, opere sermonem implevit. Invadentibus igitur illis oves non deseruit, tametsi in thronum præfecturæ suæ non ascenderat; sed hoc illa generosa & philosophia præstans anima non cu-

Act. 20. 28.

E rabat: nam præsulum honores cæteris relinquebat: labores autem præsulum ipse exantlabat, & intus cum lupis versabatur: nihil enim eum ferarum dentes lædebant, ita solidiori fide præditus erat, quam ut eorum morsibus esset obnoxius. Cum igitur intus versaretur, & pugna qua cum eo congrediebantur, omnes illos distineret, multam ovibus tranquillitatem comparabat. Neque vero tantum id agebat, ut eorum ora obturaret, & blasphemias refelleret;

ſed ipſas etiam oves circumiens perpendebat, num quis telo percuſſus fuiſſet; num grave vulnus accepiſſet; ſtatimque medicamentum adhibebat. Hoc dum faceret, ad veram fidem omnes animavit, nec prius deſtitit, quam Dei munere atque conceſſu beatus Meletius advenit, qui totam maſſam accepit; hic ſeminavit, ille meſſuit. Tale quid etiam Moyſes & Aaron præſtiterunt. Nam & illi fermenti in morem, dum in medio Ægyptiorum verſarentur, multos domeſticæ pietatis æmulatores reddebant.
Exod. 12. 38. Teſtatur hoc Moyſes, dum multum vulgus promiſcuum cum Iſraëlitis ait aſcendiſſe. Hunc Moyſem imitans iſte, etiam ante magiſtratum, quæ magiſtratus erant, gerebat. Siquidem ille priuſquam in populum delatum illi eſſet imperium, fortiter admodum atque generoſe inferentes injuriam puniebat, injuriam patientes ulciſcebatur, & regia menſa, honoribus, dignitatibuſque contemtis ad lutum & lateritium opus currebat, ac deliciis omnibus, voluptatibus & honoribus præferendam propinquorum curam exiſtimabat: ad quem oculos iſte convertens magiſtratus omnes ſua in populum ſolicitudine commonefaciebat, & labores perferre, undique divexari, quam tranquillitate frui malebat, ac perpetuas in dies inimicitias incurrebat. Verumtamen levia erant illi omnia: ſiquidem ex iis rebus, quæ accidebant, idoneam conſolationis occaſionem arripiebat. Quæ cum ita ſint, Deo gratias agentes ſanctorum iſtorum virtutes imitemur, ut earumdem cum ipſis coronarum participes eſſe valeamus, gratia & benignitate Domini noſtri Jeſu Chriſti, per quem & cum quo Patri unáque ſancto Spiritui gloria, honor & imperium in ſæcula ſæculorum, amen.

A τὰς βλασφημίας, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ θρέμματα περιϊὼν κατεμάνθανε, μή που βέλος ἐδέξατό τις· μή που τραῦμα χαλεπὸν ἔλαβε, καὶ εὐθέως τὸ φάρμακον ἐπετίθει. καὶ ταῦτα ποιῶν ἐζύμωσεν ἅπαντας εἰς τὴν ἀληθῆ πίστιν· καὶ οὐ πρότερον ἀπέστη, ἕως ὁ θεὸς τὸν μακάριον Μελέτιον παρεσκεύασεν ἐλθόντα τὸ φύραμα ἅπαν λαβεῖν· οὗτος ἔσπειρεν, ἐκεῖνος ἐλθὼν ἐθέρισεν. οὕτω καὶ ἐπὶ Μωϋσέως καὶ Ἀαρὼν ἐγένετο. καὶ γὰρ κἀκεῖνοι ζύμης δίκην ἐν μέσοις τοῖς Αἰγυπτίοις στρεφόμενοι πολλοὺς τῆς οἰκείας εὐσεβείας ἐποίησαν ζηλωτάς. καὶ μαρτυρεῖ τοῦτο Μωϋσῆς λέγων, ὅτι πολὺς ἐπίμικτος λαὸς συνανέβη μετὰ τῶν Ἰσραηλιτῶν. τοῦτον δὴ τὸν Μωϋσέα μιμούμενος
B οὗτος, καὶ πρὸ τῆς ἀρχῆς τὰ τῆς ἀρχῆς ἔπραττε· καὶ γὰρ ἐκεῖνος οὐδέπω τοῦ λαοῦ τὴν προστασίαν ἐγχειρισθεὶς, ἐῤῥωμένως μάλα καὶ γενναίως τοὺς ἀδικοῦντας ἐκόλαζε, τοῖς ἀδικουμένοις ἤμυνε, καὶ βασιλικὴν τράπεζαν ἀφεὶς, καὶ τιμὰς, καὶ προεδρείας, πρὸς τὸν πηλὸν καὶ τὴν πλινθείαν ἔδραμε, πάσης τρυφῆς, καὶ ἀνέσεως, καὶ τιμῆς προτιμοτέραν εἶναι νομίζων τὴν τῶν οἰκείων κηδεμονίαν· πρὸς ὃν καὶ αὐτὸς βλέπων τότε πάντας ἄρχοντας τῇ περὶ τὸν λαὸν παρῄνει κηδεμονίᾳ, καὶ ἀνέσεως προετίθει πόνους, καὶ τὸ πάντοθεν ἐλαύνεσθαι, διηνεκεῖς καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀναδεχόμενος ἀπεχθείας· ἀλλὰ πάντα
C ἦν αὐτῷ κοῦφα· ἡ γὰρ τῶν γινομένων ὑπόθεσις ἱκανὴν αὐτῷ παρεῖχε τῶν συμβαινόντων παραμυθίαν. διὰ δὴ ταῦτα πάντα εὐχαριστήσαντες τῷ θεῷ, ζηλώσωμεν τῶν ἁγίων τούτων τὰς ἀρετὰς, ἵνα καὶ τῶν στεφάνων αὐτοῖς κοινωνήσωμεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, δόξα, τιμὴ καὶ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

AD HOMILIAS IN S. ROMANUM MARTYREM

ADMONITIO.

UT *diximus in Monito præcedenti, Homiliam in S. Euſtathium mox ſequuta eſt hæc in S. Romanum Martyrem, tumque* illuſtrius, *inquit Chryſoſtomus*, factum eſt theatrum, amplior applauſus, majorque ſtrepitus acclamantium. *Has ille conſequenter pauciſque interpoſitis diebus Homilias habuit: & tamen in Martyrologiis S. Euſtathii feſtum ad diem 16. Julii annunciatur, S. vero Romani ad decimam octavam Novembris: qua de re commonſtratur alios ad horum Sanctorum, vel ſaltem ad alterutrius eorum cultum dies Antiochiæ fuiſſe conſtitutos. In hunc Romanum Martyrem erudite diſſerit Fronto Ducæus, qui quærit uter Romanus hic memoretur, ille ne cujus meminit Euſebius Hiſt. Eccl. lib. 8. c. 12.* παροικίας *ſive Diœceſis Cæſarienſis Diaconus, qui Antiochiæ paſſus eſt, an is de quo Prudentius multa commemorat. Reque diligentius excuſſa putat probabiliter dici poſſe unum eumdemque Romanum eſſe quem Euſebius, Chryſoſtomus Prudentiuſque commemorant. Vide notas ejus ad calcem hujus Tomi, ubi de utraque Homilia.*

Verum ut certum eſt Homiliam primam eſſe γνήσιον *Chryſoſtomi fetum, non perinde exiſtimamus de ſecunda dicendum. Licet enim hæc verba ſub finem Homiliæ:* Voluiſſem equidem in hujus Martyris argumento exſultantem orationem ad finem uſque deducere: at juſti ſpatii tempus advenit, & ut ſileamus hortatur. Nam & vobis ad utilitatem hæc dicta

sufficiunt, & necessaria sunt Patris documenta, ut dicta illa perficiantur. *Licet, inquam, hæc verba Flavianum Episcopum mox concionaturum indicent, ut in aliis Chrysostomi Homiliis non infrequenter animadvertimus, magnumque hinc* γνησιότητος *indicium sumi posse videatur. Attamen styli genus tam absimile videtur aliis Chrysostomi Orationibus, vix ut credi possit hanc esse S. Doctoris Homiliam. Omnia hic tropis exclamationibusque redundant, & nescio quam peregrinitatem olent, si cum præcedentibus & sequentibus Concionibus comparentur. Quare crediderim potius esse cujusdam Presbyteri Antiocheni, qui sub Flaviano, alternas cum Chrysostomo concionandi partes ageret.*

Interpretatio Latina primæ Homiliæ est incerti cujusdam; secundæ vero Frontonis Ducæi, ambas aliquot in locis emendavimus.

ΕΓΚΩΜΙΟΝ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ μάρτυρα Ῥωμανὸν α΄.

ΠΑΛΙΝ μαρτύρων μνήμη, καὶ πάλιν ἑορτὴ, καὶ πανήγυρις πνευματική. ἔκαμον ἐκεῖνοι, καὶ χαίρομεν ἡμεῖς· ἐπάλαισαν ἐκεῖνοι, καὶ ἡμεῖς ἀγαλλόμεθα. ἐκείνων ὁ στέφανος, καὶ κοινὸν τὸ κλέος, [a] μᾶλλον δὲ τῆς ἐκκλησίας ἁπάσης ἡ δόξα. καὶ πῶς ἂν τοῦτο γένοιτο, φησίν; ὅτι μέρη καὶ μέλη ἡμῶν εἰσιν οἱ μάρτυρες· εἴτε γὰρ πάσχει ἓν μέλος, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη· εἴτε δοξάζεται ἓν μέλος, συγχαίρει πάντα τὰ μέλη. ἡ κεφαλὴ στεφανοῦται, καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα ἀγάλλεται· εἷς Ὀλυμπιονίκης γίνεται, καὶ ὁλόκληρος δῆμος εὐφραίνεται, καὶ μετὰ πολλῆς αὐτὸν δέχεται τῆς εὐφημίας. εἰ δὲ ἐπὶ τῶν Ὀλυμπιακῶν ἀγώνων οἱ μηδὲν εἰς τοὺς ἱδρῶτας ἐκείνους εἰσενεγκόντες τοσαύτην καρποῦνται τὴν ἡδονὴν, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῶν τῆς εὐσεβείας ἀθλητῶν τοῦτο γένοιτ᾽ ἄν. πόδες ἐσμὲν ἡμεῖς, οἱ μάρτυρες κεφαλή· ἀλλ᾽ οὐ δύναται εἰπεῖν ἡ κεφαλὴ τοῖς ποσὶ, χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχω. ἔνδοξα τὰ μέλη· ἀλλ᾽ ἡ ὑπεροχὴ τῆς δόξης οὐ ποιεῖ τῆς πρὸς [b] τὰ λοιπὰ μέρη συναφείας ἀλλοτρίωσιν· ταύτῃ γὰρ μάλιστα ἔνδοξα γίνεται, ὅταν τὴν πρὸς ἡμᾶς συνάφειαν μὴ διακρούσωνται. ἐπεὶ καὶ ὀφθαλμὸς, τοῦ λοιποῦ παντὸς σώματος λαμπρότερος ὢν, τότε τὴν οἰκείαν διατηρεῖ δόξαν, ὅταν μὴ τοῦ λοιποῦ σώματος ἀποσχίζηται. καὶ τί λέγω περὶ μαρτύρων; εἰ γὰρ ὁ δεσπότης αὐτῶν οὐκ ἐπῃσχύνθη γενέσθαι ἡμῶν κεφαλὴ, πολλῷ μᾶλλον αὐτοὶ μέλη ἡμῶν εἶναι οὐκ ἐπαισχύνονται· ἀγάπην γὰρ ἔχουσιν ἐῤῥιζωμένην· ἡ δὲ ἀγάπη τὰ διεστηκότα συνάπτειν καὶ συνδεῖν εἴωθε, καὶ περὶ τῆς ἀξίας οὐκ ἀκριβολογεῖται. ὥσπερ οὖν αὐτοὶ συναλγοῦσιν ἡμῶν τοῖς ἁμαρτήμασιν, οὕτως ἡμεῖς συγχαίρομεν αὐτῶν τοῖς κατορθώμασιν. οὕτω καὶ Παῦλος ἐκέλευσε ποιεῖν λέγων χαίρειν μετὰ χαιρόντων, καὶ κλαίειν μετὰ κλαιόντων. ἀλλὰ τὸ μὲν κλαίειν μετὰ κλαιόντων εὔκολον, τὸ δὲ χαίρειν μετὰ χαιρόντων οὐ σφόδρα ῥᾴδιον. ῥᾷον γὰρ τοῖς ἐν συμφοραῖς [c] οὖσι συναλγοῦμεν, ἢ τοῖς εὐδοκιμοῦσι συνηδόμεθα. ἐκεῖ μὲν γὰρ αὐτὴ τῆς συμφορᾶς ἡ φύσις, καὶ τὸν λίθον ἱκανὴ πρὸς συμπάθειαν ἐπικάμψαι· ἐνταῦθα δὲ ἐπὶ τῆς εὐπραγίας, ὁ φθόνος καὶ ἡ βασκανία τὸν μὴ σφόδρα φιλοσοφοῦντα

LAUDATIO I. SANCTI MARTYRIS ROMANI.

A 1. RURSUS martyrum memoria, & rursus dies festus & celebritas spiritalis. Laborarunt illi, & nos lætamur: decertarunt illi, & nos exsultamus. Illorum est corona & communis gloria, imo potius totius Ecclesiæ gloria. Et quomodo, dicet quispiam, posset hoc fieri? Quia partes & membra nostra sunt Martyres: *sive autem patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra: sive glorificatur unum membrum, congaudent omnia membra.* (1. Cor. 12. 26.) Caput coronatur, & reliquum corpus exsultat. Unus est victor in ludis Olympicis, & totus gaudet populus, magnisque eum laudibus excipit. B Si autem in Olympicis certaminibus, qui nihil ad illos sudores contulerunt, tanta fruuntur voluptate: multo magis hoc fiet in athletis pietatis. Nos pedes sumus, Martyres autem caput. Sed non potest caput dicere pedibus, vestri non egeo. (Ibid. 21.) Gloriosa sunt membra, sed gloriæ excellentia non aliena illa facit a conjunctione, quæ est cum reliquis partibus. Tunc enim fiunt maxime gloriosa, quando eam, quæ nobiscum est, conjunctionem non abruperint. (Nos sumus Martyrum membra, imo Christi.) Nam oculus quoque, licet reliquo toto corpore sit splendidior, suam tunc gloriam conservat, quando a reliquo corpore non abscinditur. Et quid de Martyribus dico? Si enim dominus ipsorum nostrum caput fieri non erubuit, C multo magis ipsi esse nostra membra non erubescunt: habent enim radicatam caritatem: solet autem caritas ea, quæ sunt disjuncta, conjungere & colligare, neque de dignitate admodum accurate inquirit. Sicut ergo ipsi peccantibus nobis dolore simul afficiuntur, ita nos etiam cum eis in recte factis eorum lætamur. Sic etiam jussit Paulus gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus. (Rom. 12. 15.) Sed flere quidem cum flentibus facile est: gaudere autem cum gaudentibus non facile admodum. Facilius enim cum iis, qui in calamitatibus sunt, dolemus, quam cum iis, quibus sunt res secundæ, gaudemus. Nam illic quidem ipsa calamitatis natura potest vel lapidem flectere ad commiserationem: hic autem in rebus prosperis invidia & livor eum, qui non valde philosophatur, non sinit effici

Collata cum Codd. Regg. 1959 & 2343.

a Sic Savil. & unus Ms. Reg. In Morel. τὸ κλέος καὶ τῆς ἐκκλησίας.

b Unus Reg. Ms. τὰ λοιπὰ μέλη. Mox Savil. & unus Ms. Reg. ταύτῃ γὰρ μάλιστα, Morel. & alius Reg. ταῦτα γάρ. Morel. paulopost ante τοῦ λοιποῦ habet εἰ καὶ, quod deest in cæteris.

c Unus Reg. οὖσι συναλγεῖν, ἢ τοῖς εὐδοκιμοῦσι συνήδεσθαι; τί δήποτε; ὅτι ἐκεῖ μὲν αὐτὴ τῆς

socium voluptatis. Nam quemadmodum caritas ea, quæ divisa sunt, conjungit & colligat: sic etiam invidia ea, quæ unita sunt, dividit. Quamobrem, oro vos, studeamus gaudere cum iis, qui recte rem gerunt: ut animam a livore atque invidia expurgemus. Nihil enim æque morbum hunc gravem curatuque difficilem expellit, atque cum iis, qui vivunt in virtute, gaudere. Audi itaque quam summus in his utrisque sit Paulus:
2. Cor. 11. 29. *Quis*, inquit, *infirmatur*, *& ego non infirmor? quis scandalizatur*, *& ego non uror?* Non dixit, & ego molestia non afficior: sed, *Ego non uror*, dixit, urendi verbo summum nobis dolorem volens ostendere. Et rursus ad
1. Cor. 4. 8. alios scribens dicit; *Sine nobis regnavistis: & utinam regnavissetis, ut nos quoque simul vo-*
1. Thess. 3. 8. *biscum regnaremus.* Et rursus, *Nunc vivimus, si vos statis in Domino.* Vide quantopere studebat, ut res fratrum recte se haberent, qui nec se vivere quidem existimabat, si illi salvi non essent. Homo qui ad tertium cælum raptus fuerat, atque in paradisum delatus, & qui mysteriorum ineffabilium particeps fuerat, tantamque apud Deum fiduciam fuerat assequutus, illorum bonorum sensum non valde accipiebat, nisi etiam fratres secum salvos esse vidisset. Sciebat enim, plane sciebat, caritate nihil esse majus, nihil ipsi par esse: nec ipsum quidem martyrium, quod caput omnium est bonorum. Quo ve-
Caritas sine martyrio prodest, martyrium sine caritate non prodest. ro id tandem modo, sic disce. Nam caritas quidem etiam absque martyrio Christi discipulos facit: martyrium autem sine caritate facere id non potest. Undenam hoc sciri potest? Ab ipsis Christi verbis: dice-
Joan. 13. 35. bat enim discipulis: *In hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei estis, si vos invicem diligatis.* Ecce caritas sine martyrio discipulos facit. Quod autem martyrium sine caritate non solum discipulos non faciat, sed nec prosit quidem patienti, audi Paulum dicentem:
1. Cor. 13. 3. *Si tradidero corpus meum, ut comburar, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest.*

2. Propterea sanctum hunc maxime diligo, qui nos hodie congregavit, beatum inquam Romanum, quoniam cum martyrio magnam quoque in Christum caritatem ostendit, quamobrem ei quoque sancta lingua fuit amputata. Etenim hoc quoque examinare par est, quanam de causa non ad
Romano lingua amputatur quare. alia utique tormenta, supplicia & cruciatus diabolus eum deduxerit, sed linguam ei absciderit. Non enim hoc temere fecit, sed maxima cum malitia: nam callida & malefica est hæc bestia, nihilque non facit & movet adversus nostram salutem. Age ergo examinemus, cur ad linguæ ejus amputationem processit: verum paulo altius repetitam orationem instituamus, sic enim sciemus & Dei benignitatem, & Martyris tolerantiam, & diaboli malignitatem: & cum Dei quidem didicerimus benignitatem, Domino gratias agemus: Martyris autem cognita patientia conservum imitabimur; intellecta vero diaboli malitia omnino aversabimur inimicum. Propterea enim Deus ejus machinationum notitiam dedit nobis, ut

A οὐκ ἀφίησι γενέσθαι κοινωνὸν τῆς ἡδονῆς. ὥσπερ γὰρ ἡ ἀγάπη τὰ διῃρημένα συνάγει καὶ συνδεῖ, οὕτως ἡ βασκανία τὰ ἡνωμένα διαιρεῖ. διὸ παρακαλῶ μελετήσωμεν συγχαίρειν τοῖς εὐδοκιμοῦσιν, ἵνα καὶ φθόνου καὶ βασκανίας τὴν ψυχὴν ἐκκαθάρωμεν· οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀπελαύνει τὸ νόσημα τοῦτο τὸ χαλεπὸν καὶ δυσίατον, ὡς τὸ συνήδεσθαι τοῖς ἐν ἀρετῇ βιοῦσιν. ἄκουσον γοῦν πῶς ὁ Παῦλος ἐν ἑκατέροις τούτοις ἐστὶν ἄκρος· τίς φησιν ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι; οὐκ εἶπε, καὶ οὐκ ἐγὼ λυποῦμαι, ἀλλ' οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι, τῇ προσηγορίᾳ
B τῆς πυρώσεως τὴν ἐπίτασιν τῆς ὀδύνης ἡμῖν παραστῆσαι βουλόμενος. καὶ πάλιν ἑτέροις γράφων· χωρὶς ἡμῶν ἐβασιλεύσατε, φησιν· καὶ ὄφελόν γε ἐβασιλεύσατε, ἵνα καὶ ἡμεῖς ὑμῖν συμβασιλεύσωμεν· καὶ πάλιν· νῦν ζῶμεν, ἐὰν ὑμεῖς στήκητε ἐν κυρίῳ. ὅρα πῶς περισπούδαστος ἦν αὐτῷ τῶν ἀδελφῶν ἡ εὐδοκίμησις, ὃς οὔτε ζῆν ἐνόμιζεν ἐκείνων μὴ σωζομένων. ἄνθρωπος εἰς τρίτον ἁρπαγεὶς οὐρανὸν, καὶ εἰς παράδεισον ἀπενεχθεὶς, καὶ μυστηρίων κοινωνήσας ἀπορρήτων, καὶ τοσαύτης πρὸς τὸν θεὸν ἀπολαύσας παρρησίας, οὐ σφόδρα αἴσθησιν ἐκείνων ἐλάμβανε τῶν ἀγαθῶν, εἰ μὴ καὶ τοὺς ἀδελφοὺς εἶδεν
C αὐτῷ διασωζομένους. οἶδε γὰρ, οἶδε σαφῶς, ὅτι ἀγάπης οὐδὲν οὔτε μεῖζον, οὔτε ἴσον ἐστὶν, οὐδὲ αὐτὸ τὸ μαρτύριον, ὃ πάντων ἐστὶ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν. καὶ πῶς, ἄκουσον. ἀγάπη μὲν γὰρ καὶ χωρὶς μαρτυρίου ποιεῖ μαθητὰς τοῦ Χριστοῦ· μαρτύριον δὲ χωρὶς ἀγάπης οὐκ ἂν ἴσχυσε τοῦτο ἐργάσασθαι. πόθεν τοῦτο δῆλον; ἀπ' αὐτῶν τῶν τοῦ Χριστοῦ ῥημάτων· πρὸς γὰρ τοὺς μαθητὰς ἔλεγεν· ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες, ὅτι μαθηταί μου ἐστέ· ἐὰν ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. ἰδοὺ ἀγάπη χωρὶς μαρτυρίου μαθητὰς ποιεῖ. ὅτι δὲ μαρτύριον χωρὶς ἀγάπης οὐ μόνον μαθητὰς οὐ ποιεῖ, ἀλλ' οὐδὲ ὠφελεῖ τι τὸν ὑπο-
D μένοντα, ἄκουσον Παύλου λέγοντος· ἐὰν παραδῶ τὸ σῶμά μου, ἵνα καυθήσωμαι, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδὲν ὠφελοῦμαι.

Διὰ τοῦτο μάλιστα τὸν ἅγιον τοῦτον φιλῶ τὸν σήμερον ἡμᾶς συναγαγόντα, τὸν μακάριον Ῥωμανὸν, ὅτι μετὰ τοῦ μαρτυρίου πολλὴν τὴν ἀγάπην ἐπεδείξατο· διὸ καὶ τὴν γλῶτταν ἐξεκόπη τὴν ἁγίαν. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἄξιον ἐξετάσαι, τί δή ποτε οὐκ ἐπὶ βασάνους καὶ κολάσεις καὶ τιμωρίας ἤγαγεν αὐτὸν ὁ διάβολος, ἀλλὰ τὴν γλῶτταν ἀπέτεμεν· οὐ γὰρ εἰκῇ τοῦτο ἐποίησεν, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς πονηρίας. καὶ γὰρ κακοῦργόν ἐστι τὸ θηρίον, καὶ
E πάντα κατὰ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας πραγματεύεται καὶ κινεῖ. φέρε οὖν ἐξετάσωμεν, τί δή ποτε ἐπὶ τὴν ἐκκοπὴν τῆς γλώττης ἐχώρησε, μικρὸν γοῦν ἀνωτέρω τὸν λόγον ἀγαγόντες· οὕτω γὰρ εἰσόμεθα καὶ τὴν τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν, καὶ τὴν τοῦ μάρτυρος ὑπομονὴν, καὶ τὴν τοῦ διαβόλου κακουργίαν· καὶ τὴν μὲν τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν μαθόντες εὐχαριστήσομεν τῷ δεσπότῃ, τὴν δὲ τοῦ μάρτυρος ὑπομονὴν γνόντες μιμησόμεθα τὸν σύνδουλον, τὴν δὲ τοῦ διαβόλου κακουργίαν καταμαθόντες, ἀποστραφησόμεθα τὸν ἐχθρόν. διὰ γὰρ τοῦτο ἡμῖν ἔδωκεν ὁ θεὸς εἰδέναι αὐτοῦ τὰς μηχανὰς, ἵνα μειζόνως αὐτὸν

μισήσαντες εὐκολώτερον αὐτοῦ περιγενώμεθα. ὅτι γὰρ δυνατὸν εἰδέναι αὐτοῦ τὰ νοήματα, ἄκουσον τί φησιν ὁ Παῦλος περὶ τοῦ πεπορνευκότος. Κορινθίοις γὰρ ἐπιστέλλων οὕτω πως φησί· κυρώσατε εἰς αὐτὸν ἀγάπην, ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ· οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν. τίς οὖν ἡ αἰτία, δι᾽ ἣν τὴν γλῶτταν ἐξέκοψε; μικρὸν ἄνωθεν ἀνάσχεσθέ μου διηγουμένου. πόλεμος ἀνερριπίσθη ποτὲ κατὰ τῶν ἐκκλησιῶν χαλεπός· οὐχὶ βαρβάρων ἐπιδραμόντων τὰς πόλεις, οὐδὲ ἀλλογενῶν τινῶν· ἀλλ᾽ αὐτῶν τῶν δοκούντων προεστάναι τῆς καθ᾽ ἡμᾶς οἰκουμένης, καὶ βαρβάρων, καὶ πολεμίων, καὶ τυράννων ἁπάντων ἀπηνέστερον καὶ ὠμότερον κεχρημένων τοῖς ὑπηκόοις. οὐ γὰρ ὑπὲρ ἐλευθερίας, καὶ πατρίδος, καὶ χρημάτων, καὶ τῆς παρούσης ζωῆς ὁ κίνδυνος ἦν τότε· ἀλλ᾽ ὑπὲρ βασιλείας οὐρανῶν, καὶ τῶν ἀποκειμένων ἀγαθῶν, ὑπὲρ ἀθανάτου ζωῆς, ὑπὲρ ὁμολογίας τῆς εἰς τὸν Χριστόν. καὶ καινός τις αἰχμαλωσίας ἐπενοεῖτο τρόπος. οὐ γὰρ τῆς ἐνταῦθα πόλεως ἐξέβαλλον· ἀλλὰ τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ τῆς ἐλευθέρας ἐπεχείρουν ἀποστερεῖν, καὶ τὴν ψυχὴν ἕκαστον καταθύειν ἠνάγκαζον ἐπὶ τῶν βωμῶν, καὶ τὸν οἰκεῖον δεσπότην ἐξόμνυσθαι, καὶ τῇ τῶν δαιμόνων ὑποκύπτειν τυραννίδι, καὶ τοὺς λυμεῶνας καὶ ἐχθροὺς τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας θεραπεύειν δαίμονας· ὃ μυρίων θανάτων καὶ πάσης γεέννης χαλεπώτερον ἦν καὶ ἀφορητότερον ταῖς φιλοχρίστοις ψυχαῖς. τότε δὴ πολλῶν ὑποβρυχίων γινομένων, καὶ τοῦ χειμῶνος αἰρομένου, καὶ πολλῶν ναυαγούντων, ὁ μακάριος οὗτος Ῥωμανὸς παρελθὼν εἰς μέσους οὐκ ἐσκόπησεν εὐθέως, ὅπως ἑαυτὸν ἐπιδῷ τοῖς κινδύνοις· ἀλλὰ πρότερον τοὺς πεφοβημένους, τοὺς ἀναπεπτωκότας, τοὺς τὴν οἰκείαν προδόντας σωτηρίαν συνῆγε, παρεθάρρυνεν, ἀναμαχέσασθαι παρεσκεύαζε· τοὺς μὲν καταπεσόντας ἀνορθῶν· τοὺς δὲ ἑστῶτας ἀσφαλιζόμενος εὐχαῖς, καὶ παραινέσεσι, καὶ συμβουλαῖς, περὶ τῶν μελλόντων, περὶ τῶν παρόντων πραγμάτων πολλὰ φιλοσοφῶν, δεικνὺς τὸ πρόσκαιρον τούτων, τὸ διηνεκὲς ἐκείνων· ἀντιθεὶς τοῖς πόνοις τὰ ἔπαθλα, ταῖς βασάνοις τοὺς στεφάνους, [a] ταῖς ἀλγηδόσι τὰ βραβεῖα· διδάσκων τίς μὲν ἡ παροῦσα ζωή, τίς δὲ ἡ μέλλουσα, καὶ πόσον ἑκατέρας τὸ μέσον· καὶ ὅτι πάντως ἀποθανεῖν ἀνάγκη, κἂν μὴ τούτῳ τῷ τρόπῳ καταλύσωμεν τὴν ζωήν, τῷ νόμῳ τῆς φύσεως πάντως ἀναγκαζόμενοι μικρὸν γοῦν ὕστερον τῶν σωμάτων ἀποστησόμεθα τούτων. ταῦτα δὴ καὶ τὰ [b] τούτοις ἐοικότα παραινῶν ἀνώρθωσε τὰς παρειμένας χεῖρας· ἐστήριξε τὰ παραλελυμένα γόνατα· τοὺς φυγάδας ἐπανήγαγε· τὴν δειλίαν ἐξέβαλε· τὴν ἀγωνίαν ἀπήλασε· θάρσος ἐνέθηκεν· ἀντὶ δειλῶν προθύμους ἐποίησεν· ἀντὶ δορκάδων καὶ ἐλάφων λέοντας ἀπειργάσατο πολλῆς πνέοντας τῆς ἰσχύος· συνεκρότησε τοῦ Χριστοῦ τὸ στρατόπεδον· τὴν αἰσχύνην τὴν παρ᾽ ἡμῖν εἰς τὰς [c] τῶν πολεμίων μετήνεγκε κεφαλάς. ἰδὼν τοίνυν ὁ διάβολος ἀθρόαν μεταβολὴν γεγενημένην, καὶ τοὺς χθὲς καὶ πρώην δεδοικότας αὐτὸν καὶ τρέμοντας, νῦν καταγελῶντας αὐτοῦ, καὶ κατα-

A eum magis odio habentes, facilius ſuperemus. Quod enim cognoſci poſſint cogitationes ejus, audi quid dicat Paulus de eo, qui fornicatus fuerat: ad Corinthios enim ſcribens ſic ait: *Confirmate in ipſum caritatem, ut non circumveniamur a Satana. Non enim cogitationes ejus ignoramus.* Quænam eſt ergo cauſa propter quam ei linguam amputavit? Concedite ut rem paulo altius repetam. Grave bellum fuit aliquando adverſus Eccleſias excitatum; non barbaris adverſus civitates incurſiones facientibus, B nec ullis alienigenis, ſed iis, qui noſtro huic terrarum orbi præeſſe videbantur, immanius, quam tyranni quilibet, tractantibus eos, qui ipſorum imperio parebant. Non enim ſolum libertas, & patria, & pecuniæ, & præſens vita tunc in periculum veniebat: ſed regnum cælorum, & bona quæ juſtis ſunt repoſita, vitaque immortalis & Chriſti confeſſio: ac novus quoque captivitatis modus excogitatus eſt. Non enim ex ea, quæ hic eſt, civitate expellebant, ſed ex ſuperna Jeruſalem, quæ eſt libera, privare conabantur, & unumquemque in altaribus animam ſacrificare cogebant, ac ſuum dominum abjurare, ſeque dæmonum tyranni- C di ſubjicere, & pernicioſos ſalutiſque noſtræ hoſtes dæmones colere, quod mille mortibus, & quavis gehenna gravius & intolerabilius generoſis animis & Chriſti amantibus erat. Tunc nimirum, cum multi ſubmergerentur, & fluctus in altum tollerentur, ac plurimi naufragium facerent, beatus hic Romanus in medium eorum procedens, non ſtatim conſideravit, quo ſe modo periculis traderet: ſed eos prius, qui metu perculſi ciciderant, qui ſalutem ſuam prodiderant, collegit, animavit, ut prælium inſtaurarent effecit: eos quidem, qui D lapſi erant, erigens; eos autem, qui ſtabant, confirmans precibus, exhortationibus, & conſiliis; de futuris, & de præſentibus rebus multum philoſophans: oſtendens has ad tempus eſſe, illas autem perpetuas: præmia laboribus opponens, coronas tormentis, bravia doloribus: docens quænam ſit vita præſens, quænam futura, & inter utramque quantum interſit, & quod mori omnino ſit neceſſe: & ſi non hoc modo vitam finierimus, omnino coacti lege naturæ paulo poſt ab his corporibus diſcedemus. His & ſimilibus exhortationibus beatus ille manus remiſſas erexit, & genua diſſoluta roboravit, fugitivos reduxit, metum expulit, E angorem exegit, animum eis addidit: pro timidis audaces & confidentes effecit: pro capreis & cervis leones reddidit magnam vim ſpirantes; Chriſti exercitum inſtruxit: ignominiam noſtram in hoſtium capita convertit. Cum ergo tantam repente factam fuiſſe diabolus mutationem vidiſſet, & qui nudiuſtertius eum timebant, & contremiſcebant, ipſum irridere & audacter in eum ſe

2.Cor.2.8.

a Unus Reg. ταῖς πληγαῖς.
b Alii, τούτοις ὅμοια.
c Unus Reg. τῆς ἐναντίας μετήνεγκε. Ibid. Savil. in marg. μετήνεγκε φάλαγγας.

gerere, adeuntes pericula, prosilientes ad supplicia: & cum auctorem cognovisset; dimissis omnibus, in illum deinceps totus incubuit: omnemque vim suam & insaniam adversus beatum hoc caput effudit. Et quid facit? considerate malitiam. Non eum ad tormenta duxit, non ejus caput abscidit: hæc enim omnia temere fuisse facta præteritum eum tempus edocuit. Non solum enim animi alacritatem eorum qui crediderant non cohibuit: sed etiam magis auxit, eamque majorem ac vehementiorem effecit. Carbones, inquit, substernebam: illi autem tamquam ad rosas currebant. Ignem accendebam: illi vero tamquam in fontes frigidarum aquarum seipsos projiciebant. Latera cædebam, profundos in eis sulcos faciebam, & rivos sanguinis deducebam: illi autem tamquam auro omni ex parte circumfluentes gloriabantur: per præcipitia jaciebam, & in mare demergebam: illi vero non tamquam in profundum descendentes, sed tamquam in ipsum cælum ascendentes, ita affecti erant, exsilientes & exsultantes, & velut in sacra pompa choreas ducentes, & in viridi prato ludentes; ita arripiebat unusquisque cruciatus, non tamquam cruciatus, sed tamquam vernos flores carpentes, seseque coronantes, insigni animi sui alacritate cruciatus meos præveniebant. Quid ergo, inquit, agendum nunc fuerit? Abscindamne caput ejus? sed id ille in votis habet, & per opera discipuli majorem adhortationem accipiunt: eos quippe admonuit martyrum mortem non esse mortem, sed vitam fine carentem: atque hujus maxime causa omnia esse toleranda, despiciendumque esse decessum. Si ergo caput abscidero, & id ille fortiter tulerit, ipsos apertius per facta docebit sic oportere mortem despicere, & eorum spiritus magis eriget, eisque mortuus majorem animi alacritatem inspirabit. Propterea linguam amputavit, ut voce, qua fruebantur, privati Martyris discipuli, & consilio destituti, atque admonitione privati, timidiores evaderent; & ad priorem angorem & dubitationem redirent, cum non haberent, qui eis animum adderet, neque qui excitaret & armaret.

3. Considera autem mihi diaboli malitiam. Herodes quidem Joannis caput abscidit: hic autem non caput, sed linguam solum; quare? præ nimia scilicet malitia & perversitate. Si abscidero caput, inquit, & mortuus fuerit; fratrum interitum non videns recedet: at ego illum militum suorum lapsuum & calamitatis testem esse volo, ut dolore enecetur dum labentes quidem cernit, sed porrigere manum non potest, neque ea quæ prius potest consulere, exsecta
1. Cor. 3. 19. ei simul voce cum lingua. Sed qui comprehendit sapientes in astutia eorum, inventum hoc in ejus caput convertit: neque solum eos consilio non privavit, sed etiam ut majori adhortatione fruerentur, effecit,

A πολμῶντας, ἐπαποδυομένους τοῖς κινδύνοις, ἐπιπηδῶντας τοῖς κολαστηρίοις· καὶ γνοὺς τὸν αἴτιον, πάντας ἀφεὶς, κατ' ἐκείνου λοιπὸν ἔπνευσεν ὅλος, πᾶσαν τὴν δύναμιν αὐτοῦ καὶ τὴν μανίαν κατὰ τῆς μακαρίας ταύτης κινῶν κεφαλῆς. καὶ τί ποιεῖ; σκοπεῖτε τὴν κακουργίαν. οὐκ ἤγαγεν αὐτὸν ἐπὶ βασάνους· οὐκ ἀπέτεμεν αὐτοῦ τὴν κεφαλήν. ἐδίδαξε γὰρ αὐτὸν ὁ παρελθὼν χρόνος, ὅτι πάντα ταῦτα εἰκῆ καὶ μάτην ἐγένετο. οὐ γὰρ μόνον οὐκ ἐνέκοψε τὴν τῶν πεπιστευκότων προθυμίαν, ἀλλὰ καὶ ἐπέτεινε πλέον, καὶ μείζω καὶ θερμοτέραν αὐτὴν ἐποίησεν· ἄνθρακας ὑπεστόρεσα φησιν, οἱ δὲ [a] ὡς ἐπὶ ῥόδα ἔτρεχον· πῦρ ἀνῆψα, οἱ δὲ ὡς εἰς πηγὰς ὑδάτων ψυχρῶν ἑαυτοὺς ἔρριπτον· κατέξανα τὰς πλευρὰς, καὶ βαθείας ἀνέτεμον αὔλακας, καὶ κατήγαγον ῥύακας αἱμάτων, οἱ δὲ ὡς χρυσίῳ πάντοθεν περιρρεόμενοι, οὕτως ἐκαλλωπίζοντο· τοῖς κρημνοῖς ἔρριψα, καὶ εἰς πέλαγος κατεπόντισα, οἱ δὲ οὐχ ὡς εἰς βυθὸν καταβαίνοντες, ἀλλ' ὡς εἰς αὐτὸν ἀναβαίνοντες τὸν οὐρανὸν οὕτω διέκειντο σκιρτῶντες, καὶ ἀγαλλόμενοι, καὶ ὥσπερ ἐν ἱερᾷ πομπῇ χορεύοντες, καὶ ἐν λειμῶνι παίζοντες χλοερῷ, οὕτω τὰς τιμωρίας ἕκαστος ἥρπαζον, οὐχ ὡς τιμωρίας, ἀλλ' ὡς ἄνθη λαμβάνοντες ἐαρινὰ, καὶ στεφανούμενοι· καὶ τῇ τῆς οἰκείας προθυμίας ὑπερβολῇ τὰς ἐμὰς προέφθανον τιμωρίας. τί τοίνυν ἂν εἴη πρακτέον, φησίν; ἀποτέμω τούτου τὴν κεφαλήν; ἀλλ' ὅπερ εὔχεται, τοῦτο γίνεται, καὶ μείζονα λαμβάνουσιν οἱ μαθηταὶ τὴν διὰ τῶν ἔργων παραίνεσιν. καὶ γὰρ παρῄνεσεν, ὅτι μαρτύρων θάνατος οὐκ ἔστι θάνατος, ἀλλὰ ζωὴ πέρας οὐκ ἔχουσα, καὶ μάλιστά γε ὑπὲρ ταύτης πάντα ὑπομένειν χρή· καὶ ὅτι δεῖ καταφρονεῖν τελευτῆς. ἂν τοίνυν ἀποτέμω τὴν κεφαλὴν, καὶ γενναίως ἐνέγκῃ τὸ συμβὰν, διὰ τῶν ἔργων αὐτοὺς παιδεύσει σαφέστερον, ὅτι οὕτω θανάτου δεῖ καταφρονεῖν, καὶ μᾶλλον αὐτῶν ἀνορθώσει τὰ φρονήματα, καὶ πλείονα [b] αὐτοῖς ἐμπνεύσει τελευτήσας τὴν προθυμίαν. διὰ τοῦτο τὴν γλῶτταν ἀπέτεμεν, ἵνα ἀποστερηθέντες τῆς φωνῆς, ἧς ἀπήλαυον οἱ τοῦ μάρτυρος μαθηταὶ, καὶ τῆς συμβουλῆς ἐκπεσόντες, καὶ τῆς παραινέσεως ἐρημωθέντες δειλότεροι γένωνται, καὶ πρὸς τὴν προτέραν ἀγωνίαν ἐπανέλθωσιν, οὐκ ἔχοντες τὸν ἐπαλείφοντα, οὐδὲ τὸν διεγείροντα, καὶ καθοπλίζοντα.

Καὶ σκόπει μοι τὴν κακουργίαν· Ἡρώδης μὲν ἀπέτεμε τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου· οὗτος δὲ οὐχὶ τὴν κεφαλὴν, ἀλλὰ τὴν γλῶτταν μόνην, τί δή ποτε; διὰ πολλὴν κακουργίαν καὶ σκαιότητα. ἂν ἀποτέμω τὴν κεφαλήν φησι, καὶ ἀποθάνῃ, ἀπελεύσεται οὐχ ὁρῶν τὴν ἀπώλειαν τῶν ἑαυτοῦ ἀδελφῶν· ἐγὼ δὲ αὐτὸν βούλομαι στῆσαι μάρτυρα τῆς πτώσεως, καὶ τῆς συμφορᾶς τῶν οἰκείων στρατιωτῶν· ἵν' ὑπὸ τῆς ὀδύνης ἄγχηται καταπίπτοντας μὲν ὁρῶν, χεῖρα δὲ ὀρέγειν μὴ δυνάμενος, καὶ τὸ συμβουλεῦσαι ταῦτα ἅπερ καὶ πρότερον οὐκ ἔχων, [c] τῆς φωνῆς μετὰ τῆς γλώττης ἐκκοπείσης. ἀλλ' ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν, τὸ σόφισμα τοῦτο εἰς τὴν ἐκείνου περιέτρεψε κεφαλήν· καὶ οὐ μόνον συμβουλῆς οὐκ ἀπεστέρησεν, ἀλλὰ καὶ πλείονος αὐτοὺς ἐποίησεν ἀπολαῦσαι

a Unus Reg. ὡς ἐπὶ πηγάς.
b Unus Reg. αὐτοῖς ἐνθήσει.

c Idem Reg. φωνῆς καὶ τῆς γλώσσης ἀποστερηθεὶς ἀφήσει πᾶσαν μηχανήν. ἀλλ' ὁ

παραινέσεως, καὶ πνευματικωτέρας μετασχεῖν διδασκαλίας. ἐπειδὴ γὰρ τοῦτο ἐκράτησε, καλεῖται λοιπὸν ἐπὶ τὴν τομὴν ὁ ἰατρὸς, καὶ δήμιος ἀντὶ ἰατροῦ γίνεται, οὐχὶ τὸ νενοσηκὸς διορθούμενος μέλος, ἀλλὰ τὸ ὑγιαῖνον διαφθείρων, καὶ τὴν γλῶτταν ἐξελὼν, οὐκ ἴσχυσεν αὐτῇ συνεξελεῖν καὶ τὴν φωνήν. ἀλλ' ἡ μὲν τῆς σαρκὸς ἐξεκόπτετο γλῶττα, ἡ δὲ τῆς χάριτος ἐφίπτατο τῷ στόματι τοῦ μακαρίου· καὶ ἡ μὲν φύσις τὸ οἰκεῖον ἠφίει μέλος τοῦ σιδήρου τοῦτο καταναγκάζοντος, ἡ δὲ χάρις συνεκπεσεῖν αὐτῇ τὴν φωνὴν οὐκ εἴασεν· ὅθεν λοιπὸν πνευματικωτέρας ἀπήλαυον οἱ μαθηταὶ διδασκαλίας, οὐκ ἀνθρωπίνῃ φωνῇ καθάπερ τὰ πρότερα ἀκούοντες, ἀλλὰ θείᾳ τινὶ, καὶ πνευματικῇ, καὶ μείζονι τῆς φύσεως τῆς ἡμετέρας· καὶ πάντες συνέτρεχον, ἄνωθεν ἄγγελοι, κάτωθεν ἄνθρωποι, ἕκαστος χωρὶς γλώττης στόμα ἰδεῖν ἐπιθυμοῦντες, καὶ ἀκοῦσαι φθεγγομένου οὕτως. καὶ γὰρ ἦν οὕτω θαυμαστὸν καὶ παράδοξον στόμα ἄνευ γλώττης φθεγγόμενον, πολλὴν μὲν τῷ διαβόλῳ φέρον αἰσχύνην, πολλὴν δὲ τῷ μάρτυρι δόξαν, μεγάλην δὲ τοῖς μαθηταῖς παράκλησιν καὶ ὑπομονῆς ὑπόθεσιν. καὶ γὰρ ἔθος τῷ θεῷ τοιοῦτον ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς, ἅπερ ἂν καθ' ἡμῶν ὁ διάβολος ῥάψῃ, ταῦτα εἰς τὴν ἐκείνου τρέπειν κεφαλὴν, καὶ ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας κατασκευάζειν σωτηρίας. σκόπει δὲ, ἐξέβαλεν ἐκεῖνος τοῦ παραδείσου τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἀνέῳξεν αὐτῷ τὸν οὐρανὸν ὁ θεός· ἀπήλασεν αὐτὸν ἐκεῖνος τῆς ἀρχῆς τῆς ἐν τῇ γῇ, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ὁ θεὸς, καὶ ἐν τῷ θρόνῳ τῷ βασιλικῷ τὴν φύσιν ἐνίδρυσε τὴν ἡμετέραν· οὕτως ἀεὶ μείζονα δίδωσιν ἀγαθὰ, ὧν ὁ διάβολος ἀποστερεῖν ἐπιχειρεῖ. ποιεῖ δὲ τοῦτο, ἐκεῖνόν τε ὀκνηρότερον ἐν ταῖς καθ' ἡμῶν [a] κατασκευάζων ἐπιβουλαῖς, ἡμᾶς δὲ παιδεύων μηδέποτε αὐτοῦ δεδοικέναι τὰ μηχανήματα· ὃ δὴ καὶ ἐνταῦθα γέγονεν ἐπὶ τοῦ μάρτυρος. ἧς γὰρ προσεδόκησε φωνῆς ἀποστερήσειν αὐτὸν, πολλῷ μείζονα καὶ σεμνοτέραν αὐτῷ ἐχαρίσατο ὁ θεός. οὐ γὰρ ἦν ἴσον μετὰ γλώττης φθέγγεσθαι, καὶ χωρὶς γλώττης. τὸ μὲν γὰρ ἀκόλουθον ἦν, καὶ κοινὸν ἅπασι, τὸ δὲ ὑπὲρ τὴν φύσιν, καὶ αὐτοῦ ἴδιον ἐγίνετο μόνον. καίτοι καὶ εἰ ἄφωνος ἔστη μετὰ τὴν τῆς γλώττης ἐκκοπὴν ὁ μάρτυς, καὶ οὕτως αὐτῷ τὰ τῶν ἀγώνων πεπλήρωτο, καὶ ὁ στέφανος ἀπήρτιστο. ἧττα γὰρ μεγίστη, καὶ σαφὴς ἀπόδειξις ἦν τὸ τὴν γλῶτταν τεμεῖν· εἰ γὰρ μὴ ἐφοβοῦ τὴν γλῶτταν, ὦ μιαρὲ καὶ παμμίαρε, τίνος ἕνεκεν αὐτὴν ἀπέτεμες; τίνος ἕνεκεν οὐκ ἀφῆκας τῶν παλαισμάτων τὴν ὑπόθεσιν, ἀλλ' ἀπέκλεισας τὸ στάδιον; ὥσπερ ἂν εἴ τις παγκρατιάζειν μέλλων, εἶτα πληγὰς ἀφάτους λαβὼν, καὶ μὴ δυνάμενος ἀντιστῆναι λοιπὸν, κελεύσειεν ἐκκοπῆναι τοῦ ἀνταγωνιστοῦ τὰς χεῖρας, καὶ οὕτως αὐτὸν παίοι, οὐ χρεία λοιπὸν ἑτέρας ἀποδείξεως πρὸς τὴν νίκην τῷ τὰς χεῖρας ἐκκοπέντι ψηφίσασθαι· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ μάρτυρος σαφεστέρα πάντων ἀπόδειξις ἡ τῆς γλώττης ἐκκοπὴ γέγονε τῆς κατὰ τοῦ

[a] Idem Reg. καταναγκάζων.

A magisque spiritalis doctrinæ participes essent. Nam cum hoc obtinuisset, vocatur de cætero medicus ad sectionem, & fit pro medico carnifex; non id corrigens, quod morbo laborabat, membrum, sed quod erat sanum corrumpens, & cum linguam exemisset, simul cum ea vocem eximere minime potuit: sed carnis quidem lingua fuit abscissa, lingua autem divinæ gratiæ ad beati Romani os advolavit: & natura quidem membrum suum ferro id cogente amisit; Dei autem gratia cum ea excidere vocem non sivit: unde etiam de cætero discipuli magis spiritali doctrina fruebantur, non humana voce, cujusmodi prius, verba audientes: sed divina quadam & spiritali, & quæ naturam nostram superabat: & concurrebant omnes, superne Angeli, inferne homines, unusquisque os sine lingua videre cupientes, & audire sic loquentem. Erat enim revera admirabile, & præter opinionem, os absque lingua verba faciens, diabolo quidem magnum dedecus afferens, Martyri autem ingentem gloriam, discipulis vero plurimam consolationem & patientiæ argumentum. Hic enim Deo mos est jamdiu, & a principio, quæcumque contra nos diabolus consarcinarit, ea in caput illius convertere, & ad salutem nostram redigere. Mihi autem hoc considera: ille hominem e paradiso ejecit, & Deus illi cælum aperuit. Ille ipsum expulit ex imperio terreno: Deus autem regnum ei cælorum dedit, & in throno regio naturam nostram collocavit. Sic dona semper majora Deus iis dat, quibus diabolus homines privare conatur. Hoc autem facit, illum quidem tardiorem ad parandas nobis insidias reddens: nos vero docens numquam ejus machinationes timendas esse: quod quidem factum est etiam in Martyre. Qua enim se eum voce privaturum diabolus existimavit, multo majorem & præclariorem ei Deus largitus est. Non enim erat ejusdem momenti, cum lingua loqui, & sine lingua: nam illud quidem consequens & commune omnibus: hoc autem supra naturam erat, & proprium ejus solius. Quamquam etiamsi post linguæ abscissionem mutus Martyr fuisset, sic quoque impletum ab eo certamen fuisset, eique parata esset corona. Nam, quod victus esset, maximum erat & apertum argumentum, quod linguam amputasset. Si enim linguam Martyris non timebas, ô scelerate & exsecrande diabole, cur eam abscidisti? cur decertationum argumentum non dimisisti, sed stadium occlusisti? Quemadmodum enim si quis omni certaminum genere luctaturus deinde plagas accepisset ingentes, & cum deinde amplius resistere non valeret, manus abscindi adversario juberet, eumque sic percuteret, non jam alia probatione opus esset ad decernendam victoriam ei, cui fuissent manus abscissæ: ita etiam in Martyre apertissimum omnium argumentum victoriæ adversus diabolum fuit

Romanus amputatâ linguâ loquitur.

linguæ ipsius amputatio. Nam etsi mortalis erat lingua, quia tamen ea vulnera immortalia diabolo inflixit, propterea in illam virus suum efflavit: sibi quidem majus dedecus afferens, Martyri autem coronam splendidiorem reddens. Ut enim mirabile est arborem sine radice intueri, ac fluvium sine fonte: sic etiam vocem sine lingua.

Contra eos, qui corporum resurrectioni non credunt.

4. Ubi ergo sunt, qui corporum resurrectioni non credunt? ecce vox mortua est, & revixit: & uno momento temporis utraque facta sunt. Quamquam hoc longe majus est, quam corporum resurrectio: nam illic quidem natura corporum est subjecta, compositio autem solum est dissoluta: hic vero sublatum fuit vocis ipsum fundamentum, sed tamen ea splendidior rursus est facta. Enimvero si a tibia lingulas abstuleris, inutile deinceps jacet instrumentum: verum non sic tibia spiritualis: sed tametsi linguâ privata, non solum muta non erat, sed etiam modulatius & magis mysticum carmen, & majori cum admiratione emittebat. Rursus etiam in cithara si quis plectrum solum eripuerit, otiosus artifex, ars inutilis, & inane instrumentum; hic autem nihil ejusmodi, sed contrarium omnino. Os enim erat cithara, lingua plectrum: artifex anima, ars vero confessio: plectro tamen ablato, lingua inquam, neque artifex, neque ars, neque instrumentum inutile evasit, sed omnia virtutem suam ostenderunt. Quis hæc fecit? quis admirabilia hæc ostendit, quæque omnem superant opinionem? Deus qui solus mirabilia facit, de quo dicit David, *Domine dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra! Quoniam elevata est magnificentia tua super cælos. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem.* Atque tunc quidem ex ore infantium & lactentium, nunc autem ex ore elinguium: tunc natura immatura, nunc os lingua vacuum: tunc erat in pueris mollis radix, sed fructus perfectus: hic autem & ipsa radix ablata erat, & fructus generatio non prohibebatur: est enim vox linguæ fructus. Sunt revera posteriora prioribus mirabiliora. Etenim, ne his fidem non adhibeatis, illa propterea præcesserunt, ut in his non conturbemur, cum in illis fuerit animus assuetus: ideo hæc evenerunt, ut illa quæ latent, & sunt vetera, ex manifestis & iis quæ sunt recens facta credantur. Sic aliquando Aaronis quoque virga floruit, sicut nunc os Martyris germinavit. Sed quanam de causa virga tunc Aaronis germinavit? quoniam sacerdos contumeliis afficiebatur. Quanam autem de causa nunc os Martyris germinavit? quoniam blasphemia & maledictis incessebatur magnus Pontifex Jesus Christus. Vide ergo quanta sit miraculi cognatio & excellentia. Quemadmodum enim virga illa non unita radici, nec ex terra trahens humorem, sed illius succo penitus privata, ac perdita vitali frugiferaque virtute, repente fructum ostendit: ita nimirum hic quoque vox radice privata,

Psal. 8. 1.

a Idem Reg. ἀπελάσασα.

A διαβόλου νίκης. εἰ γὰρ καὶ θνητὴ ἦν ἡ γλῶττα, ἀλλ' ἐπειδὴ ἀθάνατα τραύματα δέδωκε τῷ διαβόλῳ, διὰ τοῦτο κατ' ἐκείνης ἔπνευσεν ὅλος, ἑαυτὸν μὲν εἰς μείζονα καθιστῶν αἰσχύνην, τῷ δὲ μάρτυρι λαμπρότερον ποιῶν τὸν στέφανον. ὥσπερ γὰρ θαυμαστὸν χωρὶς ῥίζης δένδρον ἰδεῖν, καὶ χωρὶς πηγῆς ποταμόν· οὕτω καὶ χωρὶς γλώττης φωνήν.

Ποῦ οὖν εἰσιν οἱ τῇ τῶν σωμάτων ἀναστάσει διαπιστοῦντες; ἰδοὺ ἡ φωνὴ καὶ ἀπέθανε καὶ ἀνέστη, καὶ ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ ταῦτα ἀμφότερα γέγονε· καίτοι τοῦτο τῆς τῶν σωμάτων ἀναστάσεως πολλῷ μεῖζόν ἐστιν. ἐκεῖ μὲν B γὰρ ἡ φύσις τῶν σωμάτων ὑπόκειται, ἡ σύνθεσις δὲ διαλέλυται μόνον· ἐνταῦθα δὲ αὐτὴ ἡ ὑπόθεσις τῆς φωνῆς ἀνῄρητο, ἀλλ' ὅμως λαμπροτέρα πάλιν ἐγίνετο. καίτοι γε αὐλοῦ τὰς γλωττίδας ἂν ἀφέλῃς, ἄχρηστον λοιπὸν κεῖται τὸ ὄργανον· ἀλλ' οὐχ οὕτως ὁ αὐλὸς ὁ πνευματικός· ἀλλὰ καὶ τὴν γλῶτταν ἀφαιρεθεὶς οὐ μόνον οὐκ ἦν ἄφωνος, ἀλλὰ καὶ εὐμελέστερον καὶ μυστικώτερον ἠφίει μέλος, καὶ μετὰ πλείονος τῆς ἐκπλήξεως. καὶ ἐπὶ κιθάρας δὲ πάλιν, ἂν τὸ πλῆκτρόν τις ἐξαρπάσῃ μόνον, ἀργὸς ὁ τεχνίτης, ἄχρηστος ἡ τέχνη, μάταιον τὸ ὄργανον γίνεται· ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν τοιοῦτον, ἀλλὰ τοὐναντίον C ἅπαν. καὶ γὰρ ἦν κιθάρα τὸ στόμα, ἦν πλῆκτρον ἡ γλῶττα, τεχνίτης δὲ ἡ ψυχή, καὶ τέχνη ἡ ὁμολογία· ἀλλ' ὅμως ἀφαιρεθέντος τοῦ πλήκτρου, τῆς γλώσσης λέγω, οὔτε ὁ τεχνίτης, οὔτε ἡ τέχνη, οὔτε τὸ ὄργανον ἄχρηστον γέγονεν· ἀλλὰ πάντα τὴν οἰκείαν δύναμιν ἐπεδείκνυτο. τίς ταῦτα ἐποίησε; τίς ταῦτα ἐπέδειξε τὰ θαυμαστὰ καὶ παράδοξα; ὁ θεὸς ὁ ποιῶν θαυμάσια μόνος, περὶ οὗ φησιν ὁ Δαυΐδ, κύριε ὁ κύριος ἡμῶν, ὡς θαυμαστὸν τὸ ὄνομά σου ἐν πάσῃ τῇ γῇ· ὅτι ἐπήρθη ἡ μεγαλοπρέπειά σου ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν. ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον. τότε μὲν οὖν ἐκ D στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων, νῦν δὲ ἐκ στόματος ἀγλώττων· τότε ἡ φύσις ἄωρος, νῦν δὲ στόμα ἔρημον· ἁπαλὴ τότε ἡ ῥίζα ἐπὶ τῶν παίδων ἦν, ἀλλ' ὁ καρπὸς ἀπηρτισμένος· ἐνταῦθα δὲ καὶ αὐτὴ ἡ ῥίζα ἀνῄρητο, καὶ ἡ τοῦ καρποῦ γένεσις οὐκ ἐκωλύετο· καρπὸς γὰρ γλώττης φωνή. θαυμαστότερα τὰ ὕστερα τῶν προτέρων. καὶ γὰρ ἵνα ταῦτα μὴ ἀπιστῆται, διὰ τοῦτο ἐκεῖνα προέδραμεν· ἵνα ἐν τούτοις μὴ θορυβώμεθα τῆς διανοίας ἡμῶν ἐν ἐκείνοις προεθισθείσης. διὰ τοῦτο ταῦτα ἀπήντησεν, ἵνα ἐκεῖνα τὰ ἀφανῆ, καὶ τὰ παλαιὰ ἀπὸ τῶν φανερῶν, καὶ νεωστὶ γινομένων πιστεύηται. οὕτω ποτὲ καὶ ἡ E ῥάβδος Ἀαρὼν ἐβλάστησεν, ὥσπερ ἐβλάστησε τὸ στόμα τοῦ μάρτυρος νῦν. ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν ἐβλάστησεν ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν τότε; ἐπειδὴ ὁ ἱερεὺς ἠτιμάζετο. τίνος δὲ ἕνεκεν ἐβλάστησε νῦν τὸ στόμα τοῦ μάρτυρος; ἐπειδὴ ὁ μέγας ἀρχιερεὺς ἐβλασφημεῖτο Ἰησοῦς ὁ Χριστός. ὅρα πόση τοῦ θαύματος καὶ συγγένεια, καὶ ὑπεροχή. καθάπερ γὰρ ἐκείνη ἡ ῥάβδος οὐκ ἡνωμένη ῥίζῃ, οὐδὲ ἕλκουσα τὰς ἀπὸ τῆς γῆς νοτίδας, ἀλλ' ἔρημος τῆς χορηγίας οὖσα τῆς ἐκεῖθεν, καὶ τὴν καρπογόνον [a] ἀπολέσασα δύναμιν, ἐξαίφνης καρπὸν ἔδειξεν· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα ἡ φωνὴ τῆς

ῥίζης ἀποστερηθεῖσα, καὶ τὴν ἐκ τοῦ ὀργάνου δύναμιν οὐκ ἔχουσα, ἐν ξηρῷ καὶ ἀγόνῳ στόματι ἐξαίφνης ἐβλάστησεν. ἐν τούτῳ μὲν ἡ συγγένεια, ἐν ἑτέρῳ δὲ ὑπεροχή· πολὺ γὰρ ἑκατέρου τοῦ καρποῦ τὸ μέσον. ὁ μὲν γὰρ αἰσθητὸς ἦν, ὁ δὲ πνευματικὸς, καὶ τοὺς οὐρανοὺς ἀνοίγων αὐτοὺς τῷ τὴν φωνὴν ταύτην ἀποτεκόντι τότε. ὑπὲρ δὴ τούτων ἁπάντων συγχαίρωμεν τῷ μάρτυρι· δοξάζωμεν τὸν ταῦτα θαυματουργοῦντα θεόν· μιμησώμεθα τὴν ὑπομονὴν τοῦ συνδούλου· εὐχαριστήσωμεν ὑπὲρ τῆς χάριτος τῷ δεσπότῃ· λάβωμεν ἐκ τῶν εἰρημένων ἱκανὴν ἐν τοῖς πειρασμοῖς παράκλησιν, καὶ τὴν δύναμιν τοῦ πεποιηκότος ἡμᾶς θεοῦ, καὶ τὴν κηδεμονίαν καταπλαγέντες, τὰ παρ' ἑαυτῶν πάντα εἰσφέρωμεν, καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ πάντως ἕψεται. κἂν ἄνθρωποι, κἂν δαίμονες, κἂν αὐτὸς ὁ διάβολος ἡμῖν πυκτεύῃ, πλέον οὐδὲν ἔσται τοῖς πολεμοῦσιν ἡμῖν· μόνον ἂν τὴν οἰκείαν ἐπιδειξώμεθα προθυμίαν, καὶ ὅσα παρ' ἡμῶν εἰσενεχθῆναι χρὴ πάντα εἰσενέγκωμεν. οὕτω γὰρ τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ ῥοπὴν ἐπισπασόμεθα ἐνταῦθα, καὶ κατὰ τὴν μέλλουσαν ζωὴν πολλῆς ἀπολαύσομεν δόξης καὶ σωτηρίας· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, δόξα, τιμὴ καὶ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

A & vim ex instrumento non habens, in sicco & sterili ore repente germinavit. In hoc quidem cognatio, in alio autem est excellentia, inter utrumque enim fructum multum interest. Nam ille quidem sensilis erat, hic autem spiritualis, & ipsos cælos aperiens ei, qui tunc eam vocem ediderat. Pro his omnibus Martyri gratulemur; Deum glorificemus, qui hæc facit miracula: imitemur conservi patientiam, gratias agamus domino pro gratia: ex iis quæ dicta sunt; sufficientem in tentationibus consolationem accipiamus: & Dei, qui nos fecit, potentiam & curam admirantes ac providentiam, B omnia quæ ex nobis sunt afferamus, & quæ ex eo sunt, omnino consequentur. Sive homines, sive dæmones, sive ipse diabolus adversum nos depugnet, nihil proficient ii, qui nos oppugnant: modo promtum nostrum animi studium ostendamus, & quæ a nobis afferri oportet, omnia afferamus. Sic enim & hic Dei auxilium attrahemus, & in vita futura magna gloria & salute perfruemur: quam nobis omnibus consequi detur gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri simul cum Spiritu sancto gloria, honor & imperium, in sæcula sæculorum, amen. C

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ΜΑΡΤΥΡΑ Ῥωμανόν.

ΛΟΓΟΣ β'.

ΠΑΛΑΙΣΤΡΑΙ μὲν σώμασιν ἀνδρείαν χαρίζονται, καὶ τέχνης ἀθλητικῆς ἐπιστήμας· μαρτύρων δὲ μνῆμαι τὰς τῶν δαιμόνων τὰς ψυχὰς ἀνθοπλίζουσι τέχναις, καὶ πρὸς τὰς κατ' ἐκείνων παιδοτριβοῦσι λαβάς. τὸν γὰρ ἀθλητικὸν δημοσιεύουσαι πόνον, καὶ τὴν ἀνένδοτον πρὸς τὰς μάστιγας πάλην, ἐγείρουσιν εἰς θάρσος τὴν εὐσέβειαν, ὥσπερ ἐν σκάμμασι ταῖς τῶν παθῶν διηγήσεσιν ὑπὸ μάρτυρος παντὸς τεταμένον προθεῖσαι δίαυλον. τοιαύτη ἡ τοῦ σήμερον στεφανωθέντος ἀθλητοῦ μνήμη· τίς γὰρ οὐκ ἂν τὰ κατὰ τοῦ διαβόλου θαῤῥήσειε σκάμματα τοῖς τοῦ μάρτυρος τὴν ψυχὴν παιδοτριβήσας παλαίσμασιν, ὃν τοσούτων κινδύνων οὐ κατέσεισε πλῆθος; πολλὴ γάρ τις τῷ κόσμῳ τῆς ἀσεβείας τότε τυραννὶς ἐνωρχεῖτο· καὶ θάλασσαν ἐκ βυθῶν ἐμιμεῖτο σειομένην ὁ βίος· καὶ τοῦ πελάγους εἰς τὴν γῆν αἱ τρικυμίαι μετέστησαν· καὶ σφοδρὸν δὲ τῆς εὐσεβείας σκάφος δυσσεβείας περιήντλει κλυδώνιον· ἐν ᾧ πολλοὶ μὲν νεκροὶ πανταχοῦ κυβερνῆται, ναυτῶν δὲ οὐκ ὀλίγος ἀριθμὸς ὑποβρύχιος· πάντα δὲ ἦν φόβων πικρῶν καὶ ναυαγίων ἀνάμεστα. ἔπνεον βασιλεῖς καταιγίδος σφοδρότερον· φοβερὰς τύραννοι τρικυμίας ἐπῆγον· ἀρχόντων συνεκεκίνηντο θρόνοι· δικασταὶ τὴν εἰς Χριστὸν ἐκήρυττον ἄρνησιν· πικρὰς νομοθέται τιμωρίας ἠπείλουν·

DE SANCTO MARTYRE ROMANO.

ORATIO II.

1. PALÆSTRÆ quidem corporibus robur, ac peritiam athleticæ artis acquirunt, martyrum vero commemorationes animas adversus dæmonum artes armant, & contra illos ad luctam instituunt. D Dum enim vires athleticas & continuam cum flagris luctam publice produnt, pietatem audacia corroborant, & in cruciatuum narrationibus tamquam in stadiis quibusdam stratum a quovis martyre curriculum proponunt. Talis est Martyris ejus, qui hodie coronatus est, commemoratio: quis enim in stadia adversus diabolum audacter non prosiliat, cum animam suam Martyris certaminibus instituerit, quem tot periculorum multitudo non concussit? Tum enim ingens quædam mundo impietatis tyrannis insultabat, ab imo commotum mare vita hominum imitabatur, decumani pelagi fluctus in terram volvebantur, vehemensque impietatis procella navim pietatis obruebat: multi quidem ubique gubernatores moriebantur, non exiguus autem nautarum numerus submergebatur, omnia diris terroribus ac naufragiis redundabant. Reges procella vehementius spirabant: terribiles fluctus immittebant tyranni: tribunalia magistratuum commovebantur: Christi abnegationem judices promulgabant: acerba supplicia legislatores mi-

Descriptio persequutionis similitudine a mari sumta.

E

Collata cum MSS. Regio 2343.

nabantur: ad dæmonum ſacrificia viri rapiebantur: ad altarium abominationem mulieres trahebantur: ad hanc quoque inſaniam virgines compellebantur: exſiliis ſacerdotes, ac cædibus addicebantur: e ſacris ſeptis fideles ejiciebantur: tantam ad pugnam Martyr armabatur, tantiſque periculis animum opponebat: conflictum illum tamquam certamen quoddam umbratile deridebat, & perinde quaſi in ſcammate pulveris loco principes fide calcaret, ſic ejus animum, qui tum judicium exercebat, exagitavit, atque adverſus Eccleſiam incurſionem facere parantem refrenavit. Quamobrem ad ſupplicium ſubito vir generoſus abreptus eſt, variaque pœnarum genera admovebantur: Martyr autem citharæ ſimilis erat, dum ad ſonum edendum cruciatuum plectro moveretur: corpus circumſtantes carnifices plagis contundebant: ipſe vero, tamquam æreum quoddam tympanum pietatis carmen pulſatus ſuccinebat: ſuſpendentes in equuleo lacerabant, ille vero tamquam vitæ arborem equuleum amplexabatur: ſicut latera juſti genas dilaniabant, ille vero, quaſi plura tum ora recepiſſet, orationem habebat, novoque lapſu pudorem adverſario imponebat. Cum enim ſe a judice ad dæmonum cultum provocari videret, infantem e foro duci poſtulat; ut eum, de quibus rebus a judice interrogabatur, judicem faciat; & adducto infanti de iis, quæ agitabantur, quæſtionem proponit. Fili, inquit, juſtumne eſt, ut Deus adoretur; an ut ii, qui ab iſtis Dii appellantur? Magna plane ſapientiæ Martyris excellentia: judicis judicem infantem conſtituit: at ille continuo ſecundum Chriſtum litem dedit, ut impie ſe gerentibus judicibus vel infantes ſapientiores oſtenderentur: imo vero ut non modo Martyr appareret martyr, ſed etiam martyrum monitor ac magiſter. Verumtamen ne hoc quidem judicis rabiem labefactavit; ſed in equuleum ſtatim cum infante Martyr abripiebatur, equuleique ſupplicio carcer ſuccedebat, & illi ſententia, quæ varias athletis pœnas dividebat. Nam infantem quidem morte, Martyrem autem linguæ exciſione damnavit. Quis talem judicii modum audivit? reos judices flagris cædunt, ut ea, quorum ſibi ſunt conſcii, fateri cogant; at impietatis judex linguam excidit, ut ea quorum ſibi conſcius eſt, tacere compellat. O immane malignæ artis inventum! animam, inquit, ea quæ Chriſti ſunt ſapientem de ſtatu non dejeci: at loquentem ſaltem pro Chriſto linguam excidam. Excide linguam ô tyranne; ut naturam etiam elinguem pro Chriſto eloquentem eſſe cognoſcas; evelle linguam ex ore, ut eum, qui dona linguarum eſt pollicitus, veracem eſſe cognoſcas. Etenim linguæ quidem inſtrumentum excidit, at ſermo vehementius erumpebat lingua tamquam impedimento quodam liberatus: novum ſane ſpectaculum, ac ſtupendum, homo ex carne

Mirabile reſponſum infantis a Martyre interrogati.

A πρὸς τὰς τῶν δαιμόνων ἄνδρες θυσίας ἡρπάζοντο· πρὸς τὴν τῶν βωμῶν εἵλκοντο βδελυγμίαν γυναῖκες· ἐσύροντο πρὸς ταύτην καὶ παρθένοι τὴν λύσσαν· φυγαῖς ἱερεῖς καὶ σφαγαῖς παρεδίδοντο· τῶν ἱερῶν ἠλαύνοντο οἱ πιστοὶ περιβόλων· πρὸς τηλικαύτην ὁ μάρτυς ἐξωπλίζετο μάχην, καὶ τοσούτοις τὴν γνώμην κινδύνοις ἀνθίστησιν, ὥσπερ τινὰ σκιαμαχίαν γελῶν τὴν παράταξιν, καὶ καθάπερ ἐν σκάμμασιν ἀντὶ κόνεως τῇ πίστει τοὺς δικαστὰς καταπατῶν, οὕτω τὴν τοῦ τότε δικάζοντος [a] ἀνερρίπιζε γνώμην, δρόμον αὐτῷ κατὰ τῆς ἐκκλησίας μελετώμενον στήσας. διὸ δὴ πρὸς κόλασιν ὀξέως ὁ γενναῖος B ἀνήρπαστο, καὶ πολλαὶ μὲν προσήγοντο τιμωριῶν ποικιλίαι· ὁ μάρτυς δὲ προσεῴκει κιθάρᾳ, τῷ τῶν βασάνων πλήκτρῳ πρὸς φθόγγον κινούμενος· συνέτριβον [b] τὸ σῶμα περιστάντες οἱ δήμιοι· ὁ δὲ ὡς χαλκός τις τῆς εὐσεβείας τὸ μέλος ὑπήχει κρουόμενος. κρεμῶντες ἐπὶ ξύλου κατέξαινον· ὁ δὲ ὡς δένδρον ζωῆς τὸ ξύλον ἠσπάζετο· ὡς πλευρὰς τοῦ δικαίου τὰς παρειὰς διεσπάραττον· ὁ δὲ ὡς πλείονα στόματα λαμβάνων ἐρρητόρευεν, καὶ καινῷ κατῄσχυνε τὸν ἀντίπαλον πτώματι. ὡς γὰρ εἶδε τὸν δικαστὴν πρὸς τὴν τῶν δαιμόνων σπουδὴν αὐτὸν ἐκκαλούμενον, αἰτεῖ βρέφος ἐξ ἀγορᾶς ἀχθῆναι, ὡς ἐκεῖνο τῶν ζητουμένων παρὰ τοῦ δικαστοῦ κριτὴν ποιη- C σόμενος· καὶ προσαχθέντι τῷ βρέφει τὴν περὶ τῶν προκειμένων προσῆγεν ἐρώτησιν. τέκνον, φησί, δίκαιόν ἐστι τὸν θεὸν προσκυνεῖν, ἢ τοὺς θεοὺς τοὺς λεγομένους ὑπὸ τούτων; πολλὴ τῆς τοῦ μάρτυρος σοφίας ἡ περιουσία· τοῦ δικαστοῦ δικαστὴν τὸ παιδίον καθίζει· τὸ δὲ ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ ταχέως ἀπεφήνατο ψῆφον· ἵνα δειχθῇ καὶ παιδία δυσσεβούντων δικαστῶν συνετώτερα, μᾶλλον δὲ ἵνα φανῇ μὴ μόνον μάρτυς ὁ μάρτυς, ἀλλὰ καὶ μαρτύρων ἀλείπτης. οὐδὲ τοῦτο δὲ ὅμως τὴν δικαστικὴν ὑπεσκέλισε λύσσαν, ἀλλ' εὐθὺς ἐπὶ ξύλου μετὰ τοῦ βρέφους ὁ D μάρτυς ἡρπάζετο, καὶ τὴν τοῦ ξύλου κόλασιν εἱρκτὴ διεδέχετο, κἀκείνην ψῆφος ποικίλας τοῖς ἀθληταῖς τὰς τιμωρίας μερίζουσα. τὸ μὲν γὰρ βρέφος θανάτῳ, τὸν δὲ μάρτυρα τῇ τῆς γλώττης ἐκτομῇ κατεδίκασε. τίς τρόπον κρίσεως τοιοῦτον ἀκήκοε; μαστίζουσι δικασταὶ καταδίκους, ἃ συνίσασιν ἑαυτοῖς, ὁμολογεῖν ἀναγκάζοντες, ἐκτέμνει δὲ τὴν γλῶσσαν ὁ τῆς ἀσεβείας κριτής, ἃ E σύνοιδεν ἑαυτῷ σιγᾷν βιαζόμενος. ὢ δεινοῦ κακοτεχνίας εὑρήματος· φρονοῦσαν, φησί, τὰ τοῦ Χριστοῦ τὴν ψυχὴν οὐκ ἐξέστησα, κἂν τὴν λαλοῦσαν ὑπὲρ Χριστοῦ διακόψω γλῶτταν. ἔκκοψον ὦ τύραννε γλῶσσαν, ἵνα μάθῃς τὴν φύσιν καὶ ἄγλωσσον ὑπὲρ Χριστοῦ ῥητορεύουσαν· ἐκκόλαψον τὴν γλῶσσαν τοῦ στόματος, ἵνα μάθῃς ἀληθῆ τὸν τὰ χαρίσματα τῶν γλωσσῶν ὑποσχόμενον. τὸ μὲν γὰρ τῆς γλώσσης ἐξέκοψεν ὄργανον· ὁ λόγος δὲ ἐξώρμα σφοδρότερον, ὥσπερ ἐμποδίου τινὸς ἀπηλλαγμένος τῆς γλώττης· θέαμα καινὸν καὶ παράδοξον·

a Reg. ἀνερρίπισε.

b Savil. & Reg. τὸ στόμα, Morel. τὸ σῶμα.

σάρκινος σαρκίνοις ἀσάρκως φθεγγόμενος· πρέπον ἄρα τῷ μάρτυρι τοῦ προφήτου τὸ μέλος· ἐπλήσθη χαρᾶς τὸ στόμα ἡμῶν, καὶ ἡ γλῶσσα ἡμῶν ἀγαλλιάσεως· ἐπλήσθη τὸ στόμα χαρᾶς καινὸν θῦμα τῷ Χριστῷ προσκομίσαν τὴν γλῶσσαν. εἶχεν ἡ γλῶσσα πολλὴν ἀγαλλίασιν πρόδρομος μάρτυς ὀφθεῖσα τοῦ μάρτυρος. ὦ γλώσσης πρὸς τοὺς τῶν μαρτύρων δήμους τὴν ψυχὴν προλαβούσης· ὦ στόματος κρυπτόμενον γεννήσαντος μάρτυρα· ὦ γλώσσης θυσιαστήριον κτησαμένης τὸ στόμα· ὦ στόματος ἱερεῖον κτησαμένου τὴν γλῶσσαν· ναὸν ἔχων ἐλελήθεις, ὦ γενναῖε τὸ στόμα ναὸν ἐν ᾧ [a] τὴν σύναιμον γλῶσσαν παράδοξον ἀμνάδα κατέθυσας.

Τίς ἄρα σου τὰς ἀρετὰς ἀξίως στεφανώσειε ῥήτωρ; ἔλαβες παρὰ τῆς φύσεως γλῶσσαν, σὺ δὲ αὐτὴν ἐξέθρεψας μάρτυρα· ἔλαβες στόμα φυλακτήριον γλώσσης, σὺ δὲ τῇ γλώσσῃ τὸ στόμα βωμὸν κατεσκεύασας· ἔλαβες εἰς τὸ φθέγγεσθαι πλῆκτρον, σὺ δὲ αὐτὸ τεμνόμενον ἄσταχυν ἀνέδειξας· ἔλαβες γλῶσσαν ῥημάτων διάκονον, σὺ δὲ αὐτὴν ἄμωμον τῷ Χριστῷ κατέθυσας πρόβατον. τίνι σου τὴν γλῶσσαν πρεπούσῃ προσηγορίᾳ τιμήσω; ποίῳ σου κοσμήσω τὴν γλῶσσαν ὀνόματι; προσῆγον ταύτῃ τὸν σίδηρον δήμιοι, ἡ δὲ κατὰ τὸν δεδεμένον Ἰσαὰκ οὐκ ἐσκίρτα, ἀλλ' ὡς ἐν βωμῷ κειμένη τῷ στόματι τὴν πληγὴν σὺν ἡδονῇ προσεδέχετο, διδάσκουσα τῶν ἀνθρώπων τὰς γλώσσας, ὡς οὐ φθέγγεσθαι μόνον διὰ Χριστὸν, ἀλλὰ καὶ σφάττεσθαι δεῖ. τὸ τῆς πατριάρχου θυσίας ἥρπασας, γενναῖε, τὸ φιλότιμον, μονογενὲς βλάστημα γλώττης ἀντὶ τέκνου μονογενοῦς προσκομίσας. καλῶς ἄρα σοι δευτέραν ὁ Χριστὸς ἀντεφύτευσε γλῶσσαν· εὗρε γὰρ ἀγαθόν σε τῆς προτέρας γεωργόν· καλῶς σοι τὴν ἄσαρκον ἐχαρίσατο γλῶσσαν· ἀγγελικῷ γὰρ οὐκ ἔπρεπε φρονήματι σάρκινος. καλῶς σοι τὴν τῆς γλώσσης ἀντιμισθίαν ἀπέδωκεν· ἔχρησάς σου τῷ δεσπότῃ πρὸς θυσίαν τὴν γλῶσσαν, ὁ δὲ αὐτῇ πρὸς ῥητορείαν φωνὴν ἀντεδάνεισε· καὶ γέγονε τῆς γλώσσης, καὶ τοῦ Χριστοῦ πρὸς ἀλλήλους συνάλλαγμα, τῆς μὲν γλώσσης ὑπὲρ Χριστοῦ τεμνομένης, τοῦ Χριστοῦ δὲ ὑπὲρ τῆς γλώσσης λαλοῦντος. ποῦ νῦν ἡμῖν Μακεδόνιος, ὁ τῷ δεδωκότι τὸ χάρισμα τῶν γλωσσῶν παρακλήτῳ μαχόμενος; ὅτι δὲ οὐ ψεύδομαι τῇ τοῦ παρακλήτου θεότητι τὰς τῶν χαρισμάτων δωρεὰς περιάπτων, μάρτυς ἡμῖν ὁ μακάριος Παῦλος, ὁ νῦν πρὸς τὴν ὑμετέραν φιληκοΐαν βοῶν, πάντα ταῦτα ἐνεργεῖ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ, καθὼς βούλεται. καθὼς βούλεται, φησὶν, οὐ καθὼς ἐπιτάττεται. ἀλλ' ἵνα μή τινας πρὸς τούτοις ἐπιθέντες προσθήκας τῷ πλήθει τὴν ὑμετέραν καταχώσωμεν μνήμην, ταύτην οὖσαν ἰσχυρὰν τὴν φωνὴν ὑπὲρ τοῦ παρακλήτου μεμνημένοι οὕτως ἐντεῦθεν ἐξέλθωμεν, μεγάλα μὲν κατ' ἐκείνων φρονοῦντες, συγγινώσκοντες δὲ τέως αὐτοῖς πλανωμένοις, καὶ τὴν τοῦ παρακλήτου προσκυνοῦντες θεότητα. ἡ μὲν οὖν προφητικὴ σάλπιγξ τὴν οἰκουμενικὴν εἰς Χριστὸν προσημαίνουσα συμφωνίαν ἔλεγεν, ὅτι εἰδήσουσί με, φησὶν, ἀπὸ μικροῦ αὐτῶν καὶ ἕως μεγάλου αὐτῶν,

A constans ex carne constantibus sine carne verba faciens. Convenit itaque martyri Prophetæ carmen, *Repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exsultatione*: repletum est gaudio os, quod Christo linguam novam victimam offerebat: magna tum exsultatione correpta erat lingua, quæ prævia martyris martyr est visa: ô linguam, quæ ad martyrum turmas animam ipsam prævenit! ô os quod occultum martyrem genuit! ô linguam, cui pro altari os fuit! ô os cui pro victima lingua fuit! nesciebamus ô generose templum habere te os tuum, templum, in quo consanguineam linguam mirabilem agnam mactasti. *Psal. 125. 2.*

B 2. Quis igitur virtutes tuas orator pro dignitate laudibus prosequatur? linguam accepisti a natura: at tu eam martyrem educasti: accepisti os, munimentum linguæ, tu autem os linguæ altare effecisti: accepisti plectrum ad loquendum, at excisum illud spicam effecisti: linguam verborum administram accepisti, at tu illam Christo pecudem immaculatam immolasti. Qua tandem linguam tuam convenienti appellatione decorabo? quo nomine linguam tuam exornabo? admovebant ei ferrum carnifices, at illa vincti Isaac in morem non resiliebat, sed in ore tamquam in altari jacens cum voluptate vulnus exspectabat, ac linguas hominum non pro Christo loqui tan-

C tum oportere, sed cædi etiam docebat. Patriarchæ sacrificii æmulationem ô generose rapuisti, dum unigenitum linguæ germen pro unigenito filio obtulisti. Recte itaque tibi alteram linguam vicissim Christus insevit: bonum quippe te agricolam prioris invenit: recte linguam non carneam est largitus; Angelicum enim animi affectum carnea non decebat. Recte linguæ tibi remunerationem rependit: ad sacrificium linguam Domino commodasti, at ille vicissim vocem ad eloquentiam fœneravit. Factum est quoddam linguæ, atque Christi inter se *Gen. 22. 10.*

D commercium: dum pro Christo quidem lingua exciditur, pro lingua vero Christus loquitur. Ubi nunc est nobis Macedonius, qui Paracleto, a quo linguarum donum collatum est, bellum infert? Neque vero mentiri me, dum charismatum dona Paracleti divinitati attribuo, testis nobis est beatus Paulus, qui vestrum audiendi studium nunc his vocibus occupat; *Hæc omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult*: prout vult, inquit, non prout jubetur. Verum ne si forte quædam additamenta his fecerimus, nimia copia vestram memoriam obruamus, hujus certi firmique *In Macedonium invehitur, qui Spiritus S. divinitatem negabat.* *1. Cor. 12. 11.*

E pro Paracleto loci memores hinc excedamus; & magnos spiritus in eos sumentes, sed illis errantibus interim ignoscentes, Paracleti divinitatem adoremus. Ac tuba quidem Prophetica totius orbis in Christum consensum prænuncians dicebat, *Quia intelligent me, a parvo eorum, & usque ad ma-* *Jer. 31. 34.*

a Morel. & Savil. in marg. τὴν σύναιμον γλῶσσαν, Savil. in textu, τὴν σὺν ἡμῖν γλῶσσαν. Reg. τὴν σὺν ἡμῖν γλῶσσαν.

gnum eorum, & omnis lingua confitebitur Deo vero: & Propheta quidem, ut dixi, linguam omnem cognitionis Dei reti concludit, nos vero hodierno die etiam elinguem orationem pietati patrocinantem audiamus: velut enim cithara quædam plectro destituta creatorem collaudat. Dicat igitur & beatus Romanus; *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis:* quænam lingua? non ea quam ferrum eripuit, sed quam Spiritus gratia fabricata est; lingua quippe avulsa, Spiritus gratia in ejus locum est suffecta. Habebant & linguas Apostoli, sed ut operantis virtus indicaretur, lutum otiabatur, & ignis cælestis loquebatur. Habebat & Mosaica Scriptura rei imaginem quæ orationem excedit: rubus enim apud illum & ignis fuit. Apostolicus ignis prædicationis Evangelicæ voces in rubo præfigurabat, ac vocem rei inanimatæ impertit, ut ei cum tetigerit animata instrumenta, credatur: si enim rem inanimatam contactus ignis vocalem reddidit, nonne debuit, cum ratione præditas animas replevisset, ex contactu carmen concinnum admodum personare? Hac etiam gratia celebris hic Romanus donatus erat, qui exsecta lingua, clariori voce tyrannum arguebat. Neque vero tyrannus ullo pacto linguam excidere properasset, nisi reprehensionum fluenta reformidasset: nisi eum prædicationis Evangelii torrens perterrefecisset: nisi Evangelicæ fluctus eloquentiæ se fracturum putasset. Sed unde necessitas tyranno fuerit facinus istud audendi, videamus.

Psal. 44. 2.

Confert hoc miraculum cum rubo.

3. Cum dæmonibus impius aliquando sacrificasset, & fumo nidoreque repletus esset, & impietatis guttis inquinatus, curriculo ad Ecclesiam pergebat, ac stillantem sanguine præ se ferens securim, incruentum altare ad nefarium sacrificium perquirebat. At non latuit Martyrem tyranni rabies: itaque cum subito exsiliens prodiisset in vestibulum, jam irruentem impietatis inundationem coërcet: & quemadmodum solers gubernator dum in proram impetum faciens mare conspicit, otiari nequit: sed navim totam celeri pede percurrit, & gubernaculo puppim erigens obversam fluctibus navigii faciem opponit, illoque quod in periculo versabatur in sublime sublato, medium decumanum fluctum diffindit, & arte quadam tumefactum pelagus sulcat: hoc & beatus Romanus fecit; idololatriæ mari blasphemias mugiente, atque adversus Ecclesiasticam navim furente, spumasque sanguinis in aras eructante, solus adversus insaniens pelagus armatur, penitusque subverti cymbam videns, dormientem in navi Dominum expergefacit: somno longanimitatis sopitum excitat: contrariis ventorum flatibus procellisque turbatum mare conspicit, & in periculo versantium verba discipulorum usurpat, *Præceptor salva, perimus.* Piratæ cymbam circumsident: lupi ovile circumvallant: latrones thalamum tuum perfodiunt: adulterini susurri tuam sponsam circumsonant: iterum paradisi

Luc. 8. 24.

A καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται τῷ θεῷ τῷ ἀληθινῷ. καὶ ὁ μὲν προφήτης, ὡς ἔφην, ἅπασαν γλῶσσαν τῷ τῆς θεογνωσίας περικλείει δικτύῳ· ἡμεῖς δὲ σήμερον καὶ ἀγλώττου ῥήτορος ἀκουσώμεθα τῇ εὐσεβείᾳ συνηγοροῦντος· οἱονεὶ γάρ τις κιθάρα πλῆκτρον οὐκ ἔχουσα τὸν δημιουργὸν εὐφημεῖ. λεγέτω τοίνυν καὶ ὁ μακάριος Ρωμανός· ἡ γλῶσσά μου κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου. ποία γλῶσσα; οὐχ ἣν ὁ σίδηρος ἀφεῖλεν, ἀλλ' ἣν ἡ τοῦ πνεύματος χάρις ἐχάλκευσε. τῆς γλώσσης γὰρ συληθείσης ἡ τοῦ πνεύματος χάρις ἀντεισήχθη. εἶχον καὶ οἱ ἀπόστολοι γλώσσας· ἀλλ' ἵνα δειχθῇ τοῦ ἐνεργοῦντος ἡ
B δύναμις, ὁ πηλὸς ἤργει, καὶ τὸ πῦρ τὸ οὐράνιον ἐφθέγγετο. εἶχε καὶ ἡ Μωσαϊκὴ γραφὴ τοῦ ὑπὲρ λόγον πράγματος τὴν εἰκόνα· βάτος γὰρ παρ' ἐκείνῳ καὶ πῦρ· καὶ τὸ ἀποστολικὸν πῦρ τὰς τοῦ κηρύγματος φωνὰς ἐπὶ τῆς βάτου προετύπου, καὶ φωνὴν τῷ ἀψύχῳ χαρίζεται, ἵνα τῶν ἐμψύχων ὀργάνων ἀψάμυθον πιστευθῇ. εἰ γὰρ τὸ ἄψυχον ἡ ἀφὴ τοῦ πυρὸς ἔμφωνον ἀπειργάσατο, πῶς οὐκ ἔμελλεν ἀναπλῆσαί που ψυχὰς λογικὰς δι' ἀφῆς τὸ παναρμόνιον ἀνακρούεσθαι μέλος; ταύτης μετεῖχε τῆς χάριτος καὶ Ρωμανὸς ὁ ἀοίδιμος, καὶ τὴν γλῶτταν ἀποτ-
C μηθεὶς τρανωτέρῳ φθόγγῳ τὸν τύραννον ἤλεγχεν. οὐκ ἂν δὲ ὅλως ὁ τύραννος ἐπὶ τὴν τῆς γλώττης ἔδραμεν ἐκτομὴν, εἰ μὴ τῶν ἐλέγχων ἐφοβήθη τὰ ῥεύματα· εἰ μὴ τὸν χειμάρρουν τοῦ κηρύγματος κατεπλάγη· εἰ μὴ τὰ κύματα τῆς εὐαγγελικῆς ῥητορείας στορέσαι ὑπέλαβεν. ἀλλ' ἴδωμεν, ὅθεν ὁ τύραννος εἰς ἀνάγκην ἔρχεται τῆς τοιαύτης τόλμης.

Δαίμοσί ποτε θύσας ὁ δυσσεβὴς, καὶ καπνοῦ καὶ κνίσσης ἀνάπλεως γεγονὼς, καὶ ταῖς σταγόσι τῆς ἀσεβείας μεμολυσμένος, δρομαίως ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν ἐχώρει, καὶ τὸν ἡμαγμένον ἐπιφερόμενος πέλεκυν τὸ ἀναίμακτον θυσια-
D στήριον πρὸς ἱερουργίαν ἀθέμιτον ἐπεζήτει. ἀλλ' οὐκ ἔλαθεν ἡ τοῦ τυράννου λύττα τὸν μάρτυρα· εὐθέως γοῦν ἐκπηδήσας εἰς τὰ προπύλαια, φερομένην ἤδη τῆς ἀσεβείας τὴν ἐπίκλυσιν ἀναστέλλει. καὶ καθάπερ τις εὐμήχανος κυβερνήτης τὴν θάλατταν βλέπων κατὰ τῆς πρώρας ἐπιφερομένην, ἠρεμεῖν οὐκ ἀνέχεται, ἀλλὰ τὸ σκάφος ὅλον κούφῳ ποδὶ διατρέχει, καὶ διὰ τοῦ πηδαλίου τὴν πρύμναν ἐγείρας ἵστησι τὸ πλοῖον τοῖς κύμασιν ἀντιπρόσωπον, καὶ μετεωρίσας τὸ κινδυνεῦον μέσην διασχίζει τὴν τρικυμίαν, καὶ τέχνῃ τινὶ τὸ κυρτωθὲν πέλαγος αὐλακίζει· τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Ρωμανὸς ἐποίησε, τῆς εἰδωλικῆς θαλάττης βλάσφημα μυκω-
E μένης, καὶ κατὰ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ σκάφους λυττώσης, καὶ ἀφρὸν αἱμάτων κατὰ τῶν θυσιαστηρίων ἐρευγομένης, μόνος ἀνθοπλίζεται τῇ μαινομένῃ θαλάττῃ, καὶ εἰς ἄκρον ὁρῶν τὸ σκάφος σφαλλόμενον ἀφυπνίζει τὸν ἐν τῷ πλοίῳ δεσπότην· ἀφυπνίζει δὲ αὐτὸν τὸν τῆς μακροθυμίας ὕπνον καθεύδοντα. βλέπει τὸ πέλαγος ταῖς ἀντιπνοίαις χειμαζόμενον, καὶ τὰ τῶν κινδυνευόντων μαθητῶν φθέγγεται ῥήματα· ἐπιστάτα σῶσον, ἀπολλύμεθα· πειραταὶ τὸ σκάφος περιστοιχίζονται· λύκοι πολιορκοῦσι τὸ ποίμνιον· λῃσταὶ τὴν παστάδα τὴν σὴν διορύττουσι· μοιχικὰ συρίγματα τὴν σὴν νύμφην περιεκτυπεῖ· πάλιν

ὄφις τοιχωρυχεῖ τὸν παράδεισον· ὁ τῆς ἐκκλησίας θεμέλιος ἡ πέτρα σαλεύεται· ἀλλ' ἐξ οὐρανοῦ τὴν εὐαγγελικὴν ἄγκυραν ῥῖψον, καὶ τὴν πέτραν στήριξον σειομένην· ἐπιστάτα σῶσον, ἀπολλύμεθα. ὁ κοινὸς κίνδυνος μερίζει τὸν μάρτυρα, καὶ πρὸς τὸν δεσπότην παῤῥησιάζεται· ἐπαφίησι ῥεῦσαν κατὰ τοῦ τυράννου τὴν γλῶτταν· στῆσον λέγων τὸν ἐμμανῆ τοῦτον δρόμον, ὦ τύραννε· ἐπίγνωθι τῆς σῆς ἀσθενείας τὰ μέτρα· αἰδέσθητι τοῦ σταυρωθέντος τοὺς ὅρους· ὅροι δὲ τοῦ σταυρωθέντος οὐ τῆς ἐκκλησίας οἱ τοῖχοι, ἀλλὰ τῆς οἰκουμένης τὰ πέρατα. ἀποτίναξαι τὴν ἀχλὺν τῆς μανίας· βλέψον εἰς γῆν, καὶ τὸ τῆς φύσεως τῆς σῆς ἀσθενὲς ἐνθυμήθητι· ἀνάβλεψον εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ τοῦ πολέμου τὸ μέγεθος λόγισαι· τῶν δαιμόνων τὴν ἀσθενῆ διάπτυσον συμμαχίαν· σκόπησον, ὅτι τῷ σταυρῷ πεπληγότες οἱ δαίμονές σε προστάτην τῶν βωμῶν τῶν οἰκείων προβάλλονται. τί διώκεις ἀκατάληπτα; τί τοξεύεις ἀπέραντα; μὴ γὰρ τοίχοις ὁ θεὸς περιγράφεται; ἀπερίγραπτον τὸ θεῖον· μὴ γὰρ ὀφθαλμοῖς ὁ ἡμέτερος δεσπότης ὁρᾶται; ἀθεώρητος γάρ ἐστι καὶ ἀνείδεος τῇ οὐσίᾳ· κατὰ δὲ τὸ ἀνθρώπινον γράφεται καὶ ὁρᾶται. μὴ γὰρ λίθον καὶ ξύλον οἰκεῖ πιπράσκων ἀντὶ βοὸς, καὶ προβάτου τὴν πρόνοιαν; μὴ γὰρ βωμὸς τοῖς συναλλάγμασιν αὐτοῦ μεσιτεύει; αὕτη τῶν σῶν δαιμόνων ἡ λίχνος προσαίτησις. ὁ ἐμὸς δεσπότης, μᾶλλον δὲ ὁ τῶν ὅλων δεσπότης Χριστὸς, οὐρανὸν οἰκεῖ, καὶ κόσμον ἡνιοχεῖ, καὶ θυσία τούτῳ ψυχὴ πρὸς αὐτὸν ἀνανεύουσα, μία τούτῳ τροφὴ τῶν πιστευόντων σωτηρία. παῦσαι κατὰ τῆς ἐκκλησίας τὰ ὅπλα κινῶν· ἐπὶ γῆς τὸ ποίμνιον, καὶ ὁ ποιμαίνων ἐν οὐρανῷ· ἐπὶ γῆς αἱ κληματίδες, καὶ ἐν οὐρανῷ ἡ ἄμπελος· ἂν δὲ ἐκτέμῃς τὰς κληματίδας, πολυπλασιάζεις τὴν ἄμπελον. λύθρου γέμουσιν αἱ χεῖρές σου· τὸ ξίφος τὸ σὸν ἀπὸ θυμάτων ἐστὶν ἀλόγων· φεῖσαι τῶν ἀναιτίων θρεμμάτων, καὶ ἡμῖν τοῖς ἐλέγχουσιν ἔπαφες τὸν σίδηρον· φεῖσαι τῶν σιωπώντων ἀλόγων, καὶ ἡμᾶς τοὺς κατηγοροῦντας ἀπόσφαττε. οὐ γὰρ οὕτω φοβοῦμαι τὸν ἀνδροφόνον σίδηρον, ὡς τὸν ἐπιβώμιον πέλεκυν· ὁ ἀνδροφόνος σίδηρος τὸ σῶμα διασπαράττει, ὁ ἐπιβώμιος πέλεκυς τὴν ψυχὴν ἀναιρεῖ· ὁ ἀνδροφόνος σίδηρος τὸ θυόμενον κατασφάττει, ὁ δὲ ἐπιβώμιος πέλεκυς καὶ τὸ θυόμενον καὶ τὸν θύοντα συναπόλλυσι. τέμε τὸν αὐχένα τὸν ἐμὸν, καὶ μὴ μολύνῃς θυσιαστήριον. ἔχεις αὐτοκέλευστον ἱερεῖον, τί τὸν δεσμώτην ταῦρον ἀνανεύοντα συμποδίζεις; εἰ θύειν ἐπιθυμεῖς, ἐν τοῖς τῆς ἐκκλησίας προθύροις θῦε λογικὸν ἱερεῖον. οὐ φέρει τὴν ἄμετρον ὁ τύραννος παῤῥησίαν τοῦ μάρτυρος· ἀλλ' εὐθὺς ἀπὸ τῆς γλώττης τοῦ θύματος ἄρχεται. ἐκτέμνει τοίνυν τὴν γλῶτταν, οὐκ ἀνελεῖν βουλόμενος, ἀλλὰ τῷ κηρύγματι πολεμῶν· οὐ τοσοῦτον τῷ κήρυκι φθονῶν, ὅσον τῷ κηρυττομένῳ βασκαίνων· ἀλλ' ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν, τὸ ἐκτμηθὲν ὄργανον τῆς φωνῆς ἐξ οὐρανοῦ ἀποδίδωσι, καὶ ἀοράτῳ γλώττῃ τὸν χωλεύοντα φθόγγον ὑποστηρίζει, καὶ χαρίζεται τῷ ἀγλώττῳ τὴν φωνὴν, ἔργῳ τὴν ἀνθρωπίνην δημιουργίαν ἐνδεικνύμενος τῷ τυράννῳ. καὶ καθάπερ οἱ

A parietem serpens effringit. Ecclesiæ fundamentum petra concutitur: at tu de cælo Evangelicam anchoram projice, ac petram agitatam obfirma: *Præceptor salva, perimus*, commune periculum Martyris animum divisit, & ad Dominum cum fiducia verba facit, atque adversus tyrannum fluentem linguam emittit. Siste, inquit, furiosum hunc cursum, ô tyranne: imbecillitatis tuæ mensuram agnosce: crucifixi terminos revereri: termini vero crucifixi non Ecclesiæ parietes, sed orbis terrarum sunt fines: furoris caliginem excute: respice in terram, & naturæ tuæ imbecillitatem considera: suspice in cælum, ac magnitudinem belli
B perpende: infirmum dæmonum auxilium contemne: animadverte dæmones cruce percussos te suorum altarium propugnatorem obtendere. Cur ea quæ nequeunt comprehendi persequeris? cur in aërem jacularis? num enim parietibus Deus circumscribitur? incircumscriptum est numen: num enim oculis Dominus noster conspicitur? invisibilis enim est essentia & informis: porro secundum humanitatem & pingitur, & videtur. Num enim lapidem & lignum inhabitans bove ac pecude providentiam vendit? num enim altare in ejus pactis velut interventor requiritur? ea tuorum est dæ-
C monum gulosa mendicatio: Dominus meus, vel universi potius Dominus Christus incolit cælum, ac mundum gubernat, & sacrificium est illi anima, quæ ad ipsum oculos sursum reflectit: unus illi cibus est salus credentium. Desine arma adversus Ecclesiam movere: in terris est grex, & pastor in cælis: in terra sunt palmites, & vitis in cælo: si palmites excidas, vitem multiplicas: cruore manus tuæ redundant: gladius tuus brutarum hostiarum sanguine tinctus est: parce pecudibus innocentibus, & in nos, qui reprehendimus, ferrum converte: parce tacentibus bestiis, & nos qui accusamus,
D interfice. Non enim ita ferrum homicidarum, ut securim inservientem altaribus pertimesco: homicidarum ferrum corpus laniat, securis altarium animam occidit: homicidarum ferrum id quod sacrificatur, mactat; at securis altarium & id quod sacrificatur, & eum qui sacrificat, simul perdit: cervicem trunca, nec aram commacula: habes victimam voluntariam, cur captivum taurum colligas reluctantem? Si mactare desideras, in Ecclesiæ vestibulo ratione præ-
E ditam hostiam macta. Non tulit immodicam dicendi libertatem martyris tyrannus, sed e vestigio a lingua sacrificium inchoavit. Linguam igitur excidit, non quod eam vellet avulsam: sed ut Evangelii prædicationem oppugnaret: non tam quod præconi invideret, quam quod invidia in eum, qui prædicabatur, arderet. Sed *qui comprehendit sapientes in astutia eorum*, excisum vocis instrumentum e cælo restituit, invisibili claudicantem sonum lingua suffulcit, vocem elingui largitur, & creationem hominis reipsa tyranno demonstrat. Et

Romani ad tyrannum oratio.

Lingua exciditur Romano.

1. Cor. 3.19.

quemadmodum puteorum fossores dum fodiendo venas aperiunt, efficiunt, ut laxiori meatu ferantur aquæ: sic & tyrannus, dum linguæ radicem ferro perfodit, vehementioribus reprehensionum scatebris obruebatur. Voluissem equidem in hujus Martyris argumento exsultantem orationem ad finem usque deducere: at justi spatii tempus advenit, & ut sileamus hortatur: nam & vobis ad utilitatem hæc dicta sufficiunt, & necessaria sunt patris documenta, ut dicta illa perficiantur. Nos vero & ea, quæ dicta sunt, memoriæ sinu complectamur, & iis quæ dicenda sunt animæ sulcos explicemus, ac super omnia miraculorum effectorem Christum adoremus; quoniam ipsi gloria cum Patre ac sanctissimo Spiritu nunc & semper, & in sæcula sæculorum, amen.

De Flaviano loquitur.

A φρεωρύχοι τὰς φλέβας [a] διασκαλεύοντες εὐρυτέραν τῷ ὕδατι τὴν ἐκροὴν ἀπεργάζονται, οὕτω καὶ ὁ τύραννος σιδήρῳ τῆς γλώττης διορύττων τὴν ῥίζαν, σφοδροτέροις ἐπεκλύζετο τοῖς τῶν ἐλέγχων κρουνοῖς. ἐβουλόμην ἄχρι τέλους ἐξχορεῦσαι τῇ τοῦ μάρτυρος ὑποθέσει· ἀλλ' ὁ τῆς συμμετρίας ἐπέστη καιρὸς, καί μοι σιωπᾶν ἐγκελεύεται· ὑμῖν τε γὰρ πρὸς ὠφέλειαν ἱκανὰ τὰ ῥηθέντα, καὶ ἀναγκαῖα τοῦ πατρὸς τὰ διδάγματα πρὸς τὸν τῶν ῥηθέντων ἀπαρτισμόν· ἀλλὰ καὶ τὰ ῥηθέντα τοῖς τῆς μνήμης κόλποις περιπτυξώμεθα, καὶ τοῖς λέγεσθαι μέλλουσι τοὺς τῆς ψυχῆς αὔλακας ἀναπτύξωμεν, καὶ ἐπὶ πᾶσι τὸν θαυματοποιὸν Χριστὸν προσκυνήσωμεν· ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα σὺν τῷ πατρὶ καὶ τῷ παναγίῳ πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

a Savil. in textu & Reg. διασκυλεύοντες, Morel. & Sav. in marg. διασκαλεύοντες.

AD HOMILIAS TRES IN SS. SEPTEM MACCABÆOS.

MONITUM.

HÆ Conciones Antiochiæ habitæ sunt, nullamque præferunt anni notam. Prior matrem præsertim Macchabæorum a constantia, animique robore plurimum commendat. Secunda septimum junioremque ex Macchabæis laudibus exornat, matre quoque identidem in laudum partem vocata. Hanc breviorem Chrysostomus in Macchabæos Homiliam pronunciavit; quo pluribus, inquit, illi laudibus a communi doctore cumularentur, nempe a Flaviano Episcopo, qui post Chrysostomum concionaturus erat. Tertia omnium brevissima in Macchabæos Homilia, a nonnullis in νοθείας *suspicionem vocatur, nec injuria: nam olet certe peregrinum: styli genus strigosum est, omnia ceu in transcursu dicuntur, neque tamen eam loco movendam esse putavi: satis enim erit scrupulum indicasse; ne quis eam ut certum S. Doctoris fetum habeat. Huic subjicimus fragmentum quoddam S. Joannis Chrysostomi in Macchabæos a Joanne Damasceno allatum lib. III. de Imaginibus, quod in nulla trium Homiliarum occurrit.*

Primæ in Macchabæos Homiliæ Interpretationem Latinam incerti cujusdam viri, utpote παραφραστικῶς *adornatam rejecimus, novamque paravimus. Secundæ & tertiæ Interpretatio est Frontonis Ducæi.*

IN SANCTOS MACCABÆOS, & in matrem eorum.

HOMILIA I.

1. QUAM speciosa nobis & læta civitas! quam toto anno splendidior hæc dies! non sole clariores, quam more solito, radios in terram effundente, sed sanctorum Martyrum luce plus, quam fulgur, totam nobis civitatem irradiante. Sexcentis enim solibus splendidiores hi sunt, ac magnis luminaribus clariores. Propter illos hodie terra ornatior est, quam ipsum cælum. Ne mihi pulverem dicas, ne mihi cinerem cogites, vel ossa tempore consumta: sed fidei oculos aperi, & vide assidentem ipsis Dei virtutem, ambientem ipsos

ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΑΓΙΟΥΣ ΜΑΚΚΑΒΑΙΟΥΣ, καὶ εἰς τὴν μητέρα αὐτῶν.

ΟΜΙΛΙΑ α'.

B [a] ΩΣ φαιδρὰ καὶ περιχαρὴς ἡμῖν ἡ πόλις, καὶ τοῦ παντὸς ἐνιαυτοῦ λαμπροτέρα ἡ σήμερον ἡμέρα, οὐ τοῦ ἡλίου φανερωτέραν ἀκτῖνα τῆς εἰωθυίας πρὸς τὴν γῆν ἀφιέντος σήμερον, ἀλλὰ τοῦ φωτὸς τῶν ἁγίων μαρτύρων ὑπὲρ ἀστραπὴν ἅπασαν τὴν πόλιν ἡμῖν καταυγάσαντος. μυρίων γὰρ ἡλίων οὗτοι λαμπρότεροι, καὶ τῶν μεγάλων φωστήρων φανερώτεροι. διὰ τούτους σεμνοτέρα τοῦ οὐρανοῦ σήμερον ἡ γῆ· μὴ γάρ μοι τὴν κόνιν εἴπῃς, μηδὲ τὴν τέφραν λογίζου, μηδὲ τὰ χρόνῳ δαπανηθέντα ὀστᾶ, ἀλλ' ἄνοιξον τῆς πίστεως τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ βλέπε παρακαθημένην αὐτοῖς τοῦ θεοῦ τὴν δύναμιν, περιβεβλημένην αὐτοῖς τοῦ πνεύματος τὴν

Contulimus cum Mss. Regiis 2343. & 2447.

a Initium sic effert Savil. in marg. Ως φαιδρὰ καὶ περιλαμπὴς ἡ παροῦσα ἡμέρα· μᾶλλον δὲ τοῦ παντὸς ἐνιαυτοῦ λαμπροτέρα, γέγονε δὲ λαμπροτέρα, οὐ τοῦ. Unus Reg. habet, Ως φαιδρὰ καὶ περιφανής. Paulopost idem Reg. τῆς εἰωθυίας ἀφιέντος σήμερον. Paulopost idem, πόλιν ἡμῶν, & mox, λαμπρότεροι διὰ τῶν

χάριν, περιεστάλκασιν αὐτοὺς τῷ οὐρανίου φωτὸς τὴν δόξαν. οὐ τοιαῦται δὲ ἐξ ἡλιακοῦ κύκλου πρὸς τὴν γῆν ἀκτῖνες ἀφίενται, οἷαι μαρμαρυγαὶ, καὶ λαμπηδόνες ἐκ τῶν σωμάτων ἐξαλλόμεναι τούτων αὐτὰς ἀποτυφλοῦσι τοῦ διαβόλου τὰς ὄψεις. καθάπερ γὰρ λῄσταρχοι καὶ τυμβωρύχοι ἐπειδὰν ἴδωσιν ὅπλα που κείμενα βασιλικὰ, θώρακα, καὶ ἀσπίδα, καὶ κράνος, χρυσῷ πάντα καταλαμπόμενα, ἀποπηδῶσιν εὐθέως, καὶ οὐδὲ προσελθεῖν, οὐδὲ ἅψασθαι τολμῶσι μέγαν ὑφορώμενοι κίνδυνον, εἴ τι τοιοῦτον τολμήσαιεν· οὕτω δὴ καὶ οἱ δαίμονες οἱ ἀληθινοὶ λῄσταρχοι, ὅπου περ ἂν ἴδωσι μαρτύρων σώματα κείμενα, δραπετεύουσι, καὶ ἀποπηδῶσιν εὐθέως. οὐ γὰρ πρὸς τὴν φύσιν αὐτῶν βλέπουσι τὴν πρὸς θνητὴν, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἀπόρρητον ἀξίαν τοῦ φορέσαντος αὐτὰ Χριστοῦ. ταῦτα γὰρ τὰ ὅπλα, οὐκ ἄγγελος, οὐκ ἀρχάγγελος, οὐκ ἄλλη τις κτιστὴ ἐνεδύσατο δύναμις, ἀλλ' αὐτὸς ὁ τῶν ἀγγέλων δεσπότης. καὶ καθάπερ ὁ Παῦλος ἐβόα λέγων· εἰ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ; οὕτω καὶ οὗτοι δύνανται βοᾶν καὶ λέγειν· εἰ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἡμῖν ἀγωνισαμένου Χριστοῦ; τίμια γὰρ τὰ σώματα, ἐπειδὴ πληγὰς ἐδέξαντο ὑπὲρ τοῦ ἰδίου δεσπότου, ἐπειδὴ στίγματα βαστάζουσι διὰ τὸν Χριστόν. καὶ καθάπερ στέφανος βασιλικὸς λίθοις ποικίλοις πάντοθεν καλλωπιζόμενος μαρμαρυγὰς διαφόρους ἀφίησιν, οὕτω δὴ καὶ τὰ σώματα τῶν ἁγίων μαρτύρων, ὥσπερ λίθοις τιμίοις τοῖς ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ τραύμασι κατεστιγμένα, παντὸς διαδήματος βασιλικοῦ τιμιώτερα καὶ σεμνότερα φαίνεται. οἱ μὲν οὖν ἔξωθεν ἀγωνοθέται ἀγῶνας τιθέντες μεγίστην φιλοτιμίαν εἶναι νομίζουσιν, ὅταν νέους ἀθλητὰς, καὶ σφριγῶντας εἰς τὰ σκάμματα καὶ τοὺς ἀγῶνας εἰσάγωσιν· ὥστε πρὸ τῆς ἐν τοῖς παλαίσμασιν ἐπιδείξεως, ἀπὸ τῆς τῶν μελῶν εὐεξίας θαῦμα παρασχεῖν τοῖς θεαταῖς· ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον. ἀγῶνα γὰρ τιθεὶς ὁ Χριστὸς οὐ τοιοῦτον οἷον ἐκεῖνοι, ἀλλὰ φρικτὸν καὶ φόβου γέμοντα· οὐ γὰρ ἀνθρώπων πρὸς ἀνθρώπους ἡ πάλη, ἀλλ' ἀνθρώπων πρὸς δαίμονας ἡ μάχη· τοιοῦτον τοίνυν ἀγῶνα τιθεὶς ἡμῖν, οὐ νέους ἀθλητὰς καὶ σφριγῶντας πρὸς τὰ παλαίσματα ἤγαγεν, ἀλλὰ μειράκια κομιδῇ, καὶ μετ' ἐκείνων γέροντα τὸν Ἐλεάζαρον, καὶ πρὸς τούτοις γυναῖκα γεγηρακυῖαν τὴν μητέρα τῶν μειρακίων. τί ποτε τοῦτο ἆρα ἐστίν; τὴν ἄχρηστον ἡλικίαν πρὸς τὰ ἀγωνίσματα εἰς τὰ σκάμματα ἄγεις; τίς ἤκουσε γυναῖκα ἀγωνιζομένην ποτὲ ἐν γήρᾳ τοσούτῳ; οὐδεὶς ἤκουσεν· ἀλλ' ἐγὼ τὸ παράδοξον τοῦτό, φησι, καὶ καινὸν καὶ οὔτε ἀκοῇ ποτε παραδεχθὲν διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν πιστώσομαι. οὐ γὰρ τοιοῦτος ἀγωνοθέτης ἐγὼ, ὡς τῇ τῶν ἀγωνιζομένων δυνάμει τὸ πᾶν ἐπιτρέπειν· ἀλλὰ πάρειμι, καὶ βοηθῶ, καὶ χεῖρα ὀρέγω τοῖς ἐμοῖς ἀθληταῖς, καὶ τῶν κατορθουμένων τὸ πλέον αὐτοῖς ἐκ τῆς ἐμῆς γίνεται προστασίας. ὅταν οὖν ἴδῃς γυναῖκα ὑπότρομον, γεγηρακυῖαν, βακτηρίας δεομένην, εἰς ἀγῶνα εἰσιοῦσαν, καὶ καταλύουσαν τυράννου μανίαν, περιγινομένην ἀσωμάτων δυνάμεων, κρατοῦσαν τοῦ διαβόλου ῥᾳδίως,

A Spiritus gratiam, circumfusam cælestis luminis gloriam. Non tales ex solari orbe in terram emittuntur radii, quales ex sanctis corporibus prosilientes fulgores diaboli oculos excæcant. Quemadmodum enim prædonum duces, aut sepulcrorum effossores, ubi vident imperatoria arma jacentia, loricam, clypeum, galeam, auro tota fulgentia, statim resiliunt, magnumque suspicantes periculum, neque accedere, neque ea contingere audent; sic & dæmones vere prædonum duces, ubicumque vident Martyrum corpora jacentia, statim fugiunt ac resiliunt. Non enim in mortalem naturam eorum respiciunt, sed in arcanam Christi,

Martyrum ossa dæmonibus terribilia.

B qui illa gestavit, dignitatem. Hæc quippe arma, non Angelus, non Archangelus, non alia quæpiam creata virtus induit, sed ipse Angelorum Dominus. Ac quemadmodum Paulus clamabat dicens: *An experimentum ejus quæritis, qui in me loquitur, Christi?* Sic & isti possunt clamare ac dicere, An experimentum quæritis ejus, qui in nobis certavit, Christi? Preciosa enim sunt corpora, quia plagas pro domino suo acceperunt, quia stigmata propter Christum gestant. Ac sicut corona Imperatoria, variis lapillis undique decorata, fulgores varios emittit; ita & sanctorum Mar-

2.Cor.13 3.

C tyrum corpora, quasi lapillis preciosis, vulneribus pro Christo susceptis distincta, omni imperatorio diademate preciosiora & venerabiliora videntur. Exteri quidem Agonothetæ certamina constituentes, rem admodum spectabilem esse putant, cum juvenes robustosque athletas in scammata & certamina inducunt; ita ut vel antequam certamina incipiantur, ex bona membrorum habitudine in admirationem spectatores moveant. Hic vero non ita se res habet, sed e contrario omnia. Agonem enim proponens Christus non talem qualem illi, sed horrendum & formidandum: quippe non hominum adversus ho-

D mines est lucta; sed hominum adversus dæmones certamen est; talem, inquam, agonem nobis proponens, non juvenes robustosque athletas ad certamina induxit; sed adolescentulos, ac cum illis senem Eleazarum, itemque mulierem vetulam adolescentium matrem. Quid hoc igitur est? Inutilem-ne ætatem ad certamina & scammata ducis? Quis audivit umquam mulierem in tanta senectute concertasse? Nemo audivit: sed ego, inquit, illam rem incredibilem, novam, & numquam antehac auditam, ipsis operibus credibilem

E faciam. Non enim is Agonotheta sum ego, qui certantium virtuti omnia committam: sed adsum, opem fero manumque athletis meis porrigo, & rei ab illis fortiter gestæ pars maxima ex patrocinio meo proficiscitur. Cum itaque videris mulierem trementem, vetulam, baculo egentem, in certamen ingressam, tyranni furorem prosternere, incorporeas virtutes superare, diabolum facile vincere, ejusque robur

ſtrenue admodum frangere, Agonothetæ gratiam admirare, Chriſti conſpecta virtute obſtupeſce. Non ſecundum carnem robuſti ſunt athletæ, ſed ſecundum fidem. Infirma eſt ipſorum natura, ſed potens eſt, quæ ungit eos, gratia: ſoluta ſunt ſenectute corpora, ſed roborati ſunt animi pietatis amore. Non eſt ſenſibilis pugna, ne igitur athletas extrinſecus conſideres; ſed ratiocinio eorum animi robur intus perpende: conſidera ipſorum fidei fortitudinem, ut ediſcas eum, qui cum dæmonibus pugnet, non robuſto corporis habitu & mole indigere, neque ætate florida; ſed etſi admodum juvenis ſit, etſi decurſa jam ætate, ſi animo generoſo robuſtoque præditus ſit, nihil damni ab ætate in certamine accipere.

Gratia Martyres fortes efficit.

2. Ecquid dico ſenem & juvenem, quando mulieres ipſæ hæc certamina inierunt, ſplendidiſque coronis redimitæ ſunt? Nam externa quidem certamina ætatem, naturam, & dignitatem exquirentia, ſervis, mulieribus, ſenibus, adoleſcentulis aditum intercludunt: hîc vero cuilibet conditioni, ætati cuilibet, utrique ſexui theatrum magna data libertate aperitur; ut & liberalitatem & inenarrabilem virtutem ejus, qui certamen inſtituit, ediſcas, & apoſtolicum illud dictum operibus confirmatum videas, *Quia virtus ejus in infirmitate perficitur.* Quando enim pueri & ſenes ſupra naturam fortiter agunt, Dei in ipſis operantis gratia ſplendide prorſus demonſtratur. Ut autem ediſcas illam exteriorem athletarum infirmitatem, ipſos coronam reportantes ſplendidiores reddere; age, ſene pueriſque dimiſſis, infirmiorem illis mulierem vetulam ſeptem filiorum matrem in medium adducamus: nam partus labores non leve impedimentum in his certaminibus afferunt. Quid ergo prius in ea admiremur? infirmitatem ne naturæ, an provectam ætatem, an maternæ commiſerationis ſenſum fragilem? [Mater enim erat, unde facile eam potuiſſet in tormentis viſcerum ſuorum vincere materna pietas, niſi divinæ pietatis altior virtus virili fide anile pectus armaret.] Magna ſiquidem hæc ſunt impedimenta ad tantæ patientiæ curſum. Ego vero aliud proferendum habeo his majus, quo & mulieris fortitudinem & diaboli vafritiem totam videamus. Quodnam illud? Animadverte improbi dæmonis nequitiam: non priorem illam traxit in ſcammata, ſed poſt filios ad certamina duxit. Quare? Ut poſtquam ſeptem filiorum cruciatibus, ejus animum prius dejeciſſet, ejuſque mentis firmitatem emolliviſſet, rerum illarum ſpectaculo prius abſumta fortitudine in ſuppliciis filiorum, infirmior demum facta facilius expugnari poſſet. Ne conſideres illos excepiſſe tormenta; ſed tecum reputa illam ad ſingulos, graviores tuliſſe dolores, & in ſingulis

2. Cor. 12. 9.

Matris Machabæorum virtus.

A συγκόπτουσαν αὐτοῦ [a] τὴν ἕξιν μετ' ἐξουσίας πολλῆς, θαύμασον τοῦ ἀγωνοθέτου τὴν χάριν, ἐκπλάγηθι τοῦ Χριστοῦ τὴν δύναμιν. οὐ σφριγῶσι κατὰ τὴν σάρκα οἱ ἀθληταί, ἀλλὰ σφριγῶσι κατὰ τὴν πίστιν· ἀσθενὴς αὐτῶν ἡ φύσις, ἀλλὰ δυνατὴ ἡ ἀλείψασα αὐτοὺς χάρις· παραλέλυται τὰ σώματα τῷ γήρᾳ, ἀλλὰ συγκεκρότηται τὰ φρονήματα τῷ πόθῳ τῆς εὐσεβείας. οὐκ ἔστιν αἰσθητὸς ὁ ἀγών· μὴ τοίνυν ἔξωθεν καταμάθῃς τοὺς ἀθλητάς· ἀλλ' εἴσελθε τῷ λογισμῷ πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς αὐτῶν εὐεξίαν· κατάμαθε τὴν πίστεως αὐτῶν τὴν ἰσχύν· ἵνα μάθῃς ὅτι [b] ὁ δαίμοσι πυκτεύων οὐ σώματος ἰσχυρᾶς [b]
δεῖται περιβολῆς, οὐδὲ ἡλικίας ἀκμαζούσης, ἀλλὰ κἂν
B κομιδῇ νέος ᾖ, κἂν εἰς ἔσχατον γῆρας ἐληλακώς, ψυχὴν δὲ ἔχῃ γενναίαν καὶ ἐῤῥωμένην, οὐδὲν ἀπὸ τῆς ἡλικίας εἰς τὰ ἀγωνίσματα παραβλάπτεται.

Καὶ τί λέγω γέροντα καὶ νέον, ὅπου γε καὶ γυναῖκες πρὸς ταῦτα ἀπεδύσαντο τὰ παλαίσματα, καὶ λαμπροὺς ἀνεδήσαντο τοὺς στεφάνους; οἱ μὲν γὰρ ἔξωθεν ἀγῶνες καὶ ἡλικίαν, καὶ φύσιν, καὶ ἀξίαν ἐξετάζοντες, καὶ δούλοις, καὶ γυναιξὶ, καὶ πρεσβυτέροις, καὶ μειρακίοις τὴν πρὸς αὐτοὺς εἴσοδον ἀποκλείουσιν, ἐνταῦθα δὲ πάσῃ μὲν ἀξίᾳ, πάσῃ δὲ ἡλικίᾳ, ἑκατέρᾳ δὲ τῇ φύσει τὸ θέατρον μετὰ πάσης ἀδείας ἀνέῳκται, ἵνα καὶ τὴν ἀφθονίαν, καὶ τὴν ἄφατον δύναμιν τοῦ τὸν ἀγῶνα τιθέντος καταμάθῃς, καὶ τὸ ἀπο-
C στολικὸν ἐκεῖνο διὰ τῶν ἔργων βεβαιούμενον ἴδῃς, ὅτι ἡ δύναμις αὐτοῦ ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. ὅταν γὰρ παιδία καὶ γέροντες τὰ ὑπὲρ τὴν φύσιν ἰσχύωσι, διὰ πάντων λαμπρῶς ἡ τοῦ δι' αὐτῶν ἐνεργοῦντος θεοῦ διαφαίνεται χάρις. καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι ἡ ἀσθένεια τῶν ἀθλητῶν αὕτη ἡ ἔξωθεν, λαμπροτέρους ποιεῖ γενέσθαι τοὺς στεφανίτας, φέρε δὴ, τὸν γέροντα καὶ τὰ παιδία ἀφέντες τὴν ἀσθενεστέραν αὐτῶν παραγάγωμεν εἰς μέσον τὴν γυναῖκα, τὴν γεγηρακυῖαν, τὴν ἑπτὰ παίδων μητέρα. καὶ γὰρ αἱ ὠδῖνες οὐ μικρὸν κώλυμα τῶν παλαισμάτων τούτων εἰσί. τί οὖν αὐτῆς πρότερον θαυμάσαι ἄξιον; τὸ τῆς φύσεως ἀσθε-
νὲς, ἢ τὸ τῆς [c] ἡλικίας ὥριμον, ἢ τὸ τῆς συμπαθείας [c]
D εὐεπηρέαστον; μεγάλα μὲν γὰρ καὶ ταῦτα κωλύματα πρὸς τὸν τοσαύτης καρτερίας δεόμενον δρόμον· ἐγὼ δὲ καὶ ἕτερον ἔχω τούτων μεῖζον εἰπεῖν, δι' οὗ καὶ τὴν ἀνδρείαν τῆς γυναικὸς, καὶ τὴν τοῦ διαβόλου κακουργίαν ἅπασαν κατοψόμεθα. τί δὲ τοῦτό ἐστι; σκόπει μιαροῦ δαίμονος πονηρίαν· οὐ προτέραν αὐτὴν εἵλκυσεν εἰς τὰ σκάμματα, ἀλλὰ μετὰ τοὺς παῖδας ἤγαγε πρὸς τὰ παλαίσματα. τί δή ποτε; ἵνα ταῖς τῶν ἑπτὰ παίδων βασάνοις προκαταβαλὼν αὐτῆς τὸ φρόνημα, καὶ τὸ στεῤῥὸν τῆς διανοίας
E μαλάξας, διὰ τῆς τῶν γινομένων θέας προδαπανηθείσης αὐτῇ τῆς ἰσχύος ἐν ταῖς τῶν ἐγγόνων κολάσεσιν, ἀσθενεστέρα λοιπὸν γενομένη ῥᾳδίως ἐπιθῆται. μὴ γὰρ δὴ τοῦτο ἴδῃς, ὅτι ἐκεῖνοι τὰς βασάνους ἐδέχοντο, ἀλλ' ἐκεῖνο σκόπει, ὅτι αὐτὴ καθ' ἕκαστον αὐτῶν χαλεπωτέρας ὑπέμενε τὰς ὀδύνας, καὶ καθ' ἕκαστον αὐτῶν

a Sic unus Regius recte; alii, τὴν ὄψιν.
b Unus Reg. ὁ δαίμοσι παλαίων.
c Idem Reg. τῆς ἡλικίας ἄωρον, ἤ. Ibidem quæ uncinis clauduntur in Interpretatione Latina, in nullo Græco, quod videre licuit, exemplari habentur, ſed ex veteri Interpretatione deſumta ſunt.

ἀπεσφάττετο,

ἀπεσφάττετο. καὶ τὸ λεγόμενον τοῦτο ἴσασι καλῶς, ὅσαι πεῖραν ὠδίνων ἔλαβον γυναῖκες, καὶ μητέρες ἐγένοντο. πολλάκις γοῦν ὁρῶσα μήτηρ παιδίον πυρετῷ φλεγόμενον, πάντα ἂν ἕλοιτο παθεῖν, ὥστε ἀπὸ τοῦ σώματος ἐκείνου πρὸς ἑαυτὴν μεταγαγεῖν τὸ πῦρ τοῦ νοσήματος. οὕτω τῶν οἰκείων κακῶν τὰς τῶν παίδων συμφορὰς ἀφορητοτέρας αἱ μητέρες εἶναι νομίζουσιν. Εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς, ὥσπερ οὖν ἀληθὲς, χαλεπώτερον τῶν παιδίων ἐν ταῖς τῶν παιδίων βασάνοις ἐκολάζετο ἡ μήτηρ, καὶ μεῖζον τὸ μαρτύριον ἐν τῇ μητρὶ, ἢ ἐν τοῖς παιδίοις ἐγίνετο. Εἰ γὰρ ἑνὸς παιδίου νόσος ἀκουομένη μόνον διαταράττει τὰ σπλάγχνα τῆς τεκούσης, οὐχ ἑνὸς παιδίου, ἀλλὰ τοσούτου χοροῦ παίδων ἀναιρουμένου, οὐκ ἀκοῇ δεχομένη τὰ παθήματα, ἀλλ᾽ ὄψει παραλαμβάνουσα τὰ γινόμενα, τί οὐκ ἂν ἔπαθε; πῶς οὐκ ἐξέστη [a] τῇ διανοίᾳ ἕκαστον αὐτῶν ὁρῶσα διαφόροις τισὶ, καὶ φρικταῖς τιμωρίαις κατὰ μικρὸν ἀναιρούμενον; πῶς οὐκ ἀπεῤῥάγη τοῦ σώματος ἡ ψυχή; πῶς οὐκ ἀπὸ τῆς πρώτης ὄψεως ἐπὶ τὴν πυρὰν ἐπεπήδησεν ἀπαλλάττουσα ἑαυτὴν τῆς λοιπῆς θεωρίας; εἰ γὰρ καὶ φιλόσοφος ἦν, ἀλλὰ μήτηρ· εἰ καὶ θεοφιλὴς, ἀλλὰ καὶ σάρκα περιέκειτο· εἰ καὶ πρόθυμος ἦν, ἀλλὰ καὶ γυναικείας μετεῖχε φύσεως· εἰ καὶ τῷ ζήλῳ τῆς εὐσεβείας ἔζεεν, ἀλλὰ καὶ τῷ δεσμῷ τῶν ὠδίνων κατείχετο. Εἰ γὰρ ἡμεῖς ἄνδρες ὄντες κατάδικον πολλάκις ὁρῶντες διὰ τῆς ἀγορᾶς ἀγόμενον τὸ σπαρτίον ἐπὶ τοῦ στόματος ἔχοντα, ἐπὶ τὸ βάραθρον ἑλκόμενον, οὐδὲν δικαίωμα φιλίας πρὸς αὐτὸν ἔχοντες ἀπὸ τῆς θέας μόνης κατακλώμεθα, καίτοι ἱκανὴν ἔχοντες παραμυθίαν πρὸς τὸ μηδὲν τοιοῦτον παθεῖν, τὴν τοῦ καταδεδικασμένου πονηρίαν, τί παθεῖν ταύτην εἰκὸς οὐχὶ κατάδικον ἕνα ὁρῶσαν ἀπαγόμενον, ἀλλ᾽ ἑπτὰ παιδία ἀθρόον ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ οὐχὶ συντόμῳ τελευτῇ, ἀλλὰ ποικίλαις κατακοπτόμενα σφαγαῖς; εἰ γὰρ λιθίνη τις ἦν, εἰ γὰρ ἐξ ἀδάμαντος αὐτῇ τὰ σπλάγχνα ἐπεπήγει, οὐκ ἂν διεταράχθη, οὐκ ἂν ἔπαθέ τι τοιοῦτον, οἷα καὶ γυναῖκα καὶ μητέρα παθεῖν εἰκὸς ἦν; ἐννόησον πῶς θαυμάζομεν τὸν πατριάρχην Ἀβραὰμ, ὅτι τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἀνενεγκὼν συνεπόδισε, καὶ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον ἀνεβίβασε, καὶ τότε ὄψει καλῶς ὅση τῆς γυναικὸς ἡ ἀνδρεία. ὢ πικροτάτης θέας καὶ ἡδίστης ἐκείνης. πικροτάτης μὲν διὰ τὴν φύσιν τῶν γινομένων, ἡδίστης δὲ διὰ διάθεσιν τῆς ὁρώσης· οὐ γὰρ ἑώρα τὸ καταῤῥέον αἷμα, ἀλλ᾽ ἑώρα τοὺς στεφάνους τῆς δικαιοσύνης πλεκομένους· οὐκ ἔβλεπε διορυττομένας πλευρὰς, ἀλλ᾽ ἔβλεπεν οἰκοδομουμένας σκηνὰς αἰωνίους· οὐχ ἑώρα περιεστῶτας δημίους, ἀλλ᾽ ἑώρα κυκλοῦντας ἀγγέλους· ἐπελάθετο τῶν ὠδίνων, κατεφρόνησε [b] τῆς φύσεως, ὑπερεῖδε τῆς ἡλικίας· κατεφρόνησε φύσεως, πράγματος τυραννικοῦ, φύσεως, ἣ καὶ τῶν θηρίων κρατεῖν εἴωθε. πολλὰ γοῦν τῶν δυσαλώτων θηρίων οὕτως ἁλίσκεται διὰ τὴν πρὸς τὰ παιδία συμπάθειαν τῆς οἰκείας ἀλογοῦντα σωτηρίας, καὶ ἀφυλάκτως εἰς τὰς τῶν θηρατῶν ἐμπίπτοντα χεῖρας· καὶ οὐδέν ἐστι ζῶον οὕτως ἀσθενὲς, ὃ μὴ ὑπερασπίζῃ τῶν ἐγγόνων· οὐδὲν οὕτως ἥμερον, ὃ μὴ τῶν παιδίων ἀφαιρουμένων παροξύνηται. ἀλλ᾽ αὕτη καὶ τὴν διὰ τῶν λογικῶν ἀνθρώπων, καὶ τὴν

A eorum confossam esse. Quodque dicimus probe norunt quotquot mulieres partus dolores expertæ sunt, & matres evaserunt. Sæpe namque mater febri æstuantem filium videns, nihil non doloris amplectatur, ut ex illo corpore ægritudinis ignem in se transferat: ita nempe matres filiorum ærumnas propriis malis intolerabiliores existimant. Quod si hoc verum est, ut est profecto verum, in suppliciis filiorum gravius, quam ipsi filii, cruciabatur mater; majusque in matre martyrium erat, quam in filiis. Nam si vel unius filii morB bus nunciatus materna viscera turbat, non uno solum filio, sed tanto filiorum interfecto choro, cum non auditu solo, sed visu cruciatus perciperet, quid non passa fuerit? Quomodo mentis compos esse potuerit, cum singulos videret diversis & horrendis suppliciis paulatim occisos? quomodo non erupit e corpore anima? Quomodo non ex primo aspectu in rogum insiliit, ut se a reliquo spectaculo liberaret? Etsi enim philosophabatur, at mater erat; etsi religiosa erat, at carne induebatur; etsi alacris erat, at muliebris erat sexus; C etsi studio pietatis fervebat, sed partuum vinculo detinebatur. Nam si nos, viri cum simus, reum videntes per forum agi, funem in ore habentem, in barathrumque trahi, etiamsi nulla cum eo amicitia juncti, hoc spectaculo frangimur, etsi idoneum ad leniendam miserationem solatium habeamus, damnati nempe nequitiam; quantum illa passa fuerit, quæ non reum unum abduci videret, sed simul unaque die septem filios, non celeri morte, sed variis suppliciis cæsos? Etsi lapidea fuisset, etsi viscera habuisset adamantina, D annon turbata fuisset, annon quidpiam eorum passa esset, qualia & mulierem & matrem pati par erat? Cogita mihi, quantum admiremur patriarcham Abraham, qui filium suum, ut offerret, vinxit & altari imposuit; & tunc probe comperies quanta fuerit mulieris fortitudo. O acerbissimum, idemque suavissimum spectaculum! acerbissimum quidem ob rerum, quæ agebantur, naturam; suavissimum vero, ob affectum videntis. Non enim illa fluentem sanguinem respiciebat, sed coronas justitiæ contextas; non intuebatur confossa latera, sed æterna tabernacula construE cta; non videbat circumstantes carnifices, sed circumpositos Angelos. Oblita est dolores partus, contemsit naturam, despexit ætatem: despexit, inquam, naturam, rem tyrannicam; naturam, quæ vel feras ipsas vincere solet. Multæ namque captu difficiliores feræ, sic amore & commiseratione erga prolem capiuntur, suam non curantes salutem, sed incaute in venatorum manus incidentes. Nullumque est animal ita infirmum, ut prolem non defendat: nullum ita mansuetum, ut fetu suo orbatum non irritetur. Verum illa tyrannidem tum per rationabiles homines, tum

a Idem Reg. τῆς διανοίας.

b Idem Reg. τῆς κυήσεως.

per bruta animalia intensam dissolvit: neque solum non insilivit in caput tyranni, neque modo faciem ejus non laceravit, discerptos videns catulos, sed tantam philosophiæ magnitudinem exhibuit, ut immanes ipsi dapes præpararet: ac dum priores adhuc cruciarentur, reliquos ad suppliciorum experimentum inungeret.

3. Audiant matres, mulieris imitentur fortitudinem, prolisque amorem: sic filios nutriant. Non enim mulieris est parere, id nempe est naturæ; sed educare matris est, id namque est voluntatis. Ut vero discas non ex partu matrem fieri, sed ex educatione bona, audi Paulum, viduam coronantem, non ob partum, sed ob educationem liberorum: cum enim dixisset,

1. Tim. 5. 9. *Vidua eligatur non minus annorum sexaginta, testimonium habens in operibus bonis*, bonorum omnium caput addidit: quodnam illud? *si filios educavit*, inquit; non dixit, si filios peperit. Cogitemus ergo, quid verisimile sit passam fuisse mulierem, si tamen mulierem licet appellare, cum videret digitos super prunis palpitantes, caput exsiliens, ferream manum injectam, capiti alterius e filiis pellem detractam, & eum, qui talia passus esset, adhuc stantem & loquentem. Quomodo os aperuit? Quomodo linguam movit? Quomodo non anima e corpore evolavit? Id quomodo factum sit ego dicam. Non respiciebat in terram, sed ad futura omnia præparabatur. Unum tantummodo metuebat, ne parceret & prius agonem solveret tyrannus, ne chorum filiorum disjungeret, neu quidam sine coronis manerent. Quodque illud timeret hinc palam est, quod postremum quasi manibus correptum injecerit in lebetem, pro manibus verborum usa adhortatione atque consilio. Nos aliena mala non sine dolore audimus: illa vero propria mala sine dolore videbat. Hæc ne frustra audiamus, sed singuli auditorum totam hanc tragœdiam pro filiis suis accipiant, amabilem sibi vultum effingant, & sibi liberorum carissimos repræsentantes, in illis hos cruciatus inesse sibi depingant, & tunc pulcre dictorum vim noverint; imo vero ne ita quidem noverint: quia naturales ærumnas nullus sermo declarare poterit: experientia sola docet. Opportune illi dicatur postquam septem ejus filii coronam adepti

Psal. 51. 10. sunt, Propheticum illud: *Tu autem sicut oliva fructifera in domo Dei*. Nam in Olympicis quidem certaminibus, postquam mille ingressi sunt athletæ, uni tantum corona tribuitur: hic vero ex septem athletis, septem coronati prodierunt. Quem mihi agrum ostendas ita feracem? Quem uterum ita fecundum? Quos partus similes? Mater filiorum Zebedæi, Apostolorum mater fuit, sed duorum tantum: septem autem Martyres uterum unum tulisse non novi, quorum ipsa mater iis martyrii socia fuerit: neque tamquam una solum martyr addita fuerit, sed vice multorum. Filii namque septem tantum martyres

A διὰ τῶν ἀλόγων ζώων τεταμένην τῆς φύσεως τυραννίδα κατέλυσε· καὶ οὐ μόνον οὐκ ἐπεπήδησε τῇ κεφαλῇ τοῦ τυράννου, οὐδὲ διεσπάραξεν αὐτοῦ τὴν ὄψιν ὁρῶσα τοὺς σκύμνους διασπαρασσομένους, ἀλλὰ τοσαύτην ἐπεδείξατο φιλοσοφίας ὑπερβολὴν, ὡς καὶ παρασκευάζειν αὐτῷ τὴν ἀπάνθρωπον θοίνην, καὶ τῶν προτέρων ἔτι κολαζομένων τοὺς ὑπολειπομένους πρὸς τὴν τῶν αὐτῶν πεῖραν ἀλείφειν δεινῶν.

Ἀκουέτωσαν μητέρες ταῦτα· ζηλούτωσαν τὴν ἀνδρείαν τῆς γυναικὸς τὴν περὶ τὰ ἔκγονα φιλοστοργίαν· οὕτω τρεφέτωσαν τὰ παιδία. οὐ γὰρ τὸ τεκεῖν μητρὸς, τοῦτο γὰρ τῆς φύσεως· B ἀλλὰ τὸ θρέψαι μητρὸς, τοῦτο γὰρ τῆς προαιρέσεως. καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι οὐ τὸ τεκεῖν ποιεῖ μητέρα, ἀλλὰ τὸ θρέψαι καλῶς, ἄκουσον τοῦ Παύλου στεφανοῦντος τὴν χήραν οὐ διὰ τὸν τόκον, ἀλλὰ διὰ τὴν τροφὴν τῶν παιδίων. εἰπὼν γὰρ, χήρα καταλεγέσθω μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα γεγονυῖα, ἐν ἔργοις καλοῖς μαρτυρουμένη, τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἐπήγαγε· τί δὲ τοῦτό ἐστιν; εἰ ἐτεκνοτρόφησε, φησίν· οὐκ εἶπεν, εἰ ἐτεκνοποίησεν. ἐννοήσωμεν τοίνυν τί πάσχειν εἰκὸς τὴν γυναῖκα, εἴ γε γυναῖκα δεῖ αὐτὴν καλεῖν, ὁρῶσαν δακτύλους σπαίροντας ἐπὶ τῶν ἀνθράκων, κεφαλὴν ἐξαλλομένην, σιδηρᾶν χεῖρα ἐπιβαλλομένην ἑτέρου παιδίου κεφαλῇ, καὶ τὴν δορὰν C ἀποσύρουσαν, καὶ τὸν ταῦτα πάσχοντα ἑστῶτα ἔτι καὶ διαλεγόμενον. πῶς διῆρε στόμα; πῶς ἐκίνησε γλῶτταν; πῶς οὐκ ἀπέπτη τῆς σαρκὸς ἡ ψυχή; πῶς, ἐγὼ λέγω. οὐχ ἑώρα πρὸς τὴν γῆν, ἀλλὰ πρὸς τὰ μέλλοντα παρεσκευάζετο πάντα. ἓν ἐδεδοίκει μόνον, μὴ φείσηται, καὶ προκαταλύσῃ τὸν ἀγῶνα ὁ τύραννος· μὴ διασχίσῃ τὸν χορὸν τῶν παιδίων· μὴ μείνωσί τινες ἀστεφάνωτοι. καὶ ὅτι τοῦτο ἐδεδοίκει, τὸν ἔσχατον μονονουχὶ ταῖς χερσὶ λαβοῦσα οὕτως εἰς τὸν λέβητα ἐνῆκεν, ἀντὶ χειρῶν τῇ τῶν λόγων πρὸς αὐτὸν χρησαμένη παρακλήσει καὶ συμβουλῇ. ἡμεῖς οὐκ ἀκούομεν χωρὶς ἀλγηδόνος τὰ ἀλλότρια κακὰ, κἀκείνη ἔβλεπε D χωρὶς ἀλγηδόνος τὰ οἰκεῖα. ταῦτα μὴ ἁπλῶς ἀκούωμεν, ἀλλ' ἕκαστος τῶν ἀκροατῶν ἐπὶ τῶν οἰκείων ἀναλαμβανέτω παιδίων ἅπασαν ταύτην τὴν τραγῳδίαν· ὑποτυπούτω τὴν ὄψιν τὴν ποθουμένην, καὶ τὰ φίλτατα ὑπογράφων ἑαυτῷ, ἐπ' αὐτῶν ἀναζωγραφείτω ταῦτα τὰ πάθη, καὶ τότε εἴσεται καλῶς τῶν λεγομένων τὴν δύναμιν· μᾶλλον δὲ οὐδὲ οὕτως· τὰ γὰρ τῆς φύσεως πάθη λόγος μὲν οὐδεὶς παραστῆσαι δυνήσεται, πεῖρα δὲ διδάσκει μόνη. εὔκαιρον πρὸς ἐκείνην εἰπεῖν τὸ προφητικὸν ἐκεῖνο μετὰ τὸν στέφανον τῶν ἑπτὰ παίδων· σὺ δὲ ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν Ὀλυμπιακῶν ἀγώνων, χιλίων πολλάκις εἰσελθόντων ἀθλητῶν, εἰς ἕνα περιίσταται μόνον ὁ στέφανος· ἐνταῦθα δὲ ἀπὸ ἑπτὰ ἀθλητῶν E ἑπτὰ στεφανῖται γεγόνασι. ποίαν ἔχεις μοι δεῖξαι χώραν οὕτως εὔφορον; ποίαν νηδὺν οὕτως εὔτοκον; ποίας τοιαύτας ὠδῖνας; ἡ μήτηρ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου ἀποστόλων ἐγένετο μήτηρ, ἀλλὰ δύο μόνων· ἑπτὰ δὲ μάρτυρας οὐκ οἶδα μίαν ἐξενεγκοῦσαν γαστέρα, καὶ αὐτὴν πάλιν προστεθεῖσαν αὐτοῖς· οὐκ ἐν προσθήκῃ μιᾶς μάρτυρος μόνον, ἀλλ' ἐν πολλῷ πλειόνων. οἱ μὲν γὰρ παῖδες ἑπτὰ μάρτυρες

ἦσαν μόνον· τὸ δὲ σῶμα τῆς μητρὸς αὐτῶν προστεθὲν σῶμα μὲν ἦν ἕν, μαρτύρων δὲ δὶς ἑπτὰ χώραν ἐπλήρου, ὅτι τε καθ' ἕκαστον αὐτῶν ἐμαρτύρησε, καὶ ὅτι κἀκείνους τοιούτους εἰργάσατο, ἐκκλησίαν ὁλόκληρον μαρτύρων ἡμῖν ἀποκυήσασα. ἑπτὰ παῖδας ὤδινε, καὶ οὐδένα ὤδινε τῇ γῇ, ἀλλὰ πάντας τῷ οὐρανῷ, μᾶλλον δὲ τῷ βασιλεῖ τῶν οὐρανῶν εἰς τὴν μέλλουσαν αὐτοὺς ἅπαντας ἀπεκύησε ζωήν. ὁ μὲν οὖν διάβολος ἐσχάτην αὐτὴν ἦγε πρὸς τὰ παλαίσματα διὰ τὴν αἰτίαν, ἣν ἔφθην εἰπών· ἵνα τῆς δυνάμεως αὐτῇ προαναλωθείσης ἐν τῇ θεωρίᾳ τῶν βασάνων, εὐχείρωτος γένηται ἐσχάτη δεχομένη τὸν ἀντίπαλον. εἰ γὰρ αἷμα πολλάκις ὁρῶντες καταρρέον ἄνθρωποι κατέπεσον ὀλιγοψυχήσαντες, καὶ πολλῆς ἐδεήθησαν πραγματείας, ὥστε τὴν ζωὴν ἐκλείπουσαν αὐτοῖς, καὶ τοῦ σώματος ἀνιπταμένην τὴν ψυχὴν ἐπαναγαγεῖν· τοσούτους ἐκείνη αἵματος βλέπουσα ῥύακας, οὐκ ἐξ ἀλλοτρίας, ἀλλ' ἐκ τῆς τῶν παιδίων σαρκὸς καταρρέοντας, τί οὐκ ἂν ὑπέμεινεν; πόσον οὐκ ἂν ἐδέξατο θόρυβον τῇ ψυχῇ; ὁ μὲν οὖν διάβολος, ὅπερ ἔφθην εἰπών, διὰ τοῦτο μετὰ τοὺς παῖδας αὐτὴν ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας εἵλκυσεν, ὥστε ἀσθενεστέραν ἐργάσασθαι· ἐξέβη δὲ τοὐναντίον· μᾶλλον γὰρ θαρροῦσα πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἤρχετο. τίνος ἕνεκεν, καὶ διὰ τί; ὅτι οὐκ ἐδεδοίκει λοιπόν, οὐδὲ ἐφρόντιζεν ὑπέρ τινων ἐνταῦθα καταλιμπανομένων αὐτῇ παιδίων, μή ποτε καταμαλακισθέντες ἀποστερηθῶσι τῶν στεφάνων· ἀλλὰ πάντας αὐτοὺς ὥσπερ εἰς ἄσυλον ἀποθεμένη ταμεῖον τὸν οὐρανόν, πρὸς τοὺς ἄνω πέμψασα στεφάνους, καὶ τὰ ἀκίνητα ἀγαθά, θαρροῦσα ἐπαπεδύετο μετὰ πολλῆς τῆς ἡδονῆς· καὶ καθάπερ στεφάνῳ τινὶ τὸν τιμαλφέστατον λίθον, αὕτη τὴν σάρκα τὴν ἑαυτῆς τῷ χορῷ τῶν παιδίων ἐναρμόσασα πρὸς τὸν ποθούμενον Ἰησοῦν ἀπεδήμησε, μεγίστην ἡμῖν καταλιποῦσα παράκλησιν, καὶ συμβουλὴν τὴν διὰ τῶν ἔργων παραίνεσιν, ὥστε ἐρρωμένῃ ψυχῇ, καὶ ὑψηλῷ τῷ φρονήματι πάντων κατατολμᾶν τῶν δεινῶν. τίς γὰρ ἀνήρ; ποία γυνή; τίς πρεσβύτης; ποῖος νέος συγγνώμης τεύξεται λοιπόν, ἢ ἀπολογίαν ἕξει δεδοικὼς διὰ τὸν Χριστὸν ἐπαγομένους αὐτῷ κινδύνους, ὅταν γυνὴ καὶ γεγηρακυῖα, καὶ τοσούτων παίδων μήτηρ, καὶ πρὸ τῆς χάριτος ἀγωνισαμένη, κεκλεισμένων ἔτι τῶν τοῦ θανάτου πυλῶν, οὔπω τῆς ἁμαρτίας σβεσθείσης, οὐδὲ τοῦ θανάτου καταγωνισθέντος, μετὰ τοσαύτης προθυμίας τε καὶ ἀνδρείας τοσαύτας φαίνηται διὰ τὸν θεὸν ὑπομένουσα τιμωρίας; ταῦτα δὲ πάντα λογιζόμενοι, καὶ γυναῖκες, καὶ ἄνδρες, καὶ νέοι, καὶ γέροντες, τοὺς ἀγῶνας, καὶ τὰ παλαίσματα ὥσπερ ἐπὶ πίνακός τινος τῆς καρδίας ὑμῶν ἀπογραψάμενοι, διηνεκῆ συμβουλὴν πρὸς τὴν τῶν δεινῶν ὑπεροψίαν τὴν ἐκείνης καρτερίαν ἔχωμεν ἐναποκειμένην ἡμῶν τῇ ψυχῇ· ἵνα ἐνταῦθα μιμησάμενοι τὴν ἀρετὴν τῶν ἁγίων τούτων, κἀκεῖ τῶν στεφάνων δυνηθῶμεν αὐτοῖς κοινωνῆσαι, ὅσην ἐν τοῖς κινδύνοις φιλοσοφίαν ἐπεδείξαντο, τοσαύτην ἐν τοῖς ἀλόγοις πάθεσιν ἡμεῖς καρτερίαν ἐπιδεικνύμενοι, θυμῷ καὶ ἐπιθυμίᾳ χρημάτων, σωμάτων, δόξης κενῆς, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ἁπάντων. εἰ γὰρ τῆς τούτων περιγενοίμεθα φλογὸς καθάπερ ἐκεῖνοι τοῦ πυρός, δυνησόμεθα εἶναι

A erant: corpus vero matris ipsis adjectum, unum tantum corpus erat; sed bis septem martyrum locum implebat, quia in singulis eorum martyrium subiit, & quia illos tales reddidit, ecclesiam nobis martyrum integram peperit. Septem peperit filios, sed nullum terræ, omnes cælo peperit, imo potius regi cælorum, illos omnes in futuram enixa vitam. Diabolus ergo illam postremam in certamina duxit ob causam supra memoratam, ut virtute ejus in cruciatuum spectaculo consumta, expugnatu facilis esset cum ultima adversarium exciperet. Nam si plerumque homines sanB guinem profluentem videntes animi deliquium passi sunt, multaque curatione opus habuerunt, ut vita jam deficiens & anima mox avolatura revocaretur: tot illa videns sanguinis rivos, non ex aliena, sed ex filiorum carne manantes, quid non sustinuit? quam perturbationem non animo suscepit? Diabolus itaque, ut dixi, ideo illam post filios in certamina traxit, ut infirmiorem redderet; sed contra accidit: majori enim cum fiducia certamina adiit. Cur & qua de causa? Quia non timebat ultra, nec solicita erat de filiis quibusdam in hac vita relictis, ne emolliti coronis privarentur. Sed illos omnes, seu in tutum C quoddam receptaculum, in cælum deportatos habens, & ad supernas missos coronas bonaque immutabilia; multa cum fiducia & voluptate certamen adiit, & ceu lapidem preciosissimum coronæ cuipiam, carnem suam choro filiorum adaptans, ad desideratum Jesum profecta est, magnum nobis relinquens solatium & consilium, nempe adhortationem operibus factam, ut forti animo & sublimi sensu ærumnas omnes fidenter adeamus. Quis enim vir, quæ mulier, quis senex, quis juvenis, veniam consequetur, aut excusari poterit, si oblata sibi pro Christo periD cula reformidet, quando mulier vetula, & tot filiorum mater, ante gratiam decertans, clausis adhuc mortis janus, nondum exstincto peccato, neque debellata morte, cum tanta alacritate & fortitudine, tot propter Deum supplicia sustinuisse cernitur? Hæc porro omnia cogitantes & mulieres & viri, & juvenes & senes, agones & certamina in corde vestro, ceu in tabula quadam describentes, perenne consilium ad pœnarum contemtum, ejus patientiam in anima nostra repositam habeamus: ut hic sanctorum horum virE tutem imitati, illic coronarum consortes ipsis esse valeamus: quantam illi in periculis philosophiam exhibuerunt, tantam & nos in absurdis affectibus patientiam continentiamque demonstrantes, in ira, in concupiscentia pecuniarum, corporum, vanæ gloriæ, aliorumque omnium similium. Nam si horum flammam, quemadmodum illi ignem, superemus, prope ipsos

stare poterimus, eorumque fiduciæ participes esse: quam assequi nobis omnibus contingat, gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem & cum quo Patri gloria una cum sancto Spiritu nunc & semper, & in sæcula sæculorum, amen.

A πλησίον αὐτῶν, καὶ τῆς αὐτῆς μεταχεῖν παῤῥησίας. ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

IN SANCTOS MACCABÆOS.

HOMILIA II.

A ipse quoque dixit, *Dicent, uxor ejus est hæc, & servabunt te*; multo æquius est, ut justum laudemus, qui in tanta rerum difficultate potuerit & Ægyptium purum a sanguine conservare, & quantum in se situm erat, adulterii crimen minuere. Restat ut ad ejus nepotem Jacob orationem traducamus, ut illum quoque necem metuentem ac trementem videas hominem, qui a prima jam ætate philosophiam Apostolicam præ se tulerat. Paulus enim discipulis in hæc verba præcipiebat: *Habentes alimenta, &* B *quibus tegamur, his contenti erimus*; hoc & iste postulabat a Deo dicens: *Si dederit mihi Dominus panem ad vescendum & vestimentum ad induendum, sufficit nobis.* Sed & ipse tamen, qui nihil præter necessaria quærebat, qui domum neglexerat, qui benedictiones acceperat, qui matri paruerat, qui Deo amicus erat, qui per sapientiam naturæ vim attulerat; posterior quippe natura cum esset, benedictionibus prior evasit; qui tam multa potuerat, qui tantam philosophiam, tantamque pietatem præ se tulerat, post sexcenta certamina, post sexcentos agones, post sexcentas luctas & plurimas illas coro- C nas, cum in patriam reverteretur, & occursurus fratri esset, quasi belluam conspecturus, ejusque indignationem pertimescens, supplex Deo fit & orat, *Erue me de manu fratris mei Esau, quoniam eum timeo ego, ne forte veniens percutiat me, & matrem super filios.* Vides ut hic quoque mortem pertimescat? ut tremat, Deumque illius causa precetur? Visne ostendam & alterum virum magnum hoc eodem modo rursus affectum? Pone tibi ante oculos Heliam, animam ad cælum pertingentem ac divinam; ille enim qui cælum clausit, rursusque reseravit, qui desuper ignem dejecit, qui mirabile sacrifi- D cium illud obtulit; qui pro Deo zelo exarsit; ille, qui in corpore humano angelicam vitam exhibuit, qui præter ovinam pellem nihil habuit, qui rebus omnibus humanis superior evasit, adeo mortem metuit ac reformidat, ut post illa cuncta, post cælum & sacrificium, post melotem, desertum, & philosophiam tantamque fiduciam, vilem mulierculam pertimescat, & idcirco fugiat. Nam quia dixerat Jezabel: *Hæc faciant mihi dii, & hæc addant, nisi cras animam tuam posuero sicut animam unius ex illis, qui mortui sunt*; *timuit Helias*, inquit, *& fugit itinere dierum quadraginta.*

Exemplo Jacobi ostendit veteres metuisse mortem.

1. Tim. 6. 8.

Gen. 28. 20.

Gen. 32. 11.

Idem exemplo Heliæ Prophetæ probat.

3. Reg. 19. 2.

3. Vides, ut mors sit terribilis? Dominum E ergo laudemus, quod cum terribilis esset prophetis, contemtu facilem mulieribus reddiderit. Helias mortem fugiebat, mulieres ad mortem confugiebant: ille a morte resiliit, istæ mortem sunt consectatæ. Vides quanta repente facta sit mutatio? Abraham & Helias necem reformidant, mulieres autem quasi lutum pedibus suis mortem conculcarunt. Verumtamen ne illos quidem sanctos accusemus; non ipsorum est culpa; naturæ imbecillitas erat, non crimen arbitrii. Formidabilem esse tum temporis Deus

LLll iij

mortem volebat, ut gratiæ postea magnitudo innotesceret: formidabilem illam voluit esse; supplicium enim erat, idcirco dissolvi supplicii minas noluit, ne segniores homines postea redderentur. Maneat, inquit, ad eos terrendos coërcendosque sententia. Erit enim, erit tempus, quo & metu isto liberabuntur; quod utique accidit: nos quippe liberatos ab eo fuisse hoc metu declarant cum martyres, tum ante martyres Paulus. Audisti in veteri testamento dicentem Abraham, *Te quidem servabunt, me vero interficient?* audisti Jacob dicentem, *Erue me de manu Esau fratris mei, quoniam eum timeo ego?* Vidisti Heliam mulieris minas mortis causa fugientem? audi quomodo Paulus erga rem istam sit affectus, an formidabilem illam censeat ut illi: num ea imminente tristetur, ac metuat: imo vero e contrario, rem esse optabilem arbitratur: propterea dicit, *Dissolvi me, & esse cum Christo multo melius.* Illis formidabile, huic melius; illis injucundum, huic jucundum: ac merito sane: olim enim ad infernum mors deducebat, nunc autem ad Christum mors transmittit: quapropter Jacob quidem ait, *Deducetis senectutem meam cum tristitia ad inferos*; Paulus vero dicebat, *Dissolvi, & cum Christo esse me multo melius.* Hæc porro dicebat, non ut hanc vitam damnaret: absit, caveamus enim, ne hæreticis ansam præbeamus: neque quod eam tamquam malam fugeret, sed quod futuram, ut meliorem, exoptaret. Non enim dixit dissolvi, & esse cum Christo bonum esse simpliciter, sed melius: melius comparatione boni alicujus dicitur. Quemadmodum enim cum ait, *Qui matrimonio jungit, bene facit: qui vero non jungit, melius facit*, bonum quidem esse matrimonium ostendit, at meliorem virginitatem: ita nimirum & hoc loco, bona quidem vita præsens, inquit, multo vero melior est futura. Rursus alibi pari ratione philosophatur, & ait: *Sed & si immolor supra sacrificium, & obsequium fidei vestræ, gaudeo & congratulor omnibus vobis: idipsum autem & vos gaudete, & congratulamini.* Quid ais? moreris ô Paule, & ad societatem voluptatis homines advocas? quid tibi quæso accidit? non equidem morior, inquit, sed ad meliorem vitam transeo. Ut igitur homines magistratum ineuntes plurimos lætitiæ sibi socios ac participes futuros accersunt: sic & Paulus ad mortem pergens gaudii sui consortes futuros vocabat. Est enim mors requies quædam, laborum finis, sudorumque retributio, ac certaminum præmium & corona. Ideo principio quidem super mortuos planctus quidam & lamentationes fiebant: nunc autem psalmi & cantus hymnorum. Fleverunt igitur Jacob quadraginta diebus, fleverunt & Moysem totidem alias Judæi & planxerunt, quoniam mors tum temporis mors erat: jam vero non ita, sed hymni sunt, preces & psalmi, quæ omnia voluptatem in ea re esse declarant: psalmi enim hilaris animi signum sunt:

Gen.12.12. Gen.32.11.

Longe alia est conditio Christianorum.

Philip.1.23. Gen.42.38. Philip.1.23. 1.Cor.7.38. Phil.2.17.

Psalmi canebantur in funeribus Christianorum.

A ἵνα δειχθῇ μετὰ ταῦτα τῆς χάριτος τὸ μέγεθος· φοβερὸν αὐτὸν εἶναι ἐβούλετο· καταδίκη γὰρ ἦν· διὰ τοῦτο οὐκ ἤθελε λυθῆναι τῆς καταδίκης τὴν ἀπειλὴν, ἵνα μὴ ῥαθυμότεροι μετὰ ταῦτα γένωνται οἱ ἄνθρωποι. μενέτω φησὶν ἡ ἀπόφασις φοβοῦσα αὐτοὺς καὶ σωφρονίζουσα. ἔσται γὰρ, ἔσται καιρὸς, καθ' ὃν καὶ τῆς ἀγωνίας ἀπαλλαγήσονται ταύτης· ὃ δὴ καὶ συνέβη. ὅτι γὰρ ἡμᾶς ἀπήλλαξε τῆς ἀγωνίας ταύτης, δηλοῦσι μὲν οἱ μάρτυρες· δηλοῖ δὲ πρὸ τῶν μαρτύρων ὁ Παῦλος. ἤκουσας ἐν τῇ παλαιᾷ τοῦ Ἀβραὰμ λέγοντος, ὅτι σὲ μὲν περιποιήσονται, ἐμὲ δὲ ἀποκτενοῦσιν; ἤκουσας τοῦ Ἰακὼβ λέγοντος· ἐξελοῦ με κύριε ἐκ B χειρὸς Ἠσαῦ τοῦ ἀδελφοῦ μου, ὅτι φοβοῦμαι ἐγὼ αὐτόν; εἶδες τὸν Ἠλίαν φεύγοντα γυναικὸς ἀπειλὴν διὰ τὸν θάνατον; ἄκουσον πῶς ὁ Παῦλος περὶ τοῦ πράγματος τούτου διάκειται· εἰ φοβερὸν αὐτὸν εἶναι νομίζει καθάπερ ἐκεῖνοι· εἰ λυπεῖται ἐπιόντος αὐτοῦ, καὶ δέδοικε· τοὐναντίον μὲν οὖν, καὶ ποθεινὸν εἶναι νομίζει τὸ πρᾶγμα. διὰ τοῦτο, φησὶν, τὸ ἀναλῦσαί με, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον· ἐκείνοις φοβερὸν, τούτῳ κρεῖσσον· ἐκείνοις ἀηδὲς, τούτῳ ἡδύ· καὶ μάλα εἰκότως· τὸ μὲν γὰρ πρότερον ὁ θάνατος εἰς τὸν ᾅδην κατῆγε· νυνὶ δὲ ὁ θάνατος πρὸς τὸν Χριστὸν παραπέμπει. διὰ τοῦτο ὁ μὲν C Ἰακὼβ φησι· κατάξετε τὸ γῆράς μου μετὰ λύπης εἰς ᾅδην· ὁ δὲ Παῦλος ἔλεγε, τὸ ἀναλῦσαι, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναί με πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον. ταῦτα δὲ ἔλεγεν οὐ καταγινώσκων τῆς παρούσης ζωῆς· μὴ γένοιτο. [a] φυλαττώμεθα γὰρ μὴ δῶμεν χώραν τοῖς τῶν αἱρετικῶν λαβαῖς· οὐδὲ ὡς πονηρὰν φεύγων αὐτὴν, ἀλλ' ὡς κρείττονος τῆς μελλούσης ἐπιθυμῶν. οὐ γὰρ εἶπε τὸ ἀναλῦσαι, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι καλὸν ἁπλῶς, ἀλλὰ κρεῖσσον· τὸ κρεῖσσον καλοῦ τινος ἔσται κρεῖσσον. ὥσπερ γὰρ ὅταν λέγῃ ὅτι ὁ ἐκγαμίζων καλῶς ποιεῖ· ὁ δὲ μὴ ἐκγαμίζων κρεῖσσον ποιεῖ, καλὸν μὲν δείκνυσιν ὄντα τὸν γάμον, κρείττω δὲ D τὴν παρθενίαν· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα· καλὴ μὲν ἡ παροῦσα ζωή φησι· πολὺ δὲ βελτίων ἡ μέλλουσα. πάλιν ἀλλαχοῦ τὰ αὐτὰ δὴ ταῦτα φιλοσοφῶν ἔλεγεν· εἰ καὶ σπένδομαι ἐπὶ τῇ θυσίᾳ, καὶ λειτουργίᾳ τῆς πίστεως ὑμῶν, χαίρω καὶ συγχαίρω πᾶσιν ὑμῖν· τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ὑμεῖς χαίρετε καὶ συγχαίρετε. τί φῄς; ἀποθνήσκεις, Παῦλε, καὶ κοινωνοὺς καλεῖς τῆς ἡδονῆς τοὺς ἀνθρώπους; τί γέγονεν, εἰπέ μοι; οὐκ ἀποθνήσκω φησίν· ἀλλ' ἐπὶ τὴν μείζονα ἀναβαίνω ζωήν. καθάπερ οὖν ἄνθρωποι ἀρχὴν λαμβάνοντες πολλοὺς καλοῦσι τοὺς κοινωνήσαντας αὐτοῖς τῆς εὐφροσύνης, οὕτω καὶ Παῦλος ἐπὶ τὸν θάνατον ἰὼν, ἐκά- E λει τοὺς συνησθησομένους αὐτῷ. ἀνάπαυσις γάρ ἐστιν ὁ θάνατος, καὶ πόνων ἀπαλλαγὴ, καὶ ἱδρώτων ἀντίδοσις, καὶ ἀμοιβὴ παλαισμάτων καὶ στέφανος· διὰ τοῦτο παρὰ μὲν τὴν ἀρχὴν ἐπὶ τοῖς νεκροῖς κοπετοί τινες ἐγίγνοντο καὶ θρῆνοι· νῦν δὲ ψαλμοὶ καὶ ὑμνῳδίαι. ἔκλαυσαν γοῦν τὸν Ἰακὼβ τεσσαράκοντα ἡμέρας· ἔκλαυσαν καὶ τὸν Μωϋσῆν ἑτέρας τοσαύτας οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ ἐκόψαντο· ἐπειδὴ θάνατος τότε ὁ θάνατος ἦν· νυνὶ δὲ οὐχ οὕτως· ἀλλὰ ὑμνῳδίαι καὶ εὐχαὶ καὶ ψαλμοί· δηλούντων ἁπάντων, ὅτι ἡδονὴν ἔχει τὸ πρᾶγμα. οἱ γὰρ ψαλμοὶ εὐθυμίας

[a] Savil. in textu & Reg. φυλαττώμεθα γὰρ καὶ τὰς τῶν αἱρετικῶν λαβάς. Morel. & Savil. in marg. φυλαττώμεθα γὰρ μὴ δῶμεν χώραν τοῖς τῶν αἱρετικῶν λαβαῖς.

ἔμβολον· εὐθυμεῖ γάρ τις, φησὶν, ἐν ὑμῖν, ψαλλέτω. ἐπεὶ οὖν ἐν εὐθυμίας ἐσμὲν πεπληρωμένοι, διὰ τοῦτο ψάλλομεν ἐπὶ τοῖς νεκροῖς ψαλμοὺς, θαρρεῖν ὑπὲρ τῆς τελευτῆς παρακελευόμενοι. ἐπίστρεψον γὰρ, φησι, ψυχή μου εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, ὅτι κύριος εὐηργέτησέ σε. ὁρᾷς εὐεργεσίαν ὄντα τὸν θάνατον καὶ ἀνάπαυσιν; ὁ γὰρ εἰσελθὼν εἰς τὴν κατάπαυσιν ἐκείνην, κατέπαυσεν ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὥσπερ ἀπὸ τῶν ἰδίων ὁ θεός.

Καὶ περὶ μὲν τοῦ θανάτου τοσαῦτα· φέρε δὴ λοιπὸν ἐπὶ τὸ ἐγκώμιον τῶν μαρτύρων ἴωμεν, εἰ μὴ ἀπεκάμετε πρὸς τὴν ἀκρόασιν. καὶ γὰρ καὶ ταῦτα ἀπὸ τοῦ τῶν μαρτύρων ἐγκωμίου τὴν ὑπόθεσιν ἔλαβε· μικρὸν δὲ ἀνωτέρω τὸν λόγον ἀγαγεῖν ἀναγκαῖον. πόλεμος ἀνερριπίσθη ποτὲ κατὰ τῆς ἐκκλησίας χαλεπὸς, πολέμων [a] ἁπάντων βαρύτατος· διπλοῦς γὰρ ἐστὶ ὁ πόλεμος ἦν, ὁ μὲν ἔσωθεν, ὁ δὲ ἔξωθεν· ὁ μὲν παρὰ τῶν οἰκείων, ὁ δὲ παρὰ τῶν πολεμίων. ὁ μὲν παρὰ τῶν ἀλλοτρίων, ὁ δὲ παρὰ τῶν γνωρίμων· καί τοι εἰ καὶ ἁπλοῦς ὁ πόλεμος ἦν, ἀφόρητον ὑπῆρχε τὸ κακόν· καὶ εἰ ἔξωθεν προσέβαλλε μόνον, μέγα τῶν δεινῶν τὸ μέγεθος ἦν· νυνὶ δὲ διπλοῦς ἦν ἐστί, καὶ οὗ παρὰ τῶν ἔξωθεν ὁ παρὰ τῶν οἰκείων χαλεπώτερος. τὸν μὲν γὰρ ὡμολογημένον ἐχθρὸν ῥᾳδίως φυλάττεσθαι δυνατόν· ὁ δὲ φίλου μὲν ἔχων προσωπεῖον, τὰ δὲ ἐχθρῶν διαθεὶς, δυσάλωτος τοῖς ἐπιβουλευομένοις ἐστί. διπλοῦς τοίνυν τότε ὁ πόλεμος ἦν, ὁ μὲν ἐμφύλιος, ὁ δὲ παρὰ τῶν ἔξωθεν ἐπιών. μᾶλλον δὲ, εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἑκάτερος ὁ πόλεμος ἐμφύλιος ἦν. καὶ γὰρ οἱ ἔξωθεν προσβάλλοντες δικασταὶ καὶ ἄρχοντες καὶ στρατιῶται οὐκ ἀλλόφυλοί τινες ἦσαν, καὶ βάρβαροι, καὶ ἄλλης ἀρχῆς καὶ βασιλείας, ἀλλὰ τοῖς αὐτοῖς διοικούμενοι νόμοις, τὴν αὐτὴν πατρίδα οἰκοῦντες, τῆς αὐτῆς μετέχοντες πολιτείας. ὁ μὲν οὖν ἐμφύλιος ἦν ὁ παρὰ τῶν δικαστῶν· ὁ δὲ χαλεπώτερος ὁ παρὰ τῶν συγγενῶν, ὁ καινὸς καὶ παράλογος, καὶ πολλῆς γέμων ὠμότητος. καὶ γὰρ ἀδελφοὺς ἀδελφοὶ προεδίδοσαν, καὶ πατέρες τέκνα, καὶ ἄνδρες γυναῖκας, καὶ πάντα τὰ τῆς συγγενείας ἐπατεῖτο δίκαια, καὶ πᾶσα ἡ οἰκουμένη ἀνάστατος ἦν, καὶ οὐδεὶς οὐδένα τότε ἐπεγίνωσκεν· ἐκράτει γὰρ ὁ διάβολος μετὰ πολλῆς τῆς ὑπερβολῆς. ἐν ἐκείνῳ τοίνυν τῷ θορύβῳ καὶ τῷ πολέμῳ αἱ γυναῖκες αὗται· εἴγε γυναῖκας αὐτὰς χρὴ καλεῖν· καὶ γὰρ ἐν γυναικείῳ σώματι ἀνδρῶν ἐπεδείξαντο φρόνημα· μᾶλλον δὲ οὐκ ἀνδρῶν ἐπεδείξαντο φρόνημα μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν ὑπερέβησαν τὴν φύσιν, καὶ πρὸς τὰς ἀσωμάτους δυνάμεις τὴν ἅμιλλαν ἔθεντο· αὗται τοίνυν αἱ γυναῖκες ἀφεῖσαι πόλιν καὶ οἰκίαν καὶ συγγενεῖς πρὸς τὴν ἀλλοτρίαν μετετάξαντο. ὅταν γὰρ, φασιν, ὁ Χριστὸς ἀτιμάζηται, μηδὲν ἡμῖν ἔστω τίμιον μηδὲ ἀναγκαῖον· διὰ τοῦτο πάντα ἀφεῖσαι ἐξῆλθον. καὶ καθάπερ οἰκίας ἐν μέσῃ νυκτὶ πυρπολουμένης, οἱ καθεύδοντες ἔνδον, ἐπειδὰν αἴσθωνται τοῦ θορύβου, ταχέως ἐξαλλόμενοι τῆς κλίνης ἐκπηδῶσι τῶν προθύρων τῆς οἰκίας οὐδὲν τῶν ἔνδον λαβόντες· ἓν γὰρ μόνον σπουδάζουσιν, ὅπως τὸ σῶμα τὸ ἑαυτῶν προεξαρπάσωσι τῆς φλογὸς,

A *Æquo enim est animo quis in vobis? psallat:* Jacob 5. 13. quoniam igitur lætitia affluimus, idcirco psalmos super mortuos psallimus, qui nos cohortantur, ut mortem non timeamus. *Convertere enim*, inquit, *anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi.* Psal. 114. 7. Vides beneficium esse mortem ac requiem? qui enim ingressus est in requiem illam, ab operibus suis requievit, ut a propriis Deus.

4. Ac de morte quidem hactenus, age nunc deinceps nos ad Martyrum laudes convertamus; nisi forte sitis audiendo defessi: nam & hæc occasione laudis martyrum dicta sunt; paulo vero altius operæ B precium est narrationem ordiamur. Bellum adversus Ecclesiam grave quondam excitatum est, bellorum omnium gravissimum: duplex enim erat hoc bellum, unum quidem intus, alterum vero foris exortum: hoc a domesticis, illud ab hostibus; unum ab alienis, a familiaribus illatum alterum. Et vero licet bellum simplex fuisset, intolerabile malum exstitisset; ac licet exterius tantum ingruisset, ingens calamitatum magnitudo fuisset: nunc autem duplex erat hoc; & quod a domesticis, multo gravius est, quam quod ab externis: facile namque nobis ab eo cavere possumus, qui se C inimicum profiteatur: at eum, qui sibi amici larvam induit, non aliter autem atque inimicus affectus est, haud facile capere insidiis potes. Duplex ergo tum bellum erat, hoc civile, illud ab externis irruens; vel potius, si verum dicendum sit, civile fuit utrumque bellum. Nam qui forinsecus invadebant, judices, magistratus, & milites, non alienigenæ quidam erant, aut barbari, aut ex alio quodam imperio regnove, sed qui iisdem legibus regebantur, eamdem patriam colebant, ejusdem participes erant reipublicæ. Erat igitur civile, quod a judicibus inferebatur, sed gravius quod a coD gnatis, novum ac inopinatum multaque redundans crudelitate. Nam & a fratribus tradebantur fratres, & a patribus liberi, & a maritis uxores; omnia cognationis jura conculcabantur, ac totus orbis terrarum subvertebatur; nec ullus tum ullum agnoscebat: diabolus enim majorem in modum dominabatur. In illo itaque tumultu ac bello mulieres istæ, si quidem mulieres appellandæ sunt; quippe quæ in muliebri corpore viriles animos exhibuerint; imo vero non E viriles tantum animos, sed naturam ipsam supergressæ sint, & cum virtutibus incorporeis contenderint: istæ ergo mulieres relicta urbe, domo, ac propinquis peregre commigrarunt. Cum enim Christus, aiebant, contemnitur, nihil nobis esto preciosum, neque necessitudine conjunctum: propterea relictis omnibus sunt egressæ. Et sicut cum media nocte domus incenditur, qui intus dormiebant, ubi tumultum audierint, cito e stratis exsilientes e vestibulo domus evolant, neque secum eorum, quæ intus sunt, quidquam auferunt; id enim unum student, ut e flamma suum corpus eripiant,

Bellum civile & intestinum externo periculosius.

Simile ab incendio nocturno sumtum.

[a] Savil. & Reg. ἁπάντων πικρότατος, διπλοῦς

& ignis cursum magna celeritate grassantem præveniant: sic & istæ nimirum egerunt. Cum enim totum orbem terrarum inflammatum vidissent, confestim ex urbis vestibulo exsilierunt, & evolarunt, id unum quærentes, ut animæ suæ salutem sartam tectam conservarent. Tum enim erat incendium infestum, & profundæ tenebræ dominabantur, tenebræ nocturnis istis multo tetriores: quapropter tamquam in tenebris amicos non noverant amici, & uxores viri prodebant; propterea cum inimicos præteribant, tum amicos & domesticos impetebant; nocturnum quoddam erat infestum prælium, & ingenti tumultu cuncta replebantur. Tum igitur istæ relicta patria excesserunt, & patriarcham Abraham imitatæ sunt, ad quem dictum est: *Egredere de terra tua & de cognatione tua:* nam & has persequutionis tempus ad hoc incitabat, ut de terra deque cognatione exirent, ut ita cælum hereditate possiderent. Egrediebatur igitur ex ædibus mulier duas secum filias habens: at tu ne temere prætereas, cum excessisse mulieres liberaliter educatas audis, nec ferendis ejusmodi malis assuefactas; sed animo versa, quantum illud malum esset, quantis res illa difficultatibus circumsepta. Si enim homines qui mediocrem peregrinationem suscipiunt, cum jumenta suppetant, ministri non desint, periculo vacent itinera, cum penes eos potestas sit redeundi, multas experiuntur molestias, multas miserias perpetiuntur: ubi mulier & virgines, penuria ministrorum, & amicorum proditio, tumultus, & perturbatio, metusque intolerabilis, diversa in illis pericula, de anima discrimen, & undecumque hostes; quæ tandem oratio mulierum certamina, fortitudinem, magnanimitatem, fidem exprimere poterit? Nam si egressa sola mater esset, non ita intolerandum certamen fuisset: jam vero cum & filias deduceret, & duas virgines, ita duplex timendi occasio, multaque solicitudinis erat accessio: quanto enim major possessio, tanto difficilior est custodia. Egrediebatur ergo virgines habens, nec habens quibus in thalamis eas occultaret: tametsi intelligitis thalamos, gynæcea, januas, vectes, custodes, procubitores, ancillas, nutrices, ac matris assiduitatem, & patris providentiam multamque parentum curam adhiberi, ut virginitatis flos custodiatur, & vix ita incolumem conservari: at illa omni erat custodia destituta, quo igitur pacto poterat illas tueri? divinarum scilicet legum custodia. Non habebat domum, qua obvallaretur, at potentem manum habebat, qua de cælo protegeretur: non habebat januam, neque vectem, sed veram habebat januam, quæ insidias longe arceret: & quemadmodum in mediis Sodomis obsidebatur quidem Lot domus, at nihil mali patiebatur, quippe quæ angelos intus haberet: sic nimirum & martyres istæ inter Sodomitas, cunctosque hostes constitutæ, atque undique circumsessæ, nihil mali

Gen. 12. 1.

SS Martyres patriam relinquunt.

Gen. 19. 10.

A καὶ τὸν τοῦ πυρὸς φθάσωσι δρόμον μετὰ πολλῆς ἐπιόντα τῆς ταχύτητος· οὕτω δὴ καὶ αὗται ἐποίησαν. ἰδοῦσαι γὰρ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἐμπυριζομένην, εὐθέως ἐξεπήδησαν, καὶ ἐξήλλοντο τῶν προθύρων τῆς πόλεως, ἓν μόνον ζητοῦσαι τὴν σωτηρίαν τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς παντὶ τρόπῳ διαφυλάξαι· καὶ γὰρ ἐμπρησμὸς τότε χαλεπὸς ἦν, καὶ σκότος ἐκράτει βαθὺ, σκότος τοῦ νυκτερινοῦ τούτου ζοφωδέστερον· καὶ διὰ τοῦτο καθάπερ ἐν σκότῳ τοὺς φίλους ἠγνόουν οἱ φίλοι, καὶ ἄνδρες προεδίδοσαν γυναῖκας· διὰ τοῦτο τοὺς μὲν ἐχθροὺς παρέτρεχον, τοῖς δὲ B φίλοις καὶ τοῖς οἰκείοις προσερρήγνυντο, καὶ νυκτομαχία τις ἦν χαλεπὴ, καὶ πολλοῦ θορύβου τὰ πράγματα ἔγεμε. τότε τοίνυν ἐξῆλθον αὗται τὴν πατρίδα ἀφεῖσαι, καὶ τὸν πατριάρχην ζηλώσασαι τὸν Ἀβραὰμ, πρὸς ὃν εἴρητο· ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου. καὶ γὰρ καὶ ταύταις ὁ τοῦ διωγμοῦ καιρὸς ταῦτα παρῄνει, ἐξελθεῖν ἐκ τῆς γῆς καὶ ἐκ τῆς συγγενείας, ὥστε κληρονομῆσαι τὸν οὐρανόν. ἐξῄει τοίνυν ἐκ τῆς οἰκίας ἡ γυνὴ δύο μεθ' ἑαυτῆς ἔχουσα θυγατέρας. σὺ δὲ μὴ παραδράμῃς ἁπλῶς ἀκούων, ὅτι ἐξῆλθον γυναῖκες ἐλευθερίως ἀνατραφεῖσαι, μηδέ ποτε πεῖραν λαβοῦσαι τῶν δεινῶν τούτων· ἀλλὰ ἀναλόγισαι τῇ διανοίᾳ ὅσον ἦν τὸ κακὸν, ὅσην C ἔχει τὸ πρᾶγμα δυσκολίαν. εἰ γὰρ ἄνθρωποι σύμμετρον ἀποδημίαν στελλόμενοι, ὑποζυγίων εὐποροῦντες, διακόνους ἔχοντες, μετὰ ἀδείας ὁδεύοντες, κύριοι τῆς ἐπανόδου ὄντες, πολλῶν αἰσθάνονται τῶν μοχθηρῶν, πολλὴν ὑπομένουσι ταλαιπωρίαν· ὅπου γυνὴ, καὶ παρθένοι, καὶ διακόνων ἐρημία, καὶ φίλων προδοσία, καὶ θόρυβος, καὶ ταραχὴ, καὶ φόβος ἀφόρητος, καὶ κίνδυνος ἐν αὐταῖς ποικίλος, καὶ περὶ ψυχῆς ὁ δρόμος, καὶ πανταχόθεν οἱ πολέμιοι, ποῖος λόγος τὰ ἀγωνίσματα τῶν γυναικῶν παραστῆσαι δυνήσεται, τὴν ἀνδρείαν, τὴν μεγαλοψυχίαν, τὴν πίστιν; εἰ γὰρ μόνη ἐξῆλθεν ἡ μήτηρ, οὐκ ἦν καὶ οὕτως ἀφόρητος ὁ ἀγών· νυνὶ δὲ καὶ τὰς θυγα- D τέρας ἐπήγετο, καὶ τὰς δύο παρθένους· [a] ὥστε διπλῆ ἡ ἀγωνία, καὶ πολλὴ τῆς φροντίδος ἡ προσθήκη· ὅσῳ γὰρ μέγα τὸ κτῆμα, τοσούτῳ δυσχερεστέρα ἡ φυλακή. ἐξῄει τοίνυν παρθένους ἔχουσα, καὶ οὐκ ἔχουσα κατακρύψαι αὐτὰς ἐν θαλάμοις. καί τοι ἴστε, ὅτι καὶ θάλαμοι καὶ γυναικωνίτιδες, καὶ θύραι, καὶ μοχλοὶ, καὶ φύλακες, καὶ προφύλακες, καὶ θεραπαινίδες, καὶ τιθηνοὶ, καὶ μητρὸς προσεδρεία, καὶ πατρὸς πρόνοια, καὶ πολλὴ παρὰ τῶν γονέων ἐπιμέλεια γίνεται, ὥστε διατηρηθῆναι τὸ τῆς παρθενίας ἄνθος, καὶ μόλις οὕτω διασώζεται· ἐκείνη δὲ πάσης ταύτης τῆς φυλακῆς ἔρημος ἦν· πῶς οὖν αὐ- E τὰς διασῶσαι εἶχεν; ἐκ τῆς τῶν θείων νόμων φυλακῆς. οὐκ εἶχε στέγην περιβάλλουσαν, ἀλλ' εἶχε τὴν κραταιὰν χεῖρα ἄνωθεν σκέπουσαν· οὐκ εἶχε θύραν οὐδὲ μοχλὸν, ἀλλ' εἶχε τὴν ἀληθινὴν θύραν ἀποτειχίζουσαν τὴν ἐπιβουλήν. καὶ καθάπερ ἐν μέσοις τοῖς Σοδόμοις ἐπολιορκεῖτο μὲν ἡ τοῦ Λὼτ οἰκία, οὐδὲν δὲ ἔπασχε δεινόν· ἀγγέλους γὰρ εἶχεν ἔνδον· οὕτω δὴ καὶ αἱ μάρτυρες αὗται μεταξὺ Σοδόμων, καὶ πάντων τῶν πολεμίων οὖσαι, καὶ πολιορκούμεναι πανταχόθεν, οὐδὲν ἔπασχον δεινόν· τὸ

a ὥστε deest in Savil. & Reg. sed non supervacaneum esse [ ] videtur.

γὰρ

γὰρ τὸν τῶν ἀγγέλων δεσπότην εἶχον ἐν τῇ αὐτῶν οἰκοῦντα ψυχαῖς, καὶ εἰς τὴν ὁδὸν ἐλθοῦσαι τὴν ἔρημον οὐδὲν ἔπαθον· εἶχον γὰρ τὴν ἀληθινὴν ὁδὸν τὴν πρὸς οὐρανὸν αὐτὰς ἄγουσαν. διὰ τοῦτο ἐν τοσούτῳ πολέμῳ, καὶ θορύβῳ, καὶ κύμασιν ἀπειλημμέναι μετ᾽ ἀσφαλείας ἐβάδιζον· καὶ τὸ θαυμαστὸν, ὅτι διὰ τῶν λύκων τὰ πρόβατα ἤγετο· διὰ τῶν λεόντων αἱ ἀμνάδες ἐχώρουν, καὶ οὐδεὶς αὐτὰς εἶδεν ἀκολάστοις ὀφθαλμοῖς· ἀλλ᾽ ὥσπερ τοὺς Σοδομίτας ἐγγὺς τῆς θύρας ἑστηκότας, οὐκ ἠφίει τὴν εἴσοδον ὁρᾷν ὁ θεός· οὕτω καὶ τότε τὰς πάντων ἐτύφλωσεν ὄψεις, ὥστε μὴ προδοθῆναι τὰ παρθενικὰ σώματα.

Πορεύονται τοίνυν εἰς πόλιν Ἔδεσσαν λεγομένην, πόλιν ἀγροικοτέραν μὲν τῶν πολλῶν, εὐσεβεστέραν δέ· τί γὰρ ἐκείνης τῆς πόλεως ἴσον εἶναι ἐνόμισαν ἐν τοσούτῳ κλυδωνίῳ καταφυγὴν εὑρεῖν, καὶ ἐν τοσούτῳ χειμῶνι λιμένα ἔχειν; καὶ δέχεται ἡ πόλις τὰς ξένας, ξένας μὲν τῆς γῆς, πολίτιδας δὲ τῶν οὐρανῶν· καὶ δεξαμένη τὴν παρακαταθήκην ἐφύλαξεν. ἀλλὰ μηδεὶς τῶν γυναικῶν ἀσθένειαν καταγινωσκέτω, ὅτι ἔφυγον· πρόσταγμα γὰρ ἐπλήρουν δεσποτικὸν τὸ λέγον· ὅταν γὰρ διώκωσιν ὑμᾶς, φησὶν, ἐκ τῆς πόλεως ταύτης φεύγετε εἰς τὴν ἑτέραν· [a] ὅπερ καὶ αὗται ἀκούσασαι ἔφυγον, καὶ τέως εἷς αὐταῖς ἐπλέκετο στέφανος· ποῖος δὴ οὗτος; ὁ τῆς τῶν παρόντων ἁπάντων ὑπεροψίας. ὅστις γὰρ ἀφῆκεν ἀδελφοὺς καὶ ἀδελφὰς, ἢ πατρίδα, ἢ οἰκίαν, ἢ φίλους, ἢ συγγενεῖς, ἑκατονταπλασίονα λήψεται, φησὶ, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει. καὶ ἦσαν ἐκεῖ τὸν Χριστὸν ἔχουσαι σύνοικον. εἰ γὰρ ὅπου δύο ἢ τρεῖς εἰσι συνηγμένοι, ἐν μέσῳ αὐτῶν ἐστιν· ὅπου οὐχὶ συνηγμέναι ἦσαν μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ φεύγουσαι, πῶς οὐ μᾶλλον αὐτοῦ τὴν βοήθειαν ἐπεσπῶντο; ἐκεῖ τοίνυν διατριβουσῶν τῶν γυναικῶν ἐξαίφνης ἐπιτάγματα πονηρὰ πανταχοῦ κατεπέμπετο πολλῆς γέμοντα τυραννίδος καὶ ὠμότητος βαρβαρικῆς· οἱ γὰρ οἰκεῖοι τοὺς οἰκείους παραδιδότωσαν, φησὶν, ἄνδρες τὰς γυναῖκας, πατέρες τὰ τέκνα, τέκνα τοὺς πατέρας, ἀδελφοὶ τοὺς ἀδελφοὺς, φίλοι τοὺς φίλους. σὺ δέ μοι τῶν ῥημάτων ἐνταῦθα ἀναμνήσθητι τοῦ Χριστοῦ, καὶ θαύμασον αὐτοῦ τὴν πρόρρησιν· ταῦτα γὰρ πάντα ἄνωθεν προὔλεγε· φησὶ γάρ· ἀδελφὸς ἀδελφὸν παραδώσει, καὶ πατὴρ τέκνον· καὶ ἐπαναστήσονται τέκνα ἐπὶ γονεῖς. προὔλεγε δὲ αὐτὰ τότε διὰ τρία ταῦτα· δι᾽ ἓν μὲν, ἵνα μάθωμεν αὐτοῦ τὴν δύναμιν, καὶ ὅτι ἀληθής ἐστι θεὸς τὰ μηδέπω συμβάντα προορῶν πόῤῥωθεν. ὅτι γὰρ διὰ τοῦτο προὔλεγε τὰ ἐσόμενα, ἄκουσον αὐτοῦ λέγοντος, διὰ ταῦτα ὑμῖν εἶπον πρὶν ἢ γένεσθαι, ἵνα ὅταν γένηται, πιστεύσητε, ὅτι ἐγώ εἰμι. δεύτερον δὲ, ἵνα μηδεὶς τῶν ἐχθρῶν λέγῃ, ὅτι ἀγνοοῦντος αὐτοῦ ἢ ἀσθενοῦντος ταῦτα γέγονεν· ὁ γὰρ ἄνωθεν προειδὼν ἠδύνατο καὶ κωλῦσαι· οὐκ ἐκώλυσε δὲ, ἵνα λαμπρότεροι γένωνται οἱ στέφανοι. διὰ τοῦτο ταῦτα προὔλεγε, καὶ δι᾽ ἕτερον δὲ τρίτον προσέθηκε. ποῖον δὴ τοῦτο; ἵνα κουφότερον

[a] Savil. in marg. ὅπερ δὴ αὐταὶ καὶ πληρῶσαι τότε ἔφυγον.

A patiebantur, quippe quæ dominum angelorum in animis suis habitantem haberent; & in desertum iter delatæ nihil patiebantur; quia iter habebant, quod ad cælum ipsas deduceret. Quapropter in tanto bello, tumultu, ac fluctibus deprehensæ, cum securitate incedebant: & quod sane mirum, per medios lupos oves ducebantur: per medios leones agnæ progrediebantur, nec illas quisquam lascivis oculis intuebatur: sed sicut Sodomitas juxta januam stantes aditum cernere non sinebat Deus, sic & omnium tunc oculos excæcavit, ne virginea corpora proderentur.

B 5. Pergunt igitur ad urbem, Edessam nomine, urbem permultis agrestiorem quidem, sed pietate insigniorem: quid enim ex illa urbe æque commodum censuissent, atque ut in tanta procella perfugium nanciscerentur, & in tali tempestate portum haberent? Et excepit civitas peregrinas, peregrinas quidem terræ, cives autem cælorum, exceptumque depositum custodivit. Nemo autem mulieres imbecillitatis accuset, quod fugerint; præceptum enim dominicum implebant, quod ita se habet; *Cum persequentur vos, ex civitate ista fugite* C *in aliam:* quod & istæ cum audiissent, fugerunt, & una illis interim corona nectebatur: quænam illa tandem? omnium scilicet præsentium rerum contemtus: *quicumque* enim *reliquerit fratres, & sorores, aut patriam, aut domum, aut amicos, aut cognatos, centuplum accipiet*, inquit, *& vitam æternam possidebit.* Et erant ibi Christum habentes contubernalem: si enim ubi sunt duo vel tres congregati, in eorum est medio; ubi non congregatæ tantum erant, sed & propter nomen ejus exsules; nonne multo potiori jure ipsius auxilium promerebantur? cum igitur illic mulieres versarentur, nefaria confestim edicta quoD quoversum transmittebantur, multa tyrannide ac barbarica crudelitate referta: propinqui enim propinquos, inquit, prodant, mariti uxores, patres liberos, liberi patres, fratres fratres, amici amicos. Tu vero mihi hoc loco verborum Christi recordare, ejusque prædictionem admirare: siquidem cuncta ista quondam prædixerat. *Tradet enim*, inquit, *frater fratrem, & pater filium, & insurgent filii in parentes:* tum vero illa propter hæc tria prædicebat: primum quidem, ut ejus virtutem noscamus, eumque verum esse Deum, qui ea quæ nondum contigerint, multo ante prævideat. Ut enim intel- E ligas eum propterea res futuras prædixisse, ipsum dicentem audi; *Propterea hæc dixi vobis, prius quam fiant, ut cum facta fuerint, credatis, quia ego sum:* deinde vero ne quis adversariorum hæc eo nesciente, vel ob imbecillitatem sinente fieri dicat: qui enim multo ante prævidit, potuit etiam impedire: non impedivit autem, ut fierent insigniores coronæ. Hac de causa prædixit hæc; sed ob aliam quoque tertiam prænunciavit: quænam tandem illa? ut facilius

Edessam perveniunt urbem Mesopotamiæ.

Matt. 10. 23.

Matth. 19. 29.

Matt. 15. 20.

Matth. 10. 21.

Joan. 14. 29.

certamen iis redderet, qui in stadio versantur. Nam quæ inexspectata sunt mala, quæcumque illa tandem sint, gravia & intoleranda videntur; quæ vero præstolamur, & ad quæ nos excipienda comparamus, levia faciliaque redduntur. Qui tum itaque talia mandabant adversarii, cum suam crudelitatem declarabant, tum prophetiæ Christi nescientes testimonium dicebant, & fratres tradebantur a fratribus, & a patribus filii, sibique ipsi natura bellum inferebat: in seipsam cognatio scindebatur: omnes leges funditus evertebantur: omnia tumultu quodam & perturbatione replebantur, & a dæmonibus domus tum cognato sanguine complebantur: nam qui filium tradidit pater, omnino etiam jugulavit: licet enim ensem non impulerit, neque dextera cædem patrarit; tamen animi sententia rem omnem peregit: nam qui percussori hominem necandum tradidit, homicidium ipse commisit. Efficiamus igitur, ut liberos suos occidant, aiebant dæmones; reddamus filios per proditionem parricidas: tales enim olim illis victimæ immolabantur, & patres filios mactabant. Atque hæc propheta clamabat dicens, *Immolaverunt filios suos, & filias suas dæmoniis:* & ejusmodi sanguinem sitiebant. Quando ergo exsecrabilia ista & abominanda sacrificia Christus inhibuerat, renovare rursus illa contendebant: verum impudenter quidem & aperte dicere, Filios vestros mactate, non audebant, nullus enim illis morem gessisset: sed alia ratione edictum concinnant, ac legem comminiscuntur: per judices imperant, ut parentes filios prodant: nihil enim nostra interest sive mactet quis, sive mactandum filium tradat: nam & hic, & ille liberorum est interfector. Videre igitur erat parricidas, liberorum interfectores, fratricidas: tumultus ac perturbationis omnia plena erant; at mulieres alta tranquillitate fruebantur: siquidem undique illas spes futurorum muniebat, quoniam & peregre cum degerent, peregre non degebant: veram enim patriam fidem habebant; civitatem propriam habebant confessionem, & cum optima spe alerentur, nullis rebus præsentibus afficiebantur: futura namque solum spectabant. Hoc igitur in statu cum res essent, in illam urbem advenit pater militibus ad capiendam prædam stipatus: advenit pater, & maritus; filiarum quidem pater, uxoris autem maritus: si quidem patrem aut maritum eum appellari oportet, qui ejusmodi in rebus ministerium suum impenderet. At enim parcamus illi, quantum fieri potest, quandoquidem pater martyrum, & maritus martyris fuit; neque dolorem vulneris ejus criminibus nostris augeamus.

Ps. 105. 37.

Edicto jubentur parentes filios deferre.

6. Tu vero mihi mulierum prudentiam considera: cum enim fugiendum erat, fugerunt: cum ineunda erant certamina, constiterunt, & amore Christi vinctæ sequebantur: ut enim tentationes accersendæ

A ποιήσῃ τὸν ἀγῶνα τοῖς ἐν τοῖς σκάμμασι· τὰ μὲν γὰρ ἀπροσδόκητα δεινὰ, ὁποῖα ἂν ᾖ, χαλεπὰ καὶ ἀφόρητα φαίνεται· τὰ δὲ ἐλπισθέντα καὶ προμελετηθέντα κοῦφα, καὶ ῥᾴδια γίνεται. τότε τοίνυν ταῦτα ἐπιτάττοντες οἱ ἐχθροὶ καὶ τὴν ὠμότητα ἐπεδείκνυντο τὴν ἑαυτῶν, καὶ ἄκοντες ἐμαρτύρουν τῇ τοῦ Χριστοῦ προφητείᾳ, καὶ ἀδελφοὶ παρεδίδοσαν ἀδελφοὺς, καὶ πατέρες τέκνα, καὶ αὐτὴ ἑαυτὴν ἐπολέμει ἡ φύσις, καὶ ἐσχίζετο καθ' ἑαυτῆς ἡ συγγένεια, καὶ πάντες ἐκ βάθρων ἀνετρέποντο οἱ νόμοι, καὶ πάντα θορύβου τινὸς ἔγεμε καὶ [a] ταραχῆς, καὶ αἱμάτων τὰς οἰκίας ἐνέπλησαν συγγενικῶν οἱ δαίμονες τότε. ὁ γὰρ παραδοὺς πατὴρ τὸν υἱὸν πάντως καὶ B ἔσφαξε· κἂν γὰρ μὴ τὸ ξίφος ὠθήσῃ, μηδὲ τῇ δεξιᾷ τὴν σφαγὴν ἐργάσηται, ἀλλὰ τῇ γνώμῃ τὸ πᾶν ἀπήρτισε. καὶ γὰρ ὁ τῷ φονεύοντι παραδοὺς τὸν φονεύεσθαι μέλλοντα, αὐτὸς τὸν φόνον εἰργάσατο. ποιήσωμεν οὖν αὐτοὺς, φησὶ, παιδοκτόνους, οἱ δαίμονες ἔλεγον, ποιήσωμεν τοὺς παῖδας πατραλοίας διὰ τῆς προδοσίας· καὶ γὰρ ἐθύοντο αὐτοῖς θυσίαι τοιαῦται τὸ παλαιὸν, καὶ πατέρες ἔσφαττον τέκνα. καὶ ταῦτα ὁ προφήτης ἐβόα λέγων· ἔθυσαν τοὺς υἱοὺς αὐτῶν, καὶ τὰς θυγατέρας αὐτῶν τοῖς δαιμονίοις, καὶ τοιούτων ἐδίψων αἱμάτων. ἐπειδὴ οὖν ἔπαυσε τὰς ἐναγεῖς ταύτας καὶ μυσαρὰς θυ- C σίας ὁ Χριστὸς, ἀνανεώσασθαι πάλιν αὐτὰς ἐφιλονείκουν· ἀλλ' ἀναισχύντως μὲν εἰπεῖν καὶ φανερῶς, ὅτι σφάξατε τοὺς υἱοὺς ὑμῶν, οὐκ ἐτόλμων· οὐδεὶς γὰρ ἔμελλεν ὑπακούσεσθαι· μεθοδεύουσι δὲ ἑτέρως τὸ πρόσταγμα, καὶ σοφίζονται τὸν νόμον, διὰ τῶν δικαστῶν κελεύσαντες πατέρας προδιδόναι παῖδας. οὐδὲν γὰρ ἡμῖν διαφέρει, φησὶν, ἄντε σφάξῃ τις, ἄντε παραδῷ πρὸς σφαγὴν τὸν υἱόν· καὶ γὰρ οὗτος, κἀκεῖνος παιδοκτόνος ἐστίν. ἦν τοίνυν ἰδεῖν πατραλοίας, παιδοκτόνους, ἀδελφοκτόνους, θορύβου καὶ ταραχῆς πάντα ἐμπεπλησμένα· ἀλλ' αἱ γυναῖκες γα- D λήνης βαθείας ἀπέλαυον. ἐτείχιζε γὰρ αὐτὰς πάντοθεν ἡ τῶν μελλόντων ἐλπίς· ἐπεὶ καὶ ἐν ξένῃ οὖσαι οὐκ ἦσαν ἐν ξένῃ, εἶχον γὰρ ἀληθινὴν πατρίδα τὴν πίστιν· εἶχον οἰκείαν πόλιν τὴν ὁμολογίαν, καὶ ἐλπίσι συντρεφόμεναι χρησταῖς οὐδενὸς ᾐσθάνοντο τῶν παρόντων· τὰ γὰρ μέλλοντα μόνον ἑώρων. τῶν δὴ πραγμάτων ἐν τούτοις ὄντων, ἐφίσταται ὁ πατὴρ ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει στρατιώτας ἔχων πρὸς τὴν σύλληψιν τῆς θήρας· ἐφίσταται ὁ πατὴρ καὶ ἀνήρ· πατὴρ μὲν τῶν θυγατέρων, ἀνὴρ δὲ E τῆς γυναικός· εἴγε πατέρα ἢ ἄνδρα τὸν τὰ τοιαῦτα διακονούμενον χρὴ καλεῖν. μᾶλλον δὲ φεισώμεθα αὐτοῦ καθόσον οἷόν τε· καὶ γὰρ πατὴρ ἐγένετο μαρτύρων, καὶ ἀνὴρ μάρτυρος· μὴ δὴ χαλεπώτερον αὐτοῦ ποιήσωμεν τὸ τραῦμα τῇ παρ' ἑαυτῶν κατηγορίᾳ.

Σὺ δέ μοι σκόπει τὴν σύνεσιν τῶν γυναικῶν· καὶ γὰρ ὅτε φυγεῖν ἔδει, ἔφυγον· καὶ ὅτε εἰς τοὺς ἀγῶνας ἐμβῆναι ἐχρῆν, ἔστησαν, καὶ ἠκολούθουν δεδεμέναι τῷ τοῦ Χριστοῦ πόθῳ· ὥσπερ γὰρ οὐ δεῖ πειρασμοὺς ἐπι-

a Morel. solus ταραχῆς τότε

[a] παρᾶσθαι, οὕτως [a] ὅταν ἐπιστῶσιν, ἀγωνίζεσθαι χρή· ἵνα καὶ ἐκεῖθεν τὴν ἐπιείκειαν, καὶ ἐντεῦθεν τὴν ἀνδρείαν ἐπιδειξώμεθα. ὃ δὴ καὶ ἐκεῖναι τότε ἐποίουν· καὶ ἐπανήεσαν, καὶ ἠγωνίζοντο· καὶ γὰρ ἀνέῳκτο τὸ στάδιον, καὶ ὁ καιρὸς ἐκάλει πρὸς τὰ παλαίσματα· ὁ δὲ τῶν ἀγώνων τρόπος τοιόσδε ἐγένετο· ἦλθον εἰς πόλιν Ἱεράπολιν καλουμένην, κἀκεῖθεν ἀληθῶς εἰς τὴν ἱερὰν πόλιν ἀνέδραμον διὰ τοιαύτης μηχανῆς. ποταμὸς παρέρρει τὴν ὁδὸν ἐκείνην, καθ᾽ ἣν ἐπανήεσαν, καὶ λαθοῦσαι τοὺς στρατιώτας ἀριστοποιουμένους καὶ μεθύοντας· τινὲς δὲ, φασὶν, ὅτι καὶ τὸν πατέρα λαβοῦσαι συνεργὸν πρὸς τὸ τοὺς στρατιώτας ἀπατῆσαι, καὶ πείθομαι· τάχα γὰρ διὰ τοῦτο ταῦτα ἔπραξεν, ἵνα τινὰ ἀπολογίαν μικρὰν γοῦν διὰ τῆς προδοσίας ταύτης δυνηθῇ προαποθέσθαι ἑαυτῷ εἰς τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως· τὸ συμπρᾶξαι, καὶ βοηθῆσαι, καὶ εὐκολώτερον ποιῆσαι τὸν ἐπὶ τὸ μαρτύριον δρόμον. λαβοῦσαι τοίνυν αὐτὸν συνεργὸν, καὶ δι᾽ ἐκείνου δυνηθεῖσαι παρακρούσασθαι τοὺς στρατιώτας, εἰσῆλθον εἰς τὸν ποταμὸν μέσον, καὶ ἀφῆκαν ἑαυτὰς κατὰ τῶν ῥευμάτων ἐκείνων· εἰσῆλθε μήτηρ μετὰ δύο θυγατέρων. ἀκουέτωσαν καὶ μητέρες καὶ παρθένοι· καὶ αἱ μὲν οὕτω πειθέσθωσαν μητράσιν, αἱ δὲ οὕτω παιδευέτωσαν θυγατέρας· οὕτω φιλείτωσαν τὰ παιδία. εἰσῆλθε τοίνυν μέση ἡ μήτηρ, ἑκατέρωθεν κατέχουσα τὰς θυγατέρας, ἡ τὸν ἄνδρα ἔχουσα μέσον τῶν ἀπειρογάμων, καὶ ἦν τῆς παρθενίας μέσος ὁ γάμος, καὶ μέσος αὐτῶν ὁ Χριστός· καθάπερ οὖν ῥίζα δένδρου δύο βλαστοὺς ἔχουσα ἑκατέρωθεν ἑστῶτας· οὕτω καὶ ἡ μακαρία τότε ἐκείνη ἑκατέρωθεν αὐτὰς ἔχουσα τὰς παρθένους εἰσῄει, καὶ κατὰ τῶν ὑδάτων αὐτὰς ἠφίει· καὶ ἀπεπνίγοντο οὕτω· μᾶλλον δὲ οὐκ ἀπεπνίγοντο, ἀλλ᾽ ἐβαπτίζοντο βάπτισμα καινὸν καὶ παράδοξον. καὶ εἰ βούλει μαθεῖν, ὅτι βάπτισμα σαφὲς τὸ τότε γινόμενον, ἄκουσον πῶς ὁ Χριστὸς τὸν θάνατον τὸν ἑαυτοῦ βάπτισμα καλεῖ. τοῖς γὰρ τοῦ Ζεβεδαίου παισὶ διαλεγόμενος, τὸ μὲν ποτήριόν μου πίεσθε, φησὶ, καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθήσεσθε. ποῖον δὲ βάπτισμα ἐβαπτίσθη ὁ Χριστὸς μετὰ τὸ Ἰωάννου βάπτισμα, ἀλλ᾽ ἢ τὸν θάνατον καὶ τὸν σταυρόν; ὥσπερ Ἰάκωβος οὐχὶ σταυρωθεὶς, ἀλλὰ μαχαίρᾳ τὴν κεφαλὴν ἀποτεμνόμενος τὸ βάπτισμα ἐβαπτίσθη τοῦ Χριστοῦ, οὕτω καὶ αὗται εἰ καὶ μὴ ἐσταυρώθησαν· ἀλλὰ δι᾽ ὕδατος τελειωθεῖσαι τὸ βάπτισμα ἐβαπτίσθησαν τοῦ Χριστοῦ· ἐβάπτισε δὲ αὐτὰς ἡ μήτηρ. τί λέγεις; γυνὴ βαπτίζει; ναὶ, τὰ τοιαῦτα βαπτίσματα καὶ γυναῖκες βαπτίζουσι· καθάπερ οὖν καὶ ἐκείνη τότε καὶ ἐβάπτισε, καὶ ἱέρεια γέγονε. καὶ γὰρ θύματα προσήγαγε λογικὰ, καὶ χειροτονία αὐτῇ ἡ προαίρεσις γέγονε· καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, ὅτι οὐκ ἐδεήθη θυσιαστηρίου θύουσα, οὐδὲ ξύλων, οὐδὲ πυρὸς, οὐδὲ μαχαίρας· πάντα γὰρ ἐγίνετο ὁ ποταμὸς, καὶ θυσιαστήριον, καὶ ξύλα, καὶ μάχαιρα, καὶ πῦρ, καὶ τὸ αὐτὸ θυσία καὶ βάπτισμα τούτου τοῦ βαπτίσματος σαφέστερον.
[b] περὶ μὲν γὰρ τούτου φησὶ Παῦλος· [b] σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ· περὶ δὲ τοῦ βαπτίσματος τῶν μαρτύρων, οὐκ ἔτι τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου

A non sunt; ita cum advenerint decertandum est; ut inde nostræ lenitatis, hinc nostræ fortitudinis specimen edamus; id quod & illæ tum fecerunt: & reversæ sunt: ac decertarunt. Etenim apertum fuerat stadium, & ad certamina tempus invitabat. Genus autem agonis fuit ejusmodi: venerunt in urbem Hierapolim nomine, indeque vere ad sacram urbem tali machina subvectæ ascenderunt. Viam illam, qua redibant, fluvius præterfluebat: clam militibus, qui prandium sumebant, & inebriabantur:

Hierapolim perveniunt urbem Asiæ minoris. ἱερὰ πόλις urbs sacra.

B sunt etiam qui dicant conscio & adjutore patre illas usas esse, ut milites fallerent, quod & credo: fortassis enim hoc ideo fecit, ut exigua saltem excusatione proditionis hujus gratia in die judicii saluti suæ provideret, quod operam commodarit, & adjuverit, atque ad martyrium faciliorem cursum reddiderit. Illo igitur in auxilium ascito, & cum ejus opera milites amovere potuissent, in medium flumen ingressæ sunt, seque ipsas in illa fluenta demiserunt. Ingressa est cum geminis filiabus mater: audiant & matres & virgines, hæ quidem sic matribus pareant, illæ vero filias sic insti-
C tuant, ita liberos diligant. Ingressa est itaque media mater, utrinque filias secum habens; quæ virum habebat in medio innuptarum: eratque in medio virginitatis matrimonium, & ipsarum in medio Christus. Sicut igitur radix arboris binis stolonibus utrinque stantibus vallata, sic utrinque beata illa virginibus stipata intrabat, & in aquas illas mittebat, itaque sunt suffocatæ, vel novo potius & inusitato baptismate baptizatæ. Ac si nosse velis clarum illud fuisse baptisma quod gestum est, audi quomodo mortem suam baptisma Christus ap-
D pellet: filios enim alloquens Zebedæi, *Calicem quidem meum bibetis*, inquit, *& baptismo, quo ego baptizor, baptizabimini.* Quo vero baptismo baptizatus est Christus post Joannis baptismum, nisi morte ac cruce? Ut igitur Jacobus non cruci affixus, sed capite truncatus ense, baptismo baptizatus est Christi: sic & istæ licet crucifixæ non fuerint, sed ab aquis necatæ, Christi sunt baptismate baptizatæ. Porro illas mater baptizavit. Quid ais? mulier baptizat? Sane quidem baptismatibus ejusmodi mulieres etiam baptizant, quemadmodum & illa utique & baptizavit, & sacerdos est fa-
E cta: siquidem victimas ratione præditas obtulit, & animi propositum illi ordinationis locum supplevit, quodque mirum est, non indiguit altari, cum sacrificaret, nec lignis, nec igne, nec gladio; fluvius enim illi omnium loco fuit, & altaris, & lignorum, & gladii, & ignis, eademque res sacrificium exstitit, & baptismus evidentior hoc baptismo. Nam de hoc quidem ait Paulus: *Complantati facti sumus similitudini mortis ejus*: de baptismo vero martyrum non jam

SS Martyres Christo comite se in flumen projiciunt.

Matth. 19, 39.

Baptismum appellat mortem obitam in Martyrio.

Rom. 5. 6.

[a] Savil. & Reg. ὅταν ἐπιστῇ ἡ πεῖρα ἀγων- Utraque Lectio quadrat.

[b] Savil. & Reg. σύμφυτοι ἐγενόμεθα.

Philip. 3. 10. similitudini ejus ait, sed configurari nos morti ejus. Inducebat itaque filias mater non quasi in fluvium inductura, sed quasi in thalamos illas deduceret: inducebat utraque ex parte tenens dicensque, Ecce ego & Esai. 8. 18. puellæ meæ, quas dedit mihi Deus: tu eas mihi dedisti, tibi ego illas commendo, res meas & me ipsam. Itaque duplex fuit mulieris martyrium, imo vero triplex: nam per seipsam semel, per filias suas bis martyrium passa est: & quemadmodum cum seipsam immittere debuit, multa illi fuit opus tolerantia: sic & ubi secum puellas traxit, altera tanta indiguit tolerantia, imo vero multo majori. Non enim adeo mulieres solent dolere, cum ipsæ moriturae fuerint, ut cum illarum filiæ passæ hoc fuerint. Itaque graviori per filias hæc martyrio cruciata est, cum ad reprimendam naturæ vim se accinxit, cum materni amoris flammæ restitit, & intolerabili viscerum conturbationi atque uteri commotioni. Si enim filiam unam quempiam cernens morientem, acerbam existimat vitam suam; hæc duas filias confertim non intuens morientes, sed ad mortem propria manu trahens, cogita quæ martyria exhiberet ea, quæ id, quod etiam auditu cæteris est intolerabile, reipsa perferret. Ac milites quidem penitus inscii tamquam rursus eas recepturi exspectabant, illæ vero cum Christi militibus cælestibus angelis jam tum erant; quod custodes non videbant, quippe qui fidei oculos non haberent. Enimvero de matre inquit 1. Tim. 2. 15. Paulus, *Salvabitur per filiorum generationem:* hic autem filiæ per matrem salvæ sunt factæ. Sic nimirum parere matres oportet; hic enim partus illo priori melior est, in quo dolores quidem acerbiores sunt, at majus lucrum percipitur. De illis partus doloribus, quotquot matres fuerunt, noverunt quos dolores illud inurat, cum filias videris mortem obeuntes; ut autem ipsa manu tua cædem perpetres, quam grave sit, exprimi verbis non potest.

7. At enim qua de causa in judicium non venit mulier? voluit ante pugnam tropæum erigere, ante certamina coronam abripere, ante luctas præmia reportare: non quod tormenta reformidaret, sed ne illæ oculis lascivorum paterent: non metuebat, ne quis latera ipsi effoderet, sed ne quis filiarum corrumperet virginitatem, timebat. Atque hoc eam non illo fuisse timore correptam, & idcirco in judicium non venisse inde manifestum est. Multo graviores in flumine cruciatus toleravit: multo enim gravius est, & acerbius, ut ante dixi, propria viscera, filias, inquam, manu sua demergere, ac suffocari cernere, quam lacerari carnem videre, multoque illi minori opus erat philosophia, quam ad tormenta toleranda, ut puellarum tenere dexteras, & ad fluminis fluenta pertrahere secum posset. Neque enim par ad dolorem inurendum momentum affert ab aliis cernere divexatas, & ipsam morti inservire, ipsam fieri necis admi-

Cur Domnina judicium non exspectaverit.

A αὐτοῦ λέγει· ἀλλ' ὅτι συμμορφούμεθα τῷ θανάτῳ αὐτοῦ. Εἰσῆγε τοίνυν τὰς θυγατέρας ἡ μήτηρ οὐχ ὡς εἰς ποταμὸν μέλλουσα εἰσάγειν· ἀλλ' ὥσπερ εἰς τὰς ἱερὰς αὐτὰς παστάδας χειραγωγοῦσα· εἰσῆγεν ἑκατέρωθεν κατέχουσα καὶ λέγουσα· ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία, ἅ ἐμοὶ ἔδωκεν ὁ θεός· σύ μοι αὐτὰ ἔδωκας, σοὶ αὐτὰ παρακατατίθεμαι· τὰ ἐμαυτῆς καὶ ἐμαυτήν. Καὶ οὕτω διπλοῦν ἐγένετο τὸ τῆς γυναικὸς μαρτύριον· μᾶλλον δὲ τριπλοῦν· διὰ μὲν γὰρ ἑαυτῆς ἅπαξ· διὰ δὲ τῶν δύο θυγατέρων δὶς ἐμαρτύρησε· καὶ ὥσπερ ἡνίκα ἑαυτὴν ἀφιέναι ἔμελλε, πολλῆς αὐτῇ τῆς ὑπομονῆς ἔδει, οὕτω καὶ ὅτε τὰ παιδία μεθ' ἑαυτῆς εἷλκεν, ἑτέρας τοσαύτης ἐχρῄζεν ὑπομο- B νῆς· μᾶλλον δὲ πολλῷ πλείονος. οὐ γὰρ οὕτως αἱ γυναῖκες ἀλγεῖν εἰώθασιν, ἐπειδὰν αὐταὶ μέλλωσι τελευτᾶν, ὡς ὅταν αἱ θυγατέρες αὐτῶν τοῦτο πάσχωσιν. ὥστε μειζόνως διὰ τῶν θυγατέρων ἐμαρτύρησεν αὕτη, καὶ πρὸς αὐτὴν ἀπεδύσατο τῆς φύσεως τὴν τυραννίδα, καὶ πρὸς τὴν φλόγα τῶν ὠδίνων ἔστη, καὶ πρὸς τὴν ἀφόρητον τῶν σπλάγχνων ταραχήν, καὶ πρὸς τὸν τῆς μήτρας θόρυβον. εἰ γὰρ θυγατέρα μίαν τις ἀποθνήσκουσαν ὁρῶσα ἀβίωτον ἡγεῖται τὸν βίον, αὕτη τὰς δύο θυγατέρας ἀθρόον αὐτὴ οὐχὶ ὁρῶσα ἀποθνησκούσας, ἀλλὰ διὰ τῆς οἰκείας χειρὸς πρὸς τὸν θάνατον ἕλκουσα, ἐννόησον ὅσα ἐπεδείκνυτο τὰ μαρτύρια, ὃ μηδὲ ἀκοῦσαι ἑτέροις φορητόν, διὰ τῶν πραγμάτων ὑπομεί- C νασα ἐκείνη. οἱ μὲν οὖν στρατιῶται τούτων οὐδὲν εἰδότες ἔμενον ὡς ληψόμενοι πάλιν αὐτάς· ἐκεῖναι δὲ ἦσαν μετὰ τῶν τοῦ Χριστοῦ στρατιωτῶν λοιπὸν τῶν οὐρανίων ἀγγέλων· οἱ δὲ τηροῦντες οὐκ εἶδον· οὐ γὰρ εἶχον τοὺς τῆς πίστεως ὀφθαλμούς. ὁ μὲν οὖν Παῦλός φησι περὶ τῆς μητρός, ὅτι σωθήσεται διὰ τῆς τεκνογονίας· ἐνταῦθα δὲ αἱ θυγατέρες διὰ τῆς μητρὸς διεσώθησαν. οὕτως ὠδίνειν χρὴ τὰς μητέρας. καὶ γὰρ αὗται αἱ ὠδῖνες τῶν προτέρων βελτίους· πικρότεραι μὲν ὀδύνην· μεῖζον δὲ ἔχουσαι κέρδος· ἐκείνων ἴσασι τῶν ὠδίνων, ὅσαι μητέρες ἐγένοντο, οἷαι αἱ ὠδῖνες θυγατέρας ἰδεῖν ἀποθνησκούσας· τὸ δὲ καὶ αὐτὴν αὐτόχειρα γενέσθαι D τῆς σφαγῆς, ἄφατον ἔχει τὴν ὑπερβολήν.

Ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν οὐκ ἦλθεν εἰς τὸ δικαστήριον ἡ γυνή; πρὸ τῆς μάχης ἐβουλήθη τὸ τρόπαιον λαβεῖν, πρὸ τῶν ἀγώνων τὸν στέφανον ἁρπάσαι, πρὸ τῶν παλαισμάτων δέξασθαι τὰ βραβεῖα· οὐ βασάνους δεδοικυῖα, ἀλλὰ τοὺς ἀκολάστους τῶν ἀπίστων ὀφθαλμούς· οὐκ ἐφοβεῖτο, μή τις αὐτῇ διορύξῃ τὰς πλευράς· ἀλλ' ἐδεδοίκει, μή τις τῶν θυγατέρων διαφθείρῃ τὴν παρθενίαν. καὶ ὅτι τοῦτον ἐδεδοίκει τὸν φόβον οὐκ ἐκεῖνον, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἦλθεν εἰς τὸ δικαστήριον, δῆλον ἐκεῖθεν· πολ- E λῷ μείζους βασάνους ὑπέμεινεν ἐν τῷ ποταμῷ. καὶ γὰρ τοῦ σάρκα καταξαινομένην ὁρᾶν πολλῷ χαλεπώτερον καὶ ὀδυνηρότερον, καθάπερ ἔφθην εἰπών, τὰ οἰκεῖα σπλάγχνα, τὰς θυγατέρας λέγω, διὰ τῆς οἰκείας καταδῦσαι χειρός, καὶ ἀποπνιγομένας ἰδεῖν, καὶ οὐ τὰς βασάνους ἐνεγκεῖν πολλῷ μείζονος ἔδει τῆς φιλοσοφίας αὐτῇ· ὥστε δυνηθῆναι κατασχεῖν τὰς δεξιὰς τῶν παιδίων, καὶ συνεφελκύσασθαι μεθ' ἑαυτῆς πρὸς τὰ ῥεύματα τοῦ ποταμοῦ. οὐδὲ γὰρ ἴσον εἰς ὀδύνης λόγον ὑφ' ἑτέρων κακῶς πασχούσας ὁρᾶν, καὶ αὐτὴν διακονεῖσθαι τῷ θανάτῳ, αὐτὴν ὑπουργὸν γενέσθαι τῆς

τελευτῆς· αὐτὴν ἀντὶ δημίου καταστῆναι τῶν θυγατέρων· ἀλλὰ πολλῷ τοῦτο ἐκείνου χαλεπώτερον, καὶ ἀφορητότερον. καὶ μαρτυρήσετέ μου τῷ λόγῳ πᾶσαι ὅσαι μητέρες ἐγένεσθε, καὶ πεῖραν ὠδίνων ἐλάβετε, καὶ θυγατέρας ἐσχήκατε. πῶς ἥψατο τῆς δεξιᾶς τῶν παιδίων; πῶς οὐκ ἐνάρκησεν ἡ χείρ; πῶς οὐκ ἐλύθη τὰ νεῦρα; πῶς οὐκ ἐξέστησαν αἱ φρένες; πῶς ἴσχυσεν ὁ λογισμὸς ὑπηρετήσασθαι τοῖς γινομένοις; καὶ γὰρ μυρίων βασάνων πικρότερα ἦν τὰ γινόμενα, ἀντὶ τοῦ σώματος τῆς ψυχῆς αὐτῇ διαξαινομένης. ἀλλὰ μέχρι τίνος φιλονεικοῦμεν διώκειν ἀκίχητα; οὐδεὶς γὰρ παραστῆσαι δυνήσεται λόγος τοῦ πάθους τὸ μέγεθος· ἀλλὰ μόνη ἡ πεῖραν λαβοῦσα καὶ ἀγωνισαμένη γυνὴ οἶδεν, ὁποῖα ταῦτά ἐστι τὰ παλαίσματα. ταῦτα ἀκουέτωσαν μητέρες· ἀκουέτωσαν παρθένοι· μητέρες μὲν ἵνα οὕτω παιδεύωσι τὰς θυγατέρας, παρθένοι δὲ ἵνα οὕτω πείθωνται ταῖς μητράσιν. οὐ γὰρ δὴ μόνον τὴν μητέρα ἐπαινεῖν χρὴ τὴν τοιαῦτα ἐπιτάξασαν, ἀλλὰ καὶ τὰς θυγατέρας θαυμάζειν, αἳ τὰ τοιαῦτα ὑπήκουσαν. οὔτε γὰρ ἡ μήτηρ ἐδεήθη δεσμῶν πρὸς τὰ ἱερεῖα καὶ τὰ θύματα· οὔτε αἱ δαμάλεις ἐσκίρτησαν, ἀλλ' ἴσῃ τῇ προθυμίᾳ καὶ ψυχῇ τὸν ζυγὸν ἑλκύσασαι τοῦ μαρτυρίου, οὕτως εἰσῄεσαν εἰς τὸν ποταμὸν τὰ ὑποδήματα ἔξω τῆς ὄχθης ἀφεῖσαι, τοῦτο δὲ ἐποίουν, φειδόμεναι τῶν φυλάκων· τοσαύτη ἡ πρόνοια τῶν ἁγίων ἐκείνων ἦν. καταλιπεῖν γὰρ αὐτοῖς ἀπολογίαν ἐσπούδαζον εἰς τὸ δικαστήριον· ἵνα μὴ ὁ ὠμὸς καὶ ἀπηνὴς δικαστὴς ἐκείνοις ἐγκαλεῖν ἔχῃ προδοσίαν, καὶ ὅτι λαβόντες ἀργύριον τὰς γυναῖκας ἀφήκαμεν· διὰ τοῦτο κατέλιπον τὰ ὑποδήματα τῇ γνώμῃ μαρτυροῦντα τῶν στρατιωτῶν, ὅτι οὐκ εἰδότων αὐτῶν, ἀλλ' ἀγνοούντων πρὸς τὸν ποταμὸν ηὐτομόλησαν. τάχα πολὺς ὑμῖν ἐγένετο πόθος τῶν ἁγίων ἐκείνων· μετὰ τούτου τοίνυν τοῦ πυρὸς προσπέσωμεν αὐτῶν τοῖς λειψάνοις· συμπλακῶμεν αὐτῶν ταῖς θήκαις· δύνανται γὰρ καὶ θῆκαι μαρτύρων πολλὴν ἔχειν δύναμιν, ὥσπερ οὖν καὶ τὰ ὀστᾶ τῶν μαρτύρων πολλὴν ἔχει τὴν ἰσχύν· καὶ μὴ μόνον ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἑορτῆς ταύτης· ἀλλὰ καὶ ἐν ἑτέραις ἡμέραις προσεδρεύωμεν αὐταῖς· παρακαλῶμεν αὐτάς, ἀξιῶμεν γενέσθαι προστάτιδας ἡμῶν. πολλὴν γὰρ ἔχουσι παρρησίαν οὐχὶ ζῶσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τελευτήσασαι· καὶ πολλῷ μᾶλλον τελευτήσασαι· νῦν γὰρ τὰ στίγματα φέρουσι τοῦ Χριστοῦ· τὰ δὲ στίγματα ἐπιδεικνύμεναι ταῦτα, πάντα δύνανται πεῖσαι τὸν βασιλέα. ἐπεὶ οὖν τοσαύτη ἡ δύναμις αὐταῖς καὶ ἡ φιλία πρὸς τὸν θεόν, τῇ συνεχεῖ προσεδρείᾳ καὶ τῇ διηνεκεῖ πρὸς αὐτὰς ἀφίξει καταστήσαντες ἑαυτοὺς οἰκείους αὐτῶν, ἐπισπασώμεθα δι' αὐτῶν τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

A nistram, ipsam filiabus carnificis vices obire; sed hoc multo illo gravius est & intolerabilius. Huic orationi meæ testimonium dicetis omnes; quotquot matres fuistis, quæ partus dolores expertæ estis, ac filias suscepistis. Quomodo puellarum dexteram arripuit? quî fieri potuit, ut manus non obtorpesceret? quomodo non resoluti sunt nervi? quomodo mens de statu dejecta non est? quî potuit ratio iis quæ gerebantur inservire? sexcentis enim tormentis facinus illud acerbius fuit, cum corporis loco ejus anima discruciaretur. Verum quousque tandem ea persequi contendemus, quæ nemo assequi potest? nulla quippe passionis ma- B gnitudinem oratio posset exprimere, sed ea sola, quæ experta est, ac decertavit mulier novit, cujusmodi sint ista certamina. Audiant ista matres, audiant virgines; matres quidem, ut filias suas sic instituant; virgines autem, ut ita matribus obsequantur. Non enim tantum laudare convenit matrem, quæ talia jusserit, sed & filias commendare, quæ in ejusmodi rebus paruerint: nam neque mater vinculis eguit ad hostias victimasque, neque juvencæ resilierunt, sed æquali mentis alacritate, & animo eodem martyrii jugum trahentes, sic fluvium sunt ingressæ, calceamentis extra fluminis ripam derelictis, quod ideo fece- C runt, ut custodibus ipsis consulerent: tanta erat sanctarum illarum providentia. Studebant scilicet illis defensionis in judicio ansam relinquere; ne crudelis ille ac sævus judex eos proditionis accusaret, aut quod pecunia corrupti mulieres dimisissent: idcirco calceamenta reliquerunt, quæ militum conscientiæ testificarentur, quod non illis consciis, sed ignorantibus in flumen sponte prosiliissent. Fortasse non mediocri erga sanctas illas amore exarsistis: cum hoc igitur ardore coram ipsarum reliquiis procidamus, ipsarum capsulas complectamur; multam enim possunt virtutem capsulæ D martyrum obtinere, quemadmodum & ossa martyrum vim magnam habent. Neque die tantum hujus festivitatis, sed aliis etiam diebus iis assideamus, eas obsecremus, obtestemur, ut patronæ sint nostræ multam enim fiduciam obtinent non viventes modo, sed & mortuæ; multoque magis cum sunt mortuæ. Jam enim stigmata ferunt Christi; cum autem stigmata hæc ostenderint, omnia Regi possunt persuadere. Quando igitur tanta illæ virtute pollent, tantaque apud eum amicitia, cum continua velut obsessione ac perpetua illarum visitatione in familiaritatem nos illarum insinua- E verimus, ipsarum opera Dei misericordiam impetremus; quam nobis omnibus assequi contingat gratia Domini nostri Jesu Christi, per quem, & cum quo Patri gloria, una cum sancto Spiritu, nunc & semper & in sæcula sæculorum, amen.

Affectum matrum erga filias amplificat.

IN CONCIONEM DE QUATRIDUANO LAZARO: AC DE SS. MARTYRIBUS DOMNINA, BERNICE ET PROSDOCE

ADMONITIO.

Hæc Homilia nondum, quod sciam, in lucem prodierat: exscripsimusque illam ex vetusto Codice Eminentissimi Cardinalis Ottoboni anno 1699. *Est autem Codex mendis non paucis fœdatus, quas alterius Codicis subsidio destituti utcumque sarcire conati sumus. Habita porro est paucis post Resurrectionem Domini diebus; & quidem, ut in fine Concionis innuitur in die festo Sanctarum Bernices & Prosdoces atque Domninæ matris earum, qui, ut dicebamus in Monito ad Homiliam priorem in easdem Sanctas Martyres, incidit in* 15. *Aprilis. Hic autem illas nominatim non memorat Chrysostomus; sed adeo clare indicat, ut perinde certum sit de illis agi, atque si ipso nomine appellarentur. Agitur nimirum de matre & duabus filiabus, quæ servandæ fidei pudicitiæque causa post relictam patriam sese in flumen præcipitarunt. Singulare quidpiam hic carptim innuitur, quod in priore de SS. Bernices & Prosdoces Homilia non comparet, nempe Tyrannum quempiam cælibem, virginitatem earum, nempe Domninæ filiarum, tentare voluisse, sed inaccessas fuisse virgines; quod utique licet sileatur in priore, congruit tamen cum eis, quæ num.* 7. *dicuntur: ubi quærens Chrysostomus cur Domnina judicium præverterit, & antequam ante judicem sisteretur cum filiabus sese in flumen præcipitaverit; respondet id fecisse, ne quis filiarum corrumperet virginitatem, quo innuitur Judicem seu tyrannum Domninæ filiabus cupiditatis oculos adjecisse. De anno hujus habitæ Concionis nihil adhuc expiscari potuimus.*

Huic de Sanctis mulieribus sermoni præmittit Chrysostomus Concionis præteritæ reliquias, ubi quæsitum fuerat cur Joannes solus Evangelistarum de Lazaro quatriduano loquutus esset: postquam vero causam attulit, de Lazaro non pauca solito stylo orationisque genere disserit. Ex tempore autem pronunciata fuisse videtur hæc Concio, ut & aliæ non paucæ, quæ paris sunt brevitatis.

IN QUATRIDUANUM LAZARUM, & de SS. Martyribus Domnina, Bernice & Prosdoce.

NUPER, dilecti, floridam aëris coronam vobis nectentes, & anni tempestatem ceu in tabula sermonis delineantes, non modo nemora ramis ornata, prata florentia, & auras ad vitam revocantes exhibuimus; sed naturam quoque nostram hoc tempore, resurrectionis symbola nactam ostendimus: atque argumentum tempori congruens perquirentes, redivivum Lazarum attraximus. Verum cum promissa complere non possemus, in primo conatu orationis terminum posuimus. Ac cum primo loco quæsivissemus, cur a cæteris Evangelistis prætermissus Lazarus, a Joanne solo memoratus fuisset; respondebamus, Spiritum sanctum, ut commenti suspicionem præcideret, permisisse ut Evangelistæ quæ ad miracula Servatoris pertinerent concordissime describerent; curasse tamen ut alius aliud quidpiam præteriret: quod signum esset perspicuum ipsos neque callide, deditaque opera, unove consensu, neque ad gratiam Evangelia scripsisse; ita ut omnia, cum quidpiam in aliquo deesset, veritatem sine fuco declararent.

Joan. 11. Cur Evangelistæ non eadem semper omnes describant.

[a] ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΤΕΤΡΑΗΜΕΡΟΝ Λάζαρον.

A ΠΡΩΗΝ ὑμῖν, ἀγαπητοὶ, τὸν πολυανθῆ τοῦ ἀέρος διαπλέκοντες στέφανον, καὶ τὴν ὥραν τοῦ ἔτους καθάπερ ἐν πίνακι τῶν λόγων χαρακτηρίζοντες, οὐ μόνον ἄλση θάλλοντα καὶ λειμῶνας ἀναβλαστάνοντας καὶ αὔρας, πρὸς ἀναβίωσιν κατεπειγομένας ἐνεδείκνυμεν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἡμετέραν φύσιν κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον τὰ τῆς ἀναστάσεως δεδεγμένην ἀπεφαίνομεν σύμβολα· καὶ πρόσφορόν τινα τῷ καιρῷ ζητοῦντες ὑπόθεσιν, τὸν ἀναζήσαντα Λάζαρον εἱλκύσαμεν. ἀλλὰ πρὸς τὴν ὑπόσχεσιν διαρκέσαι μὴ δυνηθέντες, κατὰ τὸ πρῶτον ἐγχείρημα τὸν λόγον συνεπεράναμεν. καὶ πρὸ πάντων ἐπιζητήσαντες, τίνος χάριν ὑπὸ τῶν λοιπῶν εὐαγγελιστῶν ὁ Λάζαρος σιγηθεὶς, Ἰωάννῃ μόνῳ συγγέγραπται, B ἐλέγομεν, ὅτι τὴν ὑποψίαν πλάσματος προϋποτεμνόμενον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, συνεχώρησεν τοῖς εὐαγγελισταῖς ἐκ συνόδου τε καὶ συμφωνίας τὰ τοῦ σωτῆρος ἀναγεγραφηκέναι τὰ θαύματα· ἀλλὰ καὶ παραλιπεῖν ἄλλον ἄλλο τι παρεσκεύασεν· ἐναργὲς τεκμήριον τοῦτο ποιούμενον, τὸ μὴ κακούργως μηδὲ ἐκ παρασκευῆς, μηδὲ ἐκ συνθέματος, μηδὲ πρὸς χάριν αὐτοῖς συγγεγράφθαι τὰ εὐαγγέλια· καὶ ὥστε πάντα, ὅταν τὸ φαινόμενον ἐλλείψῃ, τὴν ἀπερίεργον ἀλήθειαν

a Ex Codice Eminentissimi Cardinalis Ottoboni.

σαρηνίζειν. ἀλλὰ τούτων ἱκανῶς τότε προκατασκευασθέντων ἡμῖν, σκοπήσωμεν τίς ἡ κατὰ τὸν Λάζαρον θαυματουργία [a] τοῖς εὐαγγελισταῖς εὔκαιρος χρεία. πολλὰ πρὸς τοὺς μαθητὰς πολλάκις περὶ τοῦ πάθους διαλεχθεὶς ὁ σωτὴρ, ναρκῶντας ἑώρα, καὶ πρὸς τοιαύτην ἀκοὴν ἀποφρίττοντας, καὶ ἀσθενείας μᾶλλον ἢ οἰκονομίας τὸ προμηνυόμενον πάθος ὑπολαμβάνοντας, καὶ ἀνθρωπίνοις ἔτι λογισμοῖς ῥιπιζομένους καὶ τρέμοντας. διὰ τοῦτο ἤδη τοῦ πάθους πλησιάζοντος καὶ τοῦ σταυροῦ μέλλοντος πήγνυσθαι, ἀνίστησιν ἀποθανόντα τὸν Λάζαρον, ἵνα ἔργῳ διδάξῃ τοὺς μαθητευομένους, ὡς οὐκ ἀσθενείας ὁ σταυρὸς καὶ ὁ θάνατος, ἵνα πείσῃ τοὺς παρόντας, ὅτι θανάτῳ μὲν ἐπιτάττει, καὶ ψυχὴν ἀνακαλεῖται τῶν γηΐνων ἀπολυθεῖσαν δεσμῶν. σκοπῷ δέ τινι τὸν ἑκούσιον ὑφίσταται θάνατον, καὶ τάχα δὲ προδιαγράφων ἐν τῷ Λαζάρῳ τὴν μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀνάστασιν, καὶ τῇ συντόμῳ προθεσμίᾳ τῆς ὑπὸ γῆν διατριβῆς τοὺς μικροψύχους παραμυθησάμενος, καὶ ἐν προθύροις τοῦ σταυροῦ, τὸν φόβον ἀναγκαίως τῶν μαθητῶν ὑπεκλύων, καὶ δεικνὺς ὅτι τὸ τῷ ἑτέρῳ παρ' αὐτοῦ χαρισθὲν, καὶ αὐτῷ παρ' ἑαυτοῦ ῥᾳδίως ὑπάρξει· διὰ τῶν αὐτῶν ἔργων ἀμφιβάλλοντας νουθετῶν, καὶ τοιούτῳ τρόπῳ φωνὰς τοῖς πράγμασιν περιάπτων, καὶ δι' ὧν ἐποίει σχεδὸν ταῦτα φθεγγόμενος· οὐδαμοῦ τὴν ἀναληφθεῖσαν ἀνθρωπότητα τῆς θείας ἐνεργείας ἄμικτον ἀπολέλοιπα, ἀλλὰ νῦν μὲν ὡς ἄνθρωπος, νῦν δὲ ὡς θεὸς ἐγὼ, τὴν μὲν φύσιν ὑποδεικνὺς, τῇ δὲ τὴν οἰκονομίαν πιστούμενος, καὶ διδάσκων τὰ μὲν ταπεινότερα προσάπτειν τῇ ἀνθρωπότητι, ἀνατιθέναι δὲ τὰ ὑψηλότερα τῇ θεότητι, καὶ διὰ τῆς ἀνίσου ταύτης τῶν ἔργων κράσεως, τὴν ἄνισον τῶν φύσεων ἕνωσιν ἑρμηνεύων, καὶ διὰ τῆς κατὰ τῶν παθῶν ἐξουσίας, δηλοποιῶν τῶν παθῶν τὸ αὐθαίρετον· ἐχαλίνωσα τὴν φύσιν ὡς θεὸς ἐπὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας παρατείνας τὴν ἀσιτίαν, ἐπείνασα δὲ μετὰ ταῦτα, καὶ ἐκοπώθην ὡς ἄνθρωπος. ἀλλ' ὡς θεὸς θάλατταν λυττῶσαν ἐκοίμησα· ἐπειράσθην ὡς ἄνθρωπος ὑπὸ τοῦ διαβόλου· ἀλλ' ὡς θεὸς ἐπιτάγματι δαίμονας ἀπήλασα, μέλλω πάσχειν ὑπὲρ ἀνθρώπων ὡς ἄνθρωπος. ἀλλ' ἵνα μὴ ἀσθενείας ὑπολάβητε τὸ γινόμενον, πρὸ τοῦ θάνατον ἐπελθεῖν ἀνακαλοῦμαι τὸν ὑπὸ τοῦ θανάτου κρατούμενον. καὶ τὴν τῆς θεότητος ἐνέργειαν προμηνύσας, τότε τῆς ἀνθρωπότητος τὸ ἀρχαῖον ὄφλημα καταβάλλω· καὶ διαλύσας τὰ δεσμὰ, τότε δεσμοῦμαι, καὶ διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν [ἐπιδείκνυμι] ὅτι ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν. αὕτη τοῦ σωτῆρος ἡ διὰ τῶν ἔργων διδασκαλία· εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἦν, μηδὲ λόγῳ τινὶ τὴν κατὰ τὸν Λάζαρον θαυματουργίαν ἐταμιεύετο, οὐκ ἂν δήπου προσαγγελθείσης αὐτῷ κατὰ τὴν ὁδὸν τῆς ἀσθενείας τοῦ Λαζάρου· ἀπέστειλαν γὰρ, φησὶν, ἀδελφαὶ αὐτοῦ πρὸς τὸν κύριον λέγουσαι, ἴδε ὃν φιλεῖς ἀσθενεῖ· οὐκ ἂν οὖν τι τούτων ἀκούσας ἐπὶ πολὺ ἀνεβάλετο· ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τοῦ ἑκατοντάρχου καὶ τῆς Συροφοινικίσσης ἐποίησεν, καὶ τοῦ μὲν ἀπόντος τὸν παῖδα, τῆς δὲ ἀπούσης τὴν θυγατέρα διέσωσεν·

A At cum hæc tunc a nobis satis pertractata fuerint; inspiciamus quænam ex hoc circa Lazarum miraculo discipulis utilitas promanet. Multa de passione sua discipulis sæpe loquutus Servator, torpentes illos animadvertebat, ob talem narrationem horrentes, atque infirmitatis potius, quam œconomiæ, prænunciatam passionem esse suspicantes, utpote humanis adhuc ratiociniis agitatos ac trementes. Quapropter cum jam instaret passionis tempus, & jam proximum esset ut crux defigeretur, Lazarum mortuum suscitat; ut opere discipulos doceat, non infirmitatis esse passionem & B crucem; ut præsentibus fidem faciat, se & morti imperare, & terrenis vinculis solutam animam revocare. Atque secundum aliquem scopum spontaneam mortem suam proponit, forteque in Lazaro suam post triduum resurrectionem prius describit, ac de brevissimo illo tempore quo sub terra versaturus erat imbecilles animo consolatur: atque in crucis limine discipulorum metum opportune solvit, docetque illam, quam alteri impertit gratiam, sibi ipsi facile procuraturum esse: ipsisque operibus dubios animi commonefacit, rebus gestis vocem quodammodo adaptans, ipsoque C facto sic prope loquens: Assumtam humanitatem divina operatione vacuam numquam reliqui; verum nunc ut homo, nunc ut Deus, cum naturam subindicans, tum œconomiæ fidem faciens, docensque humiliora ad humanitatem, sublimiora vero ad divinitatem referenda esse, atque per inæqualem hanc operum temperationem, inæqualem naturarum unionem interpretans, ac per potestatem in passiones, voluntarias esse passiones meas declarans; ut Deus per jejunium & inediam quadraginta dierum naturam refrenavi; sed postea ut homo defatigatus esurivi. Utique ut D Deus efferatum mare sedavi; ut homo a diabolo tentatus sum: ut Deus dæmonas expuli; ut homo pro hominibus sum passurus. Verum-ne suspicemini id per infirmitatem accidere, priusquam mors adveniat, a morte detentum ad vitam revoco: ac postquam divinitatis vim operationemque declaravi, tunc humanitatis antiquum debitum depono; postquam vincula solvi, tunc vinculis alligor: atque rebus ipsis demonstro, me potestatem habere ponendi animam meam, & potestatem habere iterum sumendi eam. Hæc est Servatoris doctrina ipsis operibus exhibita. Nisi enim E hoc esset, ac nisi quadam ratione suum in Lazaro miraculum concinnasset, nequaquam nunciata sibi, dum iter ageret, Lazari infirmitate, *Miserunt* enim, ait, *sorores ejus ad Dominum, dicentes, Ecce quem amas infirmatur*; nequaquam sane post nuncium hujusmodi cunctatus esset; sed quemadmodum erga Centurionem & Syrophœnissam se gessit, cum illius absentis filium, & hujus pariter absentis filiam sanavit; sic

Lazari resurrectio Christi resurrectioni fidem facit.

Joan. 11. 3.

[a] Legendum videtur, τοῖς μαθηταῖς, nisi malis, τῷ εὐαγγελιστῇ. Si hoc postremo modo legatur, sensus erit: *Cui opportuno usui Evangelista Lazari miraculum narret.*

& erga Martham fratris morbum indicantem se gessisset. Nunc vero de industria donec moriatur exspectat, fit mora longior, & ex providentia adventum suum differt, ut victoriam de morte reportatam vel ante mortis certamen ostendat: tribusque diebus moratur, ut mortis veritas palam fiat; Judæis vero præsentibus aperiri sepulcrum jubet, ut testes miraculi redderet eos, qui se pellebant. Per orationem autem & Patris invocationem Lazarum suscitat, ne videretur creatoris legibus repugnare. Ac vide mihi rem plane stupendam: Non dixit, Lazare reviviſce; Joan. 11. 43. sed quid? *Lazare veni foras*; ut doceret præsentes, ipsum esse qui vocat ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt; ut ostenderet præsentibus, ipsum esse Deum vivorum & non mortuorum; ut demonstraret divinum præceptum a nullo posse obice tardari, simulque præsentibus in memoriam revocaret eum qui dicebat, Gen 1. 6. 9. 11. 20. *Fiat firmamentum. Congregentur aquæ in collectionem unam. Germinet terra herbam fœni. Educant aquæ reptilia animarum viventium. Lazare veni foras:* & hoc ad majorem & firmiorem concurrentium fidem; ut habitus & fasciæ mortem testificarentur, atque obedientia sine mora, metusque a nullo cohibitus Dominicam auctoritatem prædicarent. *Lazare, veni foras:* & solutus erigebatur, & putridus sentiebat, mortuus obediebat, vinctus currebat, qui deflebatur saltabat. Cur clamore nunc utitur Servator? ait quippe Evangelista; *Hæc cum dixisset, voce magna clamavit, Lazare veni foras.* Forte per clamorem futuram resurrectionem 1. Cor. 15. 52. subindicavit. Nam *tuba canet*, inquit, *& mortui resurgent.* Cum multa mihi de hoc argumento dicenda suppetant, ad aliud pertrahor, & a sepulcro in sepulcrum venire cogor. Opportunum est Lazari sepulcrum cum aliis sepulcris comparatum: neque inopportuna, ut videtur, est mors mulierum ad ipsum sepulcrum celebrata. Illic sepulcrum, & hic quoque sepulcrum: Loquitur SS. Martyribus Domnina, Bernice & Prosdoce. sed Lazari sepulcrum apertum Christi potentiam declarat, mulierum vero sepulcrum clausum & tamen operans, Christi gratiam prædicat. Illic mortuus supra naturam ex sepulcro currit, hic mulieres præter naturam ad sepulcra accurrunt: illic divinæ potentiæ signum, hic generosi animi argumentum. Illic Lazarus ex portis mortis egreditur; hic femineum genus portas mortis audacter adit. Illic post mortem resurrectio, hic vita. Illic mors violenter prædatur, hic mors palam calcatur. Illum mors mutuo acceptum, vitæ festinanter restituit; imo potius Hebr. 11. 35. *acceperunt*, inquit, *mulieres de resurrectione mortuos suos*, ita jubente Deo; hæ vero ex temporanea vita ad vitam perpetuam transilierunt: mater & filiæ, quæ nos hodie congregaverunt. Mater pia, quæ partum sustinuit, & filiæ partus expertes: mater quæ virginitatem

A οὕτως ἂν καὶ ἐπὶ τῆς Μάρθας περὶ ἀδελφοῦ δηλώσης ὡς ἀσθενοῦς πεποίηκεν. νῦν δὲ ἐξεπίτηδες ἀναμένει τὸν θάνατον, καὶ ἐνδιατρίβει ἡ παρολκὴ, καὶ τὴν παρουσίαν ἐκ προνοίας ὑπερτίθεται, ἵνα τὴν κατὰ τοῦ θανάτου νίκην πρὸ τῆς τοῦ θανάτου πάλης ἐνδείξηται· καὶ τρεῖς μὲν ἡμέρας ὑπερτίθεται, πρὸς ἔλεγχον τῆς ἀκριβοῦς τελευτῆς· Ἰουδαίων δὲ παρόντων ἀνοίγει τὸν τάφον, ἵνα κήρυκας τοῦ θαύματος ἐργάσηται τοὺς ἐλαύνοντας. δι' εὐχῆς δὲ καὶ τῆς τοῦ πατρὸς ἐπικλήσεως ἐγείρει τὸν Λάζαρον, ἵνα μὴ δόξῃ τοῖς τοῦ δημιουργοῦ ἀντιπίπτεσθαι νόμοις. καὶ βλέπε μοι τὸ παράδοξον, οὐκ εἶπεν, Λάζαρε ἀνάζησον, ἀλλὰ τί; Λάζαρε δεῦρο ἔξω, ἵνα διδάξῃ τοὺς παρόντας ὡς οὗτος ἐκεῖνος ὁ καλῶν τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα, ἵνα δείξῃ τοῖς B παροῦσιν ὡς οὗτος ἐκεῖνος ὁ θεὸς ζώντων καὶ οὐ νεκρῶν, ἵνα ἐν καιρῷ τὸ ἀπαρεμπόδιστον τοῦ θείου προστάγματος ἐπιδείξηται, καὶ ἀναμνήσῃ τοὺς παρεστῶτας τοῦ λέγοντος· γενηθήτω στερέωμα, συναχθήτω τὰ ὕδατα εἰς συναγωγὴν μίαν, βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν. Λάζαρε δεῦρο ἔξω· καὶ τοῦτο πρὸς μείζω καὶ βεβαιοτέραν πίστιν τῶν συνδραμόντων· ἵνα ἡ μὲν στολὴ καὶ τὰ δεσμὰ τὴν νεκρότητα μαρτυρήσῃ, ἡ δὲ ἀνυπέρθετος ὑπακοὴ, καὶ ὁ ἀνεμπόδιστος φόβος τὴν δεσποτικὴν αὐθεντίαν κηρύξῃ. Λάζαρε δεῦρο ἔξω, καὶ ὁ διαλελυμένος ὀρθοῦτο, καὶ ὁ σεσηπὼς ᾐσθάνετο· ὁ νεκρὸς ὑπήκουεν, καὶ ὁ δεσμώτης ἔτρεχεν, καὶ ὁ C θρηνούμενος ἐσκίρτα. διατί δὲ κραυγῇ κέχρηται πρὸς τὸ παρὸν ὁ σωτήρ; φησὶν γὰρ ὁ εὐαγγελιστὴς, ταῦτα εἰπὼν φωνῇ μεγάλῃ ἐκραύγασεν, Λάζαρε δεῦρο ἔξω. καὶ διὰ τῆς βοῆς τάχα τὴν μέλλουσαν προϋποτυπώσας ἀνάστασιν· σαλπίσει γὰρ, φησὶν, καὶ οἱ νεκροὶ ἀναστήσονται. πολλὰ ἔτι ἔχων λέγειν ἐπὶ τὴν προκειμένην ὑπόθεσιν, ἕλκομαι, καὶ ἀπὸ τάφου πρὸς τάφον με ἐλθεῖν ἀναγκάζομαι. εὔκαιρος δὲ ἄρα καὶ ὁ τοῦ Λαζάρου τάφος τάφοις ἐξετασθείς· οὐκ ἄκαιρος, ὡς ἔοικεν, καὶ ὁ τῶν γυναικῶν θάνατος ἐπ' αὐτὸν τὸν τάφον ἑορταζόμενος. τάφος ἐκεῖ, καὶ τάφος ἐνταῦθα· ἀλλ' ὁ μὲν τοῦ Λαζάρου τάφος ἀνοιγόμενος τὴν τοῦ D Χριστοῦ δύναμιν ἐμφανίζει, ὁ δὲ τῶν γυναικῶν τάφος κεκλεισμένος καὶ ἐνεργῶν, τὴν τοῦ σωτῆρος χάριν κηρύττει. ἐκεῖ νεκρὸς ὑπὲρ φύσιν τὸν τάφον ἐκτρέχων, ἐνταῦθα γυναῖκες παρὰ φύσιν τοῖς τάφοις προστρέχουσιν· ἐκεῖ θείας δυνάμεως σημεῖον, ἐνταῦθα προαιρέσεως γενναίας τεκμήριον. [a] ἐκεῖ Λάζαρος.... τὰς τοῦ θανάτου.... εὐθάρσως ἐπίσταται. ἐκεῖ μετὰ τὸν θάνατον ἀναβίωσις, καὶ ἐνταῦθα ζωή. ἐκεῖ θάνατος βιαίως λῃστεύεται, ἐνταῦθα θάνατος προδήλως πατεῖται. ἐκεῖνον ὁ θάνατος δανείσας τῷ βίῳ πάλιν διὰ τοῦ τάχους [b] ἀνέλαβεν· μᾶλλον δὲ, φη- b E σὶν, ἔλαβον γυναῖκες ἐξ ἀναστάσεως τοὺς νεκροὺς αὐτῶν, τοῦτο θεοῦ κελεύσαντος· αὗται δὲ ἀπὸ προσκαίρου ζωῆς πρὸς ζωὴν ἀπέραντον μετεπήδησαν, μήτηρ καὶ θυγατέρες, αἱ σήμερον ἡμᾶς συναθροίσασαι. μήτηρ εὐσεβὴς ὠδῖνα ὑπενέγκουσα, θυγατέρες ὠδίνων ἀπείρατοι, μήτηρ

a Hæc corrupta sunt in Ms. verum talem sensum expressisse verisimile est, qualem Interpretatio nostra Latina effert.

b Forte ἀνέβαλεν.

λύσασα

λύσασα παρθενίαν εἰς γένεσιν παρθένων, μήτηρ ἁγνείας ὠδίνασα, μήτηρ κατὰ φυσικὸν νόμον παρθένους γεννήσασα. ὁ πανταχοῦ τοῖς εὐσεβέσιν ἐπιστρατεύων τύραννος, ὁ τὸ τῶν βαρβαρικῶν φόνων πρὸς τὸ ἐμφύλιον αἷμα μεταστρέφων τὸ ξίφος, τύραννος Χριστὸν ἐλαύνων τὸν οὐ βλεπόμενον, τύραννος διὰ τῆς ποίμνης οἰόμενος τὸν ποιμένα πορθεῖν, τύραννος εἰς οὐρανὸν τοξεύειν ἐπιχειρῶν, τύραννος τὴν Χριστοῦ βασιλείαν πλατυνομένην ζηλοτυπῶν. a τύραννος ἦν ὁ διώκων ἀνὴρ καὶ [a] μονόζυξ, ἀπρόσοδοι θυγατέρες αἱ συναγωνιζόμεναι. χρήματα διηρπάζετο, πατρὶς ἀπελιμπάνετο· εἷλκον ἀσεβεῖς στρατιῶται τὰς τῆς σωφροσύνης τε καὶ κοσμιότητος ἐραστάς, τοιχωρύχοι τὴν τοῦ νοητοῦ Ναβουχοδονόσορ εἰκόνα προσκυνεῖν ἀναγκάζοντες. ἀλλ' ὅπερ ἡ Βαβυλωνία κάμινος ἐπὶ τῆς τῶν μαρτύρων τριάδος ἐργάζεται, καὶ σώματός τε καὶ ψυχῆς τὰ δεσμὰ διαλύσασα, ἐλευθέρας ἀφῆκεν εἰς οὐρανὸν πέτασθαι τὰς ψυχάς. ὄφις δὲ ἀρχόμενος ὁ τὴν Εὔαν ἐν παραδείσῳ διώξας, ὁ τοῖς ἁπλοῖς καὶ ἀκάκοις σοφιστεύσας ἤθεσιν, οὗτος τὸν ποταμὸν ἰδὼν λουτροῦ κολυμβήθραν γενόμενον, καὶ θείῳ πνεύματι τὸ ῥεῖθρον ἀνακιρνώμενον, ἄχρι τοῦ ποταμοῦ τὰς μακαρίας διώξας, τοῖς πυρὶ πνευματικῷ κερασθεῖσιν ὕδασιν ἀνεκρούετο, καὶ περιστρέφων ἑαυτῷ τὸ κομψὸν, τοῦ ἀρχαίου μηχανήματος τὴν ζημίαν ἐθρήνει, καὶ τὰς πρὶν εὐαπατήτους τε καὶ εὐπτοήτους γυναῖκας, ταύτας κατὰ τοῦ θανάτου σοβαρῶς νεανιευομένας ἑώρα, καὶ ἣν ἐτήρει πτερνίσαι πτέρναν, ταύτην ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν ἀλλομένην ἔβλεπεν. ἀλλ' ἱκανῶς καὶ τὰς τροπαιοφόρους ἐμπανηγυρίσαντες γυναιξὶν, καὶ τὸ χρήσιμον πανταχοῦ τῇ ὑποθέσει κεράσαντες, καὶ τάφον παλαιὸν νεαρῷ τάφῳ κοσμήσαντες, καὶ παράλογον ἀναβίωσιν καρτερικῷ θανάτῳ συρράψαντες, καὶ ἀνδράσι τε καὶ γυναιξὶν ὑποδείγματα πρὸς ἀρετήν τε καὶ εὐσέβειαν ὑποθέμενοι, καὶ θάνατον ἀοίδιμον καὶ ἀνάστασιν ζηλωτὴν ἐπιδείξαντες, εὐχαριστήσωμεν ζωῆς καὶ θανάτου ἐξουσίαν ἔχοντι Χριστῷ· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος ἅμα τῷ πατρὶ σὺν τῷ ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

[a] Sic Ms. sed hæc vox suspecta videtur.

A solvit ad partum virginum, mater quæ castitatem peperit, mater quæ secundum legem naturalem virgines enixa est. Qui piis ubique bellum infert Tyrannus, qui barbarica cæde in contribulium sanguinem gladium convertit: Tyrannus ille qui Christum quem nequit videre persequitur: tyrannus qui per ovile se pastorem ipsum deprædari posse confidit; tyrannus qui contra cælum jaculari tentat, qui dilatato Christi regno invidet. Tyrannus erat is qui persequebatur & cælebs: inaccessæ vero virgines, quæ concerta- B bant. Pecuniæ diripiebantur, patria relinquebatur: eas pudicitiæ & modestiæ amantes trahebant milites, murorum effossores, qui Nabuchodonosoris imaginem, secundum intelligendi rationem, adorare cogebant. Sed quod Babylonica fornax erga Martyrum illam triadem effecit, hic quoque & corporis & animæ vincula solvens; animas liberas ut ad cælum volarent dimisit. Rem suscepit serpens ille, qui Evam in Paradiso persequutus est, qui simplices innocentesque mores circumvenit: hic cum fluvium cerneret in lavacri piscinam versum, & alveum divino spiritu perfusum, C usque ad ipsum fluvium Beatas illas persequutus, ab aquis illis cum igne spirituali commixtis repulsus est: atque fastum suum animo revolvens, veterum machinarum suarum casum deplorabat: fallaciis opportunas formidolosasque olim mulieres, jam audacter contra mortem decertantes cernebat; & calcaneum, quem supplantare volebat, a terra in cælum insilientem videbat. Verum postquam tropæa gestantium mulierum laudes sat prosequuti sumus, atque argumento utilia subinde admiscuimus, vetusque sepulcrum novo D sepulcro exornavimus, atque miram resurrectionem cum permanente morte junximus; viris vero atque mulieribus exempla ad virtutem & pietatem proposuimus, postquam celebrem obitum, & desideratam resurrectionem ostendimus, gratias agamus Christo, qui potestatem habet vitæ & mortis: cui gloria & imperium, unà cum Patre & sancto vivificoque Spiritu, in sæcula sæculorum, amen.

MONITUM

IN HOMILIAM DE SANCTIS MARTYRIBUS;

Et in eam, cujus argumentum est;

NON ESSE AD GRATIAM CONCIONANDUM.

CONCIONES *in Maccabæos, hæc Antiochiæ habita Homilia sequi debet; ita suadente ipso Chrysostomo, qui numero* I. *innuit, se hanc pronunciasse paulopost Maccabæorum solennitatem, quando Flavianus Episcopus Martyrum festum ruri celebraturus abscessit, atque Chrysostomo in ipsa urbe concionandi provinciam reliquit. In hac autem Homilia de Martyrum virtute egregie disserit S. Doctor: muta eorum ossa plus ad salutem, ad compun-*

ctionem, ad pœnitentiam conferre dicit, quam Doctorum quorumlibet verba admonitionesque. Hinc transit ad eos qui mysteria indigne participant; edicitque eos, non secus plectendos esse, quam eos qui Jesum crucifixerunt. Post hanc autem habitam concionem permulti dicti hujus acerbitatem non ferentes, indignabantur & excandescebant. Avocas nos, *aiebant*, a sacra Mensa, & a Communione repellis. *Qua re permotus Chrysostomus pulcherrimam illam Concionem habuit, qua probat rem esse periculi plenam tum prædicanti, tum auditoribus, si ad gratiam ille concionetur: plurimaque dicit alia ad concionatorum, & ad auditorum officium spectantia. Etsi vero hæc Homilia ad Panegyricos Sanctorum sermones non pertineat, religio fuit eam a præcedenti Concione disjungere, quia cœptam de indigne communicantibus hypothesin, ea quam diximus occasione ductus hic prosequitur. Quo anno utramque habuerit Homiliam Chrysostomus ne conjecturâ quidem assequi valemus: hoc unum ex secunda Homilia, cui titulus*, non esse ad gratiam concionandum, *expiscari posse videmur, nempe habitam utramque fuisse post Homilias de Lazaro: dicit enim S. Doctor num. 3. de Lazaro loquens:* Et quid opus est parabolam totam percurrere? Quippe nostis historiam omnem; crudelitatem divitis: quo pacto mendicum participem mensæ non faceret; egestatem illius ac famem, cum qua perpetuo conflictabatur. *Quæ sane videntur post sermones de Lazaro dicta; licet id affirmare non ausim. Quo autem anno sermones de Lazaro dicti fuerint, pariter incertum, ut vidimus in Monito ad eosdem.*

Utriusque Interpretationem Latinam edidit Fronto Ducæus.

CUM EPISCOPUS MARTYRUM diem ruri celebratum abiisset, habitus est in urbe sermo in Martyres, & de compunctione cordis & eleemosyna.

1. HERI Martyrum dies fuit, sed & A hodie Martyrum dies est. Atque utinam semper diem Martyrum celebraremus. Si enim illi, qui insano theatrorum amore ducuntur, & Circenses ludos ad stuporem usque mirantur, numquam turpibus illis spectaculis satiantur: multo æquius est, ut sanctorum festivitatis celebratio nobis satietatem & fastidium numquam pariat. Illic pompa est diabolica, hic festivitas christiana: illic exsultant dæmones, hic Angeli choreas ducunt: illic animarum pernicies, hic salus eorum omnium, qui congregantur. At habent illa quamdam voluptatem? Non sane tantam, quantam ista. Quæ enim, quæso, voluptas temere & quoquo mo- B do currentes equos cernere? hic vero non jugum brutorum animalium spectas, sed Martyrum mille currus, & Deum qui curribus istis præsidet, atque in cælum iter agit. Ut enim intelligas sanctorum animas Dei currum esse, audi Prophetam dicen-
Psal. 67. 18. tem: *Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium.* Quod enim supernis virtutibus dono dedit, hoc & naturæ nostræ largitus est. Super Cherubim sedet, sicut
Psal. 17. 11. ait Psalmus: *Ascendit super Cherubim & vo-*
Dan. 3. 55. *lavit:* & rursus, *Qui sedes super Cherubim, & intueris abyssos:* hoc etiam nobis rursus contulit. Sedet super illos, in nobis habi-
Lev. 26. 12. & 2. Cor. 6. 16. tat. *Inhabitabo enim & inambulabo in vobis.* C Illi facti sunt currus, nos templum fiamus. Vides cognationem honoris? vides, quo
Col. 1. 20. pacto pacificarit quæ in cælis sunt, & quæ in terra? Itaque nihil ab Angelis differimus, si velimus: sed quod in exordio sermonis dicebam, heri Martyrum dies, &

ΑΠΕΛΘΟΝΤΟΣ ΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ μαρτύρων ἡμέραν ἐν τῇ χώρᾳ ἐπιτελέσαι, ἐλέχθη ἡ ὁμιλία ἐν τῇ πόλει εἰς μάρτυρας, καὶ περὶ κατανύξεως καὶ ἐλεημοσύνης.

ΧΘΕΣ μαρτύρων ἡμέρα, ἀλλὰ καὶ σήμερον μαρτύρων ἡμέρα. εἴθε καὶ ἀεὶ μαρτύρων ἡμέραν ἐπετελοῦμεν. εἰ γὰρ οἱ περὶ τὰ θέατρα μεμηνότες, καὶ πρὸς τὴν τῶν ἵππων ἅμιλλαν κεχηνότες, οὐδέ ποτε λαμβάνουσι κόρον τῶν ἀτόπων θεαμάτων ἐκείνων· πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς ἀκορέστως ἔχειν δεῖ πρὸς τὰς ἑορτὰς τῶν ἁγίων. ἐκεῖ πομπὴ διαβολική, ἐνταῦθα ἑορτὴ χριστιανική· ἐκεῖ δαίμονες σκιρτῶσιν, ἐνταῦθα ἄγγελοι χορεύουσιν· ἐκεῖ ψυχῶν ἀπώλεια, ἐνταῦθα σωτηρία τῶν συλλεγομένων ἁπάντων. ἀλλ' ἔχει τινὰ ἡδονὴν ἐκεῖνα; ἀλλ' οὐ τοσαύτην ὅσην ταῦτα. ποία γὰρ ἡδονὴ τρέχοντας εἰκῆ καὶ B ἁπλῶς ἵππους ἰδεῖν; ἐνταῦθα δὲ οὐχὶ ἀλόγων ζεύγη ὁρᾷς, ἀλλὰ μαρτύρων μυρία ἅρματα, καὶ τὸν θεὸν τοῖς ἅρμασιν ἐφεστῶτα τούτοις, καὶ τὴν πρὸς τὸν οὐρανὸν ὁδὸν ἐλαύνοντα. ὅτι γὰρ αἱ ψυχαὶ τῶν ἁγίων ἅρμα εἰσὶ τοῦ θεοῦ, ἄκουσον τοῦ προφήτου λέγοντος· τὸ ἅρμα τοῦ θεοῦ μυριοπλάσιον, χιλιάδες εὐθηνούντων. ὅπερ γὰρ ἐδωρήσατο ταῖς ἄνω δυνάμεσι, τοῦτο ἐχαρίσατο καὶ τῇ ἡμετέρᾳ φύσει. ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ κάθηται καθάπερ καὶ ὁ ψαλμός φησιν· ἐπέβη ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ, καὶ ἐπετάσθη· καὶ πάλιν, ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ, καὶ βλέπων ἀβύσσους· τοῦτο καὶ ἡμῖν πάλιν ἔδωκεν. ἐπ' ἐκείνων κάθηται, ἐν ἡμῖν οἰ- C κεῖ. ἐνοικήσω γὰρ καὶ ἐμπεριπατήσω ἐν ὑμῖν. ἐκεῖνοι γεγόνασιν ἅρμα· ἡμεῖς γενώμεθα ναός. εἶδες τῆς τιμῆς τὴν συγγένειαν; εἶδες πῶς εἰρηνοποίησε τὰ ἄνω καὶ τὰ κάτω. διόπερ οὐδὲν διενήνοχεν τῶν ἀγγέλων ἂν θέλωμεν. ἀλλ' ὅπερ ἔφην ἀρχόμενος, χθὲς μαρτύρων ἡμέρα,

καὶ σήμερον μαρτύρων ἡμέρα, οὐχὶ τῶν παρ' ἡμῖν, A ἀλλὰ τῶν ἐν τῇ χώρᾳ· μᾶλλον καὶ κἀκεῖνοι παρ' ἡμῖν. πόλις μὲν γὰρ καὶ χώρα ἐν τοῖς βιωτικοῖς πράγμασιν ἀλλήλων διεστήκασι· κατὰ δὲ τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον κοινωνοῦσι καὶ ἡνῶνται. μὴ γάρ μοι τὴν βάρβαρον αὐτῶν φωνὴν ἴδῃς, ἀλλὰ τὴν φιλοσοφοῦσαν αὐτῶν διάνοιαν. τί γάρ μοι ὄφελος τῆς ὁμοφωνίας, ὅταν τὰ τῆς γνώμης ᾖ διῃρημένα; τί δέ μοι βλάβος τῆς ἑτεροφωνίας, ὅταν τὰ τῆς πίστεως ᾖ συνημμένα; κατὰ τὸν λόγον τοῦτον οὐδὲν οὔτε χώρα πόλεως εὐτελεστέρα· ἐν γὰρ τῷ κεφαλαίῳ τῶν ἀγαθῶν τὴν ἰσοτιμίαν ἔχουσι. διὰ τοῦτο καὶ ὁ κύριος ἡμῶν B Ἰησοῦς Χριστὸς οὐχὶ ταῖς πόλεσι μὲν ἐνδιέτριβε, τὰς δὲ χώρας ἠφίει κενὰς καὶ ἐρήμους, ἀλλὰ διεπορεύετο κατὰ πόλεις καὶ κώμας κηρύσσων τὸ εὐαγγέλιον, καὶ θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν. τοῦτον καὶ ὁ κοινὸς ἡμῶν ποιμὴν καὶ διδάσκαλος μιμησάμενος, ἀφῆκεν ἡμᾶς καὶ πρὸς ἐκείνους ἔδραμε· μᾶλλον δὲ οὐκ ἀφῆκεν ἡμᾶς πρὸς ἐκείνους ἀπελθών· πρὸς γὰρ τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς ἡμετέρους ἀπῆλθε. καὶ καθάπερ τῆς ἑορτῆς τῶν Μακκαβαίων ἐπιτελουμένης, πᾶσα ἡ χώρα εἰς τὴν πόλιν ἐξεχύθη· C οὕτω τῆς ἑορτῆς τῶν ἐκεῖ μαρτύρων ἀγομένης, νῦν τὴν πόλιν ἅπασαν πρὸς ἐκείνους μεταστῆναι ἐχρῆν. διὰ γὰρ τοῦτο οὐκ ἐν πόλεσι μόνον κατεφύτευσε μάρτυρας ὁ θεὸς, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς χώρας αὐτῆς, ἵνα ἐκ τῆς τῶν ἑορτῶν ὑποθέσεως πρόφασιν ἔχωμεν ἀναγκαίαν τῆς πρὸς ἀλλήλους ἐπιμιξίας, καὶ πλείους ἐπὶ τῆς χώρας ἢ ἐπὶ τῆς πόλεως. τῷ γὰρ ὑστεροῦντι τὴν περισσοτέραν τιμὴν ἔδωκεν ὁ θεός· ἀσθενέστερον γάρ ἐστιν ἐκεῖνο τὸ μέρος. διὰ τοῦτο πλείονος ἀπήλαυσε τῆς θεραπείας. οἱ μὲν γὰρ τὰς πόλεις οἰκοῦντες συνεχοῦς ἀπολαύουσι διδασκαλίας· D οἱ δὲ ἐν ἀγροικίᾳ ζῶντες, οὐ τοσαύτης μετέχουσιν ἀφθονίας. τὴν πενίαν τοίνυν τῶν διδασκόντων ἐν τῇ δαψιλείᾳ τῶν μαρτύρων παραμυθούμενος ὁ θεὸς, ᾠκονόμησε πλείους παρ' ἐκείνοις ταφῆναι μάρτυρας. οὐκ ἀκούουσι διδασκάλων γλώττης ἐκεῖνοι διηνεκῶς, ἀλλὰ μαρτύρων φωνῆς ἀπὸ τοῦ τάφου διαλεγομένης αὐτοῖς καὶ μείζονα ἰσχὺν ἐχούσης. καὶ ἵνα μάθητε, ὅτι μείζονα ἰσχὺν ἔχουσι μάρτυρες καὶ σιωπῶντες ἡμῶν τῶν φθεγγομένων, πολλοὶ πολλάκις διαλεγόμενοι πολλοῖς περὶ ἀρετῆς οὐδὲν ἤνυσαν· ἕτεροι δὲ σιγῶντες, μέγιστα κατώρθωσαν διὰ E τὴν τοῦ βίου λαμπρότητα· ὥστε πολλῷ πλέον οἱ μάρτυρες τοῦτο εἰργάσαντο, τὴν μὲν διὰ τῆς γλώττης οὐκ ἀφιέντες φωνὴν, τὴν δὲ διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν πολὺ τῆς ἀπὸ τοῦ στόματος οὖσαν ὑψηλοτέραν, δι' ἧς πρὸς πᾶσαν τὴν τῶν ἀνθρώπων διαλέγονται φύσιν, ταῦτα τὰ ῥήματα λέγοντες· ἐμβλέψατε εἰς ἡμᾶς, ὅσα ἐπάθομεν δεινά. τί γὰρ ἐπάθομεν θανάτῳ καταδικασθέντες, καὶ ζωὴν εὑρόντες διηνεκῆ; κατηξιώθημεν ἀποθέσθαι τὰ σώματα διὰ τὸν Χριστόν· εἰ δὲ διὰ τὸν Χριστὸν μὴ

hodie Martyrum dies, non eorum qui apud nos sunt, sed eorum qui in villa: imo vero illi quoque apud nos sunt. Nam in sæcularibus quidem negotiis a se invicem dissident civitas & villa: in iis autem quæ ad religionem pertinent, communicant & uniuntur inter se invicem. Noli enim barbaram ipsorum linguam spectare, sed animum ipsorum philosophia excultum. Quid enim linguæ communio prodest, si animi sint divisi? quid vero diversitas linguæ nocet, si fide jungamur? Hac ratione neque villa deterioris conditionis quam civitas, cum in eo, quod bonorum caput est, æqualem honorem sortiantur. Propterea quoque Dominus noster Jesus Christus non in urbibus versabatur, & villas vacuas ac desertas relinquebat, sed peragrabat civitates & castella prædicans Evangelium & sanans omnem languorem & omnem infirmitatem. Hunc & communis pastor noster ac doctor imitatus nos deseruit, & ad illos profectus est: imo vero non deseruit nos, cum ad illos abiit, quippe qui ad fratres nostros abierit. Et quemadmodum cum Maccabæorum festum celebraretur, in urbem villa omnis effusa est: ita cum Martyrum, qui illic quiescunt, festum ageretur, nunc urbem totam ad illos oportuit se transferre. Propterea namque non in urbibus tantum collocavit Martyres Deus, sed etiam in villis ipsis, ut ex diebus festis commercii & colloquii necessaria nobis occasio detur: atque adeo plures in villis, quam in urbe. Inferiori enim abundantiorem honorem impertiit Deus, quod imbecillior sit pars illa, propterea majori eam subsidio cultuque dignatus est. Nam ii quidem qui urbes incolunt, assidua doctrina fruuntur: at qui degunt in agris, non tanta largitate potiuntur. Itaque doctorum penuriam Martyrum abundantia solatus est Deus, & ita disposuit, ut plures apud illos Martyres sepelirentur. Illi doctorum quidem linguam perpetuo non audiunt, sed Martyrum vocem e sepulcro resonantem & ipsos alloquentem, quæ multo majori virtute pollet. Atque ut intelligatis majori pollere virtute Martyres etiam silentes, quam nos qui loquimur; multi sæpenumero dum apud multos de virtute verba faciunt, nihil profecerunt: alii vero etiam tacentes ob vitæ integritatem & splendorem multa egregia facinora patrarunt: itaque multo amplius Martyres hoc fecerunt; non quidem lingua efformatam vocem mittentes, sed illam quæ ex rebus ipsis multo clarius resonat, quam quæ ore profertur, qua nimirum totum genus humanum alloquuntur his verbis utentes: Respicite in nos, qualia passi fuerimus mala. Quid enim passi sumus, qui ad mortem damnati sumus, ac vitam æternam adepti sumus? Digni habiti sumus, qui propter Christum corpora poneremus: quod si nunc illis nos

Luc. 13. *Matth.* 4. 24.

De Flaviano Episcopo loquitur.

1. *Cor.* 12. 23.

Martyres cum doctoribus conferuntur.

non exuissemus, paulo post etiam inviti temporariam hanc illorum vitam amissuri eramus. Si non advenisset martyrium, eaque nobis abstulisset, at communis naturæ nostræ mors nos invasisset, eaque plane dissolvisset. Propterea Deo gratias agere non cessamus, quod ejus beneficio nobis contigerit, ut morte, quæ omnino nobis oppetenda erat, ad nostrarum salutem animarum uteremur, quodque rem necessario debitam tamquam donum aliquod, ac summi genus honoris a nobis acceperit. At enim molesta sunt & acerba tormenta? sed brevi temporis momento feruntur: quæ vero per illa voluptas acquiritur, sempiternis sæculis coæva durat: imo vero ne brevi quidem temporis momento molesta sunt tormenta illis, qui futura respiciunt, & ad certaminis præsidem ac remuneratorem aspirant. Siquidem beatus etiam Stephanus quia Christum oculis fidei spectabat, propterea lapidum imbres non respiciebat, sed illorum loco præmia coronasque numerabat. Tu igitur a rebus quoque præsentibus oculos tuos ad futura converte, ac ne brevem quidem capies sensum malorum.

Act. 7. 55.

2. Hæc & his plura dicunt Martyres, multoque melius, quam nos persuadent. Nam ego quidem si nihil habere molestiæ tormentum dicam, fide dignus minime videor, dum ita loquor: nihil quippe difficile verbis hoc pacto philosophari: at ex ipsis operibus erumpentem vocem Martyr emittens, neminem habet, qui contradicat. Et quemadmodum fieri solet intus in balneis, ubi calidarum aquarum fervet lavacrum, nec descendere quisquam audet: quamdiu quidem se invicem verbis cohortantur, qui ad oram balnei sedent, nemini tamen persuadent: ubi vero quispiam ex illis aut manum demiserit, aut laxato pede totum corpus confidenter immiserit, quamvis tacens multo melius quam qui multa verba facerent, eos qui superiori loco sedent adducet, ut in lavacrum audeant insilire: sic etiam fit in Martyribus. Hic enim loco lavacri aquæ propositus est rogus. Ergo qui foris circumstant, licet innumeris verbis cohortentur, non admodum commovent: ubi vero Martyr unus non pedem, non manum tantum demiserit, sed totum corpus injecerit, tum ipsa rerum experientia vehementius quam cohortatione vel consilio quovis impellit, & ex animis circumstantium timorem expellit. Videtis, ut potentior sit quamvis tacentium vox ista Martyrum? Propterea nobis illorum corpora dereliquit Deus: propterea cum olim vicerint, necdum tamen resurrexerunt, sed certamina quidem a tam multo tempore subierunt, resurrectionem vero nondum sunt consequuti, nondum propter te, ac propter tuam utilitatem, ut cum illum athletam tibi ante oculos posueris, ad eumdem cursum exciteris. Nam isti quidem nullum detrimentum ex dilatione patiuntur: at tibi maximam hæc

Plus persuadent facta quam dicta.

A προεχωρήσαμεν αὐτῶν νῦν, μικρὸν ὕστερον ἐμέλλομεν καὶ ἄκοντες αὐτὴν ἀποστήσεσθαι τῆς προσκαίρου ζωῆς. Εἰ καὶ μὴ μαρτύριον προελθὸν ἔλαβεν, ἀλλ' ὁ κοινὸς τῆς φύσεως θάνατος ἐπελθὼν κατέλυσεν αὐτά. διὰ ταῦτα οὐ παυόμεθα εὐχαριστοῦντες τῷ θεῷ, ὅτι κατηξίωσεν ἡμᾶς τῷ πάντως ὀφειλομένῳ θανάτῳ πρὸς σωτηρίαν τῶν ἡμετέρων ἀποχρήσασθαι ψυχῶν, καὶ τὸ κατ' ἀνάγκην ὀφειλόμενον ἐν δωρεᾶς τάξει ἔλαβε παρ' ἡμῶν, καὶ μετὰ τῆς μεγίστης τιμῆς. Ἀλλ' αἱ βάσανοι φορτικαὶ, καὶ ἐπαχθεῖς; ἀλλ' ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ· ἡ δὲ ἐκ τούτων ἄνεσις ἐν τοῖς ἀθανάτοις αἰῶσι. μᾶλλον δὲ οὐδὲ B ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ φορτικαὶ αἱ βάσανοι τοῖς εἰς τὰ μέλλοντα βλέπουσι, καὶ πρὸς τὸν ἀγωνοθέτην κεχηνόσιν. ἐπεὶ καὶ ὁ μακάριος Στέφανος, ἐπειδὴ τὸν Χριστὸν ἑώρα τοῖς τῆς πίστεως ὀφθαλμοῖς, διὰ τοῦτο τῶν λίθων τὰς νιφάδας οὐκ εἶδεν, ἀλλ' ἀντ' ἐκείνων τὰ βραβεῖα καὶ τοὺς στεφάνους ἠρίθμει. καὶ σὺ τοίνυν μετάστησον ἀπὸ τῶν παρόντων πρὸς τὸ μέλλον τὸ ὄμμα, καὶ οὐδὲ βραχεῖαν τῶν δεινῶν λήψῃ τὴν αἴσθησιν.

C Ταῦτα καὶ πλείονα τούτων οἱ μάρτυρες λέγουσι, καὶ πείθουσι πολλῷ μᾶλλον, ἢ ἡμεῖς. ἐγὼ μὲν γὰρ ἂν εἴπω ὅτι οὐδὲν ἔχει φορτικὸν ἡ βάσανος, οὐκ εἰμὶ ἀξιόπιστος ταῦτα λέγων· λόγῳ γὰρ τὰ τοιαῦτα φιλοσοφεῖν οὐδὲν δύσκολον· ὁ δὲ μάρτυς τὴν διὰ τῶν πραγμάτων φωνὴν ἀφιεὶς, οὐδένα ἔχει τὸν ἀντιλέγοντα. καὶ καθάπερ ἐπὶ τῶν βαλανείων γίνεται ἔνδον ὅταν ἀναζέῃ τῶν θερμῶν ὑδάτων ἡ κολυμβήθρα, καὶ μηδεὶς θαῤῥεῖ καταβαίνειν· ἕως μὲν ἂν διὰ λόγων παρακαλῶσιν ἀλλήλους οἱ ἐπὶ τοῖς χείλεσι καθήμενοι, οὐδένα μᾶλλον πείθουσιν· ἐπειδὰν δὲ εἷς τις ἐξ αὐτῶν ἢ τὴν χεῖρα καθῇ, ἢ τὸν πόδα χαλάσας μετὰ D τοῦ θαῤῥεῖν ὅλον ἐναφίει τὸ σῶμα, σιγῶν τῶν πολλὰ φθεγγομένων μᾶλλον ἂν ἔπεισε τοὺς ἄνω καθημένους καταπηδῆσαι τῆς κολυμβήθρας· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν μαρτύρων. καὶ γὰρ ἐνταῦθα, ἀντὶ τῆς κολυμβήθρας τῶν ὑδάτων ἡ πυρὰ πρόκειται. οἱ μὲν οὖν ἔξωθεν περιεστηκότες κἂν μυρίοις λόγοις παρακαλῶσιν, οὐ σφόδρα πείθουσιν· ὅταν δὲ εἷς τις τῶν μαρτύρων μὴ τὸν πόδα, μηδὲ τὴν χεῖρα μόνον χαλάσῃ κάτω, ἀλλ' ὅλον ἐπαφῇ τὸ σῶμα, πάσης παραινέσεως καὶ συμβουλῆς δυνατωτέραν προεχόμενος τὴν διὰ τῶν πραγμάτων πεῖραν, ἐκβάλλει τῶν E περιεστηκότων τὴν ἀγωνίαν. Εἴδετε πῶς δυνατωτέρα καὶ σιγώντων ἡ φωνὴ τῶν μαρτύρων; διὰ τοῦτο ἀφῆκεν ἡμῖν τὰ σώματα αὐτῶν ὁ θεός. διὰ τοῦτο πάλαι νικήσαντες, οὐδέπω καὶ νῦν ἀνέστησαν, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἄθλους ὑπέμειναν πρὸ τοσούτου χρόνου, τῆς δὲ ἀναστάσεως οὐδέπω ἐπέτυχον, οὐδέπω διὰ σὲ καὶ τὴν ὠφέλειαν τὴν σὴν, ἵνα καὶ σὺ ἐκεῖνον τὸν ἀθλητὴν ἐννοῶν πρὸς τὸν αὐτὸν δρόμον διεγερθῇς. τούτοις μὲν γὰρ οὐδὲν βλάβος ἀπὸ τῆς ἀναβολῆς γίνεται· σοὶ δὲ μέγιστον ὄφελος ἐκ τῆς τοσαύ-

θέσεως τίκτεται. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ μετὰ ταῦτα ἀπολήψονται, κἂν μὴ νῦν ἀπολαμβάνωσιν· εἰ δὲ ἐξήρπασεν αὐτοὺς ἐκ τοῦ μέσου νῦν, πολλὴν ἂν ἡμῶν παράκλησιν καὶ παραμυθίαν ἀφείλετο· μεγίστη γὰρ ὄντως παράκλησις καὶ παραμυθία ἀπὸ τῶν τάφων τῶν ἁγίων, τούτων πᾶσιν ἀνθρώποις προσγίνεται. καὶ τῶν λεγομένων ὑμεῖς μάρτυρες. πολλάκις γοῦν ἡμῶν ἀπειλούντων, κολακευόντων, φοβούντων, προτρεπόντων, οὐ τοσαύτην ἐδέξασθε προθυμίαν εἰς εὐχὴν, οὐδὲ διηγέρθητε· εἰς δὲ τὸ μαρτύριον ἀπελθόντες οὐδενὸς συμβουλεύοντος τὸν τάφον μόνον ἰδόντες τῶν ἁγίων πολλὰς ἐξεχέατε δακρύων πηγὰς, καὶ διεθερμάνθητε ἐν ταῖς εὐχαῖς. καίτοι γε ἄφωνος ὁ μάρτυς κεῖται ἐν πολλῇ τῇ σιγῇ. τί ποτ' οὖν ἐστι τὸ κεντοῦν τὸ συνειδὸς, καὶ ποιοῦν ὥσπερ ἐκ πηγῆς ἀναβλύζειν τοὺς τῶν δακρύων κρουνούς; αὐτὴ τῶν μαρτύρων ἡ φαντασία, καὶ τῶν κατορθωθέντων πάντων ἡ μνήμη. καθάπερ γὰρ οἱ πένητες ἐπειδὰν ἴδωσι πλουτοῦντας ἑτέρους ἐν ἀξιώμασιν ὄντας, δορυφορουμένους, πολλῆς παρὰ βασιλέως τιμῆς ἀπολαύοντας, ἀκριβέστερον τὴν ἑαυτῶν πενίαν ἐν ταῖς ἑτέρων εὐπραγίαις μανθάνοντες ἀποδύρονται· οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς, ἐπειδὰν ἀναμνησθῶμεν τῆς τῶν μαρτύρων παῤῥησίας, ἣν ἔχουσι πρὸς τὸν βασιλέα τῶν ὅλων θεὸν, καὶ τῆς λαμπρότητος καὶ τῆς δόξης, καὶ τῶν οἰκείων ἀναμνησθῶμεν ἁμαρτημάτων, ἀκριβέστερον τὴν ἑαυτῶν πενίαν ἐκ τῆς ἐκείνων εὐπορίας κατιδόντες ἀλγοῦμεν καὶ ὀδυνώμεθα, καταμανθάνοντες ὅσον αὐτῶν ἀπολιμπανόμεθα· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ποιοῦν τὰ δάκρυα. διὰ τοῦτο ἡμῖν τὰ σώματα ἀφῆκεν ἐνταῦθα ὁ θεὸς, ἵν' ὅταν ὁ τῶν πραγμάτων ὄχλος καὶ φροντίδων πλῆθος βιωτικῶν σκότος πολὺ τῆς διανοίας κατασκεδάσῃ τῆς ἡμετέρας, ἢ ἐξ ἰδιωτικῶν ἢ ἐκ δημοσίων πραγμάτων· πολλὰ δὲ τοιαῦτα· τὴν οἰκίαν ἀφέντες, τῆς πόλεως ἐξελθόντες, πολλὰ χαίρειν τοῖς θορύβοις τούτοις εἰπόντες, ἀναχωρήσωμεν εἰς μαρτύριον, ἀπολαύσωμεν τῆς αὔρας ἐκείνης τῆς πνευματικῆς, ἐπιλαθώμεθα τῆς πολλῆς ζάλης, ἐντρυφήσωμεν τῇ ἡσυχίᾳ, συγγινώμεθα τοῖς ἁγίοις, παρακαλέσωμεν αὐτῶν τὸν ἀγωνοθέτην ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας, πολλὰς ἱκετηρίας ἐκχέωμεν, διὰ τούτων πάντων ἀποθέμενοι τὸ βάρος τοῦ συνειδότος, μετὰ πολλῆς τῆς ψυχαγωγίας οἴκαδε πάλιν ἐπανέλθωμεν. μαρτύρων θῆκαι οὐδὲν ἄλλο εἰσὶν, ἀλλ' ἢ λιμένες ἀσφαλεῖς, καὶ πηγαὶ ναμάτων πνευματικῶν, καὶ θησαυροὶ εὐπορίας ἀνάλωτοι, μηδέποτε ἐλεγχόμενοι. καὶ καθάπερ οἱ λιμένες ὑποδεχόμενοι τὰ πλοῖα πολλοῖς κύμασι περιαντληθέντα ἐν ἀσφαλείᾳ καθιστῶσιν· οὕτω δὴ καὶ τῶν μαρτύρων αἱ θῆκαι ὑποδεξάμεναι τὰς ἡμετέρας ψυχὰς βιωτικοῖς πράγμασι περιαντλημένας, ἐν πολλῇ καθιστῶσι γαλήνῃ καὶ ἀσφαλείᾳ. καὶ ὥσπερ αἱ πηγαὶ τῶν ψυχρῶν ναμάτων τὰ πεπονηκότα καὶ καταφλεχθέντα ἀνακτῶνται σώματα· οὕτω δὲ καὶ αὗται τὰς ἀπὸ τῶν ἀτόπων παθῶν καυματωθείσας ψυχὰς

A occaſio utilitatem parit. Siquidem illi poſtea recipient, licet nunc non recipiant: quod ſi eos de medio nunc abripuiſſet Deus, multa nos cohortatione ſolatioque privaſſet, quod ex ſanctorum iſtorum ſepulcris ab hominibus cunctis percipitur. Atque ea quæ dicimus, vos veſtro teſtimonio comprobatis. Sæpe namque quantumvis minaremur, blandiremur, terreremus, cohortaremur, non tanta eſtis ad orandum animi alacritate commoti nec excitati: cum vero ad Martyrum Eccleſiam vos contuliſtis, nemine conſulente, ſolo ſanctorum conſpecto ſepulcro copioſos lacrymarum B fontes effudiſtis, & inter orandum fervore non mediocri exarſiſtis. Atqui mutus ſummo cum ſilentio jacet Martyr: quid ergo tandem eſt, quod conſcientiam pungit, efficitque, ut lacrymarum ſcatebræ tamquam ex fonte proſiliant? Quod nimirum Martyres mente verſetis, & rerum ab illis geſtarum vobis memoria refricetur. Nam quemadmodum pauperes, ubi divites alios viderint in dignitatibus conſtitutos, ſatellitio ſtipatos, multis honoribus ab Imperatore cumulatos, dum melius egeſtatem ſuam ex aliorum proſperitate cognoſcunt, ingemiſcunt: ita nos quoque C dum quantam apud univerſorum Regem Deum fiduciam habeant Martyres, recordamur, quantoque ſplendore, & quanta gloria fulgeant, noſtraque nobis in memoriam peccata redeunt, dum penuriam noſtram melius ex illorum opibus animadvertimus, dolemus & angimur, dum intelligimus, quanto ab illis intervallo ſuperemur: atque hoc eſt, quod nobis lacrymas elicit. Propterea nobis hic corpora reliquit Deus, ut ſi quando negotiorum turba, curarumque ſæcularium multitudo menti noſtræ caliginem multam offuderit, ſive ex domeſticis ſive publicis ex negotiis, D qualia multa naſci ſolent impedimenta; tum relicta domo ex urbe egreſſi, his tumultibus vale dicentes ad Martyrum Eccleſiam nos conferamus, aura illa ſpirituali fruamur, multarum occupationum obliviſcamur, quiete nos oblectemus, cum ſanctis verſemur, pro ſalute noſtra præſidem certaminum ipſorum ac muneratorem oremus, multas preces fundamus, atque horum omnium opera cum onus conſcientiæ depoſuerimus, multa cum animi voluptate domum iterum revertamur. Nihil aliud ſunt Martyrum capſulæ, quam ſecuri portus, ac ſpiritualium laticum fontes, inviolati opum theſauri, qui numquam exhauriuntur. Et quemadmodum portus dum E multis fluctibus circumfuſas naves excipiunt, in tuto eas collocant: ſic nimirum & Martyrum capſulæ, dum ſæcularibus negotiis circumfuſas animas noſtras excipiunt, in multa illas tranquillitate, ac ſecuritate conſtituunt: & quemadmodum gelidarum fontes aquarum afflicta laboribus & calore defeſſa corpora recreant: ſic nimirum & iſtæ pravis inflammatas affectibus

Martyrum reliquiæ ſua præſentia quid efficiant.

Cum portubus & fontibus comparantur reliquiæ Martyrum.

animas refrigerant, & obscœnam cupiditatem, invidiam exedentem, iramque ferventem, & si quid aliud ejusmodi negotium facessit, solo aspectu sedant & exstingunt. Enimvero thesauris etiam longe sunt potiores: siquidem pecuniarum thesauri multa illis, a quibus inventi fuerint, creant pericula, cumque multas divisi in partes fuerint, divisione minuuntur: hic vero nihil tale est, sed expers periculi est inventio: neque diminutionem affert divisio, planeque contrarium evenit, quod sensilium rerum thesauris. Nam illi quidem, ut ante dixi, si multas dissecti in partes fuerint, minores fiunt: isti vero cum in multos fuerint distributi, tum suam magis opulentiam ostendunt. Talis quippe rerum est spiritualium natura, distributione crescit, & divisione multiplicatur. Non ita nos prata delectant, dum rosas violasque spectandas suppeditant, ac Martyrum tumuli, dum numquam marcescentem & indissolubilem spectatorum animis afferunt voluptatem.

Res spirituales distributione crescunt.

3. Thecas igitur illas cum fide complectamur, inardescamus mente, gemitus profundamus. Multa sunt a nobis admissa delicta, & magna sunt nostra peccata: propterea multa medicina, & diligenti confessione indigemus. Effuderunt sanguinem sancti Martyres, oculi tui lacrymas tibi effundant; possunt & lacrymæ peccatorum rogum exstinguere. Lacerata fuerunt illis latera, carnifices videbant circumstantes: idipsum tu quoque adversus tuam conscientiam præsta. Rationem tamquam incorruptum judicem in solio mentis colloca, & quæ a te commissa sunt, omnia profer in medium, severas ac terribiles præficiens cogitationes peccatis, obscœnos animi motus castiga, ex quibus peccata sunt nata, & acriter acerbeque torqueantur. Si nos ita ad judicium in nosmetipsos exercendum comparemus, tremendum illud tribunal evitabimus. Ut enim scias eum, qui seipsum nunc judicat, & admissorum peccatorum severam a se rationem exigit, pœnas in futurum minime daturum, audi testantem id Apostolum: *Si enim nosmetipsos judicaremus, non utique a Domino judicaremur.* Reprehendens enim eos, qui indigne mysteriorum fiebant participes, ita dicebat: *Qui manducat, & bibit indigne, reus erit Corporis & Sanguinis Domini.* Ejus autem verborum hic sensus est: Quemadmodum illi, qui Jesum crucifixerunt, inquit, sic & illi qui indigne fiunt mysteriorum participes, pœnas dabunt. Neque vero severitatem orationis illius quisquam condemnet. Regia vestis est corpus dominicum: porro & qui regiam purpuram dilaceravit, & qui manibus immundis inquinavit, pari eam contumelia affecerunt; quamobrem & pari supplicio plectuntur: ita fit & in corpore Christi. Judæi quidem illud clavis in cruce disruperunt, tu vero dum in peccatis, & immunda lingua ac mente vivis: quam ob causam & idem tibi supplicium imminere dixit Paulus, &

1. Cor. 11. 31.

Indigne communicantes puniendi.

A καταψύχουσι, καὶ ἐπιθυμίαν ἄτοπον, καὶ φθόνον τήκοντα, καὶ θυμὸν ζέοντα, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον διενοχλήσειεν, ἀπὸ τῆς ὄψεως μόνης κατασβεννύουσι, καὶ θησαυρῶν δὲ ἐκ πολλῆς τῆς περιουσίας βελτίους εἰσίν. οἱ μὲν γὰρ τῶν χρημάτων θησαυροὶ, πολλοὺς παρέχουσι κινδύνους τοῖς εὑρίσκουσιν αὐτοὺς, καὶ εἰς πολλὰ μέρη διαιρεθέντες, ἐλάττους γίνονται τῇ διανομῇ· ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν τοιοῦτόν ἐστιν, ἀλλ' ἀκίνδυνος μὲν ἡ εὕρεσις· ἀμείωτος δὲ ἡ διαίρεσις, ἀπεναντίας τοῖς αἰσθητοῖς θησαυροῖς. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ, ὡς ἔφθην εἰπὼν, κατακερματισθέντες ἐλάττους γίνονται· οὗτοι δὲ ὅταν εἰς πολλοὺς διαιρεθῶσι, τότε μᾶλλον τὴν οἰκείαν ἐνδείκνυνται εὐπορίαν. τοιαύτη γὰρ τῶν πνευ- B ματικῶν πραγμάτων ἡ φύσις, αὔξεται τῇ διανομῇ, καὶ πλείων γίνεται τῇ διαιρέσει. οὐχ οὕτω λειμῶνές εἰσι τερπνοὶ, ῥόδα, καὶ ἴα παρεχόμενοι τοῖς θεωμένοις, ὡς μαρτύρων τάφοι, ἀμάραντόν τινα καὶ ἀκατάλυτον ταῖς ψυχαῖς παρεχόμενοι τῶν θεωμένων τὴν ἡδονήν.

Ἁψώμεθα τοίνυν τῶν θηκῶν ἐκείνων μετὰ πίστεως, διαθερμανθῶμεν τὴν διάνοιαν, κινήσωμεν ὀδυρμούς. πολλὰ ἡμῖν ἡμάρτηται καὶ μεγάλα ἁμαρτήματα. διὰ τοῦτο πολλῆς δεόμεθα τῆς θεραπείας, σφοδρᾶς τῆς ἐξομολο- C γήσεως. ἔῤῥευσαν οἱ ἅγιοι μάρτυρες αἷμα, ῥευσάτωσάν σοι οἱ ὀφθαλμοὶ δάκρυα· δύνανται καὶ δάκρυα πυρὰν ἁμαρτημάτων κατασβέσαι· κατεξάνθησαν ἐκεῖνοι τὰς πλευρὰς, δημίους εἶδον περιεστῶτας· τοῦτο καὶ σὺ ποίησον ἐπὶ τῷ συνειδότι. κάθισον τὸν λογισμὸν δικάζοντα ἐπὶ τοῦ θρόνου τῆς ἀδεκάστου διανοίας, παράγαγε τὰ ἡμαρτημένα σοι πάντα εἰς μέσον, φοβεροὺς ἐπίστησον τοῖς πλημμελήμασι λογισμοὺς, κόλασον τὰς ἀτόπους ἐνθυμήσεις, ἐξ ὧν τὰ ἁμαρτήματα γέγονε, μετὰ πολλῆς καταξαίνεσθαι τῆς σφοδρότητος. ἐὰν οὕτω μελετήσωμεν δικάζειν D ἑαυτοὺς, καὶ φευξόμεθα τὸ φοβερὸν ἐκεῖνο κριτήριον. ὅτι γὰρ ὁ κρίνων ἑαυτὸν νῦν, καὶ τῶν ἡμαρτημένων εὐθύνας ἑαυτὸν ἀπαιτῶν ἀκριβεῖς, οὐ δώσει κατὰ τὸ μέλλον δίκην, ἄκουσον τοῦ Παύλου λέγοντος· εἰ γὰρ ἐκρίνομεν ἑαυτοὺς, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα ὑπὸ τοῦ κυρίου. τοῖς γὰρ ἀναξίως μετέχουσι τῶν μυστηρίων ἐγκαλῶν, οὕτως ἔλεγεν· ὁ ἐσθίων καὶ πίνων ἀναξίως, ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου. ὁ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· ὥσπερ οἱ σταυρώσαντές, φησι, τὸν Ἰησοῦν, οὕτω καὶ οἱ τῶν μυστηρίων ἀναξίως μετέχοντες δίκην δώσουσιν. καὶ μὴ καταγνώσωσί E τινες ὑπερβολὴν τοῦ λόγου· ἱμάτιόν ἐστι βασιλικὸν τὸ σῶμα τὸ δεσποτικόν· τὴν δὲ ἁλουργίδα τὴν βασιλικὴν καὶ ὁ διαῤῥήξας, καὶ ὁ χερσὶν ἀκαθάρτοις μολύνας ὁμοίως ὕβρισαν· διὸ καὶ ὁμοίως κολάζονται· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ γίνεται. Ἰουδαῖοι μὲν αὐτὸ διέῤῥηξαν τοῖς ἥλοις ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, σὺ δὲ ἐν ἁμαρτήμασι ζῶν, ἀκαθάρτῳ τε γλώττῃ καὶ διανοίᾳ. διὰ τοῦτο καὶ τὴν αὐτὴν ἐπήρτησέ σοι δίκην ὁ Παῦλος, καὶ ἐπάγει λέγων· διὰ

τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄῤῥωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί. Εἶτα δεικνὺς ὅτι οἱ τὰς εὐθύνας τῶν ἁμαρτημάτων ἑαυτοὺς ἀπαιτοῦντες ἐνταῦθα, δικάζοντες αὐτῶν τοῖς πλημμελήμασι, καὶ μηκέτι τοῖς αὐτοῖς περιπίπτοντες, δυνήσονται ἐξαρπάσαι τῆς μελλούσης ἑαυτοὺς ψήφου τῆς φοβερᾶς ἐκείνης καὶ ἀπαραιτήτου, προσέθηκε λέγων· Εἰ γὰρ ἑαυτοὺς ἐκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα. νυνὶ δὲ κρινόμενοι ὑπὸ τοῦ κυρίου παιδευόμεθα· ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν. καταξαίνωμεν τοίνυν ἡμῶν τὴν διάνοιαν, σφοδρῶς ἐπιτιμῶντες τοῖς ἀκολάστοις τῶν λογισμῶν· ἀποσμήξωμεν ἡμῶν τὰς κηλίδας διὰ τῶν δακρύων. μέγας τῶν ὀδυρμῶν τούτων ὁ καρπός· μεγάλη παράκλησις καὶ παραμυθία. ὥσπερ γὰρ μεγάλη τοῦ γέλωτος καὶ τῆς διαχύσεως ἡ κόλασις· οὕτω καὶ ὁ διηνεκὴς ὀδυρμὸς παράκλησιν ἐμποιεῖ· μακάριοι γὰρ, φησιν, οἱ πενθοῦντες, ὅτι παρακληθήσονται. οὐαὶ τοῖς γελῶσιν, ὅτι αὐτοὶ κλαύσονται. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος, καίτοι μηδὲν ἑαυτῷ συνειδὼς ἁμάρτημα, ἐν δάκρυσι καὶ θρήνοις τὸν πάντα διέτριβε χρόνον. τίς ταῦτά φησιν; αὐτὸς ὁ μακάριος ἐκεῖνος· τριετίαν νύκτα καὶ ἡμέραν, φησὶν, οὐκ ἐπαυσάμην μετὰ δακρύων νουθετῶν ἕνα ἕκαστον ὑμῶν. ἐκεῖνος τριετίαν, ἡμεῖς κἂν μῆνα ἕνα· ἐκεῖνος νύκτας καὶ ἡμέρας, ἐκεῖνος ὑπὲρ ἀλλοτρίων ἁμαρτημάτων, ἡμεῖς κἂν ὑπὲρ τῶν οἰκείων πλημμελημάτων· ἐκεῖνος οὐδὲν ἑαυτῷ συνειδὼς, ἡμεῖς κἂν διὰ τὴν βαρεῖαν ἡμῶν συνείδησιν. τίνος δὲ ἕνεκεν κλαίει; διὰ τί μὴ διδάσκει καὶ παραινεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ δάκρυα προστίθησι; καθάπερ πατὴρ φιλόστοργος παῖδα ἔχων μονογενῆ ἀῤῥωστίᾳ περιπεσόντα, μὴ προσιέμενον τὰ φάρμακα τῶν ἰατρῶν, ἀλλὰ διωθούμενον, παρακαθήμενος κολακεύει, φιλεῖ, περιπτύσσεται τῇ τῆς θεραπείας ἰδέᾳ βουλόμενος ἐπισπάσασθαι, καὶ πεῖσαι δέξασθαι τὴν ἀπὸ τῆς θεραπείας διόρθωσιν· οὕτω καὶ ὁ Παῦλος τοὺς πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης πιστοὺς, καθάπερ υἱὸν μονογενῆ φιλῶν, καὶ ὁρῶν πολλοὺς πονηρίᾳ περιπεσόντας, καὶ ἀῤῥωστίαις ἀνιάτοις ψυχῆς, εἶτα εὐκόλως οὐ δεχομένους τὸν ἔλεγχον οὐδὲ τὴν ἐκ τῆς ἐπιτιμήσεως διόρθωσιν, ἀλλ' ἀποπηδῶντας, τοῖς δάκρυσι κατεῖχεν, ἵνα ὀδυρόμενον αὐτὸν καὶ θρηνοῦντα ἰδόντες, καὶ πρὸς τὴν ὄψιν κατακλασθέντες αὐτὴν ἀνάσχωνται τῆς ἰατρείας, καὶ τὴν ἀῤῥωστίαν ἀποθέμενοι πρὸς ὑγείαν ἐπανέλθωσι πάλιν· διὰ τοῦτο νουθετῶν ἐδάκρυεν ἀεί. Εἰ δὲ τοσαύτῃ περὶ τὰ ἀλλότρια ἁμαρτήματα προνοίᾳ κέχρηται Παῦλος, πόσῃ πρὸς τὴν τῶν οἰκείων διόρθωσιν ἡμᾶς προθυμίᾳ κεχρῆσθαι δεῖ; καὶ γὰρ πολλὴ τῆς κατὰ θεὸν λύπης ἡ δύναμις εἰς ὠφελείας λόγον, καὶ περὶ ταύτης ὁ Ἡσαΐας διηγούμενος οὕτως ἔλεγε, μᾶλλον δὲ ὁ θεὸς δι' Ἡσαΐα· δι' ἁμαρτίας βραχύ τι ἐλύπησα αὐτόν. οὐδὲ ἀξίαν, φησὶν, ἐπέθηκα τῆς πλημμελείας τὴν κόλασιν. ἐν μὲν γὰρ τοῖς κατορθώμασιν ὑπερβαίνει τὰ μέτρα ταῖς ἀντιδόσεσιν ὁ θεός· ἐν δὲ τοῖς ἁμαρτήμασι, διὰ τὴν αὐτοῦ φιλανθρωπίαν, ἐλέγχων πολλαχοῦ, βραχεῖαν τὴν κόλασιν ἐπάγει τῶν πεπλημμελημένων. ὅπερ οὖν καὶ ἐνταῦθα αἰνιττόμενος ἔλεγε· δι' ἁμαρτίαν βραχύ τι ἐλύπησα αὐτὸν, καὶ εἶδον, ὅτι ἐλυπήθη, καὶ ἐπορεύθη στυγνὸς, καὶ ἰασάμην τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ.

A adjicit dicens: *Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi.* Deinde, ut ostendat fore, ut qui peccatorum rationem a seipsis exigunt in hac vita, & in sua delicta judicium exercent, nec amplius in eadem recidunt, facile possint tremendam illam & implacabilem sententiam futuram evadere, adjunxit dicens: *Etenim si nosmetipsos judicaremus, non utique judicaremur: nunc autem dum judicamur, a Domino corripimur, ut non cum mundo damnemur.* Nostram igitur mentem torqueamus, lascivas cogitationes castigemus, maculas nostras lacrymis abstergamus: magnus ejusmodi planctuum fructus est, magnum subsidium & B solatium. Ut enim risui ac deliciis magnum supplicium imminet, sic & perennis planctus solatium parit. *Beati* quippe, *qui lugent, quoniam consolabuntur. Væ illis qui rident, quoniam ipsi flebunt.* Matth. 5.4. Luc. 6.25. Idcirco etiam Paulus tametsi nullius sibi conscius peccati esset, in lacrymis & luctu tempus omne traducebat. Quis hoc dicit? ille ipse vir beatus: *Per triennium*, inquit, *nocte & die non cessavi cum lacrymis monens unumquemque vestrum.* Act. 20.31. Ille per triennium, nos saltem ad mensem unum: ille nocte & die, ille propter aliena peccata, nos saltem propter nostra delicta: ille nullius rei sibi conscius, nos saltem ut C nostram conscientiam onere pressam levemus. Qua vero de causa plorat? Cur non docet, & admonet tantum, sed & lacrymas adjungit? Quemadmodum pater indulgens, qui filium habet unigenitum morbo correptum, medicamenta non admittentem, sed rejicientem, assidens illi blanditur, deosculatur, amplectitur, omnique genere blanditiarum flectere conatur, ac persuadere, ut medicinæ remediis morbum velit depellere: sic & Paulus toto dispersos orbe terrarum fideles tamquam unigenitum filium amore complectens, cum plurimos videret in peccata prolapsos, & imme- D dicabilibus animi morbis correptos, deinde reprehensionis & castigationis medelam non admittere, sed repudiare, ac resilire, lacrymis eos detinebat, ut cum gementem ac lugentem illum cernerent, ipso ejus aspectu commoti medicinam ferrent, ac depulsa ægritudine pristinam valetudinem recuperarent: propterea monens semper lacrymabatur. Quod si tantam alienorum peccatorum curam gerit Paulus, quanto nos animi studio par est ad nostrorum emendationem incumbere? Magna enim vis est tristitiæ secundum Deum, prodestque plurimum: Tristitia secundum Deum. quod cum nobis Hesaïas vellet exponere, ita dicebat, vel potius Deus E per Hesaïam: *Propter peccatum ad modicum contristavi eum.* Hesai. 57.17. Ne pro meritis quidem, inquit, delictorum ab eo pœnas exegi. Nam in recte factis quidem remunerandis Deus præmiis suis modum excedit: cum autem peccata castiganda sunt, præ nimia sua benignitate modico supplicio delicta vindicat, idque ut hoc loco innueret dixit, *Propter peccatum ad modicum contristavi eum, & vidi, quia contristatus est, & ambulavit tristis, & vias ejus sanavi.*

4. Vides ut celerrima sit, & summa utilitas pœnitentiæ? Cum parumper eum propter peccata castigassem, inquit, quoniam mœstum illum ac tristem esse factum vidi, etiam modicam illam pœnam condonavi: adeo promtus ac paratus est, ut reconcilietur nobiscum Deus, & perexiguam tantum occasionem requirit. Præbeamus igitur illi occasionem amoris erga nos, & a peccatis nos immunes conservare nitamur: quod si forte supplantati fuerimus aliquando, cito consurgamus, ac delicta nostra vehementer lugeamus, ut gaudium secundum Deum consequamur. Si enim eo quod contristatus esset, & ambularet mœstus, Deum sibi reconciliavit: qui etiam lacrymas addit, eumque maxima cum animi contentione vocat, quid non præstabit? Scio vestram mentem inflammatam esse: verum ut foras egressis nobis ardor iste non refrigescat, sed in nobis illum foveamus, hoc agamus. Fertilis est ager mentis vestræ, semina suscipit, & confestim spicas producit, non indiget dilatione vel tempore: sed inimicum vestrum reformido. Extra Ecclesiam stat diabolus, quippe sacrum istud in ovile non audet intrare. Ubi enim Christi grex est, lupus non comparet, sed foris stat, quod pastorem reformidet. Si egressi hinc fuerimus, ne statim nos ad intempestivos congressus, aut otiosa colloquia, & inutiles occupationes traducamus: sed dum recens adhuc viget in nobis eorum, quæ dicta sunt, memoria, domum properemus, & cum uxore ac liberis sedens unusquisque accurate, quæ audiverit, meditetur. Quod si domum regredi nolitis, vobis amicos colligite, atque in communionem eorum quæ audieritis eos vocantes privatim considete, atque unusquisque proferens quæ potuit memoria tenere, rursus alteram doctrinæ sacræ lectionem instituite, ne frustra hic interfuisse concioni videamini. Lucerna quippe sunt Dei mandata: siquidem mandatum legis est lucerna, & lux, & vita, & correptio, & disciplina: porro qui lucernam accendit, non in foro residet, sed domum properat, ne ventorum incursu ignis exstinguatur, neve longa mora flammam absumat: ita nimirum & nos faciamus. Nobis Spiritus sanctus suam doctrinam accendit, egressi ergo, atque audito sermone repleti sive amicum, sive propinquum, sive domesticum, sive alium quemvis nobis videamus occurrere, prætereamus, ne si cum illo colloquamur de rebus inutilibus ac superfluis, doctrinæ nobis interim exstinguatur ignis, sed in mente tamquam in domo vigeat, & in sublimi ratione tamquam in candelabro quodam succensus cuncta, quæ domi sunt, illuminet. Absurdum enim est si domum quidem vesperi sine lucerna & lumine esse ferre nequeamus, animam autem expertem doctrinæ cernamus. Hinc nobis multa peccata nascuntur, quod non celeriter animæ lucernam accendamus: hinc fit, ut singulis diebus

Diabolus Ecclesiam non ingreditur.

Prov. 6. 23.

Lucerna mentis doctrina.

A Ὁρᾷς πῶς καὶ ταχεῖα καὶ πολλὴ τῆς μετανοίας ἡ ὠφέλεια; ὀλίγα κολάσας αὐτὸν ὑπὲρ ἁμαρτημάτων, φησὶν, ἐπειδὴ εἶδον κατηφῆ γενόμενον καὶ στυγνὸν, καὶ αὐτὴν τὴν μικρὰν ἀνῆκα τιμωρίαν· οὕτω καὶ ἕτοιμός ἐστι πρὸς τὰς ἡμετέρας καταλλαγὰς ὁ Θεὸς, καὶ πρόφασιν βραχεῖαν ἐπιζητεῖ μόνον. παρέχωμεν τοίνυν αὐτῷ τῆς πρὸς ἡμᾶς φιλίας τὰς ἀφορμὰς, καθαρούς τε ἁμαρτημάτων ἑαυτοὺς πειρώμεθα διασώζειν, καὶ εἴποτε ὑποσκελισθείημεν, διαναστῶμεν ταχέως πενθοῦντες τὰ πεπλημμελημένα μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας, ἵνα τῆς κατὰ Θεὸν χαρᾶς ἐπιτύχωμεν. εἰ γὰρ ἐπειδὴ ἐλυπήθη, καὶ στυγνὸς B ἐπορεύθη, κατήλλαξε τὸν Θεόν· ὁ καὶ δάκρυα προσθεὶς, καὶ μετὰ πολλῆς αὐτὸν ἐκτενείας καλῶν, τί οὐκ ἐργάσεται; οἶδα ὅτι διεθερμάνθη νῦν ὑμῶν ἡ διάνοια· ἀλλ' ὅπως τὴν θερμότητα ταύτην μὴ ἐξελθόντες ἔξω καταψύξωμεν, ἀλλ' ἐν ἑαυτοῖς κατάσχωμεν, τοῦτο ποιήσωμεν. εὔφορος ἡ χώρα τῆς ὑμετέρας διανοίας, δέχεται τὰ σπέρματα, καὶ εὐθέως δίδωσι τοὺς στάχυας, οὐ δεῖται ἀναβολῆς, οὐδὲ χρόνου· ἀλλὰ φοβοῦμαι τὸν ἐχθρὸν τὸν ὑμέτερον. ἔξω τῆς ἐκκλησίας ἕστηκεν ὁ διάβολος· εἰς γὰρ τὴν ἱερὰν ταύτην μάνδραν εἰσελθεῖν οὐ τολμᾷ. ἔνθα γὰρ ποίμνη Χριστοῦ, C λύκος οὐ φαίνεται, ἀλλ' ἔξω τὸν ποιμένα δεδοικὼς ἕστηκεν. ἂν ἐξέλθωμεν ἐντεῦθεν, εὐθέως μὴ πρὸς συνουσίας ἀκαίρους, ἢ πρὸς λόγους ἀνονήτους, καὶ διατριβὰς ἀκερδεῖς ἑαυτοὺς ἐκδῶμεν, ἀλλ' ὡς ἔχομεν ἐν τῇ μνήμῃ τὰ εἰρημένα, τρέχωμεν οἴκαδε, καὶ καθίσας ἕκαστος μετὰ τῆς γυναικὸς, μετὰ τῶν παίδων μελετάτω μετ' ἀκριβείας τὰ εἰρημένα. εἰ δὲ μὴ βούλεσθε οἴκαδε ἀναχωρεῖν, φίλους τοὺς κοινωνοὺς τῆς ἀκροάσεως ὑμῖν συλλέξαντες κατιδίαν συνεδρεύετε, καὶ τὰ παρ' ἑαυτοῦ φέρων ἕκαστος ἅπερ ἴσχυσε διατηρῆσαι, ἀπηρτισμένην ἐκ δευτέρου ποιεῖσθε τὴν διδασκαλίαν, D ἵνα μὴ μάτην ἐνταῦθα συλλέγησθε. λύχνος γάρ ἐστι τοῦ Θεοῦ τὰ προστάγματα· λύχνος γὰρ ἐντολὴ νόμου καὶ φῶς, καὶ ζωὴ, καὶ ἔλεγχος, καὶ παιδεία· ὁ δὲ τὸν λύχνον ἀνάπτων, οὐχ ἵσταται ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, ἀλλ' οἴκαδε τρέχει, ὥστε μὴ ἀνέμων προσβολῇ κατασβέσαι τὸ πῦρ, μήτε μακρᾷ διατριβῇ ἀναλῶσαι τὴν φλόγα· οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς ποιῶμεν. ἀνῆψεν ἡμῖν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὴν παρ' ἑαυτοῦ διδασκαλίαν, ἐξελθόντες τοίνυν καὶ τῆς ἀκροάσεως γέμοντες, κἂν φίλον, κἂν συγγενῆ, κἂν οἰκεῖον, κἂν ἄλλον ὁντιναοῦν ἀπαντήσαντα ἴδωμεν, παραδράμωμεν, ἵνα μὴ διαλεγομένων ἡμῶν E πρὸς ἐκεῖνον ἀνόητα καὶ περιττὰ, κατασβεσθῇ μεταξὺ τῆς διδασκαλίας τὸ πῦρ, ἀλλ' ἀκμάζῃ ὥσπερ ἐν οἰκίᾳ τῇ διανοίᾳ, καὶ ἐφ' ὑψηλοῦ τοῦ λογισμοῦ καθάπερ ἐπὶ λυχνίας τινὸς καιόμενον ἅπαντα τὰ ἔνδον φωτίζῃ. καὶ γὰρ ἄτοπον τὴν μὲν οἰκίαν μηδέποτε ἀνέχεσθαι ἐν ἑσπέρᾳ χωρὶς λύχνου καὶ φωτὸς ὁρᾶν, τὴν δὲ ψυχὴν ἔρημον διδασκαλίας ὁρᾶν. ἐντεῦθεν τὰ πολλὰ τῶν ἁμαρτημάτων ἡμῖν συνίστανται, ὅτι οὐ ταχέως λύχνον ἀνάπτομεν τῇ ψυχῇ· ἐντεῦθεν καθ' ἑκάστην ἡμέραν προσπταίομεν· ἐντεῦθεν

ἐντεῦθεν πολλὰ ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχεν ἡμῖν ἐν τῇ διανοίᾳ κεῖται, ἐπειδὴ τὴν τῶν θείων λόγων ἀκρόασιν δεχόμενοι, πρὶν ἢ τὰ πρόθυρα ὑπερβῆναι τῆς ἐκκλησίας, εὐθέως ῥίπτομεν, καὶ τὸ φῶς καταςβέσαντες, μετὰ πολλοῦ τοῦ ζόφου βαδίζομεν. ἀλλ' εἰ καὶ ἔμπροσθεν ταῦτα ἐγίνετο, μηκέτι γινέσθω λοιπόν· ἀλλ' ἔχωμεν διηνεκῆ τὸν λύχνον καιόμενον ἐν τῇ διανοίᾳ, καὶ πρὸ τῆς οἰκίας τὴν ψυχὴν καλλωπίζωμεν. αὕτη μὲν γὰρ ἐνταῦθα μένει· ἐκείνην δὲ λαμβάνοντες ἐντεῦθεν ἄπιμεν, διὰ τοῦτο καὶ πλείονος αὐτὴν ἐπιμελείας ἀξιοῦν χρή. νῦν δέ εἰσί τινες οὕτως ἀθλίως διακείμενοι, οἳ τὰς μὲν οἰκίας τὰς ἐνταῦθα καὶ χρυσοῖς ὀρόφοις, καὶ ψηφῖσι διηνθισμέναις, καὶ γραφῶν ἄνθεσι, καὶ κιόνων λαμπρότητι, καὶ τοῖς ἄλλοις κατακοσμοῦσιν ἅπασι· τὴν δὲ διάνοιαν παντὸς ἐρήμου πανδοχείου παρορῶσιν εὐτελέστερον διακειμένην, βορβόρου γέμουσαν, καπνοῦ, καὶ δυσωδίας πολλῆς, ἐρημίας ἀφάτου. τὸ δὲ αἴτιον τούτων ἁπάντων, ὅτι συνεχῶς ἡμῖν ὁ λύχνος τῆς διδασκαλίας οὐ καίεται· διὰ τοῦτο τὰ μὲν ἀναγκαῖα ἠμέληται, τὰ δὲ οὐδενὸς ἄξια σπουδῆς ἀπολαύει πολλῆς. ταῦτά μοι οὐ πρὸς πλουσίους μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς πένητας εἴρηται. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι κατὰ δύναμιν πολλάκις τὴν ἑαυτῶν κοσμοῦντες οἰκίαν, τὴν διάνοιαν ἠμελημένην περιορῶσι· διὸ κοινὴν ποιοῦμαι πρὸς ἀμφοτέρους τὴν διδασκαλίαν παραινῶν καὶ συμβουλεύων τὸν ἐν τῷ παρόντι βίῳ βραχὺν ποιουμένους λόγον, ἅπασαν τὴν σπουδὴν εἰς τὴν τῶν πνευματικῶν καὶ ἀναγκαίων πραγμάτων ἐπιμέλειαν κενοῦν. ὁ πένης ὁράτω τὴν χήραν τὴν τοὺς δύο καταβαλοῦσαν ὀβολούς, καὶ μὴ νομιζέτω τὴν πενίαν ἐμπόδιον εἶναι πρὸς ἐργασίαν ἐλεημοσύνης καὶ φιλανθρωπίας. ὁ πλούσιος λογιζέσθω τὸν Ἰὼβ, καὶ καθάπερ ἐκεῖνος οὐχ ἑαυτῷ, ἀλλὰ τοῖς πένησιν ἐκέκτητο πάντα τὰ ὄντα, οὕτω καὶ σὺ ποίει. διὰ γὰρ τοῦτο γενναίως ἤνεγκε τὴν ἀφαίρεσιν αὐτῶν, ἐπειδὴ καὶ πρὸ τῆς τοῦ διαβόλου πείρας, ἐμελέτησεν αὐτῶν τὴν ἀλλοτρίωσιν. καὶ σὺ τοίνυν καταφρόνει παρόντων τῶν χρημάτων, ἵνα καὶ ἀναχωρησάντων ποτὲ, μὴ ἀλγήσῃς. ἀνάλισκε εἰς δέον ὅτ' ἂν ἔχῃς, ἵν' ὅτ' ἂν ἀφαιρεθῇς, διπλοῦν ἔχῃς τὸ κέρδος, τόν τε ἐκ τῆς ἀρίστης δαπάνης ἀποκείμενόν σοι μισθὸν, καὶ τὴν ἐκ τῆς ὑπεροψίας ἐγγινομένην φιλοσοφίαν εἰς τὸν καιρὸν τῆς ἀπουσίας αὐτῶν χρησιμεύουσαν. χρήματα γὰρ διὰ τοῦτο καλεῖται, ἵνα αὐτοῖς εἰς δέον χρώμεθα, οὐχ ἵνα κατορύττωμεν· κτήματα διὰ τοῦτο λέγονται, ἵνα ἡμεῖς αὐτὰ κτησώμεθα, καὶ μὴ αὐτῶν γινώμεθα κτήματα. κύριος εἶ χρημάτων πολλῶν; μὴ τοίνυν δούλευε τούτοις, ὧν ἐποίησέ σε δεσπότην ὁ θεός. οὐ δουλεύεις δὲ εἰς δέον αὐτὰ ἀναλίσκων, ἀλλὰ μὴ κατορύττων. οὐδὲν οὕτως εὐρίπιστον ὡς πλοῦτος· οὐδὲν οὕτως εὐμετάβλητον, ὡς εὐπορία. ἐπεὶ οὖν ἀβέβαιος αὐτῶν ἡ κτῆσις, καὶ πτηνοῦ παντὸς ταχύτερον πολλάκις ἡμῶν ἀφίσταται, καὶ δραπέτου παντὸς ἀγνωμονέστερον ἀποπηδᾷ· τὸν χρόνον ὃν ἂν ὦμεν δεσπόται, εἰς δέον αὐτοῖς

A offendamus, hinc fit ut temere, & perfunctorie multa mente comprehendamus, quod audita verbi divini lectione, priusquam extra Ecclesiæ vestibulum pedem efferamus, ea confestim abjiciamus, & extincto lumine in tenebris ambulemus. At enim si forte contigerint isthæc antea, ne deinceps amplius fiant: sed accensam in mente lucernam semper habeamus, & animam potiusquam domum exornemus. Hæc enim hic remanet, at illa nobiscum assumta hinc discedimus, propterea plus in eam solicitudinis impendendum est. Jam vero nonnulli sunt adeo infelices ac misere affe- *Non domus ornanda, sed anima.*
B cti, ut ædes quidem aureis laquearibus, & tesserulis pavimento distincto, floridis picturis, columnarum splendore, aliisque cunctis exornent, animum autem in deteriori statu quam desertum hospitium derelinquant, luto, fumo ac multo fœtore completum, planeque desertum. Cæterum ideo contingunt hæc omnia, quod nobis doctrinæ lucerna perpetuo non accendatur: propterea quæ fructuosa sunt, contemnimus; quæ vero nullius precii sunt, in illa diligenter incumbimus. Hæc non ad divites tantum, sed etiam ad pauperes a me sunt dicta. Nam & illi cum domos suas pro suis viribus fre-
C quenter exornent, animam suam neglectam & abjectam manere permittunt: quam ob causam & communem utrisque propono doctrinam commonens consulensque, ut contemtis hujus vitæ negotiis totum studium in rerum spiritualium ac fructuosarum curam conferamus. Intueatur pauper *Luc. 21. a.* viduam, quæ duos obolos erogavit, neque paupertatem arbitretur negotiationi eleemosynæ ac benignitatis impedimentum objicere. Jobum sibi ponat ob oculos dives, & sicut ille non pro se, verum pro pauperibus omnia sua bona possidebat, ita & ipse faciat: propterea namque se illis privari
D patienter tulit, quod antequam reipsa spoliaretur a diabolo, jacturam se illorum posse facere meditatus esset. Et tu igitur opes contemne, dum adsunt, ut cum aliquando ablatæ fuerint, nequaquam dolore frangaris. Expende illas in res utiles, dum suppetunt, ut cum ereptæ fuerint, duplex tibi quæstus obveniat, tum ob paratam tibi mercedem, quod eas optime expenderis, tum ob acquisitam ex earum contemtu philosophiam & patientiam, quæ tibi tum erit usui, cum illis fueris destitutus. Propterea namque *χρήματα* pecuniæ vocantur, ut illis utamur, ut decet, non ut eas defodiamus:
E possessiones propterea dicuntur, ut nos eas possideamus, non ab illis possideamur. Dominus es pecuniarum multarum, noli ergo illis servire, quorum dominum te constituit Deus. Non servies autem, si, ut decet, illas expendas, non humi defodias. Nihil ita lubricum est, ut divitiæ, nihil ita mutabile est, ut opes. Quando igitur adeo instabilis est illarum possessio, ac celerius illæ quam volucris a nobis avolant, & injustius quam fugitivus quivis aufugiunt: quo tempore domini illarum sumus, illis

utamur, ut decet, quo possimus ex instabilibus pecuniis stabilia nobis bona comparare, ac reconditum nobis in cælis thesaurum possidere, quo nobis omnibus utinam potiri contingat, gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem & cum quo Patri gloria simulque Spiritui sancto, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

A χρησώμεθα, ἵν' ἐκ τῶν ἀβεβαίων χρημάτων βέβαια ἐνησάμενοι τὰ ἀγαθὰ, τὸν ἐν οὐρανοῖς ἀποκείμενον κληρονομήσωμεν θησαυρόν· οὗ γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

REM ESSE PERICULI PLENAM cum iis qui dicunt, tum iis qui audiunt, ad gratiam concionari: atque utile esse, & justitiam maximam propria incusare peccata.

B

ΟΤΙ ΕΠΙΚΙΝΔΥΝΟΝ ΚΑΙ ΤΟΙΣ λέγουσι, καὶ τοῖς ἀκούουσι τὸ πρὸς χάριν δημηγορεῖν, καὶ ὅτι χρήσιμον καὶ δικαιοσύνη μεγίστη, τὸ κατηγορεῖν τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων.

1. SATIS, opinor, vos nuper increpavimus; ac profundiorem plagam inflximus: itaque necesse est hodie medeamur, ac mitiora medicamenta quædam apponamus. Hic enim optimus est medicinæ modus, ut non modo secentur ulcera, verum etiam obligentur: hæc præclara doctrinæ lex est, ut non modo reprehendantur discipuli, verumetiam cohortationibus & consolationibus adjuventur. Ita quoque Paulus fieri jussit: *Argue, increpa, exhortare.* [2. Tim. 4. 3.] Quod si semper exhortetur quispiam, negligentiores reddit auditores: si tantum increpet, asperiores efficit. Cum enim assiduarum onus reprehensionum ferre non possint, confestim abscedunt. Quocirca varius quidam adhibendus est docendi modus. Quando igitur superiori collecta cujusque mentem acrius sermo perstrinxit, leniori nunc docendi modo nobis est opus hodierno die, ac doloribus, quos reprehensiones intulerunt, necesse est tamquam oleum lenitatem sermonis instillemus, si prius vobis in memoriam reprehensiones ipsas revocaverimus. Legem Pauli vobis nuper de Sacramentorum participatione recitavimus, [Lex Pauli de iis qui indigne communicant.] qua cuncti, qui mysteriis initiati sunt, obstringuntur. Hæc autem lex erat: nihil enim rursus illam prohibet recitari: *Probet autem seipsum unusquisque, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.* [1. Cor. 11. 28.] Sciunt, qui mysteriis initiati sunt, quid dicamus, & quis hic panis sit, quisve calix. *Qui enim manducat & bibit*, inquit, *indigne Domino, reus erit corporis & sanguinis Domini.* Hanc vobis legem recitavimus, & verborum sensum exposuimus. Diximus quid sit, *reus erit Corporis & Sanguinis Domini*, easdem nimirum pœnas daturum, quas & illi, qui Christum crucifixere, sustinebunt. Nam quemadmodum homicidæ illi rei facti sunt sanguinis, sic & isti qui Sacramentis indigne communicant. Hoc enim est, *reus erit Corporis & Sanguinis Domini.* Videbatur dictum illud plane modum excedere, atque intolerabiles minæ censebantur: rationem adjunximus ductam ab exemplo, quæ mirifice quadrabat. Ut enim sive quis regiam purpuram discindat, inquiebam, sive luto coinquinet, ex æquo Regem, qui ea indutus est, afficit

ΙΚΑΝΩΣ ὑμῶν, οἶμαι, καθηψάμεθα πρῴην, καὶ βαθυτέραν ἐδώκαμεν τὴν πληγήν· οὐκοῦν ἀνάγκη θεραπεῦσαι τήμερον, καὶ προσηνέστερα ἐπιθεῖναι τὰ φάρμακα. οὗτος γὰρ ἄριστος ἰατρείας τρόπος, μὴ μόνον τέμνειν, ἀλλὰ καὶ ἐπιδεσμεῖν τὰ ἕλκη· οὗτος θαυμαστὸς διδασκαλίας νόμος, μὴ μόνον ἐπιτιμᾷν, ἀλλὰ καὶ παρακαλεῖν καὶ παραμυθεῖσθαι. οὕτω καὶ Παῦλος ἐκέλευσεν· ἔλεγξον, ἐπιτίμησον, παρακάλεσον. ἐάν τε παρακαλῇ τις διόλου, ῥαθυμοτέρους ποιεῖ τοὺς ἀκροατάς· ἐάν τε ἐπιτιμᾷ μόνον, τραχυτέρους ἐργάζεται. οὐ γὰρ δυνάμενοι τὸ φορτίον τῶν διηνεκῶν ἐλέγχων ἐνεγκεῖν, ἀποπηδῶσιν εὐθέως. C διὸ χρὴ ποικίλον τινὰ εἶναι τὸν τῆς διδασκαλίας τρόπον. ἐπεὶ οὖν τῇ προτέρᾳ σφοδρότερον τὴν ἑκάστου διάνοιαν ἔδακεν ὁ λόγος, προσηνεστέρας ἡμῖν δεῖ τῆς διδασκαλίας τήμερον, καὶ ταῖς ἐκ τῶν ἐλέγχων γινομέναις ὀδύναις, ὥσπερ ἔλαιον, ἀναγκαῖον ἐπιστάξαι τοῦ λόγου τὸ προσηνὲς, πρότερον αὐτῶν ὑμᾶς ἀναμνήσαντες τῶν ἐλέγχων. ἀνέγνωμεν ὑμῖν πρῴην τὸν Παύλου νόμον περὶ τῆς τῶν μυστηρίων κοινωνίας κείμενον τοῖς μεμυημένοις ἅπασιν. ὁ δὲ νόμος οὗτός ἐστιν. οὐδὲν γὰρ κωλύει καὶ νῦν αὐτὸν ἀναγνῶναι πάλιν· δοκιμαζέτω δὲ D ἕκαστος ἑαυτὸν, καὶ οὕτως ἐκ τοῦ ἄρτου ἐσθιέτω, καὶ ἐκ τοῦ ποτηρίου πινέτω. ἴσασιν οἱ μεμυημένοι τὰ λεγόμενα, καὶ τίς μὲν ὁ ἄρτος, τί δὲ τὸ ποτήριον. ὁ γὰρ ἐσθίων καὶ πίνων, φησὶν, ἀναξίως τοῦ κυρίου, ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου. τοῦτον ὑμῖν τὸν νόμον ἀνέγνωμεν, ἐξηγησάμεθα δὲ καὶ τὴν διάνοιαν τοῦ ῥητοῦ. εἴπομεν τί ἐστιν, ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου, ὅτι τὴν αὐτὴν δώσει δίκην, ὅσην ὑποστήσονται τιμωρίαν οἱ σταυρώσαντες τὸν Χριστόν. καθάπερ γὰρ ἐκεῖνοι, φησιν, οἱ σφα- E γεῖς ἔνοχοι ἐγένοντο τοῦ αἵματος, οὕτω καὶ οὗτοι οἱ ἀναξίως κοινωνοῦντες τῶν μυστηρίων. τοῦτο γάρ ἐστιν, ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου. ἐδόκει πολλὴν ὑπερβολὴν ἔχειν τὸ εἰρημένον, καὶ ἀφόρητος εἶναι ἡ ἀπειλή. προσεθήκαμεν καὶ λογισμὸν ἐκ παραδείγματος ἀκολουθίαν ἔχοντα πολλήν. ὥσπερ γὰρ, ἔφην, ἄν τε διαῤῥήξῃ τις τὴν πορφυρίδα τὴν βασιλικὴν, ἄν τε μολύνῃ βορβόρῳ, παραπλησίως εἰς τὸν ἐνδύντα αὐτὴν ὕβρισε

Collata cum Cod. Colbert. 1030. qui non multum variat.

βασιλέα. οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα· οἵ τε ἀνελόντες τὸ σῶμα τὸ δεσποτικὸν, οἵ τε ἀκαθάρτῳ δεχόμενοι τῇ διανοίᾳ, ὁμοίως ἐμπαροινοῦσι τῷ ἐνδύματι τῷ βασιλικῷ. διέῤῥηξαν μὲν οὖν [a] αὐτὸ Ἰουδαῖοι τῷ σταυρῷ, μολύνει δὲ καὶ ὁ ἀκαθάρτῳ δεχόμενος αὐτὸ ψυχῇ· ὥστε εἰ καὶ διάφορα τὰ τῆς παρανομίας, ἀλλὰ τὰ τῆς ὕβρεως ἴσα. τοῦτο πολλῶν καθήψατο, τοῦτο πολλοὺς ἐθορύβησεν· ἔδακε τὸ συνειδὸς τῶν ἀκουόντων, μᾶλλον δὲ οὐχὶ τῶν ἀκουόντων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐμοῦ τοῦ λέγοντος πρὸ ὑμῶν. κοινὴ γὰρ ἡ διδασκαλία, κοινὰ τὰ τραύματα· διὸ καὶ κοινὰ τὰ φάρμακα ἐπιτίθημι. τοῦτο τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας ἐγένετο ἔργον, ὥστε καὶ τὸν λέγοντα καὶ τοὺς ἀκούοντας τοῖς αὐτοῖς ὑποκεῖσθαι νόμοις, τῆς αὐτῆς κοινωνεῖν φύσεως, ὁμοίως ἕκαστον ὑπεύθυνον εἶναι παραβαίνοντα. διὰ τί; ἵνα μετὰ συμμετρίας ποιῆται τὴν ἐπιτίμησιν, ἵνα συγγνωμονικὸς γίνηται τοῖς ἁμαρτάνουσιν, ἵνα ἀναμιμνησκόμενος τῆς οἰκείας ἀσθενείας μὴ ἀφόρητον ποιῆται τὸν ἔλεγχον. διὰ τοῦτο οὐκ ἀγγέλους ἐκ τῶν οὐρανῶν καταγαγὼν ὁ Θεὸς τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει διδασκάλους ἐπέστησεν, ἵνα μὴ διὰ τὸ τῆς φύσεως ὑπερέχον, καὶ τὴν τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας ἄγνοιαν, ἀφειδέστερον ποιῶνται τὰς καθ' ἡμῶν ἐπιτιμήσεις· ἀλλὰ ἀνθρώπους θνητοὺς ἔδωκε διδασκάλους καὶ ἱερέας, ἀνθρώπους ἀσθένειαν περικειμένους, ἵν' αὐτὸ δὴ τοῦτο, καὶ τοῖς αὐτοῖς ὑπεύθυνον εἶναι καὶ τὸν λέγοντα καὶ τοὺς ἀκούοντας, χαλινὸς γίνηται τῇ τοῦ λέγοντος γλώττῃ, μὴ συγχωρῶν πέρα τοῦ μέτρου ποιεῖσθαι τὰς κατηγορίας. καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, αὐτὸς ὁ Παῦλος ὁ τὸν νόμον ἐκεῖνον θεὶς, καὶ ταύτην ἡμᾶς ἐδίδαξε τὴν αἰτίαν, οὕτως εἰπών· πᾶς γὰρ ἱερεὺς ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος, ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίσταται, μετριοπαθεῖν δυνάμενος τοῖς ἀγνοοῦσι καὶ πλανωμένοις. πόθεν καὶ διὰ τί; ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς περίκειται ἀσθένειαν. ὁρᾷς ὅτι ἡ ἀσθένεια τῆς συμπαθείας ὑπόθεσις γίνεται, καὶ τὸ συγγενὲς τῆς φύσεως οὐκ ἀφίησιν εἰς ἀμετρίαν ποτὲ ἐκπεσεῖν τὸν ἐπιτιμῶντα, κἂν σφόδρα φιλονεικῇ; τίνος δὲ ἕνεκεν ταῦτα εἶπον; ἵνα μὴ λέγητε, ὅτι σὺ καθαρὸς ὢν ἁμαρτημάτων, ἀπηλλαγμένος τῆς ὀδύνης τῆς κατὰ τὴν ἐπιτίμησιν, μετὰ πολλῆς ἐξουσίας ἐπιφέρεις ἡμῖν βαθυτέραν τὴν τομήν. ἐγὼ γὰρ πρότερος αἰσθάνομαι τῆς ὀδύνης, ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς ὑπεύθυνός εἰμι τοῖς ἁμαρτήμασι. πάντες γάρ ἐσμεν ἐν ἐπιτιμίοις· καὶ, οὐδεὶς καυχήσεται ἁγνὴν ἔχειν καρδίαν. ὥστε οὐκ ἐν ἀλλοτρίοις φιλοσοφῶν κακοῖς, οὐδὲ ἐξ ἀπανθρωπίας τινὸς, ἀλλ' ἀπὸ κηδεμονίας πολλῆς τοὺς ἐλέγχους ἐποιησάμην ἐκείνους. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν τὰ σώματα ἰατρευόντων, ὁ μὲν ἐπάγων τὴν πληγὴν, οὐδεμίαν λαμβάνει τῆς πληγῆς αἴσθησιν, ὁ δὲ τεμνόμενος, οὗτός ἐστιν ὁ διασπώμενος ταῖς ἀλγηδόσι μόνος. ἐπὶ δὲ τῶν τὰς ψυχὰς θεραπευόντων οὐχ οὕτως· εἰ μήπιγε σφάλλομαι ἐξ ἑαυτοῦ τὰ τῶν λοιπῶν δοκιμάζων· ἀλλ' αὐτὸς πρότερος ὀδυνᾶται ὁ λέγων, ἡνίκα ἂν ἑτέροις ἐπιτιμᾷ. οὐδὲ γὰρ οὕτως ἐλεγχόμενοι παρ' ἑτέρων ἀλγοῦμεν, ὡς ἐλέγχοντες ἑτέρους ὑπὲρ ἁμαρτημάτων, ὧν ἐσμὲν ὑπεύθυνοι. ἐπιλαμβάνεται γὰρ εὐθέως τὸ συνειδὸς

[a] Colb. αὐτοὶ Ἰουδαῖοι.

A contumelia: sic nimirum hoc loco cum illi, qui dominicum corpus necarunt, tum qui immunda recipiunt anima, parem injuriam regio inferunt vestimento. Disciderunt quidem illud in Cruce Judæi: coinquinat autem is, qui immunda suscipit illud anima: itaque licet diversa peccata sint, tamen æqualis est injuria. Hoc multos perstrinxit, hoc multos perturbavit, & conscientiam auditorum pupugit, nec auditorum tantum, sed meam, qui ad vos sermonem habeo, priusquam vestram. Communis est B quippe doctrina, communia sunt vulnera: quapropter & communia adhibeo medicamenta. Hoc divinæ benignitatis opus fuit, ut & is qui sermonem habet, & qui audiunt, iisdem subjaceant legibus, ejusdem participes sint naturæ, & pariter reus quisque sit, ubi transgressus legem fuerit. Qua de causa? Ut moderatam adhibeat increpationem, ut indulgentior fiat in eos qui peccant, ut ne, propriæ memor imbecillitatis, intolerandam adhibeat reprehensionem. Propterea non Angelos e cælo delapsos magistros humanæ naturæ præfecit, ne propter excellentiam naturæ, atque humanæ infirmitatis ignorationem asperiores C reprehensiones nobis adhiberent: sed homines mortales magistros ac sacerdotes concessit, homines infirmitate circumdatos, ut hoc ipso, quod eisdem obnoxii sint, & is qui sermonem habet, & illi qui audiunt, concionatoris linguæ frenum injiciatur, quod eum non sinat ultra modum suas castigationes extendere. Atque hoc verum esse declarat Paulus, qui legem illam tulit, & hanc causam nos docuit his verbis utens: *Omnis enim Pontifex ex hominibus assumtus pro hominibus constituitur, qui condolere possit iis, qui ignorant, & errant.* (Heb. 5. 2.) Qua occasione, & cur tandem? D *Quoniam & ipse circumdatus est infirmitate.* Vides infirmitatem compassionis occasionem esse, neque sinere cognationem naturæ, ut quis in reprehendendo modum excedat, etsi vehementer contendat? Sed quam ob causam ista dixi? Ne forte dicatis: Tu qui mundus es a peccatis, & a molestia, quam increpatio parit, immunis ac liber es; magna cum potestate profundiorem nobis sectionem infligis. Siquidem ego prior molestiam sentio, quandoquidem & ipse obnoxius sum peccatis. *Omnes enim in correptionibus sumus*, & *Nemo gloriabitur castum se habere cor.* (Prov. 20. 9. Eccli. 8. 6.) Itaque non quod in alienis philosopharer malis, neque ex inhumanitate E quapiam, sed præ nimia solicitudine reprehensiones illas adhibui. Nam in corporum quidem curatione, qui plagam infligit, nullum plagæ sensum capit, sed ille, qui secatur, solus doloribus cruciatur: at in animarum curatione non ita: nisi forte fallar, dum ex meis de aliorum rebus judico; sed ipse prior cruciatur, qui concionem habet, quando cæteros increpat. Neque enim sic a cæteris reprehensi dolemus, ac si alios reprehendamus ob peccata, quorum ipsi rei simus. Statim enim conciona-

torem objurgat conscientia, quodque se videat magisterii dignitate decoratum in eadem cum discipulis peccata prolabi, atque iisdem reprehensionibus indigere, graviorem concionatori dolorem inurit.

2. Atque hæc non sine causa nunc conqueror, sed quoniam permulti eorum quæ dicta sunt acerbitatem non ferentes, cum hinc recessissent, accedentes indignabantur, & excandescebant. Avocas nos, aiebant, a sacra mensa, & a communione repellis. Idcirco hæc dicere sum coactus, ut intelligatis me non avocare, sed potius convocare, non repellere, nec arcere, sed per ipsas reprehensiones magis allicere. Metus enim denunciati supplicii, cum tamquam ignis in ceram in eorum conscientiam, qui peccant, inciderit, delicta dissolvit ac discutit, dum semper imminet, & puram ac splendidam mentem reddens majorem fiduciam nobis inserit: porro fiducia concepta major exoritur animi promtitudo, ad frequentem ineffabilium ac tremendorum mysteriorum communionem obeundam. Et quemadmodum qui acerba medicamenta porrigit iis, qui stomachi vitio cibos fastidiunt, ac pravos expurgat humores, dejectum excitat appetitum, & efficit, ut majori alacritate consuetos cibos degustent: sic nimirum is qui acerba profert verba, pravisque mentem cogitationibus purgat, & grave peccatorum onus excutit, efficit, ut conscientia respiret, ac multa cum voluptate dominicum corpus degustet. Non est igitur ob ea quæ dicta sunt succensendum; sed ea approbanda sunt & laudanda. Quod si forte imbecilliores sint quidam, neque defensionem hanc nostram ferant, ita cum illis agam, ut moneam me non a me ipso latas leges exponere, sed de cælo delapsas literas legere, ac proinde necessarium esse, ut cum hoc mihi creditum sit ministerium, aut quæ continentur illis confidenter ac libere cuncta dicam, & utilitatem ubique non voluptatem quæram auditorum, aut eorumdem odium reformidem, & hoc intempestivo beneficio salutem meam simul & illorum prodam. Nam & concionatori simul & auditoribus admodum periculosum esse quidpiam ex legibus divinis celare, ac tamquam cædis patratæ reos judicari doctores, nisi absque metu cuncta Dei jura, ac decreta promulgent, Pauli vobis testimonio comprobabo. Propterea namque in omnibus rebus ad beatam illam animam sæpe confugio, quod fructuosæ quædam sacræque leges Pauli sint verba. Non enim Paulus est, qui loquitur, sed qui ejus animam movet Christus, siquidem per illum cuncta loquitur, quæ ille pronunciat. Quid igitur ait Paulus? Cum eos qui Ephesum incolebant vocasset, ac postremam ad illos concionem habuisset, propterea quod ab illis deinceps discessurus erat, ut illorum præsules doceret, non minus quam qui sanguinem funderent discipulorum, eos qui res utiles celarent pœnis esse

Metus pœna peccata minuit.

Concionatorum officium.

Act. 20. 27.

A τοῦ λέγοντος, καὶ τὸ διδασκαλίας περικείμενον ἀξίωμα, εἰς τὰ αὐτὰ τοῖς μαθηταῖς καταπίπτειν ἁμαρτήματα, καὶ τῶν αὐτῶν δεῖσθαι ἐλέγχων, πικροτέραν τῷ λέγοντι ποιεῖ τὴν ὀδύνην.

Καὶ ταῦτα οὐχ ἁπλῶς ἀποδύρομαι νῦν. ἀλλ' ἐπειδὴ πολλοὶ τὸ βάρος τῶν εἰρημένων οὐκ ἐνεγκόντες, μετὰ τὴν ἀναχώρησιν προσελθόντες ἐδυσχέραινον, ἠγανάκτουν. ἀπάγεις ἡμᾶς, λέγοντες, τῆς ἱερᾶς τραπέζης, καὶ τῆς κοινωνίας ἀποστερεῖς. διὰ τοῦτο ταῦτα ἠναγκάσθην εἰπεῖν, ἵνα μάθητε ὅτι οὐκ ἀπάγω, ἀλλὰ συνάγω μᾶλλον· οὐκ ἀποστερῶ, οὐδὲ ἀπείργω, ἀλλ' ἐπισπῶμαι διὰ B τῶν ἐλέγχων πλέον. ὁ γὰρ φόβος τῆς εἰρημένης τιμωρίας, καθάπερ πῦρ εἰς κηρὸν, οὕτως εἰς τὸ συνειδὸς ἁμαρτανόντων ἐμπίπτων, λύει μὲν ἡμῶν καὶ τήκει τὰ πλημμελήματα, διηνεκῶς ἐγκαθήμενος, καθαρὰν δὲ καὶ ἀποστίλβουσαν ἐργαζόμενος τὴν διάνοιαν, πλείονα τὴν παῤῥησίαν ἡμῖν [a] ἐντίθησιν. ἀπὸ δὲ τῆς παῤῥησίας καὶ προθυμία πλείων γένοιτ' ἂν πρὸς τὸ συνεχῶς τῶν ἀπορρήτων καὶ φρικτῶν κοινωνεῖν μυστηρίων. καὶ καθάπερ ὁ πικρὰ φάρμακα τοῖς κακοσίτοις διδοὺς, καὶ τοὺς πονηροὺς ἐκκαθαίρων χυμοὺς, διεγείρει τὴν καταβεβλημένην ὄρεξιν, καὶ μετὰ πλείονος παρασκευάζει τῆς προθυμίας τῆς συνήθους ἅπτεσθαι τροφῆς· οὕτω δὴ καὶ ὁ πικρὰ λέγων C ῥήματα, καὶ καθαίρων τοὺς πονηροὺς λογισμοὺς τῆς διανοίας, καὶ τὸ βαρὺ τῶν ἁμαρτημάτων ἀποσκευαζόμενος φορτίον, δίδωσιν ἀναπνεῦσαι τῷ συνειδότι, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἡδονῆς ἀπογεύεσθαι τοῦ σώματος παρασκευάζει τοῦ δεσποτικοῦ. οὐ τοίνυν δυσχεραίνειν ὑπὸ τῶν εἰρημένων χρὴ, ἀλλ' ἀποδέχεσθαι καὶ ἐπαινεῖν. εἰ δέ τινες ἀσθενέστερον διάκεινται, καὶ οὐκ ἀνέχονται ταύτης ἡμῶν τῆς ἀπολογίας, ἐκεῖνο ἂν εἴποιμι πρὸς αὐτοὺς, ὅτι οὐκ ἐμαυτοῦ νόμους ὑμῖν ἐξηγοῦμαι, ἀλλ' ἐκ τῶν οὐρανῶν καταβάντα ἀναγινώσκω γράμματα· καὶ ἀνάγκη τὸν ταύτην ἐμπιστευθέντα τὴν διακονίαν, ἢ πάντα μετὰ παῤῥη- D σίας εἰπεῖν τὰ ἐγκείμενα, τὸ συμφέρον, ἀλλὰ μὴ τὸ ἡδὺ τοῖς ἀκροαταῖς πανταχοῦ ζητοῦντα· ἢ τὴν τῶν ἀκουόντων ὑπειδόμενον ἀπέχθειαν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ καὶ τὴν ἐκείνων προέσθαι σωτηρίαν, διὰ τῆς ἀκαίρου ταύτης χάριτος. ὅτι γὰρ καὶ τῷ λέγοντι καὶ τοῖς ἀκούουσι σφόδρα ἐπικίνδυνον τὸ τῶν θείων ἀποκρύπτεσθαί τι νόμων· καὶ ὅτι φόνων ὑπεύθυνοι οἱ διδάσκαλοι κρίνονται, ὅταν μὴ πάντα χωρὶς ὑποστολῆς ἐξηγῶνται τοῦ θεοῦ τὰ δικαιώματα, Παῦλον ὑμῖν τούτων πάλιν παρέξομαι μάρτυρα. διὰ γὰρ τοῦτο E συνεχῶς ὑφ' ἁπάντων ἐπὶ τὴν ἁγίαν ἐκείνην καταφεύγω ψυχὴν, ὅτι χρήσιμοί τινές εἰσι καὶ θεῖοι νόμοι τὰ Παύλου ῥήματα. οὐ γὰρ Παῦλός ἐστιν ὁ λαλῶν, ἀλλ' ὁ Χριστὸς ὁ τὴν ἐκείνου ψυχὴν κινῶν. δι' ἐκείνου γὰρ φθέγγεται πάντα, ἅπερ ἐκεῖνος εἶπε. τί τοίνυν φησὶν ὁ Παῦλος; καλέσας τοὺς τὴν Ἔφεσον οἰκοῦντας, καὶ ἐσχάτην πρὸς αὐτοὺς δημηγορίαν εἰπὼν, ἐπειδὴ λοιπὸν αὐτῶν ἀφίστασθαι ἤμελλε, διδάσκων τοὺς ἐφεστηκότας αὐτοῖς, ὅτι καθάπερ οἱ τὸ αἷμα ἐκχέοντες τῶν μαθητῶν, οὕτως οἱ τὰ συμφέροντα μὴ λέγοντες αὐτοῖς, εἰσὶν

[a] Colb. ἐπιτίθησι.

ὑπεύθυνοι κολάσεως καὶ τιμωρίας, οὕτω πως φησί· καθαρός εἰμι ἐγὼ ἀπὸ τοῦ αἵματος πάντων. διὰ τί; οὐ γὰρ ὑπεστειλάμην τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι ὑμῖν πᾶσαν τὴν βουλὴν τοῦ θεοῦ· ὡς εἰ ὑπεστείλατο τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι, οὐκ ἦν καθαρὸς ἐκ τοῦ αἵματος, ἀλλ᾽ ὡς ἀνδροφόνος ἐκρίνετο, καὶ μάλα εἰκότως. ὁ μὲν γὰρ ἀνδροφόνος τὸ σῶμα ἀναιρεῖ μόνον, ὁ δὲ πρὸς χάριν δημηγορῶν, καὶ ῥαθυμοτέρους ποιῶν τοὺς ἀκροατὰς, τὴν ψυχὴν ἀπόλλυσι· κἀκεῖνος μὲν τῷ παρόντι παραδίδωσι θανάτῳ, οὗτος δὲ τὴν ψυχὴν ἀπόλλυσι, καὶ πρὸς τὰς ἀθανάτους παραπέμπει κολάσεις καὶ τιμωρίας. ἆρα οὖν Παῦλος μόνος τοῦτό φησιν; οὐδαμῶς, ἀλλὰ καὶ πρὸ Παύλου πάλιν ὁ θεὸς διὰ τοῦ προφήτου τὸ αὐτὸ τοῦτο αἰνίττεται οὕτω λέγων· σκοπὸν δέδωκά σε τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ. τί ἐστι, σκοπόν; σκοπὸς λέγεται, ὁ τῶν στρατοπέδων κάτω καθημένων ὑψηλὸν καὶ γεώλοφον χωρίον καταλαβὼν, κἀκεῖθεν ἐπιόντας τοὺς πολεμίους σκοπεύων, καὶ τοῖς κάτω καθημένοις μηνύων τὴν ἔφοδον καὶ διεγείρων πρὸς τὴν τοῦ πολέμου παράταξιν, ὥστε μὴ ἀφυλάκτοις ἐπιπεσόντας, μετὰ πολλῆς διαχειρίσασθαι τῆς εὐκολίας. ἐπεὶ οὖν πολλὰ τῶν ἐπιόντων δεινῶν οὐχ ὁρῶμεν ἡμεῖς οἱ χαμαὶ βαδίζοντες, ᾠκονόμησεν ἡ τοῦ θεοῦ χάρις, ὥσπερ ἐφ᾽ ὑψηλοῦ χωρίου τῆς προφητείας τοὺς ἁγίους προφήτας ἑστῶτας, μέλλουσαν τοῦ θεοῦ τὴν ὀργὴν ἡμῖν ἐπιέναι πόῤῥωθεν προμηνύειν· ἵνα διὰ τῆς μετανοίας ἑαυτοὺς ἀνακτησάμενοι, καὶ πεπτωκυῖαν ἡμῶν τὴν ψυχὴν ἀνορθώσαντες, τὴν θεήλατον πόῤῥωθεν ἀποκρουσώμεθα πληγήν. διὰ τοῦτό φησι· σκοπὸν δέδωκά σε τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ· ἵνα μέλλουσαν ἐπιέναι τὴν συμφορὰν προμηνύσῃς, καθάπερ ἐκεῖνος τοὺς πολεμίους. καὶ τιμωρίαν δὲ οὐ μικρὰν ἐπιτίθησι τῷ μὴ προλέγοντι τοῦ θεοῦ τὴν ὀργήν· ποίαν δὴ ταύτην; τὰς ψυχὰς τῶν ἀπολλυμένων, φησὶν, ἐκ τῆς χειρός σου ἐκζητήσω. τίς οὖν οὕτως ὠμὸς καὶ ἀπάνθρωπος καὶ ἀσυμπαθὴς, ὡς ἐγκαλεῖν τῷ λέγοντι καὶ περὶ τῆς θεοῦ διαλεγομένῳ συνεχῶς ὀργῆς, τοσαύτην κόλασιν ὑφίστασθαι μέλλοντι, εἰ σιγήσειεν; ὅτι μὲν οὖν ἡμῖν οὐ συμφέρει τοῖς λέγουσι τὰ τοιαῦτα σιγᾶν, ἱκανῶς καὶ ὁ προφήτης, καὶ ὁ ἀπόστολος ἡμᾶς ἐπαίδευσεν. ὅτι δὲ οὐδὲ ὑμῖν τοῖς ἀκούουσι, δῆλον ἐκεῖθεν. εἰ μὲν γὰρ ἐγὼ σιγήσας ἀπέκρυπτον τῇ σιγῇ τὰ ἁμαρτήματα, καλῶς ἐδυσχέραινεν ἕκαστος καὶ ἠγανάκτει δικαίως, μὴ σιγῶντος ἐμοῦ. εἰ δὲ καὶ ἡμῶν σιγώντων νῦν, ἀνάγκη πάντως ἐκεῖ φανῆναι τὰ πλημμελήματα, τί τὸ ὄφελος ἀπὸ τῆς σιγῆς γένοιτ᾽ ἄν; ἀλλ᾽ ὄφελος μὲν οὐδὲν, βλάβη δὲ ἐσχάτη. ἂν μὲν γὰρ εἴπω νῦν, εἰς μετάνοιαν ἄγω καὶ κατάνυξιν διανοίας· ἂν δὲ σιγήσω, νῦν μὲν οὐκ ἀναμνησόμεθα τῶν πεπλημμελημένων ἡμῖν, οὐδὲ μετανοήσομεν· ἐκεῖ δὲ αὐτὰ ὀψόμεθα πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα, καὶ θρηνήσομεν εἰκῆ καὶ μάτην.

πεὶ οὖν ἀνάγκη πάντως, ἢ ἐκεῖ, ἢ ἐνταῦθα κατανυγῆναι ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι, βέλτιον ἐνταῦθα, καὶ μὴ ἐκεῖ. πόθεν τοῦτο δῆλον; ἀπὸ τῶν προφητικῶν ῥημάτων,

A obnoxios ac suppliciis, ita loquitur: *Mundus sum ego a sanguine omnium.* Quid ita? *Non enim subterfugi, quo minus annunciarem vobis omne consilium Dei:* itaque si subterfugisset, quo minus annunciaret, mundus a sanguine non fuisset, verum ut homicida damnatus esset, ac merito sane. Nam homicida quidem corpus tantum interficit: qui vero ad gratiam concionatur, & segniores reddit auditores, animam perdit: atque ille quidem præsenti morti tradit: hic vero perdit animam, & ad æternas pœnas suppliciaque transmittit. An igitur solus hoc dicit Paulus? Nequaquam, sed ante Paulum Deus rursus istud ipsum per Prophetam subindicat ita dicens: *Speculatorem dedi te domui Israel.* Quid est hoc, speculatorem? Speculator dicitur is, qui dum exercitus inferius consident, sublimem & eminentem in colle locum occupat, & inde invadentes hostes speculatur, atque in valle sedentibus eorum adventum denunciat, ut ad pugnam capessendam eos excitet, ne si in illos incautos irruant, magna illos cum facilitate trucident. Quando igitur multa, quæ nobis imminent, mala non videmus nos, qui humi versamur, ita divina gratia disponente factum est, ut tamquam in sublimi loco prophetiæ stantes Prophetæ sancti irruituram in nos iram divinam a longe prænunciarent; ut nos per pœnitentiam reparantes, animamque nostram lapsam erigentes, multo ante infligendam a Deo plagam repellamus. Idcirco, *speculalatorem*, inquit, *dedi te domui Israel:* Ut calamitatem imminentem prænuncies, quemadmodum hostes ille. Neque vero mediocrem pœnam concionatori, qui divinam iram non prænunciarit, imponit. Quam vero tandem? Animas eorum, qui perierint, inquit, de manu tua requiram. Quis igitur est ille tam crudelis & inhumanus, & immisericors, qui concionatori vitio vertat dicenti, deque ira divina frequenter verba facienti, cum tantas luiturus sit pœnas, si tacuerit? Nobis ergo qui concionamur, nequaquam prodesse, si talia siluerimus, sufficienter & Propheta nos docuit, & Apostolus: sed neque vobis prodesse qui auditis, inde constabit. Nam si ego dum sileo, peccata silentio abscond erem, recte succenseret unusquisque, ac merito indignaretur, nisi silerem: sin autem quantumvis jam non sileamus, omnino necesse est ut illic delicta manifestentur, quid poterit silentium prodesse? Imo nihil proderit, sed summopere nocebit. Nam si quidem nunc proloquar, ad pœnitentiam & animi compunctionem inducam: sin taceam, nunc quidem eorum quæ peccaverimus, non recordabimur, neque pœnitentiam agemus; at in futuro sæculo nuda & aperta præ oculis nostris intuebimur, ac frustra & incassum lamentabimur.

Ezech. 3. 17.

3. Quando igitur omnino necesse est, ut vel illic, vel in hac vita ob delicta compungamur, satius est ut illud hic potius, & non illic fiat: unde id constat? Ex propheticis

verbis, ex Evangelicis. Nam Propheta quidem sic ait: *In inferno autem quis confitebitur tibi?* Non quod non confiteamur, sed quod frustra illud faciamus. Christus autem per parabolam hoc ipsum docuit. Erat enim, inquit, Lazarus quidam mendicus undique ulceribus plenus, immedicabili morbo laborans: alter autem quidam dives pauperi micas non impertiebat. Et quid opus est parabolam totam percurrere? Quippe nostis historiam omnem; crudelitatem divitis, quo pacto mendicum participem mensæ non faceret; egestatem illius ac famem, qua perpetuo conflictabatur. At hæc in hac vita: postquam autem mortuus est uterque, videt illum mendicum in sinu Abrahæ dives. Et quid ait? *Pater Abraham, mitte illum, ut instillet extremo digiti sui in linguam meam, ut requiescam a dolore.* Vides retributionem? Non impertiit ipsi micas, unius aquæ guttæ non fit particeps. *In qua enim mensura*, inquit, *mensi fueritis, remetietur vobis.* Quid ergo Abraham? *Fili, recepisti bona tua, & Lazarus mala: & nunc hic quidem hic consolatur, tu vero cruciaris.* Sed quod est in quæstione positum, illos nimirum ob peccata compungi, & converti, ac pœnis gehennæ fieri meliores, nihil tamen hoc illis ad levanda flammæ tormenta prodesse, quæ sequuntur ostendunt; *Pater* enim, inquit, *mitte illum in domum meam, ut cognatis meis testetur, & non veniant in hunc locum.* Cum beneficium ipse non obtinuisset, aliorum postea salutem procurat. Vidisti quo pacto crudelis antea fuerit, quo pacto deinde benignus evaserit? Lazarum ante oculos jacentem præteribat, dum viveret, jam vero etiam absentium cognatorum curam gerit: ac tum quidem dum opibus circumflueret, ad miserabile mendici spectaculum non inflectebatur, jam vero dum in doloribus ac necessitatibus versatur inevitabilibus, de propinquis suis est solicitus, ac mitti rogat, qui hæc illis annunciet. Vides ut benignus & clemens evaserit & misericors? Quid igitur? numquid illi profuit pœnitentia? num aliquid lucri ex illa compunctione collegit? Nihil omnino: quippe quod intempestiva esset pœnitentia. Solutum erat theatrum, sublatus locus certaminis, non amplius luctarum tempus fuit. Propterea moneo, precor & obsecro, hic lamentari oportet, ac propter peccata lugere. Hic nos verba contristent, ne nos illic res terreant: hic nos pungat oratio, ne nos illic vermis pungat venenatus: hic nos urat reprehensio, ne nos gehenna ignis illic urat. Eos qui hic lugent, consentaneum est illic consolari: eos qui hic in deliciis degunt & rident, nec ullo propter admissa peccata dolore tanguntur, plane illic lugere ac lamentari, ac frendere dentibus est necesse. Non mea sunt hæc verba, sed ipsius, qui judicium in nos tum temporis exercebit. *Beati* quippe, inquit, *ii, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Væ vobis, qui ridetis, quia flebitis.* Quanto igitur satius est temporariam compunctionem

Psal. 6. 6.
Luc. 16. 19.
Marc. 4. 24.
Luc. 16. 25.
Pœnitentia non prodest post mortem.
Matth. 5. 4.

A ἀπὸ τῶν εὐαγγελικῶν. ὁ μὲν γὰρ προφήτης φησὶν, ἐν δὲ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι; οὐχ ὅτι οὐκ ἐξομολογούμεθα, ἀλλ' ὅτι εἰκῇ τοῦτο ποιοῦμεν. ὁ δὲ Χριστὸς καὶ διὰ παραβολῆς αὐτὸ τοῦτο ἐπαίδευσε. Λάζαρος γάρ τις ἦν πτωχὸς, φησιν, ἡλκωμένος πάντοθεν, νόσον ἀνίατον ἔχων· ἕτερος δέ τις πλούσιος τῶν ψιχίων οὐ μετεδίδου τῷ πένητι. καὶ τί δεῖ πᾶσαν ἐπελθεῖν τὴν παραβολήν; ἴστε γὰρ τὴν ἱστορίαν ἅπασαν, τὴν ὠμότητα τοῦ πλουσίου, πῶς οὐ μετεδίδου τῆς τραπέζης τῷ πτωχῷ, τὴν πενίαν τὴν ἐκείνου καὶ τὸν λιμὸν, ᾧ προσεπάλαιε διηνεκῶς. ἀλλ' ἐνταῦθα ταῦτα. B ἐπειδὴ δὲ ἐτελεύτησεν ἕκαστος, ὁρᾷ τὸν πτωχὸν ἐκεῖνον ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Ἀβραάμ. καὶ τί φησι; πάτερ Ἀβραὰμ, ἀπόστειλον αὐτὸν, ἵνα ἐπιστάξῃ τῷ δακτύλῳ ἄκρῳ τῇ γλώττῃ μου, ἵνα ἀναπαύσωμαι τῆς ὀδύνης. εἶδες ἀντίδοσιν; οὐ μετέδωκεν αὐτῷ ψιχίων, οὐ μεταλαμβάνει σταγόνος ὕδατος. ᾧ γὰρ μέτρῳ, φησὶ, μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν. τί οὖν ὁ Ἀβραάμ; τέκνον, ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου, καὶ Λάζαρος τὰ κακά· καὶ νῦν ὧδε μὲν ἐνταῦθα παρακαλεῖται, σὺ δὲ ὀδυνᾶσαι. ἀλλὰ τὸ ζητούμενον, ὅτι κατανύσσονται μὲν ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι καὶ μεταβάλλονται καὶ βελτίους γίνονται ἀπὸ τῆς γεέννης, οὐδὲν δὲ κερδαίνουσιν εἰς παραμυθίαν τῆς C φλογός. πάτερ γὰρ, ἀπόστειλον αὐτὸν εἰς τὸν οἶκόν μου, φησὶν, ἵνα τοῖς συγγενέσι μου διαμαρτύρηται, καὶ μὴ ἔλθωσιν εἰς τὸν τόπον τοῦτον. αὐτὸς ἀποτυχὼν τῆς εὐεργεσίας, ἑτέροις προξενεῖ τὴν σωτηρίαν λοιπόν. εἶδες πῶς ὠμὸς ἦν πρὸ τούτου, πῶς φιλάνθρωπος ἐγένετο μετὰ ταῦτα; παρὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς κείμενον παρέτρεχε τὸν Λάζαρον ζῶν, νυνὶ δὲ καὶ ἀπόντων φροντίζει τῶν συγγενῶν· καὶ τότε μὲν ἐν περιουσίᾳ ὢν, πρὸς τὴν ἐλεεινὴν οὐκ ἐπεκάμπτετο τοῦ πτωχοῦ θέαν, νυνὶ δὲ ἐν ὀδύναις καὶ ἀνάγκαις ὢν ἀπαραιτήτοις, κήδεται τῶν αὐτῷ προσηκόντων, καὶ ἀξιοῖ πεμφθῆναι τὸν ταῦτα ἀπαγγελοῦντα αὐτοῖς. D ὁρᾷς πῶς φιλάνθρωπος γέγονε καὶ ἥμερος καὶ συμπαθητικός; τί οὖν; ἀπώνατό τι τῆς μετανοίας; ἐγένετό τι κέρδος αὐτῷ ἀπὸ τῆς κατανύξεως; οὐδαμῶς. ἄκαιρος γὰρ ἡ μετάνοια. ἐλύθη τὸ θέατρον, ἀπῆλθε τὰ σκάμματα, οὐκ ἔτι καιρὸς τῶν παλαισμάτων ἦν, διὰ τοῦτο, παρακαλῶ, καὶ δέομαι καὶ ἀντιβολῶ, ἐνταῦθα ὀδύρεσθαι χρὴ καὶ θρηνεῖν ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι. λυπείτω ἡμᾶς ἐνταῦθα τὰ ῥήματα, καὶ μὴ φοβείτω ἐκεῖ τὰ πράγματα· δακνέτω ἡμᾶς ὁ λόγος ἐνταῦθα, καὶ μὴ δακνέτω ἡμᾶς ἐκεῖ σκώληξ ὁ ἰοβόλος· καιέτω ἡμᾶς ἐνταῦθα ἡ ἐπιτίμησις, καὶ μὴ καιέτω ἐκεῖ ἡ γέεν- E να τοῦ πυρός· τοὺς ἐνταῦθα θρηνοῦντας ἀκόλουθον ἐκεῖ παρακληθῆναι· τοὺς ἐνταῦθα τρυφῶντας καὶ γελῶντας καὶ ἀλγήτως περὶ τὰ ἁμαρτήματα διακειμένους ἀνάγκη πᾶσα ἐκεῖ θρηνῆσαι καὶ ὀδύρεσθαι καὶ βρύξαι τοὺς ὀδόντας. οὐκ ἐμὸς ἐστὶν ὁ λόγος, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ τότε δικάζοντος ἡμῖν. μακάριοι γὰρ, φησιν, οἱ πενθοῦντες, ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται· οὐαὶ ὑμῖν οἱ γελῶντες, ὅτι κλαύσετε. πόσῳ τοίνυν βέλτιον πρόσκαιρον κατάνυξιν

καὶ ὀδυρμὸν ἀθανάτων ἀλλάξασθαι καλῶν καὶ ἡδονῆς τέλος οὐκ ἐχούσης, ἢ τὸν βραχὺν τοῦτον καὶ πρόσκαιρον βίον ἐνταῦθα γελάσαντας, ἀπελθεῖν ἐκεῖ κολασθησομένους ἀθάνατα; ἀλλ' αἰσχύνῃ καὶ ἐρυθριᾷς τὰ ἁμαρτήματα εἰπεῖν; μάλιστα μὲν εἰ καὶ ἐπ' ἀνθρώπων ἔδει ταῦτα λέγειν καὶ ἐκπομπεύειν, οὐδὲ οὕτως αἰσχύνεσθαι ἔδει· αἰσχύνη γὰρ τὸ ἁμαρτάνειν, οὐ τὸ ὁμολογῆσαι τὰ ἁμαρτηθέντα· νυνὶ δὲ οὐδὲ ἀνάγκη παρόντων μαρτύρων ἐξομολογεῖσθαι. ἐν τοῖς λογισμοῖς τοῦ συνειδότος γινέσθω τῶν πεπλημμελημένων ἡ ἐξέτασις· ἀμάρτυρον ἔστω τὸ δικαστήριον. ὁ θεὸς ὁράτω σε μόνος ἐξομολογούμενον, ὁ θεὸς ὁ μὴ ὀνειδίζων τὰ ἁμαρτήματα, ἀλλὰ λύων τὰ ἁμαρτήματα ἀπὸ τῆς ἐξομολογήσεως. ἀλλὰ καὶ οὕτως ὀκνεῖς καὶ ἀναδύῃ; οἶδα κἀγώ, ὅτι οὐκ ἀνέχεται τὸ συνειδὸς τῆς μνήμης τῶν οἰκείων πλημμελημάτων. ἂν γὰρ ἔλθωμεν μόνον εἰς ἀνάμνησιν τῶν πεπλημμελημένων ἡμῖν, καθάπερ πῶλός τις ἀδάμαστος καὶ δυσήνιος, σκιρτᾷ ἡ διάνοια. ἀλλὰ κάτασχε, χαλίνωσον, κατάψηχε τῇ χειρί, ἥμερον αὐτὴν ποίησον, πεῖσον ὅτι ἂν μὴ νῦν ἐξομολογήσηται, ἐκεῖ ἐξομολογήσεται, ὅπου πλείων ἡ κόλασις, ὅπου μείζων ὁ παραδειγματισμός. ἐνταῦθα ἀμάρτυρόν ἐστι τὸ δικαστήριον, καὶ σὺ σαυτῷ δικάζεις ὁ ἡμαρτηκώς· ἐκεῖ δὲ εἰς μέσον τὸ θέατρον τῆς οἰκουμένης ἅπαντα παραχθήσεται, ἂν μὴ προλαβόντες ἐνταῦθα αὐτὰ ἀπαλείψωμεν. αἰσχύνῃ ὁμολογῆσαι ἁμαρτήματα; αἰσχύνου πρᾶξαι ἁμαρτήματα. ἡμεῖς δὲ ὅταν αὐτὰ πράττωμεν, ἰταμῶς καὶ ἀναισχύντως τολμῶμεν· ὅταν δὲ ὁμολογῆσαι δέῃ, τότε αἰσχυνόμεθα καὶ ὀκνοῦμεν, δέον μετὰ προθυμίας τοῦτο ποιεῖν. οὐ γάρ ἐστιν αἰσχύνη κατηγορεῖν ἁμαρτημάτων, ἀλλὰ δικαιοσύνη καὶ ἀρετή. εἰ μὴ δικαιοσύνη καὶ ἀρετὴ ἦν, οὐκ ἂν [a] μισθὸν ἔθηκεν αὐτῇ ὁ θεός. ὅτι γὰρ μισθοὺς ἔχει ἡ ἐξομολόγησις, ἄκουσον τί φησι· λέγε σὺ τὰς ἀνομίας σου πρῶτος, ἵνα δικαιωθῇς. τίς αἰσχύνεται ἔργον, ἀφ' οὗ γίνεται δίκαιος; τίς αἰσχύνεται ὁμολογῆσαι ἁμαρτήματα, ἵνα λύσῃ ἁμαρτήματα; μὴ γὰρ διὰ τοῦτο κελεύει ὁμολογῆσαι, ἵνα κολάσῃ; οὐχ ἵνα κολάσῃ, ἀλλ' ἵνα συγχωρήσῃ.

Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἔξω δικαστηρίων μετὰ τὴν ὁμολογίαν κόλασις. διὰ τοῦτο καὶ ὁ ψαλμὸς αὐτὸ τοῦτο ὑφορώμενος, μή τις δεδοικὼς κόλασιν μετὰ τὴν ἐξομολόγησιν, ἀρνήσηται τὰ ἁμαρτήματα, φησιν· ἐξομολογεῖσθε τῷ κυρίῳ, ὅτι χρηστός, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. μὴ γὰρ οὐκ οἶδε τὰ ἁμαρτήματά σου, ἐὰν μὴ σὺ ὁμολογήσῃς; τί οὖν σοι γίνεται πλέον ἐκ τοῦ μὴ ὁμολογεῖν; μὴ γὰρ δύνασαι λαθεῖν; κἂν μὴ εἴπῃς, ἐκεῖνος εἶδεν. ἂν δὲ σὺ εἴπῃς, ἐκεῖνος ἐπιλανθάνεται. ἰδοὺ γὰρ ἐγώ θεός εἰμι ἐξαλείφων τὰς ἀνομίας σου, καὶ οὐ μὴ μνησθῶ. ὁρᾷς; ἐγὼ οὐ μὴ μνησθῶ, φησί. φιλανθρωπίας γὰρ τοῦτο. σὺ δὲ μνήσθητι, ἵνα σωφρονισμοῦ λάβῃς ὑπόθεσιν. τούτων ἀκούσας ὁ Παῦλος, ἁμαρτημάτων ὧν οὐκ ἐμέμνητο ὁ θεός, αὐτὸς διηνεκῶς ἐμέμνητο οὑτωσὶ λέγων· οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς καλεῖσθαι ἀπόστολος, ὅτι ἐδίωξα τὴν ἐκκλησίαν. καί, Χριστὸς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς

[a] Colbert. μισθὸν ἔδωκεν.

A & luctum cum æternis bonis & voluptate, quæ finem non habeat, commutare, quam brevi hac & temporaria vita ridendo transacta, illuc abire immortali supplicio plectendos? At verecundaris & erubescis enunciare peccata? sane quidem si coram hominibus ea dicenda essent & evulganda; non tamen ita pudere te oportuit: pudor enim est & ignominia peccare, non quæ peccaveris confiteri; jam vero neque necessarium est testibus præsentibus confiteri. Apud conscientiæ rationes fiat inquisitio delictorum: sine testibus sit judicium, Deus te confitentem solus audiat, Deus qui peccata non exprobrat, B sed confessione peccata delet. At hoc pacto etiam pigritaris ac detrectas? Scio equidem conscientiam suorum delictorum memoriam minime ferre. Nam si tantum subeat animum eorum quæ deliquimus recordatio, tamquam pullus quidam indomitus ac frenatu difficilis mens resilit. Sed tu coërce illam ac refrena, demulce manu, cicurem illam redde, persuade fore, ut nisi nunc confiteatur, illic confiteatur, ubi major pœna, ubi diffamatio major. Hic judicium fit sine testibus, ac tu ipse in te judicium exerces, qui peccasti: at illic in medium orbis terrarum cuncta producentur, nisi prius hic fuerint a nobis dele- C ta. Erubescis peccata confiteri? erubesce peccata committere. Nos vero dum illa committimus, temere & impudenter ea aggredimur: cum autem ea fuerint confitenda; tum nos pudet pigetque, cum id alacriter a nobis fieri oporteret. Non enim ignominiosum est incusare peccata, sed justitia & virtus. Nisi justitia esset, ac virtus, non proposuisset illi mercedem Deus. Nam confessionem obtinere mercedem, audi quibus verbis Scriptura testetur: *Dic tu iniquitates tuas primus, ut justificeris.* (Hesai. 43. 26.) Quem tandem pudebit illius operis, quo fit justus? quem confiteri peccata pudeat, D ut peccata solvat? Num enim idcirco peccata jubet confiteri, ut puniat? Imo ut dimittat.

4. Nam in externis quidem tribunalibus post confessionem sequitur pœna. Propterea psalmus etiam hoc ipsum reformidans, ne quis metu pœnæ, quæ confessionem sequatur, peccata denegaret, ait, *Confitemini Domino, quoniam bonus; quoniam in sæculum misericordia ejus.* (Psal. 105. 1.) Num enim tua peccata nescit, nisi tu confessus fueris? quid ergo tibi prodest si minime confitea- E re? Num enim potes latere? Quamvis non dixeris, ille novit. Quod si tu dixeris, ille obliviscitur. *Ecce enim ego sum Deus, qui deleo iniquitates tuas, & non recordabor.* (Hesai. 43. 25.) Vides? non recordabor, inquit. Est enim hoc clementiæ. At tu recordare, ut castigationis captes occasionem. Hæc cum audiisset Paulus, peccatorum, quorum non recordabatur Deus, perpetuo recordabatur cum ita diceret: *Non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persequutus sum Ecclesiam Dei.* (1. Cor. 15. 9.) Et, *Christus venit in mundum peccatores* (1. Tim. 1. 15.)

salvos facere, quorum primus ego sum. Non dixit, eram, sed, sum. Facta erat remissio peccatorum apud Deum, & apud Paulum peccatorum memoria non delebatur. Quæ Dominus deleverat, hæc ipse divulgabat. Audistis enim Prophetam dicentem:
Esai. 43. 25. *Et non recordabor:* at tu recordare. Deus vas electionis ipsum vocat, & iste se peccatorum primum vocat. Quod si peccatorum non obliviscebatur, cogita quo pacto Dei beneficiorum recordaretur. Quid ego dico memoriam peccatorum minime probro afficere? Non ita nos memoria recte factorum reddit illustres, ut memoria peccatorum. Imo vero non modo non reddit illustres memoria recte factorum, sed etiam opprobrio afficit & condemnat: at peccatorum memoria fiducia nos ac justitia multa cumulat. Quis hoc dicit? Pharisæus & Publicanus. Nam hic quidem cum sua peccata dixisset, justificatus descendit: ille vero cum sua recte facta dixisset, publicano factus inferior descendit. Vides quantum afferat damni recte factorum meminisse: quantam pariat utilitatem peccatorum minime oblivisci? Ac merito sane: qui namque recte factorum meminit, in superbiam effertur, cæteros homines aspernatur, quod & accidit Pharisæo: neque enim in tantam venisset arrogantiam, non di-
Luc. 18. 11. xisset, *Non sum sicut cæteri homines*, nisi jejunii sui decimarumque meminisset; memoria vero peccatorum mentem reprimit, humilitatem suadet, ac per humilitatem benevolentiam Dei conciliat. Audi, quæso, quo pacto nos Christus recte facta oblivioni tradere jubeat. *Cum feceritis hæc om-*
Luc. 17. 10. *nia, dicite, Servi inutiles sumus.* Tu dic inutilem esse te servum, non ego te inutilem reddo. Tu si tuam ipse vilitatem confessus fueris, ego te illustrem reddo, & corona remuneror. Vides quot testimoniis utilem esse peccatorum memoriam nobis fuerit comprobatum, & noxiam memoriam recte factorum: & contra rursus supplicium nobis ex oblivione peccatorum, utilitatem autem ex oblivione recte factorum oriri? Vis etiam aliunde cognoscere maximum esse recte factum peccatorum recordari? audi Jobum. Ut enim cæteris gloriabatur, ita & confessione peccatorum,
Job 31. 34. cum ita diceret: *Quod si cum sponte peccassem, expavi frequentiam multitudinis, ut non enunciarem peccata mea.* Horum autem verborum hic sensus est. Numquam mihi cœtus conservorum pudorem imposuit. Quid enim prodest ignotum esse hominibus, cum judex omnia noverit? quid vero nocet, quod hi quæ a nobis commissa sunt, noverint, si nos ille pœna voluerit liberare? Licet omnes condemnent, si me calculo suo judex absolvat, nihil illorum sententiam curo: licet omnes laudent & celebrent, si me ille condemnet, nihil mihi judicium illorum prodest. Semper enim oculos in illum oportet convertere, idemque præstandum est in peccatis, quod in

Peccatorum recordari quam utile.

A σῶσαι, ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ. οὐκ εἶπεν, ἤμην, ἀλλ', εἰμί. ἡ συγχώρησις ἐγένετο τῶν ἁμαρτημάτων παρὰ τῷ θεῷ, καὶ ἡ μνήμη τῶν συγκεχωρημένων ἁμαρτημάτων οὐκ ἠφανίζετο παρὰ τῷ Παύλῳ· ἅπερ ὁ δεσπότης ἀπήλειψε, ταῦτα αὐτὸς ἐξεπόμπευεν. ἠκούσατε γὰρ τοῦ προφήτου λέγοντος, καὶ οὐ μὴ μνησθῶ· σὺ δὲ μνήσθητι. ὁ θεὸς σκεῦος ἐκλογῆς αὐτὸν καλεῖ, καὶ οὗτος πρῶτον τῶν ἁμαρτωλῶν ἑαυτὸν καλεῖ. εἰ δὲ τῶν συγκεχωρημένων ἁμαρτημάτων οὐκ ἐπελανθάνετο, ἐννόησον πῶς τῶν εὐεργεσιῶν ἐμέμνητο τοῦ θεοῦ. καὶ τί λέγω, ὅτι οὐ καταισχύνει μνήμη ἁμαρτημάτων; οὐχ οὕτως ἡμᾶς ποιεῖ
B λαμπροὺς κατορθωμάτων μνήμη, ὡς ἡ τῶν ἁμαρτημάτων μνήμη· μᾶλλον δὲ ἡ μὲν τῶν κατορθωμάτων μνήμη οὐ μόνον οὐ ποιεῖ λαμπροὺς, ἀλλὰ καὶ αἰσχύνης πληροῖ καὶ καταγνώσεως· ἡ δὲ τῶν ἁμαρτημάτων μνήμη παῤῥησίας ἡμᾶς ἐμπίπλησι καὶ δικαιοσύνης πολλῆς. τίς τοῦτό φησιν; ὁ Φαρισαῖος καὶ ὁ τελώνης. ὁ μὲν γὰρ εἰπὼν τὰ ἁμαρτήματα, κατῆλθε δεδικαιωμένος· ὁ δὲ εἰπὼν τὰ κατορθώματα, κατῆλθεν ἐλάττων τοῦ τελώνου γενόμενος. ὁρᾷς ὅση βλάβη μεμνῆσθαι κατορθωμάτων· ὅση ὠφέλεια μὴ ἐπιλελῆσθαι ἁμαρτημάτων; καὶ μάλα εἰκότως. ὁ μὲν γὰρ τῶν κατορθωμάτων μεμνημένος εἰς ἀπόνοιαν αἴρεται, ὑπερορᾷ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων, ὅπερ ὁ Φαρισαῖος ἔπαθεν, οὐ γὰρ ἂν εἰς τοσαύτην ἀλαζονείαν ἦλθεν, οὐκ
C ἂν εἶπεν, οὐκ εἰμὶ ὡς οἱ λοιποὶ ἄνθρωποι, εἰ μὴ ἐμέμνητο τῆς νηστείας αὐτοῦ καὶ τῆς δεκάτης· ἡ δὲ μνήμη τῶν ἁμαρτημάτων καταστέλλει τὴν διάνοιαν, ταπεινοφρονεῖν πείθει, καὶ διὰ τῆς ταπεινοφροσύνης ἐπισπᾶται τοῦ θεοῦ τὴν εὔνοιαν. ἄκουσον γοῦν πῶς καὶ ὁ Χριστὸς κελεύει λήθῃ παραπέμπειν ἡμᾶς τὰ κατορθώματα. ὅταν ταῦτα πάντα ποιήσητε, λέγετε ὅτι ἀχρεῖοι δοῦλοί ἐσμεν. σὺ λέγε ὅτι ἀχρεῖος δοῦλος εἶ, ἐγώ σε οὐ ποιῶ ἀχρεῖον· σὺ ἐὰν ὁμολογήσῃς τὴν εὐτέλειαν τὴν σαυτοῦ, ἐγώ σε λαμπρὸν ποιῶ καὶ στεφανῶ. ὁρᾷς διὰ πόσων ἡμῖν ἀποδέδεικται κέρδος ἔχουσα τῶν ἁμαρτημάτων ἡ μνήμη, καὶ βλάβος τῶν κατορθωμάτων ἡ μνήμη· καὶ τοὐναντίον πάλιν, κόλασις μὲν ἀπὸ τῆς λήθης τῶν ἁμαρτημάτων, ὠφέ-
D λεια δὲ ἀπὸ τῆς λήθης τῶν κατορθωμάτων ἡμῖν γινομένη; βούλει μαθεῖν καὶ ἑτέρωθεν ὅτι κατόρθωμα μέγιστον τὸ μεμνῆσθαι ἁμαρτημάτων; ἄκουσον τοῦ Ἰώβ. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ἐκαλλωπίζετο, οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῇ ἐξομολογήσει τῶν ἁμαρτημάτων, οὑτωσὶ λέγων· εἰ δὲ καὶ ἁμαρτὼν ἑκουσίως διετράπην πολυοχλίαν λαοῦ μου, τοῦ μὴ ἐξαγγεῖλαι τὰς ἁμαρτίας μου. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· οὐδέποτέ με σύλλογος τῶν συνδούλων εἰς αἰσχύνην ἤγαγε. τί γὰρ ὄφελος ἐκ τῆς ἀγνοίας τῶν ἀνθρώπων, τοῦ κριτοῦ πάντα εἰδότος; τί δὲ βλάβος ἐκ τοῦ εἰδέναι τούτους
E τὰ πεπλημμελημένα, ὅταν ἐκεῖνος ἀπολῦσαι βούληται τῆς δίκης; κἂν πάντες δικάζωσιν, ὁ δὲ δικαστὴς ἀποψηφίσηται, οὐδείς μοι λόγος τῆς ἐκείνων ψήφου· κἂν ἅπαντες ἐπαινέσωσι καὶ θαυμάσωσιν, ἐκεῖνος δέ με καταδικάζῃ, οὐδέν μοι ἐπάλιν ὄφελος τῆς ἐκείνων κρίσεως. πανταχοῦ γὰρ πρὸς ἐκεῖνον ὁρᾶν χρὴ, καὶ ταὐτὸ ποιεῖν ἐπὶ τῶν ἁμαρτημάτων, ὅπερ ποιοῦμεν ἐπὶ τῆς τῶν

χρημάτων

χρημάτων δαπάνης. εὐθέως ἀναστάντες ἀπὸ τῆς κλίνης, πρὶν εἰς ἀγορὰν ἐμβαλεῖν, ἢ μεταχειρίσαι τι τῶν ἰδιωτικῶν ἢ δημοσίων πραγμάτων, τὸν οἰκέτην καλέσαντες ἀπαιτοῦμεν λόγον τῶν δαπανηθέντων, ἵν' εἰδῶμεν τί μὲν κακῶς, τί δὲ εἰς δέον ἀνήλωται, πόσον δὲ ὑπολέλειπται· κἂν εἰδῶμεν ὀλίγον ὂν τὸ ὑπολελειμμένον, παντὶ τρόπῳ προσόδων ἀφορμὰς ἐπινοοῦμεν, ἵνα μὴ λάθωμεν διαφθαρέντες λιμῷ. τοῦτο τοίνυν καὶ ἐπὶ τῶν πράξεων τῶν ἡμετέρων ποιῶμεν. τὸ συνειδὸς τὸ ἡμέτερον καλέσαντες ποιήσωμεν αὐτῷ λόγον τῶν ῥημάτων, τῶν πραγμάτων, τῶν ἐνθυμήσεων· ἐξετάσωμεν, τί μὲν εἰς δέον ἀνήλωται, τί δὲ ἐπὶ βλάβῃ τῇ ἡμετέρᾳ· ποῖος λόγος ἐδαπανήθη κακῶς, εἰς λοιδορίας, εἰς αἰσχρολογίας, εἰς ὕβρεις· ποῖον ἐνθύμημα τὸν ὀφθαλμὸν εἰς ἀκολασίαν ἐκίνησε· τίς λογισμὸς ἐπὶ βλάβῃ τῇ ἡμετέρᾳ εἰς ἔργον ἐξηνέχθη, ἢ διὰ χειρῶν, ἢ διὰ γλώττης, ἢ διὰ τῶν ὀμμάτων αὐτῶν. καὶ σπουδάσωμεν τῆς μὲν ἀκαίρου δαπάνης ἀποστῆναι, ἀντὶ δὲ τῶν ἅπαξ ἀνηλωθέντων κακῶς, ἑτέραν ἀποθέσθαι πρόσοδον· ἀντὶ τῶν ῥημάτων τῶν εἰκῇ προσενεχθέντων, εὐχάς· ἀντὶ τῶν ὄψεων τῶν ἀκολάστως γινομένων, ἐλεημοσύνας, νηστείας. εἰ γὰρ μέλλοιμεν δαπανᾷν μὲν ἀκαίρως, μηδὲν δὲ ἀποτίθεσθαι, μηδὲ θησαυρίζειν ἑαυτοῖς ἀγαθὸν, εἰς ἐσχάτην κατενεχθέντες πενίαν, λήσομεν πρὸς τὴν ἀθάνατον τοῦ πυρὸς ἑαυτοὺς παραπέμποντες κόλασιν. τῶν μὲν οὖν χρημάτων ὑπὸ τὴν ἕω τὸν λόγον ποιεῖν εἰώθαμεν· τῶν δὲ πράξεων, μετὰ τὸ δεῖπνον καὶ τὴν ἑσπέραν αὐτὴν, ἐπὶ τῆς κλίνης κείμενοι, οὐδενὸς ἐνοχλοῦντος, οὐδενὸς θορυβοῦντος, τῶν μεθ' ἡμέραν ἡμῖν πεπραγμένων καὶ λελεγμένων ἁπάντων ἀπαιτῶμεν τὰς εὐθύνας ἡμᾶς ἑαυτούς· κἂν ἴδωμέν τι ἡμαρτημένον, κολάσωμεν τὸ συνειδὸς, ἐπιτιμήσωμεν τῇ διανοίᾳ, κατανύξωμεν τὸν λογισμὸν οὕτω σφοδρῶς, ὡς μηκέτι τολμῆσαι διαναστάντας ἡμᾶς πρὸς τὸ αὐτὸ τῆς ἁμαρτίας ἀγαγεῖν βάραθρον, τῆς ἐν ἑσπέρᾳ πληγῆς μεμνημένον.

Ὅτι γὰρ οὗτος ὁ καιρὸς ἐπιτηδειότερος πρὸς τὸ τοιοῦτο λογιστήριον, ἄκουσον τοῦ προφήτου λέγοντος· Ἃ λέγετε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἐπὶ ταῖς κοίταις ὑμῶν κατανύγητε. πολλὰ μεθ' ἡμέραν, οὐχ ὡς βουλόμεθα πράττομεν· καὶ φίλοι προσκρούουσι, καὶ οἰκέται ἐκθηριοῦσι, καὶ γυνὴ λυπεῖ, καὶ παιδίον ὀδυνᾷ, καὶ ὄχλος πραγμάτων βιωτικῶν καὶ δημοσίων περιΐσταται· καὶ οὐ δυνάμεθα συνιδεῖν τότε, οὐδὲ ὅπως ὑποσκελιζόμεθα. πάντων δὲ τούτων ἀπαλλαγέντες, καὶ καθ' ἑαυτοὺς γενόμενοι κατὰ τὴν ἑσπέραν, καὶ πολλῆς ἀπολαύοντες ἡσυχίας, συγκροτῶμεν ἐπὶ τῆς κλίνης τὸ δικαστήριον, ἵνα τὸν θεὸν ἵλεων διὰ τῆς τοιαύτης κρίσεως ἔχωμεν. ἂν δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἁμαρτάνωμεν, καὶ παίωμεν τὴν ψυχὴν τὴν ἡμετέραν, μηδέποτε δὲ αἰσθανώμεθα, καθάπερ οἱ συνεχῆ τραύματα λαμβάνοντες, εἶτα καταφρονοῦντες, πυρετοὺς καὶ θάνατον ἑαυτοῖς ἀφόρητον ἐπισπῶνται· οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς ἐκ τῆς συνεχοῦς ταύτης ἀναισθησίας ἀπαραίτητον ἐπισπώμεθα τιμωρίαν. οἶδα ὅτι φορτικὰ τὰ εἰρημένα,

pecuniarum impensa præstamus. Statim enim atque e cubili surreximus, antequam pedem in forum inferamus, aut aliquod privatum publicumque negotium aggrediamur, vocato servo rationem ab eo exigimus expensarum, ut videamus quid perperam, quid in legitimos usus insumtum fuerit, quantumque sit reliquum: quod si perexiguum esse viderimus id, quod restat, omnes vias augendorum redituum excogitamus, ne forte incauti fame conficiamur. Hoc igitur & in actionibus nostris faciamus: advocata conscientia nostra rationes exigamus ab ea verborum, actionum, cogitationum. Disquiramus quid commode utiliterque sit insumtum, quid in nostrum damnum: quis sermo perperam fuerit impensus in detractiones, in turpiloquia, in contumelias: quænam cogitatio ad lasciviam oculum concitarit; quod consilium in damnum nostrum in opus exierit, sive manibus illud, sive lingua, sive oculis ipsis fuerimus exsequuti. Et ab intempestivis quidem sumtibus abstinere studeamus, in locum autem eorum, quæ male insumta sunt, alios reditus recondamus: loco verborum temere prolatorum, preces: loco aspectuum lascivorum, eleemosynas & jejunia. Si enim intempestive simus insumturi, nihil autem reconditurі, neque boni quidquam nobis in thesauris reposituri, in extremam egestatem redactos incautos nos in æternum ignis supplicium præcipites agemus. Ac pecuniarum quidem summo mane solemus rationes inire: actionum vero post prandium, vel sub ipsam vesperam in lecto jacentes, nemine interpellante, nemine interturbante, a nobis ipsis omnium, quæ fecimus, ac diximus, rationem exigamus. Quod si quid peccatum esse animadvertamus, castigemus conscientiam, mentem increpemus, cor nostrum ita vehementer compungamus, ut non amplius, ubi surrexerimus, in idem peccati barathrum nos audeamus impellere, vespertinæ memores sectionis.

Examen conscientiæ ineundum.

5. Hoc enim tempus aptius esse ad ejusmodi ratiocinium, audi quo pacto testetur Propheta, cum dicat: *Quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.* Psal. 4. 5. Multa interdiu non ut volumus a nobis fiunt, & amici offendunt, & exasperant servi, contristat uxor, filius dolore afficit, negotiorum sæcularium ac publicorum nos turba circumsidet, neque possumus intelligere, ne quidem qua ratione supplantemur. At his omnibus expediti, cum soli fuerimus vesperi, multaque frui licuerit tranquillitate, judicium in lecto excitemus, ut Deum nobis propitium ejusmodi habita quæstione reddamus. Quod si quotidie peccemus, & animum nostrum vulneremus, numquam autem sentiamus: ut qui vulnera frequenter accipiunt, ac deinde contemtis illis febrim sibi vel intolerandum accersunt interitum: sic & nos hoc continuo stupore, inevitabili nos obnoxios supplicio reddidimus. Scio molesta esse quæ

dicimus; ſed multam pariunt utilitatem. Clementem Dominum habemus, occaſionem tantum arripere vult, & omnem confeſtim exhibet humanitatem. Si enim cum peccamus, & impuniti manemus, deteriores non fieremus, ſaltem nobis pœnam remitteret: ſed hoc probe novit non minus damni nobis peccatorum impunitatem, quam ipſamet afferre peccata. Propterea ſupplicium infert, non ut præteritorum pœnas exigat, ſed ut in futurum emendet. Atque ut hoc verum eſſe noveris, audi quid ad Moyſem dicat Deus: *Dimitte me, & indignatus ira atteram eos.* Dimitte me, dicebat, non quod eum Moyſes retineret; nihil enim ad ipſum loquutus erat, ſed tacitus coram eo ſtabat; verum occaſionem ei præbere volebat pro illis orandi. Nam quoniam illi ſupplicio digna peccata commiſerant, & ſupplicio inevitabili, nec tamen illos volebat punire, ſed humanitatem in eos exercere; hoc vero ſegniores illos reddebat: utrumque præſtabat, ut neque ſupplicium inferretur, nec deteriores impunitate illi fierent, cum intelligerent, ſe non ſuo merito, ſed propter Moyſis patrocinium iram Domini evitaſſe. Hoc nos etiam ſæpenumero facimus, dum ſervos qui animadverſione digna delicta commiſerint, neque punire volumus, neque pœnarum metu liberare, amicis injungimus, ut e manibus noſtris eos eripiant, ut & metus in eis æque vehemens maneat, & plagas a nobis inferendas effugiant. Tale quid etiam Deus præſtitit: idque verum eſſe, ipſius conſtat ex verbis, *Dimitte me*, inquit, *& indignatus ira.* Atqui nos cum pœnas ſumere volumus, & nemo permittit, tum indignari ſolemus: ipſe vero dicit, Dimitte, & indignabor ira: ut intelligas, iram in Deo perturbationem non eſſe, ſed ſupplicium, quo nos afficit, hac appellatione deſignari. Cum igitur Moyſem dicentem audiveris: *Si quidem remittis eis peccatum, remitte:* prius quam ſervum, Dominum mirare, quod hujus ipſe benignitatis occaſionem illi præbuerit. Neque vero tantum id hoc loco fecit, ſed & ad Jeremiam & ad Ezechielem idipſum loquitur: *Circumcurrite, & videte in viis Jeruſalem, ſi eſt aliquis faciens judicium & juſtitiam, & propitius ero eis.* Vides benignitatem? unius virtute multi etiam pravi ſimul fruuntur: at ſi vel unus fuerit virtute præditus cum numeroſo populo mixtus, non abripitur ſimul: ſed homo quidem unus, qui recte vivat, integrum populum eripere poterit iræ divinæ, ſed integra civitas depravata hominem vitæ probæ ad ſocietatem pœnæ ac ſupplicii ſui pertrahere non poterit, ac ſimul perdere. Atque hoc ex Noë liquet: qui pereuntibus cunctis ſolus ſalvus evaſit, atque ex ipſo Moyſe patet, qui ſolus veniam tanto populo valuit impetrare. Ego vero poſſum & aliud multo majus divinæ benignitatis indicium proferre. Cum enim homines viventes, & qui gratia valeant ac fiducia, non invenit, qui

Exod. 32. 9. Hier. 5. 4. Exod. 32. 31.

A ἀλλ' ἔχει πολὺ τὸ κέρδος. ἥμερον ἔχομεν δεσπότην, προφάσεως ἐπιλαβέσθαι βούλεται μόνον, καὶ πᾶσαν εὐθέως ἐπιδείκνυται τὴν φιλανθρωπίαν. εἰ γὰρ ἁμαρτάνοντες καὶ μένοντες ἀτιμώρητοι μὴ ἐγινόμεθα χείρους, κἂν ἀφῆκεν ἡμῖν τὴν κόλασιν· ἀλλ' οἶδε τοῦτο σαφῶς, ὅτι τῶν ἁμαρτημάτων αὐτῶν οὐκ ἔλαττον ἡμᾶς τὸ μὴ κολάζεσθαι ἁμαρτάνοντας βλάπτει. διὰ τοῦτο ἐπιτίθησι τὴν τιμωρίαν, οὐ τῶν ἀπελθόντων ἀπαιτῶν δίκην, ἀλλὰ τὰ μέλλοντα διορθούμενος. καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, ἄκουσον τί φησι πρὸς τὸν Μωϋσέα· ἄφες με, καὶ θυμωθεὶς ἐκτρίψω αὐτούς. ἄφες με, ἔλεγεν,
B οὐχ ὅτι Μωϋσῆς αὐτὸν κατεῖχεν, οὐδὲν γὰρ ἐφθέγξατο πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ σιγῇ παρειστήκει, ἀλλὰ πρόφασιν αὐτῷ δοῦναι βουλόμενος τῆς ὑπὲρ αὐτῶν ἱκετηρίας. ἐπειδὴ γὰρ ἄξια μὲν κολάσεως ἥμαρτον ἐκεῖνοι, καὶ κολάσεως ἀπαραιτήτου, κολάσαι δὲ αὐτοὺς οὐκ ἐβούλετο, ἀλλὰ φιλανθρωπεύσασθαι, τοῦτο δὲ αὐτοὺς ῥαθυμοτέρους ἐποίει, ἀμφότερα κατεσκεύαζεν, ὥστε μήτε τὴν τιμωρίαν ἐπενεχθῆναι, μήτε ἐκείνους ῥαθυμοτέρους ἐκ τῆς ἀτιμωρησίας γενέσθαι, μαθόντας ὅτι οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν ἀξίαν, ἀλλὰ παρὰ τὴν τοῦ Μωϋσέως προστασίαν τὴν ὀργὴν τοῦ δεσπότου διέφυγον. τοῦτο καὶ
C ἡμεῖς πολλάκις ποιοῦμεν· καὶ οἰκέτας ἄξια κολάσεως πλημμελήσαντας οὔτε κολάσαι βουλόμενοι, οὔτε τοῦ ἐκ τῆς κολάσεως ἀπαλλάξαι φόβου, φίλοις κελεύομεν τῶν ἡμετέρων αὐτοὺς ἐξαρπάσαι χειρῶν, ὥστε καὶ τὸν φόβον αὐτοῖς ἐνακμάζοντα μένειν, καὶ τὰς παρ' ἡμῶν πληγὰς διαφυγεῖν. τοῦτο καὶ ὁ θεὸς ἐποίησε. καὶ ὅτι ἐστὶν ἀληθὲς, ἀπ' αὐτῶν τῶν ῥημάτων δῆλον. ἄφες μέ, φησι, καὶ θυμωθείς. καὶ μὴν ὅταν βουλομένους τιμωρήσασθαι μηδεὶς ἀφῇ, τότε θυμούμεθα· αὐτὸς δὲ λέγει, ἄφες με, καὶ θυμωθήσομαι· ἵνα μάθῃς, ὅτι θυμὸς, οὐ πάθος ἐστὶ περὶ θεὸν, ἀλλ' ἡ καθ' ἡμῶν γινομένη κό-
D λασις ταύτῃ καλεῖται τῇ προσηγορίᾳ. ὅταν οὖν ἀκούσῃς τοῦ Μωϋσέως λέγοντος, εἰ μὲν ἀφῇς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, ἄφες, πρὸ τοῦ δούλου τὸν δεσπότην ἐκπλάγηθι, ὅτι αὐτὸς αὐτῷ τῆς φιλανθρωπίας ταύτης παρέσχε τὰς ἀφορμάς. οὐκ ἐνταῦθα δὲ μόνον τοῦτο ἐποίησεν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν Ἱερεμίαν, καὶ πρὸς τὸν Ἰεζεκιὴλ τὸ αὐτὸ τοῦτό φησι· περιδράμετε καὶ ἴδετε ἐν ταῖς ὁδοῖς Ἱερουσαλὴμ, εἰ ἔστι ποιῶν κρῖμα καὶ δικαιοσύνην· ἵλεως ἔσομαι αὐτοῖς. εἶδες φιλανθρωπίαν; τῆς μὲν ἑνὸς ἀρετῆς πολλοὶ συναπολαύουσι καὶ τῶν πονηρῶν· τῇ δὲ τῶν πολλῶν κακίᾳ, κἂν εἷς ὁ κατορθῶν ᾖ μεταξὺ
E δήμου πολλοῦ, οὐ συγκαταφέρεται· ἀλλ' εἷς μὲν ἄνθρωπος ὀρθῶς ζῶν δῆμον ὁλόκληρον ἐξαρπάσαι δυνήσεται τῆς ὀργῆς τοῦ θεοῦ· πόλις δὲ ὁλόκληρος διεφθαρμένη πρὸς τὴν οἰκείαν κόλασιν καὶ τιμωρίαν ἐπισπάσασθαι τὸν εὖ βιοῦντα καὶ καθελεῖν οὐ δυνήσεται. καὶ τοῦτο ἀπὸ τοῦ Νῶε δῆλον. πάντων γοῦν ἀπολλυμένων διεσώζετο μόνος· καὶ ἀπὸ τοῦ Μωϋσέως φανερόν· μόνος γοῦν ἴσχυσε δῆμον τοσοῦτον παραιτήσασθαι. ἐγὼ δὲ καὶ ἕτερον μεῖζον ἔχω τῆς φιλανθρωπίας τοῦ θεοῦ δεῖγμα εἰπεῖν. ὅταν γὰρ ζῶντας ἀνθρώπους καὶ παῤῥησίαν ἔχοντας μὴ εὕρῃ δυναμένους ἐξαιτήσασθαι

A τοὺς ἡμαρτηκότας, ἐπὶ τοὺς τελευτήσαντας καταφεύγει, καὶ δι' ἐκείνους φησὶν ἀφιέναι τὰ ἁμαρτήματα, ὥσπερ οὖν τῷ Ἐζεκίᾳ φησίν· ὑπερασπιῶ τῆς πόλεως ταύτης δι' ἐμὲ, καὶ διὰ Δαυὶδ τὸν παῖδά μου, τὸν ἤδη τετελευτηκότα. Ταῦτ' οὖν εἰδότες ὅτι πάντα κινεῖ καὶ πραγματεύεται ὁ θεὸς, ὥστε ἡμᾶς ἀπαλλάξαι κολάσεως καὶ τιμωρίας, πολλὰς παρέχωμεν αὐτῷ τὰς ἀφορμὰς, ἐξομολογούμενοι, μετανοοῦντες, δακρύοντες, εὐχόμενοι, τοῖς πλησίον τὴν ὀργὴν ἀφιέντες, τὴν τῶν πέλας πενίαν διορθούμενοι, ἐν ταῖς εὐχαῖς νήφοντες, ταπεινοφροσύνην ἐπιδεικνύμενοι, τῶν ἁμαρτημάτων μεμνημένοι συνεχῶς. οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ εἰπεῖν, ὅτι ἁμαρτωλός B εἰμι, ἀλλὰ δεῖ καὶ κατ' εἶδος αὐτῶν μεμνῆσθαι τῶν πλημμελημάτων. καθάπερ γὰρ πῦρ εἰς ἀκάνθας ἐμπεσὸν ἀφανίζει ῥᾳδίως αὐτὰς, οὕτω καὶ λογισμὸς συνεχῶς παρ' ἑαυτῷ περιστρέφων τὰ πεπλημμελημένα, ῥᾳδίως αὐτὰ ἀπόλλυσι καὶ καταδύει. ὁ δὲ θεὸς ὁ ὑπερβαίνων ἀνομίας, ἐξαίρων ἀδικίας, καὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμᾶς ἀπαλλάξειε, καὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἀξιώσειε, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

peccati reos possint periculis liberare, ad vita functos confugit, & propter illos ait se delicta dimittere, quemadmodum & Ezechiæ dixit: *Protegam urbem istam propter me, & propter David servum meum*, qui jam mortuus erat. (4. Reg. 20. 6) Cum igitur hæc nobis explorata sint, Deum omnia movere ac moliri, ut nos pœnis ac supplicio liberet, multas occasiones illi præbeamus, confitentes, pœnitentiam agentes, lacrymas fundentes, orantes, iram proximis dimittentes, propinquorum egestatem sublevantes, in orationibus vigilantes, humilitatem exhibentes, peccatorum assidue recordantes. Non enim sufficit dicere, Peccator sum, sed & singulæ sunt delictorum species exprimendæ. (Peccata singulatim exprimenda.) Ut enim si in spinas ignis inciderit, facile illas consumit: sic etiam mens quæ delicta sua frequenter apud se versat, facile illa perdit ac demergit. Deus autem qui transcendit iniquitates, & aufert injustitias, nos & a peccatis liberet, & cælorum regno donet, gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem & cum quo Patri gloria una cum Spiritu sancto, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, amen.

MONITUM
AD CONCIONEM IN MARTYRES.

HANC *brevissimam Homiliam, cum non commodior suppetat locus, subjungimus Homiliæ, cui titulus,* Non esse ad gratiam concionandum, *eodem scilicet situ, quo in editione Frontonis Ducæi. Suspicantur quidam viri docti, tum ex brevitate, tum ex ordiendi modo, eam initio esse mutilam. At ex brevitate quidem nihil inferre possumus, quandoquidem ex Concionibus panegyricis in Sanctos aliæ proferri possunt hac breviores, quæ tamen sunt omnibus & numeris & partibus suis absolutæ. Ex ordiendi autem modo non liquet mihi an aliqua desint initio. Ut vero patet, hæc Homilia in agro Antiocheno habita est: quo confluebant ex civitate multi; sed postquam & cultum Martyribus exhibuerant, & Conciones audierant, ad popinas & compotationes divertebant. Qua de re in eos acriter invehitur sanctus Doctor.* Perpende, *inquit*, quam ridiculum sit, post ejusmodi conventum, post vigilias, post sacrarum auditionem Scripturarum, post divinorum participationem Mysteriorum, & post spiritualem largitionem, virum aut mulierem totos dies in popinis transigentes videri.

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

---

[a] ΕΙΣ ΜΑΡΤΥΡΑΣ ΟΜΙΛΙΑ.

Αἱ τῶν μαρτύρων ἑορταὶ οὐκ ἐν τῇ περιόδῳ τῶν ἡμερῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ γνώμῃ τῶν ἐπιτελούντων κρίνονται. οἷόν τι λέγω. ἐμιμήσω μάρτυρα, ἐζήλωσας αὐτοῦ τὴν ἀρετήν; κατ' ἴχνος αὐτοῦ τῆς φιλοσοφίας ἔδραμες; καὶ οὐκ οὔσης ἡμέρας μάρτυρος, [b] ἑορτὴν μάρτυρος ἐπετέλεσας. Τιμὴ γὰρ μάρτυρος, μίμησις μάρτυρος. ὥσπερ γὰρ οἱ τὰ φαῦλα πράττοντες, καὶ

IN MARTYRES HOMILIA.

C MARTYRUM festa non ex dierum circuitu solum, sed etiam ex eorum animo qui ea celebrant, æstimantur. Exempli causa. Imitatus es Martyrem? virtutem ejus æmulatus es? philosophiæ ipsius vestigiis institisti? etiam cum festum non esset Martyris, festivitatem Martyris celebrasti. Honor quippe Martyris, imitatio est Martyris. Ut enim qui scelera committunt,

[a] Collata cum Codice Coislin. n. 193. qui est XI. sæculi.

[b] Coislin. ἑορτὴν ἐπιτελεῖς.

A etiam in festivitatibus sine festo sunt & profani: sic qui virtutem exercent, etiam cum nulla est solemnitas festum celebrant: siquidem conscientiæ puritate festum exprimitur. Hoc etiam indicans Paulus dicebat: *Itaque festum celebremus non in fermento veteri malitiæ & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis & veritatis.* (1. Cor. 5. 8.) Sunt igitur azyma apud Judæos, sunt & apud nos: verum apud illos quidem azymum est ex farina confectum, apud nos autem vitæ puritas, & conversatio ab omni nequitia aliena. Qui ergo ab omni sorde ac macula puram vitam suam conservat, quotidie festum celebrat ac solemnitatem, licet nec in die nec in templis Martyrum, sed domi sedeat. B Potest enim apud se unusquisque festum Martyrum celebrare. Atque hæc a me dicuntur, non ut ad Martyrum sepulcra non accedamus: sed ut accedentes cum ea qua decet alacritate animi veniamus, & non solum illorum diebus, sed alio quoque tempore pietatem eamdem præ nobis feramus. Quis enim hodierno die non cœtum nostrum miretur, splendidum istud theatrum, caritatem ferventem, affectum ardentem, indomitum amorem? Ita tota propemodum civitas huc commigravit, & neque servum domini timor retinuit, neque pauperem egestatis necessitas, neque senem ætatis imbecillitas, neque mulierem sexus mollicies: non divitem fastus opum, non C magistratum superbia potestatis; sed amor Martyrum hac omni sublata inæqualitate, naturæ imbecillitate, ac paupertatis necessitate, tantam multitudinem una catena devinctam huc attraxit, & affectu in Martyres quasi pennis subvectos, velut ad vitam in cælis agendam incitavit. Siquidem omni lasciviæ luxuriæque perturbatione superata, Martyrum amore succensi estis. Ut enim cum primum radii Solis oriuntur, aufugiunt feræ, seque latibulis suis abscondunt: ita cum menti nostræ Martyrum lumen affulserit; omnia vitia D morbique se occultant, ac splendida philosophiæ flamma succenditur. Sed ut non solum hoc tempore, verum etiam semper, & postquam solutum fuerit hoc spirituale theatrum, flammam istam conservemus, cum eadem animi devotione domum recedamus, neque nos popinis ac lustris, ebrietati & comessationibus addicamus. Noctem convertistis in diem per sacras istas vigilias: nolite rursus diem in noctem per ebrietatem & crapulam ac meretricios cantus convertere. Honorasti Martyres, dum adfuisti, dum audivisti, dum studium præ te tulisti: E honora etiam illos modeste domum recedendo: ne quis ubi te parum decore gerentem viderit in popina, te non propter Martyres venisse dicat, sed ut vitium augeres, ut improbæ cupiditati servires. Hæc non eo dico, ut deliciis perfrui vetem, sed ut peccata committi vetem: non quod bibere vetem, sed ut ebrium fieri vetem. Non enim malum est vinum, sed immodicus ejus

Martyrum solemnitas schola virtutum.

A ἐν ἑορταῖς ἀνέορτοί εἰσιν· οὕτω καὶ οἱ τὴν ἀρετὴν μετιόντες, καὶ πανηγύρεως οὐκ οὔσης, ἑορτὴν ἐπιτελοῦσιν. ἐν γὰρ τῷ καθαρῷ τοῦ συνειδότος ἡ ἑορτὴ χαρακτηρίζεται. τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος δηλῶν ἔλεγεν· ὥστε ἑορτάζωμεν μὴ ἐν ζύμῃ παλαιᾷ κακίας καὶ πονηρίας, ἀλλ' ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας. [a] ἔστι τοίνυν ἄζυμα παρὰ Ἰουδαίοις, ἔστι καὶ παρ' ἡμῖν· ἀλλὰ παρ' ἐκείνοις μὲν ἄζυμον ἐξ ἀλεύρου, παρ' ἡμῖν δὲ καθαρότης βίου, καὶ ζωὴ κακίας ἁπάσης ἀπηλλαγμένη. ὥστε ὁ ῥύπου καὶ κηλῖδος καθαρὰν τὴν ἑαυτοῦ διατηρῶν ζωὴν, καθ' ἡμέραν ἑορτάζει, πανηγυρίζων ἀεὶ, κἂν μὴ ἐν ἡμέρᾳ, μηδὲ ἐν σηκοῖς μαρτύρων, ἀλλὰ καὶ οἴκοι καθήμενος. B ἔστι γὰρ καὶ καθ' ἑαυτὸν ἑορτὴν μαρτύρων ἐπιτελεῖν. καὶ ταῦτα λέγω, οὐχ ἵνα μὴ παραγινώμεθα πρὸς τοὺς τάφους τῶν μαρτύρων, ἀλλ' ἵνα παραγενόμενοι, μετὰ τῆς προσηκούσης ἀπαντῶμεν προθυμίας, καὶ μὴ μόνον ταῖς ἡμέραις αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ τούτων χωρὶς, τὴν αὐτὴν εὐλάβειαν περιφερώμεθα. τίς γὰρ οὐκ ἂν ἀγάσαιτο σήμερον ἡμῶν τὸν σύλλογον, τὸ λαμπρὸν τοῦτο θέατρον, τὴν ζέουσαν ἀγάπην, τὴν θερμὴν διάθεσιν, τὸν ἀκατάσχετον ἔρωτα; ὡς πᾶσα μὲν σχεδὸν ἡ πόλις ἐνταῦθα μεθώρμισται, καὶ οὔτε οἰκέτην δεσπότου φόβος κατέσχεν, οὔτε πένητα ἡ τῆς πτωχείας ἀνάγκη, οὔτε γεραιὸν τῆς ἡλικίας ἡ ἀσθένεια, οὔτε γυναῖκα τὸ τῆς φύσεως ἁπα- C λὸν, οὔτε πλούσιον τῆς περιουσίας ὁ τῦφος, οὐ τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας ἡ ἀπόνοια. ἀλλ' ὁ τῶν μαρτύρων πόθος πᾶσαν ταύτην τὴν ἀνωμαλίαν ἐκβαλὼν, καὶ φύσεως ἀσθένειαν καὶ πενίας ἀνάγκην, μιᾷ ἁλύσει πλῆθος τοσοῦτον ἐνταῦθα εἵλκυσε, καὶ τῷ πόθῳ τῶν μαρτύρων ἐπτέρωσεν, ὡς ἐν οὐρανῷ νῦν πολιτευομένους διατρίβειν. πᾶσαν γὰρ ἀκολασίας καὶ ἀσελγείας πατήσαντες προσπάθειαν, τῷ τῶν μαρτύρων κατεφλέγεσθε πόθῳ. καθάπερ γὰρ τῆς ἀκτῖνος ἀνισχούσης δραπετεύει τὰ θηρία, καὶ πρὸς τοὺς οἰκείους καταδύεται χηραμούς· οὕτω τοῦ φωτὸς τῶν μαρτύρων εἰς τὰς ὑμετέρας καταλάμπον- D τος διανοίας, ἅπαντα κατορύττεται τὰ νοσήματα, καὶ ἡ λαμπρὰ τῆς φιλοσοφίας ἀνάπτεται φλόξ. ἀλλ' ὅπως μὴ νῦν μόνον, ἀλλὰ καὶ διηνεκῶς, καὶ τοῦ θεάτρου λυθέντος τοῦ πνευματικοῦ τούτου, ταύτην διατηρῶμεν τὴν φλόγα, καὶ μετὰ τῆς αὐτῆς εὐλαβείας οἴκαδε ἀναχωρῶμεν, μὴ εἰς καπηλεῖα καὶ πορνεῖα, καὶ μέθην, καὶ [b] κώμοις ἑαυτοὺς ἀφιέντες. ἐποιήσατε τὴν νύκτα ἡμέραν διὰ τῶν παννυχίδων τῶν ἱερῶν· μὴ ποιήσατε πάλιν τὴν ἡμέραν νύκτα διὰ τῆς μέθης καὶ τῆς κραιπάλης, καὶ τῶν ᾀσμάτων τῶν πορνικῶν. ἐτίμησας τοὺς μάρτυρας τῇ πα- E ρουσίᾳ, τῇ ἀκροάσει, τῇ σπουδῇ· τίμησον αὐτοὺς καὶ τῇ κοσμίῳ ἀναχωρήσει, μή τις ἰδών σε ἀσχημονοῦντα ἐν καπηλείῳ εἴπῃ, ὅτι οὐ διὰ τοὺς μάρτυρας παραγένου, ἀλλ' ἵνα τὸ πάθος αὐξήσῃς, ἵνα τῇ πονηρᾷ ἐπιθυμίᾳ χαρίσῃ. ταῦτα λέγω, οὐ κωλύων τρυφᾶν, ἀλλὰ κωλύων ἁμαρτάνειν, οὐ κωλύων πίνειν, ἀλλὰ κωλύων μεθύειν. οὐ γὰρ ὁ οἶνος φαῦλον, ἀλλ' ἡ ἀμετρία

a Coislin. ἔστιν ἄζυμα παρὰ Ἰουδαίοις, οὐ παρ' ἡμῖν sic

b Sic etiam Coislin. sed legendum κώμους.

πονηρόν. ὁ μὲν γὰρ οἶνος τοῦ Θεοῦ δῶρον, ἡ δὲ ἀμετρία τοῦ διαβόλου εὕρημα. Δουλεύσατε τοίνυν τῷ Κυρίῳ ἐν φόβῳ, καὶ ἀγαλλιᾶσθε αὐτῷ ἐν τρόμῳ. Βούλει τρυφῆς ἀπολαύειν; ἀπόλαυε ἐν οἰκίᾳ· ὅπου κἂν μέθη γένηται, πολλοὶ οἱ περιστέλλοντες· μὴ ἐν καπηλείῳ, ἵνα μὴ κοινὸν ᾖς θέατρον [a] τοῖς παροῦσι, καὶ σκάνδαλον ἑτέροις. Καὶ ταῦτα λέγω, οὐ κελεύων οἴκοι μεθύειν, ἀλλ' ἐν καπηλείῳ μὴ διατρίβειν. Ἐννόησον ἡλίκος γέλως, μετὰ τοιαύτην σύνοδον, μετὰ παννυχίδας, μετὰ γραφῶν ἁγίων ἀκρόασιν, μετὰ μυστηρίων θείων κοινωνίαν, καὶ μετὰ πνευματικὴν χορηγίαν, ἄνδρα ἢ γυναῖκα ἐν καπηλείῳ φαίνεσθαι διημερεύοντας. Οὐκ οἴδατε ἡλίκη κεῖται κόλασις τοῖς μεθύουσι; τῆς γὰρ βασιλείας τοῦ Θεοῦ ἐκβάλλονται, καὶ τῶν ἀπορρήτων ἐκπίπτουσιν ἀγαθῶν, καὶ εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ ἐκπέμπονται. Τίς ταῦτά φησιν; ὁ μακάριος Παῦλος· Οὐ πλεονέκται, φησὶν, οὐ μέθυσοι, οὐ λοίδοροι, οὐχ ἅρπαγες βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι. Τί γένοιτ' ἂν ἀθλιώτερον τοῦ μεθύοντος, ὅταν διὰ μικρὰν ἡδονὴν τοσαύτης ἀπολέσῃ βασιλείας ἀπόλαυσιν; μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἡδονὴν ὁ μεθύων καρποῦσθαι δύναται. Ἐν γὰρ τῇ συμμετρίᾳ τὰ τῆς ἡδονῆς· ἐν δὲ τῇ ἀμετρίᾳ τὰ τῆς ἀναισθησίας. Ὁ δὲ οὐκ αἰσθανόμενος ποῦ κάθηται, ἢ κατάκειται, πῶς ἂν αἴσθοιτο τῆς τοῦ πόματος ἡδονῆς, μηδὲ τὸν ἥλιον αὐτὸν δυνάμενος ὁρᾷν διὰ τὴν πυκνὴν τῆς μέθης νεφέλην, [b] πῶς ἂν ἀπολαύσειεν εὐφροσύνης; τοσοῦτον γὰρ αὐτοῦ τὸ σκότος, ὡς μὴ ἀρκεῖν αὐτῷ τὰς ἀκτῖνας εἰς τὸ λῦσαι τὸν ζόφον ἐκεῖνον. Ἀεὶ μὲν, ἀγαπητοὶ, κακὸν ἡ μέθη, μάλιστα δὲ ἐν ἡμέρᾳ μαρτύρων. Μετὰ γὰρ τῆς ἁμαρτίας, καὶ ὕβρις ἐστὶ μεγίστη καὶ παραφροσύνη, καὶ ἐξουδένωσις θείων λογίων· ὅθεν διπλῆ γένοιτ' ἂν καὶ ἡ κόλασις. Εἰ μέλλεις τοίνυν, εἰς μάρτυρας παραγινόμενος, μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀναχώρησιν μεθύειν, βέλτιον οἴκοι μένειν, καὶ μὴ ἀσχημονεῖν, μηδὲ ὑβρίζειν τῶν μαρτύρων τὴν ἑορτὴν, μηδὲ σκανδαλίζειν τὸν πλησίον, μηδὲ πολιορκεῖν τὴν διάνοιαν, μηδὲ ἁμαρτήματα περιτιθέναι. Ἦλθες ἰδεῖν ἀνθρώπους ξεομένους, αἵματι περιρρεομένους, τραυμάτων χορῷ καλλωπιζομένους, τὴν παροῦσαν ἀποδυσαμένους ζωὴν, πρὸς τὴν μέλλουσαν ἱπταμένους· γενοῦ τῶν ἀγωνιστῶν ἄξιος. Κατεφρόνησαν ἐκεῖνοι ζωῆς, καταφρόνησον σὺ τρυφῆς· ἀπεδύσαντο ἐκεῖνοι τὸν παρόντα βίον, ἀπόδυσαι σὺ τῆς μέθης τὸν πόθον. Ἀλλὰ βούλει τρυφᾷν; [c] παράμενε τῷ τάφῳ τοῦ μάρτυρος, ἔκχεε πηγὰς δακρύων ἐκεῖ, σύντριψον τὴν διάνοιαν, ἆρον εὐλογίαν ἀπὸ τοῦ τάφου· λαβὼν αὐτὴν συνήγορον ἐν ταῖς εὐχαῖς, ἐνδιάτριβε ἀεὶ τοῖς διηγήμασι τῶν παλαισμάτων ἐκείνου· περιπλάκηθι τὴν σορὸν, προσηλώθητι τῇ λάρνακι, οὐχὶ τὰ ὀστᾶ μόνον τῶν μαρτύρων, ἀλλὰ οἱ καὶ τάφοι αὐτῶν, καὶ αἱ λάρνακες πολλὴν βρύουσιν εὐλογίαν. [d] Λάβε ἔλαιον ἅγιον, καὶ κατάχρισόν σου ὅλον τὸ σῶμα, τὴν γλῶτταν, τὰ χείλη, τὸν τράχηλον, τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ οὐδέποτε

A usus est pravus. Ac vinum quidem Dei donum est, usus autem immodicus diaboli est inventum. *Servite igitur Domino in timore, & exsultate ei in tremore.* (Psal. 2. 11.) Vis deliciis frui? domi fruere, ubi licet in ebrietatem incidas, multi sunt, qui te possunt obtegere: non in popina, ne spectaculum fias præsentibus, & scandalum cæteris. (A popinis auditores avertit.) Atque hæc ego dico, non quod ebrium fieri domi jubeam, sed quod in popinis versari prohibeam. Perpende quam ridiculum sit, post ejusmodi conventum, post vigilias, post sacrarum auditionem Scripturarum, post divinorum B participationem mysteriorum, & post spiritualem largitionem, virum aut mulierem totos dies in popinis transigentes videri. An nescitis quantum ebriis supplicium immineat? siquidem e regno Dei expelluntur, & ineffabilibus bonis excidunt, atque in ignem æternum ablegantur. Quis hæc dicit? Beatus Paulus; *Neque avari*, inquit, *neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt.* (1. Cor. 6. 10.) Quid ebrio miserius fieri potest, qui ob exiguam voluptatem, tantas regni delicias amittit? Imo vero ne voluptate quidem ulla frui potest ebrius. Siquidem in temperato usu voluptas consistit, in immodico autem, stupor & sensuum pri-C vatio. Porro qui sentire nequit, ubi sedeat aut jaceat, qui poterit voluptatis in potu sensum capere, qui ne solem quidem ipsum ob densam ebrietatis nebulam possit intueri, quomodo lætitia fruatur? Tantæ nimirum ipsum occupant tenebræ; ut ad illam discutiendam caliginem ipsi radii non sufficiant. Semper quidem, dilectissimi, malum est ebrietas, præcipue vero festo Martyrum die. Nam præter peccatum contumelia est maxima, & stultitia, sacrorumque eloquiorum contemtus: quam ob causam & duplicem pœnam meretur. Si ergo postquam ad Martyres accessisti, postquam hinc discesse-D ris, ebrietati vacaturus es, melius est, ut domi maneas, nec indecore te geras, neque Martyrum solemnitatem probro afficias, neque proximo sis offendiculo, neque mentem obsideas, neque peccata tibi accumules. Venisti ut homines tormentis laceratos videres, cruore stillantes, vulnerum examine decoratos, qui præsenti vita exuti, ad futuram evolarunt: da operam ut athletis istis dignus evadas. Contemserunt illi vitam, tu delicias contemne. Abjecerunt illi vitam præsentem: tu ebrietatis amorem abjice. Sed deliciis frui cupis? assi-E de sepulcro Martyris, lacrymarum illic fontes effunde, animam contere, benedictionem a sepulcro ejus refer; ejusque patrocinio fretus in precibus, narrationibus certaminum ipsius legendis te frequenter exerce, loculum amplectere, capsulæ reliquiarum affixus esto: non ossa Martyrum tantum, sed & ipsorum sepulcra & capsulæ benedictionibus multis scatent. (Ossa & sepulcra Martyrum benedictionibus scatent.) Sanctum oleum sume, totumque tuum corpus inunge, linguam, labra, cervicem, oculos, nec

a Coislin. τοῖς παροῦσιν.
b Quædam hic desiderabantur in Edito.
c Coislin. περίμενε. Infra idem, σορόν.
d Coislin. λάβε ἔλαιον τῆς εὐχῆς καὶ. Lectio observatu digna.

unquam in ebrietatis naufragium incides. A Siquidem oleum odoris suavitate Martyrum tibi certamina in memoriam revocat, & omnem lasciviam refrenat, atque in multa detinet patientia, animique morbos expugnat. Verumenimvero in hortis versari cupis, in pratis, & viridariis? Ne jam id facias, cum tantus adstat populus, sed alio die. Hodie namque luctarum tempus est, hodie spectaculum est certaminum, non deliciarum aut voluptatum. Venisti huc, non ut teipsum pigritiæ dedas, sed ut certare discas, pancratio vincere, & homo cum sis, dæmonum invisibilium vires infringere. Nemo quippe venit ad palæstram, B ut deliciis vacet, neque cum tempore luctarum ingressus fuerit, formam suam excolit, aut cum acies ordinanda est, mensas exquirit. Ne igitur tu quoque cum ad animæ fortitudinem, ac mentis vigorem spectandum adveneris, ad tropæum novum & admirabile, pugnam inusitatam, ad vulnera & prælia, & pancratium hominis, ne dæmonum actiones introducas, & post mirum & tremendum hoc spectaculum ebrietati ac deliciis teipsum addicas, sed collectis animæ lucris domum deinde revertere, atque ipso tui conspectu testare omnibus a Martyrum te spectaculo redire. C Nam quemadmodum qui a theatris descendunt, facile omnibus innotescunt, perturbati, confusi, emolliti, & eorum quæ illic facta sunt simulacra gestantes: ita & eum qui a spectaculo Martyrum revertatur, facile ab omnibus oportet agnosci ex aspectu, ex habitu, ex incessu, ex compunctione, ex mentis collectæ attentione, ignem spirantem, modestum, contritum, sobrium, vigilantem, & interiorem temperantiam ac philosophiam corporis moribus propalantem. Sic igitur ad urbem revertamur, cum ea qua par est modestia, cum incessu composito, cum prudentia & continentia, cum
Eccli. 19. 26. D placido tranquilloque aspectu. *Amictus enim viri, & risus dentium, & ingressus hominis enunciabit de illo.* Ita semper a Martyribus revertamur, ab unguentis spiritualibus, a cælestibus pratis, a novis mirisque spectaculis, ut & ipsi multam facilitatem experiamur, & cæteris libertatem conciliemus, ac futura bona consequamur, gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri simulque Spiritui sancto gloria, imperium, honor nunc & semper, & in sæcula sæculorum, amen.

A ἐμπέσῃς εἰς τὸ ναυάγιον τῆς μέθης. τὸ γὰρ ἔλαιον διὰ τῆς εὐωδίας ἀναμιμνήσκει σε τῶν ἄθλων τῶν μαρτύρων, καὶ πᾶσαν ἀκολασίαν χαλινοῖ, καὶ κατέχει ἐν πολλῇ καρτερίᾳ, καὶ περιγίνεται τῶν τῆς ψυχῆς νοσημάτων. ἀλλὰ κήποις ἐνδιατρίψαι βούλει, καὶ λειμῶσι καὶ παραδείσοις; μὴ νῦν, ὅτε δῆμος τοσοῦτος, ἀλλ' ἐν ἑτέρᾳ ἡμέρᾳ· σήμερον γὰρ παλαισμάτων καιρὸς, σήμερον θεωρία ἀγωνισμάτων, οὐ τρυφῆς, οὐδὲ ἀνέσεως. ἦλθες ἐνταῦθα, οὐχ ἵνα εἰς ῥᾳστώνην δώσῃς σεαυτὸν, ἀλλ' ἵνα μάθῃς ἀγωνίζεσθαι, παγκρατιάζειν, καὶ ἄνθρωπος ὢν τῶν ἀοράτων δαιμόνων συγκόπτειν τὴν ἰσχύν. οὐδεὶς γὰρ εἰς παλαίστραν ἐλθὼν τρυφᾷ, οὐδὲ εἰς καιρὸν παλαισμάτων B παραγενόμενος, ὡραΐζεται, οὐδὲ ἐν καιρῷ παρατάξεως τραπέζας ἐπιζητεῖ. μὴ τοίνυν καὶ σὺ ψυχῆς ἀνδρείαν, καὶ γνώμης εὐτονίαν ἐλθὼν θεάσασθαι, καὶ τρόπαιον καινὸν καὶ παράδοξον, καὶ μάχην τινὰ ἐξηλλαγμένην, καὶ τραύματα καὶ πολέμους, καὶ παγκράτιον ἀνθρώπου, πράξεις δαιμονικὰς εἰσαγάγῃς, μετὰ τὴν ξένην καὶ φρικτὴν ταύτην θεωρίαν μέθῃ καὶ τρυφῇ ἑαυτὸν ἐκδοὺς, ἀλλὰ τὰ κέρδη τῆς ψυχῆς συναγαγὼν, οὕτως οἴκαδε ἄπιθι, διὰ τῆς ὄψεως πᾶσιν ἐνδεικνύμενος, ὅτι μάρτυρας θεωρήσας, ἀνεχώρησας. ὥσπερ γὰρ οἱ ἀπὸ τῶν θεάτρων καιόντες, δῆλοι πᾶσίν εἰσι, συντεταραγ- C μένοι, συγκεχυμένοι, μαλακιζόμενοι, τὰ εἴδωλα πάντων τῶν ἐκεῖ γεγενημένων φέροντες· οὕτω καὶ τὸν ἀπὸ θεωρίας μαρτύρων ἐπανιόντα, πᾶσι γνώριμον εἶναι χρὴ, τῷ βλέμματι, τῷ σχήματι, τῇ βαδίσει, τῇ κατανύξει, τῇ συναγωγῇ τῆς διανοίας· πῦρ πνέοντα, συνεσταλμένον, συντετριμμένον, νήφοντα, ἐγρηγορότα, διὰ τῶν κινημάτων τοῦ σώματος τὴν ἔνδοθεν ἀνακηρύττοντα φιλοσοφίαν. οὕτω τοίνυν εἰς τὴν πόλιν ἐπανίωμεν, μετὰ τῆς προσηκούσης εὐταξίας, μετὰ εὐτάκτου βαδίσεως, μετὰ συνέσεως καὶ σωφροσύνης, μετὰ ἡμέρου καὶ γαληνοῦ βλέμματος. στολισμὸς γὰρ ἀνδρὸς, καὶ γέλως D ὀδόντων, καὶ βῆμα ποδὸς ἀπαγγέλλει τὰ περὶ αὐτοῦ. οὕτως ἀεὶ ἀπὸ μαρτύρων ἐπανίωμεν, ἀπὸ μύρων πνευματικῶν, ἀπὸ λειμώνων οὐρανίων, ἀπὸ θεαμάτων καινῶν καὶ παραδόξων, ἵνα καὶ αὐτοὶ πολλὴν καρπωσώμεθα τὴν εὐκολίαν, καὶ ἑτέροις ἐλευθερίας πρόξενοι γενησώμεθα, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτευξώμεθα ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

MONITUM

AD HOMILIAM IN S. JULIANUM MARTYREM.

HANC *Homiliam Antiochiæ habitam fuisse exploratum est; tum ex iis quæ de Daphnes suburbio, deque comessationibus atque tripudiis ibidem haberi solitis commemorat Chrysostomus; tum etiam, quia ejusdem Sancti reliquiæ Antiochiam translatæ fuerant: eratque eadem in urbe Ecclesia, ejusdem sancti nomine consecrata, quæ in Historia Ecclesiastica non infrequenter*

celebratur. De anno quo hanc concionem habuit Chrysostomus ne γρὺ quidem expiscari possumus. Porro diem quo passus est Julianus assignat Martyrologium Romanum decimam-sextam Martii; Menologium vero Græcorum vigesimam-primam Junii. Hac autem de re audiendus Fronto Ducæus.

Plures commemorat Julianos Martyrologium Romanum, sed hunc esse illum cujus historiam paucis perstringit 16. Martii constat ex Menologio Græcorum Venetiis græce tantum edito, quod ad 21. Junii passionem ejus refert. Narrat ergo eum natum fuisse Anazarbi in Cilicia, patre qui dignitate Senator; matre quæ Religione Christiana erat: a qua cum in Christi fide fuisset institutus, & Sacrarum Literarum se studiis excoluisset annum agens 18. apud Martianum Præsidem accusatus, cum sacrificare nollet idolis, in diversis partibus corporis cæsus est. Tum in carcerem conjectus, consilio matris obsequutus, cum in confessione Christi se ad extremum usque spiritum perseveraturum diceret, in saccum arena & venenatis reptilibus refertum inclusus, in mare projectus est, & martyrii coronam adeptus. Postremo additur τοῦτον ὁ μέγας Χρυσόστομος ἐγκωμίοις ἐτίμησεν. *Hunc magnus Chrysostomus laudibus exornavit.* In Catalogo Augustano Tractatus hic est ordine septuagesimus tertius εἰς τὸν μάρτυρα Ἰουλιανόν. εἰ ἐν τῇ γῇ. Codex Medicæus præfixum habuit diem μη. Ἰουνίῳ κά. In Horologio quoque Græcorum apud Usuardi Martyrologium a Molano editum, 21. Junii, *Sacrosancti Martyris Juliani Tarsi.* Diversus est hic ab illo Juliano, cujus fit mentio in Menologio vulgato antiquæ lectionis T. 8. Neque enim in Ægypto, sed in Cilicia passus est: ita ut quod ille a Chrysostomo laudatus dicitur, ab hoc nostro ad illum perperam translatum fuisse videatur. In Codice Regio Henrici II. & Bavarico sic inscribebatur hic Tractatus, εἰς τὸν ἅγιον μεγαλομάρτυρα Ἰουλιανόν. *Plura vide in actis Sanctorum Bollandi ad decimam-sextam Martii diem.*

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

ΕΓΚΩΜΙΟΝ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ μάρτυρα Ἰουλιανόν.

A Εἰ ἐν τῇ γῇ τοιαῦται τοῖς μάρτυσιν αἱ τιμαὶ, μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν ποταποὶ πλέκονται ἐν οὐρανοῖς οἱ στέφανοι ταῖς ἁγίαις αὐτῶν κεφαλαῖς; εἰ πρὸ τῆς ἀναστάσεως τοσαύτη ἡ δόξα, πόση μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἡ λαμπρότης; εἰ παρὰ τῶν συνδούλων τοσαύτης θεραπείας ἀπολαύουσι, πόσης τεύξονται παρὰ τοῦ δεσπότου τῆς εὐνοίας; εἰ ἡμεῖς οἱ πονηροὶ οἴδαμεν τοὺς κατορθοῦντας τῶν συνδούλων οὕτω τιμᾷν καὶ ἐκπλήττεσθαι, ἐπειδὴ ὑπὲρ Χριστοῦ ἠγωνίσαντο· πόσῳ μᾶλλον ὁ πατὴρ ἡμῶν ὁ οὐράνιος δώσει μυρία ἀγαθὰ τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ πεπονηκόσι; καὶ γὰρ μεγαλόδωρός ἐστι καὶ φιλάνθρωπος· ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο μένουσιν αὐτοὺς μεγάλαι αἱ τιμαί·
B ἀλλ' ὅτι καὶ ὀφειλέτης ἐστὶν αὐτῶν. Οὐκ ἐσφάγησαν ὑπὲρ ἡμῶν οἱ μάρτυρες, καὶ ὅμως συντρέχομεν εἰς τὴν ἐκείνων τιμήν. Εἰ δὲ ἡμεῖς, ὑπὲρ ὧν οὐκ ἐσφάγησαν, συντρέχομεν, ὁ Χριστὸς, ὑπὲρ οὗ τὰς κεφαλὰς ἀπέθεντο, τί οὐ ποιήσει; εἰ οἷς μηδὲν ὤφειλε, τοσαῦτα ἔδωκεν ἀγαθὰ, τούτοις οἷς ὀφειλέτης ἐστὶ, πόσαις οὐκ ἀμείψεται δωρεαῖς; οὐδὲν ὤφειλε περὶ τούτου τῇ οἰκουμένῃ· πάντες γὰρ ἥμαρτον, φησὶ Παῦλος, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ θεοῦ· μᾶλλον δὲ ὤφειλε κόλασιν καὶ τιμωρίαν· ἀλλ' ὅμως κόλασιν ἡμῖν ὀφείλων καὶ τιμωρίαν, ζωὴν αἰώνιον ἐχαρίσατο. Εἰ τοίνυν οἷς κόλασιν ὤφειλε, τού-
C τοις βασιλείαν ἔδωκεν· οἷς ζωὴν αἰώνιον ὀφείλει, τί οὐ δώσει; καὶ πόσαις αὐτοὺς οὐ τιμήσει τιμαῖς; εἰ ὑπὲρ τῶν μισούντων αὐτὸν ἐσταυρώθη, καὶ τὸ αἷμα ἐξέχεεν, ὑπὲρ

Contulimus cum MSS. Regiis 1970 2029. & 2343.

LAUDATIO SANCTI MARTYRIS Juliani.

A 1. Si tales in terris honores martyribus deferuntur; postquam excesserint ex hac vita, quales coronæ sanctis eorum capitibus in cælis nectuntur? si tanta est ante resurrectionem gloria, quantus post resurrectionem erit splendor? si tanto eos conservi cultu dignantur, quanta eos Dominus benevolentia complectetur? Si nos mali conservos, qui recte se gesserunt, sic honoribus afficere novimus ac suspicere, quia pro Christo decertarunt; quanto magis pater noster cælestis innumera bona dabit iis, qui pro ipso labores exantlarunt? Est enim munificus & benignus: verum non
B ob hoc ipsum modo ingentes eos honores manent, sed quoniam debitor est ipsorum. Pro nobis martyres mactati non sunt, tamen in honorem illorum convenimus: quod si nos pro quibus mactati non sunt, convenimus, Christus, pro quo sua capita devoverunt, quid non præstabit? si quibus nihil debebat tanta bona dedit, hos, quibus debitor est, quibus donis non remunerabitur? Nihil antea terrarum orbi debebat: *Omnes enim peccaverunt*, ait Paulus, *& egent gloria Dei*; imo vero pœnam ac supplicium debebat: verumtamen cum pœnam nobis ac supplicium deberet, vitam Rom. 3. 23.
C æternam largitus est. Si quibus igitur supplicium debebat, his regnum dedit; quibus vitam æternam debet, quid non dabit? quibus non eos honoribus cumulabit? si pro illis, qui ipsum oderant, crucifixus est, & sanguinem fudit: pro illis, qui sanguinem

pro ejus confessione fuderunt, quid non perficiet? si aversantes ac resilientes ita dilexit ut pro ipsis moreretur, eos qui mensura ipsum maxima dilexerunt; *Majorem enim hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis*, quanta suscipiet benevolentia? quibus officiis prosequetur? Athletæ quidem certaminum externorum eodem in scammate decertant, & vincunt; victores renunciantur, & coronantur: at isti pietatis athletæ non ita; sed in præsenti quidem sæculo decertant, in futuro autem coronantur: pugnarunt hic cum diabolo atque vicerunt, illic autem victores renunciantur. Et ut esse verum istud intelligatis, nec illos hic coronis donari, verum illic ipsos omnia manere dona, Paulum dicentem audite, *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo reposita est mihi corona justitiæ:* ubi, & quando? *quam reddet mihi Dominus in illa die, justus judex.* Hic cucurrit, illic coronatur; hic vicit, illic victor renunciatur. Audistis ipsum hodie quoque clamantem ac dicentem: *Juxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed a longe eas aspicientes, & salutantes.* Cur igitur externis quidem ac profanis athletis simul obveniunt & victoriæ & coronæ; pietatis autem athletis non simul, & victoriæ & coronæ, sed tantum post temporis intervallum? Sudarunt, labores hîc exantlarunt, sexcenta vulnera exceperunt, nec statim eis obveniunt coronæ? Nequaquam, inquit, non enim vitæ præsentis natura magnitudinem honoris illius capit: caducum est sæculum præsens, ac breve; infinitum illud, immortale, & æternum. Propterea labores quidem cum brevi ac temporario sæculo isto connexuit, coronas autem æterno atque immortali reservavit, ut & laborum molestia præcidatur, quæ cum temporis brevitate dissolvatur, & perennis ac perpetuus coronarum usus permaneat, qui una cum infinitorum sæculorum illorum immortalitate perduret. Quod igitur majoribus eos honoribus ornare vellet, munus distulit: nec ideo tantum, sed ut pura deinceps voluptate perfundantur. Nam quemadmodum is, qui prius deliciis ac voluptatibus fruitur, ac deinde vexandus est, præsentes delicias ob futurorum malorum exspectationem minime sentit: sic ille qui prius pugnat ac decertat, & sexcenta mala tolerat, deinde vero coronatur, præsentium malorum sensum non capit, dum futurorum bonorum spe recreatur. Neque vero labore tantum eos præsenti per hanc futurorum spem levavit, sed etiam quod effecerit, ut ordine prior voluptate esset afflictio: ne vehementer a præsentibus malis, dum ad illa respiciunt, torqueantur. Sic illi etiam, qui pugilatum certant, alacriter vulnera excipiunt, non dolores, sed coro-

Joan. 15. 13.

2. Tit. 4. 7.

Heb. 11. 13.

Temporanei labores coronas referunt immortales.

A τὸ αἷμα ἐκχεάντων διὰ τὴν εἰς αὐτὸν ὁμολογίαν, τί οὐκ ἐργάσεται; εἰ τοὺς ἀποστρεφομένους, καὶ ἀποπηδῶντας οὕτως ἠγάπησεν, ὡς καὶ ἀποθανεῖν [a] ὑπὲρ αὐτῶν, τοὺς ἀγαπήσαντας αὐτὸν μέτρῳ μεγίστῳ· μείζονα γὰρ ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς ἔχει, ἵνα τις τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θῇ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ· πόσῃ δέξεται εὐνοίᾳ καὶ θεραπείᾳ; οἱ μὲν οὖν ἀθληταὶ τῶν ἔξωθεν ἀγώνων ἐν τῷ αὐτῷ σκάμματι καὶ παλαίουσι, καὶ νικῶσι, καὶ ἀνακηρύττονται, καὶ στεφανοῦνται· οὗτοι δὲ οἱ ἀθληταὶ τῆς εὐσεβείας οὐχ οὕτως· ἀλλ' ἐπάλαισαν μὲν ἐν τῷ παρόντι αἰῶνι, B στεφανοῦνται δὲ ἐν ἐκείνῳ τῷ μέλλοντι. ἐπύκτευσαν ἐνταῦθα τῷ διαβόλῳ καὶ περιεγένοντο, ἀνακηρύττονται δὲ ἐκεῖ. καὶ ἵνα μάθητε, ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, καὶ οὐκ ἐνταῦθα αὐτοῖς οἱ στέφανοι δίδονται, ἀλλ' ἐκεῖ πᾶσαι αὐτοὺς ἀναμένουσιν αἱ δωρεαὶ, ἀκούσατε τοῦ Παύλου λέγοντος, τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι· τὸν δρόμον τετέλεκα· τὴν πίστιν τετήρηκα. λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος· ποῦ καὶ πότε; ὃν ἀποδώσει μοι κύριος ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ὁ δίκαιος κριτής. ἐνταῦθα ἔδραμεν, ἐκεῖ στεφανοῦται· ἐνταῦθα ἐνίκησε, κἀκεῖ ἀναγορεύεται. ἠκούσατε αὐτοῦ καὶ σήμερον βοῶν- C τος καὶ λέγοντος, κατὰ πίστιν ἀπέθανον οὗτοι πάντες μὴ κομισάμενοι τὰς ἐπαγγελίας, ἀλλὰ πόῤῥωθεν αὐτὰς ἰδόντες, καὶ ἀσπασάμενοι. τίνος οὖν ἕνεκεν τοῖς μὲν ἀθληταῖς τοῖς ἔξωθεν ὁμοῦ καὶ αἱ νῖκαι, καὶ οἱ στέφανοι· τοῖς δὲ ἀθληταῖς τῆς εὐσεβείας οὐχ ὁμοῦ, καὶ αἱ νῖκαι, καὶ οἱ στέφανοι· ἀλλὰ μετὰ τοσοῦτον τὸ διάστημα τοῦ χρόνου; ἵδρωσαν, ἐπόνησαν ἐνταῦθα, μυρία ὑπέμειναν τραύματα, καὶ οὐκ εὐθέως αὐτοὺς στεφανοῖ; οὐχί, φησιν, οὐ γὰρ δέχεται ἡ φύσις τοῦ παρόντος βίου τὸ μέγεθος ἐκείνης τῆς τιμῆς. ἐπίκηρος ὁ παρὼν αἰών ἐστι, καὶ βραχύς· ἄπειρος ἐκεῖνος, καὶ ἀθάνατος, καὶ ἀτελεύτητος. διὰ τοῦτο D τοὺς μὲν πόνους συνεκλήρωσε τῷ βραχεῖ καὶ προσκαίρῳ αἰῶνι, τοὺς δὲ στεφάνους ἐταμιεύσατο τῷ ἀγήρῳ καὶ ἀθανάτῳ· ἵνα καὶ τὸ τῶν πόνων φορτικὸν ἀποτέμνηται τῇ ὀλιγότητι τοῦ χρόνου συγκαταλυόμενον, καὶ τῶν στεφάνων ἡ ἀπόλαυσις μένῃ διαρκὴς καὶ ἀτελεύτητος, τῇ τῶν ἀπείρων αἰώνων ἐκείνων ἀθανασίᾳ συμπαρεκτεινομένη. μειζόνως τοίνυν αὐτοὺς τιμῆσαι βουλόμενος ἀνεβάλετο τὴν δωρεάν· οὐ διὰ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ καθαρὰν λοιπὸν ἔχωσι τὴν ἡδονήν. ὥσπερ γὰρ ὁ πρότερον τρυφῶν, καὶ ἀνέσεως ἀπολαύων, μετὰ δὲ ταῦτα θλιβόμενος, οὐκ αἰσθάνεται τῆς παρούσης τρυφῆς τῇ προσδοκίᾳ τῶν μελλόντων δεινῶν· οὕτως ὁ πρότερον πυκτεύων, καὶ E ἀθλῶν, καὶ μυρία ὑπομένων κακὰ, μετὰ δὲ ταῦτα στεφανούμενος, οὐκ αἰσθάνεται τῶν παρόντων δεινῶν, τῇ ἐλπίδι τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἀνανεούμενος. οὐ τοῦ παρόντος δὲ μόνον ἐκούφισεν αὐτοὺς πόνου τῇ μελλούσῃ ἐλπίδι· ἀλλὰ καὶ τῇ τάξει προτέραν τῆς ἀνέσεως κατασκευάσας γίνεσθαι τὴν θλῖψιν· ἵνα μὴ σφόδρα ὑπὸ τῶν παρόντων δεινῶν κατατείνωνται πρὸς ἐκεῖνα βλέποντες. οὕτω καὶ οἱ πυκτεύοντες δέχονται τὰ τραύματα προθύμως, οὐ πρὸς τὰς ἀλγηδόνας, ἀλλὰ πρὸς τὸν

a Savil. & unus Reg. ὑπὲρ αὐτῶν. διὸ καὶ λέγει· μείζονα γὰρ ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς ἔχει, ἵνα τις τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θῇ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ· τοὺς ἀγαπήσαντας αὐτὸν μέτρῳ τῷ ἴσῳ, καὶ ἑαυτοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ ἐκδόντας εἰς θάνατον.

στέφανον βλέποντες· οὕτω καὶ ναῦται μυρίους ὑπομένοντες κινδύνους, χειμῶνας, καὶ πόλεμόν τινα χαλεπὸν, καὶ πρὸς θηρία ἄγρια, καὶ πρὸς τοὺς ἐν τῇ θαλάττῃ κακούργους ἀντιπαρατατιόμενοι, οὐδὲν τούτων λογίζονται, ἀλλὰ πρὸς τοὺς λιμένας, καὶ τὸν ἀπὸ τῆς ἐμπορίας πλοῦτον ὁρῶσιν. οὕτω καὶ οἱ μάρτυρες μυρία πάσχοντες δεινὰ, καὶ τὸ σῶμα διαφόροις βασάνοις κατατεμνόμενοι, πρὸς οὐδὲν τούτων ἑώρων, ἀλλὰ πρὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὰ ἐκεῖθεν κεχήνασιν ἀγαθά. καὶ ἵνα μάθητε, ὅτι τὰ φύσει φορτικὰ καὶ ἀφόρητα ταῦτα τῇ ἐλπίδι τῶν μελλόντων κοῦφα καὶ ῥᾷστα γίνεται, ἀκούσατε τοῦ προστάτου τῶν τοιούτων ἀγαθῶν λέγοντος· Τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως καθ᾽ ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται ἡμῖν. πῶς εἰπέ μοι; μὴ σκοπούντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα· ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα.

Ταῦτα δέ μοι οὐχ ἁπλῶς εἴρηται, ἀλλὰ δι᾽ ὑμᾶς· ἵνα ὅταν ἴδητέ τινα τρυφῶντα καὶ ἀνέσεως ἀπολαύοντα ἐν τῷ βίῳ τούτῳ, μέλλοντα δὲ ἐκεῖ κολάζεσθαι, μὴ μακαρίζητε αὐτὸν διὰ τὴν παροῦσαν τρυφὴν, ἀλλὰ ταλανίζητε διὰ τὴν μέλλουσαν κόλασιν. καὶ πάλιν ὅταν ἴδητέ τινα τῶν μελλόντων ἐκεῖ πολλῆς ἀπολαύειν τιμῆς ἐν θλίψει, καὶ στενοχωρίᾳ, καὶ μυρίοις ὄντα κακοῖς ἐν τῇ προσκαίρῳ ταύτῃ ζωῇ, μὴ δακρύσητε διὰ τὰ παρόντα δεινά· ἀλλὰ μακαρίζητε, καὶ ζηλωτὸν εἶναι νομίζητε διὰ τοὺς ἀποκειμένους αὐτῷ στεφάνους ἐν τοῖς ἀπείροις αἰῶσιν ἐκείνοις. ἤνεγκε μὲν οὖν τὸν ἅγιον τοῦτον τὸ τῶν Κιλίκων ἔθνος, ὃ καὶ τὸν Παῦλον ἤνεγκε· συμπολίτης γὰρ ἦν ἐκείνου, καὶ ἀμφότεροι ὑπουργοὶ τῆς ἐκκλησίας ἐκεῖθεν ἡμῖν προεβλήθησαν. ἐπειδὴ δὲ τὸ στάδιον ἀνέῳγε τῆς εὐσεβείας, καὶ πρὸς τοὺς ἄθλους αὐτὸν ὁ καιρὸς ἐκάλει, περιπίπτει χαλεπῷ θηρίῳ τῷ τότε δικάζοντι. καὶ σκοπεῖτε τὴν μηχανήν. ἰδὼν γὰρ αὐτοῦ τὸ φρόνημα στεῤῥὸν, καὶ ὡς οὐ δυνατὸν τῇ σφοδρότητι τῆς τιμωρίας ὑποκλάσαι τὸ εὔτονον τῆς προθυμίας, εἰς μελλήσεις αὐτὸν ἐμβάλλει, καὶ ἀναβολὰς, εἰσάγων, καὶ ἐξάγων συνεχῶς. οὐ γὰρ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἀκούσας ἀπέτεμεν αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν, ἵνα μὴ τὸ σύντομον τῆς τιμωρίας εὐκολώτερον αὐτῷ ποιήσῃ τὸν δρόμον· ἀλλὰ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν εἰσῆγεν, ἐξῆγεν, πεύσεις προσῆγε, βασάνους μυρίας ἠπείλει, λόγοις κολακευτικοῖς ἐδελέαζε, πᾶσαν ἐκίνει μηχανὴν τὸν ἄσειστον θεμέλιον ἐπιχειρῶν διασαλεύειν· καὶ περιῆγεν αὐτὸν ἐνιαυτὸν ὁλόκληρον πανταχοῦ τῆς Κιλικίας καταισχύνων· μᾶλλον δὲ, ὡς οὐκ ᾤετο, [a] λαμπρότερον ἀποφαίνων, ὁ δὲ μάρτυς ἐβόα καὶ αὐτὸς συνῳδὰ τῷ Παύλῳ, Χάρις τῷ Θεῷ τῷ θριαμβεύοντι ἡμᾶς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως αὐτοῦ φανεροῦντι δι᾽ ἡμῶν ἐν παντὶ τόπῳ. καθάπερ γὰρ μύρον ἕως μὲν ἐν ἑνὶ τόπῳ κεῖται, ἐκεῖνον μόνον ἀναχρώννυσι τὸν ἀέρα τῆς εὐωδίας· ἐπειδὰν δὲ εἰς πολλὰ περιενεχθῇ χωρία, πάντα ἐμπίμπλησι [b] τῆς οἰκείας ἀρετῆς· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ μάρτυρος συνέβαινε τότε. περιήγετο μὲν γὰρ ὡς μέλλων

A nam spectantes: sic & nautæ sexcenta pericula subeuntes, tempestates, & infestum quoddam bellum, ac sævis se belluis, & grassantibus in mari prædonibus objicientes, nihil horum mente versant, sed ad portus ac divitias ex negotiatione colligendas respiciunt: ita & Martyres sexcenta mala tolerantes, corpore variis tormentis conciso, nihil istorum spectabant, sed cælo, & bonis, quæ inde sperantur, inhiabant. Atque ut intelligatis ea, quæ natura sua gravia sunt & intoleranda, spe futurorum levia reddi ac facillima, præfectum talium bonorum
B dicentem audite, *Id enim quod in præsenti est momentaneum & leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur nobis.* Quo tandem pacto quæso? *Non contemplantibus nobis, quæ videntur, sed quæ non videntur.* 2. Cor. 4. 17.

2. Hæc autem non abs re dicta sunt a me, sed propter vos: ut cum aliquem in hac vita deliciis ac voluptatibus perfruentem videritis, sed illic postea puniendum, non eum propter præsentes delicias beatum, sed propter futurum supplicium miserum prædicetis. Rursum ubi quempiam
C eorum, qui multo illic honore decorandi sunt, afflictione ac tribulatione, atque innumeris malis in hac temporali vita videritis obsideri, ne propter præsentia mala deploretis, sed felicem judicetis, ac beatum propter repositas ipsi in infinitis illis sæculis coronas censeatis. Hunc itaque sanctum Cilicum natio tulit, quæ Paulum etiam tulit: civis enim illius fuit, & uterque nobis inde minister Ecclesiæ prodiit. Postquam autem pietatis apertum est stadium, & ad certamina tempus ipsum vocavit, in sævam incidit belluam, quæ tum ju-
D dicium exercebat. Ac videte commentum: cum enim cum forti animo præditum videret, neque posse supplicii vehementia rigidum illud animi robur infringi, in procrastinationes illum conjicit, ac dilationes, introducens identidem, & educens. Non enim uno die cum audisset, illi caput abscidit, ne supplicii brevitas faciliorem illi cursum redderet: sed diebus singulis introducebat, educebat, interrogationes adhibebat, mille tormenta minitabatur, adulatoriis verbis alliciebat, omnes machinas admovebat, & immotum illud fundamentum concutere nitebatur. Anno integro per universam
E illum Ciliciam circumducebat, ignominiaque afficiebat: imo vero, quod minime arbitrabatur, illustriorem reddebat Martyrem, vociferabatur ipse quoque cum Paulo, *Deo autem gratias qui triumphat nos in Christo, odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco.* Ut enim unguentum, quamdiu quidem uno in loco situm est, solum illum aërem odore inficit: cum autem in multa fuerit loca dispersum, omnia sua virtute complet: ita nimirum & in Martyre accidit. Circumagebatur enim tum temporis ut inurendus

S. Julianus Cilix.

2. Cor. 2. 14.

Diuturnum Juliani martyrium.

a Morel. λαμπρότερον ἀποφαίνων, ὁ δὲ μάρτυς ἐβόα. Unus Reg. λαμπρότερον ἀπέφηνε καὶ ἐβόα. Ibid. Savil. & alius Reg. ὁ δὲ μάρτυς πειραγόμενος ἐβόα.

b Alii, τῆς οἰκείας δυνάμεως.

ignominia, sed contrarium eveniebat, illustrior illa transvectione fiebat athleta, cunctosque Cilicum regionis incolas suæ virtutis æmulatores reddebat. Circumagebatur quoquoversus, ut ejus certamina non ex fama solum discerent, sed & ipsum coronatum victorem contuerentur spectatores, quantoque longiores illi circuitus stadii curriculaque reddebat, tanto illustriores cursus omnes fiebant: quanto majora illi scammata proponebat, tanto mirabiliora certamina efficiebat: quanto afflictionem temporis diuturnitate protendebat, tanto probatiorem patientiam ejus reddebat. Nam & aurum, quo diutius cum ignis naturâ versatur, purius evadit: quemadmodum & tum sancti anima tempore examinata magis refulgebat, nec aliud quiddam, quam tropæum adversus seipsum ac diabolum, Martyrem circumferebat, crudelitatis Gentilium argumentum, Christianorum pietatis indicium, virtutis Christi maximum signum, incitamentum & consilium fidelibus, ut alacri animo in iisdem certaminibus perseverarent, divinæ gloriæ præconem, talium certaminum disciplinæ magistrum. Cunctos enim ad imitationem sui non voce tantum suadens, sed factis ipsis tuba clariorem mittens vocem, cohortabatur. Et quemadmodum cæli non emissa voce Dei gloriam enarrant, sed dum aspectus sui splendore spectatorem in admirationem conditoris traducunt: ita nimirum & Martyr ille Dei gloriam enarrabat, cum cælum esset ipse quoque multo isto lucidius, quod videmus. Non enim ita cælum astrorum chori splendidum reddunt, ut Martyris corpus splendidius vulnerum sanies reddidit. Atque ut Martyris vulnera cælo infixis astris splendidiora esse discatis, advertite. Ad illud quidem cælum, ac stellas cum homines respiciunt, tum dæmones: sed ad hujus etiam vulnera homines quidem respiciunt fideles, dæmones autem oculos contra non audent attollere: quin etiam si spectare conentur, continuo luminibus orbantur, nec possunt exsilientem inde fulgorem sustinere. Hoc ego non ex iis tantum quæ olim acciderunt, sed ex iis etiam, quæ hodieque fiunt, comprobabo. Sume enim quempiam a dæmone correptum ac furentem, & ad sanctum illud sepulcrum deduc, quo reliquiæ Martyris continentur, tum resilientem plane atque fugientem videbis. Ut enim si per prunas incessurus esset, sic ab ipso vestibulo statim exsilit, & ne oculos quidem adversus ipsam thecam audet attollere. Quod si nunc tanto post tempore, cum pulvis & cinis est factus, suspicere in monumentum non audent, nec in nuda sancti ossa; minime dubium est, quin tum quoque, cum illum sanguine purpuratum videbant, vulneribus undique amplius, quam solem radiis refulgentem, perculsi fuerint, & oculis læsi recesserint.

Psal. 18. 1.

Dæmones Martyrum sepulcra formidant.

3. Vides ut astris cælestibus Martyrum vulnera splendidiora sint, ac mirabiliora,

A καταισχύνεσθαι, τὸ δὲ ἐναντίον ἐξέβαινε· λαμπρότερος δὲ ὁ ἀθλητὴς διὰ τῆς πομπῆς ἐκείνης ἐγίγνετο, καὶ πάντας τοὺς τῆς Κιλίκων χώρας οἰκοῦντας τῆς οἰκείας ἐποίει ζηλωτὰς ἀρετῆς. περιήγετο πανταχοῦ, ἵνα μὴ μόνον ἐξ ἀκοῆς μάθωσι τὰ παλαίσματα, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν βλέπωσι τὸν στεφανίτην οἱ θεαταί· καὶ ὅσῳ μακροτέρους αὐτῷ ἐποίει τοὺς διαύλους, τοσούτῳ λαμπρότεροι οἱ δρόμοι πάντες ἐγίγνοντο· ὅσῳ μείζονα ἐτίθει τὰ σκάμματα, τοσούτῳ θαυμαστότερα ἀπέφαινε τὰ παλαίσματα· ὅσῳ τὴν θλῖψιν ἐπέτεινεν εἰς χρόνου μῆκος, τοσούτῳ τὴν ὑπομονὴν αὐτοῦ δοκιμωτέραν εἰργάζετο. καὶ γὰρ χρυσίον πλείονα χρόνον τῇ τοῦ πυρὸς ὁμιλοῦν φύσει, καθαρώτερον γίνεται· B καθάπερ τότε καὶ ἡ τοῦ ἁγίου ψυχὴ βασανιζομένη τῷ χρόνῳ μᾶλλον ἀπέλαμπε, καὶ οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' ἢ τρόπαιον καθ' ἑαυτοῦ, καὶ τοῦ διαβόλου τὸν μάρτυρα περιέφερεν, ἔλεγχον τὸν τῶν Ἑλλήνων ὠμότητος, ἀπόδειξιν τὸν τῶν Χριστιανῶν εὐσεβείας, μέγιστον τεκμήριον τὸν τοῦ Χριστοῦ δυνάμεως, παραίνεσιν καὶ συμβουλὴν τοῖς πιστοῖς, ὥστε προθύμως τοῖς αὐτοῖς ἐγκαρτερεῖν ἀγῶσι, κήρυκα τὸν τοῦ θεοῦ δόξης, διδάσκαλον τὸν τῶν τοιούτων παλαισμάτων ἐπιστήμης. παρεκάλει γὰρ ἅπαντας πρὸς τὸν οἰκεῖον ζῆλον μεταναστῆναι, οὐχὶ διὰ τῆς φωνῆς μόνον συμβουλεύων, ἀλλὰ καὶ δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων σάλ- C πιγγος λαμπροτέραν ἀφιεὶς φωνήν. καὶ καθάπερ οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν θεοῦ, οὐχὶ φωνὴν ἀφιέντες, ἀλλὰ τῇ λαμπρότητι τῆς ὄψεως τὸν θεατὴν πρὸς τὸ θαῦμα τοῦ δημιουργοῦ παραπέμποντες· οὕτω δὴ καὶ ὁ μάρτυς ἐκεῖνος διηγεῖτο δόξαν θεοῦ, οὐρανὸς ὢν καὶ αὐτὸς, καὶ πολὺ τοῦ φαινομένου [a] τούτου φαιδρότερος. οὐ γὰρ οὕτω τὸν οὐρανὸν λαμπρὸν ἀποφαίνουσιν οἱ τῶν ἄστρων χοροὶ, ὡς τὸ τοῦ μάρτυρος σῶμα λαμπρότερον ἀπέφηναν οἱ τῶν τραυμάτων ἰχῶρες. καὶ ἵνα μάθητε ὅτι τὰ τραύματα τοῦ μάρτυρος τῶν ἐν οὐρανῷ πεπηγότων ἄστρων λαμπρότερα, σκοπεῖτε· πρὸς ἐκεῖνον μὲν τὸν οὐρανὸν καὶ τοὺς ἀστέ- D ρας, καὶ ἄνθρωποι, καὶ δαίμονες βλέπουσι, πρὸς δὲ τὰ τραύματα τούτου ἄνθρωποι μὲν βλέπουσιν οἱ πιστοὶ, δαίμονες δὲ ἀντιβλέψαι οὐ τολμῶσιν, ἀλλὰ κἂν ἐπιχειρήσωσιν ἰδεῖν, εὐθέως ἀποτυφλοῦνται τὰς ὄψεις, τὴν ἐκεῖθεν [b] ἐκπηδῶσαν μαρμαρυγὴν οὐ δυνάμενοι φέρειν. καὶ τοῦτο οὐκ ἀπὸ τῶν πάλαι συμβεβηκότων πιστώσομαι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν ἔτι καὶ νῦν γινομένων. λαβὼν γάρ τινα δαιμονῶντα καὶ μαινόμενον εἰσάγαγε πρὸς τὸν ἅγιον τάφον ἐκεῖνον, ἔνθα τοῦ μάρτυρος τὰ λείψανα, καὶ ὄψει πάντως ἀποπηδῶντα καὶ φεύγοντα. καθάπερ γὰρ ἀνθράκων μέλλων ἐπιβαίνειν, οὕτως ἐξ αὐτῶν εὐθέως ἐξάλ- E λεται τῶν προθύρων, οὐδὲ πρὸς τὴν θήκην αὐτὴν ἀντιβλέψαι τολμῶν. εἰ δὲ νῦν μετὰ τοσοῦτον χρόνον, ὅτε κόνις ἐγένετο καὶ τέφρα, οὐ τολμῶσιν ἀναβλέψαι πρὸς τὸ μνῆμα, οὐδὲ πρὸς τὰ γυμνὰ ὀστᾶ τοῦ ἁγίου, εὔδηλον ὅτι καὶ τότε, ὅτε ἑώρων αὐτὸν αἵματι φοινισσόμενον πάντοθεν, τραύμασιν ἀποστίλβοντα μᾶλλον, ἢ τὸν ἥλιον ταῖς ἀκτῖσι, κατεπλάγησαν, καὶ πληγέντες τὰς ὄψεις ἀνεχώρησαν.

Εἶδες πῶς τῶν οὐρανίων ἀστέρων τὰ τῶν μαρτύρων τραύματα φαιδρότερα καὶ θαυμαστότερα, καὶ μείζονα ἔχει

a Unus Reg. τούτου λαμπρότερος.

b Alii, ἐκπηδῶσαν ἀστραπήν.

τὴν ἰσχύν; ἤγετο τοίνυν εἰς μέσον ὁ ἅγιος, καὶ πικραὶ πανταχόθεν περιειστήκεισαν κολάσεις, φόβος τῶν μελλόντων, πόνος τῶν παρόντων, ὀδύνη τῶν ἐπελθόντων, ἀγωνία τῶν προσδοκωμένων. καθάπερ γάρ τινες θῆρες ἄγριοι οἱ δήμιοι περιστάντες αὐτοῦ τὸ σῶμα διώρυττον τὰς πλευρὰς, κατέξαινον τὰς σάρκας, ἀπεγύμνουν ὀστᾶ, πρὸς αὐτὰ τὰ εἴσω τῶν σπλάγχνων ἐβάδιζον. ἀλλ' ὅμως καὶ πάντα διερευνώμενοι τὸν θησαυρὸν τῆς πίστεως ἀποσυλῆσαι οὐκ ἴσχυσαν. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ταμείων τῶν βασιλικῶν, ἔνθα χρυσίον ἀπόκειται καὶ πλοῦτος ἕτερος ἄφατος, ἂν τοὺς τοίχους διέλῃς μόνον, ἂν τὰς θύρας ἀνοίξῃς, εὐθέως ὁρᾷς τὸν θησαυρὸν προκείμενον· ἐνταῦθα δὲ ἐπὶ τοῦ ἁγίου καὶ χριστοφόρου τούτου ναοῦ τὸ ἐναντίον ἐγίγνετο. διεῖλον τοὺς τοίχους οἱ δήμιοι, καὶ τὰ στέρνα ἀνέρρηξαν, καὶ τὸν πλοῦτον τὸν ἐναποκείμενον οὔτε ἔβλεπον, οὔτε λαβεῖν ἠδύναντο· ἀλλ' ὅπερ ἔπαθον οἱ ἐν Σοδόμοις, παρ' αὐτῇ μὲν τῇ θύρᾳ ἑστῶτες τῆς τοῦ Λὼτ οἰκίας, τὴν δὲ εἴσοδον οὐχ εὑρίσκοντες· οὕτω δὴ καὶ οὗτοι [a] διηρεύνων πανταχόθεν τὸ σῶμα τοῦ μάρτυρος, ἐπιλαβέσθαι δὲ τοῦ θησαυροῦ, καὶ κενῶσαι τὸν πλοῦτον τῆς πίστεως οὐκ ἴσχυον· τοιαῦτα τῆς ψυχῆς τῶν ἁγίων τὰ κατορθώματα, ἀναφαίρετα καὶ ἀκαταγώνιστα, καθάπερ ἐν ἀσύλῳ τινὶ χωρίῳ τῇ τῆς ψυχῆς ἀνδρείᾳ ἐναποκείμενα, καὶ οὔτε τυράννων αὐτὰ βλέπουσιν ὀφθαλμοὶ, οὔτε δημίων ἁρπάσαι δύνανται χεῖρες· ἀλλὰ κἂν αὐτὴν διέλωσι τὴν καρδίαν, ᾗ μάλιστα τῆς ψυχῆς τὴν ἀνδρείαν πεπίστευται· κἂν εἰς μικρὰ κατατέμωσι μέρη, οὐδὲ οὕτω κενοῦσι τὸν πλοῦτον, ἀλλὰ καὶ πλείω τοῦτον ἐργάζονται. τὸ δὲ αἴτιον· θεός ἐστιν ὁ ταῖς τοιαύταις ἐνοικῶν ψυχαῖς· τὸν δὲ θεῷ πολεμοῦντα ἀμήχανον νικῆσαί ποτε· ἀλλ' ἀνάγκη καταγελασθέντα, καὶ αἰσχρῶς ἡττηθέντα ἀπελθεῖν. διὰ τοῦτο καὶ τότε τὰ ἐναντία τῶν εἰωθότων ἐγίγνετο. πανταχοῦ μὲν γὰρ τὰ πράγματα ῥημάτων κρατεῖ· τότε δὲ λόγοι πράξεων ἐκράτησαν· πῶς; προσῆγον αὐτοὶ πῦρ, καὶ σίδηρον, καὶ βασάνους· προσῆγον κολάσεις, τιμωρίας, μάστιγας· διώρυττον πάντοθεν [b] τὰς πλευρὰς καὶ ὁ πάσχων ἀνάλωτος ἔμεινεν· ἐκεῖνος ἐφθέγγετο μόνον, καὶ ψιλὴν ἠφίει φωνὴν, καὶ λόγος ἔργων ἐκράτησεν. ἐξήλλετο γὰρ ἡ ἁγία φωνὴ τοῦ μαρτυρικοῦ στόματος, καὶ ἐφείλκετο μετ' αὐτῆς φῶς φαιδρότερον τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος. ταύτης τοσοῦτον τὸ φῶς ἐστιν, ὅσον τὸ διάστημα ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ πρὸς τὴν γῆν· μᾶλλον δὲ οὐδὲ τοῦτο ὅλον δύναται διαβῆναι, ὅταν ἢ στέγη, ἢ τοῖχος, ἢ νέφος, ἢ ἄλλο τι σῶμα μεταξὺ παρεμπέσῃ· ἀλλὰ ἀποφράττεται καὶ διατειχίζεται τοῖς τοιούτοις καλύμμασιν ἡ εἰς τὸ πρόσω φορά· ἡ δὲ τοῦ μάρτυρος φωνὴ ἐκπηδήσασα ἀπὸ τῆς ἁγίας γλώττης ἐκείνης ἀνεπήδησεν εἰς τὸν οὐρανόν. παρῆλθε τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ· εἶδον αὐτὴν ἄγγελοι, καὶ παρεχώρησαν· ἀρχάγγελοι, καὶ ὑπεξέστησαν· τὰ Χερουβὶμ, καὶ αἱ ἄλλαι δυνάμεις αὐτὴν ὡδήγησαν ἄνω, καὶ οὐ πρότερον ἀπέστησαν, ἕως οὗ πρὸς αὐτὸν ἤγαγον τὸν θρόνον τὸν βασιλικόν.

A majorique virtute polleant? Sanctus itaque in medium producebatur, & acerba undique supplicia circumstabant, metus futurorum, labor præsentium, dolor ingruentium, eorum quæ exspectabantur formido: tamquam enim belluæ quædam immanes carnifices corpus ejus circumsidentes latera effodiebant; carnem deradebant; ossa denudabant; viscera ipsa interiora pervadebant. Attamen cum cuncta pervestigarent, thesaurum fidei deprædari minime valuerunt. Enimvero in regum ærariis, ubi aurum aliæque copiosæ sunt opes reconditæ, si parietes solum perfode- B ris, si fores reseraveris, continuo thesaurum objectum vides: at hic in sancto isto Christumque continenti templo contrarium accidebat. Perfodiebant muros carnifices, pectoraque disrumpebant, & reconditas opes nec cernebant, nec rapere poterant; sed quod evenit Sodomitis, ut ad domus Lot januam quidem ipsam starent, aditum vero non invenirent: sic nimirum & isti, cum corpus Martyris undiquaque scrutarentur, thesaurum tamen deprehendere, fideique divitias exhaurire non valebant. Talia sunt animæ sanctorum recte facta, quæ nec au- C ferri, nec vinci possunt, in animæ fortitudine tamquam in asylo quodam & sacro loco recondita; ut nec oculi tyrannorum ea cernant, nec manus carnificum rapere possint: sed licet ipsum cor dissecent, cui præcipue credita est animæ fortitudo, licet in minuta frusta concidant, ne sic quidem opes exhauriunt, sed eas ampliores etiam reddunt. Hujus rei causa Deus est, qui animas tales inhabitat: qui vero Deo bellum inferat, fieri nequit umquam, ut victor evadat, sed necesse est, ut ludibrio habitus, turpiterque superatus abscedat. Propterea tum quoque contra, quam usu venire soleat, D accidebat: ubique siquidem a factis verba superantur, tum vero sermones actionibus prævalebant: Quomodo? Admovebant ignem illi, & ferrum & tormenta; admovebant pœnas, supplicia, flagella; perfodiebant undique latera: & qui patiebatur inexpugnabilis manebat. Loquebatur ille tantum, simplicemque vocem emittebat, & opera sermo vincebat. Exsiliebat ex Martyris ore vox sancta, simulque cum ipsa lumen radio solari splendidius eliciebatur. Hujus tantum est lumen, quantum inter cælum & terram interjacet intervallum; imo vero ne hoc quidem integrum potest pervadere, siquando tectum, vel murus, E vel nubes, vel aliud quoddam corpus intercesserit, sed obstruitur, ac discluditur septis ejusmodi, ne ulterius feratur. Vox autem Martyris ex illa sancta lingua prosiliens in cælum subsiliit. Prætervecta est cælum cæli; viderunt eam Angeli, locoque cesserunt; Archangeli, & viam dederunt; Cherubim & aliæ virtutes sursum ipsam deduxerunt, nec prius recesserunt, quam ad ipsum thronum regium adduxissent. Post hanc

Gen. 19. 11.

a Alii, διερευνῶντες.

b Hic & infra in Morel. quædam deerant, quæ ex Savil. & ex Mss. supplentur.

autem vocem cum vidisset is, qui tum judicium exercebat, se temere cuncta, & incassum esse machinatum, seque contra stimulum calcitrare, atque adamantem percutere, quid facit? Eo tendit deinceps, ut victas manus dare videatur, & Martyrem ex hac vita subducit. Mors enim Martyrum eorum, qui ipsos enecant, est aperta clades: eorum autem, qui necantur, clara victoria. Tu vero mihi considera, quo pacto sævum quoddam & acerbum genus mortis ejus excogitaverit, quod & tyranni crudelitatem, & Martyris fortitudinem demonstrare posset. Quodnam igitur illud supplicii genus? Allato sacco, & arena completo, cum in eum scorpiones, viperas, & dracones injecisset, cum illis & sanctum injecit, & in mare demisit. Erat ergo Martyr cum bestiis, & rursus cum bestiis conclusus erat vir justus. Rursus autem dixi, ut veterem vobis in memoriam revocarem de Daniele narrationem. Illum quidem in lacum incluserunt, hunc autem in saccum injecerunt: illi tum lapidem imposuerunt, hic saccum consuit, & justo carcerem angustiorem effecit. At ubique Sanctorum corpora bestiæ reverentur, in eorum ignominiam & condemnationem, qui cum ratione sint ornati, & humanæ naturæ conditione digni habiti, feritatem illarum summa sua immanitate superant: qualem hunc quoque tyrannum fuisse conjicere possumus. Videre erat stupendum miraculum, nec eo minus, quod in Daniele contigit. Nam sicut cum post multos dies e lacu leonum ascendentem illum vidissent, tum mirati sunt Babylonii; sic & animam Juliani, cum e sacco & fluctibus ascendentem in cælum viderent Angeli, mirati sunt. Daniel binos leones subegit, ac vicit, sed sensibiles: hic leonem unum, sed spiritualem subegit, ac vicit. Hostis quippe noster diabolus tamquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret: at fortitudine Martyris superatus est, venenum siquidem peccati deposuerat; quapropter hunc minime devoravit; idcirco nec leonem, nec iram bestiarum reformidavit.

Mors martyrum est victoria.

S. Julianus in mare projectus.

Dan. 7.

1. Pet. 5. 8.

4. Vultis & aliam quamdam veterem referam narrationem, ubi & justus & bestiæ? Diluvii Noë atque arcæ recordamini: tum enim quoque justus & bestiæ simul fuerunt. At Noë quidem ingressus homo est, & egressus est homo: Julianus autem ingressus quidem est homo, sed Angelus est egressus: ille de terra ingressus est, & in terram est rursus egressus: hic de terra in saccum ingressus est, & de sacco in cælum est profectus. Accepit eum mare, non ut occideret, sed ut coronaret, & post coronam nobis sanctam istam arcam Martyris corpus reddidit: hanc in hunc usque diem retinemus, quæ sexcentorum bonorum est thesaurus. Etenim Martyres nobiscum Deus partitus est: cum animas sibi sumsisset, corpora nobis quodammodo largitus est; ut perpetuæ virtutis monumenta sancta horum ossa teneamus. Nam si bellatoris arma cruentata

A μετὰ δὲ τὴν φωνὴν ταύτην, ἐπειδὴ εἶδεν ὁ τότε δικάζων, ὅτι πάντα εἰκῇ καὶ μάτην μεμηχάνηται, καὶ πρὸς κέντρα λακτίζει, καὶ ἀδάμαντα παίει, τί ποιεῖ; πρὸς τὴν ὡμολογημένην ἧτταν βαδίζει λοιπὸν, καὶ τοῦ παρόντος ὑπεξάγει τὸν μάρτυρα βίου. θάνατος γὰρ μαρτύρων τῶν μὲν ἀποκτιννύντων ἧττα σαφής· τῶν δὲ ἀναιρουμένων νίκη λαμπρά. σὺ δέ μοι σκόπει πῶς αὐτοῦ τῆς τελευτῆς τὸν τρόπον χαλεπόν τινα καὶ πικρὸν ἐπενόησεν, ἱκανὸν ἐνδείξασθαι ὄντα κἀκείνου τὴν ὠμότητα, καὶ τοῦ μάρτυρος τὴν ἀνδρείαν. τίς οὖν ὁ τρόπος τῆς τιμωρίας; σάκκον κομίσας, καὶ ἐμπλήσας ἄμμου, καὶ σκορπίους, καὶ
B ὄφεις, καὶ ἔχεις, καὶ δράκοντας ἐμβαλὼν, ἐνέβαλε μετ' ἐκείνων καὶ τὸν ἅγιον, καὶ ῥίπτει εἰς τὸ πέλαγος. καὶ ἦν μετὰ θηρίων ὁ μάρτυς, καὶ συναπεκλείετο θηρίοις πάλιν δίκαιος ἄνθρωπος· πάλιν δὲ εἶπον, ἵνα ἀναμνήσθητέ μοι παλαιοῦ διηγήματος τοῦ κατὰ τὸν Δανιήλ. ἐκεῖνον μὲν εἰς λάκκον ἀπέκλεισαν, τοῦτον δὲ εἰς σάκκον ἐνέβαλον· ἐκεῖνοι λίθον ἐπέθηκαν τότε, οὗτος τὸν σάκκον ἔρραψε, στενότερον ποιῶν τῷ δικαίῳ τὸ δεσμωτήριον. ἀλλὰ πανταχοῦ αἰδοῦνται τὰ σώματα τῶν ἁγίων οἱ θῆρες, εἰς αἰσχύνην καὶ κατηγορίαν τῶν λόγῳ τετιμημένων, καὶ ἀνθρώπων μὲν εἶναι καταξιωθέντων, τὴν δὲ ἐκείνων ἀγριότητα
C τῇ τῆς οἰκείας ὑπερβολῇ θηριωδίας ἀποκρυπτόντων· οἷον εἰκὸς εἶναι καὶ τοῦτον τὸν τύραννον. καὶ ἦν ἰδεῖν θαῦμα παράδοξον, οὐκ ἔλαττον ἢ ἐπὶ τοῦ Δανιήλ. καθάπερ γὰρ ἐκεῖνον τότε μεθ' ἡμέρας πολλὰς ἀπὸ τοῦ λάκκου τῶν λεόντων ἀναβάντα ἐθαύμασαν ἰδόντες οἱ Βαβυλώνιοι, οὕτω καὶ τὴν Ἰουλιανοῦ ψυχὴν ἀπὸ τοῦ σάκκου καὶ τῶν κυμάτων ἀναβαίνουσαν εἰς τὸν οὐρανὸν ἐθαύμασαν ὁρῶντες οἱ ἄγγελοι. ὁ Δανιὴλ κατηγωνίσατο καὶ ἐνίκησε δύο λέοντας, ἀλλ' αἰσθητούς· οὗτος κατηγωνίσατο καὶ ἐνίκησεν ἕνα λέοντα, ἀλλὰ νοητόν. ὁ γὰρ ἐχθρός φησιν ἡμῶν διάβολος περιέρχεται ὡς λέων ὠρυόμενος ζητῶν τίνα καταπίῃ· ἀλλ'
D ἡττήθη τῇ ἀνδρείᾳ τοῦ μάρτυρος· ἀπέθετο γὰρ τὸν ἰὸν τῆς ἁμαρτίας· διόπερ οὐ κατέπιε τοῦτον· διὰ τοῦτο οὐκ ἔδεισεν οὔτε τὸν λέοντα, οὔτε τὸν θυμὸν τῶν θηρίων.

Βούλεσθε καὶ ἄλλο τι εἴπω παλαιὸν διήγημα, ἔνθα δίκαιος καὶ θηρία; ἀναμνήσθητε τοῦ κατακλυσμοῦ τοῦ ἐπὶ Νῶε καὶ τῆς κιβωτοῦ· καὶ γὰρ καὶ τότε δίκαιος ὁμοῦ καὶ θηρία· ἀλλ' ὁ μὲν Νῶε εἰσῆλθεν ἄνθρωπος, καὶ ἐξῆλθεν ἄνθρωπος· Ἰουλιανὸς δὲ εἰσῆλθε μὲν ἄνθρωπος, ἐξῆλθε δὲ ἄγγελος. ἐκεῖνος εἰσῆλθεν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἐξῆλθεν εἰς τὴν
E γῆν πάλιν· οὗτος εἰσῆλθεν ἀπὸ τῆς γῆς εἰς σάκκον, καὶ ἀπὸ τοῦ σάκκου εἰς τὸν οὐρανὸν ἀπῄει. ἔλαβεν αὐτὸν τὸ πέλαγος, οὐχ ἵνα ἀποκτείνῃ, ἀλλ' ἵνα στεφανώσῃ, καὶ μετὰ τὸν στέφανον ἀπέδωκεν ἡμῖν τὴν ἁγίαν ταύτην κιβωτὸν τὸ σῶμα τοῦ μάρτυρος· ταύτην κατέχομεν μέχρι τῆς παρούσης ἡμέρας μυρίων οὖσαν ἀγαθῶν θησαυρόν. καὶ γὰρ ἐμερίσατο ὁ θεὸς πρὸς ἡμᾶς τοὺς μάρτυρας, τὰς ψυχὰς λαβὼν αὐτὸς, τὰ σώματά πως ἡμῖν ἔδωκεν· ἵνα ἔχωμεν ὑπόμνησιν ἀρετῆς διηνεκῶς τὰ ἅγια τούτων ὀστέα. εἰ γὰρ ὅπλα τις ἀγωνιστοῦ βλέπων ἡμαγμένα

ἀσπίδα, καὶ δόρυ, καὶ θώρακα, κἂν ἁπάντων νωθέστατος ᾖ, εὐθέως ἐξάλλεται, καὶ θερμότερος γίνεται, καὶ πρὸς τὸν πόλεμον ἐκπηδᾷ, ἀπὸ τῆς ὄψεως τῶν ὅπλων λαβὼν παράκλησιν πρὸς τὸ τοῖς αὐτοῖς ἐπιχειρῆσαι πράγμασιν· ἡμεῖς οὐχ ὅπλα ὁρῶντες, ἀλλ' αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ ἁγίου τὸ καταξιωθὲν αἱμαχθῆναι διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν, κἂν ἁπάντων ὦμεν δειλότεροι, πῶς οὐ πολλὴν ἕξομεν προθυμίαν, ὥσπερ τινὸς πυρὸς τῆς ὄψεως ταύτης εἰς τὴν διάνοιαν ἡμῶν ἐμπιπτούσης, καὶ πρὸς τὸν αὐτὸν ἀγῶνα καλούσης ἡμᾶς; διὰ τοῦτο παρακατέθετο ἡμῖν τὰ σώματα τῶν ἁγίων ὁ θεὸς ἕως τοῦ καιροῦ τῆς ἀναστάσεως, ἵν' ἔχωμεν ὑπόθεσιν φιλοσοφίας μεγίστης. Ἀλλ' οἱ μὲν τοῦ μάρτυρος ἔπαινοι μὴ ἐλαττούσθωσαν τῇ ἀσθενείᾳ τῆς ἡμετέρας γλώττης, ἀλλὰ μενέτωσαν τὸν ἀγωνοθέτην θεόν. [a] ὁ στεφανῶν αὐτοὺς, ἐκεῖνος καὶ ἐπαινέσει· ὁ γὰρ ἔπαινος αὐτῶν οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ τοῦ θεοῦ. καὶ γὰρ καὶ ταῦτα ἅπερ εἰρήκαμεν, οὐχ ἵνα τὸν μάρτυρα λαμπρότερον δείξωμεν, εἴπομεν· ἀλλ' ἵνα ὑμᾶς προθυμοτέρους ἐργασώμεθα· ἡμεῖς δὲ ἀφέντες τὰ ἐγκώμια πρὸς ὑμᾶς τὸν λόγον τρέψωμεν ἅπαντα· μᾶλλον δὲ οὐκ ἔνι ἀφεῖναι ἐγκώμια μαρτύρων, ὅταν ἐν ἐκκλησίᾳ τις διαλέγηται περὶ τῶν συμφερόντων. ἀλλὰ προσέχετε· καὶ γὰρ πονηρὸν ἔθος καὶ παλαιὸν βούλομαι ἐκκόψαι σήμερον· ἵνα μὴ μόνον παραγινώμεθα πρὸς τοὺς μάρτυρας, ἀλλὰ καὶ μιμώμεθα μάρτυρας. τιμὴ γὰρ μαρτύρων οὐ τὸ παραγενέσθαι πρὸς αὐτοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸ τούτου τὸ ζηλῶσαι τὴν ἀνδρείαν αὐτῶν. διὸ δεῖ πρῶτον εἰπεῖν τὸ πονηρὸν ἔθος. οὐ γὰρ νοσήματος ἀγνοουμένου οὐδὲ ἰατρείαν προσαγαγεῖν ῥᾴδιον· διὰ τοῦτο ἀποκαλύπτω τὸ τραῦμα πρῶτον, καὶ τότε τὸ φάρμακον ἐπιτίθημι. τί οὖν ἐστι τὸ πονηρὸν ἔθος; τινὲς τῶν ἐνταῦθα συλλεγομένων σήμερον· μὴ γάρ μοι γένοιτο πάσης καταγνῶναι τῆς ἐκκλησίας τοιαύτην κατάγνωσιν· ὑπὸ ῥαθυμίας τινὸς καὶ ἀφελείας τὴν αὔριον ἡμᾶς ἐγκαταλιμπάνοντες, πρὸς τὴν Δάφνην ἀποπηδῶσιν, ἅπερ συνελέξαμεν σήμερον, αὔριον ἐκχέοντες, καὶ ἅπερ ᾠκοδομήσαμεν καθαιροῦντες. ἵν' οὖν μὴ ἄκαρπος αὐτοῖς γένηται ἡ ἐνταῦθα παρουσία, ὀλίγα περὶ τούτων διαλεχθέντες καταπαύσομεν τὸν λόγον. τί σπεύδεις ἐπὶ τὸ προάστειον τῆς πόλεως, εἰπέ μοι; ἰδοὺ τὸ προάστειον τῆς ἄνω Ἱερουσαλήμ· ἰδοὺ [b] Δάφνη πνευματική. ἐκεῖ πηγαὶ ὑδάτων, ἐνταῦθα πηγαὶ μαρτύρων· ἐκεῖ κυπάρισσοι δένδρα ἄκαρπα, ἐνταῦθα λείψανα ἁγίων αἱ ῥίζαι κάτω πεφυτευμέναι, καὶ τοὺς κλάδους εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνατείνουσαι. βούλει καὶ τῶν κλάδων τούτων τὸν καρπὸν ἰδεῖν; ἄνοιξον ἡμῖν τοὺς τῆς πίστεως ὀφθαλμοὺς, καὶ εὐθέως ἐπιδείξω σοι φύσιν καρπῶν θαυμαστῶν. οὐ γὰρ ὀπωρῶν, καὶ ἀκροδρύων, οὐδὲ ἄλλο τι τῶν φθειρομένων καὶ ἀπολλυμένων τούτων τῶν κλάδων ὁ καρπὸς, ἀλλὰ σωμάτων πεπηρωμένων ἴασις, καὶ ἁμαρτημάτων συγχώρησις, κακίας ἀναίρεσις, νοσημάτων ψυχῆς θεραπεία, εὐχὴ ἐκτενὴς, παρρησία πρὸς θεὸν, πάντα πνευματικὰ, καὶ οὐρανίων γέμοντα ἀγαθῶν. οὗτοι οἱ καρποὶ ἀεὶ τρυγώμενοι ἀεὶ βρύουσι, καὶ οὐδέ ποτε ἀπολιμπάνουσι τοὺς

A quis cernens, clypeum, hastam, & loricam, licet omnium sit ignavissimus, statim exsilit, exardescit, & ad bellum promtus exit; atque a conspectu armorum sumit animum, ut easdem actiones aggrediatur: nos qui non arma, sed corpus ipsum cernimus sancti, quod dignum habitum est, ut ob Christi confessionem cruentaretur, licet omnium simus timidissimi, quî possumus non promto esse animo, cum hic aspectus velut ignis quidam in mentem nostram incidat, & ad idem nos certamen invitet? Propterea sanctorum corpora usque ad tempus resurrectionis apud nos deposuit Deus, ut maximæ B philosophiæ materiam haberemus. Verumenimvero ne Martyris laudes linguæ nostræ imbecillitate minuuntor, sed agonothetam Deum exspectent: qui eos coronat, ille & collaudabit. Laus enim eorum, non ex hominibus est, sed ex Deo; nam & hæc ipsa, quæ diximus, non ut illustriorem redderemus Martyrem, diximus, sed ut vos promtiores efficeremus. Nos vero laudibus omissis omnem ad vos orationem convertamus, quin potius Martyrum laudes non possunt omitti, cum in Ecclesia quis de rebus utilibus verba facit. Sed animum advertite; C pravam enim & inveteratam consuetudinem exscindere statui hodierno die, ut non solum ad Martyres accedamus, sed etiam Martyres imitemur. Honos quippe Martyrum est, non si ad eos tantum procedamus, sed præ hoc si fortitudinem ipsorum æmulemur. Quamobrem prius exponenda est prava ista consuetudo: nam ignoto morbo facile non est adhibere medicinam: ideo vulnus prius detego, deinde medicamentum appono. Quænam igitur illa est prava consuetudo? Nonnulli eorum, qui hic hodie congregati sunt; absit enim ut totam Ecclesiam crimine tali condemnem, præ so- D cordia quadam ac simplicitate die crastino derelictis nobis Daphnen properant, ut quæ colligimus hodie, cras effundant, & quæ ædificavimus, destruant. Ne igitur absque fructu huic concioni interfuerint, ubi de his pauca disseruerimus, orationi finem imponemus. Quid quæso properas ad suburbium civitatis? Ecce suburbium Jerusalem illius, quæ sursum est; ecce Daphne spiritualis: illic fontes aquarum, hic fontes sunt Martyrum: illic cupressi arbores infructuosæ, hic reliquiæ sanctorum sunt, ac radices in terra plantatæ, quæ ramos in cælum protendunt. Visne ramorum etiam istorum fru- E ctum intueri? Aperi oculos fidei, tum subito mirabilium tibi fructuum naturam ostendam. Non enim pomorum, aut nucum, nec aliud quiddam eorum quæ corrumpuntur, & pereunt, ramorum est fructus: sed corporum mutilatorum sanatio, & peccatorum remissio, abolitio vitii, morborum animæ curatio, oratio continua, fiducia apud Deum spiritalia cuncta, bonisque cælestibus redundantia. Hi fructus semper decerpti, semper pullulant, nec umquam suos cultores

Moralis exhortatio.

Daphne in agro Antiochiæ suburbano.

[a] Alii, ὁ στεφανώσων.

[b] Reg. unus male, φάτνη.

deficiunt. Atque arbores quidem, quæ nascuntur in terra, semel in anno fructum ferunt, quod si non decerpseris, adventante hyemis tempore corrupto ac dilabente fructu proprium decorem amittunt: hæ vero hyemis nesciæ sunt, & æstatis, non temporum subjacent necessitati, nec suis fructibus nudatæ possunt videri, sed eumdem perpetuo decorem obtinent: non eas umquam corruptio, vel mutatio tempestatum attingit. Quam multi siquidem, ex quo plantatum est corpus istud in terra, sexcentas sanationes ex hoc sancto loculo decerpserunt, nec fructus defecit. Messuerunt segetem, nec consumtæ sunt spicæ; e fontibus hauserunt, nec exinaniti sunt latices, sed perennis est quædam scaturigo, numquam deficiens, sed eo, quod haustum est, copiosius semper miraculum manans effundit. Neque vero tantum miracula operatur, sed philosophari etiam suadet. Sive enim dives sis, ac superbias, & elato sis animo; cum huc veneris ac Martyrem intuitus fueris, quantumque sit inter divitias tuas, & hujus opulentiam discrimen, tecum ipse reputaveris; elatos animos subito deprimes, & deposito fastu, ac tumore, multa cum animæ sanitate discedes: sive pauper ac despectus tibi esse videaris, cum huc veneris & divitias Martyris videris, contemtis & irrisis sæcularium divitiis, multa instructus philosophia recedes; etsi contumeliæ, etsi damna, etsi verbera infligantur: cum te nondum tanta passum esse, quanta sanctus hic Martyr pertulit, videris, magnam hinc capies consolationem. Vides cujusmodi radicum istarum sint fructus? Ut consumi nequeant? ut spirituales sint? ut ad animam ipsam pertingant? Non prohibeo, ne quis in suburbium abeat, sed ne crastino die, prohibeo: quam tandem ob causam? Ne damnationi sit obnoxia delectatio; ut voluptas sit pura, damnatio vero non subrepat. Licet enim alio die, & voluptati indulgere, & eximi peccato. Quod si nunc etiam placeat voluptate perfundi, quid jucundius hoc conventu? Quid theatro spirituali gratius, membris tuis, tuorum fratrum congressu? At etiam corporalis mensæ vis fieri particeps: hic soluto conventu licet juxta Martyrium sub ficu, vel vite diversanti, etiam corpori recreationem indulgere, & condemnatione conscientiam liberare. Martyr enim e propinquo spectatus, & cum sit vicinus, ipsique mensæ adstet, voluptatem in peccatum effundi non sinit: sed tamquam pædagogus aut pater optimus oculis fidei conspectus risum comprimit; indecoras voluptates circumcidit, lascivos omnes insultus carnis tollit, quos illic non licet evadere. Quid ita? Quia nimirum saltantium virorum chori die crastino suburbium occupabunt: at ejusmodi hominum conspectus sæpenumero illum etiam, qui temperanter gerere se voluerit, sensim ad ejusdem turpitudinis imitationem impellit: ac tum maxime cum in

A οἰκείοις αὐτῶν γεωργοῖς. καὶ τὰ μὲν ἐπὶ γῆς φυόμενα δένδρα ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ δίδωσι τὴν φορὰν· κἂν μὴ τρυγήσῃς, ἐπιστάσης τῆς ὥρας τοῦ χειμῶνος ἀπόλλυσι τὴν οἰκείαν εὐπρέπειαν φθειρομένου τοῦ καρποῦ, καὶ καταῤῥέοντος· ταῦτα δὲ οὐ χειμῶνα οἶδεν, οὐ θέρος, οὐκ ἀνάγκῃ καιρῶν ὑπόκειται, οὐδέ ἐστι γυμνὰ τῶν καρπῶν αὐτὰ τῶν οἰκείων ἰδεῖν· ἀλλὰ διὰ παντὸς ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἕστηκεν εὐπρεπείας. οὐχ ἅπτεται αὐτῶν φθορὰ, οὐδὲ μεταβολὴ καιρῶν. πόσοι γοῦν ἐξ οὗ τὸ σῶμα ἐφυτεύθη τοῦτο ἐν τῇ γῇ, μυρίας ἐτρύγησαν ἰάσεις ἀπὸ τῆς ἁγίας ταύτης θήκης, καὶ οὐκ ἐπέλιπεν ὁ καρπός. ἐθέρισαν τὰ λήϊα, καὶ οὐκ ἐδαπανήθησαν οἱ στάχυες· ἤντλησαν τὰς πηγὰς, καὶ οὐκ ἐκενώθη τὰ νάματα· ἀλλὰ συνεχής τίς ἐστιν ἡ B ἐπιῤῥοὴ, οὐδέ ποτε ἐπιλιμπάνουσα, ἀλλὰ τοῦ κενουμένου πλέον ἀεὶ παρέχουσα τὸ ἀναβλύζον θαῦμα. οὐ θαύματα δὲ μόνον ἐργάζεται, ἀλλὰ καὶ φιλοσοφεῖν πείθει. ἄν τε γὰρ πλούσιος ᾖς, καὶ μεγαλοφρονῇς, καὶ φλεγμαίνουσαν ἔχῃς τὴν ψυχὴν, ἐλθὼν ἐνταῦθα, καὶ ἰδὼν τὸν μάρτυρα, καὶ τὸ μέσον λογισάμενος τοῦ σοῦ πλούτου, καὶ τῆς τούτου περιουσίας, καταστελεῖς εὐθέως τὸ φύσημα, καὶ τὴν φλεγμονὴν ἀποθέμενος ἀπελεύσῃ πολλὴν ἔχων ὑγίειαν ἐν τῇ ψυχῇ· ἄν τε πένης καὶ εὐκαταφρόνητος εἶναι νομίσῃς, ἐλθὼν καὶ ἰδὼν τὸν πλοῦτον τοῦ μάρτυρος, καὶ καταγελάσας τῶν χρημάτων τῶν ἔξωθεν, οὕτως ἀναχωρήσεις πολλῆς σαυτὸν ἐμπλήσας φιλοσοφίας, κἂν ἐπή-C ρειαι, κἂν ζημίαι, κἂν μάστιγες ἐπενεχθῶσιν, ἰδὼν, ὅτι οὐδέπω τοσαῦτα ἔπαθες, ὅσα ὁ μάρτυς οὗτος ὁ ἅγιος, ἱκανὴν πάλιν λήψῃ παραμυθίαν ἐντεῦθεν. εἶδες, οἷοι οἱ καρποὶ τῶν ῥιζῶν τούτων; πῶς ἀνάλωτοι; πῶς πνευματικοί; πῶς αὐτῆς ἅπτονται τῆς ψυχῆς; οὐ κωλύω ἀπελθεῖν εἰς τὸ προάστειον, ἀλλ᾽ αὔριον κωλύω. τίνος ἕνεκεν; ἵνα ἡ τέρψις μὴ ἔχῃ κατάγνωσιν· ἵνα καθαρὰ ᾖ ἡ ἡδονὴ, μὴ [a] ὑπεισέλθῃ δὲ ἡ κατάγνωσις. καὶ γὰρ ἔξεστιν ἐν ἄλλῃ ἡμέρᾳ καὶ τῇ τέρψει χρήσασθαι, καὶ τῆς ἁμαρτίας ἀπαλλαγῆναι. εἰ δὲ βούλει καὶ νῦν τέρψεως ἀπολαῦσαι, τί τερπνότερον τοῦ συλλόγου τούτου; τί χαρι-D έστερον τοῦ θεάτρου τοῦ πνευματικοῦ; τῶν μελῶν τῶν σῶν; τῆς τῶν ἀδελφῶν συνουσίας; ἀλλὰ καὶ σωματικῆς θέλεις τραπέζης μετασχεῖν· ἐνταῦθα ἔξεστι μετὰ τὸ λυθῆναι τὸν σύλλογον, [b] τοῦ μαρτυρίου πλησίον ὑπὸ συκῆν ἢ ἄμπελον καταλύσαντα, καὶ τῷ σώματι χαρίσασθαι τὴν ἄνεσιν, καὶ τὸ συνειδὸς ἀπαλλάξαι καταγνώσεως· ὁ γὰρ μάρτυς ἐγγύθεν ὁρώμενος καὶ πλησίον ὢν καὶ παρεστηκὼς αὐτῇ τῇ τραπέζῃ, οὐκ ἀφίησι τὴν ἡδονὴν εἰς ἁμαρτίαν ἐκχυθῆναι· ἀλλ᾽ ὥσπερ τις παιδαγωγὸς, ἢ πατὴρ ἄριστος τοῖς τῆς πίστεως ὁρώμενος ὀφθαλμοῖς καταστέλλει τὸν γέλωτα· περικόπτει τὰς ἡδονὰς τὰς ἀτόπους· τὰ E σκιρτήματα τῆς σαρκὸς ἅπαντα ἀναιρεῖ, ἅπερ ἐκεῖ οὐκ ἔστι διαφυγεῖν. τίνος ἕνεκεν; ὅτι χοροὶ ἀνδρῶν αὔριον τὸ προάστειον καταλαμβάνουσιν· ἡ δὲ τῶν τοιούτων ὄψις καὶ τὸν βουλόμενον σωφρονεῖν ἄκοντα ὑπεξάγει πολλάκις πρὸς τὴν τῆς αὐτῆς ἀσχημοσύνης μίμησιν· καὶ μάλιστα

[a] Alii, ἐπισέλθῃ.

[b] Μαρτύριον, Martyrium sive Ecclesia SS. Martyrum, qua de re non semel superius actum est. Vide in Onomastico.

ὅταν καὶ ὁ διάβολος μέσος ἐκείνοις παρῇ· καὶ γὰρ πάρεστιν ὑπὸ τῶν πορνικῶν ᾀσμάτων, ὑπὸ τῶν αἰσχρῶν ῥημάτων, ὑπὸ τῆς δαιμονικῆς πομπῆς καλούμενος. σὺ δὲ ἀπετάξω πάσῃ ταύτῃ τῇ πομπῇ, καὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ λατρείᾳ συνετάξω κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, καθ' ἣν τῶν ἱερῶν κατηξιώθης μυστηρίων. ἀναμνήσθητι τοίνυν τῶν ῥημάτων ἐκείνων καὶ τῆς συνθήκης, καὶ φύγε τὴν παράβασιν.

Βούλομαι δὲ καὶ πρὸς τοὺς παρόντας καὶ μὴ ἀνιόντας διαλεχθῆναι, καὶ τούτοις ἐγχειρίσαι τὴν ἐκείνων σωτηρίαν. καὶ γὰρ ἰατρὸς πρὸς τὸν κάμνοντα εἰσελθὼν ὀλίγα τῷ κειμένῳ διαλέγεται· τὰ δὲ περὶ φαρμάκων καὶ σιτίων καὶ τῆς ἄλλης θεραπείας, καλέσας τοὺς αὐτῷ προσήκοντας, ἐκείνοις ἅπαντα ἐπισκήπτει. τί δή ποτε; ὅτι ὁ μὲν κάμνων οὐ δέχεται εὐθέως τὴν παραίνεσιν, ὁ δὲ ὑγιαίνων μετὰ πολλῆς προθυμίας προσέχει τοῖς λεγομένοις· διὰ τοῦτο μετὰ τούτων καὶ ὑμῖν βούλομαι διαλεχθῆναι. προκαταλάβωμεν αὔριον τὰς πύλας· ἐφεδρεύσωμεν ταῖς ὁδοῖς· ἄνδρες τοὺς ἄνδρας, γυναῖκες τὰς γυναῖκας κατασπάσωμεν ἀπὸ τῶν ὑποζυγίων· [a] ἐπαναγάγωμεν ἐνταῦθα, μὴ ἐπαισχυνθῶμεν. ἔνθα σωτηρία ἀδελφοῦ, οὐκ ἔστιν αἰσχύνη. εἰ ἐκεῖνοι οὐκ αἰσχύνονται πρὸς τὴν παράνομον πομπὴν ἀνιόντες, πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς αἰσχύνεσθαι οὐ χρὴ πρὸς τὴν ἱερὰν ταύτην πανήγυριν μέλλοντας αὐτοὺς ἐπαναγαγεῖν. ὅταν ἀδελφοῦ σωτηρία πρόκειται, μηδὲν παραιτώμεθα. εἰ γὰρ ὁ Χριστὸς ἀπέθανε δι' ἡμᾶς, ἅπαντα ὑπομένειν δι' αὐτοὺς ἡμᾶς χρή. κἂν πληγὰς ἐντείνωνται, κἂν λοιδορήσωνται, κάτεχε, καὶ μὴ πρότερον ἀποστῇς, ἕως ἂν αὐτοὺς ἐπαναγάγῃς πρὸς τὸν ἅγιον μάρτυρα. κἂν δικαστήριον δέῃ καθίσαι ἐκ τῶν παριόντων, οἱ βουλόμενοι ἀκουέτωσαν· ἀδελφὸν εἰπὲ βούλομαι σῶσαι, ὁρῶ ψυχὴν ἀπολλυμένην, καὶ οὐκ ἀνέχομαι περιϊδεῖν τὴν συγγένειαν· ὁ βουλόμενος ἐγκαλείτω· ὁ βουλόμενος κατηγορείτω· μᾶλλον δὲ οὐδεὶς ἐγκαλέσει, ἀλλὰ καὶ πάντες ἐπαινέσονται, πάντες ἀσπάσονται. οὐ γὰρ ὑπὲρ χρημάτων, οὐδὲ δι' οἰκείαν ἀπέχθειαν ἀμυνόμενος, οὐδὲ ὑπὲρ ἄλλου τινὸς τῶν βιωτικῶν φιλονεικῶ καὶ μάχομαι, ἀλλ' ὑπὲρ ἀδελφοῦ σωτηρίας· ταῦτα τίς οὐκ ἀποδέξεται; τίς οὐ θαυμάσεται; οὐδὲν ἡμᾶς προσήκοντας ἀλλήλοις κατὰ συγγένειαν σαρκικὴν ἡ πνευματικὴ συγγένεια πατέρων φιλοστοργοτέρους ἐποίησεν. εἰ βούλεσθε καὶ τὸν μάρτυρα λάβωμεν μεθ' ἑαυτῶν· οὐκ ἐπαισχύνεται γὰρ ἐλθεῖν, καὶ σῶσαι τοὺς ἀδελφούς. ἐπιστήσωμεν αὐτὸν τοῖς ἐκείνων ὀφθαλμοῖς· φοβηθῶσι παρόντα· αἰδεσθῶσι παρακαλοῦντα καὶ δεόμενον. οὐ γὰρ αἰσχύνεται καὶ παρακαλέσαι. εἰ γὰρ ὁ δεσπότης αὐτοῦ παρακαλεῖ τὴν ἡμετέραν φύσιν· ὑπὲρ Χριστοῦ πρεσβεύομεν, φησὶν ὁ Παῦλος, ὡς τοῦ θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν, [b] καταλλάγητε τῷ θεῷ· πολλῷ μᾶλλον ὁ δοῦλος τοῦτο ποιήσει· ἓν αὐτὸν λυπεῖ μόνον ἡ ἀπώλεια ἡ ἡμετέρα· ἓν εὐφραίνει ἡ σωτηρία ἡ ἡμετέρα, καὶ διὰ τοῦτο οὐ παραιτήσεται οὐδὲν ὑπὲρ αὐτῆς ποιῆσαι. μὴ τοίνυν μηδὲ ἡμεῖς ἐπαισχυνθῶμεν, μηδὲ περιττὸν εἶναι νομίσωμεν. εἰ γὰρ ἄνθρωποι θηραταὶ κρημνοὺς, καὶ ὄρη, καὶ βάραθρα, καὶ πᾶν ἄβατον ἐπέρχονται χωρίον, εἰ

A medio illorum diabolus adfuerit. Adest enim a meretriciis cantilenis, a verbis obscœnis, a diabolica pompa vocatus. At tu hujusmodi pompæ nuncium remisisti, teque Christi cultui mancipasti die illo, quo sacris mysteriis dignus habitus es. Recordare itaque verborum illorum & pacti conventi, & ne illud violes cave.

5. Libet autem & ad eos, qui adsunt nec illuc abierunt, verba facere, atque his salutem illorum commendare; siquidem medicus ad ægrotum ingressus, pauca cum jacente colloquitur: quæ vero pertinent ad B medicamenta, & alimenta, reliquamque curationem, vocatis ejus propinquis, omnia illis injungit. Cur id tandem? quia nimirum æger quidem non protinus admonitionem admittit; sanus autem magna cum diligentia iis quæ dicuntur attendit: idcirco & cum istis vobis etiam colloqui statui. Præoccupemus crastino die portas: obsideamus vias: viri viros, feminæ feminas de jumentis detrahamus: reducamus huc: neque erubescamus: ubi salus est fratris, pudor non est. Si illos non pudet ad iniquam illam pompam prodire, multo minus pudere nos debet illos ad sacram istam so- C lemnitatem revocare. Cum de salute fratris agitur, nihil recusemus. Quando enim Christus propter nos mortuus est, nos propter illos oportet cuncta tolerare. Licet alapas impingant, licet maledictis incessant, retineto, nec prius desistito, quam ad sanctum Martyrem eos reduxeris: licet ad prætereuntium judicium provocandum sit, audiant, qui volent: dic, Salvum facere volo fratrem: pereuntem animam cerno, neque cognatione junctos possum contemnere: reprehendat, qui volet: accuset, qui volet: imo vero nemo reprehendet; omnes D laudabunt: omnes amplectentur. Non enim pecuniarum causa, nec ut propter odium privatum me ulciscar, nec ob aliam rem quampiam sæcularem contendo, pugnoque, sed fraternæ salutis gratia: quis hæc non approbabit? quis non laudabit? Nulla carnis cognatione junctos nos propinquorum amantiores, quam patres, cognatio spiritualis effecit. Si velitis etiam Martyrem nobiscum assumamus: non enim erubescit venire ad fratrum salutem. Objiciamus eum ipsorum oculis: reformident præsentem: revereantur rogantem & obsecrantem: non enim erubescit etiam rogare: nam E si Dominus ejus naturam nostram rogat; *Pro Christo*, inquit Paulus, *legatione fungimur tamquam Deo rogante per nos, reconciliamini Deo*, multo magis servus hoc faciet: unum ipsum contristat solum, perditio nostra; unum exhilarat, salus nostra, & idcirco nihil ejus gratia suscipere recusat. Neque nos igitur erubescamus, neque supervacaneum esse ducamus. Si enim venatores loca prærupta, montes, & barathra, & invia quæque loca pervadunt, seu leporem, aut

Fratrum nostrorum curanda salus.

2. Cor. 5. 20.

[a] Sic Savil. & duo MSS. Regii. in Morel. ἐνταῦθα deest.

[b] Savil. & unus MS. καταλλαγῆναι τῷ θεῷ.

capream, aut aliud quippiam ejusmodi, seu volucres etiam istas plerumque sylvestres venari velint: tu qui non bestiam vilem, sed fratrem spiritualem, propter quem mortuus est Christus, a perditione revocaturus es, non jam montes & saltus, sed portam solum egredi refugis, & erubescis? quam tandem quæso veniam obtinebis? Non audis sapientem quemdam monentem, ac dicentem, *Est confusio adducens peccatum?* Sed ne reprehendat quispiam, times? transfer in me culpam, qui dixi; dic ita jussisse doctorem: ego paratus sum cum illis, qui reprehendunt, disceptare, ac rationem reddere. Imo vero neque vos, neque nos quisquam reprehendet, tametsi valde sit impudens: sed laudabunt omnes; ac nos curæ studiique nomine commendabunt, non in patria tantum nostra, sed & ii qui vicinas habitant urbes, quod apud nos sit tanta vis caritatis, tantus ardor amoris in fratres. Sed quid ego homines dico? ipse Angelorum nos Dominus collaudabit. Cum itaque propositam mercedem noverimus, ne venationem negligamus, neque soli die crastino revertamur, sed unusquisque prædam secum habens adveniat. Si illa tantum hora veneris, qua quisque domo egressus in viam se dat, eumque ad hujus loci visitationem traduxeris, nulla deinceps erit difficultas: sed post lapsum temporis multam ille quoque tibi gratiam habebit, & vos cæteri omnes laudabunt, & efferent; quodque omnium maximum est, multa vobis ob isthæc cælorum Dominus conferet præmia, & lucrum istud & laudem augebit. Quæstum igitur animo versantes, quem inde colligimus, ante urbem omnes effusi comprehensos fratres nostros huc reducamus: ut crastino etiam die plenum nobis theatrum reddatur, ac conventus sit perfectus: ut propter hoc studium nostrum ac diligentiam hic adhibitam in æterna tabernacula sanctus Martyr multa cum fiducia nos recipiat: quam utinam consequi nobis omnibus contingat per gratiam & benignitatem Domini nostri Jesu Christi, per quem & cum quo Patri gloria, una cum sancto & vivifico Spiritu nunc & semper, & in sæcula sæculorum, amen.

Eccli. 4. 25.

A τε λαγωὸν, ἢ δορκάδα, ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων, ἢ καὶ ὄρνιθας πολλάκις ταύτας τὰς ἀγρίας θηρεῦσαι βουλόμενοι· σὺ μέλλων οὐκ ἄλογον εὐτελὲς, ἀλλ' ἀδελφὸν πνευματικὸν, δι' ὃν ὁ Χριστὸς ἀπέθανεν, ἐπαναγαγεῖν ἐξ ἀπωλείας, καὶ οὐκ ὄρη καὶ νάπας, ἀλλὰ τὴν πύλην ἐξελθεῖν μόνον ἀναδύῃ καὶ ἐρυθριᾷς; καὶ ποίαν ἕξεις εἰπέ μοι συγγνώμην; οὐκ ἀκούεις σοφοῦ τινος παραινοῦντος καὶ λέγοντος· ἔστιν αἰσχύνη ἐπάγουσα ἁμαρτίαν; ἀλλὰ δέδοικας μή τις ἐγκαλέσῃ; μετάγαγε τὴν αἰτίαν ἐπ' ἐμὲ τὸν εἰρηκότα· εἰπὲ ὅτι ὁ διδάσκαλος οὕτως ἐκέλευσεν· ἕτοιμος ἐγὼ δικάζεσθαι τοῖς ἐγκαλοῦσι καὶ παρασχεῖν εὐθύνας· μᾶλλον δὲ οὔτε ὑμῖν, οὔτε ἡμῖν B ἐγκαλέσει τις, κἂν σφόδρα ἀναίσχυντος ᾖ· ἀλλ' ἀποδέξονται πάντες, καὶ θαυμάσονται τῆς κηδεμονίας ἡμᾶς, οὐχὶ οἱ ἐν τῇ πατρίδι τῇ ἡμετέρᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ τὰς γείτονας πόλεις οἰκοῦντες, ὅτι τοσαύτη παρ' ἡμῖν ἀγάπης τυραννὶς, τοσοῦτος φιλοστοργίας ζῆλος. ἀλλὰ τί λέγω τοὺς ἀνθρώπους; αὐτὸς ὁ τῶν ἀγγέλων ἡμᾶς ἀποδέξεται δεσπότης. εἰδότες οὖν τὸν μισθὸν, μὴ καταφρονήσωμεν τῆς θήρας· μηδὲ ἐπανέλθωμεν μόνοι αὔριον, ἀλλ' ἕκαστος τὴν ἄγραν ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ οὕτω παραγινέσθω. ἂν τὴν ὥραν ἐκείνην παραγένῃ μόνον, καθ' ἣν τῆς οἰκίας ἐξιὼν ἅπτεται τῆς ὁδοῦ, καὶ μεταστήσῃς αὐτὸν πρὸς τὴν ἐνταῦθα ἄφιξιν, οὐδεμία λοι- C πὸν ἔσται δυσκολία· ἀλλὰ τοῦ καιροῦ προελθόντος πολλὴν εἴσεταί σοι κἀκεῖνος τὴν χάριν, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἐπαινέσουσιν ὑμᾶς, καὶ θαυμάσουσι· καὶ ὃ πάντων μεῖζόν ἐστιν, ὁ τῶν οὐρανῶν δεσπότης πολλοὺς ὑμῖν ὑπὲρ τούτων παρέξει τοὺς μισθοὺς, καὶ τὴν ἐμπορείαν ταύτην, καὶ τὸν ἔπαινον πλεονάσει. ἐννοοῦντες τοίνυν τὸ κέρδος τὸ ἐκεῖθεν ἡμῖν προσγινόμενον, πρὸ τῆς πόλεως ἐκχυθέντες ἅπαντες, καὶ συλλαβόντες τοὺς ἡμετέρους ἀδελφοὺς ἐπαναγάγωμεν ἐνταῦθα· ἵνα καὶ αὔριον ἡμῖν πλῆρες τὸ θέατρον γένηται, οὕτω καὶ ἀπηρτισμένη ἡ πανήγυρις· ἵν' ὑπὲρ τῆς ἐνταῦθα σπουδῆς εἰς D τὰς αἰωνίους ἡμᾶς δέξηται σκηνὰς ὁ ἅγιος μάρτυς μετὰ παῤῥησίας πολλῆς· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

ADMONITIO

AD HOMILIAM IN S. BARLAAMUM MARTYREM.

Ut notat Fronto Ducæus, in Menologio Græcorum quodam manuscripto ad diem 16. Novembris annunciatur festum S. Barlaami Martyris, quemadmodum & in Martyrologio Romano. Alia vero Græcorum Menologia hoc festum ad decimam-nonam Novembris referunt. Sed longe alia tempestate ea solemnitas tempore Chrysostomi celebrabatur. Nam in Homilia in illud Apostoli dictum: Nolo vos ignorare, Fratres, quod Patres nostri omnes sub nube fuerunt, *&c. quæ Homilia die festum S. Barlaami insequente habita est, ut ibidem ait Chrysostomus, diserte dicit S. Doctor hyemem jam præteriisse æstatemque advenisse:* Liberati sumus,

ſumus, *inquit*, hyeme, & æſtate perfruimur, blande afflante zephyro. *Quæ cum ad Novembrem menſem minime quadrare valeant; hinc ſane conſequitur longe diverſo anni tempore celebratum tunc fuiſſe Antiochiæ S. Barlaami Martyris feſtum. Antiochiæ dixi: nam ea in urbe Concio illa habita eſt, in cujus agris, ut ibidem dicitur, frequentia Martyrum ſepulcra exſtabant, quo confluere ſolebant quotquot ex civibus, eorumdem Martyrum memoriam recolere, ipſorumque præſidii conſortes eſſe volebant, quod ſane Antiochiæ competere nemo negaverit. Ad hæc vero ad calcem ejuſdem ſupra memoratæ Homiliæ* τῶν προέδρων ἁπάντων *preces poſtulat: at Conſtantinopoli,* πρόεδρον *nullum Chryſoſtomus noverat, ipſe ſupremus omnium præſes. Annum vero, quo hanc habuit Homiliam, ne conjectura quidem aſſignare poſſumus.*

Interpretatio Latina eſt Frontonis Ducæi.

ΕΓΚΩΜΙΟΝ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ μάρτυρα Βαρλαάμ.

ΣΥΝΕΚΑΛΕΣΕΝ ἡμᾶς εἰς τὴν ἱερὰν ταύτην ἑορτὴν καὶ πανήγυριν ὁ μακάριος Βαρλαάμ· οὐχ ἵνα αὐτὸν ἐπαινέσωμεν, ἀλλ' ἵνα αὐτὸν ζηλώσωμεν· οὐχ ἵνα ἀκροαταὶ γενώμεθα τῶν ἐγκωμίων, ἀλλ' ἵνα μιμηταὶ γενώμεθα τῶν αὐτοῦ κατορθωμάτων. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν βιωτικῶν πραγμάτων, οὐκ ἂν ἕλοιντό ποτε οἱ πρὸς τὰς μεγάλας ἀναβαίνοντες ἀρχὰς ἑτέρους κοινωνοὺς τῆς αὐτῆς προεδρίας ἰδεῖν· φθόνος γὰρ ἐκεῖ καὶ βασκανία διακόπτουσι τὴν ἀγάπην· ἐπὶ δὲ τῶν πνευματικῶν οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαν· τότε γὰρ μάλιστα τῆς οἰκείας τιμῆς αἴσθησιν λαμβάνουσιν οἱ μάρτυρες, ὅταν τοὺς συνδούλους τοὺς ἑαυτῶν πρὸς τὴν τῶν ἰδίων ἀγαθῶν κοινωνίαν φθάσαντας ἴδωσιν. ὥστε εἴ τις βούλεται ἐπαινεῖν μάρτυρας, μιμείσθω μάρτυρας· εἴ τις βούλεται ἐγκωμιάζειν τοὺς ἀθλητὰς τῆς εὐσεβείας, ζηλούτω τὸν ἐκείνων πόνον· τοῦτο τοῖς μάρτυσιν οὐκ ἐλάττω τῶν οἰκείων κατορθωμάτων οἴσει τὴν ἡδονήν. καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι τότε μάλιστα αἰσθάνονται τῶν οἰκείων ἀγαθῶν, ὅταν ἡμᾶς ἴδωσιν ἐν ἀσφαλείᾳ ὄντας, καὶ μεγίστην τιμὴν τὸ πρᾶγμα ἡγοῦνται, ἄκουσον τοῦ Παύλου λέγοντος· νῦν ζῶμεν, ἐὰν ὑμεῖς στήκητε ἐν κυρίῳ. καὶ ὁ Μωσῆς δὲ πρὸ τούτου πρὸς τὸν θεὸν ἔλεγεν· εἰ μὲν ἀφῇς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, ἄφες· εἰ δὲ μή, κἀμὲ ἐξάλειψον ἐκ τῆς βίβλου, ἧς ἔγραψας. οὐκ αἰσθάνομαι τῆς ἄνω τιμῆς διὰ τὴν τούτων δυσπραγίαν φησί· σώματος γάρ ἐστιν ἀκολουθία τῶν πιστῶν τὸ πλήρωμα· τί τοίνυν ὄφελος τὴν κεφαλὴν στεφανοῦσθαι, τῶν ποδῶν κολαζομένων; καὶ πῶς δυνατόν, φησι, μιμήσασθαι μάρτυρας νῦν; οὐδὲ γάρ ἐστι διωγμοῦ καιρός. οἶδα κἀγώ· διωγμοῦ μὲν καιρὸς οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ μαρτυρίου καιρός ἐστι· παλαισμάτων τοιούτων οὐκ ἔστι καιρός, ἀλλὰ στεφάνων καιρός ἐστι· οὐ διώκουσιν ἄνθρωποι, ἀλλὰ διώκουσι δαίμονες· οὐκ ἐλαύνει τύραννος, ἀλλ' ἐλαύνει διάβολος τυράννων πάντων χαλεπώτερος· οὐχ ὁρᾷς ἄνθρακας προκειμένους, ἀλλ' ὁρᾷς φλόγα ἐπιθυμίας ἀναπτομένην. κατεπάτησαν ἐκεῖνοι τοὺς ἄνθρακας, καταπάτησον σὺ τῆς φύσεως τὴν πυράν· ἐπύκτευσαν ἐκεῖνοι πρὸς θηρία, χαλίνωσον σὺ τὸν θυμόν, τὸ ἀνήμερον καὶ ἀτίθασον θηρίον· ἔστησαν ἐκεῖνοι πρὸς ὀδύνας ἀφορήτους, περιγενοῦ σὺ τῶν ἀτόπων καὶ πονηρῶν λογισμῶν τῶν βρυόντων ἐν τῇ

LAUDATIO SANCTI MARTYRIS Barlaam.

A 1. AD ſacram iſtam ſolemnitatem, feſtumque beatus nos Barlaam convocavit: non ut ipſum laudemus, ſed ut ipſum æmulemur: non ut laudum ſimus auditores, ſed ut præclarorum ejus facinorum fiamus imitatores. In ſæcularibus quidem rebus, qui ad magiſtratus ſummos provehuntur, haud alios unquam ejuſdem honoris prærogativæ conſortes vellent cernere: livor enim illic & invidia dividunt caritatem: in ſpiritualibus vero non ita, ſed contrarium penitus evenit: tunc enim maxime honoris proprii ſenſum capiunt martyres, cum ſuos conſervos ad bonorum ſuorum conſortium viderint perveniſſe. Ita-

Omnis poteſtas impatiens conſortis eſt.

B que ſi quis martyres laudare velit, martyres imitetur: ſi quis religionis athletas celebrare præconiis velit, illorum labores æmuletur: hoc nihilo minorem, quam propria recte facta, martyribus afferet voluptatem. Atque ut intelligas tunc eos præcipue ſua bona ſentire, cum in tuto nos viderint collocatos, remque illam maximo ſibi honori ducere, Paulum dicentem audi; *Nunc vivimus, ſi vos ſtatis in Domino.* Et vero Moyſes ante hunc Deo dicebat, *Si quidem dimittis eis peccatum, dimitte: ſin autem, dele me de libro, quem ſcripſiſti:* cæleſtem honorem non ſentio propter iſtorum calamitatem: corporis quædam connexio eſt &

1. Theſ. 3. 8.

Exod. 32. 32.

C ſtructura cœtus fidelium: quid ergo caput coronari prodeſt, dum pedes torquentur? Et quî fieri poteſt, dicet aliquis, ut Martyres imitemur? non enim perſequutionis eſt tempus. Equidem id etiam ſcio: perſequutionis quidem tempus non eſt, at martyrii eſt tempus: luctarum ejuſmodi tempus non eſt, at coronarum eſt tempus: non perſequuntur homines, at perſequuntur dæmones: non vexat tyrannus, at vexat diabolus tyrannorum omnium ſæviſſimus: non objectas prunas conſpicis, at cupiditatis conſpicis flammam accenſam: illi

Martyres quo pacto imitandi.

D prunas calcarunt, tu naturæ pyram calca: illi cum beſtiis pugnarunt, tu iram immitem & indomitam belluam frena: illi adverſus intolerabiles dolores ſteterunt, tu abſurdas, pravaſque cogitationes, quæ in

Collata cum Mſſ. Regiis 1959. & 2343.

corde tuo pullulant, vince: ita martyres imitabere. *Ephes. 6. 12.* *Nunc enim nobis non est colluctatio adversus carnem & sanguinem: sed adversus principes, adversus potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ.* Ignis est cupiditas naturæ, ignis inexstinctus ac perennis, canis est rabidus & insanus: licet millies eum propellas, millies impetum facit, nec absistit: sæva quidem prunarum est flamma, verum hæc vehementior est flamma cupiditatis. Numquam inducias belli hujus obtinemus: numquam pugnæ cessationem obtinemus, dum in hac vita versamur, sed perpetuum est certamen, ut & splendida fiat corona. Propterea Paulus nos semper armat, quia belli est tempus, quia vigilat semper hostis. Visne intelligere cupiditatem non minus quam ignem urere? audi Salomonem dicentem, *Prov. 6. 28.* *Ambulabit quis super prunas ignis, & pedes non comburet? Sic qui intrat ad mulierem proximi sui, & qui tangit eam, non erit innoxius.* Vides ut natura cupiditatis, naturam ignis æmuletur? sicut enim fieri nequit, ut qui tangit ignem, non uratur: ita formosorum vultuum aspectus igne celerius lascive intuentem animam corripit; & velut accensu facilis quædam materies, ita corpora speciosa lascivorum oculis sunt objecta. Quamobrem aspectum exteriorem cupiditatis igni non oportet in alimentum offerre, sed omni ex parte cohibere illum, cogitationibus piis exstinguere, atque ulterius grassantem deflagrationem refrenare, nec animi nostri constantiam sinere supplantari. Sane quidem voluptas omnis, quo tempore perturbationes prævaluerint, solet animum igne vehementius inflammare, nisi quis fortiter cum tolerantia fideque adversus singulas perturbationes decertet: quo pacto beatus atque generosus athleta Christi Barlaam fecit, dum manus ipsius torquetur, integram in dextera pyram gestans, nec dolori cedens, sed ita affectus, ut minus quam statua doloribus obnoxius esset. Imo vero dolebat ille quidem, ac patiebatur; corpus enim erat, quod subjacebat, non ferrum: sed dolens ac patiens, incorporearum virtutum in mortali corpore philosophiam præ se ferebat.

Narrationem de martyrio Barlaam orditur.

2. Verumenimvero martyrium ejus altius exorsus narrabo, ut manifestior fiat historia. Tu vero malitiam diaboli considera: quosdam quidem sanctorum in sartagines impulit, quosdam autem in lebetes immisit igne vehementius bullientes: & horum quidem latera laniavit, illos autem in mare demersit: alios bestiis objecit, alios in fornacem injecit; & horum compages membrorum divulsit, illorum adhuc viventium pelles detraxit: aliorum cruentatis corporibus prunas subjecit, unde scintillæ prosiliebant in ulcera, fera quavis acerbius vulnera mordentes: aliis alia graviora supplicia excogitabat. Postquam igitur hæc omnia derisa vidit, & eos qui passi hæc fuerant, cum

A καρδίᾳ σου· οὕτω μιμήσῃ μάρτυρας. νῦν γὰρ οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας. πῦρ ἐστιν ἡ ἐπιθυμία τῆς φύσεως, πῦρ ἄσβεστον καὶ διηνεκές· κύων ἐστὶ λυττῶν καὶ μεμηνὼς, κἂν μυριάκις αὐτὸν διακρούσῃ, μυριάκις ἐπιπηδᾷ, καὶ οὐκ ἀφίσταται. [a] χαλεπὴ μὲν ἡ τῶν ἀνθράκων φλόξ· ἀλλ' αὕτη δεινοτέρα, ἡ τῆς ἐπιθυμίας· οὐδέποτε ἔχομεν ἐκεχειρίαν τοῦ πολέμου τούτου, οὐδέποτε ἔχομεν ἀνακωχὴν κατὰ τὸν παρόντα βίον, ἀλλὰ διηνεκὴς ὁ ἀγὼν, ἵνα καὶ λαμπρὸς ὁ στέφανος γένηται. Διὰ τοῦτο ἡμᾶς ἀεὶ Παῦλος καθοπλίζει, ἐπει-
B δὴ ἀεὶ πολέμου καιρὸς, ἐπειδὴ ἀεὶ γρηγορεῖ ὁ ἐχθρός. βούλει μαθεῖν, ὅτι πυρὸς οὐκ ἔλαττον ἡ ἐπιθυμία καίει; ἄκουσον τοῦ Σολομῶντος λέγοντος, περιπατήσει τις ἐπ' ἀνθράκων πυρὸς, τοὺς δὲ πόδας οὐ κατακαύσει; οὕτως ὁ εἰσερχόμενος εἰς τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον αὐτοῦ, καὶ πᾶς ὁ ἁπτόμενος αὐτῆς, οὐκ ἀθωωθήσεται. ὁρᾷς, ὅτι φύσις ἐπιθυμίας ἁμιλλᾶται φύσει πυρός; ὥσπερ γὰρ ἀδύνατον πυρὸς ἁπτόμενον μὴ δέξασθαι ἐμπρησμὸν, οὕτω πυρὸς ὀξύτερον τῶν εὐμόρφων ὄψεων ἡ θεωρία τῆς ἀκολάστως βλεπούσης ἐπιλαμβάνεται ψυχῆς· καὶ καθάπερ ὕλη τις [b] εὐπρηστος, οὕτω τὰ λαμπρὰ τῶν σωμάτων τοῖς τῶν
C ἀσελγῶν ὑπόκειται ὀφθαλμοῖς. διὸ χρὴ μὴ παρέχειν τῷ πυρὶ τῆς ἐπιθυμίας τροφὴν τὴν ἔξωθεν θεωρίαν, ἀλλὰ περιστέλλειν αὐτὸ πανταχόθεν καὶ κατασβεννύναι λογισμοῖς εὐσεβέσι, χαλινοῦντας πόρρω φερόμενον τὸν ἐμπρησμὸν, καὶ μὴ συγχωροῦντας αὐτὸ περιτρέπειν τὸ στεῤῥὸν τῆς διανοίας τῆς ἡμετέρας. καὶ πᾶσα δὲ ἡδονὴ ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐπικρατήσεως τῶν παθῶν πυρὸς σφοδρότερον καίειν εἴωθε τὴν διάνοιαν, εἰ μή τις γενναίως μετὰ ὑπομονῆς καὶ πίστεως ἀνταγωνίζοιτο πρὸς ἕκαστον τῶν παθῶν· ὃν τρόπον ὁ μακάριος καὶ γενναῖος ἀθλητὴς τοῦ Χριστοῦ Βαρλαὰμ ἐποίησεν ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ χειρὸς, ὁλόκληρον ἐν τῇ δεξιᾷ
D πυρὰν βαστάζων, καὶ πρὸς τὴν ὀδύνην οὐκ ἐνδιδοὺς, ἀλλὰ τῶν ἀνδριάντων ἀπαθέστερον διακείμενος, μᾶλλον δὲ ἤλγει μὲν, καὶ ἔπασχε· σῶμα γὰρ ἦν τὸ ὑποκείμενον, καὶ οὐ σίδηρος· ἀλγῶν δὲ καὶ πάσχων τὴν τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων ἐν σώματι θνητῷ φιλοσοφίαν ἐνεδείκνυτο.

Ἀλλὰ γὰρ ἄνωθεν αὐτοῦ τὸ μαρτύριον διηγήσομαι, ὥστε σαφεστέραν γενέσθαι τὴν ἱστορίαν. σὺ δέ μοι σκόπει τοῦ διαβόλου τὴν κακουργίαν. τῶν ἁγίων τοὺς μὲν ἤγαγεν
E ἐπὶ τήγανα, τοὺς δὲ εἰς λέβητας ἐνέβαλε τοῦ πυρὸς σφοδρότερον ζέοντας· καὶ τῶν μὲν τὰς πλευρὰς κατέξαινε, τοὺς δὲ εἰς πελάγη κατεπόντισεν· ἄλλους θηρίοις παρέδωκεν, ἑτέρους εἰς κάμινον εἰσήγαγε, καὶ τῶν μὲν ἐξεμόχλευσε τὰ ἄρθρα, τῶν δὲ τὰς δορὰς ἔτι ζώντων [c] ἀπέσυρεν· ἑτέρων τοῖς σώμασιν ἡμαγμένοις ὑπέθηκεν ἄνθρακας, καὶ οἱ σπινθῆρες ἐπεπήδων τοῖς ἕλκεσι, θηρίου παντὸς δριμύτερον τὰ τραύματα δάκνοντες, ἄλλοις ἄλλας ἐπενόει χαλεπωτέρας τιμωρίας. ἐπεὶ οὖν εἶδεν ἅπαντα ταῦτα καταγελασθέντα, καὶ τοὺς ταῦτα παθόντας,

a Alii, χαλεπωτέρα.
b Alii, εὔθραυστος.

c Savil. & unus Reg. ἐπίσυρεν. Sic autem pergunt iidem & alter Regius, ἑτέροις τῶν σωμάτων ἡμαγμένων ὑπέθηκεν.

μετὰ πολλῆς τῆς περιουσίας κρατήσαντας, καὶ τοῖς μετ' αὐτοὺς ἐρχομένοις ἐπὶ τὰ αὐτὰ παλαίσματα μεγίστην τοῦ θαῤῥεῖν ὑπόθεσιν γενομένους, τί ποιεῖ; καινὸν ἐπινοεῖ τρόπον ἐπιβουλῆς· ἵνα τὸ ἀμελέτητον καὶ ἀηθὲς τῆς τιμωρίας καταβάλῃ τὸ φρόνημα τοῦ μάρτυρος. τὸ μὲν γὰρ ἀκουσθὲν καὶ νοηθὲν, κἂν ἀφόρητον ᾖ, τῇ προσδοκίᾳ μελετηθὲν εὐκαταφρόνητον γίνεται· τὸ δὲ ἀμελέτητον, κἂν κοῦφον ᾖ, πάντων ἐστὶν ἀφορητότερον. ἔστω τοίνυν καινὸς ὁ ἀγὼν, ἔστω ξένον τὸ μηχάνημα, ἵνα τὸ καινὸν καὶ παράδοξον θορυβῆσαν τὸν ἀθλητὴν ὑποσκελίσῃ ῥᾳδίως. τί οὖν ποιεῖ; ἐξάγει τὸν ἅγιον ἀπὸ τοῦ δεσμωτηρίου δεδεμένον. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τῆς ἐκείνου κακουργίας ἦν, τὸ μὴ εὐθέως ἐκ προοιμίων χαλεπὰ προσάγειν τὰ μηχανήματα, μηδὲ τὰς φρικτὰς ἐπάγειν τιμωρίας, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἐλαττόνων ἀκροβολίζεσθαι. τί δή ποτε; ἵνα ἂν μὲν ἡττηθῶσιν οἱ ἀγωνιζόμενοι, αἰσχρὰ αὐτῶν ἡ ἧττα γένηται, ὅτι μηδὲ πρὸς τὰ μικρὰ ἀντέστησαν· ἂν δὲ περιγένωνται καὶ νικήσωσιν, ἐν τοῖς ἐλάττοσι προκαταβληθείσης αὐτοῖς τῆς δυνάμεως εὐχείρωτοι γένωνται πρὸς τὰ μείζονα. διὰ τοῦτο προσήγαγε τὰ ἐλάττονα πρότερον, ἵνα κἂν ἕλῃ, κἂν μὴ ἕλῃ, μὴ ἀποτύχῃ. ἂν μὲν γὰρ ἕλω, φησὶ, κατεγέλασα· ἂν δὲ μὴ ἕλω, ἀσθενεστέρους ἐποίησα πρὸς τὰ μέλλοντα. ἐξάγει τοίνυν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ δεσμωτηρίου· ὁ δὲ ἐξῄει καθάπερ ἀθλητὴς γενναῖος ἐν παλαίστρᾳ πολὺν γυμνασάμενος χρόνον· παλαίστρα γὰρ τῷ μάρτυρι τὸ δεσμωτήριον ἦν, κἀκεῖ κατ' ἰδίαν τῷ θεῷ διαλεγόμενος παρ' ἐκείνου τὰ παλαίσματα ἐμάνθανεν ἅπαντα· ὅπου γὰρ δεσμὰ τοιαῦτα, ἐκεῖ καὶ ὁ Χριστὸς πάρεστιν. ἐξῄει τοίνυν ἰσχυρότερος γενόμενος τῇ μακροτέρᾳ τοῦ δεσμωτηρίου διατριβῇ· ἐξελθόντα δὲ αὐτὸν εἰς μέσον ἀγαγὼν ὁ διάβολος διὰ τῶν ὑπηρετουμένων αὐτοῦ τῇ παρανομίᾳ· οὐ προσέδησε τῷ ξύλῳ· οὐ περιέστησε δημίους· ἑώρα γὰρ αὐτὸν τούτων ἐπιθυμοῦντα, καὶ πάλαι αὐτὰ προμελετήσαντα· ἀλλὰ ξένον τι καὶ καινὸν, καὶ μηδέποτε ἐλπισθὲν μηχάνημα προσάγει τῷ πύργῳ, ῥᾳδίως ἐμποιεῖν δυνάμενον τὴν κατάπτωσιν. τοῦτο γάρ ἐστιν αὐτῷ τὸ σπουδαζόμενον ἐπὶ πάντων, ὑποσκελίζειν μᾶλλον ἢ ὀδυνᾷν τοὺς ἁγίους. τί τοίνυν ἐστὶ τὸ μηχάνημα; τὴν χεῖρα κελεύσαντες ὑπτίαν ἐκτεῖναι ὑπεράνω τοῦ βωμοῦ, ἐπέθηκαν ἄνθρακας, καὶ λιβανωτὸν τῇ χειρὶ, ἵνα ἐὰν ἀλγήσῃ, καὶ περιτρέψῃ τὴν χεῖρα, θυσίαν αὐτῷ καὶ παράβασιν τὸ πρᾶγμα λογίσωνται. εἶδες πῶς κακοῦργος ὁ διάβολος; ἀλλ' ὅρα πῶς ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν ἄκυρα ἐποίησεν αὐτοῦ τὰ μηχανήματα, καὶ τὸ τῆς ἐπιβουλῆς ἐπιτεταμένον, καὶ τὸ τῆς κακουργίας ποικίλον προσθήκην καὶ πλεονασμὸν πλείονος δόξης παρεσκεύασε γενέσθαι τῷ μάρτυρι. ὅταν γὰρ μυρία κακουργήσας ὁ ἀνταγωνιστὴς, εἶτα ἡττηθεὶς ἀπέλθῃ, τότε λαμπρότερος γίνεται τῆς εὐσεβείας ὁ ἀθλητής· ὅπερ καὶ ἐνταῦθα συνέβαινεν· ἔμενε γὰρ ὁ μακάριος Βαρλαὰμ ἀκλινῆ καὶ ἀπερίτρεπτον τηρῶν τὴν χεῖρα, καθάπερ ἀπὸ σιδήρου

A ea multa facilitate, ac præstantiori virtute superassent, cæteris qui sequuturi eos essent & in certamina eadem descensuri, magnam confidentiæ occasionem attulisse; quid agit? novum insidiarum genus excogitat: ut incogitatum & insolitum supplicium dejiciat martyris animum, atque percellat. Quod enim auditum est & cognitum, licet intolerabile sit, exspectatione meditatum facile in contemtum venit: quod autem est inopinatum, licet leve sit, id præ cæteris omnibus est intolerandum. Esto igitur novum certamen: esto inusitatum machinamentum, ut nova & inusitata ejus species perturbatum facile athletam supplantet. B Quid ergo facit? sanctum e carcere vinctum educit. Etenim hoc quoque malitiæ illius fuit, quod statim a principio graves machinas non admoverit, nec horrenda supplicia intulerit, sed a minoribus pugnam iniverit: quid ita? ut siquidem ii, qui depugnabant, vincerentur, turpis fieret eorum clades, quod ne exiguis quidem restitissent: sin autem superiores essent ac vincerent, cum in minoribus prius eorum afflictæ vires essent, a majoribus expugnari facile possent. C Idcirco minora prius adhibuit, ut sive expugnaverit, sive non expugnaverit, res præter votum non succedat: sive enim expugnavero, inquit, ipsos derisero: sin autem non expugnavero, infirmiores ad futura reddidero. E carcere igitur ipsum educit: ille vero tamquam generosus athleta multo tempore in palæstra exercitatus exibat: palæstra siquidem martyri carcer erat: ibique seorsum cum Deo colloquens ab illo cuncta luctationis artificia discebat: ubi enim talia vincula, ibi & Christus adest. Itaque egrediebatur longiori carceris habitatione robustior factus; egressum autem illum cum in medium diabolus per eos, qui ipsius improbitati famulabantur, adduxisset, D non ad equuleum alligavit, non carnificibus cinxit: hæc enim eum percupere, ac præmeditatum esse jampridem videbat: sed insolens quoddam ac novum, nec umquam formidatum machinamentum admovet turri, quo facile possit deturbari. Hoc enim est, quod in omnibus studet maxime, ut supplantet potius, quam ut dolore torqueat sanctos. Quodnam igitur illud est machinamentum? Cum super aram extendere manum supinam jussissent, prunas & thus manui imposuerunt, ut si doleat ac manum invertat, perinde illi factum imputent, ac si sacrificaverit atque transgressus lapsus fuerit. E Vides quam versutus sit diabolus? at vide, quo pacto is, qui comprehendit sapientes in astutia eorum, irrita illius machinamenta reddiderit, & insidiarum diligentiam malitiæque vafritiem in auctarium & cumulum gloriæ martyris amplioris verterit. Nam cum innumeris rebus malitiose perpetratis, adversarius deinde victus abscesserit, tum illustrior evadit athleta pietatis: id quod etiam hic evenit. Beatus enim Barlaam nec inclinatam nec inversam manum tenens permansit, quasi ex ferro conflatam

Imponuntur manui ejus prunæ ardentes.

haberet: quamvis si conversa foret manus, ne sic quidem martyris id crimen fuisset.

3. Hic mihi diligenter animum omnes advertite, ut intelligatis, tametsi dextera fuisset inversa, non tamen idcirco victum eum existimandum fuisse: quid ita? quia nimirum, ut de illis, quibus latera deraduntur, aut qui alia quapiam ratione torquentur, judicamus, ita hic quoque judicium ferendum est. Nam si quidem cesserint, ac sacrificarint, tum in imbecillitatem illorum culpa transfertur, quod cum dolores minime ferrent, sacrificarint: si vero, cum in tormentis perseverassent, doluerint illi quidem ob ea, quæ patiebantur, at religionem non prodiderint, nullum eis a quoquam propter hos dolores crimen impingitur: quin potius amplius eos idcirco efferimus, ac laudamus, quod doloribus affecti toleraverint, nec abnegarint. Et hîc igitur, siquidem, cum uri se non ferret, beatus Barlaam sacrificaturum se promisisset, victus esset: si vero non cedente illo manus inversa fuisset, non jam hoc martyris animi crimen esset: non enim ex voluntatis infirmitate, sed naturæ nervorum suo vigore destitutæ, quod inviti etiam sancti manus ab igne fuisset inflexa, istud contigisset. Quemadmodum enim iis, quibus deraduntur latera, non crimini vertimus, quod eorum caro dissecetur: imo ut propius exemplum adducam, sicut eos, qui febri, aut spasmo laborant, nemo accusaverit, quod illis manus incurventur: non enim id eorum ignaviæ culpa fit, sed quod humorem ardore morbi depascente præter naturam compago nervorum contrahatur: ita nec sanctum hunc, si conversa manus esset, accusare quis potuisset. Si enim febris invito etiam ægroto membra contrahere natura sua consuevit, ac distorquere; multo magis hoc impositæ dexteræ prunæ etiam martyre non cedente præstare potuerunt: verumtamen non præstiterunt; ut ex abundanti cognoscas gratiam Dei fuisse, quæ simul aderat, & corroborabat athletam, ac naturæ defectum corrigebat: nec in hoc ipsa quidquam sua conditione & infirmitate dignum passa est: sed quasi ex adamante concreta esset, manus illa permanebat immota. Quis tum id cernens non obstupuisset? quis non cohorruisset? spectabant cælitus Angeli, contemplabantur Archangeli, præclarum erat spectaculum, quod & humanam plane naturam excedebat. Quis enim videre non optasset hominem decertantem, nec ea, quæ sunt hominum patientem? qui altare idem, & victima, & sacerdos factus esset? Quapropter & duplex fumus ascendebat, hic quidem thuris incensi, ille vero liquefactæ carnis: atque hic erat illo suavior fumus, & hæc ipsa præstantior illa fragrantia. Et accidebat idem quod & in rubo; sicut enim rubus ille ardebat, & non comburebatur, sic & hic ardebat quidem

A συγκειμένην ἔχων. καίτοι εἰ περιετράπη ἡ χείρ, οὐδ' οὕτως ἦν ἔγκλημα τοῦ μάρτυρος.

Ἐνταῦθα μοι μετ' ἀκριβείας προσέχετε πάντες, ἵνα μάθητε, ὅτι εἰ καὶ περιετράπη ἡ δεξιὰ, οὐκ ἦν ἧττα τὸ γινόμενον· τί δή ποτε; ὅτι καθάπερ ἐπὶ τῶν τὰς πλευρὰς καταξαινομένων, ἢ καὶ ἑτέρως πως βασανιζομένων κρίνομεν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα δικάζειν χρή. ἂν μὲν γὰρ ἐνδῶσι, καὶ θύσωσι, τὸ ἔγκλημα τῆς ἀσθενείας αὐτῶν γίνεται, ὅτι τὰς ὀδύνας οὐκ ἐνεγκόντες ἔθυσαν· ἂν δὲ ἐγκαρτερήσαντες ταῖς βασάνοις ἀλγήσωσι μὲν ἐφ' οἷς
B πάσχωσι, μὴ προδῶσι δὲ τὴν εὐσέβειαν, οὐδεὶς αὐτοὺς ὑπὲρ τῶν ἀλγηδόνων αἰτιᾶται τούτων, ἀλλὰ διὰ τοῦτο μειζόνως αὐτοὺς ἀποδεχόμεθα, καὶ θαυμάζομεν, ὅτι καὶ ὀδυνηθέντες ὑπέμειναν, καὶ οὐκ ἠρνήσαντο. καὶ ἐνταῦθα τοίνυν, εἰ μὲν οὐκ ἐνεγκὼν ὁ μακάριος Βαρλαὰμ τὸ καίεσθαι ὑπέσχετο θύειν, ἡττήθη· εἰ δὲ αὐτοῦ μὴ ἐνδιδόντος περιετράπη ἡ χείρ, οὐκ ἔστιν ἔγκλημα τοῦτο τῆς γνώμης τοῦ μάρτυρος. οὐ γὰρ τῆς προαιρέσεως ἀσθενούσης, ἀλλὰ τῆς τῶν νεύρων φύσεως κατὰ τὸν ἴδιον τόνον, καὶ ἄκοντος τῆς χειρὸς τοῦ ἁγίου καμπτομένης ὑπὸ τοῦ πυρὸς τοῦτο συνέβαινεν. [a] ὥσπερ γὰρ τοῖς ξαινομένοις τὰς πλευ- a
C ρὰς οὐκ ἐγκαλοῦμεν, ὅτι διασχίζεται αὐτῶν ἡ σάρξ· μᾶλλον δὲ ἵνα ἐγγύτερον ἀγάγω τὸ παράδειγμα· ὥσπερ τοῖς πυρέττουσι καὶ σπωμένοις οὐδεὶς ἂν μέμψοιτο καμπτομένων αὐτοῖς τῶν χειρῶν· οὐ γὰρ τῆς ἐκείνων βλακείας ἐστὶ τὸ γινόμενον, ἀλλὰ τῆς φλογὸς τοῦ νοσήματος τὴν νοτίδα ἀναλισκούσης καὶ συνελκούσης [b] παρὰ φύσιν b λοιπὸν τὴν τῶν νεύρων ἀκολουθίαν· οὕτως οὐδὲ τὸν ἅγιον τοῦτον ἄν τις ἐμέμψατο τῆς χειρὸς περιτραπείσης. εἰ γὰρ πυρετὸς καὶ ἄκοντος τοῦ κάμνοντος συνέλκειν τὰ μέλη πέφυκε καὶ διαστρέφειν, πολλῷ μᾶλλον ἄνθρακες ἐπι-
D κείμενοι δεξιᾷ, καὶ μὴ ἐνδόντος τοῦ μάρτυρος τοῦτο ἂν εἰργάσαντο. ἀλλ' ὅμως οὐκ εἰργάσαντο, ἵνα ἐκ περιουσίας μάθῃς, ὅτι θεοῦ χάρις ἦν συμπαροῦσα καὶ ἀλείφουσα τὸν ἀθλητὴν, καὶ τὸ τῆς φύσεως ἐλάττωμα [c] διορθουμένη· οὔτε αὐτὴ τὰ ἑαυτῆς ἔπαθε κατὰ τοῦτο· c ἀλλ' ὡς ἐξ ἀδάμαντος πεπηγυῖα ἡ χεὶρ ἐκείνη, οὕτως ἀπερίτρεπτος ἔμενεν. τίς τότε ὁρῶν οὐκ ἂν ἐθαύμασε; τίς οὐκ ἂν ἔφριξε; διέκυπτον ἄνωθεν ἄγγελοι· ἐθεώρουν ἀρχάγγελοι· λαμπρὸν ἦν τὸ θέατρον, καὶ ὑπερβαῖνον ὄντως τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν. τίς γὰρ οὐκ ἂν ἐπεθύμησεν ἰδεῖν ἄνθρωπον ἀγωνιζόμενον, καὶ οὐ πάσχοντα τὰ
E τῶν ἀνθρώπων; τὸν αὐτὸν θυσιαστήριον, καὶ ἱερεῖον, καὶ ἱερέα γινόμενον; διὸ καὶ διπλοῦς ὁ καπνὸς ἀνῄει, ὁ μὲν τοῦ λιβανωτοῦ ὀπτωμένου, ὁ δὲ τῆς σαρκὸς τηκομένης· καὶ ἦν ὁ καπνὸς οὗτος ἐκείνου [d] προσηνέστερος· αὕτη δὲ ἡ d εὐωδία ἐκείνης βελτίων. καὶ ταὐτὸ συνέβαινεν ὅπερ καὶ ἐπὶ τῆς βάτου· καθάπερ γὰρ ἐκείνη ἡ βάτος ἐκαίετο, καὶ οὐ κατεκαίετο, οὕτω καὶ ἐνταῦθα, ἐκαίετο μὲν ἡ

a Alii, ὥσπερ γὰρ τοῖς

b Unus Reg. παρὰ φύσιν λοιπὸν τῶν. Infra δεξιᾷ post ἐπικείμενοι, deest in quibusdam Mss.

c Savil. διορθουμένη· οὐδὲν γάρ τι τῶν ἑαυτῆς κατὰ τοῦτο ἐδείκνυ· ἀλλ' ὡς ἐξ. Reg. unus, διορθουμένη· οὐδὲν γάρ τι τῶν ἑαυτῆς κατὰ τοῦτο· ἀλλ' ὡς

d Sic Morel. & unus Reg. Alius Reg. πειστέρος, Savil. θυμηρέστερος.

δεξιά, οὐ κατεφλέγετο δὲ ἡ ψυχή· ἐδαπανᾶτο τὸ σῶμα, καὶ οὐκ ἀνηλοῦτο ἡ πίστις· ἀπηγόρευεν ἡ σάρξ, καὶ οὐκ ἀπηγόρευεν ἡ προθυμία· καὶ οἱ μὲν ἄνθρακες τὸ μέσον τῆς χειρὸς διατρήσαντες ἐξέπιπτον κάτω, ἡ δὲ ἀνδρεία τῆς ψυχῆς οὐ διέπιπτεν· ἀλλ' ἡ μὲν χεὶρ ἀνηλώτο καὶ ἐῤῥύη· σὰρξ γὰρ ἦν, καὶ οὐκ ἀδάμας· ἡ δὲ ψυχὴ ἑτέραν ἐπεζήτει χεῖρα πάλιν, ὥστε καὶ ἐν ἐκείνῃ τὴν καρτερίαν ἐπιδείξασθαι. καὶ καθάπερ στρατιώτης γενναῖος εἰς πολεμίους εἰσελθὼν, καὶ κατακόψας τὴν φάλαγγα τῶν ἀνταγωνιζομένων αὐτῷ, διακλάσας δὲ τὸ ξίφος τῇ πυκνότητι τῶν ἐπαλλήλων πληγῶν, εἶτα ἐπιστραφεὶς ἕτερον ἐπιζητεῖ, διὰ τὸ μηδέπω κόρον εἰληφέναι τῆς τῶν πολεμίων σφαγῆς· οὕτω δὴ καὶ ἡ ψυχὴ τοῦ μακαρίου Βαρλαὰμ τὴν χεῖρα ἀναλώσασα ἐν τῷ κατακόπτειν τὰς φάλαγγας τῶν δαιμόνων, ἑτέραν ἐπεζήτει δεξιὰν πάλιν, ὥστε καὶ ἐν ἐκείνῃ τὴν προθυμίαν ἐπιδείξασθαι. μὴ γάρ μοι τοῦτο εἴπῃς, ὅτι μίαν ἐξέδωκε χεῖρα μόνον· ἀλλὰ τοῦτο πρὸ ἐκείνου ἐννόει, ὅτι ὁ τὴν χεῖρα προδοὺς, οὗτος καὶ τὴν κεφαλὴν ἐξέδωκεν ἂν, καὶ τὰς πλευρὰς προὔδωκε, καὶ πυρὶ, καὶ θηρίοις, καὶ πελάγει, καὶ κρημνῷ, καὶ σταυρῷ, καὶ τροχῷ, καὶ πρὸς πάσας τὰς ἀκουσθείσας ποτὲ τιμωρίας παρετάξατο, καὶ πάντα ἔπαθεν, εἰ καὶ μὴ τῇ πείρᾳ, ἀλλὰ τῇ προθέσει. οὐ γὰρ πρὸς ὡρισμένας κολάσεις ἀποδυτῶσιν οἱ μάρτυρες, ἀλλὰ πρὸς ἀορίστους ἀποδύονται τιμωρίας· οὐ γάρ εἰσι κύριοι τῆς γνώμης τῶν τυράννων, οὐδὲ ὅρους αὐτοῖς καὶ μέτρα τιμωριῶν τιθέασιν· ἀλλ' ὅσα ἂν αὐτοὺς ἡ ἀπάνθρωπος καὶ θηριώδης ἐκείνων γνώμη διαθεῖναι ἐπιθυμήσῃ κακὰ, τοσαῦτα εἰσέρχονται πεισόμενοι· πλὴν ἂν μὴ μεταξὺ τὸ σῶμα ἀπαγορεῦσαν ἀπλήρωτον ἐν τῷ μέσῳ καταλύσῃ τὴν τῶν τυράννων ἐπιθυμίαν. ἐμαραίνετο τοίνυν ἡ σάρξ, καὶ ἡ προαίρεσις προθυμοτέρα ἐγίνετο, αὐτοὺς τοὺς ἄνθρακας παρερχομένη τῇ λαμπρότητι, καὶ μᾶλλον αὐτῶν ἀποστίλβουσα· πνευματικὸν γὰρ ἔνδον ἀνεκαίετο πῦρ πολὺ τοῦ πυρὸς τούτου φλογωδέστερον. διὰ τοῦτο ἐκεῖνος τῆς ἔξωθεν οὐκ ᾐσθάνετο φλογός. ἐπειδὴ τὸ ἔνδον αὐτὸν ἔκαιε πῦρ τὸ διάπυρον καὶ διακαὲς τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ.

Ταῦτα μὴ μόνον ἀκούωμεν, ἀγαπητοὶ, [a] ἀλλὰ καὶ μιμώμεθα. ὅπερ γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἔλεγον, καὶ νῦν λέγω· μὴ μέχρι τῆς παρούσης ὥρας θαυμαζέσθω ὁ μάρτυς μόνον· ἀλλὰ καὶ οἴκαδε ἀπιὼν ἕκαστος ἐπαγέσθω τὸν ἅγιον, καὶ εἰς τὴν οἰκίαν εἰσαγέτω τὴν ἑαυτοῦ, μᾶλλον δὲ εἰς τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν διὰ τῆς τῶν εἰρημένων μνήμης. ὑπόδεξαι αὐτὸν, ὡς προείρηται, καὶ στῆσον ἐπὶ τῆς καρδίας τῆς σῆς τὴν χεῖρα ἔχοντα ἐκτεταμένην· ὑπόδεξαι τὸν στεφανίτην, καὶ μηδέποτε ἀφῇς ἐξελθεῖν τῆς διανοίας τῆς σῆς. διὰ τοῦτο ὑμᾶς καὶ παρὰ τὰς θήκας τῶν ἁγίων μαρτύρων ἠγάγομεν, ἵνα καὶ ἀπὸ ὄψεως λάβητέ τινα παράκλησιν [b] ἀρετῆς, καὶ πρὸς τὸν αὐτὸν ἐπαποδύσησθε ζῆλον. καὶ γὰρ στρατιώτην ἀνίστησι μὲν καὶ ἀκοὴ ἀριστέως· πολλῷ δὲ πλέον ὄψις καὶ θεωρία, καὶ μάλιστα ὅταν εἰς αὐτὴν τοῦ ἀριστέως τὴν σκηνὴν εἰσελθὼν ἴδῃ τὸ ξίφος ἡμαγμένον, τὴν κεφαλὴν

a Hæc, ἀλλὰ καὶ μιμώμεθα, desunt in Savil. & in Regio uno.
b ἀρετῆς deest in Savil. & in uno Regio.

A dextera, sed anima non incendebatur: conficiebatur corpus, at fides non consumebatur: caro fatiscebat, at alacritas animi non fatiscebat. Et prunæ quidem cum volam manus perforassent, deorsum cadebant, at animæ fortitudo non concidebat: sed manus quidem consumta est & diffluxit; caro siquidem erat non adamas; anima vero rursus alteram manum requirebat, ut & in illa tolerantiam exhiberet. Et quemadmodum generosus miles in hostes impressionem faciens, cum adversantium sibi phalangem conciderit, gladiumque continuorum vulnerum crebritate confregerit, deinde conversus alterum requirit, quod eum B nondum cædis hostium satietas ceperit: sic nimirum & beati Barlaam anima cum dæmonum phalanges concidendo manum consumsisset, alteram dexteram requirebat, ut in illa quoque animi alacritatem ostenderet. Noli enim mihi dicere unam illum exposuisse manum tantum: sed hoc potius, quam illud cogita, qui manum tradidit, eum caput etiam exposuisse, ac latera dedisse, & igni, bestiis, mari, præcipitiis, cruci, rotæ, atque omnibus, quæ umquam fando sunt audita, suppliciis objecisse, cunctaque perpessum esse, si minus C experimento, animi quidem certe proposito. Nam nec ad certas se ac definitas pœnas offerunt martyres, sed ad incerta supplicia se accingunt: non enim est in eorum potestate animus tyrannorum, neque terminum illis modumque præscribunt, sed quibuscumque malis eos afficere inhumanus ac belluinus eorum animus desiderarit, tot tantaque illi prodeunt perpessuri: nisi forte interim fatiscens corpus inexpletam in medio tyrannorum cupiditatem fregerit. Tabefiebat ergo caro, at animi propositum alacrius fiebat, quod splendore carbones D ipsos superabat, & multo amplius emicabat: spiritualis siquidem intus ignis accensus erat multo ardentior igne isto; idcirco flammam externam ille minime sentiebat, quod fervidus illum & ardens Christi caritatis ignis intus inflammaret.

Eleganti similitudine factum exornat.

4. Hæc ne audiamus tantum, dilectissimi, sed & imitemur: quod enim a principio dicebam, nunc etiam dico: ne hac tantum hora, qua hic versamur, celebretur martyr, sed & domum abiens unusquisque sanctum deducat, & in ædes suas vel in cor suum potius per eorum, quæ dicta E sunt, recordationem introducat. Suscipe illum, ut ante dictum est, & in corde illum tuo protensam manum habentem siste: suscipe victorem coronatum, nec umquam ex mente tua exire permitte. Idcirco vos etiam ad ipsos sanctorum Martyrum loculos adduximus, ut ipse vos conspectus ad virtutem quodammodo incitet, & ad eumdem vos zelum accingatis. Nam militem quidem præstantissimi cujuspiam bellatoris excitat etiam fama; multo autem vehementius intuitus & aspectus, ac præsertim si ipsum fortissimi bellatoris tentorium ingressus sanguinolentum ensem viderit, ca-

Moralis exhortatio.

A put hostis jacens, spolia sublime pendentia, recentem cruorem ex manibus ejus stillantem, qui tropæum erexit, ubique lanceas & clypeos, & arcus, & omnem aliam armaturam jacentem. Idcirco nos etiam hic convenimus: tentorium enim est militare martyrum tumulus: ac si fidei oculos aperueris, hic justitiæ loricam jacentem intuebere, scutum fidei, galeam salutis, ocreas Evangelii, gladium spiritus, ipsum diaboli caput in terram projectum. Cum enim hominem correptum a dæmone juxta Martyris sepulcrum videris supinum jacentem, ac seipsum persæpe laniantem, nihil aliud nisi mali caput amputatum vides. Namque Christi militibus hæc arma nunc etiam adjacent; & quemadmodum bellatores fortissimos cum suis sepeliunt armis Imperatores, ita fecit & Christus, cum suis eos armis sepelivit: ut etiam ante resurrectionem gloriam omnem virtutemque sanctorum ostenderet. Cognosce igitur spiritualem ipsorum armaturam, & maximis perceptis utilitatibus hinc discedes. Multum & tibi cum diabolo bellum est, dilectissime, multum inquam, magnum & perenne. Disce igitur luctationes, ut victorias imiteris: aspernare divitias, ac pecunias, & omnem reliquam sæculi pompam: ne beatos judices eos, qui divites sunt, sed beatos eos judica, qui martyrium patiuntur: non eos qui in deliciis, sed qui in sartaginibus versantur: non eos, qui opiparæ mensæ assident, sed eos, qui in lebete torrentur: non eos, qui diurnis in balneis, sed eos, qui in diris sunt fornacibus: non eos, qui olent unguenta, sed eos, qui fumum ac nidorem usti emittunt: hic multo illo præstantior & utilior est odor; siquidem ille ad supplicium illos qui eo fruuntur, hic autem ad præmia coronasque cælestes abducit. Atque ut intelligas malam rem esse delicias, usumque unguentorum, & ebrietatem, & vinum immodice sumtum, & opiparam mensam, audi quid dicat Propheta; *Væ dormientes in lectis eburneis, affluentes deliciis in stratis suis, & comedentes hœdos de gregibus, & lactentes vitulos de armentis. Qui bibunt vinum defæcatum, & primis unguentis unguntur.* Quod si hæc veteris testamenti tempore prohibebantur, multo magis tempore gratiæ, ubi major est philosophia. Hæc cum ad viros, tum ad mulieres a me sunt dicta: commune siquidem est stadium; non propter sexus diversitatem divisus est. Christi exercitus, sed unus est cœtus. Possunt & feminæ loricam induere, ac clypeum opponere, telumque jaculari, cum martyrii tempore, tum etiam alio, quod fiduciam ingentem requirat. Et sicut optimus sagittarius, qui recte collimans a chorda sagittam emiserit, omnem hostium conturbat aciem; sic & sancti martyres atque adeo cuncti veritatis bellatores, qui adversus insidias diaboli fraudesque depugnant, tamquam a chorda quadam, a lingua verba bene collimantes emittunt,

Ephes. 6. 12.

Invehitur in delicias & luxum.

Amos 6. 4.

A τοῦ πολεμίου κειμένην, τὰ λάφυρα ἄνω κρεμάμενα, τὸ αἷμα νεαρὸν τῶν χειρῶν ἀποστάζον παρὰ τοῦ τὸ τρόπαιον στήσαντος, πανταχοῦ δόρατα καὶ ἀσπίδας καὶ τόξα καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν πανοπλίαν κειμένην. διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς ἐνταῦθα συνεληλύθαμεν. σκηνὴ γάρ ἐστι στρατιωτικὴ τῶν μαρτύρων ὁ τάφος· κἂν ἀνοίξῃς τοὺς τῆς πίστεως ὀφθαλμοὺς, ὄψει τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης ἐνταῦθα κείμενον, τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου, τὴν κνημῖδα τοῦ εὐαγγελίου, τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος, αὐτὴν τοῦ διαβόλου τὴν κεφαλὴν ἀπερριμμένην χαμαί. ὅταν γὰρ ἴδῃς δαιμονῶντα ἄνθρωπον παρὰ τὸν B τάφον τοῦ μάρτυρος κείμενον ὕπτιον, καὶ σπαράττοντα ἑαυτὸν πολλάκις, οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' ἢ τὴν κεφαλὴν τοῦ πονηροῦ τετμημένην ὁρᾷς. ἔτι γὰρ καὶ νῦν παράκειται ταῦτα τὰ ὅπλα τοῖς τοῦ Χριστοῦ στρατιώταις, καὶ καθάπερ τοὺς ἀριστέας μετὰ τῶν ὅπλων θάπτουσιν οἱ βασιλεῖς, οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησε, καὶ μετὰ τῶν ὅπλων αὐτοὺς ἔθαψεν· ἵνα καὶ πρὸ τῆς ἀναστάσεως δείξῃ πᾶσαν τὴν δόξαν, καὶ τὴν δύναμιν τῶν ἁγίων. μάθε τοίνυν τὴν πανοπλίαν αὐτῶν τὴν πνευματικὴν, καὶ μέγιστα κερδάνας ἀναχωρήσεις ἐντεῦθεν. πολὺς καὶ σοὶ πόλεμος πρὸς τὸν διάβολον, ἀγα- C πητὲ, πολὺς, καὶ μέγας, καὶ διηνεκής· μάθε τοίνυν τὰ παλαίσματα, ἵνα μιμήσῃ τὰς νίκας· καταγέλασον πλούτου, καὶ χρημάτων, καὶ τῆς ἄλλης ἁπάσης τοῦ βίου φαντασίας· μὴ μακαρίσῃς τοὺς πλουτοῦντας, ἀλλὰ μακάρισον τοὺς μαρτυροῦντας· μὴ τοὺς ἐν τρυφῇ, ἀλλὰ τοὺς ἐν τηγάνοις· μὴ τοὺς ἐν τραπέζῃ πολυτελεῖ, ἀλλὰ τοὺς ἐν λέβητι [a] ζέοντι· μὴ τοὺς ἐν βαλανείοις καθημερινοῖς· ἀλλὰ τοὺς ἐν καμίνοις χαλεπαῖς· μὴ τοὺς μύρων ὄζοντας, ἀλλὰ τοὺς καπνὸν καὶ κνίσσαν ἀπὸ τῆς σαρκὸς ὀπτωμένης ἀφιέντας· αὕτη ἡ εὐωδία ἐκείνης βελτίων καὶ λυσιτελεστέρα. ἐκείνη μὲν γὰρ ἐπὶ κόλασιν ἀπάγει τοὺς κεχρημένους αὐτῇ, αὕτη δὲ ἐπὶ βραβεῖα καὶ στε- D φάνους τοὺς ἄνω. καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι πονηρὸν ἡ τρυφὴ, καὶ μύρων ἀλοιφὴ, καὶ μέθη, καὶ οἶνος ἀμετρίαν ἔχων, καὶ πολυτελὴς τράπεζα, ἄκουσον τί φησιν ὁ προφήτης· οὐαὶ οἱ καθεύδοντες ἐπὶ κλινῶν ἐλεφαντίνων, καὶ κατασπαταλῶντες ἐπὶ ταῖς στρωμναῖς αὐτῶν· οἱ ἐσθίοντες ἐρίφους ἐκ ποιμνίων, καὶ μοσχάρια ἐκ βουκολίων γαλαθηνά· οἱ πίνοντες τὸν διυλισμένον οἶνον, καὶ τὰ πρῶτα μύρα χριόμενοι. εἰ δὲ ἐπὶ τῆς παλαιᾶς διαθήκης ταῦτα ἀπηγόρευτο, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῆς χάριτος, ἔνθα πλείων ἡ φιλοσοφία. ταῦτά μοι καὶ πρὸς ἄνδρας, καὶ πρὸς γυναῖκας εἴρηται· κοινὸν γὰρ τὸ στάδιον· οὐ διήρηται τὸ στρατόπεδον τοῦ Χριστοῦ διὰ τὴν φύσιν, ἀλλ' E εἷς ἐστιν ὁ σύλλογος· δύνανται καὶ γυναῖκες ἐνδύσασθαι θώρακα, καὶ ἀσπίδα προβαλέσθαι, καὶ βέλος ἀφεῖναι, καὶ ἐν μαρτυρίου καιρῷ, καὶ ἐν ἑτέρῳ δὲ τοιούτῳ πολλὴν ἀπαιτοῦντι παῤῥησίαν. καὶ καθάπερ τοξότης ἄριστος εὐστόχως τὸ βέλος ἀπὸ τῆς νευρᾶς ἀφιεὶς, ἅπασαν συνταράττει τῶν πολεμίων τὴν τάξιν, οὕτω καὶ οἱ ἅγιοι μάρτυρες, καὶ πάντες δὲ οἱ τῆς ἀληθείας ἀγωνισταὶ, οἱ ἀνταγωνιζόμενοι πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου, ὥσπερ ἀπό τινος νευρᾶς τῆς γλώττης τὰ ῥήματα ἀφιᾶσιν εὐστόχως·

[a] Savil. in marg. & unus Reg. ζέοντας, mox, μεθημερινοῖς, & paulopost κνίσσαν ὀπτωμένους.

καὶ ταῦτα ὥσπερ βέλη πετόμενα διὰ τοῦ ἀέρος, εἰς τὰς ἀοράτους τῶν δαιμόνων ἐμπίπτοντα φάλαγγας, πᾶσαν αὐτῶν συνταράττει τὴν παράταξιν· ὅπερ οὖν καὶ ἐπὶ τοῦ μακαρίου Βαρλαὰμ τούτου γέγονεν· ἀπὸ ψιλῶν γὰρ ῥημάτων ὥσπερ ἀπὸ βελῶν πεμπομένων συνέχεε τὸ τοῦ διαβόλου στρατόπεδον. ταύτην καὶ ἡμεῖς μιμησώμεθα τὴν εὐστοχίαν· οὐχ ὁρᾶτε τοὺς ἀπὸ τῶν θεάτρων καταβαίνοντας μαλακωτέρους γινομένους; τὸ δὲ αἴτιον, ὅτι μετὰ σπουδῆς τοῖς ἐκεῖ γινομένοις προσέχουσι· καὶ γὰρ ὀφθαλμῶν περιστροφὰς, καὶ χειρῶν περιδινήσεις, καὶ ποδῶν κύκλους, καὶ πάντων τῶν ἐν τῇ διαστροφῇ τοῦ λυγισθέντος σώματος φανέντων εἰδώλων τοὺς τύπους ἐναποθέμενοι ταῖς ψυχαῖς οὕτως ἀπέρχονται. πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον ἐκείνους μὲν ἐπὶ λύμῃ τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς τοσαύτην ἐπιδείκνυσθαι πρόνοιαν, καὶ μνήμην ἐνδιάθετον ἔχειν τῶν ἐκεῖ γινομένων· ἡμᾶς δὲ ἀπὸ τῆς ἐνταῦθα μιμήσεως μέλλοντας τοῖς ἀγγέλοις προσισοῦσθαι, μηδὲ τὴν ἴσην ἐκείνοις συνεισφέρειν σπουδὴν περὶ τὴν τῶν εἰρημένων φυλακήν; μὴ, δέομαι, καὶ ἀντιβολῶ, μὴ οὕτω τῆς οἰκείας καταμελῶμεν σωτηρίας, ἀλλ' ἐναποθώμεθα τοὺς μάρτυρας ἅπαντες ταῖς ἑαυτῶν διανοίαις, μετὰ τῶν τηγάνων, μετὰ τῶν λεβήτων, μετὰ τῶν ἄλλων τιμωριῶν· καὶ καθάπερ οἱ ζωγράφοι τὴν εἰκόνα πολλάκις καπνῷ καὶ αἰθάλῃ καὶ χρόνῳ μακρῷ γενομένην ἀμαυροτέραν ἀποσμήχουσιν· οὕτω καὶ σὺ ποίησον, ἀγαπητὲ, τὴν μνήμην τῶν ἁγίων μαρτύρων· ἐπειδὰν εἰσιοῦσαι βιωτικαὶ φροντίδες ἀμαυρώσωσι τὴν διάνοιάν σου, ἀπόσμηξον διὰ τῆς τῶν μαρτύρων μνήμης. ἂν γὰρ ταύτην ἔχῃς ἐν τῇ ψυχῇ σου τὴν μνήμην, οὐ θαυμάσεις πλοῦτον, οὐ πενίαν δακρύσεις, οὐκ ἐπαινέσεις δόξαν καὶ δυναστείαν, οὐδὲν ὅλως τῶν ἀνθρωπίνων, οὐ τῶν φαιδρῶν μέγα τι ὑπολάβῃς εἶναι, οὐ τῶν λυπηρῶν ἀφόρητον· ἀλλὰ πάντων ἐκείνων ἀνώτερος γενόμενος, ἕξεις διδασκαλίαν ἀρετῆς διηνεκῆ τῆς εἰκόνος ταύτης τὴν θεωρίαν. ὁ γὰρ στρατιώτας ὁρῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐν πολέμοις καὶ μάχαις [a] ἀνδριζομένους, οὐκ ἐπιθυμήσει τρυφῆς ποτε· οὐ θαυμάσεται τὸν ὑγρὸν καὶ διαλελυμένον βίον, ἀλλὰ τὸν σκληρὸν, καὶ εὔτονον, καὶ ἐναγώνιον. ποία γὰρ κοινωνία μέθῃ καὶ μάχῃ; γαστρίζεσθαι καὶ ἀνδρίζεσθαι; μύροις καὶ ὅπλοις; πολέμῳ καὶ κώμοις; στρατιώτης εἶ τοῦ Χριστοῦ, ἀγαπητὲ, ὁπλίζου, μὴ καλλωπίζου· ἀθλητὴς εἶ γενναῖος, ἀνδρίζου, μὴ ὡραΐζου. οὕτω μιμησώμεθα τοὺς ἁγίους τούτους· οὕτω τιμήσωμεν τοὺς ἀριστέας, τοὺς στεφανίτας, τοὺς θεοῦ φίλους, καὶ βαδίσαντες τὴν αὐτὴν αὐτοῖς ὁδὸν τῶν αὐτῶν αὐτοῖς στεφάνων ἐπιτευξόμεθα· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A eaque tamquam tela per aërem volantia, cum invisibiles dæmonum in phalanges inciderint, omnem eorum aciem conturbant: quod utique & beato Barlaam evenit: nudis enim verbis tamquam volantibus sagittis emissis, totum diaboli exercitum perturbavit. Hanc & nos jaculandi solertiam imitemur: nonne illos, qui a theatris descendunt, videtis molliores effectos? id vero in causa est, quod iis studiose, quæ ibi fiunt, attendant. Nam cum oculorum inversiones, manuumque contorsiones, ac pedum gyros, & omnium simulacrorum, quæ in distorsione circumacti corporis apparent, imagines in mentibus suis defixerint, deinde discedunt. B Annon igitur indignum est, ut illi tantam in animæ suæ pernicie procuranda solicitudinem exhibeant, ac perennem eorum, quæ illic sunt gesta, memoriam conservent, nos autem, quos isthæc imitatio pares Angelis redditura est, ne æquale quidem illis studium ad ea, quæ dicta sunt, conservanda conferamus? Ne, oro, obtestorque vos, ne salutem nostram ita negligamus, sed mentibus nostris omnes, martyres conditos teneamus, una cum lebetibus, una cum aliis suppliciis, & sicut pictores imaginem sæpe fumo, ac fuligine, longoque tempore inobscuratam detergunt, ac C mundant; sic tu sanctorum martyrum utere memoria, dilectissime: cum obrepentes sæculares curæ tuam mentem obscurarint, eam per martyrum memoriam deterge. Si enim hanc in anima tua memoriam conservaris, non opes suspicies, non paupertatem deplorabis; non gloriam & potentiam laudabis, nihil denique ex rebus humanis, nihil eorum, quæ splendida sunt, magnum esse quiddam arbitrabere, nihil eorum, quæ molesta sunt, intolerandum; sed cum his omnibus superior evaseris, perpetuum ex imaginis hujus contemplatione capies documentum. D Nam qui milites in bellis ac præliis strenue se gerentes quotidie spectat, non deliciarum umquam cupiditate tenebitur, non delicatam & mollem vivendi rationem in precio habebit, sed asperam, & rigidam, atque ad certamen compositam. Quæ enim societas est ebrietati cum pugna? curæ abdominis cum studio fortitudinis? unguentis cum armis, bello & comessationibus? Miles Christi es, dilectissime; armare, non comere: athleta es generosus: viriliter age, non concilia venustatem. Ita sanctos istos imitemur; ita fortes bellatores, coronatos athletas, Dei amicos honoribus prosequamur; & cum per eamdem cum illis viam E incesserimus, easdem cum illis coronas consequemur: quas nobis omnibus utinam obtinere contingat gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri gloria unà cum Spiritu sancto, in sæcula sæculorum, amen.

In eos qui theatrorum spectacula frequenter adeunt.

[a] Savil. & unus Reg. ἀνδραγαθιζόμενος.

AD HOMILIAM IN SANCTAM DROSIDEM MARTYREM

MONITUM.

HANC Homiliam in agro Antiocheno habuit Chrysostomus cum arrepta serenæ diei occasione populum Antiochenum eo deduxit Flavianus Episcopus, ut numero 2. dicitur. Hujus porro S. Martyris pauca admodum supersunt monumenta: vixque aliud quidpiam circa Martyrium certaminaque ejus novimus, quam quod ait S. Doctor eam in rogum conjectam fuisse. Neque solùm S. Drosidem, sed & alios etiam plurimos Martyres, quorum ossa eodem loco deposita erant, laudibus commendat Chrysostomus, eorumque in dæmonas & in morbos quoslibet potestatem deprædicat: ac quantam ex eorum aditu utilitatem decerpere liceat pluribus exponit. De anno quo hæc pronunciata fuit nihil prorsus habemus.

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

LAUDATIO MAGNÆ ET SANCTÆ Martyris DROSIDIS, *& de memoria mortis.*

1. DILIGENTES pastores, ubi per longam hyemem viderint radios Solis affulsisse, diemque calidiorem reddidisse, pecudes e caulis excitas ad pascua consueta deducunt: hos imitatus & bonus iste pastor sacrum hunc gregem, ac spirituale Christi ovile ad hæc spiritualia pascua sanctorum eduxit. Nam exsatiantur quidem & pecudes, dum ad præsepia stant: verum ubi fuerint e caulis egressæ, multo majorem ex campis utilitatem percipiunt, dum in terram pronæ multa cum voluptate dentibus gramen detondent, aërem purum respirant, & claros splendidosque radios solis spectant, & juxta lacus, fontes, & flumina saltitant: neque vero mediocriter eas terra delectat, floribus omni ex parte decorata. Sed non illis tantum, verum etiam nobis hoc multam utilitatem parit: licet enim intus spiritualibus cibis referta proposita nobis esset mensa, tamen hæc ad sanctos istos egressio nescio quo recreat nos solatio, & utilitatem nihilo recreatione minorem parit, non quod purum aërem respiremus, sed quod ad præclara generosorum istorum virorum facinora oculos convertamus, non quod juxta fluminum fluenta, sed quod juxta Spiritus sancti donorum fluenta saltemus, non quod in terram proni dentibus herbam tondeamus, sed quod virtutes Martyrum decerpamus, non quod ornatam floribus terram cernamus, sed quod corpora donis spiritualibus affluentia contemplemur. Ac singulæ quidem Martyrum Ecclesiæ lucrum non exiguum præbent iis, qui apud eas congregantur, sed præ cæteris omnibus ista: simul enim atque vestibulum quis ingressus est, & confestim in oculos undique multitudo sepulcrorum incurrit, & quocumque respexerit, capsulas, memorias, & thecas defunctorum intuetur. Neque vero mediocriter nobis prodest ad

ΕΓΚΩΜΙΟΝ ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΓΙΑΝ μεγαλομάρτυρα Δροσίδα, καὶ εἰς τὸ μεμνῆσθαι θανάτου.

A ΟἹ φιλόπονοι τῶν ποιμένων, ἐπειδὰν διὰ μακροῦ χειμῶνος ἴδωσι λαμπρὰν ἀκτῖνα, καὶ θερμοτέραν γενομένην ἡμέραν, τῶν μάνδρας ἐξαγαγόντες τὰ πρόβατα, πρὸς τὰς συνήθεις ἄγουσι νομάς· τούτους καὶ ὁ καλὸς ποιμὴν οὗτος μιμούμενος, τὴν ἱερὰν ταύτην ἀγέλην, καὶ τὴν πνευματικὴν τοῦ Χριστοῦ ποίμνην πρὸς τὰς τῶν ἁγίων νομὰς ἤγαγε ταύτας τὰς πνευματικάς. Κορέννυνται μὲν ἐπὶ τῆς φάτνης ἑστῶτα τὰ πρόβατα· ἀλλ' ἐπειδὰν ἔξω γένηται τῶν σηκῶν, πλείονα ἀπὸ τῶν πεδίων καρποῦνται τὴν ὠφέλειαν, μετὰ πολλῆς τῆς τέρψεως κατακύπτοντα, καὶ τὴν πόαν διὰ τῶν ὀδόντων ἀπο-
B κείροντα, καθαρόν τε ἀέρα ἀναπνέοντα, καὶ πρὸς ἀκτῖνα βλέποντα διειδῆ καὶ φαιδράν, παρὰ λίμνας καὶ πηγὰς σκιρτῶντα καὶ ποταμούς· φέρει δὲ αὐτοῖς καὶ ἡ γῆ τινα τέρψιν τοῖς ἄνθεσι καλλωπιζομένη πάντοθεν. Οὐκ ἐπ' ἐκείνων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐφ' ἡμῶν τοῦτο πολλὴν ἔχει τὴν ὠφέλειαν. Πλήρης μὲν γὰρ ἡμῖν καὶ ἔνδον ἡ τράπεζα τῶν πνευματικῶν ἐδεσμάτων παρέκειτο, ἀλλ' ἡ πρὸς τοὺς ἁγίους ἔξοδος τούτους ἔχει τινὰ καὶ ψυχαγωγίαν καὶ κέρδος τῆς ψυχαγωγίας οὐκ ἔλαττον, οὐκ ἐπειδὴ καθαρὸν τὸν ἀέρα ἀναπνέομεν, ἀλλ' ἐπειδὴ πρὸς τὰ τῶν γεν-
C ναίων τούτων κατορθώματα βλέπομεν· οὐ παρὰ ποταμοὺς ὑδάτων, ἀλλὰ παρὰ ποταμοὺς χαρισμάτων σκιρτῶντες· οὐ κατακύπτοντες, καὶ πόαν κείροντες τοῖς ὀδοῦσιν, ἀλλὰ μαρτύρων ἀρετὰς ἀναλεγόμενοι· οὐχὶ γῆν ὁρῶντες καλλωπιζομένην ἄνθεσιν, ἀλλὰ σώματα βλέποντες χαρίσμασι βρύοντα πνευματικοῖς. Ἕκαστον μὲν οὖν τῶν μαρτυρίων παρέχει τοῖς συλλεγομένοις κέρδος οὐ μικρόν, μάλιστα δὲ ἁπάντων τοῦτο· ὁμοῦ τε γὰρ ἐπέβη τις τῶν προθύρων, καὶ πλῆθος εὐθέως τάφων πανταχό-
D θεν περιαπίπτει τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ ὅπου περ ἂν ἴδῃ, λάρνακας καὶ μνήματα καὶ θήκας ὁρᾷ τῶν κατοιχομένων. Οὐ μικρὸν δὲ ἡμῖν εἰς φιλοσοφίας μέρος αὕτη συντελεῖ

τῆς

τῶν τάφων ἡ θεωρία. ἡ γὰρ ψυχὴ διὰ τῆς ὄψεως ταύτης, κἂν ῥάθυμος ᾖ, ταχέως συστέλλεται, κἂν σπουδαία καὶ διεγηγερμένη, σπουδαιοτέρα γίνεται· κἂν ἀποδύρηταί τις πενίαν, ἀπὸ τῆς ὄψεως ταύτης εὐθέως παραμυθίαν δέχεται· κἂν ἐπὶ πλούτῳ μέγα φρονῇ, ταπεινοῦται καὶ καταστέλλεται. ἡ γὰρ τῶν τάφων ὄψις ἕκαστον τῶν ὁρώντων τὰ περὶ τῆς τελευτῆς τῆς ἑαυτοῦ καὶ ἄκοντα φιλοσοφεῖν ἀναγκάζει, καὶ πείθει μηδὲν τῶν παρόντων νομίζειν εἶναι βέβαιον, μὴ λυπηρὸν, μὴ χρηστόν· ὁ δὲ ταῦτα πεισθεὶς οὐ ῥᾳδίως ἁλώσεται τῇ τῆς ἁμαρτίας παγίδι. διὰ τοῦτο καὶ σοφός τις παραινεῖ λέγων, ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις σου μιμνήσκου τὰ ἔσχατά σου, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα μὴ ἁμάρτῃς· καὶ ἕτερος δέ τις συνῳδὰ τούτῳ φθέγγεται συμβουλεύων οὕτως· ἑτοίμαζε εἰς τὴν ἔξοδον τὰ ἔργα σου, καὶ παρασκεύαζου πρὸς τὴν ὁδόν· οὐ περὶ τῆς αἰσθητῆς ὁδοῦ διαλεγόμενος, ἀλλὰ περὶ τῆς ἐντεῦθεν ἀποδημίας. ἂν γὰρ διηνεκῶς καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὸ τῆς τελευτῆς προβλέπωμεν ἄδηλον, οὐ ταχέως ἁμαρτησόμεθα. οὔτε γὰρ τὰ λαμπρὰ τοῦ βίου φυσῆσαι, οὔτε τὰ λυπηρὰ καθελεῖν ἡμᾶς καὶ θορυβῆσαι δυνήσεται, ἄδηλον ἑκάτερα τὸ τέλος ἔχοντα. καὶ γὰρ πολλάκις ὁ σήμερον ζῶν οὐδὲ μέχρι τῆς ἑσπέρας μένει. ἔνδον μὲν οὖν ἐν τῇ πόλει ἐνδιατρίβοντας οὐ σφόδρα εἰκὸς τὰ τοιαῦτα μελετᾶν καὶ φιλοσοφεῖν· ἐξελθόντας ἔξω τειχῶν, καὶ πρὸς τοὺς τάφους τούτους ἐλθόντας, καὶ τὸ πλῆθος τῶν κατοιχομένων θεασαμένους, ἀνάγκη πᾶσα καὶ ἑκόντας καὶ ἄκοντας τούτους ἀπὸ τῆς ὄψεως δέξασθαι τοὺς λογισμοὺς, καὶ δεξαμένους ὑψηλοτέρους γενέσθαι, καὶ τῆς πρὸς τὰ βιωτικὰ πράγματα συμπαθείας ἀπαλλαγῆναι. οὐ μόνον δὲ λογισμοὺς τοιούτους δεξόμεθα, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν αἰώνιον ἡμῶν πατρίδα σπεύδειν καὶ παρασκευάζεσθαι ἀρκοῦσαν παράκλησιν ἕξομεν, καὶ πάντα πρὸς τὴν ἀποδημίαν τὴν ἐκεῖ τὰ καθ' ἡμᾶς εὐτρεπίζειν, εἰδότας ὅπερ ἂν ἐνταῦθα τῶν ἡμετέρων καταλίπωμεν, ζημίαν ἡμῖν οἴσειν καταλειφθέν. καθάπερ γὰρ ὁδοιπόρος μακρὰν ὁδεύων ὁδὸν καὶ πρὸς τὴν πατρίδα ἐπειγόμενος τὴν ἑαυτοῦ, ὅπερ ἂν ἐν τῷ πανδοχείῳ καταλίπῃ, πάντως ἀπώλεσε, καὶ ἐζημίωται· οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς ὅσα ἐνταῦθα τῶν ἡμετέρων ἀφέντες ἀπέλθωμεν, ἐζημιώμεθα πάντα· διὸ χρὴ τὰ μὲν μεθ' ἑαυτῶν, τὰ δὲ πρὸ ἑαυτῶν παραπέμπειν ἐκεῖ. ὁδὸς γὰρ ὁ παρὼν βίος ἐστὶ, καὶ οὐδὲν στάσιμον ἔχει, ἀλλὰ καὶ τὰ λυπηρὰ αὐτοῦ, καὶ τὰ χρηστὰ παροδεύομεν. διὰ δὴ τοῦτο μάλιστα πάντων τοῦτο φιλῶ τὸ χωρίον, ὅτι οὐκ ἐν συνάξει μόνον, ἀλλὰ καὶ συνάξεως χωρὶς πολλάκις ἐνταῦθα ἀφικνούμενος, τούτων συνεχῶς ἐμνήσθην τῶν λόγων, τῶν ὀφθαλμῶν μου τοὺς τάφους ἐν ἐρημίᾳ πολλῇ μεθ' ἡσυχίας περισκοπούντων, καὶ τὴν ψυχὴν πρὸς τοὺς κατοιχομένους ἐκ τῆς ἐκεῖ παραπεμπόντων καταστάσιν.

A inserendam animis nostris modestiam ac philosophiam hoc spectaculum tumulorum. Animus enim sive segnis sit, hoc aspectu commotus, statim percellitur: sive diligens sit & excitatus, diligentior redditur: sive paupertatem quis lamentetur, ex hoc statim aspectu consolationem percipit: sive divitiis intumescat, humilis fit & contrahitur. Hic enim aspectus sepulcrorum unumquemque spectatorum cogit invitum de sua morte philosophari, utque nihil in hoc mundo stabile esse censeat, persuadet; seu molestum sit, seu jucundum: porro is cui persuasum hoc fuerit, non facile peccati laqueo capietur. Propterea sapiens admonet
B quispiam dicens: *In omnibus sermonibus tuis memorare novissima tua, & in æternum non peccabis*: & alter quispiam his consona loquitur, dum ita consulit: *Præpara in exitum opera tua, & præpara te ad iter*: non quod de sensibus subjecto itinere verba faciat, sed de discessu ex hac vita. Nam si perpetuo ac singulis diebus, quam incertus sit obitus, præmeditemur, haud facile peccata committemus: sed neque rebus hujus vitæ splendidis atque magnificis intumescere, neque molestiis deprimi poterimus aut turbari, cum incertus utrarumque sit finis. Sæpe namque qui hodie vivit, ne ad vesperam quidem est superstes. Itaque si in urbe
C remansissemus, non admodum verisimile est nos talia meditaturos ac philosophaturos fuisse, at extra pomœrium egressos, & ad hæc sepulcra venientes, atque hanc defunctorum multitudinem spectantes necesse plane fuit, vellemus nollemus, hoc conspectu admonitos has cogitationes animo volvere, ac sublimiores fieri, dum illas volvimus, omnemque erga res sæculares affectum exuere. Neque vero tantum ejusmodi cogitationes animum nostrum subibunt, sed & sufficienti cohortatione concitabimur, ut ad æternam patriam nostram festinemus, ad eamque nos comparemus, &
D omnia nobis ad illam profectionem necessaria præparemus, cum sciamus, quamcumque rerum nostrarum hic reliquerimus, eam nobis detrimentum allaturam. Nam quemadmodum qui longum iter viator conficit, & in patriam suam redire festinat, quodcumque reliquerit in hospitio, plane amittit, ejusque jacturam facit: sic nimirum & nos quascumque res nostras hic dimittentes abierimus, earum omnium jacturam faciemus: quam ob causam nobiscum ferre quasdam oportet, quasdam an-
E te nos illuc transmittere. Est enim via præsens vita, neque stabile quidquam habet, sed res ejus molestas, & jucundas pertransimus. Quam ob causam hunc præ ceteris omnibus locum diligo, quod non tempore collectæ solum, sed & absque collecta huc venienti horum mihi verborum memoria refricetur, dum semotis arbitris multa cum tranquillitate oculos meos per hæc sepulcra circumfero, quorum conspectu animus meus ad defunctos, & ad illorum statum traducitur.

SS. Reliquiarum utilitas.

Eccli. 7. 40.

Prov. 24. 27.

De Flaviano loquitur Episcopo.

2. Propterea nimirum & generoſum hunc A patrem laudo, quod arrepta ſerenæ diei occaſione nos huc eduxerit, præcedente nos viamque nobis monſtrante beata Droſide, cujus memoriam celebramus. Nam præter ea, quæ dicta ſunt, majorem ex loco poſſumus fructum decerpere. Cum enim aliis capſulis prætermiſſis ad Martyrum thecas venimus, ſublimius efferuntur nobis animi, fortior fit anima, major alacritas, fides ardentior. Cum igitur labores, certamina, præmia, palmas, coronaſque ſanctorum iſtorum nobiſcum reputamus, altera nobis humilitatis occaſio rurſus occurrit. Sive enim ab aliquo præclara facinora B ſint patrata, nihil ſe magnum geſſiſſe arbitrabitur, ſi ſuam virtutem cum illorum certaminibus comparaverit: ſive nihil magnum bonumve præſtiterit, nequaquam de ſua ſalute deſperabit, cum a fortitudinis iſtorum exemplo ſibi ſentiat cohortationem adhiberi, ut ad ſtudium virtutis ſe traducat, ſecumque cogitet, accidere aliquando poſſe, ut & ipſe fortaſſe Dei benignitate adjutus tales aliquos ſaltus edat, & in cælum confeſtim aſcendat, ſummamque apud Deum fiduciam & gratiam obtineat, ac de his aliiſque multo pluribus philoſophantes poſſumus hinc diſcedere. Martyrum quippe mors, fidelium eſt exhortatio, Eccleſiarum fiducia, Chriſtianiſmi C confirmatio, mortis deſtructio, reſurrectionis demonſtratio, dæmonum ignominia, diaboli accuſatio, philoſophiæ doctrina, ad res ſæculi hujus ſpernendas adhortatio, & ad futuras deſiderandas via, ſolatium in malis, quibus obſidemur, occaſio patientiæ, materia tolerantiæ, bonorum omnium radix, fons, & parens: ac ſi placet, horum ſingula demonſtrabimus, dicemuſque, qua ratione fidelium ſit exhortatio, Eccleſiarum fiducia, demonſtratio reſurrectionis, & reliqua omnia, quæ nunc dixi. Cum igitur ineunda ſunt nobis certamina cum Gentilibus, ac de dogmatibus D pugnæ, noſtramque illi fidem accuſant, cum cæteris hoc etiam illis objiciamus, Martyrum, inquam, mortem, dicentes, Quis perſuaſit iſtis, ut præſentem vitam contemnerent? Nam ſi mortuus eſt Chriſtus, nec reſurrexit, quis hæc ſupra naturam præclara geſſit facinora? Ut enim probent humanæ virtutis hoc non eſſe, tot millibus a tam longo tempore non virorum tantum, ſed & mulierum, & virginum innuptarum, & puerorum parvorum perſuadere, ut vitam præſentem negligant, & audacter ſe beſtiis offerant, ignem E aſpernentur, omne pœnarum ac ſuppliciorum genus deſpiciant, atque ad futuram vitam feſtinent, nihil argumentis noſtris indigebunt, ſed ſeipſos interrogabunt, & ſufficientem ex iis quæ dicta ſunt demonſtrationem aſſument. Nam ex quo tempore Chriſtus advenit, infideles fuerunt Imperatores, fuerunt & fideles, ſed infideles plerique ad barathra & rogos & prærupta loca, & maria, & beſtiarum furorem, ac

Alterâ occaſio humilitatis ex aſpectu reliquiarum.

* Hic addendum videtur συγκρίνων, vel quid ſimile.

Martyres reſurrectionem Chriſti probant.

A Διὰ δὴ ταῦτα καὶ τὸν γενναῖον τοῦτον θαυμάζω πατέρα, ὅτι γαλήνης ἡμέρας ἐπιλαβόμενος ἐνταῦθα ἡμᾶς ἐξήγαγε, προηγουμένης δὲ καὶ ὁδηγούσης τῆς μακαρίας Δροσίδος, ἧς τὴν μνήμην ἐπιτελοῦμεν. καὶ γὰρ πρὸς τοῖς εἰρημένοις ἕτερόν τι μεῖζον ἀπὸ τοῦ τόπου κέρδος ἐστὶ καρπώσασθαι. ὅταν γὰρ τὰς ἄλλας παραδραμόντες λάρνακας ἐπὶ τὰς τῶν μαρτύρων θήκας ἔλθωμεν, ὑψηλότερον ἡμῖν τὸ φρόνημα γίνεται, εὐτονωτέρα ἡ ψυχὴ, μείζων ἡ προθυμία, θερμοτέρα ἡ πίστις. ἐπειδὰν οὖν τοὺς πόνους καὶ τοὺς ἀγῶνας καὶ τὰ ἔπαθλα καὶ τὰ βραβεῖα καὶ τοὺς στεφάνους τῶν ἁγίων ἀναλογισώμεθα τούτων, B πάλιν ἑτέραν μείζονα πρόφασιν ταπεινοφροσύνης εὑρίσκομεν. κἂν γὰρ μεγάλα τις ᾖ κατωρθωκὼς, οὐδὲν ἡγήσεται μέγα πεποιηκέναι, αὐτοῦ τὴν ἀρετὴν τοῖς ἐκείνων παλαίσμασι *· κἂν μηδὲν ᾖ μέγα καὶ ἀγαθὸν εἰργασμένος, οὐκ ἀπογνώσεται τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας, πρὸς ἀρετῆς μεταβολὴν ἀπὸ τῆς ἀνδρείας τούτων λαβὼν παράκλησιν, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἐννοήσας, ὅτι συμβήσεταί ποτε καὶ αὐτὸν ἴσως τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας καταξιούσης, τοιαῦτα ἅλλεσθαι ἅλματα, καὶ ἀθρόον πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀναβῆναι, καὶ τῆς μεγίστης ἐκείνης παῤῥησίας ἐπιτυχεῖν, καὶ ταῦτα καὶ ἕτερα πολλῷ πλείονα τούτων ἐντεῦθέν ἐστι φιλοσοφήσαντας ἀπελθεῖν. μαρτύρων γὰρ θάνατος πιστῶν ἐστι παράκλησις, ἐκκλησιῶν παῤῥησία, C Χριστιανισμοῦ σύστασις, θανάτου κατάλυσις, ἀναστάσεως ἀπόδειξις, δαιμόνων γέλως, διαβόλου κατηγορία, φιλοσοφίας διδασκαλία, παραίνεσις τῆς ὑπεροψίας τῶν παρόντων πραγμάτων, καὶ τῆς τῶν μελλόντων ἐπιθυμίας ὁδὸς, παραμυθία τῶν κατεχόντων ἡμᾶς δεινῶν, καὶ ὑπομονῆς πρόφασις, καρτερίας ἀφορμὴ, καὶ πάντων τῶν ἀγαθῶν ῥίζα, καὶ πηγὴ, καὶ μήτηρ· καὶ εἰ βούλεσθε τούτων ἕκαστον ἀποδείξομεν, καὶ ἐροῦμεν πῶς ἐστι πιστῶν παράκλησις, ἐκκλησιῶν παῤῥησία, ἀναστάσεως ἀπόδειξις, καὶ τὰ λοιπὰ ἅπαντα, ἅπερ εἶπον νῦν. ὅταν οὖν πρὸς Ἕλληνας ἡμῖν ἀγῶνες κινῶνται καὶ D μάχαι περὶ δογμάτων, καὶ διαβάλλωσιν ἡμῶν τὴν πίστιν, μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο προβαλλώμεθα πρὸς ἐκείνους, τῶν μαρτύρων φημὶ τὸν θάνατιν, λέγοντες, τίς τούτους ἔπεισε τῆς παρούσης καταφρονῆσαι ζωῆς; εἰ γὰρ ἀπέθανεν ὁ Χριστὸς καὶ οὐκ ἀνέστη, τίς τὰ ὑπὲρ φύσιν ταῦτα κατώρθωσεν; ὅτι γὰρ οὐκ ἀνθρωπίνης δυνάμεως μυριάδας τοσαύτας ἐκ τοσούτου χρόνου οὐκ ἀνδρῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ γυναικῶν καὶ παρθένων ἀπειρογάμων καὶ παιδίων μικρῶν πείθειν ὑπερορᾷν τῆς παρούσης ζωῆς, E καὶ κατατολμᾷν θηρίων, καταγελᾷν πυρὸς, καταπατεῖν ἅπαν εἶδος κολάσεως καὶ τιμωρίας, καὶ πρὸς τὴν μέλλουσαν ἐπείγεσθαι ζωὴν, οὐδὲ τῶν ἡμετέρων ἐλέγχων δεήσονται, ἀλλ' ἑαυτοὺς ἐρωτῶνται, καὶ ἱκανὴν ἀπόδειξιν λήψονται τῶν λεγομένων. ἐξ οὗ γὰρ ὁ Χριστὸς παρεγένετο, γεγόνασι μὲν ἄπιστοι βασιλεῖς, γεγόνασι δὲ καὶ πιστοὶ, ἀλλὰ τῶν μὲν ἀπίστων οἱ πλείους ἐπὶ βάραθρα, καὶ πυρὰς, καὶ κρημνοὺς, καὶ πελάγη, καὶ θηρίων

μανίαν, καὶ πολυτρόποις κολάσεις καὶ τιμωρίας τοὺς πιστοὺς ἦγον, παντὶ τρόπῳ τὴν πίστιν ἀναμοχλεύοντες τῆς ἐκείνων ψυχῆς, καὶ οὐδὲν ἤνυσαν, ἀλλὰ καταγελασθέντες ἀπῆλθον, τῶν μὲν πιστευόντων παντὶ τρόπῳ κοπτομένων, τῆς πίστεως δὲ αὐξομένης μειζόνως. εὐσεβὴς δὲ βασιλεὺς οὐδεὶς οὐδέ ποτε ἄνδρα ἄπιστον κολάσαι καὶ τιμωρήσασθαι εἵλετο, καταναγκάζων ἀποστῆναι τῆς πλάνης. ἀλλ' ὅμως καὶ οὕτως αὐτομάτως καταρρεῖ καὶ ἀπόλλυται, ἵνα μάθῃς καὶ τῆς ἀληθείας τὴν ἰσχὺν, καὶ τοῦ ψεύδους τὴν ἀσθένειαν, τοῦ μὲν αὐτομάτως καὶ μηδενὸς ἐνοχλοῦντος ἀπολλυμένου, τῆς δὲ διὰ τῶν κωλυόντων αὐξομένης, καὶ πρὸς ὕψος αἰρομένης ἄφατον· τὸ δὲ αἴτιον ὅτι καὶ ζῇ καὶ ἐνεργεῖ ταῖς τῶν μαρτύρων ψυχαῖς ὁ Χριστός. ὅταν οὖν λέγωσιν, ὅτι οὐκ ἀνέστη, ταῦτα αὐτοὺς ἐρωτῶμεν. καὶ τίς ταῦτα κατώρθωσεν; ὁ νεκρὸς εἰπέ μοι; ἀλλὰ τοσοῦτοι γεγόνασιν νεκροὶ, καὶ οὐδεὶς τοιαῦτα εἰργάσατο. ἀλλὰ μάγος καὶ γόης ἦν; ἀλλὰ πολλοὶ καὶ μάγοι καὶ γόητες καὶ πλάνοι γεγένηνται, καὶ πάντες σεσίγηνται, καὶ λείψανον αὐτῶν οὐκ ἔστιν οὐδαμοῦ, ἀλλὰ συναπεσβέσθη τῇ ζωῇ καὶ τὰ τῆς μαγγανείας αὐτοῖς· τὰ δὲ τοῦ Χριστοῦ καθ' ἑκάστην αὔξεται τὴν ἡμέραν, καὶ μάλα εἰκότως. οὐ γὰρ γοητείᾳ ἐγίνετο τὰ γινόμενα, ἀλλὰ θείᾳ δυνάμει, διὰ τοῦτο οὐδὲ καταλύεται. μᾶλλον δὲ οὐκ ἀπὸ τούτου τῆς δυνάμεως ἀπόδειξιν ποιοῦμαι μόνον ὅτι αὔξεται, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐπ' ἀγαθῷ, καὶ τῇ τῆς ἡμετέρας ζωῆς σωτηρίᾳ. μετὰ γὰρ τὴν ἐκείνου παρουσίαν ἐκ θηρίων ἄνθρωποι γεγόνασιν οἱ τὴν γῆν οἰκοῦντες, μᾶλλον δὲ ἐξ ἀνθρώπων ἄγγελοι πάντες, οἱ μετ' ἀληθείας αὐτῷ προσέχοντες: ἀλλ' ἠπατήθησαν καὶ παρελογίσθησαν οἱ μάρτυρες, φησὶ, καὶ διὰ τοῦτο τῆς παρούσης κατεφρόνησαν ζωῆς. εἶτα οἱ πρότεροι τοὺς δευτέρους οὐκ ἀνέπεισαν, οὐδὲ οἱ δεύτεροι τοὺς τρίτους, ἀλλ' ὅσῳ προῄει τὰ τῶν διωγμῶν, τοσούτῳ καὶ τοῦτο ἐπεδίδου τὸ κατόρθωμα, καὶ οὐδεὶς ἐν οὕτω μακρῷ χρόνῳ τὴν ἀπάτην συνεῖδε. καὶ ποῦ ταῦτα λόγον ἂν ἔχοι; εἰ δὲ ἠπάτηντο, πῶς τὴν κόνιν αὐτῶν δεδοίκασιν οἱ δαίμονες; πῶς καὶ τοὺς τάφους φεύγουσιν; οὐδὲ γὰρ ἐπειδὴ νεκροὺς φοβοῦνται δαίμονες, τοῦτο πάσχουσιν. ἰδοὺ γὰρ μυρίοι νεκροὶ πανταχοῦ τῆς γῆς, κἀκείνοις μὲν προσεδρεύουσι, καὶ πολλοὺς ἂν ἴδῃ τις δαιμονῶντας ἐν ἐρημίαις διατρίβοντας καὶ τάφοις· ἔνθα δὲ τῶν μαρτύρων ὀστᾶ κατορώρυκται, ὡς ἀπὸ πυρός τινος καὶ κολάσεως ἀφορήτου φεύγουσι, τὴν ἔνδον μαστίζουσαν αὐτοὺς δύναμιν μετὰ λαμπρᾶς ἀνακηρύττοντες φωνῆς.

Ἀλλ' ἐντεῦθεν μὲν, ὅτι τῆς ἀσθενείας τῶν δαιμόνων ἔλεγχος ὁ τῶν μαρτύρων ἐστὶ θάνατος, ἀποδέδεικται· ὅτι δὲ καὶ τῆς ἀναισθησίας αὐτῶν ἐστι κατηγορία τὸ πρᾶγμα, δῆλον ἐκεῖθεν. ὅταν γὰρ οὗτοι μὲν, οἱ μάρτυρες λέγω, σώματι καὶ φυσικαῖς ἀνάγκαις ὑποκείμενοι, καὶ πολὺν ὀδυνῶν ὄχλον καὶ ἀλγηδόνων ἔχοντες περιεστῶτα, καὶ τὸν ἐπίκηρον ζῶντες βίον, καὶ διατρίβοντες ἐπὶ γῆς, οὕτω φαίνωνται τῆς παρούσης ὑπερορῶντες ζωῆς διὰ τὴν

A varia suppliciorum & pœnarum genera fideles abducebant, & omnibus modis fidem ex illorum animis evellere conabantur, & nihil perfecerunt, sed irrisi abierunt, dum fideles quidem omnibus modis vexarentur, at fides amplius cresceret. Nullus autem ex piis imperatoribus umquam adductus est, ut torqueret, ac suppliciis cogeret ab errore discedere. Nihilominus tamen sponte diffluit, ac perit, ut veritatis robur agnoscas, & mendacii imbecillitatem, cum & hoc sponte ac nullo insultante pereat, hæc autem per eos, a quibus impeditur, augeatur, atque in immensam sublimitatem attollatur. B Hujus autem rei causa est, quod vivat Christus, & in Martyrum animabus operetur. Si quando igitur dixerint, ipsum minime resurrexisse, hæc ex illis sciscitemur, & quis ista perfecerit? Num quæso mortuus aliquis? Atqui tam multi fuere mortui, nec ullus talia præstitit. At enim magus & præstigiator erat? Atqui multi magi & præstigiatores fuerunt, & omnes silentio involvuntur, nec ullæ ipsorum uspiam reliquiæ restant, sed una cum ipsorum vita illorum quoque præstigiæ sunt exstinctæ: Christi vero religio singulis diebus augetur, ac merito sane. Non enim magicis C artibus fiebant, sed virtute divina, quæ gerebantur, ideoque non pereunt. Imo vero non ex hoc tantum argumenta duco potentiæ ejus, quod augeatur, sed quod in bonum & ad salutem vitæ nostræ: siquidem post ejus adventum ex belluis homines facti sunt terrarum incolæ, vel potius ex hominibus Angeli, omnes qui cum veritate illi adhæserunt. At decepti sunt, & seducti Martyres, inquit, atque idcirco vitam præsentem neglexerunt. Deinde priores non persuaserunt secundis, neque secundi tertiis, sed quanto magis progrediebantur persequutiones, tanto etiam majora præclarum D illud facinus incrementa capiebat: nec ullus tanto tempore fraudem agnovit. Quis hæc rationi consentanea judicet? Quod si decepti sunt, quî fit, ut eorum pulverem dæmones pertimescant? quî fit, ut eorum etiam tumulos fugiant? Neque enim id eis accidit, quod mortuos dæmones reformident. Ecce namque mortui sunt ubique terrarum innumeri, & illis assident, ac multos videre possumus a dæmone correptos, qui in desertis ac sepulcris degunt: ubi vero Martyrum defossa sunt ossa, inde tamquam ab igne quodam & intolerando supplicio E resiliunt, ac virtutem ipsos intus flagellantem clara voce divulgant.

Sanctorum reliquiæ timentur a dæmonibus.

3. Atque hinc quidem ostensum est, indicium esse dæmonum infirmitatis mortem Martyrum: porro stuporem ac pervicaciam illorum hac eadem re maxime revinci, inde constabit. Cum enim isti, nempe Martyres, corpori ac naturalibus obnoxii necessitatibus, atque ingenti dolorum ac molestiarum multitudine circumsessi caducam vitam agentes, & in terris degentes, ita præsentem vitam spernere videantur, propter

suam in Deum, a quo creati sunt, caritatem: illi vero, & carnis expertes, & ab omni hoc dolore molestiaque immunes, ita contumeliosi fuisse atque in suum benefactorem ingrati cernantur, quæ tandem illis excusationis aut veniæ spes relinquetur? Nulla plane, cum istorum virtus illorum nequitiam summopere condemnet. Non enim homines, tantum homines, & qui diligentiores sunt, negligentiores condemnant, sed etiam ipsos dæmones diligentia istorum damnat. Atque hoc declarabat Paulus,
1.Cor.6.3. cum diceret: *Nescitis, quoniam Angelos judicabimus? quanto magis sæcularia?* quibus verbis angelos diaboli significat desertores. Et quomodo illos judicabimus? quæret aliquis. Non quidem sedentes, & rationem ab eis exigentes, sed diligentia nostra illorum socordiam condemnantes. Quod quidem &
Ibid. ipse indicans dicebat: *Et si in vobis judicatur mundus:* Non dixit coram vobis, sed per
Luc.11.32. vos. Quemadmodum cum dicit, Viri Ninivitæ surgent, & condemnabunt generationem istam, non hoc dicitur, quasi Ninivitæ rationem exigant a Judæis, qui tum increduli fuerunt, sed quod ab illorum fide istorum incredulitas condemnetur. Possumus etiam non mediocriter a Martyribus ad virtutem, ac rerum hujus sæculi contemtum acquirendum adjuvari. Nam cum istos videris vitam omnem aspernari, quamvis omnium sis stupidissimus, ac negligentissimus, majores animos concipies, ac delicias contemnes, pecuniam despicies, & in cælis versari concupisces. Quod si morbo sis detentus, maximam tibi patientiæ occasionem præbebunt Martyrum passiones: quod si paupertate premaris, sive aliis quibusvis ærumnis vexeris, quoties oculos ad acerbitatem tormentorum, quæ illi sustinuere, convertes, sufficientem malorum omnium, quibuscumque vexeris, consolationem percipies. Propterea maxime commemorationes diligo Martyrum, diligo & amplector, atque omnes quidem, sed tum præcipue, cum mulierum certamina pro-
1.Pet.3.7. ponuntur. Quanto enim infirmius est vas, tanto major est gratia, tanto illustrius est tropæum, tanto insignior est victoria, non ob imbecillitatem sexus athletarum, sed quod per ea, quibus vicerat inimicus, nunc etiam vincatur. Per virginem olim Adamum diabolus interemit, per virginem deinde Christus diabolum superavit: & ille gladius, quem ipse in nos exacuerat, caput draconis amputavit, quod in Davidis quoque duello contigit. Nam quemadmodum Goliathi caput ense barbarico justus ille currens abscidit, ita nunc etiam fit. Per mulierem vicit, per mulierem superatus est. Hoc illius antea telum erat, hoc illius nunc cædis factum est instrumentum, hoc vas apparuit insuperabile. Peccavit illa prior, & mortua est: ista mortua est, ne peccaret. Illa tum futilis promissi spe inflata Dei leges violavit, hæc vitam præsentem contemsit, ne fidem in suum benefactorem ejuraret. Quam igitur deinceps sperare

A περὶ τὸν πεποιηκότα αὐτοὺς θεὸν ἀγάπην· ἐκεῖνοι δὲ καὶ σαρκὸς ἀπηλλαγμένοι καὶ πάσης ταύτης ὀδύνης καὶ ἀλγηδόνος οὕτω φαίνωνται ἐξυβρικότες, καὶ ἀγνώμονες περὶ τὸν εὐεργέτην γεγενημένοι, ποίαν ἕξουσιν ἀπολογίαν; τίνα συγγνώμην; οὐδεμίαν οὐδαμόθεν, τῆς τούτων ἀρετῆς τὴν ἐκείνων κακίαν ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος κατακρινούσης. οὐ γὰρ δὴ μόνον ἀνθρώποις ἄνθρωποι οἱ σπουδαιότεροι τοὺς ῥαθυμοτέρους κατακρίνουσιν, ἀλλ' ἤδη καὶ αὐτοὺς τοὺς δαίμονας ἡ τούτων καταδικάζει σπουδή. καὶ ταῦτα Παῦλος ἐδήλωσε λέγων· οὐκ οἴδατε ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν; μήτιγε βιωτικά; τοὺς τοῦ διαβόλου
B λέγων ἀγγέλους, τοὺς ἀποστάτας. καὶ πῶς κρινοῦμεν αὐτούς φησιν; οὐχὶ καθήμενοι καὶ εὐθύνας αὐτοὺς ἀπαιτοῦντες, ἀλλὰ διὰ ἡμετέρας σπουδῆς τὴν ἐκείνων κατακρίνοντες ῥαθυμίαν. ὅπερ οὖν καὶ αὐτὸ δηλῶν ἔλεγε· καὶ εἰ ἐν ὑμῖν κρίνεται ὁ κόσμος· οὐκ εἶπεν ἐφ' ὑμῶν, ἀλλὰ δι' ὑμῶν. ὥσπερ ὅταν λέγῃ, ἄνδρες Νινευῖται ἀναστήσονται, καὶ κατακρινοῦσι τὴν γενεὰν ταύτην. οὐχ ὡς τῶν Νινευιτῶν λόγον ἀπαιτούντων τοὺς τότε ἀπιστοῦντας τῶν Ἰουδαίων, ἀλλ' ὡς τῆς ἐκείνων πίστεως τὴν τούτων ἀπιστίαν καταδικαζούσης. ἔστι καὶ εἰς ἀρετὴν μέγιστα ἀπόνασθαι, καὶ εἰς ὑπεροψίαν τῶν παρόντων πραγμά-
C των ἀπὸ τῶν μαρτύρων. ὅταν γὰρ ἴδῃς τούτους ἁπάσης καταφρονοῦντας τῆς ζωῆς, κἂν ἁπάντων ἀναισθητότερος ᾖς καὶ νωθέστατος, ὑψηλότατον δέξῃ φρόνημα, καὶ καταγελάσῃ τρυφῆς, ὑπερόψει χρημάτων, καὶ ἐπιθυμήσεις τῆς ἐκεῖ διατριβῆς. κἂν ἐν ἀρρωστίαις ᾖς, εἰς ὑπομονὴν ἀφορμὴν λήψῃ μεγίστην, τὰ τῶν μαρτύρων παθήματα· κἂν πενία πιέζῃ, κἂν ὁπουοῦν ἕτερον τῶν χαλεπωτάτων, πρὸς τὸ μέγεθος τῶν ἐκείνοις ἐπενεχθεισῶν βασάνων βλέπων ἀρκοῦσαν ἕξεις παραμυθίαν τῶν κατειληφότων ἁπάντων δεινῶν. διὰ τοῦτο μάλιστα φιλῶ τῶν μαρτύρων τὰς μνήμας, καὶ φιλῶ καὶ
D ἀσπάζομαι, πάσας μὲν, μάλιστα δὲ ὅταν γυναῖκες ἀγωνιζόμεναι τύχωσιν. ὅσῳ γὰρ τὸ σκεῦος ἀσθενέστερον, τοσούτῳ μείζων ἡ χάρις, τοσούτῳ λαμπρότερον τὸ τρόπαιον, τοσούτῳ περιφανεστέρα ἡ νίκη, οὐ διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς φύσεως τῶν ἀθλητῶν, ἀλλ' ὅτι καὶ οἷς ἐκράτησεν ὁ ἐχθρὸς, τούτοις ἑάλω νῦν. διὰ παρθένου τότε ἀπέκτεινε πρώην τὸν Ἀδὰμ ὁ διάβολος, διὰ παρθένου μετὰ ταῦτα κατηγωνίσατο τὸν διάβολον ὁ Χριστὸς, καὶ τὸ ξίφος ὅπερ ἦν ἠκονημένον αὐτῷ καθ' ἡμῶν, τοῦτο τὴν τοῦ δράκοντος ἀπέτεμε κεφαλὴν, ὅπερ καὶ ἐπὶ τοῦ Δαυὶδ γέγονε. καθάπερ γὰρ τότε τοῦ Γολιὰθ τὴν κεφαλὴν ὁ δί-
E καιος ἐκεῖνος αὐτῷ τῷ βαρβαρικῷ ξίφει δραμὼν ἀπέκοψεν, οὕτω δὴ καὶ νῦν. διὰ γυναικὸς ἐκράτησε, διὰ γυναικὸς ἥττηται. τοῦτο ὅπλον ἦν αὐτῷ πρότερον, τοῦτο νῦν γέγονεν αὐτῷ σφαγῆς ὄργανον· τοῦτο σκεῦος ἀκαταγώνιστον. ἥμαρτεν ἡ προτέρα καὶ ἀπέθανεν, ἀπέθανεν αὕτη, ἵνα μὴ ἁμάρτῃ. ἐκείνη ποτὲ ψυχρᾶς ὑποσχέσεως ἐλπίδι φυσηθεῖσα τοὺς τοῦ θεοῦ νόμους κατεπάτησεν· αὕτη καὶ τῆς παρούσης κατεφρόνησε ζωῆς, ὥστε μὴ τὴν εἰς τὸν εὐεργέτην ἐξομόσασθαι πίστιν. τίς οὖν ἂν γένοιτο λοιπὸν

ἀνδράσι μαλακιζομένοις ἀπολογία, τίς δὲ συγγνώμη, ὅταν γυναῖκες ἀνδρίζωνται; ὅταν οὕτω γενναίως πρὸς τοὺς τῆς εὐσεβείας ἀγῶνας ἀποδύωνται; οὔτε γὰρ φύσις, οὔτε ἡλικία, οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἐμποδίσαι δύναιτ' ἂν, ὅταν προθυμία παρῇ, καὶ ζῆλος καὶ πεπυρωμένη πίστις· καὶ διὰ τούτων ἁπάντων τὴν τοῦ θεοῦ χάριν ἐπισπασώμεθα, ὃ δὴ καὶ ἐπὶ τῆς μακαρίας ταύτης γέγονε. καὶ γὰρ ἀσθενὲς ἦν αὐτῇ τὸ σῶμα, καὶ εὐεπηρέαστος ἡ φύσις, καὶ ἀτελεστέρα ἡ ἡλικία, ἀλλὰ πάντων τούτων τὴν ἀσθένειαν ἐπελθοῦσα ἡ χάρις ἀπέκρυψεν. ἐπειδὴ προθυμίαν εὗρεν αὐτῇ γενναίαν, καὶ πίστιν ἀδιάκριτον, καὶ ψυχὴν πρὸς κινδύνους παρεσκευασμένην.

Οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν οὐδὲν δυνατώτερον τοῦ μετὰ σπουδῆς πολλῆς τὸν φόβον τοῦ θεοῦ ἔχοντος ἐρριζωμένον· ἀλλὰ κἂν πῦρ, κἂν σίδηρος, κἂν θηρία, κἂν ὁτιοῦν ἕτερον ἀπειλῆται, πάντων ὑπερφρονεῖ μετὰ πολλῆς τῆς εὐκολίας, καθάπερ οὖν καὶ ἡ μακαρία αὕτη Δροσίς. ἐπειδὴ γὰρ ἧψε τὴν πυρὰν ὁ τύραννος· οὐδὲ γὰρ ἐπὶ βάραθρον αὐτὴν ἤγαγεν, οὐδὲ τὴν κεφαλὴν ἀπέτεμεν, ἵνα μὴ τὸ σύντομον τῆς τιμωρίας εὐκολώτερον αὐτῇ ποιήσῃ τὸν ἆθλον· ἀλλὰ τὸ φρόνημα αὐτῆς καταπλῆξαι βουλόμενος, καὶ τὴν ἀδούλωτον ψυχὴν χειρώσασθαι τῇ τῆς πυρᾶς ὄψει, εἰς μέσον ταύτην ἐνέβαλεν. ἐπειδὴ τοίνυν τὴν πυρὰν ἀνῆψε, καὶ ἡ κάμινος ἀνεκαίετο, καὶ πρὸς ὕψος ἤρετο μέγα, ταῦτα βλέπουσα ἡ μακαρία μάρτυς ἀνήπτετο καὶ αὐτὴ τῇ προθυμίᾳ, καὶ ἀνέζει τῷ περὶ τοῦ Χριστοῦ πόθου, τῶν τριῶν ἀναμνησθεῖσα παίδων, καὶ λογισαμένη πρὸς ἑαυτὴν, ὅτι κοινωνεῖ τοῖς ἄθλοις ἐκείνοις, καὶ τοὺς αὐτοὺς ἐπιφέρεται στεφάνους αὐτοῖς. καὶ καθάπερ οἱ μεμηνότες οὐδὲν τῶν ὁρωμένων βλέπουσιν ὥς ἐστιν, ἀλλὰ κἂν ξίφος ἠκονημένον ἴδωσι, κυβιστῶσιν εὐκόλως, κἂν πυρὰν, κἂν βάραθρον, κἂν κρημνὸν, κἂν πέλαγος, κἂν ὁτιοῦν ἕτερον ἀδεῶς κατὰ πάντων ἑαυτοὺς ἀφιᾶσιν· οὕτω δὴ καὶ αὕτη μαίνουσα μανίαν οὐχὶ τοιαύτην, μὴ γένοιτο, ἀλλ' ἑτέραν πάσης σωφροσύνης σεμνοτέραν, καὶ τῷ τοῦ Χριστοῦ βαφεῖσα πόθῳ, οὐδὲν τῶν ὁρωμένων ἑώρα, ἀλλὰ πρὸς τὸν οὐρανὸν μεταταξαμένη καὶ τὴν ψυχὴν ἐκεῖ μεταθεῖσα πάντων κατεγέλα τῶν δεινῶν, καὶ τὸ πῦρ, οὐχὶ πῦρ, ἀλλὰ δρόσον εἶναι ἐνόμιζε. διὰ τοῦτο ἐγὼ τὴν πυρὰν ἐκείνην, καὶ πηγὴν ὑδάτων καθαρωτάτην, καὶ βαφήν τινα θαυμασίαν, καὶ χωνευτήριον καλῶ. καὶ γὰρ καθάπερ ἐν χωνευτηρίῳ χρυσὸς, οὕτω καὶ τῆς μακαρίας ἐκείνης ἡ ψυχὴ διὰ τῆς πυρᾶς ταύτης καθαρωτέρα ἐγίνετο. κατετήκοντο μὲν γὰρ σάρκες, καὶ ὀστᾶ συνεφρύγετο, καὶ κατεκαίετο νεῦρα, καὶ ὁ τοῦ σώματος ἰχὼρ πανταχόθεν κατέρρει· τῆς ψυχῆς δὲ ἡ πίστις στερροτέρα καὶ φαιδροτέρα ἐγίνετο. κἀκεῖνοι μὲν ταῦτα ὁρῶντες ἐνόμιζον αὐτὴν ἀπόλλυσθαι· αὐτὴ δὲ ἐξεκαθαίρετο μᾶλλον, καὶ καθάπερ τὸ χρυσίον ὁ μὲν ἰδιώτης ἑστὼς, καὶ ὁρῶν τηκόμενον καὶ καταρρέον καὶ ἀναμιγνύμενον τῇ τέφρᾳ, ἀπολωλέναι καὶ διεφθάρθαι νομίζει· ὁ δὲ τεχνίτης καὶ ἀκριβῶς ταῦτα ἐπιστάμενος οἶδεν ὅτι ταύτῃ καθαρώτερον γίνεται, καὶ

A poterunt excuſationem viri, ſi molles ſint & ignavi, quam vero veniam, cum fortiter ac viriliter ſe gerant mulieres? cum adeo ſe generoſe ad certamina pietatis accingant? Nam neque ſexus, nec ætas neque aliud quidquam poteſt impedimentum objicere, ſi adſit alacritas animi, & zelus, & ardens fides, hiſque omnibus Dei nobis gratiam conciliemus, quod beata nimirum iſta præſtitit. Fuit enim illi corpus imbecillum, & obnoxius ſexus injuriæ, & junior ætas: verumtamen horum omnium imbecillitatem adveniens gratia occultavit, ubi generoſam animi alacritatem offendit, &
B conſtantem fidem, & animam ad ſubeunda pericula præparatam.

4. Nihil enim eſt, nihil plane potentius eſt eo, qui magno cum ſtudio Dei timorem habeat in mente defixum, ſed quamvis ignes, quamvis ferrum, quamvis beſtias, quamvis aliud quidvis minentur hoſtes, omnia nullo negotio contemnit, quod utique beata iſta Droſis etiam fecit. Poſtquam enim rogum tyrannus accendit: neque enim in barathrum illam præcipitem egit, neque capite truncavit, ne ſupplicii brevitas facilius illi certamen redderet: ſed
C animo ejus cupiens terrorem incutere, atque indomitam ejus mentem rogi aſpectu ſuperare, in medium illum protulit. Cum igitur rogum accendiſſet, ac fornacem inflammaſſet, atque in ſummam altitudinem attolleretur, hæc cum cerneret beata Martyr, inflammabatur ipſa quoque atque amore Chriſti ardebat, triumque puerorum memor ſecum ipſa reputabat, ſe in ſocietatem certaminum illorum venire, ſibique eaſdem cum illis coronas imponi. Et quemadmodum furioſi nihil eorum, quæ cernuntur, prout eſt, vident, ſed ſive exa-
D cutum gladium viderint, in ipſum facile præcipites irruunt, ſive rogum, ſive barathrum, ſive præcipitium, ſive pelagus, ſive aliud quidvis, intrepide ſe in cuncta projiciunt: ſic & iſta furore non tali correpta, abſit, ſed alio quavis prudentia honeſtiori, Chriſtique amore correpta, nihil eorum quæ ſunt oculis ſubjecta ſpectabat, ſed in cælum tranſlata, illucque jam mente commigrans omnia mala contemnebat, & ignem non ignem, ſed rorem eſſe ducebat. Quamobrem rogum illum ego & fontem aquarum limpidiſſimum, & tincturam quamdam eximiam, & fornacem confla-
E toriam appello. Nam quemadmodum in fornace aurum, ſic & illius beata anima per rogum illum purior reddebatur. Liquefiebant enim carnes ejus, & oſſa torrebantur, exurebantur nervi, & corporis ſanies undique defluebat: at animæ fides firmior & ſplendidior fiebat. Atque illi quidem hæc videntes ipſam perire cenſebant: hæc vero amplius expurgabatur, & quemadmodum aurum, imperitus qui adſtat, & liquefieri videt, ac diffluere, cumque cinere commiſceri, perire exiſtimat, & corrumpi: artifex autem, & qui probe iſta novit, ac ratione purius ſcit illud effici, ac

S. Droſidi propoſitus rogus.

Comparat rogum cum fonte & fornace.

post exustionem ipsum omni ex parte splendidum extrahit & componit : sic nimirum & isti evenit : infideles quidem cum liquefieri ac diffluere carnem ejus viderent, in cinerem illam & pulverem abire censebant: at fideles exacte noverant eam ita liquefactam sordes omnes deponere, atque immortalitatem adeptam splendidiorem ascendere. Imo in ipso rogo ante resurrectionem miro quodam modo vincebat adversarias potestates : siquidem igne resolutæ carnes, cum strepitum ederent, illas quam facillime in fugam vertebant. Et quemadmodum generosus miles æreis armis circumdatus ipso etiam armorum stridore timidioribus terrorem incutit adversariis : sic nimirum & tunc beata Drosis pellis stridore potestates illas fugabat. Neque vero hac ratione tantum, sed & alia rursus nihilo ista minori. Nam simul atque rogum ingressa est, & fumus in altum ascendens aërem occupavit, dæmones per aërem volantes suffocabat omnes, diabolum abigebat, & ipsam naturam aëris abstergebat. Cum enim fumo idolorum inquinatus fuisset, in locum illius fumus alter ascendebat, ut illatas ab illis sordes abstergeret. Sane quidem fontis comparatio præclare convenit illi rogo. Nam quemadmodum si in fonte vestem exuisset, & corpus abluisset, ita corpus suum in illa flamma facilius quam vestem quamvis exuens, & animam nitidam reddens ad sponsum suum ab Angelis stipata properabat. Si enim Lazarum illum ulceribus plenum Angeli ad sinum Abrahæ abduxerunt : multo magis istam abeuntem stipabant, & tamquam ex sacro quodam conclavi, ac thalamo nuptiali assumtam ex fornace ad cælestem sponsum deducebant. Qua vero de causa tincturam etiam rogum illum appellavi? Quod nimirum tamquam mirabili quadam infecta tinctura cum purpura regia facta esset, ad cælestem Regem mitteretur, ac multa cum fiducia sedes illas cælestes intraret, quod fiebat, cum invisibili manu sua Christus sanctum Martyris caput teneret, & tamquam aquis illam flammis immergeret. O mirabilem rogum! qualem intus thesaurum habebat, pulverem illum ac cinerem auro quovis preciosiorem, & quibusvis unguentis fragrantiorem, gemmis quibusvis cariorem. Quod enim nec divitiæ nec aurum præstare queunt, hoc reliquiæ Martyrum præstant : siquidem aurum neque morbos umquam depulit, neque mortem abegit : ossa vero Martyrum utrumque perfecerunt, illud quidem nostrorum majorum ætate, hoc vero nostra etiam contigit. Ac de his ita non solum nos, sed justi etiam, qui ante Christi adventum vixerunt, exacte philosophari noverunt, quo tempore cunctis ex Ægypto excedentibus, & aliis quidem aurum, aliis vero argentum evehentibus, Moyses opum quarumvis loco Joseph ossa sumens ea detulit ac thesaurum maximum, & innumeris bonis redundantem secum domum vexit.

A μετὰ πύρωσιν αὐτὸ πάντοθεν ἀνασπᾷ λαμπρὸν συλλέ-
γων· οὕτω δὴ καὶ ἐπ' ἐκείνης· οἱ μὲν ἄπιστοι τηκομένην
αὐτῆς τὴν σάρκα ὁρῶντες καὶ καταῤῥέουσαν, ἐνόμιζον
τέφραν γίνεσθαι καὶ κόνιν· οἱ δὲ πιστοὶ σφόδρα ἀκριβῶς
ᾔδεσαν, ὅτι τηκομένη πᾶσαν ἀποτίθεται κηλῖδα, καὶ
λαμπροτέραν ἄνεισιν ἀφθαρσίαν ἀπολαβοῦσα· καὶ ἐν
αὐτῇ τῇ πυρᾷ πρὸ τῆς ἀναστάσεως, οὐχ ὡς ἔτυχεν
ἐκράτει τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων. αἱ γὰρ σάρκες λυ-
θεῖσαι τῷ πυρὶ, καὶ ψόφον ἀποτελοῦσαι μετὰ πολλῆς
αὐτὰς τῆς περιουσίας ἐτρέποντο. καὶ καθάπερ στρατιώτης
γενναῖος ὅπλα χαλκᾶ περιθεὶς ἑαυτῷ, καὶ αὐτῷ τῷ
ψόφῳ τῶν ὅπλων τοὺς δειλοτέρους καταπλήττει τῶν ἀν-
B τιπάλων· οὕτω δὴ καὶ τότε ἡ μακαρία Δροσὶς τῷ ψό-
φῳ τοῦ δέρματος τὰς δυνάμεις ἐκείνας ἐφυγάδευε, καὶ
οὐ τούτῳ μόνῳ τῷ τρόπῳ, ἀλλὰ καὶ ἑτέρῳ πάλιν οὐκ
ἐλάττονι τούτου. ὁμοῦ τε γὰρ ἐπέβαινε τῆς πυρᾶς, καὶ κα-
πνὸς ἀνελθὼν εἰς ὕψος καὶ τὸν ἀέρα κατασχὼν, τοὺς κατὰ
ἀέρα δαίμονας πετομένους ἀπέπνιγεν ἅπαντας, τὸν διά-
βολον ἀπήλαυνεν, αὐτοῦ τοῦ ἀέρος τὴν φύσιν ἀπέσμη-
χεν. ἐπειδὴ γὰρ ἐμολύνετο καπνῷ τῷ τῶν εἰδώλων,
* ἀντεισῄει καπνὸς ἕτερος τὴν ἐξ ἐκείνων ἐγγινομένην
αὐτῷ κηλῖδα καθαίρων. καὶ ἡ πηγῆς δὲ εἰκὼν ἁρμό-
σειεν ἂν ἐκείνῃ τῇ πυρᾷ. καθάπερ γὰρ ἐν τῇ πηγῇ
ἱμάτιον ἀποδυσαμένη, καὶ τὸ σῶμα φαιδρύνουσα, οὕτως
C ἐν ἐκείνῃ τῇ φλογὶ τὴν σάρκα τὴν ἑαυτῆς ἱματίου παντὸς
εὐκολώτερον ἀποθεμένη καὶ τὴν ψυχὴν λαμπρύνουσα,
πρὸς τὸν νυμφίον ἠπείγετο δᾳδουχούντων ἀγγέλων αὐ-
τήν. εἰ γὰρ τὸν Λάζαρον ἐκεῖνον τὸν ἡλκωμένον ἄγγελοι
πρὸς τοὺς κόλπους ἀπήγαγον τοῦ Ἀβραάμ· πολλῷ
μᾶλλον ταύτην δορυφοροῦντες ἀπῄεσαν καθάπερ ἔκ
τινος ἱερᾶς παστάδος καὶ νυμφικοῦ θαλάμου τῆς καμίνου
παραλαβόντες αὐτὴν, καὶ πρὸς τὸν ἄνω νυμφῶνα ἀν-
άγοντες. τίνος δὲ ἕνεκεν καὶ βαφὴν ἐκείνην ἐκάλεσα τὴν
πυράν; ὅτι καθάπερ ἐν βαφῇ τινι θαυμαστῇ πορφύρα
γινομένη βασιλικὴ πρὸς τὸν ἄνω βασιλέα ἐπέμπετο, καὶ
D μετὰ πολλῆς τῆς παῤῥησίας τῶν οὐρανίων ἁψίδων ἐπέβαι-
νεν, αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ ἀοράτῳ χειρὶ τὴν ἁγίαν τῆς μάρ-
τυρος κατέχοντος κεφαλὴν, καὶ καθάπερ ἐν ὕδατι βα-
πτίζοντος αὐτὴν τῷ πυρί. ὢ θαυμαστῆς πυρᾶς· οἷον
εἶχεν ἔνδον θησαυρὸν τὴν κόνιν ἐκείνην καὶ τὴν τέφραν
παντὸς χρυσίου τιμιωτέραν, πάντων μύρων εὐωδεστέ-
ραν, πάντων λίθων τιμαλφεστέραν. ὅσα γὰρ οὐκ ἴσχυσε
πλοῦτος καὶ χρυσίον, τοσαῦτα ἴσχυσε μαρτύρων λείψα-
να. χρυσίον μὲν γὰρ, οὔτε νόσον ἀπήλασέ πώποτε, οὔτε
θάνατον ἐφυγάδευσε· μαρτύρων δὲ ὀστᾶ ἀμφότερα ταῦ-
τα εἰργάσατο. τὰ μὲν ἐπὶ τῶν προγόνων τῶν ἡμετέ-
ρων, τὰ δὲ καὶ ἐφ' ἡμῶν. καὶ ταῦτα οὐχ ἡμεῖς μόνον,
E ἀλλὰ καὶ οἱ πρὸ τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ γενόμενοι δί-
καιοι μετὰ ἀκριβείας ἴσασι φιλοσοφεῖν, ὅτε πάντων
ἐξελθόντων Αἰγύπτου, καὶ τῶν μὲν χρυσίον, τῶν δὲ ἀργύ-
ριον ἐπιφερομένων ὁ Μωσῆς ἀντὶ πλούτου παντὸς τὰ
τοῦ Ἰωσὴφ ὀστᾶ λαβὼν ἐπεφέρετο, θησαυρὸν μέγιστον καὶ
μυρίων γέμοντα ἀγαθῶν, μεθ' ἑαυτοῦ κομίζων οἴκαδε.

Ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἄν· καὶ τίνος ἕνεκεν ἐξ Αἰγύπτου A μετεφέρετο εἰς Παλαιστίνην; ἐν γὰρ μαρτύρων μνήμῃ τὰ τοιαῦτα μάλιστα ἐξετάζειν ἀνάγκη. ἐπεὶ γὰρ πολλοὶ περὶ ταφῆς ἀκριβολογούμενοι, καὶ τοῖς προσήκουσιν ἐπισκήπτοντες, ὅπως κἂν ἀλλαχοῦ τύχωσι τελευτήσαντες οἴκοι κομίσαντες ἐκεῖνοι αὐτοὺς κατορύξωσιν, εἶτα ἐπὶ μικροψυχίᾳ διὰ τοῦτο παρ' ἡμῶν σκωπτόμενοι, ταύτην ἡμῖν προεβάλλοντο τὴν ἱστορίαν, καὶ λεγόντων ἡμῶν ὅτι οὐδὲν διαφέρει, ἄντε οἴκοι τις, ἄντε ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας τύχῃ ταφῆς, ἔλεγον· οὐκοῦν τίνος ἕνεκεν, εἰ μηδὲν διαφέρει, ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου τὰ ὀστᾶ λαβὼν τοῦ Ἰωσὴφ εἰς τὴν Παλαιστίνην ἐκόμισεν ὁ Μωσῆς; B ἐγὼ δὲ καὶ μεῖζον ἐρῶ, ὅτι οὐ μόνον ὁ Μωσῆς ἔλαβεν, ἀλλ' ὅτι κἀκεῖνος τελευτῶν ἐνετείλατο. τὸ γὰρ δὴ μεῖζον τοῦτό ἐστιν· ἐπισκοπῇ γάρ, φησιν, ἐπισκέψεται ὑμᾶς ὁ θεός, καὶ συνοίσετε τὰ ὀστᾶ μου. τίνος οὖν ἕνεκεν κἀκεῖνος εἶπε, καὶ οὗτος ἐπήκουσε; καὶ γὰρ ἄξιον ζητήσεως τὸ λεγόμενον. τί λέγεις; ὁ πατριάρχης ὁ καταφρονήσας καὶ τῆς παρούσης ζωῆς καὶ πάντων ὑπεριδών, οὗ οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος, ὁ ξένος καὶ παρεπίδημος, ὁ τὰ ἐν οὐρανοῖς καθ' ἑκάστην φανταζόμενος τὴν ἡμέραν, ὁ πρὸς τὴν ἄνω βλέπων Ἱερουσαλὴμ, οὗτος ἡνίκα μὲν ἔζη διὰ τὸν τοῦ θεοῦ φόβον καὶ τῆς πατρίδος καὶ τῆς ἐλευθερίας ἐξέπεσε, καὶ δεσμωτήριον ᾤκησε, καὶ οὐκ ἐπεστράφη C πρὸς τὰς ἐπιβουλὰς ἐκείνας· ἐπειδὴ δὲ ἔμελλε τελευτᾶν, οὕτω μικρολογεῖται, ὡς τοσαύτην ποιήσασθαι σπουδὴν ὑπὲρ τῆς τῶν ὀστῶν μετακομιδῆς, καὶ ἐκ τοσούτου διαστήματος κελεύει τὰ λείψανα ἀνάγεσθαι, καὶ τίς ἂν ταῦτα εἴποι; τί γὰρ τὸ κέρδος ἦν, ἢ ποῖον τὸ ὄφελος τῷ κατοιχομένῳ ἀπὸ τῆς τῶν ὀστῶν μεταθέσεως; τίνος οὖν ἕνεκεν ἐπέσκηψεν; οὐχὶ τῶν ὀστῶν φροντίζων, ἀλλ' ἔστι μὲν εἰπεῖν, ὅτι καὶ τῶν Αἰγυπτίων τὴν ἀσέβειαν δεδοικώς. ἐπειδὴ γὰρ πολλὰ καὶ μεγάλα εἰργάσατο ἀγαθὰ, καὶ τροφεὺς αὐτῶν καὶ προστάτης ἐγένετο, καὶ τοῦ λιμοῦ παραμυθίαν εὗρε μεγίστην, καὶ ἃ μηδενὶ γέγονε D δῆλα, ταῦτα πρῶτος καὶ μόνος ἀνέπτυξε, καὶ εἰς μέσον ἤγαγε, καὶ τὰ ὀνείρατα διαλύσας οὐ μόνον προεδήλωσε τὸν λιμὸν, ἀλλὰ καὶ φάρμακον ἱκανὸν αὐτῷ προαπέθετο, οὕτω καὶ τὰ ταμεῖα τῆς Αἰγύπτου πληρώσας, ὡς μηδένα αὐτοῦ τῆς παρουσίας αἰσθέσθαι· ἵν' οὖν μὴ θεὸς νομίζηται μετὰ τελευτὴν διὰ τὸ τῆς εὐεργεσίας μέγεθος, τῶν βαρβάρων ἐκείνων εὐκόλως ἐξ ἀνθρώπων ποιούντων θεοὺς, πάσης ἀσεβείας ἀναιρῶν ὑπόθεσιν, ἐκέλευσεν ἀπενεχθῆναι οἴκαδε τὰ ὀστᾶ. μία μὲν οὖν αὕτη πρόφασις· E ἔστι δὲ καὶ ἑτέραν εἰπεῖν ἀναμφισβήτητον. καὶ γὰρ ἀπὸ τῶν γραφῶν αὐτὴν πιστώσασθαι ἔνι. ποίαν δὴ ταύτην; ᾔδει παρὰ τοῦ πατρὸς ἀκούσας, ἐκείνου παρὰ τοῦ πάππου λόγον εἰς αὐτὸν κατενεχθέντα μαθόντος, ὅτι πολλὰ ἔτη δουλώσονται καὶ κακώσουσιν αὐτοὺς οἱ Αἰγύπτιοι. ἔσται γὰρ τὸ σπέρμα σου πάροικον ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ, καὶ δουλώσουσιν αὐτὸ, καὶ κακώσουσιν ἔτη τετρακόσια, ὁ θεὸς πρὸς τὸν Ἀβραὰμ ἔλεγεν. ἵν' οὖν μὴ

5. Sed dicet fortasse quispiam: Qua vero de causa ex Ægypto in Palæstinam transferebat? Siquidem dum Martyrum memoria celebratur, talia præsertim examinentur necesse est. Multi enim sepulturæ suæ diligenter providentes, cum propinquis suis mandent, ut si forte alibi eos mori contingat, in patriam suam translatos illi sepeliant: deinde cum illorum idcirco pusillanimitatem irriserimus, hanc nobis historiam objiciunt: cumque nos dixerimus nihil interesse sive domi quis, sive peregre sepulturæ mandetur, respondent: Cur igitur, si nihil interest, assumta Joseph ossa in Palæstinam transtulit Moyses? Ego vero majus aliquid dicam: non solum Moyses accepit, sed ille etiam moriens hoc præcepit: hoc enim profecto est majus. *Visitatione* enim, inquit, *visitet vos Deus, & asportabitis ossa mea.* Gen. 50. 24. Cur igitur & ille dixit, & iste paruit? siquidem res est disquisitione digna. Quid ais? Ergone Patriarcha, qui vitam præsentem aspernabatur, & omnia contemnebat, quo dignus non erat mundus, qui peregrinus & inquilinus erat, qui cælestia quotidie mente versabat, qui supernam Jerusalem spectabat, ille dum viveret quidem, ob Dei timorem & patria & libertate privatus est, & in carcerem est conjectus, nec illis insidiis est inflexus: postquam autem jam jam moriturus erat, ita de minutis rebus istis erat solicitus, ut istius suorum ossium translationis tantam curam gereret, ac tanto ante tempore reliquias suas advehi jubebat, quis hoc asseverare tandem audeat? Quod enim lucrum, aut quæ utilitas obveniebat ex hac ossium transvectione defuncto? cur ergo mandavit? Non quod de ossibus esset solicitus, sed hoc dicere possumus, eum sibi ab Ægyptiorum impietate timuisse. Nam quoniam multis magnisque illos affecerat beneficiis, atque illos aluerat, adjuverat, adversus famem solatium illis attulerat maximum, & quæ nemini umquam innotuerant, ipse primus ac solus patefecerat, & in medium protulerat, atque somniorum interpretatione non solum famem prædixerat, sed etiam sufficiens adversus illam remedium præparaverat, ita repletis Ægypti horreis, ut nemo illius adventu se premi sentiret: ne igitur propter beneficiorum magnitudinem Deus post obitum censeretur, cum illi barbari facile ex hominibus Deos facerent: omnem ut occasionem impietatis auferret, domum transferri ossa præcepit. Hæc igitur una est occasio: sed & alteram possumus indubitatam afferre. Siquidem ex sacris illam scripturis etiam confirmare licet. Quæ tandem illa est? Sciebat ille, quod audiverat a patre, cum ab avo transmissum ad se sermonem ille didicisset, futurum, ut ad multos annos servituti subjicerentur, & affligerentur ab Ægyptiis. *Erit enim semen tuum peregrinum in terra aliena, & servituti subjicient illud, & affligent quadringentis annis*, aiebat Deus ad Abraham. Ne igitur tam longi eos

Cur Joseph reliquias suas transferri velit.

Gen. 15. 13.

temporis tæderet, & ærumnas minime ferentes de reditu desperarent, animisque concideret, maximo illis tradito spei pignore prædixit fore, ut ossa reveherentur, ut illi cum animis suis reputarent, nisi certo & sine ulla dubitatione sibi persuasisset justus futurum, ut omnes revertamur, nequaquam de suis ossibus præcepisset, atque ita demonstrationem haberent certissimam, spemque firmissimam suæ in patriam reversionis. Atque hoc verum esse, & idcirco de suis ossibus prædixisse illum, non quod de sepultura solicitus esset, at quod illorum impietati remedium vellet adhibere, audi quibus verbis Paulus testetur: *Fide Joseph moriens de egressione filiorum Israël meminit, & de ossibus suis mandavit.* Quid est hoc, fide? Quasi diceret, quæ post multos annos erant eventura, prævidebat, ac fore, ut posteri patriam suam recuperarent. Ut igitur hoc significaret, utrumque prædixit, ac videre erat rem miram & incredibilem, cum ossa in egressione transferrentur. Nam qui effecerat Joseph, ut in Ægyptum descenderent, ipse rursus eos redeuntes antecedebat, & ad patientiam ac spem futurorum instruebat. Cum enim reliquias ante oculos positas cernerent, omnisque illius historiæ hoc pacto recordarentur, atque apud se cogitarent ipsum a fratribus insidias esse passum, in lacum missum, & capitis discrimen adiisse, carcere conclusum fuisse, atque alia cuncta, quæ illi contigerant: deinde vero post illa omnia Regem illum esse factum, ac principem totius Ægypti; tantæque ditioni curatorem ac præfectum fuisse præpositum, in spem certissimam erigebantur fore, ut a malis, quibus semper opprimi solebant, liberarentur, cum ab ossibus justi docerentur neminem umquam fuisse derelictum, qui in Deum credidisset, & ipsius auxilium exspectasset. Licet enim res adversæ quædam & contra votum interim acciderint, dum ejus promissa sperantur, & intervenerint, tamen optato fine sperantes fraudare non poterunt, sed eveniet illud omnino ex sententia divina quod prædictum fuit, & illustriores reddet eos, qui patienter exspectant omnia, quæ a Deo fuerint constituta. Propterea de ossibus suis mandavit.

Heb. 11. 22.

Promissa Dei certa.

6. Ne igitur adeo de nostra in patria sepultura simus soliciti, neque mortem metuamus, sed peccatum. Neque enim mors peccatum peperit, sed peccatum mortem nobis procreavit: mors autem in remedium peccati conversa est. Mortem enim non esse metuendam, sed peccatum, audi quibus verbis doceat Propheta: *Preciosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus*; & alibi, *Mors peccatorum pessima.* Vides eos qui ad res suas attenti sunt maximam etiam ex ea posse utilitatem percipere: qui vero desides sunt & inertes, eis rem illam in partem supplicii obvenire? Neque vero sine causa hunc instituo sermonem, sed quoniam multos audio sæpenumero de mortis generibus verba facientes, & quædam, quæ

Mors metuenda non est.

Psal. 115. 5.

Psal. 32. 22.

A πρὸς τὸ μῆκος ἀπαγορεύσαντες τοῦ χρόνου, καὶ τὴν ταλαιπωρίαν οὐ φέροντες ἀπογνῶσι πρὸς τὴν ἐπάνοδον, καὶ ἀναπέσωσι, μέγιστον αὐτοῖς ἐνέχυρον ἐλπίδος διδοὺς προεῖπεν περὶ τῆς ἀνακομιδῆς τῶν ὀστῶν, ἵν' ἐκεῖνοι πρὸς ἑαυτοὺς λογιζόμενοι, ὅτι εἰ μὴ σφόδρα καὶ μετὰ ἀκριβείας ἑαυτὸν ὁ δίκαιος πεπεικὼς ἦν, ὅτι πάντες ἐπανήξομεν, οὐκ ἂν περὶ τῶν ὀστῶν ἐνετείλατο, ἀναμφισβήτητον ἔχωσιν ἀπόδειξιν, καὶ ἐλπίδα βεβαίαν τῆς εἰς τὴν ἐνεγκοῦσαν ἐπανόδου. καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθές, καὶ διὰ τοῦτο προεῖπε περὶ τῶν ὀστῶν αὐτοῦ, οὐχ ὑπὲρ ταφῆς φροντίζων, ἀλλὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν διορθούμενος, B ἄκουσον τί φησιν ὁ Παῦλος· πίστει Ἰωσὴφ τελευτῶν περὶ τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐμνημόνευσε, καὶ περὶ τῶν ὀστέων αὐτοῦ ἐνετείλατο. τί ἐστι πίστει; ἀντὶ τοῦ προεώρα τὰ μακροῖς ὕστερον συμβησόμενα χρόνοις, καὶ ὅτι πάντως οἱ ἔκγονοι ἀπολήψονται τὴν οἰκείαν. ἵν' οὖν τοῦτο ἐνδείξηται, ἀμφότερα ταῦτα προεῖπε, καὶ ἦν ἰδεῖν θαυμαστὸν καὶ παράδοξον ἐπὶ τῆς ἐξόδου πρᾶγμα τῶν ὀστῶν ἐπιφερομένων. ὁ γὰρ καταγαγὼν αὐτοὺς εἰς Αἴγυπτον Ἰωσὴφ, αὐτὸς αὐτῶν καὶ ἀνιόντων προηγεῖτο πάλιν, εἰς ὑπομονὴν ἀλείφων καὶ τὴν τῶν μελλόντων ἐλπίδα. ὁρῶντες γὰρ ἐκεῖνοι τὰ λείψανα πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν, εἶτα ἐντεῦθεν ἀναμιμνησκόμενοι τῆς ἱστορίας ἁπάσης ἐκείνης, καὶ ἀναλογιζόμενοι πρὸς ἑαυτοὺς, ὅτι παρὰ C τῶν ἀδελφῶν ἐπεβουλεύθη, ὅτι εἰς λάκκον ἐρρίφη, ὅτι περὶ τῶν ἐσχάτων ἐκινδύνευσεν, ὅτι δεσμωτήριον ᾤκησε, καὶ τὰ ἄλλα δὴ πάντα τὰ συμβεβηκότα αὐτῷ· εἶτα, ὅτι μετ' ἐκεῖνα πάντα βασιλεὺς ἐγένετο καὶ τῆς Αἰγύπτου πρῶτος, καὶ τοσούτων κηδεμὼν καὶ προστάτης, ἱκανὰς εἶχον ἐλπίδας ὑπὲρ τῆς ἀπαλλαγῆς τῶν ἀεὶ καταλαμβανόντων αὐτοὺς δεινῶν, παιδευόμενοι διὰ τῶν ὀστῶν τοῦ δικαίου, ὅτι οὐδεὶς τῶν ἐπὶ τὸν θεὸν πιστευσάντων, καὶ τὴν παρ' ἐκείνου συμμαχίαν ἀναμενάντων ἐγκατελείφθη ποτέ. κἂν γὰρ λυπηρά τινα καὶ ἀβούλητα μεσολαβῇ τὰς ὑποσχέσεις, καὶ μεταξὺ παρεμπίπτῃ, τοῦ γε τέλους οὐδέ ποτε ἐκπεσοῦσαι δυνήσεται τοὺς ἐλπίζοντας, ἀλλ' ἐκβήσεται πάντως ἐκεῖνο τὸ προρρηθὲν D κατὰ τὴν ἄνωθεν ψῆφον, λαμπροτέρους ποιοῦν τοὺς μεθ' ὑπομονῆς ἀναμένοντας τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ θεσπισθέντα ἀποβῆναι. διὰ ταῦτα περὶ τῶν ὀστῶν αὐτοῦ ἐνετείλατο.

Μὴ τοίνυν ἐπὶ τοσοῦτον ὑπὲρ τῆς οἴκοι ταφῆς ἀκριβολογώμεθα, μηδὲ θάνατον τρέμωμεν, ἀλλὰ ἁμαρτίαν. οὐ γὰρ θάνατος ἁμαρτίαν ἔτεκεν. ἀλλὰ ἁμαρτία θάνατον ἡμῖν ἐγέννησε· θάνατος δὲ ἁμαρτίας γέγονε φάρμακον. ὅτι γὰρ οὐ χρὴ θάνατον δεδοικέναι, ἀλλὰ ἁμαρτίαν, ἄκουσον τί φησιν ὁ προφήτης· τίμιος ἐναντίον E κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ· καὶ ἀλλαχοῦ, θάνατος ἁμαρτωλῶν πονηρός. ὁρᾷς ὅτι οἱ μὲν προσέχοντες ἑαυτοῖς καὶ καρποῦσθαι τὰ μέγιστα ἀπ' αὐτοῦ δύνανται, οἱ δὲ ἠμελημένοι καὶ ῥαθυμοῦντες, οὗτοί εἰσιν οἱ τὸ πρᾶγμα ἐν τάξει καταδίκης δεχόμενοι; οὐχ ἁπλῶς δὲ οὐδὲ τοῦτον κινῶ τὸν λόγον, ἀλλ' ἐπειδὴ πολλῶν πολλάκις ἀκούω λεγόντων περὶ θανάτου εἰπὼν, καὶ τοὺς

A μὲ οὐκ ὄντως ἐπονειδίστοις αἰσχυνομένων, τοῖς δὲ μεγίστης ὄντως κατηγορίας ἀξίοις οὐ διαβαλλόντων. τούτου χάριν καὶ τοῦτον βούλομαι διευκρινῆσαι τὸν λόγον τήμερον. εὔκαιρος γὰρ καὶ οὗτος ἐν μαρτύρων ἡμέρᾳ τῆς φιλοσοφίας ὁ τρόπος. πολλῶν γὰρ ἤκουσα λεγόντων, κυνὸς ἀτιμότερον ὁ δεῖνα τετελεύτηκεν ἐπ' ἀλλοτρίας, οὐδενὸς τῶν ἐπιτηδείων παρόντος, οὔτε τῇ γῇ παραδιδόντος, ἀλλὰ μόλις ὀλίγων γειτόνων ἀλλήλους συγκαλούντων ἐξ ἐράνου τινὸς περισταλεὶς, οὕτω παρεδόθη ταφῇ. ἵν' οὖν μὴ ταῦτα ἡμᾶς λυπῇ, ἀναγκαῖον καὶ ταύτην διορθώσασθαι τὴν ὑπόνοιαν. οὐ γάρ ἐστι τοῦτο κυνὸς ἀθλιώτερον ἀποθανεῖν, ἄνθρωπε, ἀλλὰ κυνὸς ἀθλιώτερον B ἀποθανεῖν ἐστι τὸ ἐν ἁμαρτίᾳ ἀποθανεῖν, οὐ τὸ ἐπ' ἀλλοτρίας καταλῦσαι τὸν βίον. μὴ γάρ μοι τοῦτον εἴπῃς τὸν ἐπὶ τῆς κλίνης τῆς διαχρύσου φερόμενον, τὸν τῆς πόλεως παραπεμπούσης ἁπάσης, τὸν τῶν δήμων εὐφημούντων, τὸν ἱμάτια σηρικὰ καὶ διάχρυσα μετὰ πολλῆς ἔχοντα ἐπεστιβασμένα τῆς ἀφθονίας· τοῦτο γὰρ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἀλλ' ἢ δαψιλεστέραν τοῖς σκώληξι παραθεῖναι τράπεζαν. μὴ τοίνυν τοῦτόν μοι δείξῃς, ἀλλὰ δεῖξόν μοι τοῦτον αὐτὸν τὸν μετὰ τοσαύτης παραπεμπόμενον τιμῆς κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ὅταν ὁ Χριστὸς ἐφ' ὑψηλοῦ προκαθέζηται τοῦ βήματος, εἰσαγόμενον, καλούμενον, C εὐθύνας ἀπαιτούμενον, ὧν εἶπεν, ὧν ἔπραξεν, ὧν ἐνενόησε. τότε γὰρ οὐδεὶς αὐτῷ τούτου τοῦ πλήθους παραστήσεται, οὐδὲ ἐξαιρήσεται τῆς κολάσεως αὐτὸν καὶ τῆς τιμωρίας, οὐδὲ προστήσονται αἱ βοαὶ αὗται καὶ αἱ εὐφημίαι, ἀλλὰ κάτω κύπτων, ἀπαρρησίαστος, αἰσχυνόμενος ἐπὶ ταῖς τῶν πραγμάτων κατηγορίαις ἀπαχθήσεται ἑλκόμενος ὑπὸ τῶν πονηρῶν δυνάμεων ἐπὶ τὰς ἀθανάτους κολάσεις μετὰ τοῦ χαλεπωτάτου τῶν ὀδόντων βρυγμοῦ, ἀνόνητα λοιπὸν θρηνῶν καὶ κοπτόμενος ἐκ τῶν ἀφορήτων ὀδυνῶν. καὶ τὰ μὲν ἐκεῖ τοιαῦτα, οὐ μὴν οὐδὲ τὰ ἐνταῦθα ἀνεκτά. μετὰ γὰρ τὰς εὐφημίας τὰς D ἐν τῷ μέσῳ τὰς ὠνητὰς ἐκείνας, ἢ ἐκ φόβου τινὸς γινομένας, πάντων ἀκούσει κατηγορούντων καὶ ἐν ἀμφόδοις καὶ ἐν ἀγορᾷ, καὶ ἐν οἰκίᾳ καὶ ἐν καπηλείοις, καὶ ἐν ἑτέροις ἐργαστηρίοις, καὶ ἐν ὁδῷ καὶ ἐν χώρᾳ, καὶ πανταχοῦ τῶν ὁδευόντων ἑκάστου πρὸς τὸν πλησίον μετὰ πολλοῦ τοῦ φόβου διηγουμένου καὶ λέγοντος, οἷα αὐτὸν διαδέξεται κακὰ, οἷαι ἀπαρτήσονται τιμωρίαι, οἷαι νῦν ἀναμένουσι βάσανοι. τί δὲ κέρδος αὐτῷ γέγονε τῆς παρούσης ζωῆς; τί δὲ πλέον ἀπὸ τῆς πλεονεξίας ἐκαρπώσατο; ἑτέροις τὰ χρήματα καταλιπὼν ἀπῆλθεν, αὐτὸς δὲ τὰ ἁμαρτήματα λαβὼν κατορώρυκται, καὶ πολλοὶ πανταχόθεν κατηγοροῦσι τοῖς ἠδικημένοις συναλγοῦντες, καὶ E οἱ μηδὲν πεπονθότες δεινόν. ὥσπερ γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν εὐεργετουμένων, καὶ οἱ μηδὲν παθόντες συνήδονται τοῖς παθοῦσι, καὶ τὸν εὖ ποιήσαντα ἐπαινοῦσιν· οὕτως ἐπὶ τῶν ἐπηρεαζομένων καὶ οἱ μηδὲν ἠδικημένοι συναλγοῦσι τοῖς κακῶς πεπονθόσι, καὶ τὸν ποιήσαντα κακίζουσι. διὰ τοῦτό φησι, θάνατος ἁμαρτωλῶν πονηρὸς, καὶ διὰ τὰς ἐνταῦθα κατηγορίας, καὶ διὰ τὰς ἐκεῖ κολάσεις· οὗτος τοίνυν ἐστὶν ὁ κυνὸς ἀτιμότερον τελευτῶν, ἀλλ' ἐπὶ τῶν δικαίων οὐχ οὕτως· ἀλλὰ κἂν ἐν ἐρημίᾳ, κἂν μηδενὸς

ignominiosa non sunt, sibi probro ducere; quædam crimine digna non vituperare: propterea controversiam hanc statui hodierno die disceptare. Est enim opportunus hic philosophandi modus & mirifice cum Martyrum convenit solemnitate. Multos enim dicentes audivi, Ille peregre mortuus est ignominiosius quam canis, nullo ex propinquis præsente, neque sepulcro condente: sed vix paucis vicinis se mutuo invitantibus ex pecunia quadam corrogata obvolutus sepulturæ mandatus est. Ne igitur hæc nobis negotium facessant, operæprecium fuerit opinionem istam corrigere. Non enim hoc est cane miserius mori, mi homo, sed cane miserius mori est in peccato mori, non peregre vitam finire. Noli enim mihi commemorare hominem, qui in deaurato lecto gestetur, qui prosequente tota civitate, qui populis collaudantibus, cui sericæ vestes, & auro intertextæ liberaliter admodum insternantur: hoc enim aliud nihil est, quam lautiorem vermibus mensam apponere. Ne igitur hunc mihi ostendas, sed hunc ipsum, qui tanto cum honore deducitur, illo die mihi velim ostendas, quo in excelso tribunali Christus sedebit, cum ille judicio sistetur, vocabitur, rationem reddet eorum quæ dixerit, quæ fecerit, quæ cogitaverit. Tunc enim illi ne unus ex hac multitudine patrocinabitur, neque supplicio illum ac pœnis eximet, neque auxiliabuntur ei clamores ac laudes istæ; sed vultu in terram demisso, trepidus & pudore suffusus propter objecta sibi crimina abducetur, & a malignis spiritibus ad æterna tormenta cum gravissimo dentium stridore, frustra lamentans, & propter intolerabiles dolores plangens trahetur. Ac talia quidem erunt, quæ illis in altera vita contingent, sed neque toleranda sunt, quæ in hac geruntur. Siquidem post laudes illas publicas, aut precio comparatas, aut a timore aliquo profectas, omnes audiet accusantes, & in triviis, in foro, in ædibus, in popinis, in aliis officinis, in via, in agris, & ubique singulos viatores proximis cum timore narrantes ac dicentes, qualia passurus sit mala, quibus suppliciis mulctabitur, quibus nunc erit subjiciendus tormentis. Quid illi profuit hæc vita? quem fructum ex avaritia collegit? Aliis pecunias suas relinquens abiit, at ipse secum assumtis peccatis sepultus est, ac multi undique accusatores compatiuntur illis quos ille affecit injuria, licet ab eo læsi non fuerint. Nam quemadmodum, cum aliqui beneficiis afficiuntur, etiam illi quibus nihil confertur, gratulantur illis, & benefactorem collaudant: ita cum infertur quibusdam injuria, illi etiam, qui nihil læsi sunt, compatiuntur afflictis, eumque vituperant, qui injuriam intulit. Idcirco dixit: *Mors peccatorum pessima*, cum propter hujus vitæ obtrectationes, tum propter alterius tormenta. Hic igitur ille est, qui cane miserius moritur: at justis ita non evenit; sed licet in deserto, licet nemine obvolvente;

Etiam in hac vita peccator punitur.

licet nemine præsente vitam finiat, sufficientes exequias ex hac vita discedens habet, fiduciam apud Deum: & admodum honorifice præsentibus Angelis, ejusque animam deducentibus effertur, quemadmodum ex Lazaro ante demonstravi, atque innumeros vitæ suæ laudatores relinquens: quod si liberos reliquerit, omnes qui civitatem incolunt illis succurrent, & eorum curam gerent, ut paternæ benevolentiæ gratiam illis rependant. Qui vero peccatis & rapinis obstrictus defunctus est, sive relictis liberis ex hac vita decesserit, inimicitiarum suarum heredes illos deseruit, & inter inimicos reliquit: sive sine liberis vitam finierit, ex ædificiis, ex aliis possessionibus, quas ex rapina & fraudibus acquisivit, æternam accusationis materiam derelinquit. At non ita justus, sed & cum moritur, maximam utilitatem percipit, cum ex propriæ virtutis recordatione de omnibus vivis bene mereatur, & meliores eos reddat, quemadmodum & improbus hac etiam ratione punitur. Non enim tantum, dum vivunt, sed etiam cum moriuntur, multos lædunt, cum avaritiæ suæ pignora & indicia ubique derelinquant. Quæ cum explorata nobis sint, non eos qui peregre, sed eos qui peccatorum rei moriuntur, miseros censeamus, neque eos qui domi, atque in lecto, sed eos qui cum virtute ex hac vita discedunt, beatos prædicemus, ac virtutem sectemur, vitium fugiamus. Illa enim & viventibus & morientibus prodest: istud vero ex utraque parte lædit, dum & hos probro afficit, & ad supplicia abducit æterna. Deus autem, qui beatæ isti, quæ nos hodierno die congregavit, ut certamen iniret, & luctaretur, & vinceret, & ut ornaretur corona, concessit, nobis etiam simul omnibus in illo die, postquam hujus vitæ cursum absolverimus, ejusque mandata & leges observaverimus, ut in æterna possimus sanctæ hujus tabernacula intrare, concedat, & immortalibus bonis potiri, gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri gloria, unà cum Spiritu sancto, in sæcula, amen.

A περιστέλλοντος κἂν μηδενὸς παρόντος καταλύσῃ τὴν ζωὴν, ἱκανὸν ἐντάφιον λαβὼν ἄπεισι, τὴν πρὸς τὸν θεὸν παῤῥησίαν θαυμαστὴν ἔχει τὴν ἐκφορὰν, ἀγγέλων παρόντων, καὶ ψυχὴν ὁδηγούντων, καθάπερ οὖν ἔφθην ἀποδείξας ἐπὶ τοῦ Λαζάρου, μυρίους ἐπαινέτας καταλιμπάνων τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς, κἂν παῖδας καταλίπῃ, πάντες οἱ τὴν πόλιν οἰκοῦντες προστάται καὶ κηδεμόνες αὐτῶν ἔσονται, τῆς πρὸς τὸν πατέρα εὐνοίας αὐτοῖς ἀμειβόμενοι. ὁ δὲ ἐν ἁμαρτίαις καὶ πλεονεξίαις τετελευτηκὼς, κἂν ἀφεὶς παῖδας ἀπέλθῃ, κληρονόμους τῆς οἰκείας ἀπεχθείας εἴασε, καὶ μεταξὺ πολεμίων ἀφῆκε· κἂν ἄπαις τελευτήσῃ τὸν βίον, διὰ τῶν οἰκοδομημάτων, διὰ τῶν B ἄλλων κτημάτων, ἅπερ ἐξ ἁρπαγῆς καὶ πλεονεξίας ἔσχεν, ἀθάνατον ἑαυτοῦ καταλιμπάνει τὴν κατηγορίαν. ἀλλ' οὐχ ὁ δίκαιος οὕτως, ἀλλὰ καὶ ἀπελθὼν κερδαίνει τὰ μέγιστα, τῇ τῆς οἰκείας ἀρετῆς μνήμῃ τοὺς ζῶντας ἅπαντας ὠφελῶν, καὶ βελτίους ποιῶν, ὥσπερ οὖν ὁ πονηρὸς καὶ ταύτῃ κολάζεται. οὐδὲ γὰρ ζῶντες μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀποθανόντες πολλοὺς παραβλάπτουσι τῆς οἰκείας πλεονεξίας ἐλέγχους πανταχοῦ καταλιμπάνοντες. ταῦτ' οὖν εἰδότες, μὴ τοὺς ἐν ἀλλοτρίᾳ, ἀλλὰ τοὺς ἐν ἁμαρτίαις τελευτῶντας ταλανίζωμεν, μηδὲ τοὺς ἐπὶ τῆς οἰκίας, καὶ τοὺς ἐπὶ τῆς κλίνης, ἀλλὰ τοὺς C μετ' ἀρετῆς ἀπιόντας μακαρίζωμεν, καὶ ἀρετῆς μὲν ἐπιμελώμεθα, κακίαν δὲ φεύγωμεν. ἡ μὲν γὰρ καὶ ζῶντας καὶ ἀπελθόντας ὠφελεῖ, αὕτη δὲ ἑκατέρωθεν παραβλάπτει, καταισχύνουσά τε τούτους, καὶ εἰς τιμωρίας ἀπάγουσα ἀθανάτους. ὁ δὲ θεὸς ὁ καὶ τὴν μακαρίαν ταύτην τὴν σήμερον ἡμᾶς συναγαγοῦσαν, καὶ ἀποδύσασθαι, καὶ παλαῖσαι, καὶ νικῆσαι, καὶ στεφανωθῆναι καταξιώσας, καταξιώσειε καὶ ἡμᾶς κοινῇ πάντας καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ τὸν παρόντα βίον ἐξανύσαντας μετὰ τῶν αὐτοῦ προσταγμάτων καὶ νόμων δυνηθῆναι παρὰ τὰς σκηνὰς τῆς ἁγίας ταύτης ἐλθεῖν, καὶ τῶν ἀθανάτων ἀγαθῶν D ἀπολαῦσαι· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

AD HOMILIAM IN MARTYRES ÆGYPTIOS

MONITUM.

NUM *Antiochiæ, num Constantinopoli habita fuerit hæc Homilia haud certis notis indiciisque expiscari possumus. Constantinopoli habitam auguratur Tillemontius, hac conjectura ductus: occasione Reliquiarum ex Ægypto eam in urbem, in qua hæc concionatus est Chrysostomus, translatarum, dicta fuit hæc Homilia. At hujusmodi translationes longe frequentius Constantinopolin, quam Antiochiam fieri solebant: hinc vero sequitur probabilius esse habitam eam Constantinopoli, quam Antiochiæ, fuisse. Non aliud suppetit argumentum, de firmitate hujusmodi conjecturæ judicent eruditi.*

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

ΕΓΚΩΜΙΟΝ ΕΙΣ ΜΑΡΤΥΡΑΣ Αἰγυπτίους.

A Εὐλογητὸς ὁ θεὸς, ὅτι καὶ ἐξ Αἰγύπτου μάρτυρες, Αἰγύπτου τῆς θεομάχου καὶ μανικωτάτης, καὶ ὅθεν τὰ ἄθεα στόματα, ὅθεν αἱ βλάσφημοι γλῶσσαι, ἐξ Αἰγύπτου μάρτυρες, οὐκ ἐν Αἰγύπτῳ μόνον, οὐδὲ ἐν [a] τῇ περιοίκῳ καὶ γείτονι χώρᾳ, ἀλλὰ καὶ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης. καὶ καθάπερ ἐπὶ τῆς τῶν ὠνίων εὐετηρίας, ὅταν ἴδωσιν οἱ τὰς πόλεις οἰκοῦντες πλείω τῆς χρείας τῶν οἰκούντων γινομένην τὴν φορὰν, καὶ πρὸς τὰς ἔξω διαπέμπουσι πόλεις, ὁμοῦ τε τὴν παρ' ἑαυτῶν ἐπιδεικνύμενοι φιλοφροσύνην, καὶ πρὸς τῇ τούτων περιουσίᾳ μετ' εὐκολίας ὧν ἂν δέωνται πάλιν ἀντωνούμενοι παρ' ἐκείνων· B οὕτω καὶ οἱ Αἰγύπτιοι πεποιήκασιν ἐπὶ τῶν τῆς εὐσεβείας ἀθλητῶν· ἰδόντες τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι πολλὴν παρ' ἑαυτοῖς γενομένην τὴν φορὰν, οὐ κατέκλεισαν ἐν τῇ πόλει τὸ μέγα τοῦτο τοῦ θεοῦ δῶρον· ἀλλὰ πανταχοῦ τῆς γῆς ἐξέπεμψαν τοὺς τῶν ἀγαθῶν θησαυροὺς, τήν τε αὐτῶν φιλαδελφίαν ἐπιδεικνύμενοι, καὶ τὸν κοινὸν πάντων δεσπότην δοξάζοντες, καὶ τὴν αὐτῶν παρὰ πᾶσι κοσμοῦντες πόλιν, καὶ μητρόπολιν τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ἀποφαίνοντες. Εἰ γὰρ ψυχραὶ καὶ εὐτελεῖς ἀφορμαὶ, καὶ πρὸς τὸν παρόντα βίον ἡμῖν συντελοῦσαι χάριτες μόνον, ἴσχυσαν τοῦτο τὸ γέρας πολλαῖς τῶν πόλεων παρασχεῖν· C τὴν οὐδὲν τούτων τῶν ἐπικήρων καὶ φθαρτῶν χαριζομένην, ἀλλ' ἄνδρας πολλὴν ταῖς κληρωθείσαις αὐτοῖς πόλεσι, καὶ μετὰ τελευτὴν κεκτημένους ἀσφάλειαν, πῶς οὐ δίκαιον μάλιστα πασῶν ταύτης παρ' αὐτῶν τῆς προεδρείας τυχεῖν; τὰ γὰρ τῶν ἁγίων σώματα τούτων τείχους παντὸς ἀδάμαντος καὶ ἀρραγοῦς ἀσφαλέστερον ἡμῖν τειχίζει τὴν πόλιν· καὶ καθάπερ σκόπελοί τινες ὑψηλοὶ προβεβλημένοι πανταχόθεν, οὐχὶ τὰς τῶν αἰσθητῶν τούτων, καὶ ὁρωμένων ἐχθρῶν προσβολὰς ἀποκρούονται μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς τῶν ἀοράτων δαιμόνων ἐπιβουλὰς, καὶ πᾶσαν τοῦ διαβόλου μεθοδείαν ἀνατρέπουσί τε, καὶ διαλύουσιν οὕτως εὐκόλως, ὡς εἴ τις γεν- D ναῖος ἀνὴρ παίδων ἀθύρματα ἀνατρέψειε καὶ καταβάλοι. καὶ τὰ μὲν ἄλλα τὰ παρὰ τῶν ἀνθρώπων γινόμενα μηχανήματα, οἷον τείχη, καὶ τάφροι, καὶ ὅπλα, καὶ στρατιωτῶν πλήθη, καὶ ὅσα πρὸς ἀσφάλειαν τῶν οἰκούντων ἐπινενόηται, δυνατὸν τοῖς ἐχθροῖς ἀποκρούεσθαι ἑτέροις πλείοσι καὶ μείζοσι μηχανῶν ὑπερβολαῖς ταῖς παρ' αὐτῶν· ὅταν δὲ ἁγίων σώμασι πόλις τειχίζηται, κἂν μυρία ἐκεῖνοι δαπανῶσι χρήματα, τοιοῦτόν τι ἀντιστῆσαι μηχάνημα ταῖς ἐχούσαις αὐτοὺς πόλεσιν οὐ δυνήσονται. οὐ πρὸς ἀνθρώπων δὲ ἐπιβουλὰς μόνον, οὐδὲ E πρὸς κακουργίας δαιμόνων τοῦτο ἡμῖν χρήσιμον τὸ κτῆμα, ἀγαπητέ· ἀλλὰ κἂν ὁ κοινὸς ἡμῖν ὀργίζηται δεσπότης διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτημάτων, δυνησόμεθα ταῦτα προβαλλόμενοι τὰ σώματα, ταχέως αὐτὸν ἵλεων ποιῆσαι τῇ πόλει. Εἰ γὰρ οἱ τὰ μεγάλα κατωρθωκότες

LAUDATIO MARTYRUM Ægyptiorum.

A 1. BENEDICTUS Deus, quando etiam ex Ægypto Martyres, ex Ægypto illa cum Deo pugnante ac insanissima, & unde impia ora, unde linguæ blasphemæ, ex Ægypto martyres habentur, non in Ægypto tantum, nec in finitima vicinaque regione, sed ubique terrarum. Et quemadmodum in annonæ summa ubertate cum viderint urbium incolæ majorem, quam usus habitatorum postulet, esse copiam, ad peregrinas etiam urbes transmittunt; cum ut suam comitatem ac liberalitatem ostendant, tum ut, præter horum abundantiam, cum facilitate res, quibus indigent, rursus ab il- B lis sibi comparent: sic & Ægyptii, quod attinet ad religionis athletas, fecerunt: cum apud se multam eorum Dei benignitate copiam cernerent, non ingens Dei munus sua civitate concluserunt, sed in omnes terræ partes bonorum thesauros effuderunt; cum ut suum in fratres amorem ostenderent, tum ut communem omnium dominum honore afficerent, ac civitati suæ gloriam apud omnes compararent, totiusque orbis esse metropolim declararent. Nam si frivolæ quædam ac minimi precii occasiones, quæque ad hanc tantum vitam nobis conferunt, largitiones, hunc multis urbibus honorem ac- C quirere potuerunt; nonne eam potius, quæ nihil ex caducis & corruptibilibus rebus largitur, sed viros, qui urbibus, quæ illis obvenerint, post obitum etiam præstant securitatem, præ omnibus æquum est hac honoris prærogativa donari? Sanctorum enim horum corpora quovis adamantino & inexpugnabili muro tutius nobis urbem muniunt, & tamquam excelsi quidam scopuli undique prominentes, non horum, qui sub sensus cadunt, & oculis cernuntur hostium impetus propulsant tantum, sed etiam invisibilium dæmonum insidias, omnesque D diaboli fraudes subvertunt, ac dissipant, non minus facile, quam si fortis vir aliquis ludicra puerorum subverteret ac prosterneret. Ac cætera quidem quæ ab hominibus fiunt machinamenta, sicut muri, fossæ, arma, militum copiæ, & quæcumque ad incolarum securitatem excogitantur, ab hostibus possunt pluribus aliis multoque majoribus machinis ipsorum repelli: cum vero sanctorum corporibus fuerit civitas communita, licet innumeras illi pecunias expendant, urbibus, quæ ipsos possideant, minime poterunt æquale quoddam machinamentum opponere. Neque vero tantum ad- E versus hominum insidias, aut adversus fallacias dæmonum utilis nobis est hæc possessio, dilectissime: sed & si nobis communis Dominus ob peccatorum multitudinem irascatur, his objectis corporibus continuo poterimus eum propitium reddere civitati. Etenim si, qui multa præclare gesserant,

Reliquiæ Sanctorum urbes custodiunt.

Collata cum Codd. Regg. 1974. & 2343.

a Duo MSS. τῇ περσοίκῳ.

majorum nostrorum ætate sanctorum virorum nomina prætendentes, atque ad Abraham, Isaac & Jacob appellationem confugientes, nonnihil solatii sunt assequuti, ac magnam ex horum nominum commemoratione utilitatem decerpserunt: multo magis nos non tantum nomina, sed ipsa, quæ decertarunt, corpora prætendentes, Deum propitium, & benignum habere poterimus ac placatum. Atque ut ea, quæ dicimus, verborum fumum non esse constet; norunt multi, cum indigenarum, tum eorum, qui aliunde venerunt, quanta sanctorum istorum sit virtus, qui & testimonio suo, quæ dicta sunt, comprobant: ut qui quantam apud Deum fiduciam obtineant, experimento compererint. Ac merito sane: non enim vulgari modo pro veritate decertarunt, sed adeo fortiter strenueque violentos & intolerabiles impetus dæmonis repulerunt, ac si in saxeis ferreisque, non autem obnoxiis corruptioni mortalibusque corporibus decertarent: quasi jam ad illam passionis expertem & immortalem naturam acerbis, ac dolorem inurentibus corporis cruciatibus non cedentem, translati fuissent. Etenim tamquam sævæ quædam belluæ, crudeles, & immanes corpora circumstantes undique carnifices latera perfodiebant: carnes lacerabant, ossa detegebant ac denudabant; nec eos quidquam ab illa crudelitate atque immanitate revocabat: sed & cum terga pervasissent, ac viscera, & ad intima penetrassent, reconditum in illis fidei thesaurum compilandum non invenerunt: quin idem potius illis accidit, quod aliquibus, qui cum urbem augustissimam, divitiis multis refertam, & copiosis thesauris opulentam obsederint, & eversis mœnibus ejus ad ipsa pecuniarum promtuaria devenerint, portas everterint, vectes sustulerint, pavimentum effoderint, omnia scrutati non potuerint ejus divitiis abreptis discedere. Talia namque sunt animæ bona: non corporis passionibus produntur, cum ea ipsa caute custodit: licet ipsum pectus effodias, & raptum cor minutatim concidas, thesaurum semel a fide sibi creditum non dimittet. Hoc autem divinæ gratiæ opus est, quæ cuncta dispensat, & in infirmis corporibus mirabilia potest perficere. Atque hoc quidem admiratione dignius est: non enim modo, cum adeo insaniissent ac sæviissent, nihil ex thesauris reconditis subripuerunt, sed etiam effecerunt, ut eos majori cautione custodirent: quin etiam illos cum illustriores, tum opulentiores reddiderunt. Non enim jam anima sola, sed & ipsum corpus majoris gratiæ factum est particeps: neque tantum quam habebat, non amisit, postquam dissecti sunt atque concisi persæpe, sed & copiosius sibi majusque subsidium comparavit. Quid hac victoria mirabilius fieri possit, cum eos, quos detinebant, & obnoxios habebant, ac vinctos imperiose cædebant, superare non potuerint, sed ab istis misere ac infeliciter vincerentur?

Exod. 32. Baruc. 2.

A ἐπὶ τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων, ὀνόματα προβαλλόμενοι ἁγίων ἀνδρῶν, καὶ ἐπὶ τὴν προσηγορίαν Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ καταφεύγοντες, ἔτυχόν τινος παραμυθίας, καὶ μεγάλην ἀπὸ τῆς μνήμης τῶν ὀνομάτων τούτων ἐκαρποῦντο τὴν ὠφέλειαν· πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς, ὅταν μὴ ὀνόματα μόνον προβαλλόμενοι, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ ἀθλήσαντα σώματα, δυνησόμεθα τὸν θεὸν ἵλεων ἔχειν καὶ ἥμερον καὶ προσηνῆ. καὶ ὅτι οὐ κόμπος τὰ παρ' ἡμῶν λεγόμενα, ἴσασι πολλοὶ καὶ τῶν ἐγχωρίων, καὶ τῶν ἑτέρωθεν ἐληλυθότων, ὅση τῶν ἁγίων τούτων ἡ δύναμις· οἳ καὶ μαρτυροῦσι τοῖς λεγομένοις, διὰ τῆς πείρας B αὐτῆς μαθόντες αὐτῶν τὴν πρὸς τὸν θεὸν παρρησίαν, καὶ μάλα εἰκότως· οὐ γὰρ ὡς ἔτυχεν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἠγωνίσαντο, ἀλλ' οὕτω καρτερῶς καὶ εὐτόνως ἐνέστησαν πρὸς τὴν ῥαγδαίαν καὶ ἀφόρητον τοῦ διαβόλου βίαν, ὡς ἐν λιθίνοις καὶ σιδηροῖς, ἀλλ' οὐκ ἐν φθαρτοῖς καὶ θνητοῖς ἀγωνιζόμενοι σώμασιν· ὡς ἤδη πρὸς τὴν ἀπαθῆ καὶ ἀθάνατον μεταστάντες φύσιν, τὴν οὐκ εἴκουσαν ταῖς πικραῖς καὶ ὀδυνηραῖς τοῦ σώματος ἀνάγκαις. καθάπερ γάρ τινες ἄγριοι θῆρες καὶ ὠμοὶ καὶ ἀνήμεροι τὰ σώματα κυκλώσαντες πανταχόθεν οἱ δήμιοι διώρυττον τὰς πλευράς· κατέξαινον τὰς σάρκας· ἐξεκάλυπτον ὀστᾶ, καὶ περιεγύμνουν· καὶ οὐδὲν αὐτοὺς τῆς ὠμότητος ἵστη καὶ C τῆς ἀπανθρωπίας ἐκείνης· ἀλλὰ καὶ νώτων ἁψάμενοι καὶ σπλάγχνων, καὶ εἰς τὰ ἐνδότατα εἰσελθόντες, τὸν ἐναποκείμενον αὐτοῖς τῆς πίστεως οὐχ εὗρον συλῆσαι θησαυρόν· ἀλλὰ ταὐτὸν ἔπαθον, οἷον εἴ τινες πόλιν βασιλικωτάτην, καὶ πολλοῦ γέμουσαν πλούτου, καὶ ἱκανοὺς ἔχουσαν θησαυροὺς πολιορκοῦντες, καὶ καθελόντες αὐτῆς τὰ τείχη, καὶ πρὸς αὐτὰ τὰ ταμεῖα τῶν χρημάτων ἐλθόντες, ἀνατρέψαιεν θύρας, καθέλοιεν μοχλούς, ἀνορύξαιεν ἔδαφος, πάντα διερευνησάμενοι μὴ δυνηθεῖεν τὸν πλοῦτον αὐτῆς ἀφαρπάσαντες ἀπελθεῖν. τοιαῦτα γάρ ἐστι τῆς ψυχῆς τὰ κτήματα· οὐ προδίδοται D τοῖς τοῦ σώματος πάθεσιν, ὅταν αὐτὰ κατέχῃ μετ' ἀσφαλείας· ἀλλὰ [a] κἂν αὐτά τις ἀναρρήξῃ τὰ στέρνα, καὶ κατὰ μικρὸν τὴν καρδίαν διέλοι λαβών, οὐ προήσεται τὸν ἅπαξ αὐτῇ παρὰ τῆς πίστεως ἐμπιστευθέντα θησαυρόν. τοῦτο δὲ τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος γέγονε τῆς πάντα οἰκονομούσης, καὶ ἐν ἀσθενοῦσι σώμασι δυναμένης παράδοξα ἐπιτελεῖν. καὶ τὸ δὴ θαυμαστότερον· οὐ γὰρ μόνον οὐδὲν ὑφείλοντο τοσαῦτα μανέντες τῶν ἐναποκειμένων αὐτοῖς θησαυρῶν, ἀλλὰ καὶ μετὰ πλείονος αὐτοὺς τῆς ἀσφαλείας φυλάττεσθαι ἐποίησαν, λαμπροτέρους τε αὐτοὺς καὶ E εὐπορωτέρους εἰργάσαντο. οὐκ ἔτι γὰρ ἡ ψυχὴ μόνη, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα πλείονος μετέλαβε τῆς χάριτος· καὶ οὐ μόνον οὐκ ἀπέβαλεν, ἣν εἶχε, μετὰ τὸ διατμηθῆναι καὶ κατακοπῆναι πολλάκις· ἀλλὰ καὶ ἐπεσπάσατο πλείονα καὶ μείζω τὴν ῥοπήν. τί ταύτης γένοιτ' ἂν τῆς νίκης θαυμαστότερον, ὅτι οὓς κατεῖχον καὶ εἶχον ὑποχειρίους, καὶ δήσαντες ἔξαινον μετ' ἐξουσίας, τούτους νικῆσαι οὐκ ἴσχυσαν, ἀλλ' ὑπὸ τούτων ἡττῶντο ἐλεεινῶς καὶ ἀθλίως; ὅτι

[a] Regii, κἂν μίαν ἀναρρήξῃ.

οὐ πρὸς αὐτοὺς ἐπολέμουν, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἔνοικον αὐτῶν Θεόν· τὸν δὲ Θεῷ πολεμοῦντα ὅτι πᾶσα ἀνάγκη μετὰ πολλῆς ἡττᾶσθαι τῆς περιουσίας, δίκην διδόντα τῆς ἐπιχειρήσεως μόνης, παντί που δῆλόν ἐστι.

Τοιαῦται τῶν ἁγίων αἱ νῖκαι· εἰ δὲ τὰ ἀγωνίσματα καὶ τὰ παλαίσματα οὕτω θαυμαστὰ καὶ παράδοξα, τί ἂν εἴποιμεν περὶ τῶν ἐπάθλων καὶ στεφάνων τῶν ὑπὲρ τῆς αὐτῆς καρτερίας ἀποκειμένων αὐτοῖς; οὐ γὰρ δὴ μέχρι τῶν βασάνων τούτων ἔστησαν, οὐδὲ ἐνταῦθα τὸν δρόμον κατέλυσαν· ἀλλὰ περαιτέρω τὰ σκάμματα αὐτοῖς ἐξετείνετο· τοῦ μὲν πονηροῦ δαίμονος τῇ προσθήκῃ τῶν τιμωριῶν προσδοκῶντος ὑποσκελίζειν τοὺς ἀθλητάς, τοῦ δὲ φιλανθρώπου Θεοῦ συγχωροῦντος καὶ οὐ κωλύοντος· ὥστε καὶ τὴν τῶν ἀπίστων μανίαν σαφεστέραν πᾶσιν ἐπιδειχθῆναι, καὶ τούτοις λαμπροτέρους, καὶ πλείους πλακῆναι τοὺς στεφάνους. καὶ καθάπερ ἐπὶ τοῦ Ἰὼβ γέγονεν, ὁ μὲν πλείους ᾔτει κατ' αὐτοῦ παρὰ τοῦ Θεοῦ τιμωρίας, προσδοκῶν περιέσεσθαι τῇ προσθήκῃ τῶν δεινῶν τοῦ γενναίου τῆς εὐσεβείας ἀθλητοῦ· ὁ δὲ συνεχώρει, καὶ ἐχαρίζετο ταῖς πονηραῖς αἰτήσεσι τοῦ πονηροῦ δαίμονος, ἐπιφανέστερον τὸν αὐτοῦ ποιῶν ἀθλητήν· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα ἐγένετο. ἐπειδὴ γὰρ θηρίου παντὸς χαλεπώτερον τὸ σῶμα αὐτῶν πανταχόθεν διεμασήσατο, καὶ τὴν γλῶτταν καὶ τὸ στόμα ᾕμαξεν· εἰ καὶ μὴ τοῖς αἵμασι τῶν ἁγίων, ἀλλὰ ταῖς ἀπανθρώποις καὶ ὠμαῖς ψήφοις ἐκείναις, ἡττηθεὶς ὑπὸ τῆς καρτερίας αὐτῶν, καὶ ἐμφορηθεὶς ἱκανῶς τῆς ἀπανθρώπου θοίνης ἐκείνης, καὶ κόρον λαβὼν ἀπῆλθεν. ὅρα γὰρ πόση τῶν ἁγίων ἡ ὑπομονή, ἣ τοσαύτην μανίαν τοῖς οἰκείοις ἐκόρεσε πάθεσιν. ἐπῆλθε πάλιν ἐπαγωνιζόμενος τῇ μανίᾳ, καὶ πάντα τὰ θηρία δι' ἄλλης ὠμότητος ἐκνικῆσαι φιλονεικῶν. ἐκεῖνα γὰρ ἀνάγκῃ φύσεως πρὸς τὴν θοίνην ἔρχεται ταύτην, καὶ κορεσθέντα ἄπεισι· κἂν μυρία ἴδῃ σώματα, οὐδενὸς ἐκείνων ἐφάπτεται· οὗτος δὲ καὶ πονηρίᾳ προαιρέσεως ἐπὶ τὴν βορὰν ᾔει ταύτην, καὶ τῶν σαρκῶν αὐτῶν ἐμπλησθείς, ἑτέραν πλέκει κατ' αὐτῶν μηχανήν, μακροτάτῳ καὶ χαλεπωτάτῳ θανάτῳ τοὺς ἁγίους παραδιδούς. προσέταξε γὰρ ἐν τοῖς μετάλλοις αὐτοὺς ἐργάζεσθαι διηνεκῶς. ὢ τῆς ἀπονοίας· πεῖραν οὕτω σαφῆ λαβὼν τῆς ἀνδρείας αὐτῶν, καὶ τῆς ὑπομονῆς, ταύτῃ προσεδόκησε περιέσεσθαι· καὶ δὴ θηρίοις συνῴκουν οἱ ἅγιοι, οἱ τῶν ἀγγέλων σύνοικοι καὶ τῶν οὐρανῶν πολῖται, καὶ εἰς τὴν ἄνω λοιπὸν γραφέντες Ἱερουσαλήμ, καὶ ἦν πάσης πόλεως λοιπὸν ἡ ἔρημος ἁγιωτέρα. ἐν μὲν γὰρ ταῖς πόλεσι τὰ παράνομα ταῦτα, καὶ τυραννικὰ ἐτολμᾶτο καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπιτάγματα· ἡ δὲ ἔρημος ἀτέλειαν εἶχε τῆς ἀπανθρώπου λειτουργίας. καὶ τὰ μὲν δικαστήρια ἀνοσίας πράξεως ἔγεμε, καὶ ἀθέσμων ἐπιταγμάτων· αἱ δὲ ἐρημίαι τοὺς πάντων ἀνθρώπων εὐνομωτέρους εἶχον πολίτας, τοὺς ἐξ ἀνθρώπων ἀγγέλους γεγενημένους, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἡ ἔρημος ἡμιλλᾶτο· τό γε ἐκ τῆς ἀρετῆς τῶν οἰκούντων πολιτῶν. καὶ φύσει μὲν ἦν ἡ τιμωρία χαλεπωτάτη, τῇ δὲ προθυμίᾳ τῶν ἀγωνιζομένων ἐγένετο ῥᾳδία καὶ κούφη καὶ εὔπορος. πολλαπλάσιον τότε ἐνόμιζον ὁρᾶν τὸ φῶς,

A non enim bellum cum ipsis, sed cum habitatore ipsorum Deo gerebant: eum porro qui cum Deo bellum gerit, necessarium esse plane superiori potentia vinci, ac solius conatus luere pœnas, ignorat nemo.

2. Eujusmodi sunt sanctorum victoriæ: quod si certamina & luctæ sunt adeo mirabiles ac stupendæ, quid de præmiis coronisque dicemus, quæ ipsorum tolerantiæ reservantur? Non enim intra ista tormenta constiterunt, nec cursum hic suum interruperunt: sed ulterius illorum scammata protendebantur: quod improbus quidem dæmon accessione pœnarum athletas se supplantaturum speraret, Deus autem benignus permitteret, nec impediret: ut & infidelium insania manifestior omnibus appareret, & splendidiores istis coronæ multoque plures necterentur. Et quemadmodum in Job evenit; hic quidem plures adversus eum pœnas a Deo postulabat, ac se malorum accumulatione generosum pietatis athletam superaturum sperabat: ille vero sinebat, ac pravis petitionibus pravi dæmonis indulgebat, & athletam suum illustriorem reddebat; ita nimirum hic accidit. Postquam enim ipsorum corpus quavis fera crudelius omni ex parte depastus est, & exedit, linguamque & os cruentavit, tametsi non cruore sanctorum, sed inhumanis & crudelibus illis sententiis; ab illorum patientia victus, & inhumano illo convivio affatim expletus & exsaturatus abscessit. Ac vide quanta fuerit patientia sanctorum, quæ tantum furorem suis cruciatibus exsatiaverit. Invasit rursus, cum furore certamen instaurans, ac feras omnes alia crudelitate superare contendens: siquidem illæ naturæ necessitate impulsæ ad hoc convivium feruntur, & satiatæ recedunt, & si vel sexcenta viderint corpora, nullum ex illis attingunt: hic vero ex animi pravitate ad escam istam pergebat, & eorum carnibus expletus, alteram adversus illos machinam fabricatur, ac sanctos longissimæ acerbissimæque morti addicit: in metallis enim illos opus facere perpetuo jussit: ô amentiam singularem, cum ita manifestum experimentum cepisset fortitudinis ipsorum ac tolerantiæ, hac ratione se superaturum confidebat. Cum feris igitur habitabant sancti, contubernales Angelorum, ac cælorum cives, & supernæ Jerusalem deinceps adscripti: tum vero sanctius erat postea quavis urbe desertum. Atque in urbibus quidem hæc iniqua & tyrannica diebus singulis mandata conficiebantur: desertum autem inhumani ministerii illius immunitate gaudebat. Tribunalia quidem plena nefariis facinoribus redundabant, injustisque mandatis: deserta vero mortalium cunctorum justissimos cives habebant, qui ex hominibus Angeli facti erant: cum cælo desertum certabat, saltem ob virtutem civium, a quibus habitabatur. Ac natura quidem sua gravissima erat pœna, sed ab eorum alacritate animi, qui decertabant, proclivis ac levis & facilis reddebatur: multiplicatam se lucem intueri

Cum Deo bellum gerit, qui Martyres torquet.

Christiani ad metalla damnati.

tunc arbitrabantur, & quod dictum est apud Prophetam, *Luna erit ut Sol, Sol autem septuplex*, hanc sibi obtigisse lucem putabant. Non enim est, non est, inquam, anima quidquam hilarius, quæ digna est habita pro Christo pati quidpiam eorum, quæ nobis gravia & intolerabilia videntur. Jam se translatos in cælum esse, ac cum Angelis ducere choreas putabant. Quid enim amplius illis cælo & Angelis opus erat, cum in deserto cum illis Angelorum Dominus Jesus esset? Nam si, ubi sunt duo vel tres congregati in nomine ejus, ibi est in medio eorum, multo magis in medio illorum tunc erat, qui congregati tum fuerant non ut in nomine, sed ut pro nomine ejus perpetuo torquerentur. Nostis enim, nostis aperte hoc supplicio gravius esse nullum, eosque, qui sententia sunt illa damnati, sexcentas alias mortes malle tolerare, quam eos, qui illic inuruntur, dolores sustinere. Metallis addicti fuerunt, ubi æs effodiendum erat plerumque ab ipsis, qui auri metallo erant pretiosiores, & auro quod materia non constat, quod non damnatorum effoditur manibus, sed fidelium virorum studio reperitur. In metallis opus faciebant, qui thesauris innumeris abundabant. Ipsi quidpiam acerbius etiam illa vita, & in seipsis evenisse narrationes & historias de viris illis magnis cernebant, quas de sanctis refert Paulus dicens: *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus.* Hæc itaque cum sciamus, & nunc, & olim ex quo nati sunt homines ærumnosam & laboriosam ac innumeris refertam malis Dei amicos omnes vitam esse sortitos: ne delicatam ac dissolutam & voluptatibus affluentem vitam consectemur, sed laboriosum, atque ærumnosum vitæ genus afflictionis & miseriæ plenum. Ut enim fieri nequit, ut is, qui in agone contendit, per somnum & torporem ac delicias, coronas etiam consequatur, neque miles tropæa, neque portum gubernator, nec aream repletam agricola: sic nec ut fidelis, qui vitam suam in pigritia ac remissione traduxerit, bona promissa consequatur. Annon igitur absurdum est in omnibus quidem rebus sæculi hujus ante voluptatem labores esse propositos, & ante securitatem pericula, idque cum vilium & exiguarum rerum post labores illos exspectatio relinquatur: cum vero cælum sit propositum, Angelorum honores, vita quæ nullo fine terminatur, cum Angelis conversatio, & bona quæ nec intelligere, nec effari quisquam potest; sperare nos fore, ut per desidiam & inertiam animique remissionem ea consequamur, nec eamdem illis dignari diligentiam, quam sæcularibus rebus impendere? Ne obsecro, ne adeo male de nobis, deque nostra ipsorum salute statuamus: sed oculis nostris ad sanctos istos conversis, ad generosos atque tolerantes athletas, qui nobis, ut quasi faces præluceant, dati sunt, ad horum tolerantiam atque patientiam vitam nostram componamus: ut eorum precibus,

Hesai. 30. 26.

Matth. 18. 20.

Heb. 11. 37.

Moralis exhortatio.

A καὶ τὸ εἰρημένον παρὰ τῷ προφήτῃ· ὅτι ἡ σελήνη ἔσται ὡς ὁ ἥλιος, ὁ δὲ ἥλιος ἑπταπλασίων· τοῦτο ἀπειληφέναι τὸ φῶς ἤδη ἐνόμιζον. οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστι ψυχῆς εὐθυμότερον καταξιωμένης ὑπὲρ Χριστοῦ παθεῖν τι τῶν δεινῶν καὶ ἀφορήτων εἶναι δοκούντων ἡμῖν· ἤδη πρὸς τὸν οὐρανὸν μεθεστάναι καὶ μετ' ἀγγέλων χορεύειν ἐνόμιζον. τί γὰρ μᾶλλον αὐτοῖς οὐρανοῦ καὶ ἀγγέλων ἔδει, τοῦ τῶν ἀγγέλων δεσπότου μετ' αὐτῶν ὄντος Ἰησοῦ ἐπὶ τῆς ἐρήμου; εἰ γὰρ, ὅπου εἰσὶ δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τὸ αὐτοῦ ὄνομα, ἐκεῖ ἐστιν ἐν μέσῳ αὐτῶν, πολλῷ μᾶλλον ἐν μέσῳ ἐκείνων ἦν τότε συνειλεγμένων, οὐχ ὡς εἰς τὸ ὄνομα, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος κολαζομένων διηνεκῶς. ἴστε γὰρ, ἴστε σαφῶς, ὅτι τῆς τιμωρίας ταύτης
B οὐκ ἔστιν ἑτέρα χαλεπωτέρα, καὶ ὅτι μυρίους θανάτους ἄλλους εἵλοντο ὑπομεῖναι οἱ ταύτῃ τῇ ψήφῳ καταδικαζόμενοι, ἢ τὰς ὀδύνας ἀνέχεσθαι τὰς ἐκεῖ γινομένης. παρεδόθησαν μετάλλοις, ἔνθα χαλκὸν ἀνορύττειν ἔδει, πολλάκις αὐτοὶ μετάλλου χρυσίου ὄντες τιμιώτεροι [a] καὶ ἀΰλου χρυσίου, οὐ καταδίκων ἀνορυττομένου χερσὶν, ἀλλὰ πιστῶν ἀνδρῶν προθυμίᾳ εὑρεθέντος· εἰργάζοντο μέταλλα οἱ μυρίων γέμοντες θησαυρῶν. αὐτοί τι τῆς ζωῆς ἐκείνης καὶ ὀδυνηρότερον ἑώρων, καὶ εἰς ἑαυτοὺς ἐκβαίνοντα τὰ περὶ τῶν μεγάλων ἐκείνων ἀνδρῶν διηγήματα, ἃ περὶ τῶν ἁγίων διεξῄει λέγων ὁ Παῦλος· περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστε-
C ρούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι, ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος· ταῦτ' οὖν εἰδότες καὶ ἡμεῖς, ἀγαπητοὶ, ὅτι καὶ νῦν καὶ πάλαι, ἐξ οὗ γεγόνασιν ἄνθρωποι, ἅπαντες οἱ τῷ θεῷ φίλοι τῷ στυγνῷ, καὶ ἐπιμόχθῳ, καὶ μυρίων γέμοντι δεινῶν ἐκληρώθησαν βίῳ· μὴ τὸν ὑγρὸν καὶ διαλελυμένον καὶ τῆς ἀνέσεως γέμοντα διώκωμεν βίον, ἀλλὰ τὸν ἐπίμοχθον, τὸν ἐπίπονον, τὸν θλίψεις ἔχοντα καὶ ταλαιπωρίας. ὥσπερ γὰρ οὐκ ἔστι τὸν ἀγωνιζόμενον δι' ὕπνου καὶ ῥαθυμίας καὶ τρυφῆς, τῶν στεφάνων ἐπιτυχεῖν, οὐδὲ τὸν στρατιώτην τῶν τροπαίων, οὐδὲ τὸν κυβερνήτην τοῦ λιμένος, οὐδὲ τὸν γηπόνον τῆς ἅλω πεπληρωμένης·
D οὕτως οὐδὲ τὸν πιστὸν διὰ ῥαθυμίας τὸν ἑαυτοῦ βίον διαγαγόντα τῶν ἐπηγγελμένων τυχεῖν ἀγαθῶν. πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον ἐν μὲν τοῖς βιωτικοῖς ἅπασι τοὺς πόνους προκεῖσθαι πρὸ τῆς ἡδονῆς, καὶ τοὺς κινδύνους πρὸ τῆς ἀσφαλείας, καὶ ταῦτα εὐτελοῦς καὶ μικρᾶς τῆς ἀπὸ τῶν πόνων ἐκείνων προσδοκίας μενούσης· ὅταν δὲ οὐρανὸς προκείμενος ᾖ, καὶ ἀγγέλων τιμαὶ, καὶ ζωὴ πέρας οὐκ ἔχουσα, καὶ ἡ μετ' ἀγγέλων διατριβὴ, καὶ τὰ ἀγαθὰ, ἃ μηδὲ ἐννοῆσαι ἢ εἰπεῖν δυνατὸν, προσδοκᾷν διὰ ῥαθυμίας καὶ ῥᾳστώνης καὶ διαλελυμένης ψυχῆς αὐτῶν ἐπιτεύξεσθαι, καὶ μὴ τῆς αὐτῆς αὐτὰ τοῖς βιωτικοῖς
E σπουδῆς ἀξιοῦν; μὴ, παρακαλῶ, μὴ οὕτω κακῶς περὶ ἑαυτῶν καὶ τῆς ἑαυτῶν βουλευώμεθα σωτηρίας· ἀλλ' εἰς τοὺς ἁγίους τούτους ὁρῶντες, τοὺς γενναίους καὶ καρτερικοὺς ἀθλητὰς, τοὺς ἀντὶ φωστήρων δεδομένους ἡμῖν, πρὸς τὴν τούτων καρτερίαν καὶ τὴν ὑπομονὴν τὸν ἑαυτῶν διευθύνωμεν βίον· ἵνα ταῖς εὐχαῖς αὐτῶν δυνηθῶμεν

a Reg. καὶ ἀΰλου χρυσίου, utraque lectio quadrat.

μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν ἰδεῖν τε αὐτοὺς καὶ ἀσπάσασθαι, καὶ πρὸς τὰς οὐρανίους αὐτῶν καταλῦσαι σκηνάς. ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς τυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν.

A postquam hinc excesserimus, cum illos videre, tum amplecti possimus; atque in illis cælestibus tabernaculis collocari. Quæ nos omnes utinam consequamur gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem & cum quo Patri & Spiritui sancto, gloria in sæcula sæculorum, amen.

AD HOMILIAM IN S. MARTYREM PHOCAM

MONITUM.

MIROR *Frontonem Ducæum dubitasse Constantinopoli-ne an Antiochiæ habita fuerit hæc Concio; cum ipsa luce clarius sit Constantinopoli dictam fuisse: nam præter ea quæ dicuntur initio, nimirum ex Ponto hesterna die advenisse S. Martyrem, ad Imperatoriam scilicet urbem; quid ad Constantinopolin indicandam significantius his verbis:* Exhauriamus urbem, & nos ad sepulcrum Martyris conferamus: nam & Imperatores una nobiscum choreas ducunt. Quamnam igitur veniam meretur privatus; cum regia palatia deserant Imperatores, & Martyris sepulcro assideant? *Constantinopoli igitur hæc haud dubie concionatus est Chrysostomus. Ac postquam de S. Martyre Phoca pauca præmisit, Anomœos adoritur: quibuscum non Antiochiæ modo, sed etiam Constantinopoli certamen habuit. Hic omnia Chrysostomum sapiunt, stylus, arguendi modus, tropi, similitudines: quamobrem mirari subit Savilium* περὶ γνησιότητος *hæsitare; sed cum nullam hæsitandi causam proferat, & vere nulla poterat proferri, haud temere dicam ipsum perfunctorie judicium tulisse, neque rem ad trutinam vocasse. De anno, quo hanc dixit Orationem, non ita certo loqui possumus: nonnihil indicii præbere videntur hæc Chrysostomi verba:* Sic igitur ego quoque, si cum Hæreticis bellum gessero, non cum hominibus bellum habere, sed errorem expellere volo, ac putredinem expurgare. Mihi consuetum est persequutionem pati, non persequi: vexari, non vexare. *Id si notet ejus priorem persequutionem, qua in exsilium pulsus, paulopost sedem repetiit, hæc Homilia in finem anni 403. vel insequentis 404. initium referenda erit. Certe non aliam antehac persequutionem passus est Chrysostomus, unde sequitur probabiliter posse in hoc tempus hanc Homiliam conferri.*

De sancto Phoca Martyre hæc disserit Fronto Ducæus: Phocæ Martyris meminit S. Gregorius Naz. ad Vitalianum, eique prope Trapezuntem dicatum fuisse templum Calcondylus scribit. In Catalogo Bibliothecæ Augustanæ fit mentio Andreæ Chartophylacis, cujus in ea Ms. servatur Encomium in S. Martyrem Phocam Thaumaturgum. Et in Martyrologio Romano legimus 5. Martii ex Gregorio Turonensi de gloria Martyrum: *Natalis S. Phocæ apud Antiochiam.* Itemque 14. Julii: *Sinope in Ponto S. Phocæ Martyris ejusdem civitatis Episcopi*, cujus reliquias Viennam Galliæ translatas Ado testatur in Chronico, in Horologio Græcorum 22. Junii notatur, ἡ ἀνακομιδὴ τοῦ λειψάνου τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Φωκᾶ, quod apud Usuardum a Molano editum sic legitur, *Reportatio Lipsani sancti Hieromartyris Phocæ:* in Calendario vero Græcorum Interprete Genebrardo, *Translatio Reliquiarum Phocæ Martyris:* rursus 22. Septembris, τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Φωκᾶ. In Menologio græce Venetiis edito duplicis Phocæ passio breviter eodem die 22. Septembris perstringitur; ac prioris quidem τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Φωκᾶ τοῦ θαυματουργοῦ, qui fuisse Pamphili & Mariæ filius perhibetur. Sinope in Ponto natus, atque a teneris unguiculis miraculorum gloria claruisse, eique martyrium hoc signo prænunciatum est: Insidens capiti ejus columba coronam imposuit humana ejusmodi voce missa, Mixtus est calix, teque bibere illum oportet. Quod & ipsi Dei munere concessum est: nam Imperatore Trajano martyrium gladio pariter & igne consummavit, post mortem clarus miraculis. Posterior vero Phocas ibidem hortulanus fuisse dicitur Sinope quoque oriundus, qui satellites, a quibus ad necem quærebatur, hospitio excepit, ac seipsum illis prodidit, uti narrat apud Lipomanum Asterius, & amputato capite grata Deo victima oblatus fuit. Ex his duobus priorem, qui Episcopus fuit, suspicor hac oratione laudari, quod ἱερο-

μάρτυς in inscriptione tractatus dicatur, quo titulo sæpius in Menologio Episcopos aut Presbyteros martyrio exornatos a Græcis insigniri video, ut Ignatium, Dionysium & Blasium, ut & ἱερομονάχους appellant Monachos, qui Presbyteri creati, & in Ecclesiasticam Hierarchiam sunt allecti.

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

DE SANCTO HIEROMARTYRE PHOCA *& contra Hæreticos, atque in Psalm.* 141. Voce mea ad Dominum clamavi: voce mea ad Deum deprecatus sum.

I. SPLENDIDA nobis hesterno die facta est civitas, splendida, & illustris; non quia columnas, sed quia martyrem habuit cum pompa incedentem, qui ad nos ex Ponto advenit. Vidit vestram hospitalitatem, & vos benedictione cumulavit; laudavit animi vestri alacritatem, & eos, qui advenerant, benedixit. Beatos illos, qui convenerant, prædicavi, quique suavis ejus odoris participes fuerant, & eos qui aberant, miseros appellavi: verumtamen, ne damnum eorum fiat irreparabile, rursus ipsum altera die prædicamus: ut & ii qui ob negligentiam abfuerunt, a martyre impertitam duplicent diligentia benedictionem. Etenim quod sæpenumero dixi, hoc quoque dicere non cessabo; non pœnas peccatorum repeto, sed ægrotantibus medicinam paro. Abfuisti heri? saltem hodie adesto, ut eum in proprium videas locum deduci: vidisti eum per forum ductum? cerne jam ipsum per mare navigantem: ut elementum utrumque ejus benedictione repleatur. Nemo ab hac sacra solemnitate absit: non virgo domi remaneat: non mulier ædibus se contineat: exhauriamus urbem, & nos ad sepulcrum Martyris conferamus; nam & Imperatores una nobiscum choreas ducunt. Quamnam igitur veniam meretur privatus, cum regia palatia deserant Imperatores, & Martyris sepulcro assideant? talis nimirum est virtus martyrum, ut non modo privatos, sed eos etiam qui diademata gestant, sagena concludat. Hæc Gentilium est ignominia, hæc erroris ipsorum opprobrium, hæc dæmonum perditio, hæc nostra nobilitas, & Ecclesiæ corona. Exsulto cum martyribus, & præ lætitia tripudio, dum pratorum loco tropæum ipsorum intueor; quoniam pro fontibus sanguinem effuderunt: illorum ossa consumta sunt, at illorum memoria in dies fit recentior. Ut enim fieri nequit ut sol exstinguatur; ita neque ut martyrum memoria pereat: ipse enim Christus pronunciavit, *Cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.* Verum martyris quidem laudes ad conveniens usque tempus exspectemus: nam & de illis satis multa dicta sunt propter eorum studium, qui congregari debuerant, & festivitatis diem celebrem reddere, quod enim hesterno die dixi, etiam hodie rursus dico: martyri

Imperatores colunt Martyres.

Matth. 24. 35.

[a] ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΑ Φωκᾶν, καὶ κατὰ αἱρετικῶν, καὶ εἰς τὸν ρμα'. ψαλμὸν, φωνῇ μου πρὸς τὸν κύριον ἐκέκραξα· φωνῇ μου πρὸς τὸν θεὸν ἐδεήθην.

A ΛΑΜΠΡΑ γέγονεν ἡμῖν χθὲς ἡ πόλις, λαμπρὰ καὶ περιφανής· οὐκ ἐπειδὴ κίονας εἶχεν, ἀλλ' ἐπειδὴ μάρτυρα πομπεύοντα ἀπὸ Πόντου πρὸς ἡμᾶς παραγενόμενον. εἶδεν ὑμῶν τὴν φιλοξενίαν, καὶ ἐνέπλησεν ὑμᾶς τῆς εὐλογίας· ἐπῄνεσεν ὑμῶν τὴν προθυμίαν, καὶ εὐλόγησε τοὺς παραγενομένους. ἐμακάρισα τοὺς συνελθόντας καὶ μετασχόντας αὐτοῦ τῆς εὐωδίας, καὶ ἐταλάνισα τοὺς ἀπολειφθέντας· ἀλλ' ἵνα μὴ ἡ ζημία αὐτῶν ἀνίατος γένηται, πάλιν ἐν ἑτέρᾳ ἡμέρᾳ ἀνακηρύττομεν αὐτὸν, ἵνα καὶ οἱ ἀπολειφθέντες διὰ ῥαθυμίαν διπλασιάσωσι τῇ σπουδῇ τὴν εὐλογίαν τὴν παρὰ τοῦ μάρτυρος. ὃ μὲν γὰρ πολλάκις εἶπον, τοῦτο καὶ λέγων οὐ παύσομαι· οὐκ εὐθύνας ἀπαιτῶ ἁμαρτημάτων, ἀλλὰ τοῖς
B ἀσθενοῦσι φάρμακα κατασκευάζω. ἀπελείφθης χθές; παραγενοῦ κἂν σήμερον, ἵνα ἴδῃς αὐτὸν εἰς τὸν οἰκεῖον χῶρον ἀπαγόμενον. εἶδες αὐτὸν διὰ τῆς ἀγορᾶς ἀγόμενον; βλέπε αὐτὸν καὶ διὰ τοῦ πελάγους πλέοντα, ἵνα ἑκάτερα τὰ στοιχεῖα τῆς παρ' αὐτοῦ εὐλογίας ἐμπλήσῃ. μηδεὶς ἀπολιμπανέσθω τῆς ἱερᾶς ταύτης πανηγύρεως· μὴ παρθένος οἴκοι μενέτω· μὴ γυνὴ τὴν οἰκίαν κατεχέτω· κενώσωμεν τὴν πόλιν, καὶ πρὸς τὸν τάφον τοῦ μάρτυρος μεθορμίσωμεν· καὶ γὰρ καὶ βασιλεῖς κοινῇ μεθ' ἡμῶν χορεύουσι. ποίαν οὖν συγγνώμην ἔχει ὁ ἰδιώτης βασιλέων τὰς βασιλικὰς αὐλὰς καταλιμπανόντων, καὶ τῷ τάφῳ
C τοῦ μάρτυρος παρακαθημένων; τοιαύτη γὰρ τῶν μαρτύρων ἡ δύναμις, ὡς μὴ μόνον τοὺς ἰδιώτας, ἀλλὰ καὶ τοὺς τὰ διαδήματα φοροῦντας σαγηνεύειν. αὕτη τῶν Ἑλλήνων ἡ αἰσχύνη· αὕτη τῆς πλάνης αὐτῶν τὸ ὄνειδος· αὕτη τῶν δαιμόνων ἡ ἐξολόθρευσις· αὕτη ἡμῶν ἡ εὐγένεια, καὶ τῆς ἐκκλησίας ὁ στέφανος. χορεύω μετὰ μαρτύρων, καὶ σκιρτῶ ἀντὶ λειμώνων βλέπων αὐτῶν τὸ τρόπαιον, ὅτι ἀντὶ πηγῶν αἷμα ἔῤῥεον. τὰ ὀστᾶ αὐτῶν ἐδαπανήθη, καὶ ἡ μνήμη αὐτῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν νεαρωτέρα γίνεται. ὥσπερ γὰρ τὸν ἥλιον ἀμήχανον σβεσθῆναι, οὕτω καὶ μνήμην μαρτύρων. αὐτὸς γὰρ ὁ Χριστὸς ἀπεφήνατο· ὁ
D οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσιν. ἀλλὰ τοῦ μὲν μάρτυρος τὰ ἐγκώμια εἰς τὸν προσήκοντα καιρὸν ἀναμείνωμεν· καὶ γὰρ καὶ ταῦτα ἀρκούντως εἴρηται διὰ τὴν σπουδὴν τῶν ὀφειλόντων συναχθῆναι, καὶ περιφανῆ ποιῆσαι τὴν ἡμέραν τῆς ἑορτῆς. ὃ μὲν γὰρ καὶ χθὲς ἔλεγον, καὶ σήμερον πάλιν λέγω, τῷ

[a] Collata cum uno Regio Ms. qui non variat.

μὲν μάρτυρι οὐδεμία δόξα ἀπὸ τῆς τῶν πολλῶν παρουσίας γενήσεται· ὑμῖν δὲ πλέον ἔσται ἡ εὐλογία ἀπὸ τοῦ παραγενέσθαι πρὸς τὸν μάρτυρα. ὥσπερ γὰρ ὁ πρὸς τὸν ἥλιον βλέπων τὸ μὲν ἄστρον φαιδρότερον οὐ ποιεῖ, τὰ δὲ οἰκεῖα ὄμματα καταυγάζει· οὕτω δὴ καὶ ὁ μάρτυρα τιμῶν, ἐκεῖνον λαμπρότερον οὐ ποιεῖ, ἀλλ᾽ αὐτὸς παρ᾽ ἐκείνου τὴν εὐλογίαν τοῦ φωτὸς ἐπισπᾶται. ποιήσωμεν πάλιν τὴν θάλατταν ἐκκλησίαν μετὰ λαμπάδων ἐξιόντες ἐκεῖσε, καὶ τὸ πῦρ ἐνυγραίνοντες, καὶ τὸ ὕδωρ ἐμπιμπλῶντες πυρός. μηδεὶς φοβείσθω τὸ πέλαγος· ὁ μάρτυς θάνατον οὐκ ἐφοβήθη, καὶ σὺ τὸ ὕδωρ δέδοικας; ἀλλὰ τοῦτον μὲν αὐτάρκως τὸν λόγον εἰρήκαμεν· φέρε δὴ καὶ ἐκ τῶν σήμερον εἰρημένων τὴν εἰωθυῖαν ὑμῖν παραθῶμεν τράπεζαν. εἰ γὰρ καὶ στενοχωρεῖται ὑμῶν τὰ σώματα, ἀλλ᾽ ἀναπτερούσθω ἡ διάνοια· οὐδὲ γὰρ τὴν στενοχωρίαν ὑμῶν, ἀλλὰ τὴν προθυμίαν βλέπω. ἡδὺ καὶ κυβερνήτῃ θάλαττα κυματουμένη, καὶ διδασκάλῳ ἐκκλησία πελαγιζομένη. οὐ γάρ ἐστιν ἐν τοῖς ὕδασι τούτοις, οὔτε ἅλμη, οὔτε σκόπελος, οὔτε θηρία· ἀλλὰ θάλαττα καὶ πέλαγος γέμον εὐωδίας· ἐνταῦθα πλοῖα οὐκ ἀπὸ γῆς εἰς γῆν, ἀλλ᾽ ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν μεθορμιζόμενα· οὐ χρήματα ἔχοντα, οὐ χρυσὸν, οὐδὲ ἄργυρον, ἀλλὰ πίστιν, καὶ ἀγάπην, καὶ ζῆλον, καὶ σοφίαν.

Φέρε δὴ τοίνυν μετ᾽ ἀκριβείας ἐφίεμεν τὸ πλοῖον μηδέ ποτε ἀπολλύμενον, μηδὲ ναυάγιον ὑπομένον. ἀλλὰ προσέχετε μετ᾽ ἀκριβείας τοῖς λεγομένοις· ὁ γὰρ ψαλμὸς ἡμᾶς σήμερον εἰς παράταξιν ἐξάγει τὴν αἱρετικῶν, οὐχ ἵνα αὐτοὺς ἑστῶτας βάλλωμεν, ἀλλ᾽ ἵνα κειμένους ἀναστήσωμεν· τοιοῦτος γὰρ ἡμῶν ὁ πόλεμος, οὐκ ἀπὸ ζώντων νεκροὺς ἐργάζεται, ἀλλ᾽ ἀπὸ νεκρῶν ζῶντας κατασκευάζει, ἡμερότητος γέμων καὶ πολλῆς τῆς ἐπιεικείας. οὐ γὰρ ἐλαύνω πράγματι, ἀλλὰ τῷ λόγῳ διώκω· οὐ τὸν αἱρετικὸν, ἀλλὰ τὴν αἵρεσιν· οὐ τὸν ἄνθρωπον ἀποστρέφομαι, ἀλλὰ τὴν πλάνην μισῶ, καὶ ἐπισπάσασθαι βούλομαι. οὐκ ἔχω πόλεμον πρὸς οὐσίαν· θεοῦ γὰρ ἔργον ἡ οὐσία· ἀλλὰ τὴν γνώμην διορθώσασθαι βούλομαι, ἣν διέφθειρεν ὁ διάβολος. οὕτω καὶ ἰατρὸς ἄρρωστον θεραπεύων, οὐ τῷ σώματι πολεμεῖ, ἀλλὰ τοῦ σώματος τὴν κακίαν ἀναιρεῖ. κἀγὼ τοίνυν ἐὰν πολεμήσω αἱρετικοῖς, οὐκ αὐτοῖς τοῖς ἀνθρώποις πολεμῶ, ἀλλὰ τὴν πλάνην ἐκβαλεῖν βούλομαι, καὶ τὴν σηπεδόνα ἐκκαθᾶραι. ἐμοὶ ἔθος ἐστὶ διώκεσθαι καὶ μὴ διώκειν, ἐλαύνεσθαι καὶ μὴ ἐλαύνειν. οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἐνίκα, οὐ σταυρώσας, ἀλλὰ σταυρωθείς· οὐ ῥαπίσας, ἀλλὰ ῥαπισθείς. εἰ μὲν κακῶς ἐλάλησα, φησὶ, μαρτύρησον περὶ τοῦ κακοῦ· εἰ δὲ καλῶς, τί με δέρεις; ὁ δεσπότης τῆς οἰκουμένης τῷ δούλῳ τοῦ ἀρχιερέως ἀπολογεῖται, καὶ ῥαπισθεὶς τὸ στόμα, ὅθεν ἐξῆλθε ῥῆμα, καὶ τὴν θάλατταν ἐχαλίνωσε, καὶ τετραήμερον Λάζαρον ἐκ νεκρῶν ἤγειρεν· ὅθεν κακία ἐδραπέτευσεν· ὅθεν νοσήματα καὶ ἁμαρτήματα ἐλύετο· τοῦτο τοῦ σταυρωθέντος τὸ θαῦμα. καὶ γὰρ δυνάμενος κεραυνὸν ἀφεῖναι, καὶ τὴν γῆν σεῖσαι, καὶ τὴν χεῖρα τοῦ δούλου

A quidem gloria nulla ex multorum præsentia comparabitur, vos autem benedictionem lucrifacietis, ex eo quod ad Martyrem accesseritis. Quemadmodum enim is, qui oculos in solem convertit, astrum ille quidem splendidius minime reddit, sed oculos suos illuminat: ita nimirum & is, qui Martyri honorem defert, clariorem illum non efficit, sed ipse ab illo sibi benedictionem lucis accersit. Iterum mare Ecclesiam efficiamus cum lampadibus illuc prodeuntes, & ignem humectantes, & aquam igne complentes: nemo pelagus reformidet: mortem Martyr non reformidavit, & tu aquam B pertimescis? Sed in hanc quidem sententiam satis multa jam diximus: age ergo ex his etiam quæ hodie recitata sunt, consuetam mensam vobis apponamus: licet enim corpora vestra coarctentur, tamen animus exercitetur: neque enim vestram coarctationem, sed animi vestri alacritatem specto: gubernatori quoque mare fluctibus agitatum jucundum est, & Doctori Ecclesia turbis undans. Non enim in aquis est istis salsugo, non scopulus, neque belluæ, sed mare ac pelagus odore suavi redundans: hic navigia, quæ non a terra in terram, sed a terra in cælum trajiciunt: quæ non pecunias gerunt, non aurum, non argentum; C sed fidem, & caritatem, & zelum, & sapientiam.

Lampades in supplicationibus Christianorum.

2. Age itaque navem diligenter emittamus, quæ numquam perit, numquam naufragium patitur. Sed iis, quæ dicuntur, attendite diligenter: psalmus siquidem hodie in aciem contra hæreticos nos educit: non ut illos stantes prosternamus, sed ut jacentes erigamus. Ejusmodi namque nostrum est bellum: non ex vivis mortuos reddit, sed ex mortuis vivos efficit, mansuetudine, ac multa redundans benignitate. Non enim factis insector, sed verbis persequor; non hæreticum, sed hæresim: non hominem D aversor, sed errorem odio prosequor, & avellere conor. Non est mihi bellum susceptum cum substantia; Dei siquidem opus est substantia; sed corrigere mentem volo, quam diabolus corrupit. Sic & medicus dum ægrotum curat, non corpus oppugnat, sed corporis vitium tollit. Sic igitur ego quoque, si cum hæreticis bellum gessero, non cum hominibus bellum gero, sed errorem expellere volo, ac putredinem expurgare. Mihi consuetum est persequutionem pati, non persequi: vexari, non vexare. Sic & Christus vincebat, non cruci affigens, sed cruci affixus; non alapis cædens, sed alapis cæsus. *Si male loquutus sum*, inquit, *testimonium perhibe de malo: si autem* E *bene, quid me cædis?* Dominus orbis terrarum apud servum Pontificis se purgat etiam alapis in ore cæsus, unde prodiit verbum, & mare frenavit, & quatriduanum Lazarum a mortuis excitavit: unde malum fugiebat: unde ægritudines & peccata solvebantur: hoc est miraculum crucifixi. Nam cum fulmina vibrare posset, ac terram concutere, servique manum arefacere, nihil

Non hæreticum, sed hæresim persequitur.

Joan. 18. 23.

horum fecit: sed & se purgat, & superat benignitate, te erudiens, ut cum homo sis, numquam excandescas: licet cruci affigaris, licet alapam accipias, ut eadem dicas quæ dominus tuus, *Si male loquutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis?* Ac vide ipsius benignitatem, quo pacto quæ servorum quidem suorum sunt vindicet: quæ vero sua sunt, prætermittat. Propheta quondam fuit, qui Regem impie agentem redarguebat: & cum accessisset, dixit, *Altare, altare, audi.* Nam quoniam Rex Jeroboam sacrificium idolis offerens stabat, tum veniens Propheta cum altari colloquitur. Quid agis, ô Propheta? hominem dimittis, & cum altari colloqueris? Ita est, inquit, quare? Quandoquidem homo magis expers sensus ac stupidior lapide factus est, omitto illum & cum isto colloquor: ut intelligas audire lapidem, & hominem non audire. *Audi, altare, audi*, & subito ruptum est altare. Extendit manum suam Rex, cum Prophetam vellet corripere, neque potuit illam ad se reducere. Vides, ut altare potius, quam Rex audierit? vides, ut omisso eo qui ratione præditus erat, id quod erat rationis expers sit alloquutus: ut per istius obedientiam illius stuporem malitiamque corrigeret? Fractum est altare, & Regis malitia fracta non est. Ac vide, quid acciderit: extendit manum suam Rex, ut Prophetam comprehenderet, & continuo manus ejus exaruit. Quoniam altaris supplicio melior factus non est, propria pœna obedientiam Dei docetur. Ego quidem tibi parcens volui in lapidem iram effundere: quando autem lapidis magisterio non es eruditus, tu supplicium excipe. Et extendit manum suam, & evestigio exaruit. Stabat deinceps tropæum Prophetæ, & Rex contrahere ipsam non poterat. Ubi diadema? ubi vestes purpureæ? ubi loricæ? ubi clypei? ubi exercitus? ubi lanceæ? jussit Deus, & omnia illa perierunt. Circumstabant Satrapæ, qui succurrere minime poterant, at plagæ tantum spectatores erant redditi. Et extendit manum suam Rex & exaruit: quando arida facta est, tunc fructum tulit. Considera mihi exemplum, quod occurrit in ligno, quod in paradiso fuit, & in ligno, quod fuit in cruce. Sicut enim lignum illud, cum esset viride, mortem peperit, lignum vero crucis, cum aridum esset, vitam genuit; sic & in manu Regis accidit: quando viridis erat, tunc impietatem peperit: quando arida facta est, tunc obedientiam produxit: vide facta Dei mirabilia: sed quod dicebam, quando alapis ipse cædebatur, nihil mali cædenti inferebat: quando autem servus injuriam passurus erat, Regem punivit: ut te doceat ea quidem quæ Dei sunt vindicare, quæ vero propria sunt prætermittere. Sicut enim ego mea prætermitto, tua vero vindico: sic & tu mea vindica, tua vero prætermitte. Verum arrigite mihi aures vestras: ubi enim certaminum tempus est, auditoribus est opus, quibus arrectæ sint aures, & attentæ, ut diligenter adver-

Christus patientiæ præbet exemplum.

3 Reg. 13. 2.

Deus servorum suorum ulciscitur injurias.

A ξηρᾶναι, οὐδὲν τούτων ἐποίησεν· ἀλλὰ καὶ ἀπολογεῖται, καὶ πραότητι περιγίνεται, σὲ παιδεύων ἄνθρωπον ὄντα μηδέποτε ἀγανακτεῖν· κἂν σταυρωθῇς, κἂν ῥάπισμα λάβῃς, τὰ αὐτὰ ἵνα λέγῃς ὡς ὁ δεσπότης σου· εἰ μὲν κακῶς ἐλάλησα, μαρτύρησον περὶ τοῦ κακοῦ· εἰ δὲ καλῶς, τί με δέρεις; καὶ ὅρα αὐτοῦ τὴν φιλανθρωπίαν· πῶς τὰ μὲν τῶν δούλων ἐκδικεῖ, τὰ δὲ ἑαυτοῦ παρατρέχει. ἐγένετό τις ποτὲ προφήτης, καὶ βασιλέα ἀσεβοῦντα διήλεγχε, καὶ ἐλθὼν φησί· θυσιαστήριον, θυσιαστήριον, ἄκουσον. ἐπειδὴ γὰρ ὁ βασιλεὺς Ἱεροβοὰμ εἱστήκει τοῖς εἰδώλοις ἀναφέρων θυσίαν· ἐλθὼν ὁ προφήτης τῷ θυσιαστηρίῳ διαλέγεται. B τί ποιεῖς, ὦ προφῆτα; τὸν ἄνθρωπον ἀφῆκας, καὶ τῷ θυσιαστηρίῳ διαλέγῃ; ναί φησι· διατί; ἐπειδὴ λίθου ἀναισθητότερος ὁ ἄνθρωπος ἐγένετο, ἐκεῖνον ἀφίημι, καὶ τούτῳ διαλέγομαι· ἵνα μάθῃς, ὅτι ὁ λίθος ἀκούει, καὶ ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἀκούει. ἄκουσον, θυσιαστήριον, ἄκουσον, καὶ εὐθέως ἐῤῥάγη τὸ θυσιαστήριον. ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς πιάσαι τὸν προφήτην βουλόμενος, καὶ οὐκ ἠδύνατο συστεῖλαι αὐτήν. ὁρᾷς ὅτι μᾶλλον τὸ θυσιαστήριον ἤκουσεν, ἢ ὁ βασιλεύς; ὁρᾷς ὅτι τὸν λογικὸν ἀφῆκε, καὶ τῷ ἀλόγῳ C διαλέγεται, ἵνα διὰ τῆς τούτου ὑπακοῆς τὴν ἐκείνου ἀναισθησίαν καὶ κακίαν διορθώσηται; ἐῤῥάγη τὸ θυσιαστήριον, καὶ ἡ κακία τοῦ βασιλέως οὐκ ἐῤῥάγη. ἀλλ' ὅρα τὸ γεγενημένον· ἐξέτεινε τὴν χεῖρα ὁ βασιλεὺς λαβεῖν τὸν προφήτην, καὶ εὐθέως ἐξηράνθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ. ἐπειδὴ τῇ τιμωρίᾳ τοῦ θυσιαστηρίου οὐκ ἐγένετο βελτίων, τῇ οἰκείᾳ κολάσει παιδεύεται τοῦ θεοῦ τὴν ὑπακοήν. ἐγὼ μὲν γάρ σου φειδόμενος εἰς λίθον ἠθέλησα ἀφεῖναι τὴν ὀργήν· ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἐγένετό σοι διδάσκαλος ὁ λίθος, λάμβανε σὺ τὴν τιμωρίαν. καὶ ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ, καὶ παραυτίκα ἐξηράνθη. εἱστήκει λοιπὸν τὸ τρόπαιον τοῦ προφήτου, καὶ συστεῖλαι αὐτὴν ὁ βασιλεὺς οὐκ ἠδύνατο. ποῦ τὸ διάδημα; D ποῦ αἱ πορφυρίδες; ποῦ οἱ θώρακες; ποῦ αἱ ἀσπίδες; ποῦ τὸ στρατόπεδον; ποῦ τὰ δόρατα; ὁ θεὸς ἐκέλευσε, καὶ πάντα ἐκεῖνα ἀπώλετο. παρειστήκεισαν οἱ σατράπαι βοηθῆσαι μὲν οὐ δυνάμενοι, θεωροὶ δὲ τῆς πληγῆς γενόμενοι μόνον. καὶ ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ὁ βασιλεύς, καὶ ἐξηράνθη. ὅτε ἐγένετο ξηρά, τότε καρπὸν ἤνεγκε. βλέπε μοι τὸ ὑπόδειγμα τὸ ἐπὶ τοῦ ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ, καὶ τοῦ ξύλου τοῦ ἐν τῷ σταυρῷ. ὥσπερ γὰρ τὸ ξύλον ἐκεῖνο χλωρὸν ὂν θάνατον ἔτεκε, τὸ δὲ ξύλον τοῦ σταυροῦ ξηρὸν ὂν ζωὴν ἐγέννησεν· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς χειρὸς τοῦ βασιλέως ἐγένετο· ὅτε χλωρὰ ἦν, τότε ἀσέβειαν ἔτεκεν· ὅτε ξηρὰ ἐγένετο, τότε τὴν ὑπακοὴν προσ- E ήγαγεν· ἴδε τοῦ θεοῦ τὰ παράδοξα πράγματα· ἀλλ' ὅπερ ἔλεγον, ὅτε αὐτὸς ἐῤῥαπίζετο, οὐδὲν κακὸν τῷ ῥαπίζοντι ἐποίει· ὅτε δὲ ὁ δοῦλος ἔμελλεν ὑβρίζεσθαι, τὸν βασιλέα ἐκόλασε· σὲ παιδεύων τὰ μὲν τοῦ θεοῦ ἐκδικεῖν, τὰ δὲ οἰκεῖα παρατρέχειν. ὥσπερ γὰρ τὰ ἐμὰ παρατρέχω, τὰ δὲ σὰ ἐκδικῶ· οὕτω καὶ σὺ τὰ ἐμὰ ἐκδίκει, τὰ δὲ σὰ παράτρεχε. ἀλλὰ συντείνατέ μοι τὴν ἀκοήν· ἔνθα γὰρ ἀγώνων καιρός, ἀκροατῶν χρεία συντεταμένην ἐχόντων τὴν ἀκοήν· ἵνα εἰδῆτε μετ' ἀκριβείας

πῶς δεσμεύω, πῶς λύω τὰ τῶν ἀντιδίκων ἁμαρτήματα· πῶς παλαίω· πῶς ῥήσσω. Εἰ γὰρ οἱ ἐν τῷ θεάτρῳ καθήμενοι ἐπικύπτουσι δύο παλαιόντων τὴν ὄψιν αὐτῶν καὶ τὴν ἡλικίαν ἐκτείνοντες· ἵνα ἴδωσι παλαίσματα αἰσχύνης γέμοντα· ἵνα ἴδωσι παλαίσματα, ἃ μιμήσασθαι αἰσχύνη. πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς προσέχειν δεῖ τῇ τῶν θείων γραφῶν ἀκροάσει. εἰ γὰρ ἐπαινεῖς τὸν ἀθλητὴν, διὰ τί οὐ γίνῃ ἀθλητής; εἰ δὲ αἰσχύνη γενέσθαι ἀθλητὴς, διὰ τί μιμῇ τούτων τὸν ἔπαινον; ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα τοιαῦτα τὰ παλαίσματα, ἀλλὰ κοινὰ πᾶσι καὶ ὠφέλιμα καὶ τοῖς λέγουσι καὶ τοῖς ἀκούουσι. παλαίω γὰρ μετὰ τοῦ αἱρετικοῦ· ἵνα καὶ ὑμᾶς ἀθλητὰς ἀπεργάσωμαι· ἵνα μὴ μόνον ψάλλοντες, ἀλλὰ καὶ διαλεγόμενοι τὴν γλῶτταν αὐτῶν ἐπιρράπτητε. τί οὖν φησιν ὁ προφήτης; φωνῇ μου πρὸς κύριον ἐκέκραξα, φωνῇ μου πρὸς τὸν θεὸν ἐδεήθην. πρόσεχε· μὴ δοκεῖ ἔχειν ἀφορμὴν παλαισμάτων τὸ ῥηθέν; ὅρα πῶς πλέκω τὸν στέφανον καὶ τῶν ἀγώνων τὴν ὑπόθεσιν· φωνῇ μου πρὸς κύριον ἐκέκραξα· φωνῇ μου πρὸς τὸν θεὸν ἐδεήθην. ἐνταῦθά μοι τὸν αἱρετικὸν κάλει· ἐάν τε παρῇ, ἐάν τε μὴ παρῇ. ἐάν τε γὰρ παρῇ, παρὰ τῆς ἡμετέρας φωνῆς παιδευέσθω· ἐάν τε μὴ παρῇ, διὰ τῆς ὑμετέρας ἀκροάσεως μανθανέτω. ἀλλ' ὅπερ εἶπον, οὐκ ἐλαύνω αὐτὸν παρόντα, ἀλλὰ δέχομαι αὐτὸν ἐλαυνόμενον, οὐ παρ' ἡμῶν, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ οἰκείου συνειδότος, κατὰ τὸν λέγοντα, φεύγει ὁ ἀσεβὴς μηδενὸς διώκοντος. ἡ ἐκκλησία μήτηρ ἐστὶ τῶν οἰκείων τέκνων, καὶ τούτους δεχομένη, καὶ τοῖς ξένοις τοὺς κόλπους ἐφαπλοῦσα. [a] κοινὸν θέατρον ἡ κιβωτὸς ἡ τοῦ Νῶε ἦν· ἀλλ' ἡ ἐκκλησία καὶ ταύτης βελτίων. ἐκείνη μὲν γὰρ ἐλάμβανεν ἄλογα, καὶ ἐφύλαττεν ἄλογα· αὕτη δὲ λαμβάνει ἄλογα, καὶ μεταβάλλει. οἷόν τι λέγω· ἐὰν εἰσέλθῃ ἐνταῦθα ἀλώπηξ αἱρετικὸς, ποιῶ τοῦτον πρόβατον· ἐὰν εἰσέλθῃ λύκος, ποιῶ αὐτὸν ἀρνίον τὸ ἐμὸν μέρος· ἐὰν δὲ μὴ βούληται, οὐδὲν παρ' ἐμὲ, ἀλλὰ παρὰ τὴν οἰκείαν ἀγνωμοσύνην· ἐπεὶ καὶ ὁ Χριστὸς δώδεκα εἶχε μαθητὰς, καὶ εἷς προδότης ἐγένετο· ἀλλ' οὐ παρὰ τὸν Χριστὸν, ἀλλὰ παρὰ τὴν διεφθαρμένην γνώμην ἐκείνου· ἐπεὶ καὶ ὁ Ἐλισσαῖος εἶχε μαθητὴν φιλάργυρον· ἀλλ' οὐ παρὰ τὴν ἀσθένειαν τοῦ διδασκάλου, ἀλλὰ παρὰ τὴν ῥᾳθυμίαν τοῦ μαθητοῦ. ἐγὼ καταβάλλω τὰ σπέρματα· ἐὰν γῆ λιπαρὰ ἧς δεχομένη τὰ σπέρματα, καὶ τὸν στάχυν ἀποδίδως· ἐὰν δὲ ἧς πέτρα ἄγονος, οὐδὲν παρ' ἐμέ· ἐάν τε ἀκούσῃς, ἐάν τε μὴ ἀκούσῃς, οὐ παύσομαί σοι ἐπάδων ᾠδὴν πνευματικὴν, καταμαλάττων τὰ τραύματα· ἵνα μὴ ἀκούσω κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, πονηρὲ δοῦλε, ἔδει σε καταβαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου ἐπὶ τοὺς τραπεζίτας· φωνῇ μου πρὸς κύριον ἐκέκραξα· φωνῇ μου πρὸς τὸν θεὸν ἐδεήθην.

Τί λέγεις αἱρετικέ; περὶ τίνος λέγει ὁ προφήτης, καὶ τίνα καλεῖ κύριον καὶ θεόν; περὶ ἑνὸς γὰρ προσώπου ὁ λόγος. ἐκεῖνοι γὰρ παραγραφόμενοι τὰς γραφὰς κατὰ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς, καὶ ζητοῦντες ἀεὶ λήμματα κατὰ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας, οὐκ αἰσθάνονται εἰς βάραθρον ἀπωλείας ἑαυτοὺς ὠθοῦντες· τὸν γὰρ υἱὸν τοῦ θεοῦ οὔτε ὁ εὐφημῶν ἐνδοξότερον

A tatis, quo pacto ligem, quo pacto solvam adversariorum delicta, quo pacto lucter, quo pacto feriam. Nam si illi qui in theatro sedent duobus certantibus oculos suos, & corporis staturam extendentes proni prospectant, ut certamina videant probri plena; ut certamina videant, quæ imitari probrosum est: multo magis nos oportet audiendis scripturis divinis aures attentas præbere. Si enim laudas athletam, cur non fis athleta? sin autem fieri athletam probrosum est, cur istorum laudes imitaris? At ejusmodi non sunt hic certamina, sed com-
B munia cunctis & utilia, tum dicentibus, tum audientibus. Cum hæreticis namque decerto, ut & vos athletas efficiam; ut, non modo dum psallitis, sed & dum colloquimini, linguam eorum compescatis. Quid igitur ait Propheta? *Voce mea ad Dominum clamavi: voce mea ad Deum deprecatus sum.* Psal. 141. Adverte; num certaminum occasionem præbere videtur, quod dictum est? vide quo pacto nectam coronam, & certaminum materiam parem. *Voce mea ad Dominum clamavi: voce mea ad Deum deprecatus sum.* Hic tu mihi hæreticum voca, sive adsit, sive non adsit. Si enim adsit, a voce nostra doceatur: si
C non adsit, a vobis, qui audieritis, discat. Sed, quod dicebam, non persequor ipsum præsentem, sed ipsum excipio persequutionem passum, non a me, sed a propria conscientia, juxta eum qui dixit: *Fugit impius nemine persequente.* Prov. 28. 1. Mater est filiorum suorum Ecclesia, quæ & istos excipit, & peregrinis sinum expandit. Commune theatrum erat arca Noë, sed Ecclesia melior est etiam quam ista. Nam bruta quidem animalia illa recipiebat, & bruta conservabat: hæc autem bruta recipit, & transmutat. Exempli gratia, si intraverit vulpes hæreticus,
D ipsum ovem efficio; si intraverit lupus, ipsum agnum efficio, quantum in me situm est: sin autem noluerit, non id vitio meo fit, sed ex ipsius improbitate: quandoquidem Christus etiam duodecim discipulos habuit, & unus factus est proditor: verum non a Christo, sed ab animo suo vitiato: quandoquidem & Elisæus discipulum habuit avarum, at non ab imbecillitate Doctoris, sed a discipuli negligentia. 4. Reg. 5. Equidem semina jacio: si terra sis pinguis semen excipiens, etiam segetem reddis: sin autem petra sis sterilis, nullo meo vitio id fit: sive audieris, sive non audieris, spirituale tibi carmen occinere, vulnera mitigare non desinam: ne
E in illo die audiam, *Serve male, oportuit te committere pecuniam meam numulariis.* Matth. 25. 26. *Voce mea ad Dominum clamavi: voce mea ad Deum deprecatus sum.*

3. Quid ais hæretice? de quonam dicit hæc Propheta, & quem Dominum ac Deum appellat? de una enim persona fit sermo. Contra Anomœos agit. Illi siquidem in suum caput scripturas adulterantes, ac perpetuo argumenta adversus salutem suam perquirentes, in perditionis barathrum seipsos detrudere se non animadvertunt. Filium enim Dei neque qui

[a] Hæc confer cum Orat. I. de laudibus Pauli: & cum VIII. de Pœnitentia num. 1.

laudat, clariorem efficit: neque qui blasphemiis & contumeliis afficit, lædit: non enim indiget laude nostra natura incorporea: sed quemadmodum is qui splendidum solem dicit, lucem illi non addit; neque qui dicit tenebrosum, substantiam ejus imminuit, sed propriæ cæcitatis indicem profert sententiam: ita qui filium Dei, filium non dicit, at creaturam, insaniæ suæ prodit argumentum: qui vero substantiam ejus agnoscit, probitatem suam ostendit: & nec iste beneficiis ipsum cumulat: nec ille quidquam ipsum lædit: sed hic quidem pro salute sua, ille vero adversus salutem suam dimicat. Verum, ut dicebam, scripturas adulterantes, alia quidem prætervolant: quærunt autem, num alicubi argumentum aliquod offendant, quod ipsorum morbo suffragari ac favere videatur. Neque mihi tu dixeris in causa esse Scripturam: non Scriptura, sed ipsorum improbitas est in causa: quandoquidem mel quoque dulce est; at qui æger est, acerbum illud arbitratur: verum non mellis culpa, sed infirmitatis est crimen. Ita qui furiosi sunt, quæ videntur, non cernunt: at eorum quæ videntur culpa non est, sed mentis vitiatæ furiosi hominis. Cælum Deus creavit, ut opus contemplemur, & opificem adoremus: at Gentiles opus Deum fecerunt: verum non opus, sed illorum improbitas est in causa: & quemadmodum improbus a nemine juvatur, ita probus a se ipso etiam juvatur. Quid Christo par? at ab eo non adjutus est Judas: quid diabolo nequius? at Job corona redimitus est; & neque Judam Christus adjuvit, quia is erat improbus; neque Job diabolus nocuit, quia hic probus erat. Hæc ego dico, ut nemo scripturas accuset, sed eorum improbitatem, qui ea, quæ recte dicta sunt, male interpretantur. Nam & diabolus ex scripturis cum Christo disputabat: atqui non est in causa scriptura, sed ea mens, quæ recte dicta male interpretatur. Dum enim Filium Patre minorem esse volunt ostendere, inusitata nomina curiose perquirentes circumeunt, deque verbis illis (*Deus & Dominus*) aiunt, Deum Patrem esse, Filium Dominum, & nomina dividunt: vocem quidem *Deus* Patri, vocem autem *Dominus* Filio tribuunt: ut qui deitatis distributores sint, & tamquam hereditatis divisores. Scriptura Filio dicit *Dominus*? ain tu, hæc dicit? numquid Psalmum non audisti ad unam personam hodie dicentem: *Voce mea ad Dominum clamavi: voce mea ad Deum deprecatus sum?* itaque & Dominum, & Deum ipsum appellat. Utrum Deum esse vis, Filium, an Patrem? plane Patrem dices hæc nomina indicare. Igitur Deus est Filius & Dominus Pater. Quid ergo nomina dividis, & hoc quidem illic adjicis, illud autem hic dividis? Et vero Paulus ait (utinam Paulum audires, & beatus esses:) *Nobis tamen unus Deus Pater, ex quo omnia: & unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia:* num Filium Deúm vocavit? quid ergo? Dominum. Cur enim quæso splendidius

A Scriptura petunt erroris ansam hæretici.

Num hæ voces Deus & Dominus Patri & Filio propriæ sint.

Psal. 141.

1. Cor. 8. 2.

A ποιεῖ, οὔτε ὁ βλασφημῶν βλάπτει· οὐ γὰρ χρείαν ἔχει ἡ ἀσώματος οὐσία τῆς ἡμετέρας εὐφημίας· ἀλλ' ὥσπερ ὁ τὸν ἥλιον λέγων φαιδρὸν, οὐ προστίθησιν αὐτοῦ τῷ φωτὶ, οὐδὲ ὁ σκοτεινὸν λέγων μειοῖ αὐτοῦ τὴν οὐσίαν· ἀλλὰ τῆς οἰκείας πηρώσεως ἐκφέρει δεῖγμα τὴν ψῆφον· οὕτως ὁ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ μὴ λέγων υἱὸν, ἀλλὰ κτίσμα, τῆς οἰκείας μανίας ἐκφέρει ἀπόδειξιν· ὁ δὲ ἐπιγινώσκων αὐτοῦ τὴν οὐσίαν, τὴν οἰκείαν εὐγνωμοσύνην ἐπιδείκνυται, καὶ οὔτε οὗτος αὐτὸν ὠφελεῖ· οὔτε ἐκεῖνος αὐτὸν βλάπτει· ἀλλ' ὁ μὲν κατὰ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας· ὁ δὲ ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας ἀγωνίζεται. ἀλλ' ὅπερ ἔλεγον, παραγραφόμενοι τὰς γραφὰς, τὰ μὲν ἄλλα παρατρέχουσι, ζητοῦσι δὲ, εἴπου εὕροιεν λῆμμα δοκοῦν τι συντρέχειν αὐτῶν τῷ νοσήματι. καὶ μή μοι λέγε ὅτι ἡ γραφὴ αἰτία· οὐχὶ ἡ γραφὴ αἰτία, ἀλλ' ἡ ἀγνωμοσύνη αὐτῶν· ἐπεὶ καὶ τὸ μέλι γλυκύ ἐστιν· ἀλλ' ὁ νοσῶν πικρὸν αὐτὸ νομίζει· ἀλλ' οὐ τοῦ μέλιτος τὸ ἔγκλημα, ἀλλὰ τῆς ἀρρωστίας ἡ κατηγορία. οὕτω καὶ οἱ μαινόμενοι τὰ ὁρώμενα οὐ βλέπουσιν· ἀλλ' οὐ τῶν ὁρωμένων τὸ ἔγκλημα, ἀλλὰ τοῦ μαινομένου ἡ διεφθαρμένη γνώμη. ἐποίησε τὸν οὐρανὸν ὁ θεὸς, ἵνα ἴδωμεν τὸ ἔργον, καὶ προσκυνήσωμεν τῷ δημιουργῷ· ἀλλ' οἱ Ἕλληνες ἐθεοποίησαν τὸ ἔργον· ἀλλ' οὐ τὸ C ἔργον αἴτιον, ἀλλ' ἡ ἐκείνων ἀγνωμοσύνη· καὶ ὥσπερ ὁ μὲν ἀγνώμων παρ' οὐδενὸς ὠφελεῖται· οὕτως ὁ εὐγνώμων καὶ παρ' ἑαυτοῦ ὠφελεῖται. τί τοῦ Χριστοῦ ἴσον; καὶ οὐκ ὠφελήθη ὁ Ἰούδας. τί τοῦ διαβόλου πονηρότερον; καὶ ἐστεφανώθη ὁ Ἰώβ· καὶ οὔτε τὸν Ἰούδαν ὠφέλησεν ὁ Χριστὸς, ἐπειδὴ ἀγνώμων ἦν· οὔτε τὸν Ἰὼβ ἔβλαψεν ὁ διάβολος, ἐπειδὴ εὐγνώμων ἦν. ταῦτα λέγω ἵνα μηδεὶς τὰς γραφὰς διαβάλλῃ, ἀλλὰ τὴν ἀγνωμοσύνην τῶν τὰ καλῶς εἰρημένα κακῶς ἑρμηνευόντων. καὶ γὰρ ὁ διάβολος ἀπὸ γραφῶν τῷ Χριστῷ διελέγετο· ἀλλ' οὐχ ἡ γραφὴ D αἰτία, ἀλλ' ἡ διάνοια ἡ τὰ καλῶς εἰρημένα κακῶς ἑρμηνεύουσα. θέλοντες γὰρ δεῖξαι τὸν υἱὸν ἐλάττονα τοῦ πατρὸς, περιέρχονται ὀνόματα ξένα περιεργαζόμενοι, καὶ λέγουσιν εἷς ὁ θεὸς, καὶ κύριος· ὡς ὁ πατὴρ θεὸς, ὁ δὲ υἱὸς κύριος, καὶ διαιροῦσι τὰ ὀνόματα, καὶ προσνέμουσι τὸ μὲν θεὸς τῷ πατρὶ, τὸ δὲ κύριος τῷ υἱῷ, ὡς διαιρεταὶ ὄντες τῆς θεότητος καὶ κληροδόται. λέγει τῷ υἱῷ τὸ κύριος ἡ γραφή; ταῦτα λέγει; πῶς οὐκ ἤκουσας τοῦ ψαλμοῦ πρὸς ἓν πρόσωπον λέγοντος σήμερον, φωνῇ μου πρὸς κύριον ἐκέκραξα, φωνῇ μου πρὸς τὸν E θεὸν ἐδεήθην; οὐκοῦν καὶ κύριον καὶ θεὸν αὐτὸν ὀνομάζει. τίνα βούλει θεὸν εἶναι τὸν υἱὸν, ἢ τὸν πατέρα; πάντως τὸν πατέρα ἐρεῖς τὰ ὀνόματα ταῦτα. οὐκοῦν θεὸς ὁ υἱὸς, καὶ κύριος ὁ πατήρ. τί οὖν διαιρεῖς τὰ ὀνόματα, καὶ τὸ μὲν ἐκεῖ προσερίπτεις, τὸ δὲ ἐνταῦθα διαιρεῖς; καὶ ὁ Παῦλος δὲ λέγει· εἴθε ἤκουες Παύλου, καὶ μακάριος ἦς· ἀλλ' ἡμῖν εἷς θεὸς ὁ πατὴρ ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα. μὴ ἐκάλεσε τὸν υἱὸν θεόν; ἀλλὰ τί; κύριον. τί γὰρ, εἰπέ μοι, τὸ θεὸς σεμνότερον

τοῦ κύριος, καὶ τὸ κύριος ἔλαττον τοῦ θεός; συντείνατε ἑαυτοὺς παρακαλῶ μετ' ἀκριβείας. ἐὰν οὖν δείξω, ὅτι ἕν ἐστι τὸ κύριος καὶ τὸ θεὸς, τί λέγεις; λέγεις τὸ θεὸς μεῖζον, τὸ δὲ κύριος ἔλαττον; ἄκουσον τοῦ προφήτου λέγοντος· οὗτος κύριος ὁ ποιήσας τὸν οὐρανόν· οὗτος θεὸς ὁ κατασκευάσας τὴν γῆν. κύριος τὸν οὐρανὸν, καὶ ὁ θεὸς τὴν γῆν. οὗτος ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ προσώπου, καὶ τὸ κύριος καὶ τὸ θεὸς τέθεικε. καὶ πάλιν· ἄκουε Ἰσραὴλ, κύριος ὁ θεός σου κύριος εἷς ἐστι. δεύτερον τὸ κύριος, καὶ ἅπαξ τὸ θεός· καὶ πρῶτον τὸ κύριος, καὶ τότε τὸ θεὸς, καὶ πάλιν τὸ κύριος. εἰ δὲ τοῦτο καταδεέστερον, ἐκεῖνο δὲ μεῖζον, οὐκ ἐπὶ μεγάλης οὐσίας καὶ μείζονος τοῦ λόγου τὸ ἔλαττον τέθεικε πρῶτον· ἀλλὰ τὸ μεῖζον εἰπὼν ἠρκέσθη, καὶ οὐκ ἂν προσέρριψε τὸ ἔλαττον. ἆρα συνήκατε ὃ εἶπον; πάλιν παιδεύω· οὐ γὰρ θέατρόν ἐστι πρὸς ἐπίδειξιν, ἀλλὰ διδασκαλία πρὸς κατάνυξιν· οὐχ ἵνα ἄοπλοι ἀπέλθητε, ἀλλ' ἵνα ὁπλισθέντες ἀναχωρήσητε. τὸ θεὸς λέγεις αἱρετικὲ μεῖζον, καὶ τὸ κύριος ἔλαττον; ἔδειξά σοι τὸν προφήτην λέγοντα· κύριος ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν, θεὸς ὁ κατασκευάσας τὴν γῆν. δείκνυμί σοι πάλιν τὸν Μωσέα λέγοντα· ἄκουε Ἰσραὴλ, κύριος ὁ θεός σου κύριος εἷς ἐστι. πῶς εἷς, εἰ δύο εἰσὶ τὰ ὀνόματα, τὸ μὲν ἐλάττονος, τὸ δὲ μείζονος οὐσίας; οὐ γὰρ δὴ ἡ οὐσία μείζων ἑαυτῆς καὶ ἐλάττων· ἀλλ' ἴση καὶ συνημμένη, κύριος ὁ θεός σου, κύριος εἷς ἐστι· καὶ δεικνύω σοι, ὅτι τὸ ὄνομα τὸ κύριος, τοῦτό ἐστι θεός· ὅλως δὲ, εἰ καταδεέστερον τὸ κύριος, τὸ δὲ θεὸς μεῖζον, ποῖον ὤφειλεν αὐτοῦ ὄνομα εἶναι; τὸ κύριος τὸ μικρότερον, ἢ τὸ θεὸς τὸ μεῖζον; ἐὰν εἴπῃ· ποῖον ὄνομά μου, τί λέγεις, ὦ αἱρετικέ; λέγεις ὅτι τὸ κύριος τοῦ υἱοῦ, τὸ δὲ θεὸς τοῦ πατρὸς, ὡς οἰκειότερον; ἐὰν οὖν σοι δείξω τὸ κύριος τὸ μικρὸν γνωριστικὸν αὐτοῦ, τί ποιεῖς; γνώτωσαν, ὅτι ὄνομά σοι κύριος, ὁ προφήτης λέγει· μὴ εἶπε θεός; καίτοι εἰ μεῖζον τὸ θεὸς, διὰ τί οὐκ εἶπεν ὁ προφήτης, γνώτωσαν, ὅτι ὄνομά σοι θεός; εἰ γὰρ τὸ μὲν ἴδιον αὐτοῦ καὶ οἰκεῖον τὸ θεὸς, ἀλλότριον δὲ αὐτοῦ ὡς καταδεέστερον τὸ κύριος, διατί εἶπε· γνώτωσαν, ὅτι ὄνομά σοι κύριος· τὸ μικρὸν, τὸ ἔλαττον, τὸ καταδεέστερον τῆς ἀξίας, καὶ οὐ λέγει ἐκεῖνο τὸ μέγα, καὶ ὑψηλὸν, τὸ ἄξιον τῆς οὐσίας; καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι τοῦτο οὐκ ἔστι μικρὸν, οὐδὲ καταδεέστερον, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ἔχει ἰσχύν· γνώτωσαν, ὅτι ὄνομά σοι κύριος· σὺ μόνος ὕψιστος ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν.

Ἀλλ' ἔτι οὐκ ἀφίστασαι τῆς μάχης, ἀλλὰ λέγεις πάλιν τὸ θεὸς μεῖζον, τὸ δὲ κύριος ἔλαττον. ἐὰν οὖν δείξω τὸν υἱὸν τῷ ὀνόματι τῷ μείζονι καλούμενον, τί λέγεις; καταλύεις τὴν μάχην; ἀφίστασαι τῆς φιλονεικίας; ἐπιγινώσκεις σου τὴν σωτηρίαν; ἀπαλλάττῃ τῆς μανίας; συνῆκας τί εἶπον; ἐπειδὴ τὸ κύριος ὄνομα τῷ υἱῷ προσερίπτουσι, τὸ δὲ θεὸς τῷ πατρὶ ὡς μεῖζον· ἐὰν οὖν δείξω σοι τῷ μείζονι ὀνόματι τῷ θεὸς τὸν υἱὸν καλούμενον, λέλυται ἡ μάχη. τοῖς γὰρ ὅπλοις τοῖς σοῖς σε χειροῦμαι,

A est nomen Deus, quam Dominus; aut Dominus, minus quam Deus? attendite obsecro diligenter. Si ergo unum esse illa, Dominus & Deus, ostendero, quid dices? Nomen Deus majus esse dicis, Dominus autem minus? audi Prophetam dicentem: *Iste Dominus, qui fecit cælum: iste Deus, qui terram condidit.* (Isai. 45.18.) Dominus cælum, & Deus terram. Hic in eadem persona & nomen Dominus, & nomen Deus posuit. Et rursus, *Audi Israël, Dominus Deus tuus Dominus unus est.* (Deut. 6. 4.) Bis Dominus, & semel Deus: ac primum Dominus, & deinde Deus, & rursus Dominus: B quod si hoc deterius esset, illud autem majus, non de magna substantia, majorique vocabulum minus posuisset primum, sed majori dicto contentus fuisset, neque minus attribuisset. Num ea, quæ dixi, intellexistis? iterum doceo: non enim hoc spectaculum est ad ostentationem, sed doctrina ad compunctionem: non ut inermes abeatis, sed ut armati recedatis. Nomen Deus majus esse dicis hæretice, & minus esse nomen Dominus? ostendi tibi Prophetam dicentem, Dominus qui fecit cælum: Deus qui condidit terram. Moysem C tibi rursus ostendo dicentem, *Audi Israël, Dominus Deus tuus Dominus unus est.* Quomodo unus, si duo sunt nomina, hoc quidem minoris, illud vero substantiæ majoris? non enim utique seipsa major & minor est substantia, sed æqualis & connexa. *Dominus Deus tuus Dominus unus est.* En ostendo tibi nomen Dominus hoc esse idem, quod Deus: in summa autem si Dominus minus, Deus autem majus, quodnam ejus esse nomen debuit? Dominus minus, an Deus majus? si dicat: Quodnam est nomen meum? quid ais hæretice? an nomen Dominus filii, nomen autem Deus Patris est D tanquam magis proprium? si nomen Dominus, quod est minus, denotare ipsum ostendero, quid facies? *Cognoscant, quia nomen tibi Dominus*, inquit Propheta. (Psal. 82. 12.) Num dixit Deus? tametsi cur, si majus est Deus, non dixit Propheta, Cognoscant, quia nomen tibi Deus? si enim hoc quidem ejus proprium ac peculiare Deus, illud vero Dominus, alienum ab eo tamquam inferius; cur dixit, *Cognoscant, quia nomen tibi Dominus*, illud parvum, minus, & inferius numine ac dignitate: neque dicit illud magnum & sublime, quod dignum est substan-E tia? Atqui ut intelligas hoc parvum non esse, nec deterius, sed eamdem vim habere, *Cognoscant*, inquit, *quia nomen tibi Dominus: tu solus altissimus super omnem terram.*

Nomen Dominus non est minus quam nomen Deus.

4. At nondum a pugna discedis, sed ais rursus *Deus* majus esse, *Dominus* autem minus. Si filium majori nomine appellatum indicavero, quid dices? num pugnam finies? num a contentione desistes? num tuam salutem agnosces? num ab insania recedes? intellexisti, quid dixerim? quandoquidem nomen *Dominus* filio tribuunt, *Deus* autem Patri ut majus. Si igitur majori nomine Filium appellatum indicavero, pugna confecta est: tuis enim armis te subigo, tuisque

A pennis te supero. Tu dixisti *Deus* majus, *Dominus* autem minus esse nomen: demonstrare volo minus Patri non convenisse, si major erat, & majus Filio non convenisse, si Filius minor erat: audi Prophetam di-
Bar. 3. 23. centem, *Hic est Deus noster: non æstimabitur alius ad eum. Adinvenit omnem viam scientiæ. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conversatus est.* Quid ad hoc respondes? num his verbis contradicis? at non potes: veritas enim permanet, quæ splendorem suum emittit, & oculos hæreticorum credere ipsi recusantium excæcat. *Quamquam longa sunt certamina, & multus est æstus; major tamen est oratio, atque incommoda superat auditorum, æstumque mitigat rore doctrinæ: & quando semel aut iterum in hebdomada congregamur, auditorem negligentem esse non oportet: si enim ex hoc loco excesseris, ac dixerit quispiam: Qua de re doctor disseruit? subjicies, adversus hæreticos. Si dixerit tibi, qua de re egit? neque menti occurrerit, maxima erit ignominia: sin autem dixeris, ipsum pungis: & sive sit hæreticus, ipsum corrigis: sive negligens sit amicus, ipsum pellicis; sive etiam mulier lasciva, efficis temperantiorem: nam & mulieri reddere rationem debes: *Mu-*
B timore Dei pietatem vestram radices posuisse. Etsi remissio sit, manet utique fructus. Non ultra spinæ aderunt, quæ suffocent, neque pluvia exundans obruet: probe vos timor excoluit, doctrinæque meæ opem tulit. Me tacente fundamenta loquuntur: me tacente terræ motus tubæ clangore clariorem emittit vocem hujusmodi: *Misericors & miserator Dominus; longanimis & multum misericors.* Psal. 102. 8. Accessi, non ut vos obruerem, sed ut nervos vobis adderem. Hæc terræ motus loquitur, ac vocem emittit: Terrui vos; non ut molestia afficerem, sed ut cautiores præstarem. Dictis,
C quæso, animum diligenter advertite. Cum sermo viribus deficeret, clamandi partes pœna suscepit; cum doctrina robur amitteret, timor in auxilium venit. Hæc vobis loquuturus ad modicum venio, & quæ mea sunt præsto: cum autem vos strinxero, tum sermoni tradam, ut ne frustra sermo laboret: lapides pullulantesque spinas invenio, & arvum expurgo, ut sermo larga manu sementem jaciat. Quid vobis damni ex brevi mœrore? Ex hominibus Angeli effecti estis: in cælum, etsi non loco, at moribus translati estis. Quod autem non ex adulatione loquar, res ipsæ testificantur.

Ex terræ motu quantum mutati Antiocheni.

D Quid enim vobis ad pœnitentiæ rationem defuit? Invidiam ejecistis, illiberales affectus exterminastis: virtutem conseruistis, totam noctem pervigiliis sacris agentes, cum multa caritate, & ingenti animi fervore. Nemo usurarum meminit, nemo de avaritia loquitur: nec solum a peccatis mundæ manus sunt, sed etiam lingua ab iniquitate & contumelia libera. Nemo injuriam proximo infert, nemo Satanica adit convivia. Ædes mundæ sunt, forum sordibus purgatum. Accedente vespera nusquam juvenum chori, theatricas modulantium cantilenas. Chori
E certe sunt, at non lasciviæ: chori utique, sed recte factorum. In foro hymnos audire est: ex domi vero sedentibus, alium psallentem, alium hymnos canentem. Nox advenit, & omnes in Ecclesiam tranquillum portum fluctibusque vacuum conveniunt. Putabam ego fore, ut post unum alterumve diem, vigiliæ corpora dejicerent: nunc autem quanto vigiliæ longius procedunt, tanto vobis major amoris fit accessio. Qui psallebant defecerunt, &

a Combefis. ἐπικλύζουσα ἀποπλύνει. Vatic. ἐπιβλύζουσα ἀποπλύναι.

b Combefis. διαπεταμένῃ. Vatic. male διατεταγμένῃ.

vos viriliter agitis: qui psalebant defessi sunt, & vos viribus nervisque aucti estis. Ubi sunt nunc rogo divites? discant pauperum philosophiam. Dormiunt illi, pauperes vero in pavimento positi non dormiunt, sed genua flectunt, Paulum & Silam imitantes. (Act. 16.) Verum illi psallebant, & concutiebant carcerem; vos autem psallitis, & quassatam urbem firmastis. Rerum contrarii fines; sed utraque ad gloriam Dei vergunt. Ille namque carcerem concussit, ut infidelium mentem quateret, ut carceris custodem solveret, ut verbum Dei annunciaret: vos urbem firmastis, ut iram Dei solveretis: & hæc & illa vario dispensata modo sunt. Attamen gaudeo, non quod urbs firmata sit, sed quod sit precibus vestris firmata, quod psalmodiæ vestræ fundamentorum loco fuerint. Superne ira, & in terra vox vestra: superne ingruentem iram cohibuit vox e terris emissa. Aperti sunt cæli, & delapsa sententia est gladius acutus, Urbs in solum redacta, indeprecabilis ira. Nulla re opus habuimus, nisi pœnitentia, lacrymis, gemitibus, & omnia soluta sunt. Deus sententiam tulit, nosque iram dissolvimus. Nequaquam aberraverit qui vos curatores & servatores urbis appellaverit. Ubinam principes? ubi magni illi sospitatores? Vos urbis vere turres, murus, præsidium. Illi nequitia sua urbem labefactarunt: vos virtute vestra urbem firmastis. Si quis interrogatus, cur concussa urbs fuerit, etsi nihil respondeat, in confesso tamen est, id peccatorum, avaritiæ, injustitiæ, nequitiæ, superbiæ, mendacii causa accidisse. Cujusnam? Divitum. Rursum si quis interroget, unde urbs firmata fuerit; in confesso est, quod per psalmodias, preces, pervigilia. Quorumnam? Pauperum. Quæ urbem concusserunt illorum sunt, quæ illam confirmaverunt, vestra. Itaque vos servatores & curatores fuistis. Verum hic sermonis finem faciamus pervigiliis & psalmodiis instantes, gloriam emittentes Patri, Filio & Spiritui sancto, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, amen.

A νεάζετε· οἱ ψάλλοντες ὑμῶν ἠτόνησαν, καὶ ὑμεῖς ἐνευρώθητε. ποῦ νῦν οἱ πλούσιοι εἰπέ μοι; μανθανέτωσαν τὴν πενήτων τὴν φιλοσοφίαν. ἐκεῖνοι καθεύδουσιν, οἱ δὲ πένητες ἐπὶ ἐδάφους οὐ καθεύδουσιν, ἀλλὰ γόνατα κάμπτουσι, Παῦλον καὶ Σίλαν μιμούμενοι. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἔψαλλον, καὶ τὸ δεσμωτήριον ἔσεισαν· ὑμεῖς δὲ ψάλλετε, καὶ σειομένην τὴν πόλιν ἐστήσατε. ἀπεναντίας τῶν πραγμάτων τὰ τέλη· ἀλλ' ἑκάτερα ὑπὲρ τῆς τοῦ θεοῦ δόξης εἰσίν. ἐκεῖνος μὲν γὰρ τὸ δεσμωτήριον ἔσεισεν, ἵνα σαλεύσῃ τὴν ἀπίστων τὴν διάνοιαν, ἵνα λύσῃ τὸν δεσμοφύλακα, ἵνα καταγγείλῃ τὸν λόγον τοῦ θεοῦ· ἐστήσατε ὑμεῖς τὴν πόλιν, ἵνα λύσητε τὴν ὀργὴν τοῦ θεοῦ· καὶ ἐκεῖνα καὶ ταῦτα διαφόρως B ᾠκονομήθη. ἀλλ' ὅμως χαίρω, οὐχ ὅτι ἔστη ἡ πόλις, ἀλλ' ὅτι διὰ τῶν εὐχῶν ὑμῶν ἔστη, ὅτι θεμέλια γεγόνασιν αἱ ψαλμῳδίαι ὑμῶν. ἄνωθεν ἡ ὀργὴ, καὶ κάτωθεν ὑμῶν ἡ φωνή· τὴν ἄνωθεν ῥεῦσαν ὀργὴν, ἡ κάτωθεν ἀναπεμπομένη φωνὴ ἀνέστειλεν. ἠνοίγησαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ κατηνέχθη ἀπόφασις, τὸ ξίφος ἠκονημένον, ἡ πόλις ἐπὶ τοῦ ἐδάφους, ἡ ὀργὴ ἀπαραίτητος. οὐδενὸς χρείαν ἔσχομεν, ἀλλὰ μετανοίας, ἀλλὰ δακρύων καὶ στεναγμῶν, καὶ πάντα ἐλύθη. θεὸς ἀπεφήνατο, καὶ ἡμεῖς τὴν ὀργὴν ἐλύσαμεν. οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι κηδεμόνας ὑμᾶς καὶ σωτῆρας τῆς πόλεως προσειπών. ποῦ οἱ ἄρχοντες; ποῦ οἱ μεγάλοι σωτῆρες; ὄν- C τως τῆς πόλεως ὑμεῖς καὶ πύργοι, καὶ τεῖχος καὶ ἀσφάλεια. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ διὰ τῆς ἑαυτῶν κακίας τὴν πόλιν ἐσάθρωσαν· ὑμεῖς διὰ τῆς οἰκείας ἀρετῆς τὴν πόλιν ἐστήσατε. κἂν ἐρωτηθῇ τις, πόθεν ἐσείσθη ἡ πόλις, κἂν ἐκεῖνος μὴ εἴπῃ, ὡμολόγηται ὅτι διὰ τὰς ἁμαρτίας, διὰ τὰς πλεονεξίας, διὰ τὰς ἀδικίας, διὰ τὰς παρανομίας, διὰ τὰς ὑπερηφανίας, διὰ τὰς ἡδονὰς, διὰ τὸ ψεῦδος· τίνος δέ; τῶν πλουσίων. πάλιν ἂν ἐρωτηθῇ τις πόθεν ἔστη ἡ πόλις· ὡμολόγηται ὅτι διὰ τὰς ψαλμῳδίας, διὰ τὰς εὐχὰς, διὰ τὰς παννυχίδας. ταῦτα δὲ τίνων; τῶν πενήτων. τὰ σαλεύσαντα τὴν πόλιν ἐκείνων, τὰ δὲ στήσαντα, ὑμέτερα. ὥστε ὑμεῖς σωτῆρες καὶ κηδεμόνες ἐγένεσθε. ἀλλ' D ἐνταῦθα τὸν λόγον καταλύσωμεν ταῖς παννυχίσιν ἐπιμένοντες, ταῖς ψαλμῳδίαις· δόξαν ἀναπέμποντες τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

MONITUM
IN HOMILIAM DE JUDA PRODITORE.

NON sine quodam scrupulo hanc Homiliam, quæ nunc primum in lucem prodit, inter germanas & sinceras Chrysostomi Conciones locamus, licet enim illa Daphnes suburbii Antiocheni commemoratio, qua Concio incipitur; licet Pythii Apollinis in eo suburbio a Gentilibus culti memoria, necnon alia quædam similia Chrysostomum concionantem referre videantur, non pauca sint quæ peregrinum oleant, exclamationes nimirum, & interrogationes perpetuæ, quas licet S. Doctor non raro soleat usurpare, non tam frequenter tamen quam in hoc, etsi admodum exiguo opusculo. Quia tamen hæc Homilia non acumine neque inventione caret, & alioquin, ut jam sæpe dictum est, Chrysostomus non semper sui similis est, hic locum habere potest. Conciones extra urbem & in suburbiis Antiochenis habitas non infrequenter vidimus, quæ solent esse aliis breviores. Prodit autem hæc ex Codice qui in imo margine memoratur.

TOY

[a] ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΡΟΔΟΣΙΑΝ τοῦ Ἰούδα.

ΝΥΝ Δάφνη τερπνὴ καὶ θεοφιλὴς, οὐ μόνον διηδέστατα βλύζουσα νάματα, οὐ κόμας δένδρων χαριεστάτας ἐκτρέφουσα· ἀλλὰ προσλαβοῦσα ξένον φυτὸν τὸν σταυρὸν, νῦν σώφρων ἀληθῶς πηγὴ καὶ τῷ Πυθίῳ δαίμονι φοβερά. οὐκ ἔτι ποσὶν ἀνδρῶν ἀσεβῶν ἀναπετάννυσα τὸ ἔδαφος, ἀλλ' ὑμῖν τοῖς εὐσεβέσι παρέχουσα τὸ ἄλσος, εἰκόνα ποθουμένου χωρίου ἐκείνου, τοῦ κήπου φημὶ, ἐν ᾧ τοῦ σωτῆρος ἡ προδοσία τετόλμηται, καὶ τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας ἐφυτεύθη τὰ πράγματα. ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἔχω τί φράσαι πρὸς τὴν παροῦσαν πανήγυριν· ἡ μὲν γὰρ πανήγυρις πρὸς κατηγορίαν τοῦ Ἰούδα τὴν ἐμὴν γλῶτταν κινεῖ, ἡ δὲ φιλανθρωπία τοῦ σωτῆρος ἐπιστρέφει μου τὸ στόμα πρὸς αὐτήν· καὶ δύο τούτοις συνέχομαι, μίσει προδότου, πόθῳ δεσπότου· νικᾷ δὲ πόθος τὸ μῖσος, μείζων ὑπάρχων καὶ δυνατώτερος. διὸ τὸν προδότην καταλιπὼν τὸν εὐεργέτην ὑμνῶ· οὐχ ὅσον ἐστὶν ἄξιος, ἀλλ' ὅσον εἰμὶ δυνατὸς ἀνυμνῶ. πῶς ἔκλινεν οὐρανοὺς καὶ κατέβη πρὸς τὴν γῆν; πῶς ὁ πᾶσαν κτίσιν πληρῶν, ἦλθεν πρὸς μὲ, γενόμενος δι' ἐμὲ, κατ' ἐμέ; πῶς ὃν ᾔδει προδότην ἐσόμενον τοῦτον ἔλαβεν μαθητήν; καὶ τὸν πολέμιον ὡς φίλον ἐνεκελεύσατο ἀκολουθεῖν αὐτῷ; πῶς οὐκ ἔμελεν αὐτῷ περὶ τῆς προδοσίας, ἀλλὰ περὶ τῆς τοῦ προδιδόντος σωτηρίας ἐφρόντιζεν; ὀψίας γὰρ, φησὶ, γενομένης, ἀνέκειτο ὁ Ἰησοῦς μετὰ τῶν δώδεκα μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ ἐσθιόντων αὐτῶν εἶπεν· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με. προεῖπεν τὴν προδοσίαν, ἵνα κωλύσῃ τὸ παρανόμημα· ἀπρόσωπον τὴν πρόρρησιν ἐποιήσατο μὴ δυναμένην θριαμβεῦσαι τοῦ μαθητοῦ τὴν παρανομίαν τοὺς συνανακειμένους λανθάνουσαν. τίς δεσπότου τοιαύτην φιλανθρωπίαν ἐθεάσατο; καὶ προδίδοται καὶ τὸν προδότην φιλεῖ. τίς καταφρονεῖται καὶ ἐλεεῖ; πιπράσκεται καὶ λαμβάνει τὸν κακὸν ἔμπορον ὁμοτράπεζον, καὶ τοῦ ἐπιβουλεύσαντος φείδεται; καὶ ἐσθιόντων αὐτῶν εἶπεν· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με. ὡς ἄνθρωπος ἤσθιεν, καὶ ὡς θεὸς τὸ μέλλον ἐφώνει· τὰ τῇ ἐμῇ φύσει πρέποντα μετέρχεται δι' ἐμέ. πάντων δὲ τῶν μαθητῶν πληγέντων ὑπὸ τοῦ ῥήματος, καὶ τὰς ἑαυτῶν συνειδήσεις μαστιζόντων δεινῶς, καὶ τὸν τοῦ δείπνου καιρὸν ποιουμένοις ἀθυμίας καιρὸν, ἑκάστου λέγοντος, μήτι ἐγώ εἰμι κύριε; καὶ βουλομένοις τῷ διὰ τῆς ἐρωτήσεως ῥήματι τὴν ἀμεριμνίαν τῆς κακῆς ὑπονοίας εὑρεῖν, θεραπεύων τὰς τῶν ἀκαίρως πληττομένων ψυχὰς ὁ σωτὴρ, φανερὸν τὸν ἀγνοούμενον διὰ τῆς ἀποκρίσεως καθίστησιν· ὁ ἐμβάψας μετ' ἐμοῦ, φησὶν, τὴν χεῖρα ἐν τῷ τρυβλίῳ, οὗτός με παραδώσει· καὶ ὁ μὲν υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὑπάγει καθὼς γέγραπται περὶ αὐτοῦ. οὐαὶ δὲ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ, δι' ὃν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται, καλὸν ἦν αὐτῷ εἰ οὐκ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος. ἐλεεῖ τὸν ἑαυτοῦ ἐλεεῖν μὴ ἐθέλοντα, φείδεται τοῦ μὴ φεισαμένου τῆς οἰκείας ψυχῆς. προῃρεῖτο γυμνῶσαι τὸν

[a] Ex Cod. Em. Card. Ottoboni.

IN PRODITIONEM JUDÆ.

A NUnc amœna Daphne, nunc religiosa est, non modo quod limpidissima fluenta emittat, non quod arborum comas alat jucundissimas; sed quod peregrinam plantam crucem receperit: nunc fons vere temperans est & Pythio dæmoni terribilis. Non amplius impiis viris solum calcandum offert; sed vobis piis nemus præbet, imaginem amabilis illius loci, horti nempe, in quo Servatoris proditio, audax facinus, peracta est, salutisque nostræ negotium ortum accepit. Atenim quid præsenti cœtui loquar non suppetit, linguam movet cœtus ad Judam B incusandum, sed os meum ad se pertrahit Servatoris clementia. Duobus hisce detineor, odio proditoris & amore Domini; at vincit odium amor, utpote major validiorque. Quamobrem relicto proditore, beneficum celebro; non pro illius dignitate, sed pro facultate mea. Quomodo inclinavit cælos, & descendit in terram? Quomodo is qui totum replet mundum ad me venit, pro me & secundum me factus? Quomodo eum, quem proditorem futurum noverat, discipulum accepit? quomodo inimicum se ut amicum sequi jussit? Quomodo non de proditione, sed de proditoris salute fuit solicitus? Nam *vespere facto*, inquit, *recumbebat Jesus cum* (Matth. 26. 20.) C *duodecim discipulis suis, & manducantibus illis dixit: Amen, amen dico vobis, quod unus vestrum tradet me.* Proditionem prædixit, ut scelus cohiberet. Neminem indicans prædictionem emisit, quæ de discipuli nequitia, recumbentibus occulta, triumphare non potuit. Quis talem umquam domini benignitatem vidit? Et proditur & proditorem amat. Quis despicitur & misericordia movetur? venditur & nequissimum mercatorem mensæ consortem accipit, atque insidiatori parcit? *Et man-* (Ibid.) *ducantibus illis dixit: Amen, amen dico vobis, quod unus vestrum tradet me.* Ut homo D comedebat, & ut Deus futura prædicebat: quæ naturæ competunt meæ, ille mei causa subire dignatur. Omnibusque discipulis de tali dicto stupefactis, & conscientiam suam graviter ferientibus, cœnamque in mœroris tempus convertentibus, singulisque dicentibus, *Numquid ego* (Ibid. 22.) *sum, Domine?* ut interrogatione illa, molestæ suspicionis levamen invenirent, animis intempestive perculsis remedium adhibens Servator, eum qui hactenus occultus fuerat responsione sua declarat: *Qui intigit*, inquit, *mecum manum in catino, hic* E *me tradet. Et filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo. Væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur: bonum ei erat si natus non fuisset homo ille.* Miseratur eum, qui se miserari noluit: parcit ei, qui animæ suæ non pepercerat. Palam

facere nolebat eum, qui se jam palam fecerat: illi pœnitentiæ tempus, discipulisque reliquis mœroris medelam suppeditans. Verum nihil hinc melior effectus proditor est. Oportebat enim eum post horrenda hujusmodi verba repente de cœna surgere, oportebat condiscipulos deprecatores adhibere, oportebat Servatoris genua complecti, illumque hujusmodi dictis placare: Peccavi, clementissime, peccavi, inique egi, cum hominibus parvo precio vendidi inæstimabilem margaritam; inique egi immensum thesaurum pro tenui pecunia prodens. Parce mihi, damni & perniciei mercatori: ignosce mihi, cujus animum auri amor corripuit: ignosce ei qui a Pharisæo nefarie deceptus est. Horum nullum vel protulit, vel cogitavit; sed asperiori voce animi impudentiam patefecit clamando: *Numquid ego sum Domine?* O linguam impudentem! ô animum indomitum! Interrogat ut ignarus eorum, quæ meditabatur, & hoc latere putat oculo numquam sopore clauso: animo dolum gestat, & linguâ ignorantiæ verbum profert: mente jam proditionem fecerat, & ore, ut putat, peccatum obtegit. Iisdem atque alii discipuli utitur verbis, longe dissimilibus cum sit moribus: lupus animo, ovina respondet voce. Quid ad illum Servator? *Tu dixisti.* Toleranti voce improbi scenam coarguit. Poterat enim illi dicere: Quid dicis exsecrande & scelerate? Quid dicis pecuniarum mancipium, & diaboli consors? Audes-ne ignorantiam simulare? Audes obtegere quæ obtegi nequeunt? Annon divinitate adstabam tibi indigna molienti? Annon divinitatis oculo te vidi adeuntem principes Sacerdotum? Annon vel absens audiebam
Mat.26.15. te dicentem, *Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?* An ignoro quanti me vendideris? Quid igitur? Ita-ne convictus impudenter agis? Quid ea tegere conaris quæ facere cupis? Mihi omnia nuda & aperta sunt. Hæc cum respondere posset Christus, non ita loquutus est; sed simpliciter placideque sine ullo indignationis stimulo, *Tu dixisti*; ut nos doceret sic cum inimicis esse agendum. Attamen post tantam circuitionem mansit in morbo Judas; non medici, sed ægrotantis incuria. Ille namque omnia ad salutem remedia admovebat, hic vero ea admittere nolebat: sed unam cum nosset avaritiam, aurum Christo anteponebat: eratque iis, qui se conduxerant, benevolus atque fidelis. Accedens vero Judas Christo
Matth. 26. 49. dixit: *Ave Rabbi; & osculatus est eum.* Novus sane proditionis modus, ab osculo & compellatione prodiens. *Jesus autem dixit illi: Amice ad quid venisti:* quid me gaudere jubes, dum mihi malum inferre cogitas? Quid me verbo delinis, dum opere percutis? vocas magistrum, cum non sis discipulus. Quid caritatis jura confodis? Cur pacis symbolum in signum proditionis convertis? Cujusnam exemplo

A ἑαυτὸν πάλαι γυμνώσαντα, κἀκείνῳ καιρὸν μετανοίας διδοὺς, καὶ τοὺς λοιποὺς μαθητὰς ἀθυμοῦντας ἰώμενος· ἀλλ᾽ οὐδὲν ἐκ τούτων βελτίων ὁ προδότης ἐγένετο· δέον γὰρ ἦν αὐτῷ εὐθέως ἐξαναστῆναι τοῦ δείπνου μετ᾽ ἐκεῖνα τὰ φρικωδέστατα ῥήματα, δέον τοὺς συμμαθητὰς παραλαβεῖν πρεσβευτὰς, δέον περιπλακῆναι τοῖς γόνασι τοῦ σωτῆρος, καὶ τοιούτοις αὐτὸν ἐκμελήσασθαι ῥήμασιν· ἥμαρτον φιλάνθρωπε, ἥμαρτον, ἠνόμησα, τοῖς ἀνθρώποις πωλήσας ὀλίγου τιμήματος τὸν ἀτίμητον μαργαρίτην, ἠνόμησα τὸν ἀδαπάνητον πλοῦτον ὀλίγων χρημάτων προϊέμενος. συγχώρησόν μοι τῷ τῆς ζημίας
B καὶ τῆς ἀπωλείας ἐμπόρῳ, συγχώρησόν μοι τῷ παρὰ τοῦ χρυσοῦ κλαπέντι τὸν λογισμόν· σύγγνωθι τῷ παρὰ τοῦ Φαρισαίου ἐξαπατηθέντι κακῶς. τούτων μὲν τῶν ῥημάτων οὐκ εἶπεν οὐδὲν, οὔτε ἐνενόησεν, διὰ δὲ τραχυτέρας φωνῆς ἐδήλου τὴν τῆς ψυχῆς ἰταμότητα βοῶν· μήτι ἐγώ εἰμι κύριε; ὢ γλώττης ἀναιδοῦς, ὢ ψυχῆς ἀπεράμονος. ὡς ἀγνοῶν ἐρωτᾷ περὶ ὧν ἡ μελέτη, καὶ λανθάνειν ἐνόμιζεν τὸν ἀκοίμητον ὀφθαλμόν. ἐπὶ τῆς ψυχῆς τὸν δόλον ἐβάσταζεν, καὶ διὰ τῆς γλώττης τὸν τῆς ἀγνοίας λόγον προέφερεν· τῇ διανοίᾳ τὴν προδοσίαν κατειργάσατο, καὶ τῷ στόματι ὡς ἐνόμισεν τὴν ἁμαρτίαν ἔκρυπτεν. τοῖς ῥήμασιν ὁμοίως τοῖς ἄλλοις μαθηταῖς ἐχρήσατο, ὁμοίῳ τρόπῳ μὴ χρώμενος· λύκος ὢν τῇ γνώμῃ, ἀπεκρίνατο
C τῇ τῶν προβάτων φωνῇ. τί οὖν πρὸς αὐτὸν ὁ σωτήρ; σὺ εἶπας. μακροθύμῳ φωνῇ διήλεγξεν τοῦ πονηροῦ τὴν σκηνήν. ἠδύνατο μὲν γὰρ εἰπεῖν πρὸς αὐτὸν, τί λέγεις βδελυρὲ καὶ πονηρέ; τί λέγεις δοῦλε χρημάτων καὶ τοῦ διαβόλου γνήσιε κοινωνέ; τολμᾷς ἄγνοιαν ὑποκρίνεσθαι; τολμᾷς κρύπτειν τὰ κρύπτεσθαι μὴ δυνάμενα; μὴ γὰρ οὐ παρήμην κακουργοῦντί σοι τῇ θεότητι; μὴ γὰρ οὐκ ἴδον σε τῷ τῆς θεότητος ὀφθαλμῷ προσιόντα τοῖς ἀρχιερεῦσιν; μὴ γὰρ οὐκ ἤκουον ἀπὼν λέγοντός σου, τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; μὴ γὰρ οὐκ οἶδα καὶ πόσου πέπρακας; τί οὖν; μετὰ τὸν ἔλεγχον οὕτως ἀναισχυντεῖς; τί σκέπειν φιλονεικεῖς ἃ βούλει
D πράττειν; ἐμοὶ γυμνὰ τὰ πάντα. οὕτως ἀποκριθῆναι δυνάμενος ὁ Χριστὸς οὐχ οὕτως ἐφθέγξατο· ἀλλ᾽ ἁπλῶς καὶ ἀνεξικάκως καὶ πράως· σὺ εἶπας· διδάσκων ἡμᾶς τοῖς ἐχθροῖς ἡμῶν οὕτως προσφέρεσθαι. ὅμως μετὰ τοσαύτην περιοδείαν, ἔμεινεν Ἰούδας νοσῶν· ἀλλ᾽ οὐ παρὰ τὴν τοῦ ἰατροῦ ἀμέλειαν, ἀλλὰ παρὰ τὴν τοῦ κάμνοντος. ὁ μὲν γὰρ προσήγαγεν πάντα τὰ τῆς σωτηρίας φάρμακα, ὁ δὲ ταῦτα οὐκ ἠθέλησεν δέξασθαι. ἀλλὰ μόνην τὴν φιλαργυρίαν εἰδὼς ἠγάπησε μᾶλλον τὸν χρυσὸν ἢ τὸν Χριστόν· καὶ γέγονε περὶ τοὺς μισθωσαμένους εὔνους τε καὶ πιστός. καὶ προσελθὼν Ἰούδας εἶπεν τῷ Χριστῷ· χαῖρε ῥαββὶ καὶ κατεφίλησεν αὐτόν.
E ξένος οὗτος προδοσίας τρόπος, ἀπὸ φιλήματος καὶ προσηγορίας ἐρχόμενος. ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· ἑταῖρε ἐφ᾽ ᾧ πάρει; τί μοι χαίρειν ἐπιτάττεις, λυπεῖν προαιρούμενος; τί τῷ ῥήματι θεραπεύεις, πλήττων τῷ πράγματι; καλεῖς διδάσκαλον, μὴ ὢν μαθητής· τί παρατιτρώσκεις τῆς ἀγάπης τὰ δίκαια; τί σημεῖον προδοσίας ποιεῖς τῆς εἰρήνης τὸ σύμβολον; τίνα μιμησάμενος

τοῦτο πεποίηκας; οὕτως εἶδες πρώην τὴν πόρνην φιλοῦσάν μου τοὺς πόδας; οὕτως ἐθεάσω γονυπετοῦντα τὸν ἑκατόνταρχον; οὕτως εἶδες τοὺς δαίμονας ὑποπίπτοντας; οἶδα τίς σοι τοῦ δολεροῦ φιλήματος ὑπέδειξεν τὴν ὁδόν· ὁ διάβολος τῆς περιπλύξεως ταύτης τὸν τρόπον ὑπέθετό σοι, σὺ δὲ κακῷ συμβούλῳ πεισθεὶς, ἐκείνου τὸ βούλημα πληροῖς. ἑταῖρε ἐφ' ᾧ πάρει; πλήρωσον τὰς κακὰς συνθήκας ἃς πρὸς τοὺς Φαρισαίους πεποίησαι. συντέλεσον τὸ γραμματεῖον τῆς πράσεως· ὑπόγραφον ὅπερ ὑπηγόρευσας· παράδος τὸν παραδοθῆναι βουλόμενον· κτῆσαι λοιπὸν μετὰ τοῦ γλωσσοκόμου, καὶ τὸ τῆς ἀδικίας βαλάντιον· ὑποχώρησον τῷ λῃστῇ μέλλοντι διὰ τῆς ὁμολογίας λαμβάνειν τὴν τάξιν, ἣν σοὶ διὰ προδοσίας ἀπώλεσας· τότε προσελθόντες ἐπέβαλον τὰς χεῖρας ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἐκράτησαν αὐτόν. καὶ τὸ προφητικὸν ἐκεῖνο λόγιον πέρας ἐλάμβανεν· ἐκύκλωσάν με ὡσεὶ μέλισσαι κηρίον, καὶ ἐξεκαύθησαν ὡς πῦρ ἐν ἀκάνθαις· καὶ πάλιν, ἐκύκλωσάν με κύνες πολλοὶ, ταῦροι πίονες περιέσχον με. ἀλλ' ὢ τῆς ἀνεξικακίας τῆς μόνῳ πρεπούσης αὐτῷ· ἐν οὐρανῷ τὰ Χερουβὶμ καὶ τὰ Σεραφὶμ μὴ τολμῶντα προσβλέπειν τὴν ὑπερβάλλουσαν δόξαν, αὐτῶν ταῖς πτέρυξι καθάπερ χερσὶ καλύπτει τὰ πρόσωπα, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς τῆς σαρκὸς αὐτοῦ κατεχομένης ὑπὸ χειρῶν ἀνόμων ἠνείχετο. ἴδετε ποίου μακροθύμου καὶ φιλανθρώπου δεσπότου κατεστήκατε δοῦλοι; γίνεσθε οὖν τοιοῦτοι περὶ τοὺς ἐχθροὺς τοὺς συνδούλους ὑμῶν, οἷον ἐθεάσασθε περὶ τοὺς πολεμίους γενόμενον τὸν κύριον. μέλλετε γὰρ καὶ ὑμεῖς ἐπὶ δεῖπνον συγκαλεῖσθαι πνευματικόν· μέλλετε συνανακλίνεσθαι τῷ δεσπότῃ· μήτις Ἰούδας τὸν τρόπον ἐν ὑμῖν εὑρέθῃ· πάντες μετὰ γαλήνης καὶ εἰρήνης προσέλθητε; πάντες μετὰ καθαροῦ συνειδότος τῷ σωτῆρι προσδράμωμεν. αὐτὸς γάρ ἐστι νηστεία τῶν πιστῶν καὶ ἑστίασις· αὐτὸς ὑπάρχει τροφεὺς καὶ τροφὴ, αὐτὸς ὑπάρχει ποιμὴν καὶ ἀμνὸς, αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A hoc peragis? Num sic vidisti nuper meretricem pedes osculantem meos? Num sic vidisti Centurionem in genua procumbentem? Num forte dæmonas ita succumbentes vidisti? Novi quis tibi dolosi osculi viam monstraverit. Diabolus tibi talis amplexus modum suggessit: tu vero improbo consiliario obtemperans, ejus voluntatem exsequeris. *Amice, ad quid venisti?* Iniqua pacta imple, quæ cum Pharisæis iniisti. Venditionis syngrapham absolve: subscribe illi negotio, quod pollicitus es: prode eum, qui prodi cupit: jam præter loculos venditionis marsupium posside: cede la- B troni, qui per confessionem ordinem adepturus est, quem tu per proditionem amisisti. *Tunc accedentes injecerunt manus in Jesum, & tenuerunt eum.* Matth. 26. 50. Tunc completum est propheticum illud eloquium: *Circumdederunt me sicut apes favum, & exarserunt sicut ignis in spinis*; Psal. 117. 12. ac rursum: *Circumdederunt me canes multi, tauri pingues obsederunt me.* Ps. 21. 17. Verum ô tolerantiam, quæ soli ipsi competit! In cælo Cherubim & Seraphim cum non audeant respicere sublimem ejus gloriam, vultum suum alis ceu manibus operiunt, & in terra dum caro C ejus manibus iniquorum teneretur, id ille patiebatur. Videtisne quam patientis & benigni domini servi sitis? Iidem ergo estote erga inimicos conservos vestros, qualem erga inimicos suos Dominum vidistis. Etenim vos quoque ad cœnam spiritualem vocandi estis: cum Domino recumbendum vobis erit. Ne quis in vobis Judas moribus reperiatur: omnes cum pace & tranquillitate accedite: omnes cum pura conscientia Servatori accurramus. Ipse namque est fidelium jejunium atque convivium: hic nutritius & nutrimentum, hic pastor & ovis. Ipsi gloria in sæcula sæculorum, amen.

MONITUM

AD HOMILIAM IN SANCTUM BASSUM.

NON paucas peregrinitatis notas in hac Homilia deprehendimus. Stylus omnino diversus; illa Chrysostomi inventio, qua cæteris præcellit Scriptoribus, hic non comparet. Ratio compellandi auditores nempe, φιλόχριστοι, *quam hic usurpat, in germanis Chrysostomi operibus vix reperias. Non immerito igitur & Combefisius, qui hanc Concionem, quasi nondum emissam publicavit anno 1656. tametsi ea emissa fuerat in Editione Chrysostomi Operum Parisina anno 1636. eam licet Chrysostomi nomine dederit, alii adscribi posse auctori censuit: parem circa illam exhibet scrupulum Tillemontius. Certe cum lectis Chrysostomi germanis operibus ad hanc legendam Homiliam me confero, in aliam me translatum regionem opinor. Alius fortasse secus judicaturus est, quamobrem eam inter* ἀμφιβαλλόμενα *& dubia edere satis habui, nec ad spuria rejeci. Hic Bassus Episcopus & Martyr, videtur esse Episcopus ille Nicænus, qui sub Decio & Valeriano passus fertur.*

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

S. JOANNIS CHRYSOSTOMI
ΤΑ ΑΜΦΙΒΑΛΛΟΜΕΝΑ,
SEU
DUBIA OPERA.

IN COMMEMORATIONEM S. BASSI: *habitus est sermo de timore, & de verbis illis*, Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde.

Matth. 11. 29.

1. NOS quidem par erat, postquam in vos tantus de more fons orationis effusus est, & cum hoc tempore, atque a præcedentibus sacerdotibus ac doctoribus copiosa vobis spiritualis est instructa mensa, pauperculas nostrorum verborum stillas reprimere, cum præsertim diuturna corporis ægritudine, ac vocis imbecillitate, atque adeo curis sibi succedentibus præpediti simus, ô Christi amantes auditores: sed quoniam inexplebili concionum sacrarum amore correpti nos ad dicendum invitatis, age Salvatoris gratia bene juvante paucis probitati vestræ, quæ tempori quadrent & conveniant, apponamus. Hoc enim & nobis qui dicimus, & vobis qui auditis aptius est, opinor, qui ratione ac mente vobis quæ meliora sunt & utilia comparatis. Ac sanctus quidem & celebris Martyr & Episcopus Bassus, qui sacrum nobis hunc conventum hodie congregavit, iis præmiis, quæ suis promeruit certaminibus, jam potitur, nec ulla nostrarum laudum collatione vel pensione nunc indiget, sed pro nobis, ut solet ad Dominum preces fundit, utpote qui propter agonem martyrii loquendi libertate gratiaque plurimum valeat, & immortalitatis corona donatus sit, quam etiam Christus fidelibus præparavit. Copiosa sunt enim ut testatur Apostolus, Dei dona, qui & olim Martyrum munera iis, qui sincere ipsum invocant, dilargitus est, & nunc præcipue cum annua paulo post memoria timoris illius celebranda sit, & ad Deum laudandum ob terribiles illas minas benigna & misericors ira Dei nos provocet. Vidimus enim revera furorem ex quo benignitas coruscabat, cum nos undique timor terræ motus obsideret, cum creaturas omnes concuti cerneremus, ac pavimentum magno impetu quassari; Salvator autem miserationum suarum nequaquam oblivisceretur, cum acerbum interitum

[a] ΕΙΣ ΤΗΝ ΜΝΗΜΗΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ Βάσσου. ἐλέχθη εἰς τοὺς φόβους, καὶ εἰς τὸ, μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ.

A ΕΔΕΙ μὲν ἡμᾶς τοσαύτης λόγων πηγῆς συνήθως εἰς ὑμᾶς χεομένης, νῦν δὲ διὰ τῶν προλαβόντων ἡμῶν ἱερέων τε καὶ διδασκάλων πλουσίας ὑμῖν τῆς πνευματικῆς παρατεθείσης τραπέζης, τὰς πενιχρὰς τῶν ἡμετέρων ῥημάτων ἀναστεῖλαι ψεκάδας, καὶ μάλιστα τῇ πολυχρονίᾳ τοῦ σώματος ἀῤῥωστίᾳ, καὶ τῇ ἀσθενείᾳ τῆς φωνῆς, ἔτι γε μὴν καὶ ταῖς ὑπαλλήλοις φροντίσι κεκρατημένους, φιλόχριστοι· ἀλλ' ἐπεὶ καὶ ἡμᾶς πρὸς τὸ λέγειν ἐπιτρέπετε ἀκορέστῳ περὶ τὴν θείαν ἀκρόασιν κεκρατημένοι τῷ πόθῳ, φέρε τῇ χάριτι τοῦ σωτῆρος διὰ βραχέων τὰ πρόσφορα καὶ ἁρμόζοντα τῷ καιρῷ B παραθώμεθα τῇ ὑμετέρᾳ χρηστότητι. τοῦτο γὰρ οἶμαι καὶ ἡμῖν τοῖς λέγουσι καὶ ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν ὑπάρχει κατάλληλον, λογισμῷ πορίζομένοις ἑαυτοῖς τὰ βελτίω τε καὶ συμφέροντα. ὁ μὲν γὰρ ὅσιος καὶ πολυύμνητος μάρτυς καὶ ἐπίσκοπος Βάσσος, ὁ σήμερον ταύτην ἡμῖν συγκροτήσας τὴν πανήγυριν, ἐκ τῶν οἰκείων ἄθλων τὰ ἔπαθλα κέκτηται, οὐδαμῶς μὲν τῆς παρ' ἡμῶν συνεισφορᾶς τῶν ἐγκωμίων δεόμενος, αὐτὸς δὲ τὰς ὑπὲρ ἡμῶν συνήθως πρὸς τὸν δεσπότην ἱκεσίας ποιούμενος, οἷα καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν διὰ τῆς τοῦ μαρτυρίου παλαίστρας παῤῥησίαν κτη- C σάμενος, καὶ τὸν τῆς ἀφθαρσίας παρ' αὐτοῦ ὑποδεξάμενος στέφανον, ὃν καὶ τοῖς πιστοῖς ὁ Χριστὸς προευτρέπισεν. ἄφθονα γὰρ κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον τὰ τοῦ δεσπότου χαρίσματα, καὶ πάλαι τοῖς ἐπικαλουμένοις γνησίως αὐτὸν τὰς τῶν μαρτύρων δωρεὰς πρυτανεύων, καὶ μάλιστα νῦν, ὅταν ἡμᾶς ἡ δι' ἐνιαυτοῦ μετὰ μικρὸν τῶν φόβων περιμένῃ ἀνάμνησις, καὶ τῆς φοβερᾶς ἐκείνης ἀπειλῆς ἡ φιλάνθρωπος ὀργὴ πρὸς δοξολογίαν καλῇ. ἐθεασάμεθα γὰρ ὄντως θυμὸν φιλανθρωπίαν ἀστράπτοντα, ὅτε [b] τὸν τῶν σεισμῶν περιεζώσθημεν φόβον· ὅτε κραδαινομένην D τὴν κτίσιν ἐγνώκαμεν· ὅτε τὸ μὲν ἔδαφος σφοδρῶς ἐτινάσσετο, ὁ δὲ σωτὴρ τῶν ἰδίων οἰκτιρμῶν οὐκ ἀφίστατο, ὅτε

[a] Collata cum MSS. Regio 1974. & Colbert. 3058. qui mendis scatent. Paulopost initium duo MSS. νῦν δὲ διὰ, Edit. καὶ νῦν καὶ διὰ

[b] Duo MSS. τῷ ... φόβῳ

τὸ πικρὸν προσεδοκήσαμεν τέλος, ὅτε τάφους τὰς οἰκίας ἄφνω ἐνομίσαμεν, ὅτε τῷ τιναγμῷ συνεχόμενοι τόπον ἢ τρόπον καταφυγῆς οὐχ εὑρίσκομεν, ὅτε τὸ μέσον τῆς ἡμέρας φθάσαντες τὴν ἑσπέραν ἰδεῖν οὐκ ἠλπίσαμεν, ὅτε [a] ἄνωθεν τὸ ξίφος ἐπήρτητο, καὶ κάτωθεν ἠνδείξατο μετὰ προσευχῆς εὐποιΐα, ὅτε συμφώνως οἱ λαοὶ τὸ ἐλέησον ἔκραζον, καὶ ὁ δεσπότης τοῖς οἰκτιρμοῖς ἐπεκάμπτετο· τῷ γὰρ βλέμματι κινῶν, τῇ χειρὶ τὴν ὑποτρέμουσαν κτίσιν ὑπέσφιγγε. τί συντόμως οὐ λέγω; ὅτε εἰ μὴ κύριος σαβαὼθ ἐβοήθησεν ἡμῖν, παραβραχὺ παρῴκησε τῷ ᾅδῃ ἡ ψυχὴ ἡμῶν. τίνα γὰρ οὐκ ἐκπλήττει τὸ τοῦ σωτῆρος φιλανθρωπίας τὸ μέγεθος; τίνας οὐχὶ κινεῖ λογισμοὺς πρὸς εὐχαριστίαν τὰ τότε γενόμενα, καὶ οὐ μόνον τὰ τότε, ἀλλὰ καὶ τὰ μετὰ ταῦτα, καὶ πρὸ βραχέως ἡμῖν ἀπαντήσαντα; ἐσάλευσε τῆς γῆς τὰ στηρίγματα, ἐκλόνησε τῶν οἰκιῶν τὰ θεμέλια, τὰ δώματα καθάπερ ὁλκάδες, ἐν τοῖς τοῦ πελάγους ἀνεβράσσοντο κύμασι, μόνον ἔδειξεν ὄμμα δικαστικὸν, καὶ καθάπερ ἐν ὕδασιν ἑστῶτες, ἐδονούμεθα πάντες. πολὺς ὁ φόβος, καὶ τοῦ φόβου τὰ τῆς φιλανθρωπίας πολυπλασίονα. τὴν κτίσιν γὰρ κλονῶν οὐ κατέστρεψε, συσσείων τὸ πᾶν οὐκ ἠδάφισε, τοῦ κάλλους τῶν κτισμάτων τὴν γῆν οὐκ ἐγύμνωσεν. ἐτίναξε τοὺς ὀρόφους μόνον πρὸς τὴν ἡμετέραν ὑπόμνησιν, καὶ φθορᾶς οὐδὲ γεῦσιν ἡμῖν ἐκόμισε. τοσοῦτον παρ' αὐτοῦ τῆς εἰς ἡμᾶς εὐσπλαγχνίας τὸ πέλαγος. καὶ τὸ τινάξαι δὲ τῆς γῆς τὰς βάσεις, ὡς κηδεμὼν ὡς φιλεύσπλαγχνος. εἶδε γὰρ ἀθετοῦντας καὶ παραπικραίνοντας, εἶδε φιλοῦντας ἁρπάγματα, εἶδε συνάπτοντας οἰκίαν πρὸς οἰκίαν, καὶ ἀγρὸν πρὸς ἀγρὸν ἐγγίζοντας, ἵνα τοῦ πλησίον ἀφελώμεθά τι. εἶδεν ὀρφανοὺς οὐκ ἐλεοῦντας, καὶ κρίσει χηρῶν οὐ προσέχοντας, εἶδε διδασκάλους ἀπεναντία ὧν λέγουσι πράττοντας· εἶδε μαθητὰς θεατρικαῖς ἀταξίαις τὴν ἐκκλησιαστικὴν εὐταξίαν ὑβρίζοντας· εἶδεν ἐν κακίᾳ καὶ φθόνῳ διάγοντας, εἶδε δόλον τῷ φθόνῳ συνάπτοντας, εἶδεν ὑποκρίσεως λαίλαπας καθάπερ σκάφη τοὺς ἁπλουστέρους βυθίζοντας, εἶδε φονεύοντας κατὰ πρόθεσιν, εἶδεν ἀδικοῦντας ὅσα δυνάμεθα, εἶδε ναυαγοῦσαν μὲν τὴν ἀγάπην, εὐπλοοῦσαν δὲ τὴν ἀπάτην ἐν τῷ πελάγει τοῦ βίου, εἶδε τῆς ἀληθείας ἀποπηδῶντας καὶ τῷ ψεύδει προστρέχοντας, καὶ συνελόντα φράσαι, εἶδε τῷ μαμωνᾷ μᾶλλον ἢ τῷ κυρίῳ δουλεύοντας, καὶ τὴν γῆν ἡμῖν ὡς παισὶ παιδαγωγὸν ἐπετίναξε, καὶ φιλοστόργου [b] μητρὸς ἐπεδείξατο σπλάγχνα, ἣ πολλάκις τὸν ὑπομάζιον ἑαυτῆς παῖδα ἀτάκτως κλαυθμυρίζοντα ἀποστῆσαι βουλομένη τοῦ ἔθους τὸ μικρὸν ἐκεῖνο κλινίδιον διατινάσσει σφοδρῶς, οὐχ ἵνα πλήξῃ, ἀλλ' ἵνα φοβήσῃ τὸ νήπιον· οὕτω δὴ καὶ ὁ τῶν ὅλων δεσπότης,

[a] Sic MSS. Edito vero ἔξωθεν.

A exspectaremus, cum nostras ædes continuo sepulcra nostra futuras putaremus, cum agitatione detenti locum modumve perfugii nullum reperiremus, cum ad medium diei pervenientes nequaquam visuros nos vesperam speraremus, cum sursum appensus gladius immineret, ac deorsum beneficentia se cum precibus strenue gereret, cum una voce populi, Domine miserere, clamarent, & Dominus miserationibus flecteretur: qui enim intuitu solo commovet, manu trementem creaturam sedavit. Cur non paucis ista complector? quo tempore, nisi Dominus Sabaoth adjuvisset nos, paulo *Psal. 93.17.* B minus habitasset in inferno anima nostra. Quem enim non stupore defigit magnitudo misericordiæ Salvatoris? quos animos ad gratias agendas non incitant, quæ tum acciderunt, neque solum quæ tum temporis, sed etiam quæ deinde ac paulo ante nobis occurrerunt? Terræ firmamenta commovit, ædium fundamenta concussit, domus tamquam onerariæ naves in maris fluctibus jactabantur, judiciales oculos tantum ostendit, & perinde ac si mediis in aquis versaremur, agitabamur omnes. Multus erat timor, ac multis partibus copiosior est timore misericordia. Cum enim creaturam agitaret, non evertit, cum universa concuteret, C non solo æquavit, neque tota creaturarum pulcritudine terram nudavit. Sola tecta concussit, ut hoc pacto solum admoneremur, at interitus ne gustum quidem nos voluit delibare. Tantum ejus in nos commiserationis est pelagus. Sed & quod terræ columnas concusserit, hoc ipso de nobis solicitum ac misericordem se prodidit. Vidit enim prævaricatores nos esse, atque irritare illum solere, vidit rapinas adamare: vidit nos domum domui jungere, & agrum cum agro copulare, ut proximo D quidpiam auferamus. Vidit orphanorum nequaquam misereri, neque judicio viduarum operam dare. Vidit a doctoribus contraria fieri eorum, quæ facienda dicebant, vidit turbidis theatrorum spectaculis addictos discipulos, Ecclesiasticum ordinem ac concinnitatem probro afficere, vidit in nequitia & invidia vivere, vidit fraudem cum invidia copulare, vidit simulationis procellas simpliciores tamquam navigia submergere, vidit animi proposito necare, vidit quantum possumus injuriam inferre, vidit naufragium pati caritatem, fraudem vero in hoc vitæ pelago navigationis secundum cursum tenere, vidit a veritate resilire, atque mendacio adhærere; denique ut uno E verbo dicam, vidit mammonæ potius quam Domino servire, sicque terram trementem nobis tamquam pedagogum pueris admovit, & indulgentis matris viscera exhibuit, quæ sæpenumero pendentem ab ubere filium suum ac plorantem ab illa volens abducere consuetudine, parvum illum lectulum vehementer concutit, non ut stupore percellat infantem, sed ut terreat: sic nimirum & Dominus universorum, qui

Ex terræ motu quis fructus colligendus.

[b] Duo MSS. μητρὸς ἐμμυοῦσαν σπλάγχνα.

terrarum orbem manu gestat, illum concutit, non ut evertat, sed ut eos qui insolenter se gerunt, ad salutem convertat.

2. Neque vero quisquam reprehendat, quod cum indulgente matre Dominum comparaverimus, quandoquidem in Evangeliis seipsum Dominus ipse cum gallina
Matt. 23. 37. contulit dicens: *Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos, & noluisti?* Terram igitur expertem animæ benignus Deus commovit, ut eam quæ anima prædita est, ab inordinatis motibus revocaret: carnis interitum comminatus est, ut nobis ab animæ exitio caveamus. Vides, ô pie Christiane, quanta sit creatoris erga nos misericordia? vides benignitatem ex comminationibus effulgere? vides miserationem prævenire indignationem? vides sententiam bonitate superari? Neque id sane mirum: ipse nunc etiam mitis ac benignus est Dominus noster, more solito de salute nostra solicitus, qui clara voce clamat in Evangeliis, ut paulo ante nobis le-
Matt. 11. 29. gebatur: *Venite, discite a me, quia mitis sum, & humilis corde.* O quanta creatoris est demissio! nec tamen creatura reveretur. Venite, discite a me, quando advenerit dominus ad servos, qui prolapsi fuerant, consolandos. Ita se gerit erga nos Christus, misericordiæ specimen edit, cum peccatorem puniri oporteret, cum eorum genus omne delere, qui ipsum irritaverant, mansuetis reos verbis alloquitur. *Venite, discite a me, quia mitis sum, & humilis corde.* Deus humilis est, & homo sublimis: mansuetus est judex, & reus superbus: humilem artifex vocem mittit, & lutum quasi rex quispiam loquitur. *Venite, discite a me, quia mitis sum, & humilis corde.* Non flexerunt vos, quæ præcesserunt, non exorarunt vos, quæ deinde, quæque paulo ante acciderunt, quemadmodum tunc, nunc etiam creaturam cum commovisset, rursus eam misericordia usus firmavit; *Venite igitur, discite a me, quia mitis sum, & humilis corde.* Non flagellum gestat, quo verberet, sed naturam, qua medeatur. Venite atque ineffabilem benignitatem videte. Quis herum minime verberantem non diligit? quis judicem reo supplicantem non miratur? Omnino verborum humilitas te in admirationem traducit: opifex sum, & opus meum diligo: faber sum, & ei parco, quem fabricatus sum. Si meæ dignitatis jure summo utar, collapsam naturam humanam minime liberabo, & immedicabili morbo laboranti nisi lenia medicamenta adhibeam, convalescere illa minime poterit: nisi benigne atque humaniter tractem, necatur: si minas solum intentem, interimitur. Idcirco jacenti emplastra lenitatis appono: plurimum ex commiseratione me submitto, ut eam lapsam erigam. Jacentem & abjectum a lapsu non excitat ille qui stat, nisi manum & ipse demittat. *Venite, discite a me, quia*

Cur mitis sit & humilis in verbis Christus.

A ἣν ἐν τῇ χειρὶ οἰκουμένην βαστάζει, διατινάσσει οὐχ ἵνα καταστρέψῃ, ἀλλ' ἵνα πρὸς σωτηρίαν ἐπιστρέψῃ τοὺς ἀτακτοῦντας.

Καὶ μεμφέσθω μηδεὶς, ἐπεὶ τὸν κύριον φιλοστόργῳ μητρὶ παρεικάσαμεν, ὁπότε αὐτὸς ὁ κύριος ἑαυτὸν ἀπείκασεν ὄρνιθι ἐν τοῖς εὐαγγελίοις εἰπών· Ἱερουσαλὴμ, Ἱερουσαλὴμ ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτὴν, ποσάκις ἠθέλησα συναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ὄρνις τὰ νοσσία ἑαυτῆς, καὶ οὐκ ἠθελήσατε; ἐκίνησε τοίνυν τὴν ἄψυχον γῆν ὁ φιλάνθρωπος, ἵνα στήσῃ τὴν ἔμψυχον B ἀτάκτου κινήσεως· σαρκὸς ἠπείλησε θάνατον, ἵνα τὸν τῆς ψυχῆς φυλαξώμεθα ὄλεθρον. εἶδες φιλόχριστε πόση τοῦ κτίσαντος ἡ περὶ ἡμᾶς εὐσπλαγχνία; εἶδες ἀπειλὴν φιλανθρωπίαν ἀστράπτουσαν; εἶδες οἰκτιρμοὺς προλαμβάνοντας ἀγανάκτησιν; εἶδες νικωμένην ἀπόφασιν ἀγαθότητι; καὶ ξένον οὐδὲν, αὐτός ἐστι καὶ νῦν ὁ πρᾶος καὶ φιλάνθρωπος ἡμῶν δεσπότης, ὁ τῆς ἡμετέρας συνήθως κηδόμενος σωτηρίας, ὃς ἐν τοῖς εὐαγγελίοις διαρρήδην βοᾷ, ὡς ἀρτίως ἡμῖν ἀνεγινώσκετο· δεῦτε, μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. ὢ πόση τοῦ πλάσαντος συγκατάβασις, καὶ ὁ πλασθεὶς C οὐκ αἰδεῖται. δεῦτε, μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, πότε δεσπότης εἰς παράκλησιν τῶν παραπεπτωκότων παρεγένετο δούλων. τοιοῦτος ἡμῖν ὁ Χριστὸς, οἰκτιρμοὺς ἐπιδείκνυται, δέον τιμωρεῖν τὸν ἁμαρτάνοντα, δέον τῶν παροργισάντων ἀφανίσαι τὸ γένος, ἡμέροις τοῖς ὑπευθύνοις ἀφίησι ῥήματα. δεῦτε, μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. ὁ θεὸς ταπεινὸς καὶ ἄνθρωπος ὑψηλός· ὁ δικαστὴς ἥμερος, καὶ ὁ καταδίκος ὑπερήφανος· ὁ τεχνίτης πενιχρὰν ποιεῖται φωνὴν, καὶ ὁ πηλὸς ὡς βασιλεὺς διαλέγεται. δεῦτε, μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. τὰ προλαβόντα οὐκ ἔπεισε D σε, τὰ μετὰ ταῦτα, καὶ τὰ πρὸ βραχέος οὐκ ἐδυσώπησεν, ὅπως καὶ τότε καὶ νῦν τὴν κτίσιν κινήσας πάλιν ἐστήριξεν ἐλεήσας· δεῦτε οὖν, μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. οὐκ ἔχει μάστιγα πλήττουσαν, ἀλλ' ἰατρεύουσαν φύσιν. δεῦτε, ἴδετε φιλανθρωπίαν ἄφατον. τίς οὐκ ἀγαπᾷ δεσπότην μὴ τύπτοντα; τίς οὐ θαυμάζει κριτὴν ἀξιοῦντα κατάκριτον. ἐκπλήττει σε πάντως ἡ τῶν ῥημάτων εὐτέλεια. δημιουργός εἰμι, καὶ φιλῶ μου τὸ ἔργον. πλάστης εἰμὶ, καὶ οὗ ἔπλασα φείδομαι. ἂν χρήσωμαι τοῖς ἐμοῖς ἀξιώμασι τὴν πεσοῦσαν ἀνθρωπότητα οὐ ῥύομαι, καὶ ἀρρωστοῦσαν ἀνίατα, E ἂν μὴ προσοίσω καταπλάστω φαρμάκοις, οὐ ῥώννυται· ἂν μὴ ψυχαγωγήσω, νεκροῦται· ἂν ἀπειλήσω μόνον, ἀπόλλυται. τούτου χάριν ἀγαθότητος ἐμπλάστρα αὐτὴν περιοδεύσω κειμένην. πολὺ ὑποκύπτω συμπάσχων, ἵνα πεσοῦσαν ἐγείρω. τὸν ἐρριμμένον ὁ ἑστὼς ἂν μὴ συγκαταγάγῃ τὴν χεῖρα οὐκ ἐξεγείρει τοῦ πτώματος. δεῦτε μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς

τῇ καρδίᾳ. οὐκ ἐπίδειξιν ῥημάτων ἐργάζομαι, πραγμάτων ὑμῖν παραδέδωκα πεῖραν, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, ἀφ' ὧν ἐγενόμην θεώρησον. βλέπε μου τὴν μορφὴν, καὶ ἐννόει μου τὴν ἀξίαν, καὶ προσκύνει δέ μου τὴν διὰ σὲ συγκατάβασιν. λόγισαι πόθεν ἐλθὼν, ποῦ σοι συνδιαλέγομαι, οὐρανὸν ἔχων θρόνον, ἐπὶ γῆς σοι φθεγγόμενος ἵσταμαι. ἄνω δοξάζομαι, καὶ ὡς μακρόθυμος οὐκ ὀργίζομαι, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. εἰ μὴ ἤμην πρᾶος τοῦ βασιλέως υἱὸς, οὐκ ἂν δούλην ἐπελεγόμην μητέρα. εἰ μὴ ἤμην πρᾶος ὁ τῆς ἀφανοῦς καὶ φαινομένης οὐσίας δημιουργὸς, οὐκ ἂν πρὸς ὑμᾶς ἐπεδήμουν. εἰ μὴ ἤμην πρᾶος, οὐκ ἂν ὑπὸ σπαργάνων ἠνειχόμην ὁ τῶν αἰώνων πατήρ. εἰ μὴ ἤμην ταπεινὸς, οὐκ ἂν φάτνης ἐδεχόμην πενίαν ὁ τῆς κτίσεως ὅλης κεκτημένος τὸν πλοῦτον. εἰ μὴ ἤμην πρᾶος, οὐκ ἂν συνδιῆγον ἀλόγοις ὁ μηδὲ τοῖς Χερουβεὶμ θεωρούμενος. εἰ μὴ ἤμην πρᾶος, οὐκ ἂν ὁ φῶς ἐμπτύων τυφλοῖς, ὑπὸ ἀνόμων ἐνεπτυόμην χειλέων. εἰ μὴ πρᾶος ἤμην, οὐκ ἂν δούλους ἐλευθερῶν ἐγὼ τὸν δουλικὸν ὑπέμεινα ῥαπισμόν. εἰ μὴ πρᾶος ἤμην, οὐκ ἂν νῶτόν μου παρεῖχον ὑπὲρ αἰχμαλώτων εἰς μάστιγας. τί δὲ τὸ μεῖζον οὐ λέγω; εἰ μὴ πρᾶος ἤμην, ἄλλων τὸ παθεῖν χρεωστούντων, οὐκ ἂν ὁ μηδὲν ὀφείλων ἐγὼ τὸ τοῦ θανάτου χρέος ὑπὲρ ἐκείνων κατέβαλον. κατεβαλόμην δὲ ἵνα καὶ τοῖς ἐν ᾅδῃ κάτω κατεχομένοις τῆς καταδίκης διαλύσω τὸ πρόστιμον. οὐ γὰρ μόνον ζώντων εἰμὶ βασιλεὺς, ἀλλὰ καὶ νεκρῶν δεσπότης. τούτου χάριν ἑκατέραν ἦλθον τῆς οἰκονομίας ὁδόν. ἐφάνην ἄνθρωπος, γέγονα καὶ πρὸς ὀλίγον νεκρὸς, ἵνα πᾶσι καὶ τοῖς ὑπὸ γῆν τῆς ἐμῆς ἀφθαρσίας διανείμω τὸ χάρισμα. δεῦτε μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. γνώμης οὐ φύσεως ἡ εὐτέλεια, οὐσίαν ἀπρόσιτον ἔχω, διάνοιαν δὲ πρὸς πάντας βαδίζουσαν. δεῦτε μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, οὐ τῇ ἀξίᾳ· μέτριος τὴν γνώμην, οὐ τὴν ῥώμην ὑπάρχω· διὰ τὴν ῥώμην ἀγγέλοις φοβερός εἰμι· διὰ τὴν γνώμην ἀνθρώποις ταπεινὸς ἐγώ. δεῦτε μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. οὐκ ἀφ' ὧν ὑπάρχω, λαλῶ, ἀλλ' ἀφ' ὧν ἐλεῶ, διαλέγομαι. ὑπὲρ τὴν ἐξουσίαν φιλῶ τὴν χρηστότητα. βασιλεὺς ὁ ταῦτά σοι λέγων εἰμὶ, μέγεθός ἐστί μοι δυνάμεως, ἀλλ' οὐ καταπλήττω σου τῷ παρόντι μοι δυνατῷ τὴν ἀσθένειαν. οὐ λέγω, δεῦτε μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι δεσπότης εἰμὶ, ὁ τῆς κτίσεως κύριος, ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν, ὁ τὸν οὐρανὸν μετρήσας σπιθαμῇ, καὶ τὴν γῆν κατέχων δρακί· ἀλλὰ δεῦτε μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. οὕτως εἰμὶ πρᾶος, ἥμαρτες σὺ, καὶ ἐμαστιγώθην ἐγώ. οὕτως ἑκὼν εἰμὶ ταπεινός. ἦλθον ὁ δεσπότης ἐλευθερῶσαι

A *mitis sum, & humilis corde.* Non ad ostentationem verba profero, rerum experientiam vobis exhibui, quia mitis sum, & humilis corde, ex eo statu collige, in quem devenisse me vides. Formam intuere meam, & quæ sit dignitas mea, cum animo tuo reputa, meque adora, quod tua causa me demiserim. Cogita unde profectus sim, & quo in loco tecum colloquar, cum mihi cælum sedes esset, nunc te alloquens versor in terris. Sursum glorificor, & ut longanimis non irascor, quia mitis sum & humilis corde. Nisi mitis essem Regis filius, matrem servam non elegissem: nisi mitis essem, invisibilis & visibilis substantiæ opifex, B peregre ad vos non venissem. Nisi mitis essem, involutus fasciis non fuissem, qui sæculorum sum pater. Nisi humilis essem, paupertatem præsepii non subiissem, qui creaturæ possideo divitias universæ. Nisi mitis essem, non cum jumentis versarer is, quem neque Cherubim possunt intueri. Nisi mitis essem, numquam ego qui exspuendo cæcis lumen infundo, ab improborum labiis consputus essem. Nisi mitis essem, numquam ego, qui servos manumitto, servilem alapam tolerassem. Nisi mitis essem, C dorsum meum ad flagella pro mancipiis sustinenda non præbuissem. Sed cur ego, quod majus est, non profero? nisi mitis essem, cum alii pati deberent, non utique ego qui nihil debebam, mortis pro illis debitum exsolvissem. Ego vero exsolvi, ut pro illis qui deorsum apud inferos detinebantur; mulctam supplicii numerarem. Non enim vivorum tantum rex sum, sed etiam dominus mortuorum. Propterea viam utramque dispensationis insistens veni. Homo apparui, factus sum & ad modicum tempus mortuus, ut omnibus etiam qui sub terra erant, incorruptionis meæ D donum impertirem. *Venite, discite a me, quia mitis sum, & humilis corde.* Ab animi proposito, non a natura est vilitas mea. Inaccessibili substantia præditus sum, sed mente, quæ se ad omnes extendit. Venite, discite a me, quia mitis sum, & humilis corde, non dignitate. Modicus sum, si spectes animi propositum, non si potentiam. Angelis terribilis sum propter potentiam: hominibus propter animi propositum sum humilis. *Venite, discite a me, quia mitis sum, & humilis corde.* Non pro naturæ meæ conditione loquor: sed prout misericordiam meam decet, verba facio. Multo mihi carior est mansuetudo, quam potestas. Rex E sum ego, qui te alloquor: magna quidem virtute polleo, sed nolo potentia, quæ mihi suppetit, tuam imbecillitatem perterrefacere. Non dico, Venite, discite a me, quia dominus sum, ego qui dominor creaturis, qui respicio terram, & efficio ut tremat, qui cælum metior palmo, & terram pugno teneo: sed, *Venite, discite a me, quia mitis sum, & humilis corde.* Ita sum mitis: peccasti tu, & ego flagellis sum cæsus. Ita sponte sum humilis. Veni ego, ut eos qui servitute premebantur, in libertatem

Hesai. 40. 12.

vindicarem, & ipsi me liberatorem alapis cæciderunt simul, & in crucem sustulerunt, qui servitute premebantur, & postea patrem meum pro ipsis rogans dicebam: *Pater dimitte illis: non enim sciunt, quid faciunt.* (Luc. 23. 34.) *Venite* igitur, *discite a me, quia mitis sum, & humilis corde* Venite, supplico & precor, non me pudet supplicare, servos meos orare contentus sum, ne cogar punire. Venite, discite a me mansuetudinem prius, quam terribilem potentiam spectetis. Venite, nunc medeor, paulo post rationes subducam. Nunc parco, paulo post sententiam feram: nunc sum misericors, paulo post justus judex apparebo. Venite, discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Vel mansuetudinem honorate, vel potentiam pertimescite. Venite, præoccupate faciem meam in confessione. Tempore quippe mansuetudo ista mea discriminata est.

3. Ad hanc solam vitam præsentem pertinet, ut longanimitatis meæ specimen edam: veniet tempus, quo mansuetudinis hujus meæ porta claudetur. Veniet tempus, quo lacrymæ peccatorum stillantes nihil proderunt: veniet tempus, quo undique clangentes tubæ secundum adventum meum indicabunt: quando terram percurrentes universam Angeli multa mortuorum millia in judicium adducent: quando tribunal meum collocabitur, & super cælestes virtutes vectus incedam: quando principatus & potestates venientis latus stipabunt: quando regni mei luminaria mundum universum illuminabunt: quando libri aperientur eorum, quæ unusquisque gessit in vita: quando legis observatio exigetur, & dæmonum exactum ratiocinium proferetur: quando reus sistetur, cui sola opera poterunt patrocinari: quando cogitationes accusabunt, & conscientia convincet: quando maligni spiritus verba judicis attendent: quando fornax sententiam judicis exspectabit: quando verbum illud, Miserere, jam non amplius clamanti proderit. Venite igitur antequam fores miserationum mearum occludam; antequam vitæ nundinas finiri contingat, antequam vitæ spectaculum præterierit. Præstitutum enim tempus finis sæculi est in januis, venite, priusquam incipiam judicare. Si enim jam sedens incipiam judicium exercere, non amplius condonabo. Propterea fatuarum virginum exemplum patefeci, quarum vitæ lampades, quod oleum justitiæ non haberent, exstinctæ sunt, & quo pacto fores illis conclavis sponsi occlusæ sint, quo pacto pulsantibus illis ex interiori ædium parte responderim, *Nescio vos*, quibus verbis judicis vocem, qua peccatores alloquetur, expressi. Si ergo dominicam benignitatem, fratres, ex Salvatoris verbis didicimus, ne judicem spernamus, qui mitibus verbis nos ante judicii tempus alloquitur, ne pœnitentiæ occasionem amittamus: bonis operibus & eleemosynis animas nostras vestiamus: unusquisque nostrum ad

Secundus Christi adventus terribilis.

Matt. 25. 1.

A τοὺς δουλεύοντας, καὶ αὐτοί με τὸν ἐλευθερωτὴν ἐρράπισαν ὁμοῦ καὶ ἐσταύρωσαν οἱ δουλεύοντες, καὶ πρὸς τούτοις πρὸς τὸν ἐμὸν πατέρα ὑπὲρ αὐτῶν πρεσβεύων ἔλεγον· πάτερ ἄφες αὐτοῖς, οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι. δεῦτε οὖν, μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. δεῦτε ἱκετεύω δεόμενος, ἱκετεύειν οὐκ αἰσχύνομαι, τοὺς ἐμοὺς δούλους αἱροῦμαι παρακαλεῖν, ἵνα μὴ κολάζειν ἀναγκασθῶ. δεῦτε μάθετε ἀπ' ἐμοῦ τὸ πρᾶον πρὶν ἢ θεάσησθέ μου τὸ φοβερόν. δεῦτε νῦν ἰατρεύω, μετὰ βραχὺ λογιστεύω. νῦν φείδομαι, μετὰ μικρὸν ἀποφαίνομαι· νῦν φιλάνθρωπος, μετ' ὀλίγον
B δικαιοκρίτης φανήσομαι. δεῦτε μάθετε ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. ἢ τὸ πρᾶον τιμήσατε, ἢ τὸ δυνατὸν εὐλαβήθητε. δεῦτε φθάσατέ μου τὸ πρόσωπον ἐν ἐξομολογήσει. καιρῷ γὰρ τὰ τῆς τοιαύτης παρ' ἐμοῦ διώρισται μετριότητος.

Ὁ παρὼν μόνος ἐστὶ βίος τῆς ἐμῆς μακροθυμίας ἐπίδειξις. ἥξει καιρὸς, ὅτε ταύτης μου τῆς χρηστότητος ἡ θύρα κλεισθήσεται. ἥξει καιρὸς, ὅτε δάκρυον τῶν ἁμαρτωλῶν οὐκ ὠφελήσει σταζόμενον· ἥξει καιρὸς ὅτε σάλπιγγες πανταχόθεν κτυποῦσαι τὴν δευτέραν μου παρουσίαν δηλοῦσιν, ὅτε τὴν γῆν ὅλην διατρέχοντες ἄγ-
C γελοι τῶν νεκρῶν τὰς μυριάδας παριστῶσιν εἰς κρίσιν, ὅτε μοι βῆμα τεθῇ, καὶ ταῖς ἄνω δυνάμεσιν ἐπιβῶ, ὅτε ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι δορυφοροῦσιν ἐρχόμενον, ὅτε μου τῆς βασιλείας οἱ φωστῆρες τὸν πάντα καταλάμπουσι κόσμον, ὅτε βίβλοι τῶν ἑκάστῳ βεβιωμένων ἀνοίγονται, ὅτε νόμων ἀκρίβεια, [a] καὶ δαιμόνων ἀκριβὲς λογοθέσιον, ὅτε ὁ κρινόμενος ἵσταται, μόνα ἔχων αὐτῷ παρεστῶτα τὰ ἔργα, ὅτε λογισμοὶ κατηγοροῦσι, καὶ ἐλέγχει συνείδησις, ὅτε πνεύματα πονηρὰ τοῖς τοῦ δικάζοντος προσέχοντα ῥήμασιν, ὅτε κάμινος τοῦ κρι-
D τοῦ περιμένουσα τὴν ἀπόφασιν, ὅτε τὸ ἐλέησον ῥῆμα τῷ βοῶντι λοιπὸν ἀνωφέλητον. δεῦτε οὖν πρὶν ἀποκλείσω μου τὰς θύρας τῶν οἰκτιρμῶν, πρὶν φθάσῃ λυθῆναι τῆς ζωῆς ἡ πανήγυρις, πρὶν παρέλθῃ τοῦ βίου τὸ θέατρον· ἐπὶ θύραις γὰρ ἡ προθεσμία τοῦ τέλους. δεῦτε πρὶν ἄρξωμαι κρίνειν· ἂν γὰρ φθάσω καθίσας δικάζειν, οὐκέτι χαρίζομαι. διὰ ταῦτα κατάδηλον ἐποιησάμην τὸ τῶν μωρῶν παρθένων ὑπόδειγμα, ὧν αἱ λαμπάδες τῆς ζωῆς μὴ ἔχουσαι δικαιοσύνης ἔλαιον ἀπεσβέ-
E σθησαν, καὶ ὅπως ἀπεκλείσθησαν αὐταῖς τοῦ νυμφῶνος αἱ θύραι, ὅπως τε κρουούσαις ἀντέλεγον ἔνδοθεν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς, τὴν πρὸς τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἐν τῇ κρίσει φωνὴν αἰνιττόμενος. εἰ ἐδιδάχθημεν τοιγαροῦν, ἀδελφοὶ, ἐκ τῶν τοῦ σωτῆρος λόγων δεσποτικὴν ἀγαθότητα, μὴ καταφρονήσωμεν δικαστοῦ πρὸ τῆς κρίσεως φθεγγομένου φιλάνθρωπα, μὴ ἀπολέσωμεν μεταμελείας καιρόν· ἀγαθαῖς πράξεσι καὶ ἐλεημοσύναις τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς ἀμφιάσωμεν· ἕκαστος ἡμῶν ἤδη

[a] Unus, καὶ τῶν πρακτέων ἀκριβὴς λογοθεσία.

πραγματευσάσθω

πραγματευσάσθω τὰ πρὸς τὴν αἰώνιον ζωὴν ἐπιτήδεια, τῶν χαλεπῶν πράξεων ἑαυτοὺς ἀποστήσωμεν. ἐὰν γὰρ ἡμεῖς τὴν πίστιν ἀσάλευτον ἐν ἀγαθοῖς ἔργοις φυλάξωμεν, ἔσται σὺν ἡμῖν καὶ ἡ κτίσις ἀσάλευτος. σωφροσύνῃ κοσμήσωμεν τὰς ψυχὰς ἡμῶν, καὶ τὸν καθαρᾶς πίστεως τὸν ἀτίμητον μαργαρίτην βεβαίως ἐπικτησώμεθα, πρὶν ὁ χρόνος τῆς ζωῆς σβεσθῇ τῆς ἡμετέρας, πρὶν τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου, καὶ τὸ ἄνθος τῆς δόξης, καὶ πάντα τὰ τῆς ὕλης τερπνὰ διαφθαρήσηται, τὸν ἀδέκαστον κριτὴν θεραπεύσωμεν. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ λέγων, ζῶ ἐγὼ, λέγει κύριος, οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν. εἰ ἐφίετο τιμωρεῖσθαι τὸν ἁμαρτωλὸν, ἐσιώπα· ἐλεεῖν θέλει, διὰ τοῦτο παρακαλεῖ· φείδεται, διὰ τοῦτο προτρέπεται. φοβεῖ σε τῷ προειπεῖν, ἵνα τοῦ κινδύνου προαναστείλῃ τὴν πεῖραν. θεὸς γὰρ ἀπειλῶν μὲν σώζειν βούλεται· σιωπῶν δὲ προαιρεῖται κολάζειν. ἔχομεν ἀπὸ τῶν πραγμάτων τὴν μάθησιν. ἠπείλησεν ἐπὶ Νινευιτῶν, καὶ ἐφείσατο· ἐσίγησεν ἐπὶ Σοδομιτῶν, καὶ ἐκόλασεν· στεφάνους ηὐτρέπισεν, ἐὰν μὴ καθ' ἑαυτῶν βασάνους ἐνέγκωμεν. θέλει ἀργῆσαι τὴν γέενναν· θέλει τοῦ σκότους τὸ δεσμωτήριον κλεῖσαι· θέλει πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ὀργὴν μόνῳ τῷ διαβόλῳ φυλάττεσθαι· θέλει καθίσαι κριτὴς, οὐχ ἵνα κολάζῃ τινὰς, ἀλλ' ἵνα στεφανώσῃ πάντας. ἔχοντες τοίνυν τοιοῦτον δεσπότην ἁρπάσωμεν φωνὴν ἀγαθότητος γέμουσαν· ὑπακούσωμεν λέγοντι· δεῦτε μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, ἵνα καὶ τῆς εὐκταίας ἐκείνης καὶ μακαρίας φωνῆς ἀξιωθῶμεν ἀκοῦσαι τῆς λεγούσης· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν· ἧς πάντας ἐν ἀπολαύσει γενοίμεθα, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

A vitam æternam adipiscendam necessarium comparet commeatum, ab iniquis actionibus abstineamus. Si enim fidem nostram inconcussam in bonis operibus conservemus, creaturæ nobiscum inconcussæ permanebunt. Animas nostras castitate decoremus, & puræ fidei inæstimabilem margaritam tuto nobis insuper acquiramus, antequam vitæ nostræ tempus elabatur, antequam figura mundi, & flos gloriæ, & omnes terrenæ deliciæ tollantur & pereant, incorruptum judicem nobis conciliemus. Ipse enim est, qui dicit: *Vivo ego, dicit* Ezech. 18. 32.
Dominus, nolo mortem peccatoris, sicut con-
B *verti eum & vivere.* Si punire cuperet peccatorem, taceret: misereri vult, propterea monet: parcit, idcirco hortatur: prædicendo terret te, ne reipsa in periculum incidas. Deus enim cum minatur, servare vult: cum vero silet, statuit castigare. Possumus ex aliorum experimentis hoc discere. Comminatus est Ninivitis, & pepercit: tacuit apud Sodomitas, & punivit. Coronas præparavit, nisi tormenta nobis ipsis inferamus. Cupit gehennam otiari: cupit tenebrarum carcerem claudere: cupit iram omnem diabolo reservare: cupit judex sedere, non ut aliquos puniat, sed ut omnes coronet. Cum igitur talem dominum ha-
C beamus: præripiamus benignam illam vocem, pareamus dicenti: *Venite, discite a* Matt. 11. 29.
me, quia mitis sum & humilis corde, ut & optabilem illam, ac felicem vocem audire mereamur dicentem: *Venite benedicti* Matth. 25. 34.
patris mei, possidete paratum vobis regnum: quo nos omnes utinam potiri contingat gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri gloria unà cum Spiritu sancto, in sæcula sæculorum, amen.

AD HOMILIAM IN SANCTOS PETRUM ET HELIAM

MONITUM.

De *hac Homilia sic loquitur Henricus Savilius:* Descripta ex Ms. in Bibliotheca Regia Lutetiæ, castigata ex alio Ms. in Bibliotheca Palatina, γνησία, ut opinor, sed non melioris notæ; habitaque, ut videtur, Constantinopoli. *Verum ut recte notat Tillemontius, potius Antiochiæ habitam eam fuisse suadent ea, quæ dicuntur initio, nempe festum Martyrum in agro tunc celebratum fuisse, quod in Antiochenis Homiliis passim, in Constantinopolitanis nusquam habetur; id vero & nos dicimus, si tamen ea verum &* γνήσιον *sit Chrysostomi opus. Orationis certe genus prorsus abhorret a stylo Chrysostomi, ac licet S. Doctor non semper sui similis sit in orandi narrandique modo: hæc certe Concio ab aliis omnibus, cum melioris tum inferioris notæ orationibus toto cælo differt. Dictio inelegans est, genus orationis incultum ac prorsus jejunum. Longe vero ineptiorem illam præferunt manuscripti Codices, quam editi. Ad hæc multa hic habentur quæ oratorem supinum & non accuratum arguant: ut cum dicitur ancillam ostiariam, quæ Petrum interrogabat, fuisse meretricem: cum item magna concionis pars hac in re probanda insumitur; Heliam videlicet graviter peccasse, cum Jezabele necem inferre sibi quærente, fugit ille quadraginta dierum spatio. His ego de causis hanc Homi-*

liam inter spurias ablegare statim cogitabam : at cum Savilius & Tillemontius γνησίαν illam esse opinentur, licet hic postremus non sine quodam scrupulo eam germanis annumeret, satis habui eam inter suspectas locare.

Interpretationem Latinam novam edidi.

IN PETRUM APOSTOLUM & in Heliam Prophetam.

1. PAUCI hodie nobis adsunt : quid in causa est ? Martyrum memoriam celebramus, & nemo accessit. Viæ spatium in segnitiem conjecit; imo potius non viæ spatium, sed ignavia impedimento fuit. Sicut enim virum studiosum & animo solertem nihil detinere potest, ita segnem ac remissum omnia impedire possunt. Martyres proprium sanguinem pro veritate fuderunt; & tu ne tantillum quidem itineris contemnis ? Illi pro Christo caput dederunt, & tu ne extra urbem quidem pro Domino vis egredi ? Dominus pro te mortuus est, & tu segnem erga Dominum te exhibes ? Memoria martyrum adest, tu vero remissus jaces ? Adsis oportet, ut videas diabolum superatum, martyrem victorem, Deum gloria celebratum, Ecclesiam coronatam. Sed illorum hæc excusatio est, Peccator sum, atque ideo accedere non possum. Atqui ea ipsa de causa quod peccator sis, accede ut ne a justitia excidas. Quis autem hominum, dic mihi, sine peccato est ? Sed propterea sacrificium & Ecclesia, propterea preces ac jejunia : quoniam multa sunt animæ vulnera, ideo multa medicamenta excogitata sunt; & ad singula vulnera singula ipsi congruentia medicamenta sunt præparata. Habes Ecclesiam sacrificia offerentem, orationes patrum, administrationem Spiritus sancti, Martyrum memorias, sanctorum congregationem, & similia multa, quæ te a peccato ad justitiam revocare possint. Non accessisti ad precationem martyrum, ecquam habes veniam ? Nihil asperum in medio positum est, & tamen a martyrum conventu cohibitus es ? At sæcularis te cura detinuit ? Hinc majus crimen. Ne brevem quidem horam Deo fœnerari voluisti, ut integrum diem acciperes ? Peccator sum, inquies, neque id possum. Quia peccator es, ideo ingredere. An ignoras illos etiam, qui altari adstant, peccatis esse obnoxios ? Carne sunt induti, & ex sanguine constituti : neque tamen recusamus doctrinam impertire, ad Dei benignitatis pelagus respicientes. Vos quidem peccatores si ingrediamini, non tantum est crimen; nam sub disciplina estis : nos vero quanto majore sumus dignitate, tanto magis rei. Aliud enim est discipulum, aliud doctorem peccare. Attamen non recusamus, nec humilitatis obtentu in segnitiem

Cur Sacerdotes peccatis obnoxios esse Deus voluerit.

ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΠΕΤΡΟΝ ΤΟΝ ἀπόστολον καὶ Ἠλίαν τὸν προφήτην.

A [a] ΟΛΙΓΟΙ ἡμῖν σήμερον οἱ παραγινόμενοι· ἆρα τί τὸ αἴτιον; μνήμην μαρτύρων ἐπιτελοῦμεν, καὶ οὐδεὶς ἀπήντησεν· τὸ διάστημα τῆς ὁδοῦ εἰς ῥᾳθυμίαν ἐνέβαλε, μᾶλλον δὲ οὐ τὸ διάστημα τῆς ὁδοῦ, ἀλλ' ἡ ῥᾳθυμία αὐτοὺς ἐνεπόδισεν. ὥσπερ γὰρ τὸν σπουδαῖον καὶ διεγηγερμένον τῇ προαιρέσει οὐδὲν δύναται κωλῦσαι, οὕτω δὴ τὸν ῥᾴθυμον, καὶ ἀναπεπτωκότα πάντα δύναται κωλῦσαι. οἱ μάρτυρες τὸ ἴδιον αἷμα ἐξέχεαν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας· σὺ δὲ οὐδὲ βραχείας ὁδοῦ καταφρονεῖς; ἐκεῖνοι τὴν κεφαλὴν ἀπέθεντο διὰ τὸν Χριστόν· σὺ δὲ οὐδὲ ἔξω τῆς πόλεως ἀπαντῆσαι θέλεις διὰ τὸν
B δεσπότην; ὁ δεσπότης διὰ σὲ ἀπέθανε, καὶ σὺ δι' αὐτὸν ὀκνεῖς; μνήμη μαρτύρων, καὶ σὺ ἀθυμεῖς καὶ ἀναπέπτωκας; δέον ἐστί σε παραγίνεσθαι, καὶ ἰδεῖν τὸν διάβολον ἡττώμενον, καὶ μάρτυρα νικῶντα, καὶ θεὸν δοξαζόμενον, καὶ ἐκκλησίαν στεφανουμένην. ἀλλ' ἡ πρόφασις αὐτῶν· ἁμαρτωλός εἰμι, φησὶ, καὶ οὐ δύναμαι ἀπαντῆσαι. αὐτὸ γὰρ αὐτὸ ὅτι ἁμαρτωλὸς εἶ, ἀπάντησον, ἵνα μὴ ἐκπέσῃς τῆς δικαιοσύνης. τίς δὲ τῶν ἀνθρώπων ἄνευ ἁμαρτίας εἰπέ μοι; ἀλλὰ διὰ τοῦτο θυσία καὶ ἐκκλησία· διὰ τοῦτο εὐχαὶ καὶ νηστεῖαι· ἐπειδὴ πολλὰ τὰ τραύματα τῆς ψυχῆς, καὶ τὰ φάρμακα κατ' αὐτῶν εὕρηνται, καὶ πρὸς ἕκαστον τῶν
C τραυμάτων τῆς ψυχῆς [b] κατάλληλον φάρμακον κατεσκευάσθη. ἔχεις ἐκκλησίαν θυσίας ἐπιφερομένην, εὐχὰς πατέρων, πνεύματος ἁγίου χορηγίαν, μαρτύρων μνήμας, συναθροισμὸν ἁγίων, καὶ πολλὰ τοιαῦτα δυνάμενά σε ἀπὸ ἁμαρτίας ἀνακαλέσασθαι εἰς δικαιοσύνην· οὐκ ἀπήντησας εἰς εὐχὴν μαρτύρων, ποίαν ἔχεις συγγνώμην; οὐδὲν τῶν δεινῶν ἐν τῷ μέσῳ, καὶ ἐνεποδίσθης τῆς πρὸς τοὺς μάρτυρας ὁμονοίας; ἀλλὰ φροντίς σε βιωτικὴ ἐκράτησεν; ἔτι μεῖζον τὸ ἔγκλημα. μικρὰν ὥραν οὐκ ἐδάνεισας τῷ θεῷ, ἵνα λάβῃς ὁλόκληρον ἡμέραν; ἁμαρτωλός εἰμι, φησὶ, καὶ οὐ δύναμαι· ἐπειδὴ ἁμαρτωλὸς εἶ, διὰ τοῦτο εἴσελθε. ἢ οὐκ οἶ-
D δας, ὅτι καὶ αὐτοὶ οἱ τῷ θυσιαστηρίῳ παρεδρεύοντες ἁμαρτίαις εἰσὶ προσηλωμένοι; σάρκας γάρ εἰσιν ἐνδεδυμένοι, καὶ αἵματι συμπεπλεγμένοι, καὶ οὐ παραιτούμεθα τὴν διδασκαλίαν εἰς τὸ πέλαγος ἀφορῶντες τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας. καὶ ὑμεῖς ἁμαρτήσαντες ἐὰν εἰσέλθητε, οὐ τοσοῦτον ἔγκλημα· ὑπὸ γὰρ διδασκαλίαν ἐστέ· ἡμεῖς δὲ ὅσῳ μᾶλλον τῷ ἀξιώματι, τοσούτῳ καὶ τῷ ἐγκλήματι. ἄλλο γάρ ἐστι τὸ τὸν διδασκόμενον ἁμαρτάνειν, καὶ ἄλλο τὸν διδάσκοντα· ἀλλ' ὅμως οὐ παραιτούμεθα τοῦτο, καὶ προφάσει ταπεινοφροσύνης εἰς ῥᾳθυμίαν ἐμπίπτομεν.

Collata cum Codicibus Regio 2012. & Colbertinis 85... 3057 & 4704. qui Codices tanta tam incondita & insulsa præferunt lectionum discrimina, ut ea solum annotare par fuerit, quæ alicujus momenti videbantur esse.

a Unus ὀλίγοι οἱ παρόντες σήμερον. ἆρα

b Sic omnes. In Edito κατάλληλον deerat.

καὶ τοῦτο κατὰ θείαν διοίκησιν γέγονε, τὸ τοὺς ἱερεῖς, καὶ αὐτοὺς ἁμαρτίαις ὑποπεσεῖν. καὶ ἄκουσον πῶς ἐστιν. οἱ διδάσκαλοι αὐτοὶ, οἱ ἱερεῖς εἰ μὴ ἡμάρτανον, μηδὲ ὑπέκειντο τοῖς πάθεσι τοῦ βίου, ἀπάνθρωποι ἤμελλον εἶναι περὶ τοὺς ἄλλους καὶ ἀσύγγνωστοι· ἀλλὰ διὰ τοῦτο καὶ αὐτοὺς τοὺς ἱερεῖς πάθεσι δουλεύειν παρεσκεύασε, καὶ τοὺς ἄρχοντας, ἵνα ἐξ ὧν αὐτοὶ πάσχουσι, καὶ τοῖς ἄλλοις συγγνώμην διδῶσι. καὶ ἀεὶ οὕτως διῴκησεν ὁ θεὸς, καὶ οὐ μόνον νῦν, ἀλλὰ καὶ πάλαι, καὶ οἷς ἔμελλεν ἐμπιστεύειν τὴν ἐκκλησίαν καὶ τὸν λαὸν, τούτους συνεχώρησεν ἁμαρτίᾳ ὑποπεσεῖν, ἵνα ἐκ τῶν οἰκείων πταισμάτων φιλάνθρωποι γίνωνται περὶ τοὺς ἄλλους. εἰ γὰρ μὴ ἡμάρτανον αὐτοὶ, οὐδὲ μίαν συγγνώμην εἶχον δοῦναι τοῖς ἁμαρτάνουσιν, ἀλλ' ἀπάνθρωποι γενόμενοι πάντας ἐκθλίβειν εἶχον τῆς ἐκκλησίας. ὅτι δὲ ταῦτα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, καὶ τοῦτο οὐ στοχαζόμενος λέγω, φέρε ἐξ αὐτῆς τῆς θεωρίας εἴπωμεν· Πέτρος ἤμελλε πιστεύεσθαι τὰς κλεῖς τῶν οὐρανῶν, καὶ ἤμελλε πιστεύεσθαι τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ. τί γὰρ πρὸς αὐτὸν ὁ δεσπότης; ὃ ἐὰν δήσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ ὃ ἐὰν λύσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ἦν μὲν οὖν ὁ Πέτρος [a] ἠρέμα πως καὶ ἀπότομος· εἰ δὲ ἔσχε τὸ ἀναμάρτητον, ποίαν συγγνώμην οἱ παρ' αὐτοῦ διδασκόμενοι ἐλάμβανον; ἀλλὰ διὰ τοῦτο πραγματεύεται ἡ θεία χάρις ἁμαρτήματί τινι περιπεσεῖν αὐτὸν, ἵνα ἐξ ὧν αὐτὸς ἔπαθε, φιλάνθρωπος γένηται περὶ τοὺς ἄλλους. καὶ βλέπε τίνα συγχωρεῖ περιπεσεῖν ἁμαρτίᾳ· Πέτρον ἐκεῖνον τὴν κορυφὴν τῶν ἀποστόλων, τὴν κρηπῖδα τὴν ἀσάλευτον, τὴν πέτραν τὴν ἀρραγῆ, τὸν πρῶτον τῆς ἐκκλησίας, τὸν λιμένα τὸν ἀκαταμάχητον, τὸν πύργον τὸν ἀσάλευτον· Πέτρος ἐκεῖνος ὁ λέγων τῷ Χριστῷ, κἂν δέῃ με σὺν σοὶ ἀποθανεῖν οὐ μή σε ἀπαρνήσομαι· Πέτρος ὁ ἐκ θείας ἀποκαλύψεως τὴν ἀλήθειαν ὁμολογήσας· σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος· οὗτος εἰσελθὼν ἐν τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ ᾗ παρεδόθη ὁ Χριστὸς, καὶ στὰς ἐπὶ τῆς πυρκαϊᾶς θερμαινόμενος, καί τις, φησὶ, κόρη προσελθοῦσα λέγει αὐτῷ, καὶ σὺ χθὲς μετὰ τοῦ ἀνθρώπου τούτου ἦς· ὁ δὲ Πέτρος, οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον τοῦτον. ἄρτι ἔλεγες, κἂν δέῃ με σὺν σοὶ ἀποθανεῖν, νῦν ἀρνῇ καὶ λέγεις, οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον τοῦτον; ὦ Πέτρε, τοῦτό ἐστιν ὅλον ὃ ἐπηγγείλω; οὔπω βασάνους, οὔπω μάστιγας εἰδὼς, ἀλλ' ἁπλῶς μικρᾶς κόρης ῥῆμα ἀκούσας, εἰς ἄρνησιν ἐχώρησας· ἀρνῇ Πέτρε; οὔπω βασανιστήρια, οὔπω μάστιγες, οὔπω πληγαὶ, οὔπω θυμοὶ, οὔπω ἄρχοντες, οὔπω ξίφη ἠκονημένα· οὔπω διατάγματα κείμενα, οὔπω βασιλεῖς ἀπειλοῦντες· οὔπω θάνατοι προσδοκώμενοι· οὔπω φυλακαὶ καὶ κρημνοὶ καὶ θάλασσα· οὔπω οὐδὲν τῶν τοιούτων, καὶ ἤδη ἠρνήσω, οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον; πάλιν ἡ κόρη πρὸς αὐτόν· καὶ σὺ χθὲς μετὰ τοῦ ἀνθρώπου τούτου ἦς. ὁ δὲ πρὸς αὐτήν· οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον ὃν λέγεις. τίς ἐστιν ὁ λέγων, ἄρνησαι; οὐδεὶς τῶν ἀναγκαίων, ἀλλὰ γυνὴ καὶ αὐτὴ θυρωρὸς ἀπερριμμένη, αἰχμάλωτος, μηδενὸς λόγου ἀξία, αὐτὴ λέγει, σὺ ἄρνησαι; ὢ καινῶν πραγμάτων. [b] κόρη τὸν Πέτρον

A cadimus. Et illud ex divina dispensatione factum est, ut sacerdotes ipsi in peccata labantur. Audi quomodo res se habeat. Si doctores & sacerdotes non peccarent, neque vitæ affectibus obnoxii essent, erga alios inhumani veniam peccantibus non darent: ideo Deus ipsos sacerdotes atque principes affectibus subjectos esse voluit, ut ex suis ipsi morbis ad veniam aliis concedendam flecterentur. Atqui sic semper Deus rem temperavit, non modo nunc, sed etiam olim, eos quibus ecclesiam & B populum concrediturus erat, in peccatum labi permisit, ut ex propriis lapsibus, erga alios humani essent. Si enim ipsi non peccassent, peccantibus veniam non dedissent; sed inhumani prorsus omnes exegissent ab Ecclesia. Quod autem ita res se habeat, neque ex conjectura loquar, age rebus ipsis consideratis dicere pergamus. Petro committendæ erant claves cælorum, eidemque concredenda erat multitudo populi. Quid enim ait illi Dominus? *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cælis.* (Matth. 16. 19.) Erat vero C Petrus aliquanto asperior. Quod si impeccabilis fuisset, quam veniam habituri fuissent ii, qui ab illo docendi erant? Propterea hoc disposuit divina gratia, ut in peccatum quoddam incideret: quo ex iis, quæ ipse passus fuerat, humanior in alios redderetur. Ac considera quem in peccatum labi permittat, Petrum illum apostolorum coryphæum, fundamentum immobile, petram quæ frangi nequit, Ecclesiæ principem, portum inexpugnabilem, turrim inconcussam. Hic ille Petrus est, qui Christo dixit: *Etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo.* (Matth. 26. 35.) Petrus qui ex divina D revelatione veritatem confessus est: *Tu es Christus filius Dei vivi.* (Matth. 16. 16.) Hic nocte illa, qua traditus est Christus, ingressus est: cum staret ad ignem, ut calefaceret se, puella quædam accedens dixit illi, *Et tu heri cum hoc homine eras*, Petrus autem, *non novi hominem hunc.* (Matth. 26. 69.) Modo dicebas, *Etiamsi oportuerit me mori tecum*; nunc autem negas & dicis, *Non novi hominem hunc?* O Petre! hoccine est quod promiseras? Nondum tormenta, nondum verbera expertus, ad puellulæ vocem ad negandum properasti. Negas Petre? Nondum cruciatus, nondum flagella, nondum plagæ, non furores, E non principes, non gladia acuta, non decreta emissa, non reges minitantes, non mortes exspectantur: nondum custodiæ, non præcipitia, non mare, nondum quidpiam hujusmodi, & jam negasti; *Non novi hominem?* Rursus puella ad illum: *Et tu heri cum hoc homine eras.* Ille vero ad ipsam, *Non novi hominem, quem dicis.* Quis est ille qui tibi dixit, Nega? Nemo ex necessariis, sed mulier, & ipsa ostiaria abjecta, captiva, nullius precii: ipsa dicit, Nega. O res novas! Puella Petrum illum, meretrix

[a] Savil. ἠρέμα πως καὶ ἀπότ- In Morel. πως deerat.

[b] Duo MSS. κόρη μία πόρνη.

A ad Petrum accedens, fidem ejus conturbavit. Petrus illa columna non tulit minas; sed solum loquuta illa est, & concussa est columna, & propugnaculum fluctuavit. Quem vidisti, Petre, ut negares? Vilem puellam, despicabilem ostiariam. Hæc vidisti & negasti? Rursum tertio: *Et tu heri cum hoc homine eras*; & tamen tertio negavit. Ac demum ipsum intuitus Jesus, quæ dicta fuerant in memoriam revocavit: qua re intellecta cœpit flere, ac pœnitentiam de peccato agere. Verumtamen veniam illi concessit. Sciebat enim illum ut

Petrus peccare permittitur, ut misericors erga alios esset.

B hominem humanum quidpiam passum esse. Sed quemadmodum jam dixi, hoc pacto illi concredendus erat populus multus, ut ne, severus cum esset, si expers peccati fuisset, a concedenda fratribus suis venia alienus foret. Lapsus est in peccatum, ut & peccatum illud & datam sibi a Domino veniam cogitans, aliis etiam veniam benigne concederet, secundum dispensationem Deo congruentem. Ipse enim in peccatum labi permissus est, cui Ecclesia committenda erat: columna ecclesiarum, portus fidei, Petrus doctor orbis peccare permissus est, ut hæc permissio humanitatis argumentum aliis proponeretur. Hæc

C autem cur a me dicta sunt? Quia nos sacerdotes in throno sedentes ac docentes peccatis colligati sumus. Idcirco enim neque Angelo neque Archangelo concreditum est sacerdotium: impeccabiles quippe sunt, ne præ severitate peccantes in populo confestim fulmine ferirent: sed homini ex homine nato commissus hic thronus est, qui & ipse libidine peccatisque colligatus est; ut si quem peccantem invenerit, ex propriis peccatis benignior illi esset. Nam si Angelus esset sacerdos, & quempiam fornicatum deprehenderet, cum ipse huic morbo addictus non esset, statim

D illum interficeret. Quamobrem si Angelus potestatem sacerdotalem accepisset, non docuisset, sed occidisset ira commotus, quia ipse non hujusmodi esset. Propterea id homini concreditum est, qui peccatorum sibi conscius, & in his expertus, ignosceret peccantibus, nec moveretur irâ, ne per synagogam Ecclesia vacaret.

2. Sed cur in Petro moror hoc tractans argumentum, nec ad aliam ascendo personam? Age alium proferamus in medium, Heliam nempe prophetam, terrenum illum angelum, hominemque cælestem: humi ambulantem & cælestia moderantem,

Heliam in peccatum incidere permisit Deus, ut mansuetior erga alios esset.

E tricubitalem hominem sublimiter gradientem, ad ipsos cæli fornices elatum, aquarum promum condum, cujus lingua thesaurus aquarum erat, & clavis cælorum: ipse pauper & dives, idiota & philosophus: pauper quidem, quia nihil possidebat; dives autem, quia nubes imbrium in lingua continebat. Ipse quoque sic asper erga peccatores erat, ut aliquando precaretur ne pluvia caderet. Et quid ait? *Vivit Dominus, si erit pluvia, nisi per os meum.* Quid

3. Reg. 17. 1.

a διὰ ἀποτομίαν deest in duobus MSS.

A ἐκεῖνον, πόρνη προσελθοῦσα τοῦ Πέτρου τὴν πίστιν ἐτάραξε· Πέτρος ὁ στύλος οὐκ ἐβάστασεν ἀπειλὴν, ἀλλὰ μόνον ἐλάλησε, καὶ ὁ στύλος ἐσαλεύθη, καὶ ὁ πρόβολος ἐχειμάζετο. Τίνα εἶδες, Πέτρε ὅτι ἀρνῇ; κόρην εὐτελῆ, εὐκαταφρόνητον θυρωρόν· ταύτην εἶδες καὶ ἀρνῇ; πάλιν οὖν τὸ τρίτον, καὶ σὺ χθὲς μετὰ τοῦ ἀνθρώπου τούτου ἦς· ὅμως ἠρνήσατο τὸ τρίτον. Καὶ λοιπὸν ἐμβλέψας ὁ Ἰησοῦς εἰς ἀνάμνησιν αὐτὸν ἤνεγκε τῶν λεχθέντων· καὶ συνιεὶς ἤρξατο κλαίειν καὶ μετανοεῖν ἐπὶ τῇ ἁμαρτίᾳ· ἀλλ' ὅμως συνεχώρησεν αὐτῷ· ᾔδει γὰρ ὅτι ὡς ἄνθρωπος ἀνθρώπινόν τι ὑπέστη· ἀλλ' ὡς προεῖπον διὰ τοῦ-

B το ἔμελλε πιστεύεσθαι λαὸν πολὺν, ἵνα μὴ ἀπότομος ὢν καὶ ἀναμάρτητος ἀσύγγνωστος εἰς τοὺς ἰδίους ἀδελφοὺς ᾖ. Ὑπέπεσεν ἁμαρτίᾳ, ἵνα ἐννοῶν τὸ ἴδιον ἁμάρτημα, καὶ τὸ τοῦ δεσπότου συγχώρημα, συγχωρήσῃ καὶ τοῖς ἄλλοις φιλανθρωπίας χάριν κατὰ διοίκησιν θείαν Θεῷ ἁρμόζουσαν. Αὐτὸς γὰρ συνεχωρήθη ἁμαρτῆσαι ὁ τὴν ἐκκλησίαν μέλλων πιστεύεσθαι· ὁ στύλος τῶν ἐκκλησιῶν, ὁ λιμὴν τῆς πίστεως, Πέτρος ὁ διδάσκαλος τῆς οἰκουμένης συνεχωρήθη ἁμαρτῆσαι, ἵνα ἡ συγχώρησις τούτου ὑπόθεσις φιλανθρωπίας ἄλλοις γένηται. Ταῦτα δέ μοι διὰ τί εἴρηται; ὅτι καὶ ἡμεῖς οἱ ἱερεῖς οἱ ἐπὶ θρόνου καθήμενοι καὶ διδάσκον-

C τες, ἁμαρτίαις συνδεδέμεθα. Διὰ τοῦτο γὰρ οὐκ ἄγγελος, οὔτε ἀρχάγγελος ἐπιστεύθη ἱερατεύειν· ἀναμάρτητοι γάρ εἰσιν· ἵνα [a] μὴ διὰ ἀποτομίαν τοὺς ἁμαρτάνοντας τοῦ λαοῦ ἀθρόον κεραυνοβολῶσιν· ἀλλὰ ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπου ἐπιστεύθη τὸν θρόνον τοῦτον, καὶ αὐτὸς ἡδονῇ καὶ ἁμαρτίᾳ συνδεδεμένος· ἵνα ὅταν λάβῃ τινὰ ἁμαρτάνοντα, ἐκ τῶν οἰκείων πλημμελημάτων φιλανθρωπότερος γένηται πρὸς ἐκεῖνον τὸν ἁμαρτήσαντα. Εἰ γὰρ ἦν ἄγγελος ἱερεὺς, καὶ ἔλαβέ τινα πορνεύσαντα, εὐθὺς ἀνῄρει αὐτὸν αὐτὸς τῷ πάθει τούτῳ οὐ συμπεπλεγμένος. Διὰ τοῦτο εἰ ἔλαβεν ἄγγελος τὴν ἐξουσίαν τῆς ἱερατείας, οὐκ ἐδίδασκεν, ἀλλ' εὐθέως ἀνῄρει, διὰ τὸ ἐκεῖ-

D νον μὴ εἶναι τοιοῦτον, εἰς ὀργὴν αὐτὸν ἔφερε κατὰ τοῦ τοιούτου· ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἄνθρωπος ἐπιστεύθη εἰδὼς τὰ πλημμελήματα ἑαυτοῦ, καὶ ἐκ πείρας ἔχων, ἵνα συγγινώσκῃ τοῖς ἁμαρτάνουσι, καὶ μὴ κινῆται διὰ τῆς ὀργῆς, καὶ χολάζῃ ἡ ἐκκλησία διὰ τῆς συναγωγῆς.

Τί δὲ μέχρι Πέτρου τὴν ὑπόθεσιν ταύτην τοιαύτην εἴρηκα, καὶ οὐκ ἀνέρχομαι μικρῷ τῷ λόγῳ ἐπὶ ἄλλο πρόσωπον; φέρε μοι εἰς τὸ μέσον· λέγω δὴ Ἠλίαν τὸν προφήτην ἐκεῖνον, τὸν ἐπίγειον ἄγγελον, καὶ ἐπουράνιον ἄνθρωπον· τὸν χαμαὶ βαδίζοντα, καὶ τὰ οὐράνια ἡνιο-

E χοῦντα· τὸν τρίπηχυν ἄνθρωπον, καὶ ὑψηλοβατοῦντα, καὶ εἰς αὐτὰς ἀναπετασθέντα [b] τοῦ οὐρανοῦ τὰς ἀψῖδας· τὸν τῶν ὑδάτων ταμίαν, οὗ ἡ γλῶττα θησαυρὸς ἐγίνετο τῶν ὑδάτων, καὶ κλεὶς τῶν οὐρανῶν· ὁ πένης καὶ πλούσιος, ὁ ἰδιώτης καὶ φιλόσοφος· πένης μὲν, ὅτι μηδὲν ἐκέκτητο, πλούσιος δὲ, ὅτι τὰ νέφη τοῦ ὑετοῦ ἐν τῇ γλώττῃ κατεῖχε· καὶ αὐτὸς ἀπότομος ἦν περὶ τοὺς ἁμαρτάνοντας οὕτως ὡς εὔξασθαί ποτε ὑετὸν μὴ δοῦναι· καὶ τί λέγει; Ζῇ Κύριος, φησὶν, εἰ ἔσται ὑετὸς ἐπὶ τῆς γῆς, εἰ μὴ διὰ στόματός μου.

b Unus, τὰς ἀψῖδας τοῦ οὐρανοῦ, ἐν ᾧ τὰ τῶν ὑδάτων ταμεῖα ἦν.

τί ποιεῖς Ἠλία; τί ἀποφαίνῃ; κἂν εὖξαι τὸν δεσπότην, καὶ οὕτω πλήρωσον τὸν λόγον· Ζῇ κύριος, εἰ ἔσται ὑετὸς, εἰ μὴ διὰ στόματός μου. ποῦ εἰσιν οἱ αἱρετικοὶ λέγοντες, ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ εὔχεται; ὁ δοῦλος κελεύει, καὶ ὁ δεσπότης παρακαλεῖ; οὐδὲ ὡς τῷ Ἠλίᾳ χαρίζῃ αὐτῷ τὴν τιμήν; οὐ θέλεις ὡς δούλῳ τῷ δεσπότῃ τὴν ἰσομοιρίαν χαρίσασθαι; οὐκ εὔχεται ἐκεῖνος, οὐδὲ παρακαλεῖ, ἀλλὰ λόγον ἀληθείας προέβαλε, καὶ τὸν οὐρανὸν ἔκλεισεν. εὖξαι πρότερον Ἠλία· ἀλλὰ τί Ἠλίας; οἶδα τὸν ἐμὸν δεσπότην, ὅτι ὑπακούει μου· ἀπὸ γὰρ ζήλου τοῦτο ποιῶ. ὢ καινῶν καὶ παραδόξων πραγμάτων· εἶδες δεσπότην ὑπὸ εὐνοίας δούλου νενικημένον; καὶ γὰρ ὁ Ἠλίας ἀπὸ ζήλου πολλοῦ τοῦτο ἐποίησεν. ἔβλεπε γὰρ πολλὰ ἄτοπα γινόμενα· [a] ἔβλεπε πορνείαν μετὰ πολλῆς τῆς κακίας πολιτευομένην. νὺξ γὰρ ἦν, διὸ καὶ κατεῖχε τὴν οἰκουμένην ἅπασαν· νεφέλη πυκνοτάτη ἐκάλυπτε τὰ σύμπαντα. πάντες γὰρ προέκοπτον ἐπὶ τὸ κακόν· οἰκουμενικὸν ἦν ναυάγιον, οὐχ ὑδάτων, ἀλλὰ ἀσελγείας· σωφροσύνη ἐκποδὼν, καὶ ἀκολασία ἐπομπεύετο· ἀρετὴ ἐδιώκετο, καὶ κακία ἐνηβρύνετο. βουνοὶ καὶ ὄρη, καὶ νάπαι, καὶ ὁδοὶ, καὶ ταμεῖα καὶ ἀὴρ ἐμολύνετο· ἥλιος ἐκαπνίζετο· ἡ γῆ ἐμιαίνετο· ὁ οὐρανὸς ἐξουθενεῖτο. ἡ κτίσις πᾶσα ἐνόσει ἀπὸ εἰδωλολατρείας· ὡς ἐν νυκτὶ πάντες περιεπάτουν οὐδενὶ προσέχοντες τῶν κτισμάτων· λίθον ἔβλεπον, καὶ θεὸν προσεκύνουν· ξύλον ἔβλεπον, καὶ τοῦτο ὁμοίως θεὸν ἐνόμιζον· νὺξ αὐτοὺς εἶχε πυκνοτάτη· τὸν κτίστην ἔβλεπον, καὶ τοῖς κτίσμασι προσεκύνουν· Ἠλίας μόνος ἦν τὸν λύχνον ἔχων τῆς ἀρετῆς, καθάπερ ἐπὶ κορυφῆς ὄρους τῆς φιλοσοφίας καθεζόμενος καὶ ἀσκῶν, μόνος ἔχων τὸν λύχνον τῆς εὐσεβείας· οὐδένα ὠφελεῖ τὸ φώτισμα διὰ τὸ καρῷ αὐτοὺς κατακεῖσθαι, καὶ εἰδωλολατρείᾳ αὐτοὺς κατέχεσθαι. ἐμαίνετο οὖν ὁ Ἠλίας, ἐπρίζετο, ὠδύρετο, ῥήματα ἐλάλει, οὐδεὶς ἤκουε· παρεκάλει, οὐδεὶς ἠνείχετο· λοιπὸν ἀπὸ ζήλου προσαγαγεῖν αὐτοὺς θέλει καὶ παιδεῦσαι, ἵνα κἂν οὕτω τῷ λιμῷ τηκόμενοι ἐπὶ τὸν δημιουργὸν τῇ εὐχῇ φθάσωσιν, ἵνα ὁ λιμὸς αὐτοῖς ὑπόθεσις αὐτοῖς γένηται εὐσεβείας. ἀλλ' οὐδὲν δύναται αὐτοὺς, φησὶ, παιδεῦσαι ἢ λιμός. οὕτω γὰρ πανταχόθεν στενούμενοι ἐπὶ τὸν πάντων κτίστην χωρήσωσι· τί οὖν Ἠλίας; Ζῇ, φησὶ, κύριος, εἰ ἔσται ὑετὸς, εἰ μὴ διὰ στόματός μου· ἐξῆλθεν ὁ λόγος τοῦ προφήτου, καὶ εὐθέως ὁ ἀὴρ μετεβλήθη· ὁ οὐρανὸς χαλκὸς ἐγένετο, οὐ τὴν φύσιν μεταβαλὼν, ἀλλὰ τὴν ἐνέργειαν χαλινωθείς· εὐθὺς τὰ στοιχεῖα μετεσχηματίζετο· ἐνέπεσεν ὁ λόγος τοῦ προφήτου, καθάπερ πυρετὸς εἰς τὰς λαγόνας τῆς γῆς, καὶ πάντα εὐθὺς ἐξηραίνετο, πάντα ἠρημοῦτο, πάντα ἐξηφανίζετο· ἔβλεπον εὐθὺς βοτάνας ξηραινομένας, καὶ φυτὰ, καὶ δένδρα κάρπιμα, καὶ ἄκαρπα, τὰ ἐν πεδίοις, τὰ παρὰ θάλασσαν· πάντα ἑώρα ξηραινόμενα, πᾶσαν ἔμψυχον ἡλικίαν ἀφανιζομένην, ὀδυρμὸν παιδίων, καὶ κλαυθμὸν μητέρων, καὶ ἀπόγνωσιν πολλήν. εἷς λόγος τοῦ προφήτου

facis, Helia? quid pronuncias? Saltem Dominum precare, & sic imple sermonem: *Vivit Dominus, si erit pluvia, nisi per os meum.* Ubinam sunt hæretici, qui dicunt, Filium Dei precari? Servus jubet, & Dominus rogat? Ne parem quidem illi atque Heliæ honorem tribuis? Annon vis æqualem Domino & servo dignitatem largiri? Non precatur ille neque rogat, sed verbum veritatis profert, & cælum claudit. Ora primum Helia. Sed quid respondet Helias? Novi Dominum meum, me exauditurum esse: zelo motus hoc facio. O rem novam & stupendam! Vidisti Dominum servi benevolentia superatum? Etenim Helias magno zelo motus hoc fecit. Videbat enim multa absurda fieri: videbat fornicationem cum multa malitia conjunctam. Nox erat, quæ totum orbem occupabat: nubes densissima operiebat omnia. Omnes enim ad malum proruebant: universale naufragium erat, non aquarum, sed libidinis: temperantiâ eliminatâ, intemperantia triumphabat: virtus pellebatur, vitium vigebat. Colles, montes, saltus, viæ, promtuaria, aër polluebantur: sol offuscabatur, terra fœdabatur, cælum despiciebatur, creatura omnis ex idololatria infirmabatur. Ceu in nocte omnes ambulabant, non attendentes rerum naturam. Lapidem videbant, & ut deum adorabant: lignum respiciebant, & hoc similiter deum esse putabant. Nox illos densissima occupabat: creatorem videbant, & creaturas adorabant. Helias solus erat, qui lucernam virtutis habebat, in philosophia ceu in montis vertice sedens, ac se exercens, solus lucerna pietatis instructus: neminem tamen hæc lux juvabat, quod in sopore illi degerent, & idololatria detinerentur. Excandescebat itaque Helias, dissecabatur, lamentabatur, verba fundebat, nemine audiente; hortabatur nemine animum adhibente. Demum zelo commotus, illos castigare & erudire voluit; ut tandem fame tabescentes, precibus ad creatorem adirent, ut fames argumentum pietatis illis esset. Nihil, inquit, illos emendare potest, nisi fames. Sic enim, inquit, undique angustiis coarctati, ad omnium creatorem confugient. Quid igitur Helias? *Vivit*, inquit, *Dominus, si erit pluvia, nisi per os meum.* Exiit Prophetæ sermo, & statim aër mutatus est. Cælum æneum factum est, non mutatâ naturâ, sed refrenata ejus virtute. Statim elementa transformata sunt. Cecidit Prophetæ sermo quasi febris quædam in viscera terræ, & omnia statim exarescebant, omnia desolabantur, omnia delebantur. Videbat herbas confestim exarefactas, necnon plantas, arboresque tam fructiferas, quam infructuosas, quæ in campis, quæ versus mare: sicca omnia respiciebat: omnem ætatem anima præditam deficientem: puerorum gemitum, matrum fletum, desperationem multam. Unum Prophetæ verbum exiit, &

[a] Tres MSS. ἔβλεπε κακίαν μετὰ πολλῆς τῆς παῤῥησίας πομπευομένην. Alius, ἐμπομπευομένην, alius, δημοσιευομένην.

vide quanta operatum sit. Omnia itaque interibant, feræ, jumenta, infantes, homines, animalia, volatilia omnia. Universale naufragium, & calamitas, totum simul occupaverat orbem. Nemo servabatur, sed omnes aquarum penuria moriebantur: arescebant plantæ: fontes, flumina, lacus, omnia denique interibant. Universale naufragium totum orbem occupabat, non per aquam, sed per imbrium penuriam. Cælum ligatum erat, ac penitus cohibebatur, omnemque naturam mutaverat. Omnia itaque moriebantur, & per divinitus immissam iram peribant. Helias vero nihil curabat, zelo enim quasi ebrius erat: omnis igitur vel immatura ætas peribat. Quid facis Helia? Esto, peccaverint adolescentes, cur infantes castigantur? Esto, peccaverint homines, cur jumenta simul moriuntur? Tanta-ne immanitate indutus es? Nihil curas homines, non uxorem, non filium habes, morientes nihili facis.
3 Reg. 17. 3. Quid ergo Deus ad illum? *Vade*, inquit, *ad flumen Chorath, & præcipiam corvis, ut te nutriant ibi.* Libenter interrogaverim Judæum in medium adductum, ut ostendam ei, legem ea, quæ legis erant, evertisse, & ipsam neque sibi constare, neque recte procedere. Neque enim veritas erat, sed umbra: illa erant umbra, hæc veritas sunt: illa figura, hæc res sunt. Ille quem colis Helias, quem venturum exspectas, de quo multa verba facis, quem Prophetam vocas, ille, inquam, quomodo a corvo nutriebatur? Nam corvus secundum legem impurus est: ipsa lex statuit impurum esse corvum. Quomodo igitur Propheta ab impuro corvo nutriebatur? Si namque lex impurum esse corvum dixit, qui a corvo nutriebatur, impurus sane fuerit. Verum non ita res se habebat, absit. Sed Helias a corvo nutriebatur, nihil eorum, quæ Dominus creavit impurum existimans. Deinde elapso quodam tempore, cum flumen exsiccatum esset, Prophetam suscitat Deus
3 Reg. 17. 8. ad cibum sumendum. *Vade*, inquit, *in Sarephtha Sidoniæ, & præcipiam mulieri viduæ ut te nutriat illic.* Hoc autem dispensatione quadam Deus faciebat: quia Helias non norat ea, quæ tunc fiebant, quippe qui in uno solum loco sederet. Nec videbat illam universi orbis calamitatem, quomodo omnia arefacta essent, paludes, fontes, flumina, plantæ, arbores, fructus maturi, immaturi, arbores fructuosæ & infructuosæ, quæ circa fontes, quæ circa stagna aquarum, volucrum, jumentorum cæterorumque omnium interitum, infantium mortem, matrum ululatus, universi orbis calamitatem. Excitat illum Deus, & immensum terræ spatium peragrare jubet illinc usque ad Sidonem, ut ita cum videret quomodo res se haberent, precaretur Dominum ut daret pluviam. Ideo igitur mittit illum per tantum viæ spatium, non quod non posset eum illic alere, sed quod vellet Heliæ calamitatem illam exhibere,

A ἐξῆλθε, καὶ βλέπε πόσα εἰργάσατο. πάντα τοίνυν ἀπέθνησκον, τὰ θηρία, τὰ κτήνη, τὰ παιδία, οἱ ἄνθρωποι, τὰ ζῶα, τὰ πετεινὰ πάντα· οἰκουμενικὸν ναυάγιον ἦν, καὶ ἡ συμφορὰ πᾶσαν ὁμοῦ κατέλαβε τὴν γῆν. οὐδεὶς ἀνεσώζετο, ἀλλὰ πάντες ἀπὸ τῆς ἀβροχίας ἀπέθνησκον· τὰ φυτὰ ἐξηραίνετο· πηγαὶ, ποταμοὶ, λίμναι, καὶ πάντα ἁπλῶς ἀπώλοντο· οἰκουμενικὸν ναυάγιον κατεῖχε πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, οὐ δι᾽ ὕδατος, ἀλλὰ δι᾽ ἀβροχίας. ὁ οὐρανὸς ἐδέδετο, καὶ λοιπὸν ἐπείχετο, καὶ τὴν φύσιν ὅλην μετέβαλε· πάντα οὖν ἀπέθανε θεηλάτῳ ὀργῇ καὶ ἀπώλετο. οὐκ ἔμελε δὲ τῷ Ἠλίᾳ περὶ οὐδενὸς, ἐμέθυε B γὰρ ὁ Ἠλίας τῷ ζήλῳ. πᾶσα οὖν ἄωρος ἡλικία ἐτελεύτα. τί ποιεῖς Ἠλία; ἔστω οἱ νεανίσκοι ἥμαρτον, τί τὰ παιδία [a] παιδεύονται; ἔστω, οἱ ἄνθρωποι ἥμαρτον, τί τὰ κτήνη συναποθνήσκουσι; τοσαύτην ἀσπλαγχνίαν περιεβέβλησαι; οὐδενός σοι μέλει περὶ τῶν ἀνθρώπων· οὐ γυναῖκα ἔχεις, οὐ παιδίον, καταφρονεῖς τῶν ἀπολλυμένων. τί οὖν ὁ θεὸς πρὸς αὐτόν; ἄπελθε, φησὶν, ἐπὶ τῷ ποταμῷ Χοῤῥάθ, καὶ ἐντελοῦμαι κόραξι τοῦ διατρέφειν σε ἐκεῖ. πάλιν ἂν ἡδέως ἠρόμην τὸν Ἰουδαῖον εἰς μέσον ἀγαγὼν, ἵνα δείξω αὐτῷ ὅτι ὁ νόμος τὰ τοῦ νόμου C ἀνέτρεπε, καὶ αὐτὸς εἰς ἑαυτὸν οὔτε τὸ στάσιμον, οὔτε τὸ ὄρθιον εἶχεν· οὐ γὰρ ἦν ἀλήθεια, ἀλλὰ σκιά· ἐκεῖνα σκιὰ, ταῦτα ἀλήθεια· ἐκεῖνα τύπος, ταῦτα πράγματα. ὃν σέβῃ Ἠλίαν· ὃν προσδοκᾷς ἔρχεσθαι, περὶ οὗ πολὺν ἔχεις τὸν λόγον, καὶ προφήτην αὐτὸν καλεῖς, οὗτος πῶς ὑπὸ κόρακος ἐτρέφετο; ὁ γὰρ κόραξ κατὰ τὸν νόμον ἀκάθαρτος, καὶ οὕτως ὁ νόμος διηγόρευσεν ἀκάθαρτον εἶναι τὸν κόρακα. καὶ πῶς οὖν ὁ προφήτης ἐτρέφετο ὑπὸ τοῦ ἀκαθάρτου κόρακος; εἰ γὰρ ὁ νόμος ἀκάθαρτον τὸν κόρακα ἔλεγε, πάντως ὁ ἐκ τοῦ κόρακος τρεφόμενος ἀκάθαρτος ἂν εἴη. ἀλλὰ τοῦτο οὐκ ἦν, ἄπαγε, μὴ γένοιτο· ἀλλ᾽ ὁ Ἠλίας D ὑπὸ κόρακος ἐτρέφετο, οὐδὲν ἀκάθαρτον τῶν ὑπὸ κυρίου κτισθέντων νομίζων. εἶτα ἐκεῖθεν ἐπειδὴ χρόνος διῆλθε, καὶ λοιπὸν ὁ ποταμὸς ἐξηράνθη, ἐγείρει τὸν προφήτην εἰς τροφήν. ἄπελθε, φησὶν, εἰς Σαρεφθὰ τῆς Σιδωνίας, καὶ ἐντελοῦμαι γυναικὶ χήρᾳ τοῦ διατρέφειν σε ἐκεῖ· τοῦτο δὲ κατά τινα οἰκονομίαν ὁ θεὸς ἐποίει. ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ᾔδει Ἠλίας τὰ γινόμενα· ἐν ἑνὶ γὰρ τόπῳ ἐκαθέζετο: οὐκ ἔβλεπε τὴν οἰκουμενικὴν συμφοράν· πῶς πάντα ἐξηράνθη, πῶς λίμναι, πῶς πηγαὶ, πῶς ποταμοὶ, πῶς τὰ φυτὰ, πῶς τὰ δένδρα, πῶς τὰ ἄωρα, πῶς τὰ E ὥριμα, πῶς τὰ ἔγκαρπα, πῶς τὰ ἄκαρπα, πῶς τὰ παρὰ πηγαῖς, τὰ παρὰ λίμναις τῶν ὑδάτων, τὴν ἄλωσιν τῶν πτηνῶν, καὶ τῶν κτηνῶν τῶν ἄλλων ἀπολύτων, τῶν παιδίων τὸν θάνατον, τῶν μητέρων ὀλολυγμοὺς, τὴν οἰκουμενικὴν συμφοράν. ἐγείρει αὐτὸν ὁ θεὸς, καὶ ποιεῖ αὐτὸν ἄπειρον γῆς ὁδεῦσαι ἐκεῖθεν ἕως Σιδῶνος, ἵνα κἂν οὕτως ἰδὼν Ἠλίας τὰ γινόμενα ἀξιώσῃ τὸν δεσπότην αὐτοῦ δοῦναι ὑετόν. πέμπει οὖν αὐτὸν διὰ τοῦτο τὴν μακρὰν ὁδὸν ἐκείνην, οὐχ ὡς μὴ δυνάμενος αὐτὸν ἐκεῖ τρέφειν ὁ θεὸς, ἀλλ᾽ ὡς θέλων ἐπιδεῖξαι τῷ Ἠλίᾳ τὴν συμφορὰν, ἵνα

[a] Legendum omnino cum MSS. omnibus παιδεύονται, nam πιστεύονται, ut habebant Editi, nullatenus quadrat ad hunc locum.

ἀξιώσῃ αὐτὸν περὶ βροχῆς. ἠδύνατο μὲν καὶ αὐτὸς χωρὶς τούτου· ἀλλ' οὐκ ἠθέλησεν ὑβρίζειν τὸν ἴδιον οἰκέτην, τὸν μὲν κακῶν ἐκεῖνον ἐάσας εἶναι πρόξενον, τῶν δὲ ἀγαθῶν ἑαυτὸν, ἀλλ' ἐξεδέχετο τὴν τοῦ δούλου παράκλησιν. εἶτα οὐδὲ οὕτως ἐκεῖνος ἐκάμπτετο, ἀλλὰ [a] ἀπονοίᾳ τινὶ κεχρημένος οὕτως ἐβάδιζε τὴν ὁδὸν ἀσπλαγχνίαν περιβεβλημένος, οὐδενὸς λόγον ποιούμενος· ὥσπερ εἶπον γὰρ ἀπὸ ζήλου ἐμέθυε. τί ἀπονενόησαι Ἠλία; τί τοσαύτην ἐνεδύσω ἀπανθρωπίαν; ἔκδεξαι ὀλίγον, καὶ ἐλεγχθήσῃ καὶ αὐτὸς ὑπὸ ἁμαρτίαν ὤν. διὰ τὴν ἁμαρτίαν τῶν ἐνοικούντων αὐχμὸν ἐκάλεσας, καὶ οὐρανὸν ἔκλεισας, καὶ γῆν ἐχαλίνωσας, καὶ τὸν δρόμον τῆς φύσεως ἐκράτησας, καὶ οὐδὲ ἀξιῶσαι βούλει περὶ τῶν γεγενημένων; μετ' οὐ πολὺ καὶ αὐτὸς ἐλεγχθήσῃ ὑπὸ ἁμαρτίαν ὤν, καὶ φιλανθρωπίας τυχὼν παρὰ τοῦ δεσπότου σου, ἵνα φιλανθρωπότερος γένῃ περὶ τοὺς συνδούλους σου.

Σήμερον δὲ ὑπὲρ τῶν αὐτῶν διὰ τοῦτο ἐξῆλθον τὸν λόγον εἰπεῖν, ὅτι διὰ τοῦτο οὐκ ἐγένετο ἄγγελος ἱερεὺς, ἀλλ' ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπου, ἵνα μὴ παρὰ ἀναμαρτήτου ἀναιρῶνται οἱ ἁμαρτάνοντες. εἰ γὰρ ἄγγελος ἦν μὴ ἁμαρτάνων ὁ ἱερεὺς, τοὺς ἁμαρτάνοντας παραχρῆμα ἐκόλαζεν, ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἄνθρωπος γέγονεν, ἵνα συγγινώσκῃ τῷ ὁμοιοπαθεῖ, ὑπόμνησιν λαμβάνων ἐκ τῶν ἰδίων παθῶν τοῖς ὁμοφύλοις. εἶτα παρηγάγομεν, ὅτι καὶ τοὺς μεγάλους, οἷς ἔμελλε πιστεύειν λαὸν πολὺν, συνεχώρησεν ἁμαρτίᾳ ὑποπεσεῖν, καὶ συγγνώμην αὐτοῖς δοῦναι, ἵνα μετὰ ταῦτα καὶ αὐτοὶ ἐξ ὧν ἐπαιδεύθησαν φιλανθρωπότεροι γένωνται· καὶ Πέτρον παρήγαγον τοιοῦτον ἀπόστολον, συγχωρηθέντα μὲν ἁμαρτῆσαι, μετανοίᾳ δὲ ἐξαλείψαντα τὴν ἁμαρτίαν τῇ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίᾳ. δεῦρο δὴ καὶ ἐπὶ τὸν Ἠλίαν ἐπανέλθωμεν, καὶ δείξωμεν αὐτοῦ τὸ πέλαγος τῶν κατορθωμάτων, ὅτι θεὸς μὲν ἤθελε φιλανθρωπεύσασθαι, Ἠλίας δὲ οὐκ ἐφιλανθρωπεύσατο· καὶ ἤθελε δοῦναι ὑετὸν, ἀλλ' ἐζήτει ἀξίωσιν παρὰ τοῦ δούλου. τί οὖν; παρῆλθεν ὁ Ἠλίας τὴν ὁδὸν, καὶ ἦλθεν εἰς Σαρεφθὰ τῆς Σιδωνίας, καὶ εἶδε χήραν τινὰ ξυλευομένην. ἀλλ' ὅμως βλέπε τοῦ Ἠλία τὴν φιλοσοφίαν καὶ τὴν πίστιν. πάλιν ἄλλο πέλαγος διεδέξατο αὐτὸν ἀρετῆς· οὐκ εἶπε τῷ θεῷ, πρὸς τίνα με πέμπεις; τοσούτους με ποιεῖς κινδύνους ὑπομεῖναι, καὶ πρὸς χήραν με πέμπεις εἰς ἔσχατον λιμόν; μὴ γὰρ οὐκ εἰσὶν ἄλλοι ἄνδρες εὐπορώτεροι δυνάμενοι τὴν πενίαν μου παραμυθήσασθαι· ἀλλὰ τοσαύτην γῆν βαδίζω, ἵνα πρὸς χήραν ἀπαντήσω εἰς αὐτὴν τὴν συμφορὰν τῶν κακῶν, καὶ οὐ μόνον χήραν, ἀλλὰ καὶ πενιχράν; ἐννόησον πῶς οὐδὲν τούτων εἶπεν ὁ θεράπων· ἐθάῤῥει γὰρ τῷ ἑαυτοῦ δεσπότῃ τῷ ἐκ τῶν ἀδυνάτων δυνατὰ ποιοῦντι. ἄπελθε, φησὶν, εἰς Σαρεφθὰ τῆς Σιδῶνος, καὶ ἰδοὺ μία χήρα ξυλευομένη. τί οὖν ἐπιβαίνεις ἔτι Ἠλία; τί δὲ περιτρέχεις τῇ χήρᾳ; ἴδες τὰ προπύλαια τῆς πενίας, μὴ ἐρώτα τὰ βάθη τῆς μετριότητος· ἴδες τὴν εἴσοδον τῆς πενίας, μηδὲν ἐρώτα περὶ τῶν ἔνδον. ποῦ εἰσέρχῃ Ἠλία; ἴδες ξυλευομένην, καὶ τραφῆναι ζητεῖς παρ' αὐτῆς; ἀλλ' ὅμως ἔχων ἐνέχυρον τοῦ δεσπότου τὸν λόγον, ἄπεισι διαλεγόμενος τῇ χήρᾳ καὶ τι

[a] Sic Savil. & duo MSS. melius quam Morel. qui habet, πόνῳ τινὶ

A ut pro pluvia preces funderet. Poterat quidem Deus sine Helia hoc facere, sed famulo suo noluit contumeliam inferre, & illum mali, se vero boni auctorem exhibere: sed famuli obsecrationem exspectabat. Sed ne ita quidem adhuc ille flectebatur, sed ceu arrogantia quadam usus, iter agebat, nulla motus misericordia, nec quempiam curans: nam ut dixi zelo ebrius erat. Cur insanis, Helia? Quare tanta indutus es inhumanitate? Exspecta paulisper, & paulopost ipse peccato obnoxius deprehenderis. Ob peccatum incolarum siccitatem advocasti, cælum clausisti, terram frenasti, naturæ cursum cohibuisti, neque vis rogare Deum pro his auferendis? Brevi & B ipse in peccato esse redarguêris, veniamque impetrabis a Domino tuo, ut erga conservos tuos humanior evadas.

3. Hodie his de rebus sermonem orsus sum, ut ostenderem, ideo sacerdotem non esse Angelum, sed hominem ex homine natum, ut ne a peccatorum experte, peccantes interficiantur. Nam si sacerdos esset Angelus peccati expers, peccatores statim plecteret: sed propterea homo est, ut suorum conscius morborum, suæ naturæ consortibus ignoscat. Declaravi postea, Deum, magnos etiam viros, quibus populum multum concrediturus erat, permi- C sisse in peccatum labi, ipsisque veniam largitum esse; ut postea & ipsi ex his eruditi, humaniores evadant. Petrumque in medium adduxi, talem Apostolum, qui in peccatum labi permissus est; sed Dei benignitate peccatum per pœnitentiam delevit. Age ad Heliam redeamus, & recte factorum ejus pelagus ostendamus: quoniam volebat quidem Deus benignitate uti, sed ille nolebat: volebat Deus pluviam dare, sed servi preces requirebat. Quid igitur? Iter perfecit Helias, & venit in Sarephtha Sidoniæ, viditque viduam ligna colligentem. Hic mihi Heliæ philosophiam & fi- D dem animadverte: rursus eum aliud virtutis pelagus excepit. Non dixit Deo: Ad quam me mittis? Tanta me subire cogis pericula, & ad viduam me mittis, famem ad extremam? Annon sunt viri alii opulentiores, qui possint famem levare meam, sed tanta terrarum spatia peragro, ut ad viduam perveniam, ad ipsam malorum calamitatem; nec tantam viduam, sed etiam pauperculam? Animadverte quod nihil horum dicat famulus: fidebat enim Domino, qui ea, quæ fieri non posse videntur, facilia reddit. *Vade*, inquit, *in Sarephtha Sidonis, & ecce vidua una ligna colligens.* E Quid incedis, Helia? Quid ad viduam accurris? vidisti paupertatis vestibula, ne interroges quanta sit tenuitas: vidisti paupertatis ingressum, ne quæras quid sit intus. Quo ingrederis, Helia? Vidisti ligna colligentem, & ab illa nutriri postulas? Attamen cum Domini verba in pignus haberet, abiit alloquuturus viduam. Et quid

Cur homines hominibus præfecerit Deus, non Angelos.

3. Reg. 17. 10. ait? *Da mihi paululum aquæ ut bibam.* Vides sapientiam Heliæ? Quomodo non statim ad illud, quod majus erat petendum, sed ad id quod vilius erat venerit? Non dixit, Da mihi panem, sed, da mihi aquam. Primo aquam petit, conjectans si aquam habeat, panem habere posse. *Da mihi*, inquit, *paululum aquæ.* Abiit vidua, aquam tulit, & ille bibit; ille sumta fiducia, *Sume mihi*, inquit, *& buccellam panis, & comedam.* Respondet illa: *Vivit Dominus, si est mihi panis subcineritius, nisi pugillus farinæ in hydria, & paululum olei in lecytho, quæ faciemus & comedemus ego & filii mei, & moriemur.* Quid igitur Helias? *Vade*, inquit, *& fac mihi subcineritium seorsum, & comedam; & postea facies filiis tuis, & comedent.* Quid facis, Helia? esto panem petas, cur seorsim & primo tibi dari postulas? Annon gratias agere deberes, si una cum filiis ejus comederes? Tu vis comedere solus, & ejus filios fame necare? Novi liberalitatem & copiam Domini mei. Attamen vidua non turbata est, nec quid absurdum cogitavit, neque dixit: Tu es qui famem intulisti, & in reliquiis hujus famis a me nutriri postulas? Neque dixit: Tantum terræ spatium perfecisti, ut ad me venires filiosque meos fame necares, ipse famis auctor? Sed Abrahamica illa mulier ingressa fecit id quod Propheta dixerat: videreque erat viduam ipso Abrahamo hospitaliorem. Ille enim opulentus cum esset, Angelos hospitio excepit: hæc vero ex fame interitum exspectans, excepit Prophetam. Videreque erat naturam contemtam, & hospitalitatem honoratam: videre erat viscera projecta, & Prophetam susceptum: totam filiorum turbam sepulcrum effecit: quantum enim fuit viduæ in proposito, illi mortui sunt, sed Dei benignitate factum est ut viverent & incolumes essent. Nescio quibus præconiis viduam celebrabo: quomodo filios contemsit, & hospitalitatem amplexa est: quomodo natura ejus non contabuit, vel matrix non mutata fuit, quomodo viscera ejus non dissoluta sunt, cum videret turbam integram filiorum mox fame consumendam. Sed omnibus superior, Prophetam hospitio recepit. Cum accepisset autem Propheta & comedisset, demum mercedem retribuit. Hospitalitatem vidua seminavit, statimque hospitalitatis spicam collegit. Quid enim ad eam Helias? *Vivit Dominus, hydria farinæ non deficiet, & lecythus olei non imminuetur.* Facta est viduæ dextera torcular; & sinistra, area & manipuli in necessitate fructum reddentes, & per Prophetæ verba viduam nutrientes. Torcular & area facta est domus viduæ: non imber, non pluvia, non ver, non autumnus, non æstas, non æstus, non ventorum vis, non temporum mutationes; sed verbum unum ex Prophetæ sententia prolatum, viduæ rerum copiam subministravit. Inde vero postea, ut paucis absolvam,

A φησι; δός μοι μικρὸν ὕδωρ ἵνα πίω. ὁρᾷς σοφίαν τοῦ Ἠλία; πῶς οὐκ εὐθέως ἐπὶ τὸ ἰσχυρότερον ἀπῆλθεν, ἀλλ' ἐπὶ τὸ εὐτελέστερον; οὐκ εἶπε, δός μοι ἄρτον, ἀλλὰ δός μοι ὕδωρ. πρῶτον ὕδωρ ζητεῖ στοχαζόμενος, ὅτι ἂν εὐπορήσῃ ὕδατος, δύναται καὶ ἄρτου εὐπορῆσαι. δός μοι, φησὶ, μικρὸν ὕδωρ. ἀπελθοῦσα δὲ ἡ χήρα ἤνεγκεν αὐτῷ, καὶ ἔπιε· καὶ οὕτω θαρσήσας φησί· λῆψη δή μοι καὶ ψωμὸν ἄρτου, καὶ φάγομαι· ἡ δὲ πρὸς αὐτὸν, ζῇ κύριος, εἰ ἔστι μοι ἐγκρυφίας, ἀλλ' ἢ ὅσον δρὰξ ἀλεύρου ἐν τῇ ὑδρίᾳ, καὶ ὀλίγον ἔλαιον ἐν τῷ καμψάκῃ, ὃ ποιήσομεν καὶ φαγόμεθα ἐγὼ καὶ τὰ παιδία μου,
B καὶ ἀποθανούμεθα. τί οὖν ὁ Ἠλίας; ἄπελθε, φησὶ, καὶ ποίησόν μοι ἐγκρυφίαν κατὰ μόνας, καὶ φάγω, καὶ οὕτως ποιήσεις τοῖς τέκνοις σου, καὶ φάγονται. τί ποιεῖς Ἠλία; ἔστω, ἄρτον θέλεις, τί καὶ κατὰ μόνας καὶ ἐν πρώτοις ζητεῖς; οὐ γὰρ ὀφείλεις εὐχαριστῆσαι, ἵνα μετὰ τῶν τέκνων φάγῃς; σὺ θέλεις φαγεῖν μόνος, καὶ λιμῷ τὰ τέκνα πνῖξαι; οἶδα τὴν ἀφθονίαν τοῦ ἐμοῦ δεσπότου· ἀλλ' ὅμως ἡ χήρα[a] οὐκ ἐταράχθη, οὐδὲ ἐνενόησέ τι τοιοῦτον ἄτοπον, οὔτε εἶπεν, σὺ εἶ ὁ τὸν λιμὸν ποιήσας, καὶ ἐν τοῖς λειψάνοις τοῦ λιμοῦ διατραφῆναι θέλεις παρ' ἐμοῦ; οὔτε εἶπεν, ὅτι τοσοῦτον κόσμον παρῆλθες, καὶ πρὸς ἐμὲ ἦλθες λιμῷ καταφθεῖραι τὰ παιδία μου, αὐτὸς αἴτιος
C τοῦ λιμοῦ γενόμενος; ἀλλ' Ἀβραμιαία τις γενομένη ἡ γυνὴ εἰσελθοῦσα ἐποίησε κατὰ τὸ ῥῆμα τοῦ προφήτου, καὶ ἦν ἰδεῖν τοῦ Ἀβραὰμ μᾶλλον τὴν χήραν φιλοξενεστέραν. ἐκεῖνος μὲν γὰρ εὔπορος ὢν, ἐξένισεν ἀγγέλους· αὕτη δὲ ἐκ λιμοῦ προσδοκῶσα θάνατον, ἐξένισε τὸν προφήτην. καὶ ἦν ἰδεῖν τὴν φύσιν καταφρονουμένην, καὶ φιλοξενίαν τιμωμένην· ἦν ἰδεῖν σπλάγχνα ῥιπτόμενα, καὶ προφήτην δεχόμενον· ὁλόκληρον δῆμον τέκνων τάφον εἰργάσατο· ὅσον γὰρ εἰς προαίρεσιν τῆς χήρας ἐκεῖνα τετελευτήκασιν· ὅσον δὲ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν ἔζων, καὶ ἐκρατύνοντο. οὐκ οἶδα πῶς ἐγκωμιάσω
D τὴν χήραν· πῶς τέκνων κατεφρόνησε, καὶ φιλοξενίαν ἐποίησε· πῶς ἡ φύσις αὐτῆς οὐ κατενάρκησε· πῶς ἡ μήτρα οὐκ ἠλλοιώθη· πῶς τὰ σπλάγχνα οὐ διελύθη βλέποντα δῆμον ὁλόκληρον τέκνων ὑπὸ λιμοῦ μέλλοντα φθείρεσθαι. ἀλλ' ἀνωτέρω πάντων ἐγένετο, καὶ τὸν προφήτην ἐξένισεν. ὡς ἔλαβε δὴ ὁ προφήτης, καὶ ἔφαγε, λοιπὸν τὰς ἀμοιβὰς ἀποδίδωσιν. ἔσπειρε φιλοξενίαν ἡ χήρα, καὶ εὐθὺς τὸν στάχυν τῆς φιλοξενίας ἐθέρισε. τί γάρ φησι πρὸς αὐτὴν Ἠλίας; ζῇ κύριος, ἡ ὑδρία τοῦ ἀλεύρου οὐκ ἐκλείψει, καὶ ὁ καμψάκης τοῦ ἐλαίου οὐκ ἐλαττονήσει. καὶ ἐγένετο ἡ δεξιὰ τῆς χήρας ληνὸς,
E καὶ ἡ ἀριστερὰ ἅλων, καὶ δράγματα ἐν ἀνάγκῃ τὸν καρπὸν παρέχοντα, καὶ διὰ τοῦ λόγου τοῦ προφήτου τὴν χήραν διατρέφοντα. ληνὸς καὶ ἅλων ἐγένετο ἡ οἰκία τῆς χήρας· οὐ βροχὴ, οὐχ ὑετὸς, οὐκ ἔαρ, οὐ μετόπωρον, οὐ θέρος, οὐ καῦμα, οὐκ ἀνέμων ἀνάγκαι, οὐ καιρῶν ἐναλλαγαὶ, ἀλλὰ μόνον εἷς λόγος προελθὼν, καὶ αὐτὸς ἀπὸ τῆς οἰκείας γνώμης [b] ἐξενεχθεὶς, χορηγεῖ τὴν ἀφθονίαν τῇ χήρᾳ. εἶτα ἐκεῖθεν, ἵνα συντέμω τὸν λόγον, [b]

a Sic MSS. Morel. vero, οὐκ ἀποθνήσκει.

b Sic Savil. recte. Unus MS. ἐπενεχθεὶς; Morel. ἐλεγχθεὶς perperam.

ἀπῆλθε

ἀπῆλθε πρὸς Ἀχαὰβ τὸν βασιλέα· λέγω νῦν αὐτοῦ τὰ κατορθώματα, ἵνα ἐὰν ἴδῃς αὐτὸν ἁμαρτήσαντα, μάθῃς τὴν τοῦ θεοῦ χάριν ἔχουσαν φιλανθρωπίαν. τί οὖν πρὸς αὐτὸν Ἀχαάβ; σὺ εἶ ὁ διαστρέφων τὸν Ἰσραήλ; ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν, οὐχὶ, ἀλλὰ σὺ καὶ ὁ οἶκος τοῦ πατρός σου. ἴδες παῤῥησίαν προφήτου, πῶς τὸν βασιλέα ἤλεγξεν; εἶτα ὅτε ἐν τῷ ὄρει ἐκαθέζετο, καὶ ἦλθε πρὸς αὐτὸν πεντηκόνταρχος λέγων· ἄνθρωπε τοῦ θεοῦ κατάβηθι, ὁ βασιλεύς σε καλεῖ. ὁ δὲ πρὸς αὐτόν· καὶ εἰ ἐγὼ ἄνθρωπος τοῦ θεοῦ, καταβήτω πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ καταφάγεταί σε καὶ τοὺς πεντήκοντά σου· εἶτα ἐκ δευτέρου ἄλλος πεντηκόνταρχός φησιν· ἄνθρωπε τοῦ θεοῦ κατάβηθι, ὁ βασιλεὺς χρείαν σου ἔχει. καὶ τί πρὸς αὐτὸν ὁ Ἠλίας; καὶ εἰ ἐγὼ ἄνθρωπος τοῦ θεοῦ, καταβήτω πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ καταφάγεταί σε, καὶ τοὺς πεντήκοντά σου. εἶτα πάλιν ὅτε ἦλθεν εἰς συμβολὴν τῆς εὐχῆς, καὶ ἐκάλεσε τοὺς ἱερεῖς τοῦ Βαὰλ τῆς αἰσχύνης λέγων, εὐξώμεθα, καὶ εἶπε· ποιήσατε ὑμεῖς θυσιαστήριον καταμόνας, καὶ ἐκλέξατε δύο βόας, καὶ ἐπίθετε ξύλα κατὰ τὸν ἕνα βοῦν, καὶ πῦρ μὴ ἐπίθετε, κἀγὼ ποιήσω οὕτως· καὶ ἐπικαλεῖσθε ἐν ὀνόματι θεῶν ὑμῶν, κἀγὼ ἐν ὀνόματι τοῦ θεοῦ μου, καὶ ἔσται, ὃς ἂν θεὸς ἐπακούσῃ ἐν πυρὶ, οὗτος θεὸς ἀληθινός. εἶτα ἐποίησαν οἱ ἱερεῖς τῆς αἰσχύνης θυσιαστήριον, καὶ ἤρξαντο ἐπικαλεῖσθαι τὸν Βαὰλ λέγοντες· ἐπάκουσον ἡμῶν Βαὰλ, ἐπάκουσον ἡμῶν. ὡς δὲ πολλῆς εὐχῆς γινομένης οὐδεὶς ἦν ὁ ἐπακούων· οὐκ ἦν γὰρ φωνὴ, καὶ οὐκ ἦν ἀκρόασις· εἶτα ἐξεδέχετο ὁ Ἠλίας μακροθυμῶν εὐχομένων ἐκείνων· ὡς δὲ ἴδεν ὅτι πολλὴ μὲν αὐτῶν ἡ διάστασις, οὐδεὶς δὲ ὁ ὑπακούων, κωμῳδεῖ αὐτοὺς λέγων· βοήσατε μέγα, μή ποτε καθεύδῃ ὁ θεὸς ὑμῶν. εἶτα ὡς μεσημβρία γέγονε, καὶ προσέκοψεν ἡ ὥρα, λέγει αὐτοῖς, μετάστητε ἀπὸ τοῦ νῦν, ἵνα ποιήσω κἀγὼ τὸ ὁλοκαύτωμά μου, καὶ ἐποίησε θυσιαστήριον, καὶ ἐπέθηκε τὰ ξύλα, καὶ εἶπε· [a] φέρετε ὕδωρ κύκλῳ τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἔφερον· δισσώσατε, καὶ ἐδίσσωσαν· τρισσώσατε, καὶ ἐτρίσσωσαν. ἀλλ' ὅρα καὶ τοῦτο διὰ τί ποιεῖ ὁ Ἠλίας. ἐπειδὴ ἔθος τῇ πλάνῃ τῇ ἀληθείᾳ τὰ ἴδια προσάπτειν, ὅπερ αἱ γυναῖκες αἱ πόρναι ποιοῦσι, καὶ προλαμβάνουσι, καὶ τὰς ἐλευθέρας πόρνας καλοῦσιν, ἵνα μὴ ἔχωσιν ἐκεῖναι τί ἀνθυβρίσωσιν.

Ἀλλ' ὅμως Ἠλίας, καὶ ἐν τούτῳ σοφίζεται· διὰ τί; ἀλλ' ὃ μέλλω λέγειν θεατὴς αὐτὸς γέγονα· ἐν τοῖς βωμοῖς τῶν εἰδώλων ὀπαί εἰσι κάτωθεν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἔστι τις λάκκος κάτωθεν ἀφανὴς, καὶ κατέρχονται οἱ τῆς πλάνης ἐργάται ἐν τῷ λάκκῳ, καὶ οὕτω ταῖς ὀπαῖς ἐκείναις κάτωθεν τὸ πῦρ ἄνωθεν ἐκφυσῶσιν εἰς τὴν θυσίαν, ὡς πολλοὺς ἀπατᾶσθαι, καὶ νομίζειν οὐράνιον εἶναι τὸ πῦρ. ἵνα οὖν μὴ καὶ ὁ Ἠλίας τοιοῦτόν τι ὑπονοηθῇ ποιῶν, ἔπεμπε τὸ ὕδωρ· ἵνα τὴν ὀπὴν τὸ ὕδωρ ἐλέγξῃ. ἀνάγκη γὰρ ὅπου ὀπὴν εὑρίσκει τὸ ὕδωρ οὐ στήκει, ἀλλὰ κατέρχεται. ἐνέπλησεν οὖν τὸ θυσιαστήριον, καὶ εὔχεται λέγων· ἐπάκουσόν μου κύριε ἐν πυρὶ σήμερον· ἐπήκουσάς μου ἐν ὕδατι, ἐπάκουσόν μου καὶ ἐν πυρί· καὶ ἰδοὺ

abiit ad regem Achab. Dicam nunc ejus præclara opera, ut cum eum peccantem videris, discas Dei gratiam erga homines benignam. Quid autem ad illum Achab? *Tu es, qui pervertis Israël?* Respondit ille, *Non, sed tu, & domus patris tui.* (3. Reg. 18. 17.) Vidistin Prophetæ loquendi libertatem, quomodo regem redarguit? Postea cum sederet in monte, accessit ad eum centurio dicens: *Homo Dei descende, rex te vocat.* Ille vero: (4. Reg. 1. 9.) *Si homo Dei sum, descendat ignis de cælo, & devoret te, & quinquaginta tuos.* Deinde secundo alius quinquagenarius dicit: *Homo Dei descende, rex te opus habet.* Et quid ad illum Helias? *Si homo Dei sum ego, descendat ignis de cælo, & devoret te, & quinquaginta tuos.* Inde rursum cum venit ad orationis condictum, & provocavit sacerdotes illos infames Baalis dicens, Precemur: addiditque, *Facite vobis altare* (3. Reg. 18. 23.) *seorsum, & eligite duos boves, & imponite ligna ad unum bovem, & ignem non imponite; & ego idipsum faciam: & invocate in nomine deorum vestrorum, & ego in nomine Dei mei. Et erit, qui deus exaudierit in igne, hic verus Deus.* Tum fecerunt sacerdotes infames altare, & cœperunt invocare Baal dicentes, *Exaudi nos Baal, exaudi nos.* Cum autem post multas preces nemo esset qui exaudiret: *Non* enim *erat vox, neque auditio:* exspectabat Helias cum patientia illis precantibus. Cum autem videret multam esse illorum moram, sed neminem qui exaudiret, irridet illos his verbis: *Clamate multum, ne forte dormiat Deus vester.* Postea cum meridies esset, & tempus procederet, dixit illis, *Discedite nunc, ut faciam & ego holocaustum meum:* & fecit altare, & imposuit ligna, & dixit: *Ferte* (Ibid. 34.) *aquam in circuitu altaris, & tulerunt: Duplicate, & duplicaverunt; triplicate, & triplicaverunt.* Animadverte quare id faciat Helias. Quoniam erroris mos est veritati propria adjungere, quod faciunt & meretrices, quæ præoccupantes, liberas mulieres meretrices vocant, ut non habeant illæ quid convitii objiciant.

4. Attamen Helias hîc sapientia utitur. Quare? Id quod dicturus sum meis ipse oculis conspexi. In idolorum altaribus foramina quædam sunt in inferiore altaris parte, & infra posita est quædam fovea occulta: descenduntque erroris artifices in foveam; & sic ex foraminibus deorsum ignem exsufflant sursum ad sacrificium conficiendum; ita ut multi decipiantur & putent cælestem esse ignem. (Fraus insignis sacerdotum Gentilium.) Ne igitur Helias in suspicionem veniret, quod & ipse simile quidpiam machinatus esset; aquam effudit; ut foveam non esse aqua demonstraret: nam ubi aqua foveam reperit, non consistit, sed descendit. Implevit igitur altare, & precatus est his verbis: *Exaudi me, Domine, in igne hodie: exaudisti me in aqua, exaudi me & in igne.* (3. Reg. 18. 37.) Et ecce ipso

[a] Hic quædam deerant in Morel. quæ ex MSS. & Savil. mutuamur.

invocante confestim ignis descendit de cælo, & consumsit sacrificium & lapides, & aquam linxit ignis. Quid autem ait populo? *Comprehendite sacerdotes infames*, nemo servetur ex illis: & comprehenderunt & occiderunt eos, quadringentos & quinquaginta sacerdotes Baal, & quadringentos sacerdotes excelsorum. Audivit Jezabel uxor Achab ea, quæ facta fuerant, &
3. Reg. 19. 2. misit ad Heliam dicens: *Hæc faciant mihi dii, & hæc addant, nisi cras ponam animam tuam sicut animam unius eorum.* His auditis Helias, fugit. Ubinam est Helias ille talis tantusque? In proposito enim mihi est ostendere, illum in peccatum incidisse. Peccatum dico, non accusans justum, sed salutis materiam procurans: ut cum sanctos illos peccantes videris, & de sua salute non desperantes, sed divinæ benignitatis compotes factos, tu etiamsi pecces, salutem admodum speres. Cum dixisset Jezabel: *Hæc faciant mihi dii, & hæc addant, nisi cras ponam animam tuam, ut animam unius ex ipsis.* Audivit Helias, & fugit itinere dierum quadraginta. O timoris excessum! Mulieris vocem audivit, & quadraginta dierum spatio fugit: non uno die, non duobus, non tribus; sed cum primum mulieris sermo venit ad Prophetam, præ metu nesciens quid ageret, tantam fugam fecit. Quid hoc est Helia? Tune ille es, qui cælum clausisti, pluviam frenasti, aëri imperasti, ignem ex alto evocasti, sacerdotes interfecisti, regi Achab dixisti,
A affixi: & cum fletu clamabant dicentes: Quis nos liberabit a servitute Ægyptiorum? periimus, perditi sumus in operibus malis. Quid igitur? exaudivit illos Deus, misitque Moysem signis & prodigiis armatum. Venit Moyses ferens supplicia contra Pharaonem; pravum locustarum exercitum induxit: brucho imperavit, & ille venit: aquam in sanguinem mutavit, pustulas ebullire fecit in hominibus, & in jumentis. Deinde, cum post tantas plagas Pharao non cederet, demum Deus mortem primogenitorum immittit, compendio dicam, ne his diutius immorans, pro-
B missa non compleam. Egressi sunt ex terra Ægypti, & venerunt ad oram maris. Exercitum post illos duxit Pharao cum multitudine curruum & equorum: ut aciem vidit Israel, timore correptus est. Venit autem ad littus maris. Dixitque Deus Moysi: *Quid clamas ad me?* Atqui nihil dicebat Moyses. Sed dixit illi, Deus sum, qui non ea solum, quæ labiis proferuntur audio, sed etiam ea, quæ in corde sunt, cognosco; ut discas, non in clamore orationem, sed in animo emitti. *Quid clamas ad me?* Labiis quidem suis nihil loquebatur, sed corde clamabat. Oratio quippe requi-
C ritur ex animo bono, non ex clamore magno. *Quid clamas ad me?* Extendit virgam, quam manu gestabat, & percussit mare. Tum incompositus aquarum impetus exsiccatus est, & propriæ oblitus est naturæ. Tale quippe est elementum; cum Dei nutus accedit, propriæ obliviscitur naturæ, & propriam refrenat operationem. Quemadmodum enim ancilla bene affecta, mare, ubi vidit Domini sui famulum, obtemperavit & obedivit. Obedivit autem, non lignum aridum reverita; sed ob illum qui in ligno crucifigendus erat. Vidit igitur
D imaginem, & statim intellexit veritatem, & recessit. Pertransivit, inquit, & ipse, & omnis populus Israël. Sequuti sunt autem Ægyptii persequentes illos; nempe Pharao, & currus ejus & equites. Deinde postquam filii Israël pertransierant, supervenit aqua, & operuit Ægyptios. Dic mihi itaque Judæe, quomodo aqua baptismatis duas habet operationes, ita ut alium suffocet, alium vivificet? Dic igitur mihi, quomodo mare illud, naturâ suâ unum, alios quidem præfocavit, aliis autem viam præstitit, licet unus sit & incompositus aquarum impetus? Et quomodo illos qui-
E dem ceu famulos reveritum est, erga hos autem barbarum morem imitatum est? Interpretare mihi illud, ô Judæe, qui cruci non credis, quomodo eadem ipsa aqua illos præfocavit, & hos servavit. Una erat aqua, unum mare, & horum ne pedem quidem madefecit, illorum vero ne vestigium quidem reliquit, sed omnes simul aqua cooperuit, communeque sepulcrum mare fecit universo populo Ægyptiorum. Dic, quæso, mihi hoc quomodo factum sit. Vides quomodo umbra præcesserit, ut ne veritati fides negaretur? quomodo illa quidem

Exod. 14. 15.

umbra, hæc autem veritas; illa umbra, hæc res ipsæ. Vides, ut jam dixi, Deum, cum vult opus quoddam mirabile perpetrare, figuras & umbras præmittere, ut sic procedens veritas, facile accipiatur? Necesse autem est, ut imago sit inferior Evangelio pacis. Illic calceamenta, & hic quoque calceamenta: illic virga, hic thorax. Moyses quasi viatoribus, Paulus quasi militibus præcipiebat: illi a terra in terram, & ideo viatores; ego a terra in cælum, ideo miles: Quare? Quoniam via mea per aërem latrociniis infestatur, dæmones mihi occurrunt. Ideo fiduciam denudatam licet habeo; ideo thoracem justitiæ, ideo cingulum veritatis. Non sum
Matt. 7. 14. enim viator tantum, sed etiam miles. *Angusta & arcta via est, quæ ducit ad vitam.* Vide igitur quomodo Paulus res ipsas, Moyses vero figuras administret: quomodo sensilia, & quomodo spiritualia se habeant. Studeamus igitur & nos, dilecti, Abraham imitari, ut hospitio excipiamur in ejus sinu, gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria & imperium nunc & semper, & in sæcula sæculorum, amen.

A ἀλήθεια· ἐκεῖνα σκιά, ταῦτα δὲ πράγματα. ὁρᾷς, ὡς εἶπον, ὅταν μέλλῃ ὁ θεὸς διοικεῖν πρᾶγμα ξένον, προδιατυποῖ πρότερον καὶ σκιαγραφεῖ, ἵνα οὕτως προελθοῦσα ἡ ἀλήθεια εὐπαράδεκτος γένηται. ἀνάγκη γὰρ τὴν εἰκόνα ὑποδεεστέραν τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης. ἐκεῖ ὑποδήματα, καὶ ἐνταῦθα ὑποδήματα· ἐκεῖ βακτηρία, ἐνταῦθα θώραξ· ὁ Μωυσῆς ὡς ὁδοιπόροις, ὁ Παῦλος ὡς στρατιώταις· ἐκεῖνοι ἀπὸ γῆς εἰς γῆν, διὰ τοῦτο ὁδοιπόροι, ἐγὼ ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανόν, διὰ τοῦτο στρατιώτης, διὰ τί; ὅτι καὶ ἡ ὁδός μου λῃστεύεται κατὰ τὸν ἀέρα, δαίμονές μοι ἀπαντῶσι. διὰ τοῦτο ἔχω τὴν παρρησίαν γεγυμνωμένην, διὰ τοῦτο τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης, διὰ τοῦτο τὴν ζώνην
B τῆς ἀληθείας. οὐ γάρ εἰμι ὁδοιπόρος μόνον, ἀλλὰ καὶ στρατιώτης. στενὴ καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν. ὅρα οὖν πῶς χρηματίζει Παῦλος καὶ πῶς σχηματίζει Μωϋσῆς· πῶς τὰ αἰσθητά, πῶς τὰ πνευματικά. σπουδάσωμεν οὖν καὶ ἡμεῖς, ἀγαπητοί, τὸν Ἀβραὰμ μιμήσασθαι, ἵνα ξενισθῶμεν ἐν τοῖς τούτου κόλποις, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

AD HOMILIAM DE SANCTA THECLA

MONITUM.

Etsi *non indignum sagaci viro hoc opusculum videatur, attamen stylus a Chrysostomi orandi genere longe diversus videtur; ita ut qui a germanis S. Doctoris opusculis ad hujus Homiliæ lectionem se conferat, magnam styli varietatem statim deprehendat. Quamobrem eam Savilius inter* ἀμφιβαλλόμενα *posuit, ipsique adstipulantur quamplurimi viri docti. Hujus Theclæ Pauli Discipulæ, nam aliæ non paucæ ejusdem nominis fuerunt, meminit supra Chrysostomus etiamque in Homilia 25. in Acta: ejusdem mentionem fecere plurimi ex Sanctis Patribus. Illius festum celebratur apud Latinos quidem 23. Septembris; apud Græcos vero, ut est in Menologio 24. ejusdem mensis.* Quod autem ἀπόστολος hîc appellatur, *inquit Fronto Ducæus,* Apostolam verti placuit, ut & ab Episcopo Episcopam, & a Presbytero Presbyteram Latini formarunt in Canonibus Conciliorum Turonen. 2. c. 20. & Antisiodoren. c. 21. & Hieron. prologo in Sophoniam, mulieres fuisse dicit Apostolorum Apostolas: non quod docendi munus in Ecclesia usurparit Thecla, ut Hæretici ex actis ejus apocryphis assumebant, teste Tertulliano de Baptismo c. 17. & Hieronymo de Scriptoribus Ecclesiasticis in Luca; sed quod, ut Ado scribit, exemplo & conversatione vitæ atque etiam doctrina plurimos erudierit. In Horol. Græcorum lego 24. Septembr. τῆς ἁγίας πρωτομάρτυρος καὶ ἰσαποστόλου Θέκλης, at in Calendario eorum Latine reddito, *Thecla Martyr mulierum prima.* Sic etiam ibid. 22. Jul. S. Maria Magdalen. ἰσαπόστολος æqualis Apostolis dicitur Evagr. l. 3. c. 8. Ζήνων προτρύνουσαν θεασάμενος τὴν ἁγίαν καὶ πολύαθλον πρωτομάρτυρα Θέκλαν. Zeno per visionem conspicatus sanctam, strenuam & eximiam Martyrem Theclam.

Interpretatio Latina est ejusdem Frontonis Ducæi.

ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΓΙΑΝ ΠΡΩΤΟΜΑΡΤΥΡΑ καὶ ἀπόστολον Θέκλαν ἐγκώμιον.

A ΚΑΛΑΣ ἡμῖν ἡ τοῦ πνεύματος χάρις τῶν ἁγίων εἰκόνας τὰς ἐτησίους αὐτῶν ἀνεστήσατο μνήμας, καὶ χρόνῳ τὰς πράξεις ἐρχομένας εἰς λήθην νεαρὰς διηνεκῶς διασώζει. ἕκαστος γὰρ ὥσπερ εἰκόνι τινὶ ἐντυγχάνων τῇ μνήμῃ, τὸ τῶν πράξεων κατοπτρίζεται κάλλος, καὶ θεωρεῖ τὰς πράξεις τῇ τῆς μνήμης ἐγκειμένας εἰκόνι. καί μοι δοκῶ σήμερον τὴν μακαρίαν ἐκείνην κατοπτρίζεσθαι κόρην καθάπερ ἐπ' εἰκόνος ἑστηκυῖαν τῆς μνήμης, καὶ τῇ μὲν τὸν καθ' ἡδονῶν, τῇ δὲ τὸν κατὰ κινδύνων ἀνατείνουσαν στέφανον· καὶ τῇ μὲν τὴν παρθενίαν, τῇ δὲ τὸ μαρτύριον τῷ τῶν ὅλων δεσπότῃ προσφέρουσαν. B ἦν μὲν οὖν αὐτῇ καὶ τὰ τῆς παρθενίας, ἃ τοῖς ἀκριβῶς σκοπουμένοις μέγα τι πρὸ μαρτυρίου μαρτύριον. αἱ γὰρ ἡδοναὶ δεινοί τινες τοῦ σώματος δήμιοι· μᾶλλον δὲ δημίων δεινότεροι. κατατείνουσι γὰρ ἀχειροποιήτοις δεσμοῖς· ξέουσι τὴν ψυχὴν δι' ὀμμάτων· προσφέρουσι δι' ἀκοῶν τῷ τῆς γνώμης ἀνενδότῳ φιληδονίας λαμπάδα· μαστίζουσι δριμείᾳ τὴν διάνοιαν μάστιγι· ἄλλας ἐπ' ἄλλαις κυκῶσι καθ' ἡμῶν παρατάξεις. ὅταν τις τοῖς ὀφθαλμοῖς παραγγείλῃ τετυφλῶσθαι πρὸς κάλλη· παρανοίγουσι τὸ κλεισθὲν ἡδοναὶ δι' ὤτων ἀσελγέσιν ἐκλυόμεναι ᾠδαῖς· ὅταν ἐντύχωσιν ὠσὶ πρὸς ᾠδὰς πορνικὰς κεκλεισμένοις, προσπαίζουσι τοῖς λογισμοῖς ἀσελγῶς κοσμηθεῖσαι. C ὅταν αὐτὰς διὰ πάντων, συντόμως εἰπεῖν, ἐγρηγορότες νικήσωμεν, κοιμωμένοις σκιαμαχοῦσι· καὶ τῆς παρατάξεως ἐστὶν αὐταῖς ὁ κύκλος ἀΐδιος, οὐχ ἡλίῳ συνεξιστάμενος, οὐ συνησυχάζων νυκτί. ἂν δὲ δὴ καὶ νεότητος λάβωνται, πυρὸς γέγονε πρὸς πῦρ συμπλοκή, καμίνου πρὸς καλάμην συνάφεια. εὐκατάπρηστος γὰρ ἡδοναῖς ἡ νεότης, ὡς ἐλαιωδεστέρα πρὸς ἔξαψιν, ὡς πρὸς πόνους σωφροσύνης τρυφερωτέρα· ἃ δὴ πάντα τῇ μακαρίᾳ παρθένῳ μακρόν τι μαρτύριον τὴν παρθενίαν εἰργάζετο· πυκτευούσῃ ταῖς ἡδοναῖς, D ὡς ὁ μάρτυς θηρίοις· παλαιούσῃ τοῖς λογισμοῖς, ὡς ἐκεῖνος βασάνοις· συμβαλλούσῃ φιληδονίας ἐννοίαις, ὡς ἀνάγκαις δημίων· νικώσῃ δὲ ὅμως τὸν πολύτροπον οὕτω, καὶ σύνοικον πόλεμον. τοῦ γὰρ τῆς φύσεως πυρὸς τὸ τῆς γνώμης αὐτῇ πυρωδέστερον, καὶ ἅγιον. ἀλλ' ἡ μὲν φύσις παρεχώρει τῇ κόρῃ, καὶ τυραννοῦσα παρ' ἄλλοις, καὶ λυττῶσα πρὸς μίξιν, παρὰ Θέκλᾳ παρθενίαν ἐξήσκει· οἱ γονεῖς δὲ τὰς πρὸς τὴν παρθενίαν τῆς παιδὸς οὐκ εἰδότες συνθήκας, οὐδὲ τῆς πρὸς E αὐτὴν νυμφαγωγίας τὸν δεσπότην Χριστὸν ἐξ οὐρανοῦ δεξιὰν δεδωκότα, πολλὰς αὐτῇ περὶ γάμου νουθεσίας ἐμακρολόγουν. ἡ Παύλου δὲ ἄρα ταῖς τῆς κόρης ἀκοαῖς

a Collata cum Codice Reg. 2343. qui non variat.

LAUDATIO S. PROTOMARTYRIS & Apostolæ Theclæ.

PRÆCLARAS nobis sanctorum imagines Spiritus sancti gratia memorias annuas ipsorum erexit, & actiones progressu temporis in oblivionem venientes perpetuo recentes conservat. Etenim unusquisque cum tamquam in imaginem in memoriam inciderit, actionum pulcritudinem contemplatur, & insidentes memoriæ imagini spectat actiones. Ac mihi videor hodierno die beatam illam puellam tamquam in imagine stantem memoriæ contemplari, & hac quidem manu de voluptatibus, illa vero de periculis reportatam coronam protendentem; atque hac quidem virginitatem, illa vero martyrium Domino universorum offerentem. Erat igitur in ipsa etiam virginitas, quæ illis, qui rem accurate perpendunt, magnum quoddam martyrium ante martyrium videtur. Sunt enim crudeles quidam carnifices corporis voluptates; imo vero carnificibus crudeliores: nam vinculis torquent non manufactis: per oculos animam vulnerant: per aures mentis rigori atque constantiæ luxuriæ faces admovent: aspero flagello intellectum flagellant, novis subinde præliis nos lacessunt. Quando quis oculis cæcitatem indixerit, ne formas spectent; tum id quod clausum est, reserant voluptates, & lascivis per aures cantilenis resolvunt: quando in aures cantibus meretricis occlusas inciderint, tum libidinose cogitationibus ornatæ illudunt: quando illas per omnia, ut paucis complectar, vigilantes superaverimus, dormientes umbratili pugna divexant: ita nos perpetuis & in orbem redeuntibus præliis urgent, quæ neque cum sole excitantur, neque cum nocte sopiuntur. Porro si juventutem etiam aggressæ fuerint, tum vero ignis cum igne miscebitur; stipula cum fornace jungetur. Facile namque voluptatibus juventus incenditur: quippe quæ pinguior olei in morem & aptior sit ad inflammationem, ut ad temperantiæ labores delicatior: quæ nimirum omnia beatæ virgini longum martyrium virginitatem reddebant; quæ cum voluptatibus, ut cum bestiis martyr pugnabat: cum cogitationibus, ut ille cum cruciatibus, luctabatur: cum libidinum imaginationibus quasi cum tormentis carnificum congrediebatur: sed ab illo tamen multiplici ac domestico bello victoriam reportabat: siquidem igne naturali ardentior illi erat ignis animi, & sanctus. Enimvero puellæ natura cedebat, & quæ apud alios dominatur, & ad coitum furit, apud Theclam virginitatem exercebat. Parentes vero cum filiæ inita cum virginitate pacta non nossent, neque fœderis nuptiarum cum illa jungendi causa Christum Dominum de cælo dextram dedisse, multis eam, verbosisque commonitionibus ad conjugium incitabant: at enim jam aures puellæ Pauli carmine persona-

Virginitatis laudem amplificat & meritum.

Nuptias negligit Thecla.

1. Cor. 7. 34. bant: *Quæ non est nupta, cogitat, quæ Domini sunt: ut sit sancta & corpore & spiritu.* Virginitatis extemplo corona dabitur? hoc illam primum solicitudinis genus afficit: solicita enim est benedictionis plena solicitudine: solicita est cura liberiori quavis incuria; ut sit sancta & corpore, & spiritu. Nihil est illi commune cum terra: nulla cum connubialibus necessitatibus est cognatio; quale est fornicantem sponsum tolerare, suspiciones falsas sustinere, procedendi sæpe utiliter in publicum potestate privari, de alimentis inquirere, ornatam zelotypiæ obnoxiam esse, despicatui duci, priusquam pepererit, quasi quæ nondum uxor facta sit; ubi pepererit, ob pignora in crimina incurrere. Partu edita est quæpiam femina? quod natus non sit masculus, tetricum maritus vultum gerit: adjectus est & masculus? editus est fetus? sed qui formosus non est: eleganti est forma uterque? tamquam de pulcris acerbior cura incessit: depulsi sunt a lacte? rursus anxietas educationis succedit: cum sani fuerint, metus ne ægrotent: cum ægrotaverint, formido ne moriantur: cum mortui fuerint, metus ne deinceps tamquam prole carens contemnatur: cum mortui non fuerint, ut de viventibus, gravior solicitudo incumbit; unde liberis ad institutionem sumtus: unde conjugalis fœderis apparatus; unde vestimentorum decor; unde famulorum unicuique distributio: quænam ex bonis majori attribuet; quo pacto minoris invidiam mitigabit. *Quæ non est nupta cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta & corpore, & spiritu.* Non matrimonii naturam traduco: est enim illud generis providentia communis; sed conjugatorum curas divulgo: carnalibus curis cælestes curas antepono: pulcro id, quod pulcrius est, præfero. Virgo etiam pœna, qua Eva mulctata est, superior evasit:

Gen. 3. 16. illud enim, *Ad virum tuum conversio tua, & ipse tui dominabitur:* in eas, quæ virorum dominatu non premuntur, invalidum est: illud, *In doloribus paries filios*, in eas quæ virginitatem colunt, otiosum est: nam quæ minime parit, a gravium partus dolorum sententia est immunis. Jam virgo futuræ vitæ pignoribus oblectaris: jam familiaris

Mat. 22. 30. est tibi sanctificatio resurrectionis. *In resurrectione enim*, inquit, *neque nubunt, neque nubuntur:* propterea hujusce rei plane ingens est lapsus, quandoquidem & recte factum est ingens: ideo virginitatem colentis scelestior est, quam meretricis lascivia: non enim par est ratio corruptionis virginitatem colentis, atque meretricis: non par ratio corruptionis privatæ feminæ, ac reginæ: non par est ratio furti vasis sacris usibus destinati, ac vulgaris. Vas enim est sacris usibus destinatum virgo, purpurea vestis, quam alteri non licet, quam regi universorum adaptari; sponsa, quæ virgineas nuptias semper retinet. O beatas nuptias, quarum torus est virginitas! harum causa beatæ martyri tot discrimina fuere subeunda. Viderat quippe sponsi pulcritudinem, & ab ejus contuitu non avellebatur. Instabat mater, quæ ad

A ἐπῳδὴ περιενήχει, ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ κυρίου, ἵνα ᾖ ἁγία καὶ σώματι, καὶ πνεύματι. στέφανος τῆς παρθενίας εὐθύς· αὐτὸς αὐτῇ πρῶτος τῆς μερίμνης ὁ τρόπος. μεριμνᾷ γὰρ εὐλογίας ἀνάμεστον μέριμναν· μεριμνᾷ πάσης ἀμεριμνίας ἐλευθερωτέραν φροντίδα, ἵνα ᾖ ἁγία καὶ σώματι καὶ πνεύματι. οὐδὲν αὐτῇ κοινὸν πρὸς τὴν γῆν· οὐδεμία πρὸς γαμικὰς ἀνάγκας συγγένεια· οἷον πορνεύοντος ἀνασχέσθαι νυμφίου· ὑποψίας ματαίας ὑπενεγκεῖν· ἐξουσίαν χρησίμων ἀφῃρῆσθαι προόδων· περὶ τροφῆς διευθύνεσθαι· κοσμουμένην ζηλοτυπεῖσθαι· διαπτύεσθαι πρὶν τέκῃ, καθάπερ οὔπω γαμετὴν γενομένην· τεκοῦσαν

B ὑπὲρ τῶν τόκων εὑρίσκειν ἐγκλήματα. ἐτέχθη τις θήλεια; ὅτι μὴ ἄρρεν, ὁ ἀνὴρ σκυθρωπάζει. προσετέθη καὶ ἄρρεν; ἐτέχθη τὸ τεχθέν; ὡς οὐκ εὔμορφον· χαρίεντα πρὸς κάλλος ἀμφότερα; ὡς ὑπὲρ καλῶν ἡ φροντὶς πικροτέρα. ἀπηλλάγησαν γάλακτος; διεδέξατο πάλιν ἀνατροφῆς ἀγωνία· ὅταν ὑγιαίνωσι, μὴ νοσήσωσι φόβος· ὅταν νοσήσωσι, δειλία μὴ τελευτήσωσιν· ὅταν τελευτήσωσιν, ὡς ἐπ' ἀτέκνῳ λοιπὸν ἔσεσθαι καταφρόνησιν φόβος· ὅταν μὴ τελευτήσωσιν, ὡς ὑπὲρ ζώντων ἡ φροντὶς βαρυτέρα· πόθεν εἰς παίδευσιν χορηγία τοῖς τέκνοις· πόθεν αὐτοῖς γαμικοῦ παρασκευὴ

C συναλλάγματος· πόθεν ἐσθημάτων εὐσχημοσύνη· πόθεν οἰκετῶν ἑκάστῳ διανομή· ποῖα τῶν ὄντων προσνείμῃ τῷ μείζονι· πῶς τὸν μικρότερον θεραπεύσει φθονοῦντα. ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ κυρίου, ἵνα ᾖ ἁγία καὶ σώματι καὶ πνεύματι. οὐ τοῦ γάμου στηλιτεύω τὴν φύσιν· πρόνοια γάρ ἐστι τοῦ γένους κοινή· ἀλλὰ τὴν ἐν γάμῳ δημοσιεύω τὴν μέριμναν· μερίμνης σαρκικῆς οὐράνιον προτίθημι μέριμναν· κάλλιον καλοῦ προτιμῶ. κρείττων καὶ τῶν κατὰ τῆς Ευας ἡ παρθένος προστίμων· τὸ γάρ, πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἀποστροφή σου, καὶ αὐτός σου κυριεύ-

D σει, ταῖς παρ' ἀνδρῶν μὴ δεσποζομέναις ἀνίσχυρον· τό, ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα, ταῖς παρθενευούσαις ἀργόν· ἡ γὰρ μὴ τίκτουσα τῆς τῶν λυπηρῶν ὠδίνων ἐκτὸς ἀποφάσεως. ἤδη τοῖς τῶν μελλόντων ἡ παρθένος ἐντρυφᾷς ἀρραβῶσιν· ἤδη τῷ τῆς ἀναστάσεως ἁγιασμῷ συνοικεῖς. ἐν γὰρ τῇ ἀναστάσει, φησίν, οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε γαμίσκονται. διὰ τοῦτο καὶ τὸ πταῖσμα τοῦ πράγματος πάμμεγα, ἐπειδὴ καὶ τὸ κατόρθωμα. διὰ τοῦτο τῆς πορνευομένης ἡ τῆς παρθενευομένης ἀσέλγεια μιαρωτέρα·

E οὐ γὰρ ἴσον παρθενευομένης καὶ πορνευομένης φθορά· οὐκ ἴσον ἰδιώτιδος καὶ βασιλίδος φθορά· οὐκ ἴσον σκεύους ἱερατικοῦ καὶ ἀγοραίου κλοπή. σκεῦος γὰρ ἱερατικὸν ἡ παρθένος· πορφυρίς, ἣν οὐκ ἔξεστιν ἄλλῳ πλὴν τῷ τῶν ὅλων βασιλεῖ προσηρμόσθαι· νύμφη γάμον ἀεὶ κεκτημένη παρθένον. ὢ μακαρίων γάμων, ὧν ἡ στρωμνὴ παρθενία. ὑπὲρ τούτων τῆς μακαρίας οἱ κίνδυνοι μάρτυρος· εἶδεν γὰρ τοῦ νυμφίου τὸ κάλλος, καὶ τῆς θέας οὐκ ἀπεσπᾶτο. ἐπέκειτο μήτηρ πρὸς γάμον ἐπείγουσα, ἡ

δὲ πρὸς τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς διεβόα νυμφίον· πρὸς σὲ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου τὸν κατοικοῦντα ἐν τῷ οὐρανῷ. ἐπεφοίτα μνηστὴρ διαλέξει γαμικῇ γαργαλίζων· ἡ δὲ τῷ Χριστῷ καθ' ἑαυτὴν συνεπλέκετο· ἐκολλήθη ἡ ψυχή μου ὀπίσω σου λέγουσα. συνέρρεον συγγενεῖς κολακεύοντες, ἡ δὲ διαμαρτυρόμενον ἐφαντάζετο Παῦλον· ἡρμοσάμην σε ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ· ἱκέτευον οἰκέται σὺν δάκρυσιν, ἡ δὲ προσῇδεν ἐρωτικῶς τῷ νυμφίῳ· τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; ἐφόβουν δικασταὶ τιμωρίαις, ἡ δὲ φρονήματι πάσας κατεπάτει βοῶντι· οἱ ἄρχοντες οὐκ εἰσὶ φόβος τῶν ἀγαθῶν ἔργων, ἀλλὰ τῶν κακῶν. ὡς δὲ ἔδει κἂν ταῖς ὁδοῖς παρθενίας ἀνδριάντας ἀναστῆναι τῇ μάρτυρι, γίνεταί τι τοιοῦτον τῇ παιδὶ πειρατήριον. ἀφεμένη τῆς κρίσεως τὴν Παύλου μετεδίωκε θήραν, καὶ ταῖς φήμαις ὁδηγουμένη κατεθάρρει, καὶ ὁδῶν ἀγουσῶν ἐπὶ Παῦλον. ἐτήρει δὲ ἄρα τὴν κόρην διάβολος, καὶ τηρήσας ὁδοιποροῦσαν ἐπιστρατεύει τὸν μνηστῆρα τῇ κόρῃ, τῆς παρθενίας ὡς ἐν ἐρημίᾳ λῃστήν. καὶ δὴ πληρούσῃ τὴν ὁδὸν τῇ γενναίᾳ, ἱππόπορνος κατόπιν ὁ μνηστὴρ ὀπιπεύων ἐπωλόλυζε σύλληψιν· ἄπορος πανταχόθεν στενοχωρία· ὁ πολεμῶν ἰσχυρὸς, ἡ πολεμουμένη ἀσθενής. ποῦ τις ἐν ἐρημίᾳ καταφυγῆς καταφυγή; στραφεῖσα δὲ πρὸς οὐρανὸν ἡ παρθένος, πρὸς τὸν πᾶσι πανταχοῦ τοῖς καλοῦσι παρόντα σὺν οἰμωγαῖς ἀνωλόλυζε· κύριε ὁ θεός μου ἐπὶ σοὶ ἤλπισα. ***

A nuptias impellebat: at illa sponsum cælestem his vocibus compellabat, *Ad te levavi oculos meos, qui habitas in cælo.* Psal. 122. 1. Accedebat procus nuptiali eam colloquio titillans: at illa se cum Christo tacite conjungebat dicens, *Adhæsit anima mea post te:* Psal. 62. 9. confluebant adulationibus captantes propinqui: at illius menti Paulus contestans obversabatur: *Despondi te uni viro virginem castam exhibere Christo:* 2. Cor. 11. 2. supplicabant servi cum lacrymis, at illa sponso amatorie concinebat: *Quis nos separabit a caritate Christi?* Rom. 8. 35. terrebant judices pœnis, at omnes illa magno animo proculcans clamabat, *Principes non sunt timori bonis operibus, sed malis.* Rom. 13. 3. B Cum vero statuas virginitatis etiam in viis erigi martyri oporteret, talis quædam puellæ est exorta tentatio. Liberata judicio, Pauli prædam sectabatur, & rumorem sequuta ducem viis, quæ ad Paulum ferebant, sese est ausa committere. Porro diabolus puellam observabat, & cum iter agentem observasset, hostem immittit in puellam procum, virginitatis tamquam in deserto prædonem. Cumque jam iter perficeret, generosæ virgini admissarius a tergo procus & acer indagator; captam eam esse jam inclamabat; difficiles undique angustiæ urgebant; robustus erat, qui bellum inferebat; C infirma, cui bellum inferebatur. Ubinam aliquod illi a perfugio illo perfugium? Tum vero in cælum conversa virgo ad eum, qui omnibus ubique ipsum invocantibus adest, cum lamentis clamabat, *Domine Deus meus in te speravi.* *** Psal. 7. 2.

IN SEX ORATIONES DE FATO ET PROVIDENTIA

ADMONITIO.

DE *hisce Orationibus sive Homiliis hæc loquitur Fronto Ducæus :* Videntur Concionum a Chrysostomo habitarum ἀπανθίσματα potius, & florilegia seu morales digressiones, quam integræ Homiliæ: necdum tamen areolæ & loca unde sunt decerptæ, nobis occurrerunt. *Hanc vero Frontonis conjecturam merito respuit Henricus Savilius:* Non assentior, *inquit*, Frontoni Ducæo has περὶ προνοίας Orationes ἀπανθίσματα esse: neque enim memini me ea quæ hic afferuntur alibi apud hunc Nostrum legisse eodem modo dicta. *Et vero cum de fato disserit Chrysostomus, alio orationis utitur modo: unde forte nascatur quædam νοθείας suspicio. Fatendum tamen est, hoc opus, si vim ratiocinii spectaveris, non esse Chrysostomo indignum: at in stylo quamdam peregrinitatem agnoscimus: oratio ut plurimum angusta & concisa, & a profluente illa Chrysostomi ubertate aliena; itemque tametsi levioris momenti res est, clausula illa, qua in honorem Trinitatis omnes ferme Homilias suas concludit Chrysostomus, in quinque prioribus de Fato Orationibus non comparet. Sed ejus loco alia subjicitur, quæ Christum solum commemorat. Sed cum alibi quoque inter opera Chrysostomi genuina eamdem styli diversitatem deprehendamus, a calculo ferendo supersedebimus, & adhuc sub judice lis erit. Cæterum quod ait in Notis Henricus, Savilius in Oratione sextane verbum quidem esse de fato & providentia, sed totam περὶ γαστριμαργίας orationem esse, non omnino verum puto: nam cum ab his verbis,* Comedamus & bibamus, cras enim moriemur, *orationem init, ad seriem præmissarum orationum respicit, quarum argumentum est, contra eos, qui omnia fato quopiam & non providentia Dei geri putabant; ad eos autem haud dubie spectant hæc verba,* Comedamus & bibamus, cras enim moriemur; *hæc sunt dicta eorum qui fato ferri omnia putant. Quod etiam maxime declarant hæc paulopost initium sextæ posita verba:* Οὐ περὶ τῶν

ἔλεγον, ὅτι μάλιστα μὲν εἰ καὶ εἰκῆ καὶ μάτην παραγεγόναμεν, οὐδὲ ἀνεύθυνος ἡμῖν ἡ τοιαύτη πρᾶξις, *quæ certe ad illos respiciunt, qui Dei providentiâ rejectâ, fato omnia adscribunt. Cum ergo per totas quinque priores Orationes contra fatum Chrysostomus, vel si quis alius auctor sit, disseruisset, in sexta consequenter agit contra eos, qui omnia fato ferri putantes, nihilque curantes, ventri indulgebant.*

Joannis Checi Cantabrigiensis interpretationem Latinam, etsi non inelegantem, quia non semper sibi constabat, & non raro aberrabat a sensu, rejecimus, novamque paravimus.

SANCTI PATRIS NOSTRI

JOANNIS CHRYSOSTOMI,

Archiepiscopi Constantinopolitani,

DE FATO ET PROVIDENTIA ORATIONES SEX.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ,

ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως,

ΠΕΡΙ ΕΙΜΑΡΜΕΝΗΣ ΤΕ ΚΑΙ ΠΡΟΝΟΙΑΣ, ΛΟΓΟΙ ς.

DE PROVIDENTIA. ORATIO PRIMA.

MULTIS referta est perturbationibus vita nostra, tumultibusque plena. Verum non in eo mali gravitas sita est, dilecti; sed in eo, quod cum hujusmodi perturbationes atque tumultus, vel leviores efficere, vel sine molestia ferre possimus, neutrum eorum assequi conamur, sed nos mœrore conficientes, totum vitæ tempus degimus: atque alius paupertatem, alius ægritudinem queritur, alius solicitudinis molem, alius rei familiaris curam, alius liberorum educationem, alius orbitatem. Ac vide insignem amentiam: non enim iisdem in rebus, sed in contrariis æque lugemus. Atqui si rerum conditio nobis causa luctus esset, non par esset in contrariis rebus æque lugere. Sed si paupertas malum illudque intolerabile esset, eum qui in divitiis viveret, numquam cruciari oporteret; & si orbitas esset malum, multorum liberorum parentem, tranquillum degere par esset. Rursus si rempublicam administrare, honoribus frui, multosque subditos habere, optabile esset; vita negotiis vacua & tranquilla fugienda esset, & omnibus odio habenda. Nunc vero cum videas locupletes & tenues æque lugere; divitem vero sæpe plus, quam pauperem, principem plus, quam subditum; multorum liberorum parentem plus, quam orbum; ne res in causa esse putemus, sed eos, qui rebus opportune uti, seque ab omni mœrore liberare nequeunt. Nam perturbationem atque tumultum, non temerarius rerum eventus, sed nos, sed animus noster parere solet. Ita si sit ille nobis recte compositus, etiamsi sexcentæ undique tem-

Animus recte compositus solus parit tranquillitatem.

Collatæ cum Codice Colbertino 49. qui non multum variat.

ΠΕΡΙ ΠΡΟΝΟΙΑΣ. ΛΟΓΟΣ α.

A ΠΟΛΛΗΣ γέμει ταραχῆς ἡμῶν ἡ ζωὴ, καὶ θορύβων μεστὸς ὁ παρὼν βίος ἐστίν. ἀλλ' οὐ τοῦτό ἐστι τὸ χαλεπὸν, ἀγαπητοί· ἀλλ' ὅτι τοὺς θορύβους τούτους καὶ τὰς ταραχὰς, ἢ πρὸς τὸ πρᾳότερον μεταθεῖναι δυνάμενοι, ἢ μένοντες φέρειν ἀλύπως, οὐδέτερον τούτων μεμελετήκαμεν, ἀλλ' ἀποδυσπετοῦντες τὸν ἅπαντα διατελοῦμεν χρόνον. καὶ ὁ μὲν πενίαν, ὁ δὲ νόσον ὀδύρεται, ἄλλος φροντίδων ὄγκον, καὶ προστασίαν οἰκίας, ἕτερος παιδοτροφίαν, ἄλλος ἀπαιδίαν. καὶ θέα τῆς ἀνοίας τὴν ὑπερβολήν· οὐ γὰρ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς πράγμασιν, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις ἴσως πάντες θρη-
B νοῦμεν. καί τοι γε εἰ τῶν πραγμάτων ἡ φύσις ἡμῖν αἰτία τῶν ὀδυρμῶν ἦν, οὐκ ἐχρῆν ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις ἴσως ὀδύρεσθαι· ἀλλ' εἰ πενία κακὸν καὶ ἀφόρητον, τὸν ἐν πλούτῳ ζῶντα οὐδέποτε ἐχρῆν ἀλύειν· καὶ εἰ ἀπαιδία κακὸν, τὸν πολυπαιδίας ἀπολαύοντα εὐθυμεῖν ἐχρῆν. πάλιν εἰ τὸ τὰ κοινὰ τῆς πόλεως πράγματα διοικεῖν, καὶ τιμῶν ἀπολαύειν, καὶ πολλοὺς ἔχειν τοὺς [a] ὑποκει- 2
μένους ζηλωτὸν, ἐχρῆν ἀπράγμονα τὸν βίον καὶ γαληνὸν φευκτὸν εἶναι, καὶ παρὰ πάντων ἀνθρώπων μισεῖσθαι. νῦν δὲ ὅταν ἴδῃς, ὅτι πλούσιοι καὶ πένητες ἴσως ὀδύρονται, πολλάκις δὲ ὁ πλουτῶν ὑπὲρ πένητα τοῦτο
C πάλιν ποιεῖ, καὶ ὁ ἀρχῆς ἀπολαύων, καὶ ὁ ἀρχόμενος, καὶ ὁ πολλῶν παίδων πατὴρ, καὶ ὁ μηδένα ὅλως ἐσχηκὼς, μὴ τὰ πράγματα τῆς ἀταξίας αἰτιώμεθα, ἀλλὰ τοὺς οὐ δυναμένους αὐτοῖς εἰς δέον χρήσασθαι, καὶ πάσης ἀθυμίας ἀπαλλάττειν ἑαυτούς. ἡ γὰρ ταραχὴ καὶ ὁ θόρυβος, οὐχὶ τούτων ἐστὶ περιπέτεια, ἀλλ' ἡμεῖς καὶ ἡ ἡμετέρα διάνοια· ὡς ἐὰν αὐτὴ καλῶς ἡμῖν ᾖ κατεσκευασμένη, κἂν μυρίοι πανταχόθεν ἐγείρωνται χειμῶνες,

[a] Sic Colb. Morel. vero ὑπερκειμένους.

ἐν

ἐν γαλήνῃ καὶ λιμένι καθευδούμεθα διαπαντός. ὥσπερ οὖν οὐκ εὖ ἐχούσης αὐτῆς, κἂν ἐξ οὐρίων ἡμῖν ἅπαντα φέρηται, τῶν ἐν ναυαγίοις ὄντων οὐδὲν ἄμεινον διακεισόμεθα. τοῦτο γοῦν ἔστι καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων ἰδεῖν. ὁ μὲν γὰρ ἰσχυρὸν τὸ ἑαυτοῦ κατεσκευακὼς σῶμα, κἂν μυρίαις ἀέρων ἀνωμαλίαις μάχηται, οὐ μόνον οὐδὲν πείσεται δεινὸν, ἀλλὰ καὶ προσθήκην ἰσχύος τῇ γυμνασίᾳ καὶ τῇ τῆς δυσκρασίας ὁμιλίᾳ προσέλαβεν· ἂν δὲ ἀσθενὲς ἔχῃ
a καὶ [a] διάρειον, κἂν ἀρίστης ἀπολαύῃ τῆς τῶν ὡρῶν κράσεως, οὐδὲν αὐτῷ πλέον ἀπὸ ταύτης ἔσται τῆς εὐμοιρίας, τῆς οἴκοθεν ἀσθενείας, τῇ παρὰ τῶν ἀέρων εὐκληρίᾳ λυμαινομένης. οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν σιτίων ὁρῶμεν· ὅταν μὲν γὰρ ἰσχυρὸν καὶ ἐρρωμένον ἡμῖν τὸ σῶμα τῆς γαστρὸς ᾖ, πᾶν ὅπερ ἂν ἐνδέχηται, κἂν σκληρὸν ᾖ, κἂν αὐτῷ ἀκατέργαστον, πρὸς καθαρὸν αὐτὸ μετασχηματίζει χυμὸν, τῆς φυσικῆς κράσεως περιγιγνομένης τῆς ἐν τῷ σιτίῳ κακίας· ὅταν δὲ ὁ τόνος αὐτοῦ καταλελυμένος ᾖ καὶ χαῦνος, κἂν τὸ πάντων εὐχυμότερον αὐτῇ προσενέγκῃς ἔδεσμα, εἰς τὸ χείριστον αὐτὸ μετερρύθμισε καὶ διέφθειρεν, τῆς ἀσθενείας τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ λυμαινομένης. οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς ὅταν ἴδωμεν πραγμάτων ἀταξίαν, μὴ τὸν θεὸν αἰτιώμεθα, ἀγαπητοί. τοῦτο γὰρ οὐχὶ φάρμακόν ἐστιν εὑρεῖν τῷ τραύματι, ἀλλὰ τραῦμα ἐπαγαγεῖν τραύματι. μὴ δαίμοσι λογιζώμεθα τοῦ κόσμου τὴν οἰκονομίαν, μὴ ἀπρονόητα εἶναι νομίζωμεν τὰ παρόντα, μὴ γενέσεώς τινος καὶ εἱμαρμένης τυραννίδα ἐπιτειχίζωμεν τῇ προνοίᾳ τοῦ θεοῦ. ταῦτα γὰρ πάντα βλασφημίας γέμει, καὶ ἡ ὄντως ταραχὴ καὶ ἀταξία, οὐχὶ τῆς πραγμάτων ἐστὶ φορᾶς, ἀλλ' ὁ οὕτω διακείμενος λογισμός· ὃς κἂν μυρίας εὐταξίας ἀπολαύῃ, ἕως ἂν τὴν ἀταξίαν τὴν ἐν αὐτῷ, καὶ τὴν ταραχὴν διορθώσηται, οὐδὲν αὐτῷ τῆς ἐν τοῖς πράγμασιν εὐταξίας ἔσται τὸ πλέον· ἀλλ' ὥσπερ ὀφθαλμὸς, νοσῶν μὲν καὶ ἐν μεσημβρίᾳ φανοτάτῃ σκότος ὄψεται, καὶ ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων, καὶ οὐδὲν αὐτῷ τῆς ἀκτῖνος ἔσται πλέον· ὑγιαίνων δὲ καὶ ἐρρωμένος, καὶ ἐν ἑσπέρᾳ δυνήσεται τὸ σῶμα χειραγωγεῖν μετὰ ἀσφαλείας· οὕτω καὶ ὁ τῆς διανοίας τῆς ἡμετέρας ὀφθαλμὸς, ἕως μὲν ἂν ἐρρωμένος ᾖ, κἂν ἄτακτα εἶναι δοκοῦντα ἴδῃ,
b [b] καλῶς ὄψεται. ὅταν δὲ διεφθαρμένος, κἂν εἰς αὐτὸν ἀναγάγῃς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν ἐκεῖ πολλὴν ἀταξίαν καταγνώσεται καὶ ταραχήν. καὶ ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, πολλά σοι τῶν πάλαι καὶ τῶν ἐφ' ἡμῶν τούτων κατασκευάσω παραδείγματα. πόσοι πενίαν φέρουσιν εὐκόλως, καὶ τῷ θεῷ διὰ τοῦτο εὐχαριστοῦντες οὐ διαλιμπάνουσι; πόσοι πλοῦτον καὶ τρυφὴν ἔχοντες, οὐκ εὐχαριστοῦσιν, ἀλλὰ βλασφημοῦσι τὸν δεσπότην; πόσοι μηδὲν παθόντες δεινὸν, κατηγοροῦσι τῆς καθόλου προνοίας; πόσοι δεσμωτήριον τὸν ἅπαντα χρόνον οἰκήσαντες, τῶν ἐν ἀδείᾳ καὶ ἀσφαλείᾳ βεβιωκότων εὐγνωμονέστερον τὴν ἐκεῖ φέρουσι ταλαιπωρίαν; ὁρᾷς ὅτι ἡ τῆς ψυχῆς κατάστασις, καὶ ὅτι ὁ οἰκεῖος λογισμὸς καὶ τούτων καὶ ἐκείνων αἴτιος, ἀλλ' οὐκ αὐτὴ τῶν πραγμάτων ἡ φύσις. ὥστε εἰ τῆς διανοίας ἐπιμέλειαν ἐποιούμεθα τῆς ἡμετέρας, οὐκ ἦν ταραχὴ, οὐκ ἦν ἀταξία, οὐκ ἦν τῶν δεινῶν οὐδὲν, εἰ καὶ Εὐρίπου

A pestates excitentur, in tranquillo & in portu semper quiescemus: quemadmodum contra si non sit bene affectus, etiamsi nobis res secundo vento ferantur, naufragis ipsis nihilo melius erimus. Licet & hoc in corporibus cernere: qui enim robusto est corporis temperamento, quamvis cum inæquabili aëris varietate sexcenties pugnet, non modo nihil mali patietur, sed etiam exercitatione & intemperiei consuetudine accessionem roboris accipiet. Sin imbecillum & gracile corpus habeat, licet optima tempestatum conditione fruatur, nihil hinc commodi accedet, cum propria im-
B becillitas, bona tempestatum ratione lædatur. Hoc ipsum & in cibis cernimus: quando enim validus firmusque venter est, quodcumque susceperit, quantumvis durum, quantumvis ad concoquendum difficile sit, in purum illud succum convertit, naturali temperatione cibi pravitatem superante: quando autem vis ejus soluta mollisque est, licet ipsi cibum maxime succulentum offeras, in pessimum illum commutat atque corrumpit, imbecillitate ejus vim cibi labefactante. Itaque & nos cum videmus res incompositas, ne Deum culpemus, dilecti. Illud enim non est reme-
C dium invenire vulneri, sed vulnus addere vulneri. Ne dæmonibus mundi administrationem attribuamus, ne præsentia sine providentia geri putemus, ne genesis cujusdam & fati tyrannidem, Dei providentiæ ceu murum offeramus: hæc enim omnia blasphemiæ plena sunt, & vere perturbatio & confusio non in rerum fluxu est, sed in animo ita affecto: qui etiamsi bono ordine & compositione rerum millies fruatur, donec in seipso confusionem illam atque perturbationem emendaverit, non po-
D terit de illa rerum tranquillitate gaudere: sed sicut oculus æger, etiam lucente meridie tenebras & alia pro aliis videbit, nec radiis fruetur; sanus autem ac firmus, etiam vespere poterit corpus cum securitate ducere; sic & mentis nostræ oculus, donec firmus erit, res etiam illas, quæ confuse apparent, recte videbit: depravatus autem, quamvis eum in ipsum cælum attollas, multam ibi perturbationem & confusionem deprehendet. Quod autem hæc ita se habeant, multis tibi cum veterum, tum ævi nostri exemplis demonstrabo. Quot paupertatem facile ferunt, propereaque
E Deo gratias agere non cessant? Quot divitiis deliciisque fruentes, Deo non gratias agunt, sed ipsi maledicunt? Quot nihil grave passi universalem illam providentiam accusant? Quot in carcere omni tempore degentes, hanc miseriam gratius ferunt, quam ii qui in libertate & securitate vitam ducunt? Vides animæ statum, & propriam cujusque mentem, & horum & illorum causam esse, non autem ipsam rerum naturam. Itaque si animi nostri curam haberemus, nihil perturbationis, nihil confusionis, nihil grave esset, etiamsi Euripo

a Colb. διαῤῥέον.

b Colb. καλὰ ὄψεται.

quovis vehementius vitæ nostræ res sus deque ferrentur. Cur enim, quæso, Paulus gratias agit? Atqui is e numero eorum est, qui optime vixerunt, & virtutem toto vitæ tempore sectati sunt, & minime gravia hujusmodi pertulerunt? Nemo ex omnibus, qui solem aspexerunt, vel justior illo fuit, vel asperiora, quam ille, passus est. Attamen cum videret multos in nequitia viventes læto esse animo, ac præsentibus frui pecuniis, gratias ipse Deo agebat, & alios ut idem facerent hortabatur. Ad illum respicite. Et tu cum videris improbum læto animo, elatum, cum videris inimicos prosternentem, molestos sibi homines ulciscentem, nulli obnoxium damno, circumfluentibus undique divitiis, clientibus & adulatoribus stipatum, te vero in statu prorsus contrario, molestiis, sycophantiis insidiis obsessum, cave putes esse te ex abjectorum numero; sed Paulum videns eadem in parte versantem, erige animum, revoca cogitationes, ne præ mœrore decidas. Amicum Deo atque hostem ejus ne ex rebus prosperis aut adversis æstima: sed si videris quempiam recte viventem, ægritudineque vacuum ad pietatem spectare, hunc beatum & æmulatione dignum puta, etiamsi sexcentis vinculis constringatur, in carcere perpetuo habitet, indignis serviat, pauper sit, in metallis laboret, aut aliud quidpiam grave patiatur. Beatus enim ille est, etiamsi ipsi oculi exsculpantur, etiamsi uratur, etiamsi corpus ejus paulatim consumatur. Si autem videris alium in lascivia, nequitia, extremisque sceleribus viventem, magno fruentem honore, in ipsum thronum regium ascendentem, diademate redimitum, purpura indutum, universo orbi imperantem, lacrymare, & illum ideo miserum reputa. Nihil enim miserius animo ita affecto, etiamsi totum orbem sibi subditum habeat. Quid enim emolumenti pecuniis abundare eum, qui quod ad virtutem spectat omnium pauperrimus sit? Quid lucri tot viris imperare eum, qui nec seipsum nec morbos animi sui superare nequit? Verum si videamus corpus male affectum, febricitans, pedibus laborans, aut tabe aut alio quopiam incurabili morbo detentum, lacrymamur, etsi ille omnium locupletissimus sit, imo tanto magis, quanto locupletior est. Nam tunc sensus malorum acutior, cum quis in abundantia rerum necessariarum versatur. Etenim qui præ paupertate ab horum fruitione arcetur, ipsam necessitatem consolationis loco habet: qui vero iis rebus abundat, & morbo impeditur ab usu, ideo magis uritur. Quî autem non absurdum fuerit, si corporeo morbo detentum quempiam videamus, ipsum miserum prædicare, etiamsi opulentus sit; anima autem male affecta; anima, inquam, cui par nihil, qua preciosius nihil, ipsum beatum dicere ob tantillum pecuniæ, vel ob temporaneum honorem, vel ob quid-

Quinam beati censendi.

A πάντος χαλεπώτερον ἄνω καὶ κάτω τὰ πράγματα τῆς ἡμετέρας ἐφέρετο ζωῆς. Διὰ τί γὰρ, εἰπέ μοι, Παῦλος εὐχαριστεῖ; καίτοι τῶν ἄριστα βεβιωκότων ἐστὶ, τῶν τῇ ἀρετῇ συνεζηκότων τὸν ἅπαντα χρόνον, τῶν ἥκιστα τοσαῦτα παθόντων δεινά; οὐδεὶς οὔτε δικαιότερος ἐκείνου γέγονε τῶν ὑφ' ἡλίῳ πάντων ἀνθρώπων, οὔτε χαλεπώτερα ἐκείνου πέπονθε τῶν ἐξ οὗ γεγόνασιν ἄνθρωποι. ἀλλ' ὅμως ὁρῶν πολλοὺς ἐν πονηρίᾳ ζῶντας, καὶ [a] εὐθυμουμένους, καὶ τῶν παρόντων χρημάτων ἀπολαύοντας, εὐχαριστεῖ τῷ θεῷ καὶ αὐτὸς, καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι παρήνει τοῦτο· πρὸς ἐκεῖνον βλέπετε. καὶ σὺ ὅταν ἴδῃς τὸν πο-
B νηρὸν εὐθυμούμενον, ὅταν ἴδῃς ἐπαιρόμενον, ὅταν ἴδῃς ἐχθρῶν κρατοῦντα, τοὺς λελυπηκότας ἀμυνόμενον, μηδὲ μίαν ὑποστάντα ζημίαν, πανταχόθεν αὐτῷ τὰ χρήματα ἐπιῤῥέοντα, πάντας τιμῶντας καὶ κολακεύοντας, σαυτὸν δὲ ἐν τοῖς ἐναντίοις πᾶσιν, ἐν ἐπηρείαις, συκοφαντίαις, ἐπιβουλαῖς, μὴ νομίσῃς εἶναι τῶν ἀπεῤῥιμμένων, ἀλλ' εἰς Παῦλον ἰδὼν τὸν τῆς σῆς ὄντα μερίδος, ἀνάσφηθι τὴν διάνοιαν, ἀνάκτησαι τοὺς λογισμοὺς, μὴ καταπέσῃς ὑπὸ τῆς ἀθυμίας. τὸν φίλον τῷ θεῷ καὶ τὸν πολέμιον, μὴ ἀπὸ τῆς εὐπραγίας καὶ δυσπραγίας τῆς ἐνταῦθα δοκίμαζε· ἀλλ' ἂν μὲν ἴδῃς ὀρθῶς ζῶντα, καὶ νόσῳ κενούμενον, καὶ πρὸς εὐσέβειαν βλέποντα, μακά-
C ριζε καὶ ζηλωτὸν εἶναι νόμιζε, κἂν μυρίας ἁλύσεις περίκειται, καὶ δεσμωτήριον οἰκῇ διαπαντὸς, κἂν ἀναξίοις δουλεύῃ, κἂν πένηται, κἂν μέταλλα ἐργάζηται, κἂν ὁτιοῦν πάσχῃ δεινόν. μακάριος γὰρ οὗτός ἐστιν, κἂν [b] ἐξορύγηται, κἂν καίηται, κἂν κατὰ μικρὸν δαπανᾶται τὸ σῶμα. ἂν δὲ ἴδῃς ἕτερον ἐν ἀσελγείᾳ καὶ πονηρίᾳ, καὶ τοῖς ἐσχάτοις ζῶντα κακοῖς, καὶ πολλῆς ἀπολαύοντα τιμῆς, ἐπὶ τὸν θρόνον αὐτὸν ἀναβαίνοντα τὸν βασιλικὸν, καὶ διάδημα περικείμενον, καὶ ἁλουργίδα ἔχοντα, καὶ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης κρατοῦντα, δάκρυσον, καὶ διὰ τοῦτο τὸν τοιοῦτον καὶ ταλάνιζε. οὐδὲν γὰρ ὄντως
D ἀθλιώτερον τῆς οὕτω διακειμένης ψυχῆς, κἂν πᾶσαν ὑποτεταγμένην ἔχῃ τὴν οἰκουμένην. τί γὰρ ὄφελος ἐν χρήμασι πλουτεῖν, ὅταν κατὰ τὴν ἀρετὴν πάντων πενέστερος ᾖ; τί δὲ κέρδος τοσούτων κρατεῖν, ὅταν ἑαυτοῦ καὶ τῶν ἑαυτοῦ παθῶν μὴ δύνηται περιγενέσθαι; ἀλλ' ἂν μὲν σῶμα ἴδωμεν κακῶς διακείμενον καὶ πυρέττοντα, ἢ ποδαλγίᾳ, ἢ φθόῃ τινὶ, ἢ ἑτέρῳ ἀνηκέστῳ πάθει περικατειλημμένον, δακρυόμεν, κἂν πάντων εὐπορώτερος ᾖ, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ περ ἂν εὐπορώτερος ᾖ. ἡ γὰρ αἴσθησις δριμυτέρα γίνεται τῶν δεινῶν, ὅταν ἐν ἀφθονίᾳ τις τῶν ἀναγκαίων ᾖ. ὁ μὲν γὰρ παρὰ πενίαν κωλυόμενος
E τῆς ἀπολαύσεως, ἔχει τὴν ἀνάγκην παραμυθίαν· ὁ δὲ κύριος ὢν πᾶσι κεχρῆσθαι, καὶ κωλυόμενος ὑπὸ τῆς ἀῤῥωστίας, αὐτῷ τούτῳ μᾶλλον ἐμπίπραται. πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον εἰ μὲν νοσήματι σωματικῷ περικατειλημμένον ἴδοιμέν τινα, ταλανίζειν αὐτὸν, κἂν εὔπορος ᾖ, ψυχῆς δὲ κακῶς διακειμένης, ψυχῆς, ἧς ἡμῖν ἴσον οὐδὲν οὐδὲ τιμιώτερον, μακαρίζειν δι' ὀλίγα χρήματα, ἢ διὰ πρόσκαιρον τιμὴν, ἢ δι' ἄλλο τῶν ἐνταῦθα

a Colb. εὐθυμοῦντας.

b Colb. ἐξορύττηται.

μενόντων, καὶ μετὰ τῆς ζωῆς ταύτης, μᾶλλον δὲ πολλάκις καὶ πρὸ τῆς ζωῆς ἡμᾶς, ἀπολιμπανόντων; μὴ παρακαλῶ. ταῦτα τῆς ταραχῆς ἡμῖν αἴτια, ταῦτα θορύβου. διὰ τοῦτο τοῦ θεοῦ κατηγοροῦσι πολλοί, διὰ τοῦτο τὸν κόσμον ἀπρονόητον νομίζουσιν. ὡς εἰ ᾔδεσαν ὅτι οὐδὲν ἀγαθὸν ἐν τῷ παρόντι βίῳ, ἀλλ' ἡ ἀρετὴ μόνον, οὐ πλοῦτος, οὐ χρήματα, οὐχ ὑγίεια, οὐ δυναστεία, οὐκ ἄλλο οὐδέν, καὶ ὡς οὐδὲν κακὸν ἐν τῷ παρόντι βίῳ, ἀλλ' ἡ κακία μόνον καὶ πονηρία καὶ διαστροφὴ ψυχῆς, οὐ πενία καὶ νόσος, καὶ ἐπήρεια, καὶ συκοφαντίαι, καὶ τὰ ἄλλα, ἃ νομίζεται εἶναι δεινά, οὐκ ἄν ποτε ταῦτα ἐφθέγξαντο, ἅπερ νῦν, οὐκ ἄν ποτε ἐν ἀθυμίᾳ διήγαγον, οὐκ ἄν ποτε ἐμακάρισαν, οὓς ταλανίζειν ἐχρῆν, οὐκ ἄν ποτε ἐταλάνισαν, οὓς μακαρίζειν ἔδει, οὐκ ἂν ὡς περὶ ὄντων τῶν ἀνθρώπων διέκειντο. τὸ γὰρ ἐπὶ πολυσαρκίᾳ, καὶ δαψιλεῖ φάτνῃ, καὶ ὕπνῳ πολλῷ μακαρίζειν ἀνθρώπους οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ ὡς περὶ ἀλόγων διακεῖσθαι. ἐπεὶ καὶ ἐκείνων τοῦτό ἐστιν ἡ εὐπραγία, μᾶλλον δὲ καὶ ἐν τοῖς ἀλόγοις κακία τοῦτό ἐστι. πολλοί γ' οὖν καὶ ὄνοι καὶ ἵπποι διεφθάρησαν, ἀργίᾳ καὶ ἀδηφαγίᾳ ζῶντες. εἶτα, ἐπὶ μὲν τῶν ἀλόγων ζώων, οἷς ἡ πᾶσα ἀρετὴ ἐν εὐεξίᾳ σώματος, βλαβερὸν τοῦτο· ἐπὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων, οἷς πᾶν τὸ κῦρος ἐν τῇ τῆς ψυχῆς εὐγενείᾳ, ἀρετὴν τοῦτο θησόμεθα, καὶ οὐκ αἰσχυνθησόμεθα τὸν οὐρανόν, καὶ τοὺς τῆς ψυχῆς ἡμῶν συγγενεῖς ἀγγέλους; οὐκ ἐρυθριᾷς καὶ αὐτὴν τοῦ σώματος τὴν φύσιν καὶ τὴν διάπλασιν; οὐ γὰρ ὥσπερ τοῖς ἀλόγοις, οὕτω καὶ ἡμῖν αὐτὸ διετύπωσεν ὁ θεός· ἀλλ' ὡς πρέπον ἦν μέλλον ψυχῇ λογικῇ καὶ ἀθανάτῳ διακονεῖν. διὰ τί γὰρ τοῖς μὲν ἀλόγοις πᾶσι κάτω νεύοντας ἐποίησε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὁ θεός· σοὶ δὲ καθάπερ ἐν ἀκροπόλει τῇ κεφαλῇ φέρων αὐτοὺς ἐγκατέθηκεν; οὐκ ἐπειδὴ ἐκείνοις μὲν οὐδὲν πρὸς τὸν οὐρανὸν κοινόν, σοὶ δὲ μάλιστα τὰ ἄνω περισκοπεῖν νόμος καὶ παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ παρὰ τῆς φύσεως ἐξ ἀρχῆς ἐτέθη; διὰ τί, σοὶ μὲν τὸ σῶμα ὄρθιον ἐποίησεν, ἐκείνοις δὲ πάλιν κάτω νενευκός; οὐχὶ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν πάλιν, καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς διαπλάσεως παιδεύων σε, μηδὲν κοινὸν ἔχειν πρὸς τὴν γῆν, μήτε προσεστηκέναι τοῖς παροῦσι πράγμασι; μὴ τοίνυν καταπροδῶμεν τὴν εὐγένειαν, μηδὲ πρὸς τὴν τῶν ἀλόγων δυσγένειαν ἐξολισθήσωμεν, ἵνα μὴ καὶ περὶ ἡμῶν εἴπῃ, ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὤν, οὐ συνῆκεν. τὸ γὰρ τρυφῇ, καὶ πλούτῳ, καὶ δόξῃ, καὶ τοῖς παροῦσι πράγμασι τὴν εὐημερίαν ὁρίζεσθαι, οὐκ ἔστιν ἀνθρώπων ἐπεσκεμμένων τὴν οἰκείαν εὐγένειαν, ἀλλ' ἀνθρώπων ἵππων καὶ ὄνων γενομένων. ἀλλὰ μὴ γένοιτό τινας τοιούτους ἐνταῦθα παρεῖναι, ἐν ἁγίῳ χορῷ καὶ θεάτρῳ πνευματικῷ, καὶ συλλόγῳ θεοσεβεῖ. διὰ γὰρ τοῦτο καθ' ἑκάστην ἡμέραν θείας ἀπολαύομεν ἀκροάσεως, ἵνα καθάπερ δρεπάνῃ τῷ λόγῳ, τὰ ὑλομανοῦντα πάθη τῆς διανοίας περικόπτοντες, ἔγκαρπα δένδρα γενώμεθα, καὶ καρπὸν ἐνέγκωμεν ὥριμον, εἰς ἀποθήκην ἀποτιθέμενον βασιλικήν, δόξαν φέροντα τῷ κοινῷ δεσπότῃ καὶ γεωργῷ τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, καὶ ἡμῖν ζωὴν τὴν ἀθάνατον, ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι δόξα, καὶ τὸ κράτος, καὶ τιμὴ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

A piam eorum, quæ hic quidem manent, sed post hanc vitam, imo sæpius ante vitæ exitum nos deserunt? Ne, quæso, hæc nobis perturbationis & tumultus causa sint. Ideo Deum accusant multi, ideo mundum nulla regi providentia putant. Quod si scirent nihil in præsenti vita boni esse, nisi virtutem: non divitias, non pecunias, non sanitatem, non potentiam, non aliud quidpiam; nec quidpiam mali esse in præsenti vita, nisi nequitiam, improbitatem, & animæ perversitatem; non paupertatem vel morbum, non molestiam, non calumniam, non alia quæ gravia esse putantur, num- B quam talia loquerentur, qualia nunc dicunt, numquam in mœrore viverent, non beatos dicerent eos, quos miseros prædicare oporteret, nec miseros prædicarent eos, quos beatos dici par esset; non ita erga homines affecti essent. Nam propter bonum corporis habitum, & ciborum copiam, & multum somnum beatos prædicare homines, nihil aliud est, quam erga illos ut erga bruta animalia affectos esse. Nam & hæc est illorum felicitas; imo id etiam in brutis malum est; multi quippe asini & equi otio & edacitate perierunt. Quod si brutis, quibus tota virtus in bona corporis habitudine sita est, id nocu- C mento est, an in hominibus quorum omnis dignitas in nobilitate animæ, id virtutis loco ponemus, nec reverebimur cælum, & animæ nostræ cognatos angelos? Non erubescis ipsam corporis naturam & formam? Non enim quemadmodum brutis eam nobis effinxit Deus, sed ut decebat illud, quod animæ rationali & immortali ministraturum erat. Cur enim bestiis omnibus versus terram demissos oculos Deus indidit; tibi vero in capite ceu in arce illos collocavit? Nonne quia illis nihil D cum cælo commune, tibi vero ut superna contemplareris, lex a Deo & a natura ipsa ab initio posita est? Cur corpus tuum erectum fecit, illis vero pronum? Annon eadem de causa, ut ex ipsa formatione erudiret te, ut nihil commune haberes cum terra, neque præsentibus rebus adhæreres? Ne itaque nobilitatem prodamus nostram, neque ad brutorum ignobilitatem delabamur, ne de nobis dicat illud: *Homo cum in honore esset, non intellexit.* Psal. 48. 21. Nam deliciis, divitiis, gloria præsentibusque rebus felicitatem vitæ circumscribere, non est hominum propriam nobilitatem considerantium, sed hominum, equis & asinis similium. Verum absit ut tales hic adsint E in sancto choro ac theatro spirituali, conventuque religioso. Ideo enim quotidie divini verbi prædicatione fruimur, ut verbo quasi falce præcisis sylvescentibus animi morbis, fructiferæ arbores simus, fructumque tempestivum feramus in regium horreum deponendum, qui gloriam referat communi Domino & cultori animarum nostrarum, & nobis vitam æternam, quam nos omnes assequi contingat, gratia & benignitate Domini nostri J. C. quicum Patri simulque sancto Spiritui, gloria &c.

DE FATO ET PROVIDENTIA.

ORATIO II.

Exod.21.17. A QUi maledicit patri aut matri, morte moriatur: hæc lex in veteri testamento posita erat, quando non magna erat optimi vitæ instituti accuratio, quando divinitas inducta est, quando puerilia præcepta, quando lac, pædagogus, lucerna, figura, umbra. Quid jam dixerimus de iis qui nunc in gratia sunt, & in rerum veritate, in tantaque cognitione versantur, ipsique non patri & matri, sed Deo universorum maledicunt? Quodnam illos excipiet supplicium? Quis cruciatus nequitiæ tantæ par erit? Quis fluvius igneus, quis vermis immortalis, quæ tenebræ exteriores, quæ vincula, quis stridor, quis fletus? B Omnia tormenta, quæ jam sunt, & quæ futura sunt, non sufficient animæ sic affectæ, & in tantam nequitiam lapsæ. Blasphemiæ autem modi multi variique sunt; quos necesse est hodie omnes exponere, ut in nullum eorum sponte labamur, neque amicum vel inimicum quempiam similiter lapsum negligamus. Nullum enim, nullum utique est peccatum hoc deterius, nullum æquale: sed additamentum malorum est, quod omnia confundit, quod inexpiabili & intolerando plectitur supplicio. Quinam sunt qui Deo maledicunt? C Qui sapienti ejus providentiæ fati confusionem & necessitatem ceu murum opponunt. Certe quod infideles, qui ligna & lapides insulse mirantur & colunt, hoc laborent morbo nihil mirum; quod autem ii, qui ab hoc errore & servitute liberati sunt, qui cognitione Dei dignati sunt, quasi ex regressu quopiam, in hanc procellam, in hunc cogitatum, in hanc amentiam reciderint, illud est gravissimum, multisque vere lacrymis, fletibusque dignum: quando ii, qui se Christum adorare dicunt, qui D tantis dignati sunt mysteriis, arcanis imbuti dogmatibus, & sapientia illa quæ ex cælis ad nos delata est, post tantum honorem, quem a Deo acceperunt, seipsos præcipites agunt, atque a libertate, quam ipsis Deus largitus est, se admodum insani dejiciunt, gravissimæque se subjiciunt servituti, dum horrendam tyrannidem, quæ numquam fuit, cogitatu fingunt, & spem bonam exscindunt, nervosque eorum, qui virtuti student, exscindere student: quemadmodum in bello milites strenuos, & ani- E mam pro patria effundere paratos cernens inimicus quispiam, qui nec eos alio modo lædere, neque a studio erga regem avocare, neque timidos efficere, neque ma-

Blasphemiæ varia gene'a.

ΠΕΡΙ ΠΡΟΝΟΙΑΣ ΚΑΙ ΕΙΜΑΡΜΕΝΗΣ.

ΛΟΓΟΣ β'.

A Ο ΚΑΚΟΛΟΓΩΝ πατέρα ἢ μητέρα, θανάτῳ τελευτάτω, φησὶν, ἐπὶ τῆς παλαιᾶς ὁ νόμος ἐκεῖτο, ὅτε οὐ πολλὴ ἀρίστης πολιτείας ἡ ἀκρίβεια, ὅτε εἰσαγωγὴ τοῦ θείου ἦν, ὅτε παιδικὰ τὰ παραγγέλματα, ὅτε τὸ γάλα, ὅτε ὁ παιδαγωγὸς, ὅτε ὁ λύχνος, ὅτε ὁ τύπος καὶ ἡ σκιά. τί οὖν ἂν εἴποιμεν περὶ τῶν νῦν ἐν τῇ χάριτι, καὶ τῇ τῶν πραγμάτων ἀληθείᾳ, καὶ τῇ τοσαύτῃ γνώσει, οὐχὶ πατέρα καὶ μητέρα κακολογούντων, ἀλλ' αὐτὸν τὸν τῶν ὅλων θεόν; τίς τοὺς τοιούτους δέξεται τιμωρία; ποία πρὸς μέτρον τῆς κακίας διαρκέσει κόλασις; ποῖος δὲ πυρὸς ποταμὸς, B ποῖος σκώληξ ἀτελεύτητος, ποῖον σκότος ἐξώτερον, ποῖα δεσμὰ, ποῖος βρυγμὸς, ποῖος κλαυθμός; πάντα ἐλάττω τὰ βασανιστήρια, καὶ τὰ ὄντα καὶ τὰ μέλλοντα τῆς οὕτω διακειμένης ψυχῆς, τῆς πρὸς τοσοῦτον κακίας κατενεχθείσης. βλασφημίας δὲ τρόποι πολλοὶ καὶ διάφοροι· διόπερ ἀναγκαῖον αὐτοὺς ἐκθέσθαι τήμερον, ὥστε μήτε ἑκόντας τινὶ τούτῳ περιπεσεῖν, μήτε τινὰ τῶν φίλων, μήτε ἐχθρὸν περιπίπτοντα περιιδεῖν. οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν, ταύτης ἁμαρτία χείρων, ἀλλ' οὐδὲ ἴση, ἀλλὰ καὶ προσθήκη κακῶν τοῦτό ἐστιν, καὶ ὃ πάντα συγχεῖ, καὶ ἀσύγγνωστον ἔχει κόλασιν καὶ ἀφόρητον τιμωρίαν. τίνες εἰσὶν οἱ τὸν θεὸν κακῶς λέγοντες; C οἱ τῇ σοφίᾳ τῆς προνοίας αὐτοῦ, τὴν ἐκ τῆς εἱμαρμένης ἀταξίαν καὶ ἀνάγκην ἐπιτειχίζοντες. τὸ δὲ μὲν τοὺς ἀπίστους, καὶ πρὸς ξύλα καὶ λίθους κεχηνότας, καὶ θεραπεύοντας, ταύτην νοσεῖν τὴν νόσον, θαυμαστὸν οὐδέν· τὸ δὲ τοὺς ταύτης μὲν ἀπαλλαγέντας τῆς πλάνης καὶ τῆς δουλείας, καταξιωθέντας δὲ τὸν ἐπὶ πάντων εἰδέναι θεὸν, τὸν ἀληθῆ καὶ ὄντως θεὸν, ὥσπερ ἔκ τινος παλιρροίας, πρὸς ἐκείνην ὑποστρέφεσθαι τὴν [a] ζάλην, τὸν λογισμὸν καὶ τὴν μανίαν, τοῦτό ἐστι τὸ δεινότατον, καὶ πολλῶν ὄντως δακρύων καὶ θρήνων ἄξιον· ὅταν οἱ τὸν Χριστὸν λέγοντες προσκυνεῖν, καὶ τοσούτων καταξιω- D θέντες μυστηρίων, καὶ τῶν ἀπορρήτων μετασχόντες δογμάτων, καὶ τῆς σοφίας τῆς ἐξ οὐρανῶν ἡμῖν κατενηνεγμένης, μετὰ τὴν τοσαύτην τιμὴν ἧς ἀπολελαύκασι παρὰ τοῦ θεοῦ, ἑκόντες ἑαυτοὺς κατακρημνίζωσι, τῆς μὲν ἐλευθερίας, ἣν αὐτοῖς ὁ θεὸς ἐχαρίσατο, μετὰ πολλῆς ἀλογίας ἑαυτοὺς ἐκβαλόντες, δουλείᾳ δὲ χαλεπωτάτῃ ὑποβαλόντες ἑαυτοὺς, καὶ τυραννικωτάτην τυραννίδα τὴν οὐκ οὖσαν ἀναπλάττοντες διὰ τῶν λογισμῶν, καὶ πᾶσαν ἐλπίδα χρηστὴν ἐκκόπτοντες, καὶ τὰ νεῦρα τῶν ὑπὲρ ἀρετῆς ἐσπουδακότων ἐκτέμνειν ἐπιχειροῦντες. καθάπερ ἐν πολέμῳ στρατιώτας γενναίους, καὶ τὴν ψυχὴν E αὐτὴν ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἑτοίμους ὄντας ἐπιδοῦναι τῶν ἐχθρῶν τις ἰδὼν, καὶ μὴ δυνηθεὶς ἑτέρῳ καταβλάψαι τρόπῳ, μηδὲ ἀποστῆσαι τῆς ὑπὲρ τοῦ βασιλέως προθυμίας, μηδὲ ποιῆσαι δειλοὺς, μηδὲ μηχανήμασι a

[a] Colb. ζάλην τῶν λογισμῶν.

a περιγενέσθαι, ἑτέρως [a] λυμήνηται, τὸ πείθειν ἐπιχειρῶν, ὡς εἰκῆ, καὶ μάτην καὶ ἐπ' οὐδενὶ τοσοῦτον ἐπιδείκνυνται πόνον· ὥστε αὐτῶν ἐκλῦσαι τὰς χεῖρας, ὥστε αὐτῶν καταβαλεῖν τὴν ῥώμην, ὥστε σβέσαι τὴν προθυμίαν, ὥστε διὰ πάντων τούτων ἀποστῆσαι μὲν τῆς περὶ τὸν πόλεμον σπουδῆς, γυμνοὺς δὲ καὶ ἀόπλους νομίσας, δεδεμένους αἰχμαλώτους λαβεῖν. οὕτω καὶ ὁ διάβολος πεποίηκεν· ἐπειδὴ ἑώρα τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ τὸ πλέον τῆς οἰκουμένης καταγελῶντας μὲν τῆς Ἑλληνικῆς πλάνης, παντὶ δὲ θυμῷ καὶ πάσῃ ψυχῇ, τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας πρεσβεύοντας λόγον, εἶτα ἐκ τούτου πολλὴν μὲν ἀρετῆς γιγνομένην σπουδὴν, πολλὴν δὲ ὑπεροψίαν κακίας, προελθεῖν μὲν καὶ φανερῶς εἰπεῖν, ἀπόστητε τοῦ Χριστοῦ, καταγελάσατε τῶν παρ' αὐτοῦ δογμάτων, μῦθός ἐστι τὰ ἐκείνου καὶ πλάνη, πονηρός τίς ἐστι καὶ ἀπάνθρωπος, οὐ τολμᾷ. οἶδε γὰρ ταύτῃ μᾶλλον ἀποπηδήσοντας αὐτοῦ τῆς τυραννίδος, καὶ μισήσοντας αὐτὸν μειζόνως. διὰ τοῦτο μὲν ἐξ εὐθείας οὐκ εἰσάγει τὴν κατηγορίαν, κύκλῳ δὲ περιιὼν, ὑποσπείρει λάθρα τὸν ἰὸν τῶν δυσσεβῶν δογμάτων, τὸ μὲν δοκεῖν ἀφεὶς μένειν ἐν τῇ πίστει, τῇ δὲ ἀληθείᾳ, πρόρριζον αὐτὴν ἀνασπῶν, καὶ πάντα καταλύων τῆς ἀληθείας τὰ δόγματα, καὶ πολλὴν τοῦ Θεοῦ καταχέων διαβολὴν παρὰ τοῖς πειθομένοις. διὰ τοῦτο αὐτῷ τὸ δηλητήριον τοῦτο, καὶ τὰ θανατηφόρα τῆς εἱμαρμένης
cum is, qui in deliciis vixit, hinc abit summa cum ignominia? Tu vero si quemquam opulentum & arrogantem in foro videres, in extranea regione multo honore fruentem, parasitis adulatoribusque stipatum, ubi autem in patriam rediret, nihil eorum habentem, sed nudum, inglorium, mendicis egentiorem ac viliorem, an hunc æmulatione dignum censeres, annon potius illum miserum & infelicem diceres? Idipsum erga divites facito. At quidam sunt, qui postquam hos de philosophia sermones moverimus, suum hircorumque instar abdomini addicti, rebusque præsentibus servientes, nihil post decessum superesse arbitrantur. Alii vero superesse quidem aliqua putant, sed præsentia futuris anteponunt. Contra eos autem, qui nihil superesse putant, sed exstinctam animam nullam reddituram esse rationem, nec pœnam subituram esse arbitrantur, utpote contra insanos & furiosos, ridiculum forte esset dicere. Neque enim si quis in die dubitet num dies sit, & de omnibus quæ in confesso sunt quæstionem moveat, e re fuerit illi verbis persuadere, & ad eum sententiam adducere. Attamen caritatis vestræ causa, cum illo quoque disputabimus, quemadmodum nobis Dei gratia dederit. Quid dicis, homo, nihil post hanc vitam esse putas? Id enim necesse est dicere. Quomodo ceu malorum quorumdam gradibus, eum qui semel a veritatis tramite dejectus fuerit, in deteriorem semper sententiam projicit diabolus? Animadverte enim: persuasit temperantiam, æquitatem cæterasque virtutes negligere, improbe vivere fecit, ac de reliquo illos pravæ conscientiæ assuefecit, ipsosque induxit, ut suorum facinorum pœnam in alios transferre studerent, cum oportuisset a nequitia recedere. At illi hoc minime fecerunt; sed improbum dogma, innumeris scatens malis, commenti sunt, fati videlicet. Deinde in hoc confutati, & fateri tandem coacti præsentia nihil esse, futura subvertunt, & sententiam de resurrectione tollunt. Et si illos in hoc etiam confutemus, in aliam impiam doctrinam decidunt. Nos interim quod in manibus est confutemus. Nihil-ne post hanc vitam erit, ô homo, & tu hanc sententiam oppugnas? Græci qui tot in rebus delirarunt, hujus tamen dogmatis veritati non restiterunt. Quod si illos sequaris, aliquam certe illi vitam post hanc esse concesserunt, & rationes reddendas, & judicia apud inferos, & supplicia, honores, calculos atque judicia. Si Judæos interroges, aut hæreticos, si quemvis hominem, reverebitur ille hujus dogmatis veritatem: & si in aliis differant homines illi, in hoc tamen omnes conveniunt, & dicunt, eorum quæ hic gesta sunt rationem ibi reddendam esse. At tu nulli horum obtemperare vis, sed semel errori deditus impudenter agis. Itaque propter eos, qui etiamnum sapiunt, hac

A ἀλλ᾽ ἤ, ὅταν ὁ ἐν πολλῇ τρυφῇ ζήσας ἀπέρχηται πάντων ἐντεῦθεν ἀτιμότερος; σὺ δὲ εἴ τινα τούτων τῶν εὐπορούντων καὶ σοβούντων ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς εἶδες, ἐπὶ μὲν τῆς ἀλλοτρίας πολλῆς ἀπολαύοντα τιμῆς, παρασίτους καὶ κόλακας ἔχοντα, εἰς δὲ τὰ οἰκεῖα ἐπανελθόντα, καὶ οὐδὲν συγχωρούμενον ἐκείνων λαβεῖν, ἀλλὰ γυμνὸν, ἄτιμον, τῶν προσαιτούντων ἀπορώτερον καὶ φαυλότερον φαινόμενον· ἆρα τοῦτον ζηλωτὸν εἶναι ἐνόμιζες, ἀλλ᾽ οὐ διὰ τοῦτο μᾶλλον ἠλέεις καὶ ἐταλάνιζες; τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν πλουτούντων ποίει. Ἀλλ᾽ εἰσί τινες, οἳ ἐπειδὰν τούτους τῆς φιλοσοφίας τοὺς λόγους κινήσωμεν, ὑῶν καὶ τράγων δίκην τῇ γαστρὶ προσηλωμένοι, καὶ τοῖς παροῦσι δουλεύοντες
B πράγμασιν, οὐδὲν εἶναι μετὰ τὴν ἐντεῦθεν νομίζουσιν ἀποδημίαν· ἕτεροι δὲ εἶναι μέν τινα νομίζουσι, προτιθέασι δὲ τὰ παρόντα τῶν μελλόντων. πρὸς μὲν οὖν τοὺς μηδὲν εἶναι νομίζοντας, ἀλλ᾽ [a] ἀποσβεσθεῖσαν τὴν ψυχὴν τὴν ἡμετέραν, μηδένα διδόναι λόγον, μηδὲ εὐθύνας ὑπέχειν οἰομένους, τάχα καὶ γελοῖον ἀντειπεῖν, ὥσπερ πρὸς τοὺς μαινομένους καὶ τοὺς ἐξεστηκότας. οὐδὲ γὰρ εἴ τις ἐν ἡμέρᾳ ἀμφιβάλλοι ἡμέραν μὴ εἶναι, καὶ περὶ τῶν πᾶσιν ὁμολογουμένων ἀμφισβητοίη, καιρὸς ἂν εἴη λόγῳ τὸν τοιοῦτον πείθειν, καὶ προσάγειν τῷ δόγματι· πλὴν ἀλλὰ διὰ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, καὶ πρὸς ἐκεῖνον διαλεξόμεθα,
C ἅπερ ἂν δῷ ἡ τοῦ θεοῦ χάρις. τί λέγεις ἄνθρωπε, οὐδὲν εἶναι νομίζεις τὰ μετὰ ταῦτα; τοῦτο γὰρ ἀναγκαῖον εἰπεῖν· πῶς καθάπερ κακῶν τινων ὁρμαθῷ ἀεὶ δυσσεβεστέρῳ δόγματι, τὸν ἅπαξ ἐκτραπέντα τῆς ἀληθείας παραδίδωσιν ὁ διάβολος. ὅρα γάρ. ἔπεισεν ἀμελῆσαι σωφροσύνης, ἐπιεικείας, τῆς ἄλλης ἀρετῆς, ἐποίησε φαύλους κατὰ τὸν βίον, πονηρῷ συζῶντας συνειδότι λοιπὸν, καὶ τὴν ἀμοιβὴν τῶν αὐτοῖς ἡμαρτημένων ἑτέροις μεταθεῖναι ζητοῦντας, δέον μεταβάλλεσθαι τῆς κακίας. τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησαν, ἀνέπλασαν δὲ δόγμα πονηρὸν, καὶ μυρίων γέμον κακῶν,
D τὸ τῆς εἱμαρμένης. εἶτα ὑπὸ τούτου πάλιν ἐλεγχόμενοι, καὶ συνομολογεῖν ἀναγκαζόμενοι μηδὲν εἶναι τὰ παρόντα, τὸ μέλλον ἀνατρέπουσι, καὶ τὸν περὶ ἀναστάσεως ἀναιροῦσι λόγον. κἂν τοῦτο πάλιν διελέγξωμεν, εἰς ἕτερον ἐκπεσόντες δόγμα δυσσεβοῦσι· πλὴν τέως τὸ ἐν χερσὶ διελέγξωμεν. οὐδέν ἐστιν, ἄνθρωπε, μετὰ ταῦτα, καὶ πρὸς ταῦτα ἵστασαι τὰ δόγματα; τοσαῦτα ἐλήρησαν Ἕλληνες, ἀλλ᾽ ὅμως πρὸς τὴν τοῦ δόγματος τούτου οὐκ ἀντέστησαν ἀλήθειαν· ἀλλ᾽ εἰ καὶ αὐτοῖς ἀκολουθήσεις, ὅμως ἔδωκάν τινα μετὰ ταῦτα βίον, καὶ εὐθύνας, καὶ δικαστήρια ἐν ᾅδου, καὶ κολάσεις, καὶ τιμὰς, καὶ ψήφους, καὶ κρίσεις.
E κἂν Ἰουδαίους ἐρωτήσῃς, κἂν αἱρετικοὺς, κἂν ὅν τινα ἄνθρωπον, αἰδεσθήσεται τοῦ δόγματος τὴν ἀλήθειαν, καὶ εἰ καὶ ἐν ἄλλοις διαφέρονται, ἀλλ᾽ ἐν τούτῳ πάντες συμφωνοῦσι καὶ λέγουσιν, εἶναι τῶν ἐνταῦθα γεγενημένων εὐθύνας ἐκεῖ. ἀλλ᾽ οὐδενὶ βούλει πείθεσθαι τούτων, ἀλλ᾽ ἀναισχυντεῖς καθάπαξ ἐκδιδοὺς σαυτὸν τῇ πλάνῃ. οὐκοῦν διὰ τοὺς ἔτι νήφοντας, ἀναγκαῖον τοὺς περὶ τούτων

[a] Colb. ἀποσταθεῖσαν minus recte.

κινῆσαι λόγους. τὸν γὰρ μηδὲν ὁμολογοῦντα εἶναι μετὰ ταῦτα, ἀνάγκη μηδὲ θεὸν εἶναι ὁμολογῆσαι. ὁρᾷς ὅπερ εἶπον, ὅτι ἀεὶ τῶν φαυλοτέρων ἐστὶ μετὰ τὰ πρότερα δόγματα τὰ ὕστερα, ἅπερ αὐτοὺς διαδέξεται; εἰ γὰρ μηδέν ἐστιν ἐκεῖ μετὰ ταῦτα, οὐδὲ θεός ἐστιν· εἰ γάρ ἐστι θεὸς, δίκαιός ἐστιν, εἰ δὲ δίκαιός ἐστι, τὸ κατ' ἀξίαν ἀπονέμει ἑκάστῳ· εἰ δὲ οὐδέν ἐστι μετὰ ταῦτα, ποῦ τὸ κατ' ἀξίαν ἀπολήψεται ἕκαστος; πρόσεχε γάρ· πολλοὶ παρ' ἀξίαν, ὡς καὶ αὐτοὶ προλαβόντες ὡμολόγησαν, εὖ πάσχουσιν ἐνταῦθα καὶ τιμῶνται, ἕτεροι δὲ κολάζονται ἐν δικαιοσύνῃ ζῶντες. εἰ τοίνυν οὐδείς ἐστι καιρὸς μετὰ ταῦτα, ἀπελεύσονται ἀδικηθέντες οἱ δίκαιοι, καὶ παρ' ἀξίαν εὖ παθόντες ἄδικοι· εἰ δὲ ταῦτα * μὴ ἔσται, πῶς ἂν εἴη τὸ δίκαιον; ἀνάγκη γὰρ ἢ εἶναί τινα καιρὸν μετὰ ταῦτα τὸν τὸ κατ' ἀξίαν ἀπονέμοντα ἑκάστῳ· ἐνταῦθα γὰρ αὐτὸ οὐχ εὑρίσκομεν· εἴ γε μή ἐστι καιρὸς, πῶς τὸ κατ' ἀξίαν ἀπολάβῃ ἕκαστος; εἰ δὲ μηδεὶς τὸ κατ' ἀξίαν ἀπολαμβάνει, οὔτε θεός ἐστι κατά σε δίκαιος· εἰ δὲ οὐκ ἔστι δίκαιος ὁ θεὸς, οὐδὲ θεὸς ἂν εἴη. ἀλλ' ἡ βλασφημία εἰς τὴν κεφαλὴν τῶν ταῦτα ἡμᾶς ἀναγκαζόντων περιτραπείη. ὁρᾶτε πρὸς ὅσην βλασφημίαν ὁ λόγος ἐξενήνεκται. ἀλλὰ μὴν ὅτι θεός ἐστι τὰ πράγματα βοᾷ, οὐκοῦν καὶ δίκαιός ἐστιν· εἰ δὲ δίκαιός ἐστι, τὸ κατ' ἀξίαν ἀπονέμει ἑκάστῳ, εἰ δὲ τὸ κατ' ἀξίαν ἀπονέμει ἑκάστῳ, ἀνάγκη τινὰ εἶναι μετὰ ταῦτα καιρὸν, καθ' ὃν τὸ κατ' ἀξίαν ἕκαστος ἀπολήψεται, καὶ δώσει δίκην, καὶ τιμηθήσεται ὑπὲρ τῶν κατωρθωμένων αὐτῷ. ἀνανήψωμεν ἀγαπητοί· ἀγνωσίαν θεοῦ τινὲς ἔχουσιν· ἀνανήψωμεν, γρηγορήσωμεν. ἥμαρτες, μὴ προσθῇς ἔτι· ἥμαρτες, ἡσύχασον· ἥμαρτες, μὴ καταδήσῃς δὶς ἁμαρτίας. ἡμεῖς δὲ τριπλᾶς καὶ τετραπλᾶς καταδεσμοῦμεν, τοιούτων δογμάτων φόρτον εἰς τὰς ἡμετέρας ψυχὰς εἰσάγοντες. ἥμαρτες, ἐπίγνωθι τὸν δεσπότην τὸν ἐλεήμονα, τὸν φιλάνθρωπον, τὸν ἀγαθὸν, τὸν ἰατρὸν, τὸν συγγνωμονικὸν, τὸν εὐπαραίτητον, τὸν εὐαξίωτον. οὐκ ἤκουσας ὅτι μυρία τάλαντά τις κατεδηδοκὼς, καὶ τὴν οὐσίαν πᾶσαν τὴν δεσποτικὴν ἀπολέσας καὶ διασπάσας, ἕτοιμος ὢν καὶ τὴν γυναῖκα ἀποδόσθαι καὶ τὰ παιδία, ἐπειδὴ μόνον ἔκλαυσεν, ἐπειδὴ μόνον τῶν ποδῶν αὐτοῦ ἥψατο, παντὸς ἐκείνου τοῦ ὀφλήματος λύσιν εὕρατο καὶ ἄφεσιν; εἰ δὲ λέγεις, ὅτι μετὰ ταῦτα αὐτὸν παρέδωκε τοῖς βασανισταῖς, ἴσασιν οἱ εἰδότες τὴν ἱστορίαν· ἑτέρας μοι λέγεις φιλανθρωπίας ὑπόθεσιν. καὶ γὰρ καὶ τότε αὐτὸν ἐλεήσας ἀφῆκε, καὶ πάλιν ἐκεῖνον ἐλεήσας ἐνέβαλεν· ὥσπερ τότε τούτῳ βοηθῶν ἐποίησεν, οὕτω καὶ νῦν ἐκείνῳ βοηθῶν ἀνέτρεψε, τοῦτον μὲν ἵνα παιδεύσῃ μὴ εἶναι ὠμὸν μηδὲ ἀπάνθρωπον, ἐκεῖνον δὲ ἵνα καὶ ἀπαλλάξῃ βίας, καὶ ἀπανθρωπίας. ὁρᾶτε ἀγαπητοί· καλῶς γάρ με μεταξὺ λέγοντα τοῦτο εἰσῆλθε τὸ νόημα, πῶς οὐ μόνον τὸ πλεονεκτεῖν καὶ ἁρπάζειν, ἀλλὰ καὶ τὸ μὴ ἐλεεῖν γεέννης ἡμῖν πρόξενον γίγνεται. τοῦτο γὰρ, οὐκ

A de re sermo instituendus est. Eum enim qui nihil post hanc vitam esse profiteatur, neque Deum etiam esse fateri necesse est. Viden, quemadmodum dixi, consequentes opiniones prioribus semper deteriores gradatim ab illis admitti? si enim post hanc vitam nihil illic residuum est, nec Deus etiam est. Nam si Deus sit, justus est; si justus, unicuique pro merito retribuit. Si porro nihil post hanc vitam est, ubinam pro merito quisque recipiet? Animadvertas velim: Multi præter meritum, ut ipsi jam confessi sunt, bonis honoribusque fruuntur in hac vita; alii vero, qui in justitia vivunt, cruciantur. Si ergo nullum sit postea tempus, inique accepti justi, præter meritum bene habiti injusti discedent. Si autem res ita se habeat, quomodo esse justitia possit? Necesse enim est, esse aliquod tempus post hanc vitam, in quo singulis pro merito tribuatur, in hac vita enim hoc non invenitur. Sin tale tempus non sit, quomodo quisque pro merito recipiet? si vero nullus pro merito recipit, ergo Deus secundum te justus non est; si Deus justus non sit, neque Deus est. Sed blasphemia in caput eorum, qui nos ad hæc dicenda compulerunt, retorqueatur. Videte in quantam blasphemiam oratio provecta sit. Verum quod Deus sit res ipsæ clamant: & consequenter ille justus est: Si justus sit, unicuique pro merito retribuit: si unicuique pro merito retribuit, necesse est post hæc aliud quoddam esse tempus, quo unusquisque pro merito accipiet, & pro gestis suis vel pœnas dabit, vel præmium accipiet. Sobrii simus, dilecti: quidam in ignorantia Dei versantur, nos vero sobrii simus, vigilemus. Peccasti, ne addas iterum: peccasti, quiesce: *Gen. 4. 7.* peccasti, ne connectas bis peccata. Nos vero tripla & quadrupla connectimus, talium opinionum onere mentibus nostris imposito. Peccasti, agnosce Dominum misericordem, benignum, bonum, medicum, condonantem, exorabilem, placabilem. Annon audisti quod decem millia talenta quidam cum devorasset, & herilia omnia bona perdidisset ac dissipavisset, cum paratus esset ad mulierem filiosque vendendos, ut flevit solum, ut pedes heri attigit, universi illius debiti remissionem invenit? *Matth 18. 24.* Sin dicas illum postea tortoribus traditum: norunt causam ii, qui historiam sciunt: aliud mihi narras humanitatis argumentum. Nam & tunc illum miseratus dimisit, & rursus alium miseratus eum in carcerem conjecit: sicut huic tunc opem tulit, ita nunc illi subsidio fuit: hunc ita accepit ut erudiret ne crudelis & inhumanus esset; illum vero ut a vi & immanitate alterius liberaret. Videte dilecti: bene mihi inter dicendum venit in mentem hæc cogitatio: Quomodo non modo cupiditas alieni, & bonorum direptio, verum etiam misericordiæ defectus, gehennam nobis pariat. Hic quippe, non quod aliena injuste

rapuisset, sed quod sua inhumane repeteret, tortoribus traditus est. Nam dicitur, illum debuisse; verum etiamsi ille deberet, & tu quoque idem ipsum debebas, & eadem æquitas in utrisque servanda erat. Ideo dimisit tibi, ut suam tibi ostenderet benignitatem, teque dominicæ mansuetudinis æmulatorem redderet. Quoniam vero bene acceptus, non melior effectus es, altero te modo corrigit, supplicio scilicet atque cruciatu: itaque & illud beneficii quædam species est. Tradidit tortoribus, ut ceu medicus optimus nequitiam animi tolleret. Leni medicinæ non cesseras, ferro tibi deinceps & igne opus est. Novit ille qui decem millia talenta dimisit, te crudelem & inhumanum esse; sed exspectavit ut ex rerum eventu sese apud te purgare posset, quod plerumque facit, licet sciat se juste agere. Postquam sese apud te purgavit hoc facit, quod & erga Sodomitas faciebat. Non statim injecit ignem, neque urbes illas vastavit: Sed quid? *Clamor Sodomorum & Gomorrhorum*, neque id tantum; sed *descendens videbo.* Neque hic constitit, sed misit Angelos, qui tibi incolarum civitatis nequitiam ostenderent, ut ne quidem impudentium quispiam posset Deum criminari, quod inhospitales, quod inhumanos, quod iniquos, quod æquitatis jura ignorantes, quod eos, qui communes naturæ leges everterent, malitia plenos, deleri oporteret. Quid tam benigno & mansueto Deo par fuerit? Atqui nos dum castigamus, ne causam quidem sæpe dignamur dicere: ille vero nisi prius te docuerit, nisi prius tibi persuaserit, nisi tuum ceperit suffragium, quod jure supplicium infligat, non castigat eos, qui jamdiu supplicio & animadversione digni erant, atque rationem sæpe tibi reddere paratus est, & in judicium descendere tecumque disceptare non gravatur. Vides Prophetas his sermonibus plenos. Ubique judicia Dei cum hominibus: ac plerumque inique agentes ipsos in judices advocat, sæpe etiam universum orbem ad calculum ferendum sedere jubet, ut judiciorum conspicuitatem ostendat: ne ipsum quidem adversarium, nec etiam insensilia ad judicium advocare recusat Deus: quod nobis in more est facere, quando in jure nostro confidimus. *Audite valles, fundamenta terræ, quoniam judicium Domino:* & rursum, *Audi cælum, & auribus percipe terra, quia Dominus loquutus est.* Sæpe vero illos ipsos reos, *Popule mi quid feci tibi, aut in quo læsi te?* Et Jeremias, *Quod invenerunt in me delictum patres vestri?* Neque hoc solum in civitatibus & nationibus facit, sed etiam in uno sæpe homine. Cum Davide disceptat per Prophetam: & Jonæ recusanti Ninivitis prædicare, se Deus per cucurbitam excusat: *Si tu parcebas super cucurbitam, ego non parcam super Niniven?* Et multorum hujusmodi Scripturas plenas invenies. Hæc itaque cum sciamus, ipsum adore-

Gen. 10. [sic]

Mich. 6. 2.

Hesai. 1. 2.

Jerem. 37. 17. & 2. 5.

Jon. 4.

[a] Colb. ἐπ' ἀμφοτέροις.

A ἐπειδὴ τὰ ἀλλότρια ἔλαβεν ἀδίκως, ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ αὐτοῦ ἀπῄτει ἀπανθρώπως, παρεδόθη τοῖς βασανισταῖς· καὶ γὰρ εἴρηται, ὅτι ὤφειλεν ἐκεῖνος· ἀλλ' εἰ καὶ ἐκεῖνος ὤφειλεν, ὤφειλες καὶ σὺ τὸ αὐτὸ ὄφλημα, καὶ τὸ αὐτὸ δίκαιον [a] ἐπ' ἀμφοτέρων φυλάττεσθαι ἐχρῆν. διὰ τοῦτό σοι ἀφῆκεν, ἵνα τὴν αὐτοῦ σοι δείξῃ φιλανθρωπίαν, ἵνα ζηλωτήν σε τῆς δεσποτικῆς ἡμερότητος ἐργάσηται. ἐπειδὴ δὲ παθὼν εὖ οὐκ ἐγένου βελτίων, ἑτέρῳ σε διορθοῦται τρόπῳ, τῷ τῆς κολάσεως, τῷ τῆς τιμωρίας. ὥστε καὶ τοῦτο εὐεργεσίας εἶδός ἐστι. παρέδωκε τοῖς βασανισταῖς, ἵνα κακίαν ἐξέλῃ ψυχῆς, καθάπερ ἰατρὸς ἄριστος. οὐκ B εἶξας φαρμάκῳ προσηνεῖ, σιδήρου σοι δεῖ καὶ πυρὸς λοιπόν. ᾔδει μύρια τάλαντα ἀφεὶς ὅτι ὠμός ἐστι καὶ ἀπάνθρωπος, ἀλλ' ἀνέμεινε διὰ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως ἀπολογήσασθαί σοι, ὃ πολλαχοῦ ποιεῖ, εἰδὼς ὅτι δικαίως ποιεῖ. μετὰ τὸ ἀπολογήσασθαί σοι τοῦτο ποιεῖ, οἷον ἐπὶ τῶν Σοδόμων· οὐχ ἁπλῶς ἀφῆκε τὸ πῦρ, οὐδὲ τὰς πόλεις ἐκείνας ἀνήρπασεν· ἀλλὰ τί; κραυγὴ Σοδόμων καὶ Γομόῤῥων, καὶ οὐδὲ μέχρι τούτου, ἀλλά, καταβὰς ὄψομαι. καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἔστη, ἀλλὰ πέμπει τοὺς ἀγγέλους ὑποδεικνύοντάς σοι τὴν κακίαν τῶν ἐνοικούντων τὴν πόλιν, ἵνα μηδὲ τῶν ἀναισχύντων μηδεὶς ἔχῃ βλασφημεῖν τὸν θεόν, ὅτι τοὺς ἀξένους, ὅτι τοὺς ἀπανθρώπους, ὅτι τοὺς παρανό- C μους, καὶ τὰ τῆς δικαιοσύνης ἀγνοήσαντας δίκαια, καὶ τοὺς κοινοὺς τῆς φύσεως ἀνατρέψαντας νόμους, καὶ τοὺς κακίας πεπληρωμένους ἀπολέσθαι ἔδει. τί ἴσον τοῦ οὕτω φιλανθρώπου καὶ προσηνοῦς θεοῦ; καίτοι γε ἡμεῖς κολάζοντες, οὐκ ἀξιοῦμεν τὰς αἰτίας λέγειν πολλάκις· αὐτὸς δὲ ἂν μὴ πρότερόν σε διδάξῃ, ἂν μὴ πρότερόν σε πείσῃ, καὶ τὴν παρά σου λάβῃ ψῆφον, ὅτι δικαίως ἐπάγει τὴν κόλασιν, οὐ τιμωρεῖται τοὺς πάλαι κολάσεως καὶ τιμωρίας ἀξίους, καὶ εὐθύνας σοι πολλαχοῦ παρέχειν ἕτοιμός ἐστι, καὶ κρίνεται πρός σε, καὶ δικάζεσθαι οὐκ ὀκνεῖ. ὁρᾷς τοὺς προ- D φήτας τούτων ἐμπεπλησμένους τῶν λόγων· πανταχοῦ δικαστήρια θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους, καὶ πολλάκις μὲν αὐτοὺς δικάζοντας τοὺς ἠδικηκότας καλεῖ, πολλάκις δὲ τὴν κτίσιν καθημένην ἐπὶ τῆς ψήφου, δεικνὺς τὴν περιφάνειαν τῶν δικαιωμάτων, οὔτε αὐτὸν τὸν ἀντίδικον, οὔτε τὰ ἀναίσθητα παραιτεῖται εἰς κρίσιν καλεῖν ὁ θεός· ὅπερ ἡμῖν ἔθος ἐστὶ ποιεῖν, ὅταν θαῤῥῶμεν τοῖς οἰκείοις δικαίοις. ἀκούσατε φάραγγες, θεμέλια τῆς γῆς, ὅτι κρίσις τῷ κυρίῳ. καὶ πάλιν, ἄκουε οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου γῆ, ὅτι κύριος ἐλάλησε. πολλάκις δὲ αὐτοὺς ἐκείνους, λαός μου τί ἐποίησά E σοι, ἢ τί ἠδίκησά σε; καὶ ὁ Ἱερεμίας, τί εὕροσαν ἐν ἐμοὶ οἱ πατέρες ὑμῶν πλημμέλημα; οὐ ποιεῖ δὲ αὐτὸ κατὰ πόλεις καὶ ἔθνη μόνον, ἀλλὰ καὶ καθ' ἕνα πολλάκις ἄνθρωπον. πρὸς τὸν Δαυὶδ κρίνεται διὰ τοῦ προφήτου, καὶ τῷ Ἰωνᾷ παραιτουμένῳ κηρύξαι Νινευΐταις, ἀπολογεῖται διὰ τῆς κολοκύνθης· εἰ σὺ ἐφείσω ὑπὲρ τῆς κολοκύνθης, ἐγὼ οὐ φείσομαι ὑπὲρ Νινευῆς; καὶ πολλῶν τοιούτων εὑρήσεις γεμούσας τὰς γραφάς. ταῦτ' οὖν εἰδότες, προσκυνῶμεν αὐτὸν

αὐτὸν, θαυμάζωμεν, θεραπεύωμεν, ὡς δυνατὸν ἡμῖν, ὡς γὰρ ἄξιον οὐ δυνατόν. ἐπιμελώμεθα τῆς παρούσης ζωῆς, καὶ πειθώμεθα, ὅτι θεὸς ἐφέστηκε, καὶ πρόνοια πάντα κυβερνᾷ, καὶ μετὰ ταῦτα πάντα ἔστιν ἀποδημήσαντας τυχεῖν τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν, ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

A mus, admiremur, colamus quantum in nobis erit, digne enim non possumus. Curam habeamus præsentis vitæ, & persuasum habeamus Deum præesse, & providentiam omnia gubernare: & post hæc omnia consequi promissa bona poterimus, quibus nos omnes potiri contingat gratiâ Christi, cui gloria in sæcula sæculorum, amen.

ΠΕΡΙ ΕΙΜΑΡΜΕΝΗΣ.

ΛΟΓΟΣ έ.

ΟΥΔΕΝ ἐστιν ὄντως δόγμα πονηρὸν, ἀγαπητὲ, καὶ σηπεδόνος ἀνιάτου γέμον, ὡς τὸ τῆς εἱμαρμένης καὶ τῆς γενέσεως δόγμα. μετὰ γὰρ τοῦ δόξαν βλάσφημον καὶ ἀσεβῆ καὶ ὀλεθρίαν ἐντιθέναι ταῖς τῶν ἠπατημένων ψυχαῖς, καὶ πείθειν τοιαῦτα λέγειν περὶ θεοῦ, ἃ μηδὲ περὶ δαιμόνων τις εἴποι, καὶ τὸν βίον συγχεῖ τὸν ἡμέτερον, πάντα θορύβου καὶ πολλῆς ἐμπίπλησι τῆς ταραχῆς· καὶ ὅσα πρὸς διδασκαλίαν καὶ διόρθωσιν παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ τῆς φύσεως, καὶ διὰ προφητῶν εἰσενήνεκται καὶ διὰ ἁγίων ἀνδρῶν, ἀνατρέπει, καὶ καταλύει, καὶ δείκνυσι περιττά. καὶ ποιεῖ ταυτὸν, οἷον ἂν εἴ τις σῶμα νενοσηκὸς καὶ φαρμάκων δεόμενον, παρόντων ἰατρῶν καὶ τὸ φάρμακον κατασκευαζόντων, πείθοι μηδενὶ τούτων κεχρῆσθαι, μηδὲ ἀπαλλάττεσθαι τοῦ νοσήματος, ἀλλ' ἀμελείᾳ καὶ ῥαθυμίᾳ ἐνδόντα τὰ καθ' ἑαυτὸν, τὴν ἐλεεινοτάτην ἀναμένειν ἀπώλειαν. ἢ οὐχὶ ταῦτά φησιν ἡ εἱμαρμένη; μηδεὶς παραινείτω τι τῶν χρησίμων, μηδεὶς ἀκουέτω παραινοῦντος ἑτέρου· μάτην εἰσὶν οἱ νόμοι καὶ οἱ δικασταὶ, μάτην ἐπιπλήξεις καὶ νουθεσίαι, μάτην τιμωρίας φόβος, μάτην τιμαὶ καὶ γέρα καὶ ἔπαθλα τοῖς κατορθοῦσιν. οὔτε ἐὰν σπουδάσῃς, ὄφελός τι, οὔτε ἐὰν ἀμελήσῃς, βλάβος τι γενήσεται. μήτε ἐπὶ διδασκαλεῖον παιδίον ὢν βαδιζέτω, μήτε ἀνὴρ γενόμενος ἀκουέτω νόμων, μὴ προσεχέτω συμβουλαῖς καὶ νουθεσίαις χρησίμοις. τί δυνήσεται ἐνεγκεῖν ὁ κόπος; ὥσπερ ἀνερμάτιστον πλοῖον, καὶ ναυτῶν καὶ κυβερνητῶν ἔρημον, τῇ τοῦ χειμῶνος φορᾷ, ἐπιδοὺς τὰ πηδάλια τῆς διανοίας, οὕτω φερέσθω. θέλεις, εἰπέ μοι, πεισθησώμεθα, καὶ οὐδὲν ἐνεργήσωμεν τῶν πρὸς σωτηρίαν τῆς ἡμετέρας ζωῆς; τέως γὰρ ἀφείσθω τὰ τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ τὰ περὶ τῆς παρούσης ζωῆς διαλεγώμεθα. πειθόμεθα τῇ εἱμαρμένῃ ταῦτα λεγούσῃ, καὶ οὔτε οἰκέτας ἁμαρτάνοντας κολάσομεν, οὔτε ἀσελγείαις διεφθαρμένους ἐπιστρέψομεν, οὔτε τοὺς ἀδικοῦντας εἰς δικαστήριον ἄξομεν, οὐκ ἀκουσόμεθα τῶν νόμων; ἐβουλόμην κἂν πρὸς βραχὺ τοῦτο γενέσθαι, ἵν' ἔργῳ τὴν ὀλεθρίαν ταύτην, καὶ ἐπιβλαβῆ διδάσκαλον τῶν κακῶν δυνηθῆτε συνιδεῖν. εἰ γὰρ ἀνάγκη πάντως τὰ εἱμαρμένα γενέσθαι, καὶ σπουδαζόντων καὶ καθευδόντων, μηδεὶς γεωργὸς ζευγνύτω βοῦς, μηδὲ ἄροτρον ἑλκέτω, μήτε αὔλακα τεμνέτω, μηδὲ καταβαλέτω σπέρματα, μήτε ὥραν ἔτους ἐπιτηρείτω ἐπιτηδείαν, μηδὲ ἀνεχέσθω κρυμοῦ, καὶ διηνεκοῦς ὑετοῦ, καὶ ταλαιπωρίας, καὶ μόχθων πρὸς διαμεμετρημένον τὸ ἔτος, μὴ θηγέτω δρεπάνην, μηδὲ ἀμάτω

DE FATO.

ORATIO V.

B NULLA est omnino tam depravata doctrina, dilecte, neque tam incurabili sanie plena, quam est hæc de fato & de genesi. Nam præterquam quod blasphemam & impiam doctrinam in animis eorum inserit, qui decipiuntur, & ad talia de Deo dicenda inducit, quæ ne de dæmonibus quidem quispiam dixerit; vitam etiam confundit nostram, omnia tumultu multaque perturbatione replet: ac quæcumque ad doctrinam & emendationem a Deo & a natura, perque Prophetas & sanctos viros inducta sunt, evertit, labefactat & supervacanea demonstrat: ac perinde facit ac si quis corpore infirmum, ac medicina egentem, præsentibus ac remedia
C parantibus medicis, hortetur ut nullo utatur eorum, nec liberetur a morbo, sed socordiæ negligentiæque se dedens, miserrimam exspectet perniciem. Annon hæc fatum dicit? Nemo quidquam utile præcipiat; nemo audiat alium cohortantem. Frustra leges & judices, frustra minæ & admonitiones, frustra supplicii metus, frustra honores, præmia, palmæ bene agentibus. Si curam habeas, nihil hinc emolumenti; si negligas, nihil damni. Ne ad ludum puer pergat, ne vir adultus leges audiat, ne animum adhibeat consiliis & admonitionibus. Quid poterit afferre la-
D bor? Quasi non saburrata navis nautis & gubernatoribus destituta, tempestatis violentiæ misso mentis gubernaculo, sic feratur. Visne, quæso, obtemperemus, nihilque faciamus quod ad vitæ nostræ salutem pertineat? Interim prætermittantur ea quæ ad animam spectant, de præsenti vita disseramus. Obtemperabimusne fato ita dicenti, neque famulos delinquentes puniemus, neque lascivia corruptos reducemus, neque iniquos ad judicium agemus, neque leges audiemus? Vellem equidem ad breve tempus hæc fieri, ut re & opere
E perniciosam hanc & exitiosam malorum magistram perspicere possetis. Si enim necesse est omnino, ut quæ in fato sunt eveniant, tum laborantibus nobis, tum dormientibus, nullus agricola boves jungat, vel aratrum trahat, ne sulcum scindat, neque semina jaciat, ne anni tempus opportunum observet, ne gelu & assiduam pluviam toleret, ne miserias & labores secundum anni spatium; falcem ne acuat, ne

segetem demetat, ne spicas terat, ne plantet, ne plantas colat; omnem agriculturæ curam abjiciat, domi sedeat, semperque dormiat, si omnia ipsi e fato pendeant; sua sponte omnia bona domum venient. Si autem in contrarium fusum verterit Clotho, quamvis sexcenties laboret, nullus ipsi finis laborum sudorumque erit. Cur itaque non hæc præcipitis, si revera fato creditis? Cur non hortamini, ut revera discatis quæ bona fatum pariat? Vis mihi ostendere quid vere sit fato constitutum? Solve agriculturam, tolle nauticam, mitte artes omnes, quæ ad vitam pertinent, ne sit architectus, non ærarius, non textor, ne alius quispiam artem quamlibet tractet ad vitam nostram conferentem, & tunc clare videbis, qualia sint fati pignora, tunc illud pulcre senties, tunc ejus immutabilitatem perspicies. Sed quid artes dico, quæ vitam nostram continent? Stent artes, nullamque repudies; sed omnibus suo in ordine manentibus, quisque nihil suorum curet, nec de re domestica sit solicitus, sed omnia fato administranda committat, & hanc ejus utilitatem sciet, quando tortus & flagris cæsus vectigal solvere cogetur, & cum nequeat, ad fati defensionem confugiet, nullusque ipsi attendet. Quousque mente pueri erimus? Quousque delirandi finem non faciemus? Quousque non agnoscemus communem dominum? Si bonos ac malos fatum facit, cur puerum admones, cur hortaris? Omnia temere & frustra. Si divites & pauperes facit, ne mittas ad ludum literarium, ne pecuniam suppedites, ne quidpiam facias quod opes ejus augere possit; sed res ejus omnes fato permitte. Atqui id non audes. Vides ut dum in minoribus ejus potestati non confidis, in majoribus ipsi credis? Nam si omnino fatum est, permitte puerum cum improbis hominibus versari, & cum depravatis depravari: plane si id fato constitutum sit, & tibi proderit. Etenim vere, inquit, vere fatum est. Cur ergo & tibi & alteri negotia facessis? Ecquid de filiis loquor, quando ne erga servos quidem sic agere audes; sed & minaris, & perterrefacis, nullumque non lapidem moves, ut sit tibi probus famulus, neque genesi confidis? Cur ergo, si sit improbus, verberas? Non enim ejus peccatum est, sed pellentis geneseos. Cur eum si probus sit laudas? bonum enim opus, non illius, sed geneseos est: imo potius nec probus quispiam, nec improbus erit. Qui enim per se nihil horum facit, sed aliunde necessitate pellitur, neque hoc, neque illud erit. Cur ergo viros laudamus? cur vituperamus? cur exsecramur? cur aliis bene precamur? Vides in quantam nos absurditatem fati ratio duxerit? Nullus est temperans, nullus intemperans, nullus avarus, nullus justus. Sublata est virtus & nequitia: ac frustra in præsentem vitam

A λήιον, μὴ τριβέτω ἀστάχυς, μὴ φυτευέτω, μηδὲ θεραπευέτω φυτὰ, πᾶσαν ἁπλῶς τῆς γεωργίας ῥίψας τὴν ἐπιμέλειαν, οἴκοι καθεζέσθω, καὶ πάντα καθευδέτω τὸν χρόνον, πάντως ἂν εἱμαρμένον αὐτῷ, καὶ κεκλωσμένον ᾖ, αὐτόματα εἰς τὴν οἰκίαν ἥξει τὰ ἀγαθά. ἐὰν δὲ εἰς τοὐναντίον στρέψῃ τὸν ἄτρακτον ἡ Κλωθὼ, κἂν μυριάκις πονῆται, πέρας οὐδὲν αὐτῷ τῶν πόνων ἔσται καὶ ἱδρώτων. τίνος οὖν ἕνεκεν οὔτε παραινεῖτε ταῦτα ποιεῖν, εἴγε ὄντως εἱμαρμένῃ πιστεύετε; τίνος ἕνεκεν οὐ παραινεῖτε, ἵν' ὄντως ἔργῳ μάθητε τὰ τῆς εἱμαρμένης καλά; βούλει μοι δεῖξαι τί ὄντως εἵμαρται; κατάλυσον γεωργίαν, ἄνελε ναυτιλίαν, ἔκβαλε πάσας τέχνας βιωτικὰς, καὶ μήτε οἰκοδόμος, μήτε B χαλκοτύπος, μήτε ὑφάντης, μήτε ἄλλος τις τῶν εἰς τὴν ἡμετέραν συντελούντων ζωὴν μεταχειριζέτω τὴν αὐτοῦ τέχνην, καὶ τότε ὄψει καλῶς, οἷα τῆς εἱμαρμένης τὰ ἐπίχειρα, τότε αὐτῆς αἰσθήσῃ καλῶς, τότε αὐτῆς τὸ ἀπαράτρεπτον ὄψει. καὶ τί λέγω τέχνας, αἳ τὴν ζωὴν συνέχουσι τὴν ἡμετέραν; ἔστωσαν τέχναι, καὶ μηδὲ μίαν καταλύσῃς, ἀλλὰ πάντων μενόντων ἐπὶ τῆς οἰκείας τάξεως, ὁ καθ' ἕκαστον μηδὲν μεριμνάτω τῶν αὐτοῦ, μηδὲ φροντιζέτω τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν, ἀλλ' ἐπιτρεψάτω τῇ εἱμαρμένῃ τὰ κατ' αὐτὸν οἰκονομῆσαι πάντα, καὶ τότε εἴσεται αὐτῆς τὴν ὠφέλειαν, ὅταν στρεβλούμενος, καὶ μαC στιζόμενος ἀπαιτῆται μετὰ τὰς εἰσφορὰς, μὴ ἔχων δὲ καταφεύγῃ μετὰ ἐπὶ τὴν ἐκείνης ἀπολογίαν, προσέχῃ δὲ αὐτῷ μηδείς. μέχρι πότε παιδία ἐσμὲν ταῖς φρεσί; μέχρι τίνος οὐ παυσόμεθα ληροῦντες; μέχρι τίνος οὐκ ἐπιγνωσόμεθα τὸν κοινὸν δεσπότην; εἰ φαύλους καὶ ἀγαθοὺς εἱμαρμένη ποιεῖ, τίνος ἕνεκεν παραινεῖς τῷ παιδὶ, τίνος ἕνεκεν νουθετεῖς; πάντα εἰκῇ καὶ μάτην. εἰ πλουσίους καὶ πένητας ποιεῖ, μὴ πέμψῃς εἰς διδασκαλεῖα, μὴ πορίσῃς χρήματα, μὴ πράξῃς μηδὲν τῶν δυναμένων αὐτῷ τὴν οὐσίαν αὐξῆσαι, ἀλλ' ἐπίτρεψον τῇ εἱμαρμένῃ τὰ κατ' D αὐτόν. ἀλλ' οὐκ ἀνέχῃ. ὁρᾷς πῶς ἐν τοῖς ἐλάττοσι διαπιστῶν αὐτῆς τὴν δύναμιν, ἐν τοῖς μείζοσιν αὐτῇ πιστεύεις; εἰ γὰρ ὄντως εἱμαρμένη ἐστὶν, ἄφες τὸν παῖδα καὶ πονηροῖς ἀνδράσι συγγίνεσθαι, καὶ μετὰ διεφθαρμένων διαφθείρεσθαι, πάντως ἂν εἱμαρμένον αὐτῷ καὶ κεκλωσμένον ᾖ, καὶ σοὶ χρησιμεύει. τὸ γὰρ ὄντως, φησὶν, ὄντως ἐστί. τίνος οὖν ἕνεκεν πράγματα, καὶ σαυτῷ παρέχεις καὶ ἑτέρῳ; καὶ τί λέγω παίδων ἕνεκεν, ὅπου γε οὐδὲ ἐπὶ οἰκετῶν ἀνέξῃ τοῦτο ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ ἀπειλεῖς, καὶ φοβεῖς, καὶ πάντα τρόπον κινεῖς, ὅπως γένηταί σοι καλὸς ὁ οἰκέτης, καὶ οὐ θαρρεῖς τῇ γενέσει; τίνος δὲ ἕνεκεν κακὸν γενόμενον κολάζεις; οὐ E γὰρ αὐτοῦ τὸ ἁμάρτημα γέγονεν, ἀλλὰ τῆς ὠθούσης γενέσεως. τίνος δὲ ἕνεκεν καλὸν γενόμενον ἐπαινεῖς; οὐ γὰρ αὐτοῦ τὸ κατόρθωμα, ἀλλὰ τῆς γενέσεως· μᾶλλον δὲ οὔτε καλὸς, οὔτε κακὸς ἔσται τις. ὁ γὰρ παρ' ἑαυτοῦ μηδέτερον τούτων ποιῶν, ἀλλ' ἑτέρωθεν τὴν ἀνάγκην δεχόμενος, οὔτε τοῦτο ἔσται, οὔτε ἐκεῖνο. τίνος οὖν ἕνεκεν ἐπαινοῦμεν ἄνδρας; τίνος δὲ ἕνεκεν ψέγομεν, τίνος ἕνεκεν ἐπαρώμεθα, τίνος ἕνεκεν συνευχόμεθα ἑτέροις; ὁρᾷς εἰς ὅσην ἡμᾶς ἀλογίαν ὁ τῆς εἱμαρμένης ἐξήγαγε λόγος; οὐδείς ἐστι σώφρων, οὐδείς ἐστιν ἀκόλαστος, οὐδείς ἐστι πλεονέκτης, οὐδείς ἐστι δίκαιος. ἀνῄρηται καὶ ἀρετὴ καὶ κακία, καὶ μάτην εἰς

A τὸν παρόντα βίον ὑπήχθημεν, μᾶλλον δὲ οὐ μάτην, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ κακῷ. πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον ὠθεῖσθαι μὲν ὑπὸ τῆς ἀνάγκης τῆς γενέσεως εἰς κακίαν, πάλιν δὲ ὑπὸ τῆς βίας αὐτῆς, ταύτης δίκην διδόναι τὴν ἐσχάτην, δέον ἐλεεῖσθαι, δέον ταλανίζεσθαι, καὶ μισούμεθα καὶ κολαζόμεθα, δέον τιμᾶσθαι; τὸν γὰρ ἀδικούμενον καὶ βίαν παθόντα, οὐχὶ κολάζεσθαι, ἀλλὰ τιμᾶσθαι χρή. ἡμεῖς δὲ καὶ ἀδικούμεθα, καὶ τιμωρίαν ὑπομένομεν. τί τούτου γένοιτ' ἂν ἀλογώτερον, ὑπὲρ ὧν κακῶς πάσχοντες ὠθηθέντες πρὸς κακίαν, ὑπὲρ τούτων καὶ τιμωρίαν διδόναι; ἐποίησεν ἀνδροφόνον ἡ εἱμαρμένη, καὶ τὴν ψυχὴν ἀπαιτεῖ ἀνθ' B ὧν ὑπήκουσεν αὐτῇ; τί τούτου βλαβερώτερον δόγμα γένοιτο ἄν; ὥσπερ ἂν εἴ τις εἰς τὸ βάραθρον ὠθήσας, καὶ καταλαβὼν τὸν κρημνισθέντα, πάλιν τιμωρίαν ἀπαιτοίη τούτων ἕνεκεν· ἢ ὥσπερ ἂν εἴ τις [a] βαρβάρᾳ δεσποίνῃ παραδοὺς αἰκίζεσθαι, καὶ μυρίοις περιβαλεῖν κακοῖς, τὸν παραδεδομένον, ὑπὲρ τῆς δουλείας καὶ τῆς αἰχμαλωσίας, ἀπαιτοῖ τιμωρίαν. ἆρα τί γένοιτο ἂν τούτου ἀλογώτερον εἰπέ μοι, ἢ ἀθλιώτερον τοῦ γένους τούτου; εἰ ταῦτα τοιαῦτα, καὶ ἐχθροὶ μὲν καὶ πολέμιοι τοῖς αὐτῶν πολεμίοις ἴσασι συγγινώσκειν, ὅταν ἄκοντες καὶ μὴ βουλόμενοι πράξωσί τι τῶν χαλεπωτάτων C αὐτοῖς· ἡ δὲ εἱμαρμένη τοῖς ὑπηκόοις, καὶ πάντα πειθομένοις, μᾶλλον δὲ κατηναγκασμένοις, οὐκ εἴσεται συγγνώμην, ἀλλ' ὑπὲρ ὧν αὐτοὺς κατηνάγκασε πρᾶξαι, ὑπὲρ τῶν αὐτῶν αὐτοὺς ἀπαιτεῖ δίκην· ποῖος φορυτὸς, ποῖος λαβύρινθος, ποία ζάλη ταύτην μιμήσεται τὴν σύγχυσιν εἰπέ μοι; οὐκ ἤρκεσέ μοι τρόπος εἷς ἀδικίας, ὅτι μηδὲν ἁμαρτὼν εἰς κακίαν ἐμβέβλημαι, καὶ ὅτι ἕτερος μηδὲν κατορθώσας ἀγαθὸς γίνεται, καὶ τιμῆς ἀπολαύει; οὐκ ἀρκεῖ αὕτη μόνη ἡ ἀδικία, ὅτι ἁπλῶς καὶ ἀλόγως, καὶ ἐμὲ κακὸν ἐποίησε, καὶ ἐκεῖνον D καλὸν, ἀλλὰ καὶ ἑτέραν προστίθησιν, καὶ οὐδὲ τὴν τῶν ἀνθρώπων δικαιοκρισίαν μιμεῖται; ἀλλ' οἱ μὲν ἄνθρωποι, οὕτω φιλάνθρωποι καὶ ἥμεροι, ὡς διαιρεῖν τὰ ἀκούσια τῶν ἑκουσίων· ἡ δὲ τὰ ἀνθρώπινα διοικοῦσα ἐριννύς τις καὶ δαίμων πονηρὸς, οὕτω πάντα συγχεῖ. εἰ μὲν οὖν οὐκ ἔστι θεὸς ὁ ταῦτα ἐφορῶν, ἐλέγχεται μὲν ὁ λόγος ἑτέρωθεν. οὐ γὰρ δυνατὸν ἐν εὐταξίᾳ τοσαύτῃ πρόνοιαν μὴ εἶναι. πλὴν εἰ μὲν οὐκ ἔστι θεὸς, πῶς ὅλως ταῦτα συνέστηκεν; εἰ δὲ ἔστι, πῶς ταῦτα περιορᾷ; [b] εἰ μὲν γὰρ αὐτὸς E ἐποίησεν, ὅρα τὴν ἀσέβειαν, καὶ τῆς βλασφημίας τὴν ὑπερβολήν. εἰ δὲ οὐκ ἐποίησε, γενόμενα δὲ περιορᾷ, πάλιν οὐκ ἔλαττον τοῦ προτέρου τὸ ἔγκλημα. ὁρᾷς πῶς πανταχόθεν στενοχωρεῖται ὁ διάβολος, συνελαύνων τοὺς ἀνθρώπους εἰς τὴν κατὰ τοῦ δεσπότου μανίαν; βούλει με πεῖσαι, ὅτι εἱμαρμένῃ πείθῃ, καὶ νομίζεις εἶναί τι δόγμα; μὴ ἐγκάλει μοιχευομένῃ γυναικὶ, μηδὲ πληθῆς

A deducti sumus; imo vero non frustra, sed in malum nostrum. Quî, quæso, non absurdum fuerit a geneseos necessitate in nequitiam impelli; atque iterum eadem violentia, extremas improbitatis pœnas dare, cum commiseratione potius & misericordia digni essemus, odio habemur & supplicio afficimur, ubi honore afficiendi eramus? Is enim quicum injuste & violenter agitur, non supplicio sed honore est afficiendus: nos autem & injuria simul & supplicio plectimur. Quid hoc irrationabilius esse possit: quod cum male patiamur, B inque nequitiam impellamur, ideo pœnas demus? Homicidam fatum fecit, & morte mulctat eum, qui sibi obsequutus est. Quid hoc perniciosius dogmate umquam fuerit? Quemadmodum si quis in barathrum impulerit, & præcipitem actum comprehenderit, hujus rei causa puniendum: vel quemadmodum si quis barbaræ cuipiam dominæ aliquem cruciandum, & innumeris afficiendum malis tradiderit; eumque sic traditum, propter servitium & captivitatem supplicio affecerit. An vero vel immanius vel miserius, quæso, hoc genere quidquam esse possit? Si hæc ita se habent, & si inimici atque hostes, suis C hostibus veniam dare norunt, quando inviti & nolentes vel gravissimum quidquam adversus illos patrarint; fatum vero subditis suis sibique prorsus obsequentibus, imo in necessitatem adductis, veniam non concedit, imo pro iis, quæ ipsos facere coëgit, pœnas repetit; qualis colluvies, qualis labyrinthus, qualis tempestas, dic mihi, tantam imitetur confusionem? Non satis mihi fuit unus iniquitatis modus, quod cum nihil peccaverim, in nequitiam conjiciar, & quod alius qui nihil boni fecit, bonus efficiatur, & honore fruatur? D Non satis est hæc una injustitia, quod temere & sine causa me malum, illumque bonum fecerit, aliam quoque adjicit, neque justam hominum judicandi rationem imitatur? At homines ita humani benignique sunt, ut involuntaria a voluntariis distinguant: hæc vero rerum humanarum gubernatrix Erynnis quædam malusque dæmon, sic omnia confundit. Si ergo Deus non est, qui his prospiciat, utrinque hæc sententia confutari potest. Fieri enim nequit in tam pulcro rerum ordine providentiam non esse. Quod si Deus non sit, quomodo hæc constare possint? Si sit Deus, E hæccine despicit? Si enim ipse fecerit, vide impietatem & blasphemiæ magnitudinem: si non fecerit, & hæc opificia negligat, non minor hæc erit, quam prior, criminatio. Vides ut undequaque diabolus urgeatur, dum homines impellit ad insaniendum contra Dominum? Visne mihi persuadere, te fato credere, & putare illud esse vere dogma? Ne accuses mulierem adulteram, ne ira effervescas, ne

a Colb. βαρβάρῳ δεσποίνῃ.

b Hæc alio modo legerat Joannes Checus Interpres, qui verterat: *Si enim ille hæc non fecit, vide quo impietatis ac blasphemiæ procedat oratio. Sin fecerit, & quæ facta sunt negligat, non minor iterum hæc est, quam prior fuit reprehensio.*

mœchum ad tribunal judicis adducas. Si videris ſuffoſſum murum, ne comprehendas eum, qui ſuffodit, neque pœnam expetas: non enim ſponte hoc fecit, quemadmodum tu dicis. Res tuas omnes nihil cura; nam ea quæ fato conſtituta ſunt prorſus evenient. Projice quidquid habes auri: abjice curam domus, fori, mancipiorum, incuria tua per fati incuriam nihil lædetur. Atqui nihil horum facere auſis, reipſa perſuaſum habens, te hanc doctrinam improbare. Cur ergo in peccando illam objicis, quam ubique damnas? Vides non aliunde hoc dogma induci, quam ex ſocordia, & negligentia, & ignavia ad virtutis labores ſubeundos. Si geneſis eſt, judicium non eſt; ſi geneſis eſt, fides non eſt; ſi geneſis eſt, Deus non eſt; ſi geneſis eſt, non virtus, non improbitas eſt; ſi geneſis eſt, omnia fruſtra, omnia temere & facimus & patimur. Non eſt laus, non vituperium, nullus pudor, nulla verecundia, non leges, non Judicia. Unde hic dives, inquies, unde hic pauper eſt? Certe ſi horum cauſam ignorabamus, in ignorantia permanendum erat potius, quam aliud pravum dogma aſſumeremus. Melius eſt enim bene ignorare, quam male ſcire. Illud enim culpa liberum eſt, hoc venia caret. Verum nunc per Dei gratiam liquet, unde hic dives, ille pauper ſit: vel enim paternam ſortitus hereditatem, vel negotiatione & mercatura uſus, vel aliena furatus, aut rapina ditatus, vel ducta opulenta uxore, vel agricultura, vel artificio, vel alio ſimili auctus eſt. Multæ rationes ſunt divitias comparandi, aliæ juſtæ, injuſtæ aliæ. Eadem quoque ratio eſt paupertatis, nam vel calumniis, vel aliorum rapinis, vel abliguritione propria, vel ignavia, vel amentia, aut alio quopiam modo; multæ quippe ſunt ad paupertatem viæ; in egeſtatem devenitur. At qua de cauſa, inquies, ille qui meretrices alit, & paraſitos & adulatores, & qui alienis nocumentum affert, qui frigidam hanc & ſolutam ducit vitam, divitias habet ceu ex fontibus affluentes; alius autem æquitatem, temperantiam, juſtitiam, cæteraſque colens virtutes, ne quidem neceſſarium victum habet: cum hic bonus ſit & laborioſam virtutis elegerit viam, hic autem improbus, ac diffluentem diſſolutamque nequitiæ viam ſuſceperit? Cur ergo improbus ille diteſcit, hic vero probus, pauper eſt? Ut & hic majorem accipiat coronam, ſi iſta perferat, & patientia utatur; ille vero majus ſupplicium atque pœnam, niſi vitam mutaverit, niſi melior fuerit, niſi Dominum ſuum agnoverit. Dilatio enim a Deo data, eos qui in nequitia manent, magis deprimit, atque rerum copia, iis data, qui illa ut par eſt non utuntur, acceſſio culpæ efficitur. Sic & ærumnæ & anguſtiæ proborum, ſunt coronarum acceſſio, etiamſi interdum labantur. Mediocris igitur eſt venia. Non enim ſimpliciter peccata judicantur; ſed alio modo

A θυμοῦ, μηδὲ εἰς κριτήριον δικαστοῦ ἀγάγῃς τὸν μοιχόν. ἂν ἴδῃς τοῖχον διορυττόμενον, μὴ ἐπιλάβῃ τοῦ διορύττοντος, μηδὲ ἀπαιτήσῃς δίκην· οὐ γὰρ ἑκὼν τοῦτο ἐποίησε, καθὼς σὺ φῄς· ἀμέλησον τῶν σαυτοῦ πάντων, πάντως γὰρ ἥξει σοι τὰ τῆς εἱμαρμένης. ῥῖψον ὅσον ἔχεις χρυσίον· ἀμέλησον οἰκιῶν, ἀγρῶν, ἀνδραπόδων, οὐδὲν ἀπὸ τῆς ῥᾳθυμίας τῆς σῆς ἢ τῆς εἱμαρμένης ῥᾳθυμίᾳ παραβλαβήσεται. ἀλλ' οὐκ ἀνέξῃ τούτων οὐδὲν, ὡς ἔργῳ πεισθεὶς, ὅτι κατέγνωκας τῶν δογμάτων τῆς εἱμαρμένης. τίνος οὖν ἕνεκεν ἐν ταῖς ἁμαρτίαις αὐτὴν προβάλλῃ, πανταχοῦ κατεγνωκώς; ὁρᾷς ὅτι οὐδαμόθεν τὸ δόγμα τοῦτο εἰσενήνεκται, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ῥᾳθυμίας, καὶ
B ὀλιγωρίας, καὶ τοῦ πρὸς αὐτοὺς τοὺς ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς ἐκλελύσθαι πόνους. εἰ γένεσίς ἐστι, κρίσις οὐκ ἔστιν, εἰ γένεσίς ἐστι, πίστις οὐκ ἔστιν, εἰ γένεσίς ἐστι, θεὸς οὐκ ἔστιν, εἰ γένεσίς ἐστιν, οὐκ ἔστιν ἀρετὴ, οὐκ ἔστι κακία· εἰ γένεσίς ἐστι, πάντα μάτην, πάντα εἰκῇ καὶ ποιοῦμεν, καὶ πάσχομεν. οὐκ ἔστιν ἔπαινος, οὐκ ἔστι ψόγος, οὐκ ἔστιν αἰδὼς, οὐκ ἔστιν αἰσχύνη, οὐκ εἰσὶ νόμοι, οὐκ εἰσὶ δικαστήρια. πόθεν οὖν ὁ δεῖνα πλουτεῖ φησι, πόθεν ἕτερος πένεται; μάλιστα μὲν εἰ καὶ τοὺς λόγους ἀγνοοῦμεν, ἔδει μένειν ἐπὶ τῆς ἀγνοίας, ἀλλὰ μὴ ἕτερον δόγμα πονηρὸν ἀναλαμβάνειν. βέλτιον γὰρ ἀγνοεῖν καλῶς, ἢ
C εἰδέναι κακῶς. τὸ μὲν γὰρ οὐκ ἔχει κατηγορίαν, τὸ δὲ ἀπεστέρηται συγγνώμης. πλὴν ἀλλὰ καὶ νῦν δῆλον ἡμῖν γέγονε διὰ τὴν τοῦ θεοῦ χάριν, πόθεν ὁ μὲν πλουτεῖ, ὁ δὲ πένεται. ἢ γὰρ πατρῷον παραλαβὼν κλῆρον, ἢ ἐμπορίᾳ καὶ καπηλείᾳ χρησάμενος, ἢ τὰ ἑτέρων ἁρπάσας, καὶ βιασάμενος, ἢ γάμῳ χρησάμενος εὐπόρῳ, ἢ γεωργίᾳ, ἢ τέχνῃ, ἢ ἑτέρῳ τινὶ τοιούτῳ. καὶ πολλοὶ τοῦ πλουτεῖν τρόποι, οἱ μὲν δίκαιοι, οἱ δὲ ἄδικοι· οὕτω δὴ καὶ τοῦ πένεσθαι. ἢ γὰρ ἐπηρεασθεὶς, ἢ συκοφαντηθεὶς, ἢ πλεονεκτηθεὶς, ἢ καταφαγὼν, ἢ ἀργίᾳ συζῶν, ἢ ἀνοίᾳ, ἢ ἑτέρῳ τινὶ τρόπῳ· πολλοὶ γὰρ τοῦ γενέσθαι πένητα
D τρόποι· καὶ τίνος ἕνεκεν, φησὶν, ὁ δεῖνα πόρνας τρέφων, καὶ παρασίτους καὶ κόλακας, καὶ τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπηρεάζων πράγμασι, καὶ τὸν ὑγρὸν τοῦτον καὶ διαλελυμένον βίον ζῶν, καθάπερ ἐκ πηγῶν ἐπιῤῥέοντα ἔχει τὰ χρήματα· ἕτερος ἐπιεικείᾳ καὶ σωφροσύνῃ, καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ ταῖς ἄλλαις συζῶν ἀρεταῖς, οὐδὲ τῆς ἀναγκαίας εὐπορεῖ τροφῆς· ὅτι ὁ μὲν ἐστὶ καλὸς καὶ τὸν ἐπίπονον τῆς ἀρετῆς αἱρεῖται βίον, ὁ δὲ κακὸς καὶ τὴν διαῤῥέουσαν καὶ διαλελυμένην ἀνεδέξατο τῆς κακίας ὁδόν; τίνος οὖν ἕνεκεν ὁ μὲν κακὸς πλουτεῖ, πένεται δὲ ὁ ἀγαθός;
E ἵνα καὶ οὗτος μείζονα λάβῃ τὸν στέφανον, ἂν ὑπομείνῃ, καὶ τὴν καρτερίαν ἐνέγκῃ, κἀκεῖνος μείζω τὴν κόλασιν καὶ τὴν τιμωρίαν, ἂν μὴ μεταβάληται, καὶ γένηται βελτίων, καὶ τὸν δεσπότην ἐπιγνῷ τὸν ἑαυτοῦ. αἱ γὰρ ἀνέσεις αἱ παρὰ τοῦ θεοῦ διδόμεναι, μένοντας κακοὺς μᾶλλον βαροῦσι· καὶ ἡ ἀφθονία ἡ παρ' αὐτοῦ τοῖς μὴ χρωμένοις εἰς δέον αὐτῇ, προσθήκη γίνεται κατηγορίας. οὕτως οὖν αἱ θλίψεις καὶ αἱ στενοχωρίαι ἀγαθῶν, προσθήκη στεφάνων, κἂν παραπέσωσι. ἔστι μετρία γοῦν τις συγγνώμη· οὐ γὰρ ἁπλῶς τὰ ἁμαρτήματα κρίνεται· ἀλλ' ἑτέρως ὁ πλου-

σιος, ἑτέρως ὁ πένης· ὁ μὲν μετὰ συγγνώμης, ὁ δὲ χωρὶς συγγνώμης. οἷον, ἔστω κλέπτης καὶ φιλότιμος, πλούσιος καὶ πένης, ὁ μὲν εἰ καὶ ψυχρὰν, ἀλλ' ὅμως ἔχει τινὰ καταφυγὴν, τὴν ἀπὸ τῆς πενίας ἀνάγκην, ὁ δὲ οὐδὲ μίαν εὐπρόσωπον ἢ εὔλογον ἔχει καταφυγήν· ὥστε ὅσον ἐλαττοῦται ὁ πένης κατὰ τὸν παρόντα βίον, τοσοῦτον πλεονεκτεῖ κατὰ τὸν μέλλοντα ἐν κατορθώμασι, καὶ ὁ πλούσιος ἐν ἁμαρτήμασι. μὴ τοίνυν νομίσῃς ἀδικεῖσθαι τὸν πένητα, μηδὲ πλέον ἔχειν τὸν πλούσιον. καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν κακῶν, ὅσοι περ ἂν ἐνταῦθα δῶσι δίκην, ἢ τὸ πᾶν ἀπενίψαντο, ἢ ἐλάττονα διδόασιν ἐκεῖ τιμωρίαν, ὡς ἐνταῦθα μεγάλων κακοπαθειῶν δίκην ὑποστάντες· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἀγαθῶν, οἱ μὲν ἐνταῦθα ἀπολαύοντες τιμῆς, καὶ μένοντες πονηροὶ, ἐφόδιον κολάσεως ἔχουσι τὴν τιμήν. ὅρα γοῦν ὁ θεὸς πῶς πανταχοῦ τοῖς κακοῖς τὰς ἐνταῦθα ὀνειδίζει τιμάς· ἔδωκά σοι πάντα τὰ τοῦ κυρίου σου· καὶ πάλιν, τοῖς ἱερεῦσιν ἐπὶ τοῦ Ηλι τὴν τιμήν. καὶ ἀλλαχοῦ, ἔδωκα ὑμῖν ἐκ τῶν νεανίσκων ὑμῶν εἰς προφήτας, καὶ ἐκ τῶν υἱῶν ὑμῶν εἰς ἁγιασμόν· καὶ τὰ ἐπὶ τῆς ἐρήμου, πανταχοῦ περιίστησιν. ὥστε ὅταν ἴδῃς τὸν πλουτοῦντα ἀδικοῦντα, πλεονεκτοῦντα, ἁρπάζοντα, διὰ τοῦτο μάλιστα αὐτὸν στέναξον, ἐπειδὴ πλούσιος ὢν ταῦτα ποιεῖ, μείζονα γὰρ δίδωσι τιμωρίαν. ὅταν ἴδῃς πένητα, πολλὴν τοῦ δικαίου ποιούμενον πρόνοιαν, διὰ τοῦτο μάλιστα αὐτὸν θαύμασον, ὅτι μετὰ πενίας τοιοῦτός ἐστιν. ἂν ταῦτα ᾖ παρὰ σοὶ διηκριβωμένα, οὐδέποτε ἐπὶ τοῖς γενομένοις ταραχθήσῃ πράγμασιν, ἂν πρὸς τὰ μέλλοντα βλέπῃς, ἂν μηδὲν εἶναι νομίσῃς τὰ παρόντα, ἂν ἐκεῖνα ἐλπίσῃς ἀεὶ, ἂν τούτων σαυτὸν ἀποστήσῃς. γένοιτο δὲ πάντων ἡμᾶς τῶν ἀγαθῶν ἐπιτυχεῖν, χάριτι Χριστοῦ, ἀμήν.

A dives, alio pauper: hic cum venia, ille sine venia. Exempli causa sit fur & ambitiosus, tum dives, tum pauper: hic quamvis frigidum, habet tamen aliquod perfugium paupertatis necessitatem; ille vero nullum habet probabile perfugium. Itaque quanto inferior est pauper in præsenti vita, tanto superior est in futura quoad bona opera, dives vero quantum ad delicta. Ne itaque putes vel injuriam pati pauperem, vel præstare divitem. Quemadmodum in malis, qui pœnas hic persolvunt, vel totum abluerunt, vel minores illic pœnas dabunt, utpote qui hic magnas calamitates sustinuerint. Sic & in B bonis, qui hic honoribus fruuntur, & in nequitia perseverant, honorem ceu viaticum habent ad supplicium. Vide igitur quomodo Deus malis istos honores exprobret: *Dedi tibi*, inquit, *omnia, quæ Domini tui*. Et rursus Sacerdotibus tempore Heli, honorem: & alibi: *Dedi vobis ex adolescentulis vestris in prophetas, & ex filiis vestris in sanctificationem*. Et ea quæ in solitudine facta sunt, ubique proponit. Itaque quando videris divitem, injuriosum, ambitiosum, raptorem, ideo illum maxime deplora, quia dives cum sit, hæc facit, majores enim pœnas dabit. Cum vi- C deris pauperem, multam justitiæ curam habere, ideo maxime illum admirare, quod cum paupertate talis sit. Si hæc apud te accurate constituta maneant, numquam de rebus quæ geruntur turbaberis: si in futura respicias, si præsentia nihil esse putaveris, si illa semper speraveris, si ab his te semper segregaveris. Utinam nos bona omnia consequamur, gratiâ Christi, amen.

2. Reg. 12. 8. — 1. Reg. 2. 28. — Amos 2. 11.

ΠΕΡΙ ΕΙΜΑΡΜΕΝΗΣ Η ΚΑΤΑ γαστριμαργίας.

ΛΟΓΟΣ ϛ'.

ΦΑΓΩΜΕΝ καὶ πίωμεν, αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν, ἐπὶ τῶν προφητῶν ἦσαν πολλοὶ παρὰ Ιουδαίοις λέγοντες· ἀλλὰ τὸ μὲν Ιουδαίους ταῦτα λέγειν, ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία, καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν, θαυμαστὸν οὐδὲν, τὸ δὲ μετὰ τὴν χάριν, καὶ τὴν τῶν παρόντων ὑπεροψίαν πραγμάτων, καὶ τὴν τοσαύτην τελειότητα καὶ ἀκρίβειαν, εἶναί τινας ἔτι καὶ νῦν, εἰ καὶ μὴ τοῖς ῥήμασι λέγοντας, διὰ δὲ τῶν ἔργων τὸ αὐτὸ τοῦτο βοῶντας, πόσης ἂν εἴη κατηγορίας ἄξιον; καὶ γάρ εἰσιν, εἰσὶν ὄντως, οἱ διὰ τοῦτο νομίζοντες εἰς τόνδε παρῆχθαι τὸν βίον, ἵνα τρυφήσαντες, καὶ τὴν γαστέρα διαρρήξαντες, καὶ τὸ σῶμα πιάναντες, οὕτως ἀπέλθωσι, δαψιλεστέραν τῷ σκώληκι παρασκευάζοντες τράπεζαν τὴν ἐξ οἰκείων σαρκῶν. καὶ εἴθε τοῦτο μόνον ἦν τὸ δεινὸν, ὅτι μάτην καὶ εἰκῇ καὶ εἰς οὐδὲν δέον τὰ παρόντα ἀνήλισκον· καίτοι καὶ τοῦτο χωρὶς ἐγκλημάτων οὐκ ἔστιν, οὐδὲ κατηγορίας· ὅταν γὰρ τὰ πρὸς τροφὴν σώματος παρὰ τοῦ θεοῦ δοθέντα ἡμῖν χρήματα, καὶ εἰς ἐπικουρίαν τῶν δεομένων, εἰς ἀκολασίαν καὶ ὕβριν καὶ τὴν ἐσχάτην ῥᾳθυμίαν

DE FATO SIVE CONTRA ingluviem.

ORATIO VI.

D *Comedamus & bibamus, cras enim moriemur*, Prophetarum tempore multi apud Judæos dicebant: sed Judæos hoc dicere, *quorum Deus venter est, & gloria in confusione eorum*, nihil mirum; quod autem post gratiam, post præsentium rerum despectum, post tantam perfectionem diligentiamque susceptam, quidam adhuc sint, qui etsi hæc verba quidem non proferant, idem ipsum operibus clament, quanta illud criminatione dignum est? Sunt enim, sunt revera, qui se putent ideo in hanc inductos vitam, ut deliciis diffluentes, ventrem disrumpentes, corpusque E impinguantes, sic abeant, lautas vermibus propriarum carnium epulas parantes. Atque utinam id unum esset mali, quod frustra & in cassum præsentia insumerent: tametsi & hoc quoque non reprehensione & culpa vacet. Quando enim pecunias a Deo nobis ad corporis alimentum, & ad egenorum subsidium datas, in luxuriam, contumeliam, & extremam socordiam

Hesai. 22. 13. — Philip. 3. 19.

insumimus, hujusmodi nequissima impensa non a supplicio immunis erit, sed omnino rationem reddemus: quodque de quinque talentis, de duobus & de uno dictum est, de divitiis deque aliis omnibus est dicendum. Ut itaque dicebam, si temere & in cassum vixerimus, non a ratione reddenda immunis erit talis agendi ratio: nunc etiam præter illud, alia quoque ultio aderit. Nam qui in deliciis vivit & ebrietati indulget, qui parasitos & adulatores alit, qui cibo potuque disrumpitur, sæpe velit nolit peccare necesse est, & quo tempore in præsenti loco versatur, & quando ad alium transmigravit. Quemadmodum enim navis, cum majorem, quam ferre possit, mercium copiam accipit, ob oneris gravitatem demergitur; sic & anima, & corporis nostri natura, plura quam ferre possit alimenta recipiens, deprimitur, & onus injectum non ferens, in perniciei pelagus demergitur, & gubernatorem & nautas, & proræ ductorem, & vectores ipsamque sarcinam simul perdit. Quemadmodum igitur in hujusmodi navibus, non tranquillitas maris, non scientia gubernatoris, non nautarum multitudo, non apparatûs commoditas, non anni tempestas, non aliud quidpiam, sic agitatam juvat navim; sic contingit in delicate viventibus, non ratiociniorum copia, non doctrina & adhortatio, non admonitiones & consilia, non aliud quidpiam, non timor futurorum, non pudor, non præsentium accusatio, non aliud quidvis potest sic agitatam animam servare. Sed immoderatio omnia superat, quæ hac ægritudine laborantem velit nolit deprimit ac demergit, naufragiumque parat, unde sese reducere difficile est. Neque ad res futuras & ad rationes ibi reddendas tantum, sed etiam ad præsentem vitam hujusmodi homo inutilis redditur, nec ad quidpiam idoneus est, sed ubique deridendus, tum in civilibus, tum in propriis negotiis. Etsi aliquid quod urgeat sit agendum, non providendi, non administrandi facultatem habere deprehendetur: inimicis omnibus captu facilis, amicis omnibus & propinquis inutilis. Neque solum in periculis & calamitatibus facile damnum accipiet, neque in rebus pacatis & tranquillis tantum intolerabilis erit; sed etiam in rebus asperis, ob moderationis penuriam, ad singula quæ accident inutilis erit. Illic enim, in ærumnis dico, ignavia, imbecillitas, metus ingens, consilii penuria occupabit illum; hic vero audacia, socordia, lascivia, immoderatio, superbia, arrogantia, magis quam superiora intractabilem facit omnibus. Neque enim hujusmodi hominum corpora tantum deformia sunt, mollia, diffluentia, tetro odore undique plena efficiuntur; sed etiam anima corpore longe deformior est, majoribus, quam illud morbis ex deliciis affecta. Quemadmodum enim corpus non excrementa modo naturalia emittit; sed

Crapulæ malum.

A καταναλώσωμεν, οὐκ ἀνεύθυνος ἡμῖν ἔσται ἡ κακίστη αὕτη δαπάνη, ἀλλὰ πάντως δώσομεν λόγον, καὶ τὸ περὶ τῶν πέντε ταλάντων, καὶ δύο, καὶ ἑνὸς εἰρημένον, καὶ ἐπὶ χρημάτων, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐστὶν εἰπεῖν. ὅπερ οὖν ἔλεγον, ὅτι μάλιστα μὲν εἰ καὶ εἰκῇ καὶ μάτην παραγεγόναμεν, οὐδὲ οὕτως ἀνεύθυνος ἡμῖν ἦν ἡ τοιαύτη πρᾶξις· νῦν δὲ χωρὶς τούτου καὶ ἑτέρα κείσεται δίκη. τὸν γὰρ τρυφῇ συζῶντα καὶ μελετῶντα μέθην, καὶ παρασίτους τρέφοντα καὶ κόλακας, κρεωφαγίᾳ τε καὶ οἰνοποσίᾳ διαρρηγνύμενον, πολλάκις καὶ ἄκοντα καὶ ἑκόντα ἀνάγκη ἁμαρτάνειν, [a] καὶ παρὰ τὸν τοῦ παρόντος τόπου καιρὸν, καὶ μετὰ τὴν ἐκεῖθεν ἀναχώρησιν. καθάπερ γὰρ πλοῖον, μείζω τῆς οἰκείας συμμετρίας τὸ πλῆθος τῶν ἀγωγίμων δεξάμενον, τῷ μεγέθει τοῦ φόρτου βαρυνόμενον ὑποβρύχιον γίγνεται, οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ καὶ τοῦ σώματος ἡμῶν B ἡ φύσις, πλείονα τῆς οἰκείας δυνάμεως δεξαμένη τὰ σιτία, ὑπέραντλος γίγνεται, καὶ τὸ βάρος οὐ στέγουσα τῶν ἐπιβληθέντων, εἰς τὸ τῆς ἀπωλείας καταποντίζεται πέλαγος, καὶ κυβερνήτην, καὶ ναύτας καὶ πρῳρέα καὶ ἐπιβάτας, καὶ αὐτὸν τὸν φόρτον μετὰ πάντων προσαπολλύει· καθάπερ οὖν ἐπὶ τῶν οὕτω διακειμένων πλοίων, οὐ γαλήνη θαλάσσης, οὐκ ἐπιστήμη κυβερνήτου, οὐ ναυτῶν πλῆθος, οὐ κατασκευῆς ἐπιτηδειότης, οὐχ ὥρα ἔτους εὔκαιρος, οὐκ ἄλλο οὐδὲν τὴν οὕτω χειμαζομένην ὀνίνησι ναῦν· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν τρυφόντων γίνεται, οὐ λογισμῶν πλῆθος, οὐ διδασκαλία καὶ παραίνεσις, οὐ νουθεσίαι καὶ C συμβουλίαι, οὐκ ἄλλο οὐδὲν, οὐ φόβος τῶν μελλόντων, οὐκ αἰδὼς, οὐ κατηγορία τῶν παρόντων, οὐκ ἄλλο οὐδὲν διασῶσαι δύναται τὴν οὕτω χειμαζομένην ψυχήν. ἀλλ' ἐπικρατεῖ πάντων ἡ ἀμετρία, καὶ ἄκοντα καὶ ἑκόντα λοιπὸν ὑποβρύχιον τὸν τὰ τοιαῦτα νοσοῦντα καταφέρουσα, καὶ ναυάγιον ἐργαζομένη χαλεπὸν, ὅθεν οὐδὲ ἀνενεγκεῖν ῥᾴδιον. καὶ οὐδὲ πρὸς τὰ μέλλοντα καὶ τὰς εὐθύνας τὰς ἐκεῖ, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν παροῦσαν ζωὴν ὁ τοιοῦτος ἄχρηστος γίγνεται, καὶ πρὸς οὐδὲν ἐπιτήδειος, ἀλλὰ πανταχοῦ καταγέλαστος, ἔντε πολιτικοῖς, ἔντε ἰδιωτικοῖς πράγμασι. κἂν δέοι τι πραχθῆναι τῶν κατεπει- D γόντων, οὐδὲν προνοητικὸν, οὐδὲν οἰκονομικὸν ἔχων εὑρεθήσεται, πᾶσιν εὐχείρωτος ὢν τοῖς ἐχθροῖς, πᾶσιν ἄχρηστος τοῖς φίλοις καὶ τοῖς προσήκουσιν. οὐκ ἐν κινδύνοις καὶ περιστάσεσιν εὐεπηρέαστος μόνον ὁ τοιοῦτος, οὐκ ἐν γαλήνῃ καὶ ἀδείᾳ ἀφόρητος, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς δυσκολίαις ὑπὸ τῆς ἀμετρίας ἑκάστῳ τῶν προσπιπτόντων ἔσται ἄχρηστος. ἐκεῖ μὲν γὰρ αὐτὸν, ἐν ταῖς δυσημερίαις λέγω, δειλία καὶ ἀνανδρία, καὶ φόβος ἄμετρος, καὶ ἀβουλία πολλὴ καθέξει· ἐνταῦθα δὲ θράσος καὶ ῥᾳθυμία, καὶ ἀκολασία, ἀμετρία, καὶ τῦφος, καὶ ἀλαζονεία, τῶν προτέρων μᾶλλον δυσχερέστερον παρὰ πᾶσι ποιεῖ· E οὐ γὰρ δὴ μόνον τὰ σώματα τῶν οὕτω διακειμένων, καὶ ἀειδῆ καὶ πλαδαρὰ καὶ διάβροχα, καὶ δυσωδίας ἀφορήτου πάντοθεν ἔμπλεα γίγνεται, ἀλλὰ καὶ ἡ ψυχὴ πολὺ τοῦ σώματός ἐστιν ἀειδεστέρα, πολλῷ μείζονα ἐκείνου νοσήματα δεξαμένη παρὰ τῆς τρυφῆς. καθάπερ γὰρ τὸ σῶμα οὐ τὰ κατὰ φύσιν περιττώματα προΐεται μόνον, ἀλλὰ

a Colb. καὶ παρὰ τὸν τοῦ τόπου καιρόν.

Angelorum amplitudinem facile superat: id quod illi, cum probe intelligant, omnes fere apud Prophetas, cum laudes, & cultum Domino afferunt, summo cernuntur timore correpti; dum ora pedesque præ veneratione tegunt: dum volatu, motuque assiduo, summum metum præ se ferunt. Quinetiam nos, ut opinor, monent, ut precandi tempore humanæ naturæ obliviscamur, atque veneratione ac timore perculsi, nihil ante oculos positum aspiciamus: sed in medio Angelorum choro nos esse, & eumdem, quem illi cultum Deo nos persolvere arbitremur. Etenim cætera illorum omnia, & nostra, ut natura, vivendi ratio, sapientia, & quidquid dixerit quispiam, longo intervallo inter se distant: precationis autem officium est hominibus commune cum Angelis, neque est aliquid, quod sit intermedium in iis, quæ ad precandum pertinent. Hac segregaris a pecudibus: hæc te Angelis jungit: hac brevi sane illorum reipublicæ, illorum vitæ, vivendique rationi, dignitati, nobilitati, sapientiæ, intelligentiæ adjungetur, qui omnem sibi vitam in precibus ac Dei cultu ponendum putabit. Quid enim sanctius iis sit, qui Dei consuetudine perfruuntur? Quid justius, ornatius, sapientius? Nam si ii, qui sapientibus hominibus familiariter utuntur, ex assidua consuetudine, illorum prudentiæ participes celeriter fiunt; quid de iis dicendum est, qui cum Deo ipso colloquuntur, & ipsum precantur? Quanta sapientia, quanta virtute, prudentia, probitate, moderatione replet ipsos oratio, & obsecratio? Itaque non sane is aberret, qui omnis virtutis, justitiæque matrem esse precationem affirmet; neque posse eorum aliquid, quæ ad pietatem conducunt, precatione, & obsecratione nudum animum penetrare. Verum ut urbs mœnibus minime septa, facile in hostium potestatem venerit: quod ita nemo illos propulsare possit; sic precatione animum non communitum facile diabolus in suam redigit potestatem, facileque contaminat omnium turpitudine flagitiorum. Primum enim cum animam precibus viderit circumseptam, veritus robur ac vim, quam preces illi suppeditant; quæ animum magis alunt, quam cibus corpora, propius non audet accedere: deinde, qui omni animi cura preces adhibent, non patiuntur aliquid precatione indignum in se admittere, sed Deum veriti, quicum modo colloquuti sunt, omnes repente improbi hostis conatus repellunt; cum secum ipsi cogitent, quanti sceleris sit, eum, qui nuper & Dei colloquio fruebatur, & pro temperantia & sanctitate impetranda illum obsecrabat, ad diabolum repente transfugere, & obscœnas voluptates in animo recipere, inque mentem, quam Deus nuper invisit, aditum diabolo patefacere; dæmonesque admittere in animum, quem Spiritus sancti gratia benignitate summa, ac providentia decoraverit. Id vero qua ratione fiat, accipe. Fieri nullo

A καὶ τὴν τῶν ἀγγέλων ὑπεραίρει μεγαλοπρέπειαν. ὃ καλῶς ἐκεῖνοι ἐπιστάμενοι, πάντες φαίνονταί που παρὰ προφήταις σὺν πολλῷ τῷ φόβῳ τοὺς ὕμνους, καὶ τὰς λατρείας τῷ δεσπότῃ προσάγοντες, καλύπτοντες μὲν καὶ πρόσωπα, καὶ τοὺς πόδας ὑπὸ πολλῆς εὐλαβείας, τῇ δὲ πτήσει, καὶ τῷ μὴ δύνασθαι μένειν ἐν ἡσυχίᾳ, τὸν πολὺν ἐνδεικνύμενοι φόβον· παιδεύοντες, οἶμαι, καὶ ἡμᾶς ἐπιλανθάνεσθαι μὲν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐν καιρῷ προσευχῆς, τῇ δὲ προθυμίᾳ, καὶ τῷ φόβῳ συνεχομένους, μηδὲν τῶν παρόντων ὁρᾶν, ἀλλ' ἐν μέσῳ τῶν ἀγγέλων ἑστάναι νομίζειν, καὶ τὴν αὐτὴν ἐκείνοις λατρείαν ἐπιτελεῖν. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα πάντα πολὺ κεχωρισμένα τά τε ἐκείνων B καὶ τὰ ἡμέτερα, καὶ φύσις, καὶ δίαιτα, καὶ σοφία, καὶ σύνεσις ὃ καὶ πᾶν, τι ἂν εἴπῃ τις· προσευχῆς δὲ κοινὸν ἔργον ἀγγέλων ὁμοῦ καὶ ἀνθρώπων· καὶ οὐκ ἔστι μέσον οὐδὲν ἑκατέρας φύσεως, τά γε εἰς προσευχήν. αὕτη σε χωρίζει τῶν ἀλόγων, αὕτη συνάπτει τοῖς ἀγγέλοις· ταχέως δέ τις εἰς τὴν ἐκείνων μεταστήσεται πολιτείαν, καὶ βίον, καὶ δίαιταν, καὶ τιμὴν, καὶ εὐγένειαν, καὶ σοφίαν, καὶ σύνεσιν, πάντα τὸν βίον ἐν προσευχαῖς, καὶ τῇ τοῦ θεοῦ λατρείᾳ σπουδάζων ἐσχολακέναι. τί γὰρ ἂν ὁσιώτερον γένοιτο τῶν ὁμιλούντων θεῷ; τί δὲ δικαιότερον; τί δὲ κοσμιώτερον; τί δὲ σοφώτερον; εἰ γὰρ οἱ σοφοῖς ἀνδράσι λαλοῦντες, ὑπὸ τῆς συνεχοῦς ὁμιλίας εἰς C ὁμοιότητα τῆς ἐκείνων φρονήσεως καθίστανται ταχέως· τί προσήκει λέγειν περὶ τῶν λαλούντων θεῷ, καὶ προσευχομένων; ὅσης μὲν σοφίας, ὅσης δὲ ἀρετῆς, καὶ συνέσεως, καὶ καλοκἀγαθίας, καὶ σωφροσύνης, καὶ τρόπων ἐπιεικείας ἀναπίμπλησιν αὐτοὺς ἡ προσευχὴ, καὶ ἡ δέησις. ὥστε οὐκ ἂν τις ἁμάρτοι, πάσης ἀρετῆς καὶ δικαιοσύνης ἀφορμὴν εἶναι τὴν προσευχὴν ἀποφαινόμενος, καὶ μηδὲν δύνασθαι τῶν συντελούντων εἰς εὐσέβειαν εἰσελθεῖν εἰς ψυχὴν, προσευχῆς καὶ δεήσεως ἔρημον. ἀλλ' ὥσπερ ἀτείχιστος πόλις ῥᾳδίως ἂν ὑπὸ τοῖς πολεμίοις γένοιτο, κατὰ πολλὴν [a] τοῦ κωλύσοντος ἐρημίαν· οὕτω δὴ καὶ ψυχὴν μὴ τετειχισμένην προσευχαῖς, ῥᾳδίως ὁ διάβολος ὑφ' ἑαυτὸν ποιεῖται, καὶ πάσης ἁμαρτίας εὐχερῶς ἀναπίμ- D πλησιν. πρῶτον μὲν γὰρ ὅταν ἴδῃ ψυχὴν πεφραγμένην προσευχαῖς, οὐ τολμᾷ γενέσθαι πλησίον, δεδοικὼς τὴν ἰσχὺν καὶ τὴν δύναμιν, ἣν αἱ προσευχαὶ παρέχουσι, μᾶλλον τρέφουσαι τὴν ψυχὴν, ἢ τὰ σώματα σῖτος· ἔπειτα οἱ προσευχόμενοι σπουδαίως, οὐχ ὑπομένουσιν οὐδὲν παθεῖν τῆς προσευχῆς ἀνάξιον, ἀλλ' αἰσχυνόμενοι τὸν θεὸν, ᾧ διελέχθησαν ἄρτι, πᾶσαν ἀπωθοῦνται ταχέως τοῦ πονηροῦ μηχανὴν, ἐνθυμούμενοι παρ' ἑαυτοῖς, ὅσον ἐστὶ κακὸν, ἄρτι τῷ θεῷ λαλήσαντα, καὶ δεηθέντα περὶ σωφροσύνης καὶ ὁσιότητος, εὐθὺς ἐπὶ τὸν διάβολον μεταστῆναι, καὶ παραδέξασθαι τῇ ψυχῇ τὰς αἰσχρὰς ἡδονὰς, καὶ E δοῦναι τῷ διαβόλῳ πάροδον ἐπὶ τὴν διάνοιαν, ἣν ἄρτι θεὸς ἐπεσκέψατο, καὶ συγχωρῆσαι τοῖς δαίμοσιν ἐμβατεύειν εἰς ψυχὰς, ἐν αἷς ἡ τοῦ πνεύματος χάρις πολλὴν ἐπεδείξατο φιλανθρωπίαν καὶ πρόνοιαν. καὶ ὅπως, ἄκουσον. ἀμήχανον ἀνθρώπῳ δυνηθῆναι θείαν ἐνεγκεῖν

[a] Colb. τοῦ κατέχοντος. Paulopost Colbert. ὑφ' ἑαυτῷ. Edit. ὑφ' αὐτῷ.

ὁμιλίαν

ὁμιλίαν ἄνευ τῆς ἐνεργείας τοῦ πνεύματος· ἀλλὰ δεῖ ταύτης παρούσης, καὶ συνεφαπτομένης τῶν ἁγίων ἀγώνων, οὕτως εἰσελθεῖν, καὶ κάμψαι γόνατα, καὶ δεηθῆναι, καὶ προσεύξασθαι. ἐπεὶ γὰρ κρεῖττον ἢ κατὰ ἄνθρωπον λαλῆσαι θεῷ, δεῖ τὴν χάριν τοῦ πνεύματος ἐλθοῦσαν εἰς ἡμᾶς ἐπιρρῶσαι, καὶ θαρρῦναι, καὶ διδάξαι τῆς τιμῆς τὸ μέγεθος. ὅταν οὖν μάθῃς ὅτι καὶ θεῷ λαλεῖς, καὶ πνεύματος ἐνέργειαν ἐδέξω, διαλέγεσθαι μέλλων, οὐδεμίαν δώσεις τῷ διαβόλῳ πάροδον ἐπὶ τὴν ψυχὴν τὴν ἡγιασμένην ὑπὸ τοῦ πνεύματος. ὥσπερ γὰρ οἱ βασιλεῖ διαλεχθέντες, καὶ λόγων ἡμέρων, καὶ τιμῆς ἀπολαύσαντες, οὐκ ἀξιοῦσιν ἐλθεῖν εἰς ὁμιλίαν τῶν προσαιτῶν, καὶ ἀπερριμμένων· οὕτως ὁ θεῷ λαλήσας, καὶ προσευξάμενος, οὐκ ἂν ἀξιώσειε τοῦ πονηροῦ καὶ ἀσεβοῦς ὁμιλίαν παραδέξασθαι. καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς ὁ δουλεύων ἡδοναῖς, δαίμοσιν ὁμιλεῖ, καὶ τὴν ἐκείνων μανίαν ἐζήλωσεν· [a] ὥσπερ ὁ σωφρονῶν, καὶ δικαιοσύνην ἀσκῶν ἀγγέλοις συνδιαιτᾶται, καὶ τὴν ἐκείνων ζηλοῖ μεγαλοπρέπειαν. δοκεῖ δέ μοι τις ἂν εἰπὼν, ὅτι νεῦρα τῆς ψυχῆς εἰσιν αἱ προσευχαὶ, τἀληθὲς εἰπεῖν· ὥσπερ γὰρ, οἶμαι, τὸ σῶμα διὰ τῶν νεύρων συνέχεται, καὶ τρέχει, καὶ ἵσταται, καὶ ζῇ, καὶ πέπηγεν· ἂν δὲ ταῦτά τις ἐκτέμῃ, πᾶσαν τὴν ἁρμονίαν διαλύει τοῦ σώματος· οὕτως αἱ ψυχαὶ διὰ τῶν ἁγίων προσευχῶν ἁρμόζονται, καὶ συνεστήκασι, καὶ τὸν δρόμον τῆς εὐσεβείας τρέχουσιν εὐκόλως. ἂν δὲ τῆς προσευχῆς ἀποστερήσῃς σαυτὸν, ταὐτὸν ποιήσεις, ὥσπερ ἂν εἰ τὸν ἰχθὺν ἐκ τοῦ ὕδατος ἐξήγαγες· ὥσπερ γὰρ ἐκείνῳ ζωὴ τὸ ὕδωρ, οὕτω σοι προσευχή. διὰ ταύτης ἔστιν, ὥσπερ δι' ὕδατος, ἀναπτῆναι, καὶ τοὺς οὐρανοὺς ὑπερβῆναι, καὶ τοῦ θεοῦ γενέσθαι πλησίον. ἱκανὰ μὲν οὖν καὶ τὰ ῥηθέντα, δεῖξαι τὴν ἰσχὺν τῆς ἁγίας προσευχῆς. βέλτιον δὲ ἴσως ἐπὶ τὰς θείας ἐλθόντα γραφὰς, ἐκ τῶν ἀποφάσεων τοῦ Χριστοῦ μαθεῖν τὸν πλοῦτον, ὃν αἱ προσευχαὶ θησαυροὶ ὄντες τοῖς βουλομένοις ἐν αὐταῖς πάντα τὸν βίον σχολάζειν. ἔλεγεν δὲ, φησὶ, καὶ παραβολὴν αὐτοῖς, πρὸς τὸ δεῖν πάντοτε προσεύχεσθαι. κριτής τις ἦν ἔν τινι πόλει, τὸν θεὸν μὴ φοβούμενος, καὶ ἄνθρωπον μὴ ἐντρεπόμενος. χήρα δὲ ἦν ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ, καὶ ἤρχετο πρὸς αὐτὸν λέγουσα, ἐκδίκησόν με ἀπὸ τοῦ ἀντιδίκου μου· καὶ οὐκ ἤθελεν ἐπὶ χρόνον. μετὰ δὲ ταῦτα εἶπεν ἐν ἑαυτῷ· εἰ καὶ τὸν θεὸν οὐ φοβοῦμαι, καὶ ἄνθρωπον οὐκ ἐντρέπομαι, διά γε τὸ παρέχειν μοι κόπον τὴν χήραν ταύτην, ἐκδικήσω αὐτὴν, ἵνα μὴ εἰς τέλος ἐρχομένη ὑπωπιάζῃ με. εἶπε δὲ ὁ κύριος, ἀκούσατε τί ὁ κριτὴς τῆς ἀδικίας λέγει. ὁ δὲ θεὸς οὐ μὴ ποιήσῃ τὴν ἐκδίκησιν τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ, τῶν βοώντων πρὸς αὐτὸν ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καὶ μακροθυμεῖ ἐπ' αὐτοῖς; λέγω ὑμῖν, ὅτι ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν αὐτῶν ἐν τάχει. μάθωμεν, ἀδελφοὶ, τὴν κεκρυμμένην σοφίαν ἐν τοῖς λόγοις τοῦ πνεύματος, διερευνώμενοι κατὰ δύναμιν ἡμετέραν, οὐχ ὅσον ἐστὶν, ἀλλ' ὅσον ἡμῖν ἐφικτόν. οἱ μὲν ἐν τῇ θαλάττῃ ποιούμενοι τὸν βίον, ἐπ' αὐτῶν

A modo potest, ut homo sine divini Spiritus ope divinam ferat consuetudinem; verum oportet hac præsente, & sanctos conatus prosequente, rem aggredi, genua flectere, obsecrare, precari. Cum enim res humanas longe superet divinus congressus; ingrediente in nos Spiritus sancti gratia, confirmemur, corroboremur, honoris magnitudinem doceamur, necesse est. Itaque cum tibi esse cum Deo sermonem intellexeris, teque precantem sancti Spiritus opem excipere; omnes aditus diabolo in animum jam a spiritu sanctificatum intercludes. Ut B enim qui sunt cum rege colloquuti, & illius humanitatis, facilitatis, honoris fructum ceperunt, a mendicorum abjectorumque hominum congressu abhorrent; ita qui Deum alloquutus precatusque est, adduci non facile poterit, ut improbum dæmonem & impium in suam recipiat necessitudinem. Etenim qui se voluptatibus mancipat, is re vera dæmonibus familiariter utitur, eorumque insaniam æmulatur: ut contra is, qui temperantiam & justitiam colit, Angelis familiaris efficitur, & eorum amplitudinem æmulatur. Quod si quis animi nervos preces appellaverit, mihi profecto vere dicere videatur. Etenim ut corpus, C opinor, nervorum beneficio constat, currit, stat, vivit, compactumque est; iisque incisis, omnes corporis numeri dissolvuntur; sic animi per sanctas preces & conglutinantur, & constant, cursumque habent pietatis facilem ac secundum. Quod si te ipsum precatione spoliaveris, perinde feceris, ac si piscem ex aquis extraxeris. Ut enim hic aqua vivit, sic tu precationibus: per has tamquam per aquam evolare, orbes cælestes superare, ad Deum propius licet accedere. Ut igitur sanctæ precationis robur ostendatur, vel quæ diximus satis sunt: præstabit tamen fortasse, ut ad sanD cta volumina accedentes ex Christi verbis divitias agnoscamus, quas preces comparant iis, qui omnem ætatem in ipsis ponere velint. *Dicebat autem*, inquit, *& parabolam ad illos, ut semper precandum esse demonstraret. Judex quidam erat in quadam civitate, qui Deum non timebat, & hominem non reverebatur. Vidua autem quædam erat in civitate illa, & veniebat ad eum dicens: Vindica me de adversario meo; & nolebat per multum tempus. Post hæc autem dixit intra se; Etsi Deum non timeo, nec hominem revereor; tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam: ne in novissimo veniens, suggillet me. Ait autem Dominus; Audite, quid judex* E *iniquitatis dicit. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Dico vobis, quia cito faciet vindictam illorum.* Nos vero, fratres, abditam sapientiam in sermonibus spiritus addiscamus, & pro facultate nostra investigemus, non quantum in ipsa sit, sed quantum nobis assequi liceat. Atque illi quidem, qui in mari vitam

Luc. 18. 1.

[a] Colb. ὥσπερ γὰρ ὁ . . . μεγαλοπρέπειαν. τὸ αὐτὸ καὶ ἐν ἁμαρτίαις ζῶν τῶν | δαιμόνων μιμεῖται πολιτείαν. δοκεῖ δέ

degunt, in ipsum profundum se demergentes, gemmas afferunt ad eos, qui sunt in terris: nos vero divinarum literarum pelagus perlustremus, & ad ipsum profundum spiritalis sapientiæ, quantum in nobis est, decurramus, ut vobis thesaurum præstantissimum afferamus, qui animos ornet melius, quam capita regum præclarissimis gemmis distinctæ coronæ. Namque harum præstantia hujus vitæ termino circumscribitur: qui vero sermonibus spiritûs coronat animum, is & jam securus vivit, & vita functus fidenti animo ad Christi tribunal accedit, refertus virtutibus, & ab omni labe integerrimus. Ergo quem tandem thesaurum e sacrorum voluminum profundo vobis efferimus, non ipsum sapientiæ profundum attingentes; sed eo delapsi, quo licet? Ad precationem Christus homines cum vellet allicere, & ejus commoda nostris mentibus proponere, judicem inducit quemdam improbum, sævum, qui pudorem omnem ab oculis abjecisset, Dei timorem expulisset ex animo. Atqui satis fuit justi & clementis cujuspiam personam inducere; ut ejus justitia, si cum divina clementia conferretur, vim precationis ostenderet. Etenim si vir bonus & mitis eos humaniter excipit, qui ad se supplices veniunt; quanto magis excipiet Deus, cujus benignitatis magnitudo non modo mentem nostram, sed ipsos Angelos fugit? Satis igitur fuit, ut modo dicebam, justi judicis personam proponere: jam vero judicem crudelem, impium, inhumanum inducit; in alios quidem immitem, in obsecrantes certe benignum ac facilem: ut intelligas oratione naturam vel improbam ad lenitatem clementiamque traduci. Quorsum igitur Christus id fecit? ut nemo esset omnium, qui vim precationis ignoraret. Cum propterea in conspectu judicis acerbissimi viduam constituisset, ipsumque præter ejus naturam humanum ostendisset; a scelesto judice ad patrem suum orationem traducit optimum, mansuetum, mitem, humanum, scelera superantem, multa peccata condonantem, quotidianas in se contumelias, dæmonis honores, in filium maledicta, & sexcenta nefaria facinora perferentem: quique cum tantis contumeliis appetatur, iis perferendis ita se clementem ac mansuetum præbet: is vero, si nos debito timore ad se accedentes viderit, nonne subita misericordia capietur? *Audite*, inquit, *quid judex iniquitatis dicat: Etsi Deum non timeo, nec hominem revereor, tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo eam:* Quid dicis? quod non potuit timor, id obsecratio potuit? Non minæ, non supplicii metus hominem ad æquitatem deduxit: at vidua, ubi supplex accessit, hominem ex agresti & immani mitem reddidit ac mansuetum. Quid igitur de Deo in hominem benignissimo censendum est, cum vidua se ad pedes abjiciens, ferum hominem lenierit ac mitigarit? Quantum

A καπιόντες τὸν βυθὸν, τοὺς πολυτιμήτους [a] λίθους τοῖς ἐν τῇ γῇ κομίζουσιν· ἡμεῖς δὲ τὸ πέλαγος τῶν θείων γραφῶν ἱστορήσοντες, εἰς αὐτὸν τὸν βυθὸν τῆς πνευματικῆς σοφίας, ὅσον οἷόν τε καταδράμωμεν, ἵνα κομίσωμεν ὑμῖν θησαυρὸν ἀγαθὸν κοσμοῦντα τὰς ψυχὰς βέλτιον, ἢ τὰς κεφαλὰς τῶν βασιλέων [b] οἱ λιθοκόλλητοι στέφανοι. τὸ μὲν γὰρ ἐκείνων κάλλος τῷ βίῳ τούτῳ συναπαρτίζεται· ὁ δὲ τοῖς λόγοις τοῦ πνεύματος στεφανῶν τὴν ψυχὴν, καὶ νῦν μετ' ἀσφαλείας πάσης διαπεραίνει τὸν χρόνον, καὶ μετὰ τὴν τοῦ βίου τελευτὴν θαῤῥῶν προσέρχεται τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, γέμων ἀρετῆς, καὶ καθαρεύων πάσης κακίας. τίνα οὖν ὑμῖν θησαυρὸν ἐκ τοῦ βυθοῦ τῶν γραφῶν κομίζο-B μεν, οὐκ αὐτοῦ τοῦ βάθους ἁπτόμενοι τῆς σοφίας, ἀλλὰ τοσοῦτον καθιόντες, ὅσον ἐγχωρεῖ; ἐπὶ τὴν προσευχὴν ἄγων τοὺς ἀνθρώπους ὁ Χριστὸς, καὶ τὴν ἀπὸ ταύτης ὠφέλειαν παραστῆσαι βουλόμενος ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς, κριτὴν εἰσάγει πονηρόν τινα καὶ σκαιὸν, πᾶσαν αἰδῶ τῶν ὀφθαλμῶν ἀποῤῥίψαντα, καὶ τὸν τοῦ θεοῦ φόβον ἐκ τῆς ψυχῆς ἐξελάσαντα. καί τοι γε ἤρκει δικαίου καὶ ἐλεήμονος ὑποθέσθαι πρόσωπον, καὶ παρεξετάσαντα τὴν ἐκείνου δικαιοσύνην τῇ φιλανθρωπίᾳ τοῦ θεοῦ, δεῖξαι τὴν ἰσχὺν τῆς δεήσεως. εἰ γὰρ ἄνθρωπος χρηστὸς καὶ πρᾷος ἡμέρως δέχεται C τοὺς ἱκετηρίαν προσάγοντας, πόσῳ μᾶλλον ὁ θεὸς, οὗ τὸ μέγεθος τῆς φιλανθρωπίας οὐ μόνον τὴν ἡμετέραν ὑπερβαίνει διάνοιαν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀγγέλους αὐτοὺς; ἤρκει μὲν οὖν, ὅπερ ἔφην, δικαίου πρόσωπον ὑποθέσθαι κριτοῦ· νῦν δὲ ὠμὸν καὶ ἀσεβῆ καὶ μισάνθρωπον εἰσάγει κριτὴν, ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων ἀνήμερον, ἐπὶ δὲ τῶν δεομένων χρηστὸν καὶ πρᾷον· ἵνα μάθῃς, ὅτι πᾶσα δέησις καὶ φύσιν πονηρὰν εἰς οἶκτον καὶ ἔλεον ἐπισπᾶται ῥᾳδίως. τίνος οὖν ἕνεκα τοῦτο πεποίηκεν ὁ Χριστός; ἵνα μηδεὶς ἀγνοῇ τῶν ἁπάντων τῆς προσευχῆς τὴν ἰσχύν. διὰ τοῦτο [c] τῷ πονηροτάτῳ πάντων παραστήσας τὴν χήραν, καὶ δείξας αὐ-D τὸν παρὰ φύσιν φιλάνθρωπον, ἀπὸ τοῦ πονηροῦ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα μετέστησε, τὸν ἀγαθὸν, τὸν πρᾷον, τὸν ἥμερον, τὸν φιλάνθρωπον, ὑπερβαίνοντα ἀνομίας, συγχωροῦντα ἁμαρτίας πολλὰς, βλασφημούμενον καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καὶ φέροντα, ἀνεχόμενον ὁρᾶν τιμὴν εἰς δαίμονας, ὕβριν [d] εἰς αὐτὸν, εἰς τὸν υἱὸν βλασφημίας, ῥητὰ καὶ ἄῤῥητα μυρία δεινά· εἶτα βλασφημούμενος μὲν οὕτω πρᾴως ἀνέχεται· ἐὰν δὲ ἴδῃ μετὰ τοῦ προσήκοντος φόβου προσπίπτοντας ἡμᾶς, οὐκ ἐλεήσει ταχέως; ἀκούσατε, φησι, τί ὁ κριτὴς τῆς ἀδικίας λέγει· εἰ καὶ τὸν θεὸν οὐ φοβοῦμαι, καὶ ἄνθρωπον οὐκ ἐντρέ-E πομαι, διά γε τὸ παρέχειν μοι κόπους, ἐκδικήσω αὐτήν. τί λέγεις; ὅπερ οὐκ ἴσχυσε φόβος, τοῦτο δέησις ἴσχυσε; καὶ ἀπειλὴ μὲν, καὶ τιμωρίας ἐλπὶς οὐ προσήγαγε τῷ δικαίῳ τὸν ἄνθρωπον· μεθ' ἱκετηρίας δὲ φανεῖσα χήρα, τὸν ἄγριον ἡμέρωσε. τί οὖν εἰκάζειν προσήκει περὶ τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ, εἰ τὸν ὠμὸν οὕτω πρᾷον πεποίηκεν ἡ χήρα προσπίπτουσα; πόσην χρηστότητα,

[a] Colb. λίθους τοὺς ἐν τῇ ἀβύσσῳ κομίζουσι.... γραφῶν ἐξερευνήσαντες, εἰς αὐτόν.
[b] Colb. οἱ χρυσοκόλλητοι.

[c] Colb. τῷ πικροτάτῳ.
[d] Colb. εἰς ἑαυτὸν, εἰς τὸν πατέρα βλασφημίας.

πόσην φιλανθρωπίαν ἐφ' ἡμῶν ὁ θεὸς ἐπιδείξεται, ὁ μόνον ἐλεεῖν ἐθέλων ἀεὶ, κολάζειν δὲ οὐδὲ πώποτε; ὁ καὶ τὰς τιμωρίας διὰ πολλὴν φιλανθρωπίαν ἀπειλήσας ἡμῖν, καὶ μεγάλας ἑτοιμάσας τιμὰς, ἵνα καὶ φόβος καὶ τιμῆς ἐλπὶς, ἡ μὲν ἐπεγείρῃ πρὸς ἀρετὴν, ὁ δὲ κωλύσῃ πονηρευμάτων; οὐ δύναμαι τοῦ κριτοῦ τῆς ἀδικίας ἀποστῆσαι τὴν διάνοιαν, θεωρῶν ἐν τῇ ἐκείνου παρὰ φύσιν πρᾳότητι τὴν ἀμύθητον τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν. εἰ γὰρ ὁ μηδέποτε μηδὲν χρηστὸν ἐπιδείξασθαι βουληθεὶς, ἄφνω μεταθέμενος, τὴν δεομένην ἠλέησε, πόσην ἡμῖν ἐξ οὐρανοῦ κηδεμονίαν αἱ προσευχαὶ κομίσουσιν; γνοίη δ' ἄν τις τὴν ἰσχὺν, καὶ τὴν δύναμιν τῶν ἁγίων προσευχῶν, σκοπῶν καὶ θεωρῶν ὅσων ἀγαθῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καὶ ὥραν ἀπολαύουσιν οἱ πάντοτε τῷ θεῷ προσπίπτοντες. τίς γὰρ οὐκ οἶδεν, ὅτι καὶ τοῦ ἡλίου τὸ φῶς, καὶ τῶν ἀστέρων, καὶ τῆς σελήνης, καὶ ἀέρων εὐκρασίαν, καὶ τροφὰς παντοίας, καὶ πλοῦτον, καὶ βίον, καὶ μυρία ἀγαθὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμοίως ὁ θεὸς χαρίζεται, καὶ δικαίοις καὶ ἀσεβέσι, διὰ τὴν πολλὴν αὐτοῦ φιλανθρωπίαν, ᾗ κέχρηται πρὸς ἡμᾶς; εἰ δὲ τοὺς μὴ δεομένους, μηδὲ αἰτοῦντας, οὕτως ἐλεεῖ καθ' ἡμέραν, καὶ ἀναπαύει, πόσων εἰκὸς ἀγαθῶν ἀπολαύσεσθαι τοὺς ἐν εὐχαῖς καὶ δεήσεσιν πάντα τὸν βίον ἐσχολακότας; φέρε δὴ ὅσοις τῶν δικαίων ὑπῆρξε διὰ προσευχῶν σῶσαι καὶ ἔθνη, καὶ πόλεις, καὶ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν, εἴπωμεν πρὸς ὑμᾶς. ἐν δὲ μνήμῃ προσευχῆς Παῦλος πρῶτος ἄξιος μνήμης. Παῦλος ὁ τῆς τοῦ θεοῦ λατρείας ἀκόρεστος, ὁ κοινὸς πατὴρ, καὶ πρόγονος τῶν δούλων τοῦ Χριστοῦ. ἐκεῖνος τοίνυν ὁ φύλαξ τῆς οἰκουμένης, διὰ προσευχῆς, καὶ τῆς συνεχοῦς δεήσεως πάντα τὰ ἔθνη διέσωσε, λέγων ἀεὶ πρὸς ἡμᾶς, τούτου χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται· ἵνα δῴη ὑμῖν κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς χάριτος αὐτοῦ, δυνάμει κραταιωθῆναι διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ, εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον, κατοικῆσαι τὸν Χριστὸν διὰ πίστεως ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. ὁρᾷς, ὅσον ἰσχύει προσευχὴ καὶ δέησις; ναοὺς Χριστοῦ τοὺς ἀνθρώπους ἐργάζεται· καὶ ὥσπερ χρυσὸς, καὶ λίθοι πολυτίμητοι, καὶ μάρμαρα ποιοῦσι τοὺς οἴκους τῶν βασιλέων· οὕτω προσευχὴ ναοὺς τοῦ Χριστοῦ. κατοικῆσαι, φησὶ, τὸν Χριστὸν ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. τί μεῖζον ἂν γένοιτο προσευχῆς ἐγκώμιον, ἢ ὅτι ναοὺς ἀπεργάζεται θεοῦ; ὃν οὐ χωροῦσιν οὐρανοὶ, οὗτος εἰς ψυχὴν εἰσέρχεται ζῶσαν ἐν προσευχαῖς. ὁ οὐρανός μοι θρόνος, φησὶν, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι; λέγει κύριος· ἢ τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου; ποῖον οἶκον ὁ Παῦλος οἰκοδομεῖ διὰ τῶν ἁγίων εὐχῶν; κάμπτω, φησὶ, τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἵνα κατοικήσῃ ὁ Χριστὸς διὰ τῆς πίστεως ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. καὶ μὴν κἀκεῖθεν ἴδοι τις ἂν τὴν δύναμιν τῶν ἁγίων εὐχῶν, ὅτι Παῦλος ὁ διὰ πάσης τῆς οἰκουμένης

A bonitatis, quantum benignitatis atque amoris in nos patefaciet Deus, qui solum vult perpetuo misereri, punire numquam? qui & supplicia nobis ob eximiam humanitatem comminatur, & magnos habet paratos honores; ut cum timor, tum spes honoris recta nos deduceret, & spes quidem ad virtutem excitaret, metus vero a vitiis deterreret? Non queo ab iniquitatis judice avocare mentem, dum in illius mansuetudine, quæ præter naturam erat, inexplicabilem Dei humanitatem erga homines amoremque contemplor. Nam si is, qui nihil umquam boni præstare voluerat, immutatus repente, illius, quæ rogabat, misericordia commotus est, quan- B tum felicitatis e cælo in nos precibus redundabit? Sanctarum igitur precationum robur, ac vim quivis facile cernet, qui quanta bonorum copia, diebus, atque horis singulis fruantur ii, qui se quocumque tempore ad Dei pedes abjiciunt, consideraverit. Quis enim lucem solis, lunæ, atque stellarum, cæli temperationem; varia ciborum genera, divitias, vitam, innumerabilia bona omnibus hominibus, & probis, & improbis a Deo æque dari & impertiri non videt, idque propter eximiam suam in nos benignitatem? Quod si eos qui minime rogant, aut petunt, ita miseratur in dies, ac reficit; C quantis bonis eos frui par est, qui in precibus, & obsecrationibus ætatem agunt? Jam vero quantus justorum virorum sit numerus, quibus licuit piis precibus gentes, urbes, terrarum orbem conservare, vobis tandem aperiamus. Et quidem de precatione cum agitur, de Paulo primum agendum est; de Paulo, inquam, illo, qui in Deo colendo, ac precando numquam defatigabatur; communi patre & principe servorum Christi. Ille igitur universi terrarum orbis custos, assiduis precibus omnes gentes tutatus est no- D bis semper dicens: *Propterea flecto genua mea ad patrem Domini nostri Jesu Christi, unde omnis paternitas in cælo, & in terra nominatur; ut det vobis secundum divitias gratiæ suæ, ut virtute corroboremini per Spiritum ejus in interiori homine, ut Christus per fidem in cordibus vestris inhabitet.* Vides igitur, quantum virium habeat, atque nervorum precatio, & obsecratio? Templa Christi homines efficit: atque ut auro, & lapidibus præstantissimis, marmoribusque domus regiæ constant, sic templa Christi precationibus. *Ut habitet*, inquit, *Christus in cordibus vestris.* Quæ major precationis laus esse possit, quam quod Christi templa ex ea fieri soleant? Quem non capiunt cælestes orbes, is in ani- E mum, qui in precatione vitam ducat, ingreditur. *Cælum est mihi sedes*, inquit, *terra vero scabellum pedum meorum. Qualem domum ædificabitis mihi*, ait Dominus, *vel quis locus commorationis meæ?* Qualem domum Paulus sanctis precibus ædificavit? Flecto, inquit, genua mea ad patrem Domini nostri Jesu Christi, ut Christus per fidem in cordibus vestris inhabitet. Atque hinc etiam sanctarum precationum vim quisque cognoverit. Nam cum idem Paulus omnem

Ephes. 3. 14.

Hesai. 66. 1.

terrarum orbem, quasi volucris aliqua pervolaret, in carcere versaretur, flagella perferret, catenas gestaret, in cædibus ac periculis viveret, dæmones expelleret, homines a mortuis excitaret, morbos curaret; ad hominum tamen salutem harum rerum nulla confidebat, sed precibus terras communiebat, & post edita miracula, vitamque mortuis restitutam, ad preces recurrebat, non secus atque athleta ad palæstram, parta victoria. Etenim vitæ mortuis restituendæ, aliarumque rerum omnium vim precatio una suppeditat. Quam enim vim in arboribus habent aquæ, eamdem in hac vita sanctorum virorum precationes. Noctu cum his animum Paulus irrigaret, difficultates facile superabat, & plagis dorsum tamquam statua præbebat. Ita in Macedonia custodiam concussit; ita vincula precibus confregit ut leo; ita carceris custodem ab errore liberavit; ita dæmonum tyrannidem delevit, atque dissolvit. Et sane nota sunt ea, quæ ad omnes homines scribit, *Ad orationem incumbite, vigilantes in ea, in gratiarum actione, simul etiam pro me orate; ut mihi sermo detur in apertione oris mei cum fiducia, ut loquar Evangelii mysterium.* Quid ais? Tantam nobis audaciam preces tribuunt, ut Deo pro Paulo supplicare audeamus? Quis miles regem pro summo duce audeat obsecrare? At nullus miles regi ita carus, & amicus fuit ut Paulus Deo: sed tamen preces tantum nobis afferunt dignitatis, ut divinum auxilium Paulo implorare non dubitemus. Ita Petrus ille summus, cælo splendidior, carcerem effugit ob suam quidem virtutem, probitatemque potissimum, & ob communem hominum salutem; deinde vero Ecclesiæ deprecatio celeriter carceris fores aperuit. Non enim temere scripsit Lucas, preces pro Petro assiduas ab Ecclesia fusas: sed ut a nobis intelligeretur, quantam vim habeant precationes in cælo, ut a periculis Petrum & Paulum eripiant, Ecclesiæ columnas, Apostolorum principes, in cælo celeberrimos, terrarum orbis mœnia, commune totius terræ marisque propugnaculum. Age vero Israëlem Moses in bellis qua ratione servavit? Nonne arma quidem, & exercitum discipulo tradidit; ipse vero hostium multitudini precationes opposuit? Nos ut doceret, multo majorem in precibus justorum virorum, quam in armis, equitatu, opibus, copiis vim inesse. Propterea universus etiam exercitus, multaque hominum millia in Prophetæ precibus spem salutis habebant. Nam, precante Mose, Judæi victoriam reportabant: a precibus desistente, erant hostibus inferiores. Nos quoque si versemur in precibus, facile diabolum superabimus: at si segniores simus, in nos hostem improbum xercemus. Atqui Moses populum quoque impia perpetrantem una precatione servavit; divinumque aspectum, &

Act. 16. — Col. 4. 2. — Act. 12. 5. — Exod. 17. 10.

A ὥσπερ ὑπόπτερος τρέχων, καὶ δεσμωτήριον οἰκῶν, καὶ μάστιγας ὑπομένων, καὶ φορῶν ἅλυσιν, καὶ ζῶν ἐν αἵματι, καὶ κινδύνοις, καὶ δαίμονας ἐλαύνων, καὶ νεκροὺς ἐγείρων, καὶ παύων ἀρρωστήματα, οὐδενὶ τούτων ἐθάρρησεν εἰς σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ ταῖς προσευχαῖς ἐτείχισε [a] τὴν γῆν, καὶ μετὰ τὰ σημεῖα, καὶ τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν, ἐπὶ τὰς προσευχὰς ἔτρεχεν, ὥσπερ τις ἀθλητὴς ἐπὶ παλαίστραν ἀπὸ στεφάνου. καὶ γὰρ τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἡ προσευχὴ χορηγός· ἣν γὰρ ἐπὶ τῶν δένδρων ἰσχὺν ἔχει τὰ ὕδατα, ταύτην ἐπὶ τοῦ βίου τῶν ἁγίων αἱ προσευχαί. ἐν τῇ νυκτὶ, ταύτῃ ἄρδων τὴν ψυχὴν ὁ Παῦλος, πάντα ὑπέμενεν εὐχερῶς τὰ δεινὰ, παρέχων τὰ νῶτα ταῖς πληγαῖς ὥσπερ ἀνδριάς. οὕτως ἐν Μακεδονίᾳ τὸ δεσμωτήριον ἔσεισεν· οὕτω τὰ δεσμὰ διέρρηξεν ὥσπερ λέων, ταῖς προσευχαῖς· οὕτω τὸν τοῦ δεσμωτηρίου φύλακα τῆς πλάνης ἐξήρπασεν· B οὕτω τὴν τυραννίδα τῶν δαιμόνων κατέλυσε. καὶ μὴν κἀκεῖνά γε ἴσμεν, ἃ γράφει πρὸς πάντας ἀνθρώπους, Τῇ προσευχῇ προσκαρτερεῖτε, γρηγοροῦντες ἐν αὐτῇ, ἐν εὐχαριστίᾳ, προσευχόμενοι ἅμα καὶ περὶ ἐμοῦ, ἵνα μοι δοθῇ λόγος ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματός μου ἐν παρρησίᾳ, λαλῆσαι τὸ μυστήριον τοῦ εὐαγγελίου. τί λέγεις; τοσαύτην ἡμῖν παρρησίαν αἱ προσευχαὶ διδόασιν, ὡς ὑπὲρ Παύλου τολμᾶν τὸν θεὸν ἱκετεύειν; τίς τολμᾷ στρατιώτης ὑπὲρ τοῦ μεγάλου στρατηγοῦ τὸν βασιλέα παρακαλεῖν; καίτοι γε οὐδεὶς οὕτως στρατηγὸς τῷ βασιλεῖ φίλος, ὡς Παῦλος τῷ θεῷ· ἀλλ' ὅμως εἰς τοσαύτην ἄγουσιν ἡμᾶς αἱ προσευχαὶ τιμὴν, ὡς ὑπὲρ Παύλου τολμᾶν τὸν θεὸν ἱκετεύειν. C οὕτω καὶ Πέτρος ὁ μέγας, ὁ τοῦ οὐρανοῦ λαμπρότερος, τὸ δεσμωτήριον διέφυγε· μάλιστα μὲν διὰ τὴν οἰκείαν ἀρετὴν, καὶ τὴν κοινὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν· ἔπειτα μέν τοι καὶ ἡ προσευχὴ τῆς ἐκκλησίας, κεκλεισμένας τοῦ δεσμωτηρίου τὰς θύρας ταχέως ἀνέῳξεν. οὐ γὰρ εἰκῇ προσέγραψεν ὁ Λουκᾶς, ὅτι προσευχὴ δὲ ἦν ἐκτενὴς ὅλης τῆς ἐκκλησίας ὑπὲρ τοῦ Πέτρου· ἀλλ' ἵνα μάθωμεν ἡμεῖς, ὅσην ἰσχὺν ἐν οὐρανοῖς αἱ προσευχαὶ κέκτηνται, ὡς Παῦλον καὶ Πέτρον κινδύνων ἀπαλλάττειν, τοὺς στύλους τῆς ἐκκλησίας, τοὺς κορυφαίους τῶν ἀποστόλων, τοὺς περιβοήτους ἐν οὐρανῷ, τὸ τεῖχος τῆς D οἰκουμένης, τὸ κοινὸν φυλακτήριον πάσης γῆς καὶ θαλάττης. εἰπέ μοι, πῶς ὁ Μωσῆς τὸν Ἰσραὴλ ἐν πολέμοις διέσωσεν; οὐ τὰ μὲν ὅπλα, καὶ τὴν στρατιὰν τῷ μαθητῇ παρέδωκεν, αὐτὸς δὲ τὰς εὐχὰς ἀντέστησε τῷ πλήθει τῶν ἀντιπάλων; διδάσκων ἡμᾶς, ὅτι καὶ ὅπλων, καὶ ἵππων, καὶ χρημάτων, καὶ στρατοπέδων πολλῷ μείζονα δύναμιν ἔχουσιν αἱ προσευχαὶ τῶν δικαίων. διὰ τοῦτο καὶ πᾶς ὁ στρατὸς, καὶ πολλαὶ μυριάδες, ἐν τῇ προσευχῇ τοῦ προφήτου τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας εἶχον· προσευχομένου μὲν γὰρ τοῦ Μωσέως, ἐκράτουν Ἰουδαῖοι, πεπαυμένου δὲ τῆς προσευχῆς, ἔλαττον εἶχον τῶν ἀντιπάλων. E οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς προσευχόμενοι μὲν, ῥᾳδίως τοῦ διαβόλου κρατήσομεν, ῥᾳθυμοῦντες δὲ, [b] καθ' ἑαυτῶν ἀκονῶμεν τὸν πονηρόν. καὶ μὴν καὶ τὸν λαὸν ἀσεβήσαντα, διὰ προσευχῆς μόνης διέσωσε Μωσῆς, καὶ τῶν θείων ὄψεων, καὶ μυρίων

[a] Colb. τὴν ψυχήν.

[b] Colb. καθ' ἑαυτῶν διεγείρομεν τόν.

ἀγαθῶν διὰ ταύτης ἔτυχε μόνης. αὕτη γὰρ αὐτῷ καὶ τὸν βίον παραπλήσιον ἐποίησε τοῖς οἰκοῦσι τὸν οὐρανόν. προσευχὴ πυρὸς δύναμιν ἤλεγξε, καὶ λέοντας ἡμέρωσε· τὸ μὲν ἐπὶ τοῦ Δανιὴλ, τὸ δὲ ἐπὶ τῶν τριῶν ἐργασαμένη παίδων. δι' ὧν, οἶμαι, καὶ δῆλον πεποίηκεν ἅπασιν, ὅτι πάντας, ὅσους ἂν λάβῃ κινδυνεύοντας, ῥᾳδίως ἐξαρπάζει τῶν ἐπηρτημένων δεινῶν. προσευχὴ, σωτηρίας ἀφορμὴ, a ἀθανασίας πρόξενος * ψυχῆς, τῆς ἐκκλησίας τεῖχος ἀρραγὲς, φυλακτήριον ἄσειστον, φοβερὸν μὲν τοῖς δαίμοσιν, σωτήριον δὲ τοῖς εὐσεβέσιν ἡμῖν. αὕτη τὸν ἅγιον προφήτην τὸν Σαμουὴλ ἐγέννησεν· ἐπειδὴ γὰρ ἡ φύσις ἠναντιοῦτο τῇ μητρὶ πρὸς γονὰς, ἡ προσευχὴ φανεῖσα ταχέως ἐπηνώρθωσε τὸ τῆς φύσεως ἐλάττωμα. τοιοῦτος τῆς προσευχῆς ὁ καρπὸς, τοιοῦτον ἐφύτευσεν ἡ προσευχὴ b προφήτην. δι' ὃ περιβόητος b ἐν οὐρανοῖς ὁ Σαμουὴλ ἐγένετο, κρείττων ἢ κατὰ ἄνθρωπον ζηλωτὴς τῶν ἀγγέλων· ἔδει γὰρ, οἶμαι, τοιοῦτον φανῆναι τὸν προσευχῆς τὸν ἀστάχυν, νικῶντα τοὺς ἄλλους τῇ καλοκἀγαθίᾳ, καὶ ταῖς ἀρεταῖς τῶν τρόπων, καὶ τοσοῦτον τοὺς πρὸ αὐτοῦ νικᾶν ἁγίους, ὅσον ἐν τοῖς ληΐοις ὑπερέχουσιν οἱ τῶν ἀσταχύων οὖ περάττοντες. μετὰ ταύτης ὁ Δαυὶδ τοσούτους καὶ τοιούτους πολέμους ἀπώσατο, οὐχ ὅπλα κινῶν, οὐδὲ δόρυ σείων, οὐδὲ ξίφος ἕλκων, ἀλλ' εὐχαῖς τειχιζόμενος. μετὰ ταύτης Ἐζεκίας τὸ πλῆθος τῶν Περσῶν εἰς φυγὴν ὀξέως ἔτρεψε. καὶ οἱ μὲν μηχανήματα τῷ τείχει προσῆγον· ὁ δὲ ταῖς προσευχαῖς τὸ τεῖχος ἐτείχισε· καὶ κατελύθη πόλεμος ἄνευ ὅπλων ἀπὸ τῆς προσευχῆς, σάλπιγγος μὲν οὐκ ἠχούσης, στρατιᾶς δὲ ἡσυχαζούσης, ὅπλων δὲ οὐ κινουμένων, γῆς δὲ οὐ φοινισσομένης, προσευχῆς δὲ ἀρκούσης εἰς φόβον τῶν ἀντιπάλων. προσευχὴ καὶ Νινευΐτας διέσωσε, καὶ τὴν ἐξ οὐρανοῦ φερομένην ὀργὴν ἀπέκρυψε ταχέως, καὶ βίον διεφθαρμένον ἐπηνώρθωσεν ὀξέως. τοσαύτην γὰρ ἰσχὺν καὶ δύναμιν ἔχει, ὥστε ἔζησαν μὲν οἱ Νινευΐται πάντα τὸν βίον αἰσχρῶς καὶ πονηρῶς, εἰσελθοῦσα δὲ εἰς τὴν πόλιν ἡ προσευχὴ, ταχέως πάντα μετέβαλε, καὶ σωφροσύνην, καὶ δικαιοσύνην, καὶ φιλίαν, καὶ ὁμόνοιαν, καὶ πτωχῶν πρόνοιαν, καὶ πάντα τὰ ἀγαθὰ συνήγαγεν ἑαυτῇ. ὥσπερ γὰρ τινος βασιλίδος εἰσιούσης εἰς πόλιν, πάντα τὸν πλοῦτον συνακολουθεῖν ἀνάγκη, οὕτω δὴ καὶ προσευχῆς εἰς ψυχὴν εἰσιούσης, πᾶσα ἀρετὴ συνεισέρχεται. ὅπερ γὰρ ἐστὶν ἐν οἰκίᾳ θεμέλιος, τοῦτο ἐν ψυχῇ προσευχή· καὶ δεῖ ταύτην πρώτην, ὥσπερ κρηπῖδα, καὶ ῥίζαν ἐν τῇ ψυχῇ πήξαντας, πάντας ἐποικοδομεῖν σπουδαίως καὶ σωφροσύνην, καὶ πρᾳότητα, καὶ δικαιοσύνην, καὶ πρόνοιαν πτωχῶν, καὶ πάντας τοὺς νόμους τοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι δόξα, καὶ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

A innumerabilia bona per preces tantum consequutus est. Hæc enim illi vitam quoque conciliavit incolarum cæli persimilem. Precatio ignis vim superavit, leones edomuit: quorum alterum Danieli, alterum tribus Dan. 3. 6. 14.
pueris contigit. Ex his igitur, ut arbitror, omnibus patet, quoscumque illa periclitantes exceperit, eos facile impendentibus difficultatibus liberari. Precatio salutis est oc- 1. Reg. 1. 10.
casio, immortalitatis animæ conciliatrix, Ecclesiæ murus firmissimus, propugnaculum inconcussum; terrori dæmonibus, piis nobis saluti. Hæc sanctum Prophetam genuit Sa- B muelem: nam cum ad sobolem natura matri adversaretur; precatio exorta naturæ vitium repente correxit. Talis ex precatione fructus exstitit, talem deprecatio Prophetam procreavit. Itaque celebris in cælo Samuel factus est, cum Angelorum naturam imitando, supra humanas vires expresserit. Oportuit enim, opinor, ut is, tamquam spica quædam precationis exsisteret, cæteris virtute, morumque integritate præstantior; eoque sanctis hominibus, qui illum ætate præcesserant, superior esset, quo magis in segetibus quædam uberrimæ spicæ, atque altissimæ solent inter cæteras eminere. Hac C David tot, ac tanta bella propulsavit, non armorum strepitu, non hastarum conflictu, non stricto gladio, sed precationum præsidio communitus. Hac Ezechias Persarum 4. Reg. 18.
multitudinem celeriter vertit in fugam. Et illi quidem ad evertenda mœnia machinas adhibebant: ipse vero precibus mœnia muniebat. Itaque exstinctum est bellum precatione, non armis, non tubæ clangore, exercitu conquiescente, terra sanguine non aspersa, hostibus una precatione perterritis. Precatio Ninivitas etiam conservavit, e cæ- D lo concitatam iram repente sedavit, depravatam vivendi rationem subito correxit. Tantum enim precatio valet, ut cum turpissimam, & improbissimam vitam Ninivitæ Joan. 3. 5.
duxissent, ea tamen in civitatem ingressa, omnia commutarit; temperantiam, justitiam, amicitiam, concordiam, pauperum providentiam, omniaque bona simul attulerit. Nam quemadmodum regina quæpiam urbem ingressa, omnes in eam divitiæ confluant necesse est: sicubi precatio in animum semel intrarit, virtutes eam omnes comitantur. Quod enim est in domus ædificio fundamentum, id est in animo precatio. Ita- E que nos omnes hac primum, tamquam basi ac fundamento, in animo collocata, strenue oportet ædificare & temperantiam, mansuetudinem, justitiam, pauperum providentiam, Christique leges universas imponere, per quem & cum quo Patri cum sancto Spiritu gloria, & imperium per sæcula sæculorum, amen.

a ψυχῆς deest in Colb.

b Colb. ἐν ἀνθρώποις.

FINIS.

SPURIA.

MONITUM

IN HOMILIAM DE ORACULO ZACHARIÆ REDDITO.

Etsi *non omnino inelegans sit hæc Homilia, non pauca tamen præfert* νοθείας *signa*, ἀντιθέσεις *nempe frequentissimas, aliaque dictionis ornamenta a Chrysostomo aliena. Quamobrem jure inter Spurias ab Henrico Savilio & Frontone Ducæo ablegata est, quorum postremus de hac eadem Concione ita loquitur :* Exstant editæ ab Aloysio Lipomano duæ Homiliæ Chrysostomo attributæ, & apud Surium tomo 3. de Sanctorum vitis de hoc argumento : quarum stylo similior est ista, quam reliquorum ipsius operum characteri. Una incipit, *Festi celebrandi p.* 793. altera, *Benedictus Deus p.* 799. In priori locus est, ex cujus collatione cum ista suspicari licet aliquid deesse, ἀεροβάτην θεωμένα ἀνθρωπόμορφον, & inserendum fortasse πετεινὸν vel ὄρνιν, quasi vocet Angelum, πετεινὸν ἀνθρωπόμορφον, *ut illic p.* 794. dixit *Hominemne alatum, an volucrem humana forma præditam?* Ita postea loquutus est Homil. de Publicano & Pharisæo, θηρίον ἀνθρωπόμορφον. Quod autem dixit paulo ante sterilem peperisse, ut peperisse virgo credatur, sic quoque Gregorius Nyssenus eleganter scripsit Homilia in diem Christi natalem &c. *Quod autem ait de resarciendo loco illo* ἀεροβάτην θεωμένα ἀνθρωπόμορφον, *ex uno Regio Codice confirmatur, qui habet* ἀεροβάτην θεωμένα πτηνὸν ἀνθρωπόμορφον *Homilias porro illas Latinas, quæ Græce non exstant, quæque Chrysostomi nomen sive jure sive injuria circumferunt, in sequentibus tomis suo quantum fas erit loco, edendas curavimus.*

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

IN ORACULUM ZACHARIÆ redditum : & in conceptionem Elizabet.

1. Nihil dominicis legibus non subjectum est : omnia siquidem divino præcepto ce- A
Psal.148.6. dunt & serviunt : *Præceptum enim*, inquit, *posuit, & non præteribit.* Qui enim principio constituit omnia verbo, potest & rursus opera figmentaque sua verbo transmutare. Dixit olim ut aquis penitus carens petra, irrigua fieret; illa vero subito
Ps.77.20. flavios aquarum eructat. *Percussit enim petram, & fluxerunt aquæ, & flumina inundaverunt :* & petra quæ
Hesai.35.7. prius arida erat & expers aquarum, fons fluminum & aquarum mater est facta : nihil quippe infecundum cum fecunditatem imperat Deus. Qui tum igitur infecundam petram convertit in stagnum, nunc quoque sterilem Elisabetam, procreatricem liberorum matrem fieri jussit, & infecundam reddidit fecundam; & senectute confectam quasi recens nuptam puellam. Quo tempore ad sepulcrum urgebatur, eo tempore ad pariendum disponeba- B
tur, quo tempore senectute corpus emarcuerat, eo tempore Deus uterum ejus renovavit : ita quod illa temporis injuria amiserat, beneficio conditoris recepit : & quod juventus perdiderat, a senectute

[a] ΟΜΙΛΙΑ ΕΙΣ ΤΟΝ ΧΡΗΜΑΤΙΣΜΟΝ Ζαχαρίου, καὶ εἰς τὴν σύλληψιν τῆς Ελισάβετ.

A Οὐδὲν τοῖς δεσποτικοῖς ἀνυπότακτον ὅροις· πάντα γὰρ εἴκει καὶ δουλεύει τῷ θείῳ προστάγματι. πρόσταγμα γάρ φησιν ἔθετο, καὶ οὐ παρελεύσεται· ὁ γὰρ λόγῳ τὴν ἀρχὴν τὸ πᾶν συστησάμενος, καὶ αὖθις δύναται μεταποιῆσαι τὰ ποιήματα λόγῳ. εἶπε ποτὲ τὴν ἄνυδρον πέτραν γενέσθαι κατάρρυτον· ἡ δὲ ποταμοὺς ὕδατος εὐθέως ἐρεύγεται· ἐπάταξε γὰρ πέτραν, καὶ ἐρρύησαν ὕδατα, καὶ ποταμοὶ κατεκλύσθησαν· καὶ ἡ ξηρὰ πέτρα τὸ πρὶν καὶ ἄγευστος ὕδατος, πηγὴ ποταμῶν καὶ μήτηρ ὑδάτων ἐγίνετο. [b] οὐδὲν γὰρ ἄγονον, ᾧ γονὴν ἐπιτάττει θεός. ὁ τότε τοίνυν τὴν ἄγονον πέτραν μεταβαλὼν εἰς λίμνην, καὶ νῦν τὴν στεῖραν Ελισάβετ παιδογόνον ἐκέλευσεν ἀναδειχθῆναι μητέρα, καὶ τὴν ἄκαρπον, κατάκαρπον ἔδειξε, καὶ τὴν τῷ γήρᾳ βεβαρημένην,
B ὡς νεόγαμον κόρην· ὅτε πρὸς τάφον ἠπείγετο, τότε πρὸς τοκετὸν εὐτρεπίζετο· ὅτε τὸ σῶμα τὸ γῆρας ἐμάρανε, τότε τὴν μήτραν ὁ θεὸς ἀνενέωσε· καὶ ὅπερ διὰ τὸν χρόνον ἀπέβαλε, διὰ τὸν πλάστην ἀνέλαβε· καὶ ὅπερ ἡ νεότης ἀπώλεσε, τὸ γῆρας

a Collata cum Codd. Regg. 1832. & 2343.
b Ita Reg. At Edit. οὐδὲν γὰρ ἄγονον ἢ ἄγονοι, ὧν ἐπιτάττει ὁ θεός. minus recte.

A ἀπητεῖτο. ὅτε γείτων ἐγένετο τοῦ θανάτου, τότε παιδὸς ὀνομάζετο μήτηρ· καὶ τοὺς τῆς μάμμης ὑπερβαίνουσα χρόνους, εἰς μητρικὴν ἐνέπιπτε φροντίδα, καὶ βρέφος ἐπὶ τῆς ἀγκάλης ἐβάσταζεν, ἡ βακτηρίας διὰ τὸ γῆρας πρὸς ἐπίβασιν χρήζουσα· καὶ πρωτότοκον ἡ γραῦς ἐψηλάφα παιδίον, καὶ στεῖρα παραδόξως ἐγέννησεν, ἵνα παρθένος τίκτουσα παρὰ φύσιν πιστευθῇ. ἀμφότερα καινὰ καὶ παράδοξα· στεῖρα γὰρ καὶ παρθένος ἀπροσδόκητοι μητέρες. τούτου δὲ τοῦ παραδόξου τοκετοῦ μηνυτὴς τῷ Ζαχαρίᾳ ὁ ἀρχάγγελος ἐπέμφθη Γαβριήλ· καὶ στὰς ἐκ δεξιῶν τοῦ θυσιαστηρίου ὤφθη αὐτῷ· καὶ ἐταράχθη, φησὶ, Ζαχαρίας ἰδὼν, καὶ φόβος [a] ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτόν. εἶδε γὰρ, ὅπερ οὐκ εἶδε ποτὲ, πῦρ φθεγγόμενον, ἀσώματον ἄνθρωπον, ἀψηλάφητον σχῆμα, ἀσυνείκαστον θέαν, ὄψιν ἀσύγκριτον, ἀεροβάτην δρομέα, πτηνὸν ἀνθρωπόμορφον· καὶ ἰδὼν ἐταράχθη. B ἰδὼν δὲ αὐτὸν ταραττόμενον ὁ ἄγγελος, χρησταῖς ἐπαγγελίαις φυγαδεύει τὸν φόβον· μὴ φοβοῦ Ζαχαρία, διότι εἰσηκούσθη ἡ δέησίς σου· καὶ ἡ γυνή σου Ἐλισάβετ γεννήσει υἱόν σοι, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰωάννην· καὶ ἔσται χαρά σοι καὶ ἀγαλλίασις· καὶ πολλοὶ ἐπὶ τῇ γεννήσει αὐτοῦ χαρήσονται· μὴ φοβοῦ Ζαχαρία· οὐ φόβον ἐπισείων ἐλήλυθα, ἀλλὰ χαρᾶς σοι μηνυτὴς παραγέγονα. ποίας χαρᾶς; ἡ γυνή σου Ἐλισάβετ γεννήσει σοι υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰωάννην· οὗτος ὡς ἑωσφόρος ἐπιφαύσει τῷ κόσμῳ, καὶ τὸ σκότος τῆς ἀγνωσίας διώξει, τὸν τῆς δικαιοσύνης ἐπικαλούμενος ἥλιον· ὁ ὀπίσω γάρ μου ἐρχόμενος, ἔμπροσθέν μου γέγονεν· οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς λῦσαι τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος. καὶ αὐτὸς προελεύσεται ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει τοῦ Ἠλίου. C τὸ πνεῦμα τοῦ Ἠλίου κατῴκησε καὶ εἰς τὸν Ἰωάννην· πνεύματα γὰρ προφητῶν, προφήταις ὑποτάσσεται· καὶ σχεδὸν ἐν πᾶσιν εὑρίσκομεν [b] ὅμοιον τῷ Ἠλίᾳ τὸν Ἰωάννην. ἐκεῖνος ἐν ὄρεσι διῃτᾶτο, καὶ οὗτος ἐν τῇ ἐρήμῳ διέτριβεν· ἐκεῖνον κόρακες ἔτρεφον, καὶ οὗτος ἀκρίδας [c] βοτανῶν ἤσθιεν· ἐκεῖνος μηλωτὴν περιεβάλλετο, καὶ οὗτος τρίχας καμήλων· ἐκεῖνος αὐστηρὸς ἦν καὶ ἐλεγκτικὸς, καὶ οὗτος ὁμοίως· ἐκεῖνος τὸν Ἀχαὰβ ἤλεγχε τὸν βασιλέα τῶν Ἰουδαίων, καὶ Ἰεζάβελ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ· σὺ εἶ, φησὶν, ὁ διαστρέφων τὸν Ἰσραὴλ, καὶ ὁ οἶκος τοῦ πατρός σου· καὶ ὁ Ἰωάννης τὸν Ἡρώδην, καὶ Ἡρῳδιάδα· οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν τὴν γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ σου. καὶ αὐτὸς [d] προπορεύεται ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίου, ἐπιστρέψαι καρδίας πατέρων ἐπὶ τέκνα. τί ἐστιν ἐπιστρέψαι καρδίας πατέρων ἐπὶ τέκνα; D οἱ πατέρες τῶν Ἰουδαίων, ὁ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, καὶ οἱ δώδεκα πατριάρχαι, καὶ πάντες οἱ δίκαιοι, ὁρῶντες φιλαμαρτήμονα τὸν λαὸν, καὶ ἑτοίμως ἐκπορνεύοντα εἰς ἀλλοτρίους θεοὺς, ἀπεστρέφοντο αὐτοὺς ὡς τοιούτους. ἀφ' οὗ δὲ Ἰωάννης ἐκήρυξε τὸ βάπτισμα τῆς μετανοίας, πολλοὶ ἐπεστράφησαν πρὸς τὸν θεόν. ὁρῶντες οὖν οἱ πατέρες αὐτῶν ἐπιστρέφοντας αὐτοὺς πρὸς τὸν θεὸν, καὶ αὐτοὶ ἐπέστρεψαν τὰς καρδίας αὐτῶν πρὸς αὐτούς· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ, ἐπιστρέψαι καρδίας πατέρων ἐπὶ τέκνα, ἑτοιμάσαι κυρίῳ λαὸν κατεσκευασμένον, [e] περιούσιον· περὶ οὗ Δαυὶδ ὁ προφήτης προεκήρυξε λέγων, αὕτη ἡ γενεὰ ζητούντων τὸ πρόσωπον τοῦ θεοῦ Ἰακώβ. ἔτι τὸν γέροντα Ζαχαρίαν ἡ κύησις τοῦ παιδὸς ἡ παράδοξος ἐκπλήττει, ἔτι πρὸς τὸν ὑπερώειον τοκετὸν δυσχεραίνει, μὴ λογισάμενος συνετῶς, ὅτι ὁ κεραμεὺς τῆς γαστρὸς δύναται τὴν πεπαλαιωμένην ἀνακαινίσαι μήτραν. E διὸ καὶ πρὸς τὸν τῆς ἀπιστίας ἐξεκυλίσθη κρημνόν. τοῦ γὰρ ἀγγέλου λέγοντος, ἰδοὺ ἡ γυνή σου Ἐλισάβετ τέξεταί σοι υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰωάννην· ὁ Ζαχαρίας ἀπομάχεται τῷ λόγῳ, καὶ φησὶν, κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο; ἐγὼ γάρ εἰμι πρεσβύτης, καὶ ἡ γυνή μου προβεβηκυῖα ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῆς. πόθεν μοι, φησὶ, τὸ ἀσφαλὲς ὑπάρξει; ποῖόν μοι τῆς ἐπαγγελίας δύνασαι παραστῆσαι τεκμήριον; δεῖξόν μοι καὶ νῦν ῥάβδον ὡς ἐπὶ Ἀαρὼν τοῦ ἀρχιερέως ἀνθήσασαν, καὶ τότε σοι πιστεύσω ὅτι καὶ γῆρας δύναται καρποφορῆσαι παιδίον. ἐγὼ γάρ εἰμι πρεσβύτης, καὶ ἡ γυνή μου προβεβηκυῖα ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῆς.

repetebatur : quando morti jam vicina erat, tunc pueri mater appellabatur ; & quæ aviæ tempus superegressa erat, ad maternam solicitudinem devoluta est : infantem in ulnis gestabat, quæ scipione pro nimia senectute, ad incessum indigebat : primogenitum anus puerulum tractabat : sterilisque præter opinionem ac mirabiliter genuit, ut præter naturam peperisse virgo credatur. Utrumque novum est & mirabile : sterilis enim & virgo inexspectatæ sunt matres. Hujus autem partus mirabilis, Zachariæ seni missus est, index Archangelus Gabriel : & stans a dextris altaris incensi, apparuit illi : *& Zacharias*, inquit, *turbatus est videns ; & timor irruit super eum.* (Luc. 1. 11. 12.) Vidit namque quod numquam viderat, ignem loquentem, incorporeum hominem, intractabilem speciem, spectaculum nulli conferendum, visum incomparabile, per aërem incedentem cursorem, volucrem humana præditam forma ; & turbatus est videns. Cum autem eum turbatum videret Angelus, jucundis promissis timorem fugat ; *Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua : & uxor tua Elisabet pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Joannem : & erit gaudium tibi & exsultatio : & multi in nativitate ejus gaudebunt. Ne timeas, Zacharia :* non ut timorem incutiam veni ; sed gaudii tibi nunciator accessi. Cujus tandem gaudii ? *Uxor tua Elisabet pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Joannem.* Hic tamquam Lucifer illucescet mundo, & ignorantiæ tenebras evocato sole justitiæ dissipabit : *Qui enim post me venit, ante me factus est ; cujus ego non sum dignus ut solvam ejus corrigiam calceamenti. Et ipse præcedet in spiritu & virtute Eliæ.* (Marc. 1. 7.) Spiritus Eliæ habitavit etiam & in Joanne : spiritus quippe Prophetarum, Prophetis subjecti sunt ; atque in omnibus ferme Joannem Eliæ similem invenimus. Ille degebat in montibus ; hic in deserto versabatur : illum corvi alebant ; hic herbarum summitates edebat : ille melote vestiebatur ; hic camelorum pilis : ille austerus erat, & ad reprehendendum aptus ; & iste pariter : ille Judæorum Regem Achab arguebat, & Jesabel ejus uxorem : *Tu es*, inquit, *qui evertis Israel, & domus patris tui :* (3. Reg. 18. 18.) ita & Joannes Herodem & Herodiadem : *Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Et ipse præcedet in spiritu & virtute Eliæ, ut convertat corda patrum in filios.* (Luc. 1. 17.) Quid est convertere corda patrum in filios ? Patres Judæorum, Abraham, Isaac & Jacob, & duodecim Patriarchæ, omnesque Justi, cum viderent populum ad peccata proclivem, & facile cum diis fornicantem alienis, eos ut tales aversabantur. Ex quo vero tempore pœnitentiæ baptismum prædicavit Joannes, ad Deum multi conversi sunt. Cum ergo cernerent illos patres ipsorum ad Deum sese convertere, sua quoque ipsi corda converterunt ad illos, & hoc est, *ut convertat corda patrum in filios, parare Domino plebem perfectam*, acceptabilem ; (Ibid.) de qua David Propheta prænunciavit, dicens, *Hæc est generatio quærentium faciem Dei Jacob.* (Psal. 23. 6.) Adhuc Zachariam senem admirabilis pueri conceptus attonitum reddit : adhuc inusitatum illum partum indignabunde audit ; neque sapienter apud se perpendit figulum conditoremque ventris, uterum annis effetum posse renovare : atque idcirco in incredulitatis præcipitium est devolutus. Nam cum diceret Angelus, *Ecce Elisabet uxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Joannem ;* Zacharias verbis repugnat, & ait : *Unde hoc sciam ? Ego enim sum senex ; & uxor mea processit in diebus suis.* Unde, inquit, securus ac certior fiam ? Quod tandem mihi præbere promissi hujus potes argumentum ? Ostende nunc etiam mihi virgam, quæ, ut Pontificis Aaronis ætate, effloruerit : tum vero ego tibi credam senectutem etiam posse fetum puerulі procreare. *Ego enim sum senex, & uxor mea processit in diebus suis.* (Ibid.)

[a] Sic duo MSS. Morel. vero ἔπεσεν. Paulopost, πτηνὸν ante ἀνθρωπόμορφον quod deerat in Edito, ex uno Reg. desumtum est. Vide Monitum.
[b] Reg. unus, ὅμοιον τοῦ Ἠλίου.
[c] In uno Reg. βοτανῶν deest.
[d] Reg. unus προελεύσεται.
[e] περιούσιον deest in Cod. Reg.

Bona sunt quidem verba tua & grata; sed promissum difficile creditu. Filium mihi quasi proxeneta promittis, spem post spem scilicet: flos ætatis meæ præteriit: juventutis omne tempus nullo edito fructu absumsi: quando factus sum quasi lignum aridum, tum me producere fructus cogis? Incurvo corpore per forum incedo, nec jam suspicere cælum possum: ad cognatam me terram senectus attrahit; terra quippe sum, & in terram revertar: vix pedum ingressum promoveo; neque mihi sufficiunt ad incedendum duo pedes; scipionem tertii pedis vicem gesto: non enim mihi filius hactenus datus est, a quo manu ducerer: sepulcrum sum mobile, & cadaver obambulans. Quomodo ergo ex hoc tempore patrem me filius nominabit? Ego enim sum senex, & uxor mea processit in diebus suis. Cum me ad tumulum senectus deducit, tum ego lectum nuptialem ascendam: & filium procreabo, cum mihi sol juventutis occiderit? Et ego præ annis multis sum exoletus, & Elisabetæ uterus effetus est & emortuus. Unde igitur hoc sciam? *Ego enim sum senex, & uxor mea processit in diebus suis. Et* Ibid. 19. *respondens Angelus dixit ei, Ego sum Gabriel qui asto ante Deum: & missus sum loqui ad te, & hæc tibi evangelizare, & ecce eris tacens, & non poteris loqui usque in diem quo hæc fiant, pro eo quod non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo. Et ecce eris tacens, & non poteris loqui.* Volo quidpiam facere; & tu interrogas, Quomodo? Miraculum edere statui, tu rationem ac viam quæris? Omnino autem meorum operum principium curiose scrutaris. Num est impossibile apud Deum omne verbum? Dic mihi unde sit natus Isaac? Nonne illum Abraham senex progenuit, & Saram vetulam matrem appellavit? Tu ad eamdem exspectationem vocatus, cur non ut ille mea verba excepisti? Quapropter eris tacens, & non poteris loqui; pro eo quod non credidisti verbis meis: tuam ego linguam obligabo, quæ se ad immoderatam responsionem commovit: in quo peccatum patrasti organo, ac membro, in ipso & plecteris: *Per quæ enim quis peccat, per hæc & torquetur.* Idcirco *eris tacens, & non poteris loqui; pro eo quod non credidisti verbis meis*, loquens non credidisti dictis meis; tacens mea verba exspecta, *quæ implebuntur in tempore suo.* Quæ enim apud homines impossibilia sunt, possibilia sunt apud Deum. Ipsi gloria in sæcula. Amen.

A τὰ ῥήματά σου χρηστά· τὸ δὲ ἐπάγγελμα δυσπιστον. παῖδά μοι προξενεῖς, μετ' ἐλπίδας ἐλπίδα, ὁ τῆς [a] ἀκμῆς μου παρελήλυθε χρόνος· τὸν τῆς νεότητος ἀκάρπως κατηνάλωσα βίον. ὅτε ὡς ξύλον ἐγενόμην ξηρὸν, τότε καρποφορεῖν ἀναγκάζεις με· κυρτοβατῶν τὴν ἀγορὰν περιέρχομαι, οὐκ ἔτι πρὸς οὐρανὸν ἀνανεύειν ἰσχύω· πρὸς τὴν συγγενίδα γῆν κατασύρει με τὸ γῆρας· γῆ γάρ εἰμι, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσομαι· μόλις τὸ βῆμα τῶν ποδῶν μεταφέρω· οὐκ ἀρκοῦσιν οἱ δύο μοι πρὸς ἐπίβασιν πόδες· ἀντὶ τρίτου ποδὸς βακτηρίαν βαστάζω· οὐδὲ γὰρ ἐγὼ γοῦν μέχρι νῦν οὐκ εὐπόρησα τέκνου· τάφος εἰμὶ κινούμενος, καὶ νεκρὸς ὁδοιπορῶν. πῶς οὖν ἀπὸ τοῦ νῦν ἐμὲ τέκνον ὀνομάσει πατέρα; ἐγὼ γάρ εἰμι πρεσβύτης, καὶ ἡ γυνή μου προβεβηκυῖα ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῆς. ὅτε τῷ B τάφῳ τὸ γῆρας με προσάγει, τότε νυμφικῆς ἐπιβήσομαι κοίτης, καὶ παῖδα δημιουργήσω τοῦ τῆς νεότητός μοι δεδυκότος ἡλίου; κἀγὼ διὰ τὸν χρόνον ἐξίτηλος, καὶ τῆς Ἐλισάβετ ἡ μήτρα νενέκρωται. κατὰ τί οὖν γνώσομαι τοῦτο; ἐγὼ γάρ εἰμι πρεσβύτης, καὶ ἡ γυνή μου προβεβηκυῖα ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῆς. καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἄγγελος εἶπεν αὐτῷ, ἐγώ εἰμι Γαβριὴλ ὁ παρεστηκὼς ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, καὶ ἀπεστάλην λαλῆσαι πρός σε, καὶ εὐαγγελίσασθαί σοι ταῦτα. καὶ ἰδοὺ ἔσῃ σιωπῶν, καὶ μὴ δυνάμενος λαλῆσαι, ἄχρι ἧς ἡμέρας γένηται ταῦτα, ἀνθ' ὧν οὐκ ἐπίστευσας τοῖς λόγοις μου, οἵτινες πληρωθήσονται εἰς τὸν καιρὸν αὐτῶν· καὶ ἰδοὺ ἔσῃ σιωπῶν καὶ μὴ δυνάμενος λαλῆσαι. βούλομαί τι ποιῆσαι, καὶ πῶς ἐρωτᾷς; θαυματουργῆσαι προῄρημαι, καὶ τὸν τρόπον ζητεῖς; ὅλως δὲ περιεργάζῃ τῶν ἐμῶν ἔργων τὴν ἀρχήν; [b] μὴ ἀδυνατεῖ παρὰ τῷ θεῷ πᾶν ῥῆμα; εἰπέ μοι, πόθεν ὁ C Ἰσαὰκ ἐτέχθη; οὐκ Ἀβραὰμ αὐτὸν ἐγέννησεν ὁ πρεσβύτης, καὶ Σάῤῥαν τὴν στεῖραν ἐκάλεσε μητέρα; εἰς τὴν αὐτὴν ἐμπεσὼν προσδοκίαν, διὰ τί τοὺς ἐμοὺς ὡς ἐκεῖνος οὐ παρεδέξω λόγους; διὸ ἔσῃ σιωπῶν, καὶ μὴ δυνάμενος λαλῆσαι, ἀνθ' ὧν οὐκ ἐπίστευσας τοῖς λόγοις μου. δήσω σου τὴν γλῶσσαν τὴν πρὸς ἄτακτον κινηθεῖσαν [c] ἀπόκρισιν· ἐν ᾧ τὴν ἁμαρτίαν ἐγέννησας ὀργάνῳ, ἐν αὐτῷ καὶ παιδεύθητι· δι' ὧν γάρ τις ἁμαρτάνει, διὰ τούτων καὶ κολάζεται. διὸ ἔσῃ σιωπῶν, καὶ μὴ δυνάμενος λαλῆσαι, ἀνθ' ὧν οὐκ ἐπίστευσας τοῖς λόγοις μου· τοῖς ῥήμασί μου λαλῶν οὐκ ἐπίστευσας· σιωπῶν τοὺς λόγους ἀνάμεινον, οἵτινες πληρωθήσονται εἰς τὸν καιρὸν αὐτῶν· τὰ γὰρ παρ' ἀνθρώποις ἀδύνατα, παρὰ τῷ θεῷ δυνατά. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν.

a Reg. ἀκμῆς μου.
b Reg. unus, μὴ ἀδυνατεῖ τῷ θεῷ πᾶν ῥῆμα.

c Idem Reg. ἀπόκρισιν· λέγε τὴν κατάκρισιν· ἐν ᾧ . . . ὀργάνῳ· δι' ὧν γάρ τις. Utraque lectio quadrat.

MONITUM

IN HOMILIAM DE CONCEPTIONE S. JOANNIS BAPTISTÆ.

IDEM *est hujus Homiliæ initium, quod illius, quam habuit Chrysostomus in regressu ex Asia Constantinopolin, & latine solum exstat hoc initio :* Moyses magnus ille Dei famulus, caput Prophetarum, maris viator, aëris agitator, mensæ apparator, qui a genitrice projectus est, & ab impugnatrice salvatus; *quæ Homilia sequenti tomo 3. dabitur. In hac vero de qua nunc agitur Homilia, paulopost initium, omnia puerilia sunt, tropis & exclamationibus redundantia. Nec quempiam movere debet, quod de festo Scenopegiæ & de Zacharia Summo Pontifice hic dicitur admodum simile iis quæ Chrysostomus ea de re dixit supra Homil. in Ortum Christi. Nam illa, etsi minus probabilis opinio, ab aliis etiam Scriptoribus Ecclesiasticis proposita & propugnata fuit. Qua de re vide ea quæ diximus supra ad Homiliam in diem Christi Natalem.*

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

ΕΓΚΩΜΙΟΝ

[a] ΕΓΚΩΜΙΟΝ ΕΙΣ ΤΗΝ ΣΥΛΛΗΨΙΝ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ προφήτου Προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ.

A ΜΩΥΣΗΣ ὁ μέγας ὁ τοῦ Θεοῦ θεράπων, τὸ κεφάλαιον τῶν προφητῶν, ὁ τῆς θαλάσσης ὁδοιπόρος, ὁ τοῦ ἀέρος ἡνίοχος, ὁ τοῦ μάννα τραπεζοποιὸς, ὁ τοῦ Θεοῦ νομοθέτης, ὁ τὰς πλάκας τὰς ἱερὰς δεξάμενος, ὁ πρῶτος εἰσηγητὴς τῶν συμφερόντων τῷ βίῳ, οὗτος ὁ τοσοῦτος καὶ τηλικοῦτος σκηνὴν τῷ λαῷ Ἰσραὴλ κατεσκεύασε, [b] καθ' ὃν ἐν τῷ ὄρει παρὰ Θεοῦ ἐδιδάχθη τύπον. καὶ πάντα μὲν ἅγιά τε καὶ ἱερὰ τὰ καθ' ἕκαστον ἐποίησεν, ὅσα τῷ περιχοινίσματι κατὰ τὸ ἐντὸς περιείληπτο· τὸ δὲ ἐνδότατον, τούτοις ἄδυτόν τε καὶ ἀνεπίβατον ἦν, ἅγιον ἁγίων λεγόμενον· τούτῳ τῷ παραδείγματι τῆς σκηνῆς καὶ Σολομὼν ᾠκοδόμησε ναὸν, οὐχὶ τῇ πολυτελείᾳ τῆς ὕλης μόνον, οὐδὲ τῇ ποικιλίᾳ τῆς τέχνης, ἀλλὰ καὶ τῷ σχήματι τῆς οἰκοδομῆς πάντας τοὺς ἐπὶ γῆς ναοὺς ἀποκρύπτοντα· ὥστε αὐτοὺς μηδέποτε εἰς ἐπιθυμίαν ἐλθεῖν τῶν παρὰ Αἰγυπτίοις· καὶ ποιεῖ τὸν ναὸν πρὸς τὴν εἰκόνα τοῦ κόσμου παντὸς, τοῦ τε αἰσθητοῦ καὶ τοῦ νοητοῦ. καθάπερ γὰρ ἐστι γῆ καὶ οὐρανὸς, καὶ μέσον διάφραγμα τὸ στερέωμα τοῦτο· οὕτω κἀκεῖνον ἐκέλευσε γενέσθαι ὁ Θεὸς, καὶ εἰς δύο διατεμὼν τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ καταπέτασμα ἀφεὶς μέσον, τὸ μὲν ἔξω τοῦ καταπετάσματος, πᾶσι συνεχώρησεν εἶναι βατὸν, τὸ δὲ ἔνδον, ἄβατον πᾶσι καὶ ἀθέατον, πλὴν τοῦ ἀρχιερέως μόνου· ὡς ὁ ἄγγελος ἐνετείλατο, λαλήσας τῷ Μωϋσῇ, εἰπεῖν τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· ἐν τῷ μηνὶ ἑβδόμῳ, δεκάτῃ τοῦ μηνὸς, ταπεινώσατε τὰς ψυχὰς ὑμῶν· τοῦτ' ἔστι, περὶ τῆς σκηνοπηγίας· τότε γὰρ ἐν τῇ σκηνοπηγίᾳ ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ μόνος ὁ ἀρχιερεὺς εἰσῄει εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων θυμιᾶν. ἐν ταύτῃ οὖν τῇ ἑορτῇ τῆς σκηνοπηγίας, εἰσῆλθε καὶ ὁ Ζαχαρίας θυμιᾶσαι κατὰ τὴν ἐφημερίαν αὐτοῦ, καὶ εἶδε τὸν ἄγγελον ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ θυσιαστηρίου θυμιάματος· καὶ ἐταράχθη Ζαχαρίας ἰδὼν, καὶ φόβος ἐνέπεσεν ἐπ' αὐτόν· εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ ἄγγελος· μὴ φοβοῦ Ζαχαρία· διότι εἰσηκούσθη ἡ δέησίς σου, καὶ ἡ γυνή σου Ἐλισάβετ γεννήσει υἱόν σοι, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰωάννην· καὶ ἔσται σοι χαρὰ καὶ ἀγαλλίασις· καὶ πολλοὶ ἐπὶ τῇ γεννήσει αὐτοῦ χαρήσονται. ἔσται γὰρ μέγας ἐναντίον Κυρίου, καὶ οἶνον, καὶ σίκερα οὐ πίεται, καὶ πνεύματος ἁγίου πλησθήσεται ἔτι ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ. καὶ αὐτὸς προπορεύσεται ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίου, ἐπιστρέψαι καρδίας πατέρων ἐπὶ τέκνα, καὶ ἀπειθεῖς ἐν φρονήσει δικαίων, ἑτοιμάσαι Κυρίῳ λαὸν κατεσκευασμένον. εἶδες ἐπαγγελίαν, προφητικὴν ὑπερβαίνουσαν δύναμιν; αὕτη ἡ προφητεία τοῦ Ζαχαρίου ἔδησε καὶ ἔλυσε τὴν γλῶτταν· ἔδησε γὰρ, ἀπιστηθέντος τοῦ τόκου· ἔλυσε δὲ αὐτὴν, γενομένου τοῦ τόκου. ὢ τοῦ θαύματος· Ἰωάννης ἐκ κοιλίας εὐαγγελιστὴς, ἐκ γαστρὸς θαυματουργὸς, τῆς ἐρημίας σύντροφος, καὶ τῶν ἀγγέλων ὁμοδίαιτος· ὁ μετὰ τὸν νόμον ἐν προφήταις δεύτερος Ἠλίας, καὶ ἀληθέστατος κήρυξ, τῷ ζήλῳ τοῦ πνεύματος τὴν πλάνην ἐξελαύνων, ὁ πρόδρομος καὶ βαπτιστὴς, ὁ λέγων, μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. ὁ τοῦ Ζαχαρίου υἱὸς, καὶ τῆς στείρας τὸ βλάστημα, καὶ τῶν εὐχῶν τοῦ λαοῦ τέλειον αὐτούργημα· ὁ τῆς μετανοίας γνήσιος εἰσηγητὴς, καὶ πιστῶν συνήγορος ἐξομολογουμένων· ὁ τοῦ νόμου πλήρωμα, καὶ τῆς χάριτος ἀρχηγὸς, καὶ τῆς ἀσεβείας τῶν Ἰουδαίων ἔλεγχος· ὁ τῶν ἐπουρανίων δογμάτων βεβαιωτὴς, καὶ κριτὴς ἀδέκαστος τῶν τοῦ λαοῦ πταισμάτων· ὁ ἐκ στείρας ἀγόνου παρ' ἐλπίδα τεχθεὶς, καὶ χάριτι ἐκ τῆς πέτρας ὕδωρ ἐξαγαγόντος, Χριστοῦ νυμφαγωγός· ὁ τῶν Ἰορδανείων ῥείθρων χαλιναγωγὸς, καὶ τῆς τῶν ἁμαρτωλῶν καθάρσεως πρεσβευτής· ὁ τοῦ ἀκαταλήπτου μυστηρίου προγνώστης, καὶ τῆς τοῦ ἀοράτου παρουσίας προφήτης. οὗτός ἐστιν Ἰωάννης ὁ κατ' ἐπαγγελίαν τεχθεὶς τῷ Ζαχαρίᾳ ἐν γήρᾳ βαθυτάτῳ· ὢ

IN LAUDEM CONCEPTIONIS Sancti JOANNIS *Prophetæ Præcursoris & Baptistæ.*

MOYSES ille magnus Dei famulus, caput Prophetarum, ille maris viator, aëris auriga, mensæ mannæ apparator, Dei legislator, qui tabulas sacras excepit, qui primus ea, quæ ad vitam recte instituendam spectant, introduxit: hic vir talis ac tantus populo Israel tabernaculum condidit, secundum eam figuram quam in monte fuerat edoctus a Deo. Atque omnia quidem ille sancta sacraque fecerat singillatim quæ interiori septo comprehensa erant: quod vero intimum erat, istis inaccessum & impervium erat, Sanctum Sanctorum appellatum. Ad hoc exemplar tabernaculi, Salomon etiam templum exædificavit: quod non modo materiæ precio, artisque varietate, sed & ipsa specie B structuræ templa omnia, quæ cernuntur in terris, obscurabat: ut numquam in eorum quæ apud Ægyptios erant, cupiditatem exardescerent. Ac templum quidem illud, universi hujus mundi imaginem, cum ejus qui sub sensum cadit, tum illius qui mente comprehenditur, construit. Nam quemadmodum terra hic est & cælum, mediumque interstitium, hoc firmamentum; ita & illud fieri jussit Deus: cumque duas in partes hoc templum divisisset, velumque in medio expandisset, illud quidem quod extra velum erat, ab omnibus adiri posse permisit: quod autem intra illud erat, inaccessum omnibus esse, atque a nemine conspici præterquam a solo summo Pontifice, sicut ab Angelo fuerat imperatum, loquente Moyse, ut filiis Israël diceret, *In mense septimo, in decima mensis, humiliate animas vestras*: hoc de Scenopegia dictum est; C tum enim in Scenopegia semel in anno solus Pontifex, ut incensum adoleret, in sancta sanctorum intrabat. In hac ergo solennitate Scenopegiæ, Zacharias ingressus est in ordine vicis suæ, ut incensum poneret: viditque Angelum stantem a dextris altaris incensi: *Et Zacharias turbatus est videns: & timor irruit super eum. Ait autem ad eum Angelus: Ne timeas Zacharia; quoniam exaudita est deprecatio tua: & uxor tua Elisabet, pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Joannem: & erit gaudium tibi & exsultatio; & multi in nativitate ejus gaudebunt: erit enim magnus coram Domino: & vinum & siceram non bibet, & Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ. Et ipse præcedet in spiritu & virtute Eliæ; ut convertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam justorum, parare Domino plebem* D *perfectam.* Vidisti promissum quod virtutem propheticam excedit? hæc prophetia Zachariæ linguam vinxit & solvit: vinxit enim, cum creditus non esset partus: solvit autem illam, cum partus evenisset. O rem admirabilem! Joannes ex utero Evangelista, ex ventre miraculorum editor, deserti alumnus, & angelorum conturbernalis; qui post legem unus est ex Prophetis, secundus Elias, & verissimus præco; qui spiritus zelo errorem longe abigit, Præcursor & Baptista: qui dicit, *Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cælorum*: Zachariæ filius, & sterilis germen, ac populi precum opus perfectum: genuinus pœnitentiæ promulgator, ac fidelium pœnitentium & confitentium patronus, legis plenitudo, & gratiæ dux ac princeps, atque Judæorum impietatis reprehen- E sor, cælestium decretorum sancitor, & delictorum populi judex incorruptus, qui ex sterili & effeta præter spem partu est editus, & gratiæ beneficio, Christi ipsius qui aquam eduxit e petra, sponsæ deductor, qui Jordanis fluenta quasi freno injecto regit, & purgationis peccatorum moderator, incomprehensibilis mysterii præscius ac prænuncius, & adventus ejus, qui videri non potest, Propheta: hic est Joannes ille qui Zachariæ in extrema senectute constituto, prout fuerat promissum, est

Luc. 1. 11. 12.

Matt. 4. 17.

[a] Collata cum Cod. Reg. 2343. qui paucas admodum effert varietates.

[b] Ita Reg. At Edit. minus recte καθ' ὃν . . . τύπον.

natus. O miraculum! Ecce enim operibus ipsis apparuere comprobata quæ gestibus suis exsultans Joannes in utero subindicavit. Vidit mundus lætitiam, quam in vulva præcursor pedibus expressit. Quem vero nos honorem justo illi rependemus, admirandis ejus recte factis undique circumsessi? Evangelizat enim dum utero gestatur; edit miracula dum nascitur; progressus facit dum in desertis religiose vivens exercetur: provectus spiritu nutritur; medius inter legem & gratiam intercedit: baptismum prædicat pœnitentiæ: Dominum advenientem baptizat; Trinitatis gloriam videt baptizans, & gratiæ perhibet testimonium, pro ipsa veritate clamans: Dominum a Prophetis prænunciatum indicat, & seipso fortiorem ac validiorem illum confitetur, viæ ducem iis qui credunt se præbet, ut ad eum perveniant dum turbas utilia docet: publicanos etiam qui baptizantur commonefacit: reprehendit & legem violantem Herodem, ac demum finem sortitur quo ad beatitudinem ipsam provehitur. Quibus itaque illum sermonibus efferemus? Qua lingua ad hæc omnia commendanda utemur? Quid horum prætermittemus? Aut quid tandem proloqui de istis valebimus? Magnum enim laudum est pelagus, magna recte factorum ejus amplitudo; vel solus ipse rerum conatus laudatores reddit attonitos. Verum prodeat nunc quoque Zacharias justi pater, is qui & silentio damnatus est, & vocem rursus emisit: ille nobis res suas apertissime declarabit, quomodo loquutus est cum lingua esset vincta, quomodo Joannes nascitur, & sententia ab Angelo prolata rescinditur; quomodo pœna removetur, & curatio adhibetur. Etenim Evangelista Zachariæ atque uxoris ejus Elisabetæ compendiosam prædicationem in medium afferens, primum eorum nomina & naturam ac dignitatem significat: deinde vero conversationis commendationem ac justitiæ tropæum proponit, simulque silentii damnationem indicat, utque fuerit linguæ usus restitutus declarat. At exinde verba ipsa evangelica velim audias: *Et non erat illis filius, eo quod esset Elisabet sterilis, & ambo processissent in diebus suis.* Jam vero non illorum modo sterilitatem liberorum intueor, sed & antiqua illa species justorum animo meo obversatur, Abraham inquam & Saræ; simulque parientem alteram sterilitatem animadverto, & gratiæ ope concessam liberorum fecunditatem, ac naturæ insusitatum in filiorum procreatione mysterium: talis enim & promissionis hujus est modus. *Apparuit autem illi Angelus Domini stans a dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est videns: & timor irruit super eum. Ait autem ad illum Angelus; Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua; & uxor tua Elisabet pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Joannem.* Præclara sane promissionis possessio est, magnum visionis donum, vere Abrahamæa gloriatio: ut enim illi Saræ conceptio, sic & isti Elisabetæ graviditas prænunciata est. Verum æqualis quidem est ipsa prædictio, at non item conditio rerum æqualis. Nam cum Abrahamo nihil ex denunciatione mali obvenerit, Zacharias contra mutus post felicem illum nuncium invenitur, utpote qui fide digno Angelo fidem non habuerit, & taciturnitatis fuerit pœna mulctatus. *Dixit enim,* inquit, *Zacharias ad Angelum, unde hoc sciam? Ego enim sum senex, & uxor mea processit in diebus suis.* Quid hoc, quæso, est Domine? Dum ego preces Deo offero, dum veniam peto, ut toti populo sit volens ac propitius, tu mihi felicem hunc nuncium affers, fore ut mihi filius nascatur? Atqui hoc fieri nullo modo potest: nam & mea hæc senectus infirma est, & imbecillis natura; conjux autem mea infecunda quædam est cautes: ecqua tandem ratione id fieri queat? Verumtamen siquidem, ut dicis, filius mihi nascetur, quæ tandem ex illo commoditas populo importabitur? Tum Angelus, Magnam vero ille populo cunctisque gentibus salutem afferet: omnes enim ab errore ipse revocabit, salutisque viam monstrabit, atque mediator Dei & hominum fiet; etenim *præcedet in spiritu ac virtute Heliæ*, & Propheta Altissimi vocabitur. Iste præcedet ante faciem Domini, dicens, *Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.*

Luc. 1. 7.

Luc. 1. 11.

Luc. 1. 17 & 76.

Joan. 1. 29.

A τοῦ θαύματος· ἰδοὺ γὰρ ἐπὶ τῶν ἔργων ἐδείχθη τὰ ἐν γαστρὶ τοῦ Ἰωάννου σκιρτήματα, ἃ ἐμήνυσεν. εἶδεν ὁ κόσμος τὴν ἀγαλλίασιν, ἣν ἐν τῇ νηδύϊ ὁ πρόδρομος τοῖς ποσὶν ἐζωγράφησεν. ἀλλὰ ποίαν ἡμεῖς τῷ δικαίῳ τὴν τιμὴν ἀποτίσωμεν, κυκλούμενοι πανταχόθεν τοῖς αὐτοῦ κατορθώμασιν; εὐαγγελίζεται γὰρ κυοφορούμενος, θαυματουργεῖ τικτόμενος, προκόπτει ἐν ταῖς ἐρήμοις ἀσκούμενος, τρέφεται τῷ πνεύματι προαγόμενος· μεσιτεύει νόμῳ καὶ χάριτι· κηρύττει μετανοίας βάπτισμα· βαπτίζει τὸν δεσπότην παραγινόμενον· θεωρεῖ βαπτίζων τῆς τριάδος τὴν δόξαν, καὶ τὴν χάριν μαρτυρεῖ τῇ ἀληθείᾳ, βοῶν ὑποδείκνυσι τὸν προφητευθέντα δεσπότην, ὁμολογῶν καὶ αὐτοῦ ἰσχυρότερον· ὁδηγεῖ πρὸς αὐτὸν τοὺς πιστεύοντας, ἐκδιδάσκων τὸ συμφέρον
B τοῖς ὄχλοις· νουθετεῖ καὶ βαπτιζομένους τελώνας· ἐλέγχει καὶ τὸν Ἡρώδην παρανομοῦντα· δέχεται καὶ μακαριζόμενον τέλος. ποίοις τοίνυν θαυμάσωμεν λόγοις; ποίαν ἐν τούτοις κινήσωμεν γλῶσσαν; τί τούτων παραλείπωμεν, καὶ τί εἰπεῖν περὶ τούτων ἰσχύσωμεν; μέγα γὰρ τῶν ἐγκωμίων τὸ πέλαγος, μέγα καὶ τῶν κατορθωμάτων τὸ πλάτος. ἐκπλήττει τοὺς λέγοντας καὶ μόνη τῶν πραγμάτων ἡ πεῖρα. ἀλλ᾽ ἔλθοι καὶ νῦν Ζαχαρίας ὁ τοῦ δικαίου πατὴρ, ὁ καὶ τῇ σιωπῇ κατακριθεὶς, καὶ πάλιν φθεγξάμενος· ἐκεῖνος ἡμῖν τὰ ἑαυτοῦ τρανότατα διηγήσεται, πῶς ἐφθέγξατο κατασχεθείσης τῆς γλώσσης· πῶς Ἰωάννης γεννᾶται, καὶ ἡ τοῦ ἀγγέλου ἀπόφασις λύεται· πῶς ἡ τιμωρία ἀπάγεται, καὶ ἡ θεραπεία ἔρχεται. ὁ γὰρ εὐαγγελιστὴς σύντομον τοῦ Ζαχαρίου καὶ Ἐλισάβετ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ
C εἰσάγων τὸ κήρυγμα, πρότερον τὰς προσηγορίας αὐτῶν καὶ τὴν φύσιν καὶ τὴν ἀξίαν σημαίνει. ἔπειτα δὲ πολιτείας ἔπαινον καὶ εὐποιΐας τρόπαιον ἐπάγει, ἐν ᾧ καὶ τῆς σιωπῆς κατάκρισιν δείκνυσι, καὶ τῆς εὐγλωττίας τὴν λύσιν γνωρίζει. καὶ ἄκουε τῶν εὐαγγελικῶν ἐντεῦθεν ῥημάτων· καὶ οὐκ ἦν, φησὶν, αὐτοῖς τέκνον, καθότι ἡ Ἐλισάβετ ἦν στεῖρα, καὶ ἀμφότεροι προβεβηκότες ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν ἦσαν. καὶ νῦν οὐ μόνον τὴν τούτων ἀτεκνίαν ὁρῶ, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀρχαίαν εἰκόνα τῶν δικαίων ἐννοῶ, Ἀβραὰμ λέγω καὶ Σάρρας· καὶ μανθάνω καὶ στείρωσιν τίκτουσαν ἑτέραν, καὶ παιδοποιΐαν χάριτος καὶ φύσεως, ξένον τεκνογονίας μυστήριον· οὗτος γὰρ τῆς ἐπαγγελίας ὁ τρόπος ταύτης. ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος κυρίου ἑστὼς ἐκ δεξιῶν τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ θυμιάματος· καὶ ἐταράχθη Ζαχαρίας ἰδὼν, καὶ φόβος ἐπέπεσεν ἐπ᾽ αὐτόν. εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ ἄγγελος, μὴ φοβοῦ Ζαχαρία, διότι
D εἰσηκούσθη ἡ δέησίς σου, καὶ ἡ γυνή σου Ἐλισάβετ γεννήσει υἱόν σοι, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Ἰωάννην. καλὸν τῆς ἐπαγγελίας τὸ κτῆμα, μέγα τῆς ὀπτασίας τὸ δῶρον, ἀληθῶς Ἀβρααμιαῖον τὸ καύχημα. ὡς γὰρ ἐκείνῳ ἡ σύλληψις τῆς Σάρρας, οὕτω καὶ τούτῳ προκατήγγελται τῆς Ἐλισάβετ ἡ κύησις. ἀλλ᾽ ἡ μὲν πρόρρησις, ἴση· οὐκ ἴση δὲ τῶν πραγμάτων ἡ τάξις. τοῦ γὰρ Ἀβραὰμ μηδὲν ἐκ τῆς ἐπαγγελίας πεπονθότος δεινὸν, ἄφωνος μετὰ τὸν εὐαγγελισμὸν Ζαχαρίας εὑρίσκεται, πιστῷ ἀγγέλῳ μὴ πιστεύσας, καὶ σιωπῇ τὴν τιμωρίαν δεξάμενος. εἶπε δὲ, φησι, Ζαχαρίας πρὸς τὸν ἄγγελον, κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο; ἐγὼ γάρ εἰμι πρεσβύτης, καὶ ἡ γυνή μου προβεβηκυῖα ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῆς. τί τοῦτο δέσποτα; ἐγὼ τὰς ἱκεσίας προσάγω τῷ θεῷ ὑπὲρ παντὸς τοῦ λαοῦ ἐξιλασκόμενος, καὶ αὐτός υἱόν μοι τέξειν εὐαγγελίζῃ· τοῦτο ἀδύνατόν ἐστι. τὸ
E γὰρ γῆρας ἀσθενὲς, καὶ ἡ φύσις ἄτονος, καὶ ἡ ἐμὴ σύζυγος πέτρα ἐστὶν ἄγονος· καὶ πῶς ἔσται μοι τοῦτο; ὅμως εἰ καὶ, ὡς εἴρηκας, γεννήσεταί μοι υἱὸς, τίς ἔσται ὠφέλεια ἐξ αὐτοῦ τῷ λαῷ; ὁ δὲ ἄγγελος· μεγάλη ἔσται σωτηρία δι᾽ ἐκείνου τῷ λαῷ, καὶ πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν· αὐτὸς γὰρ ἐπιστρέψει πάντας ἀπὸ τῆς πλάνης, καὶ ὑποδείξει αὐτοῖς τὴν ὁδὸν τῆς σωτηρίας, μεσίτης γενόμενος θεοῦ καὶ ἀνθρώπων· καὶ προπορεύσεται ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίου, καὶ προφήτης ὑψίστου κληθήσεται· οὗτος προπορεύσεται πρὸ προσώπου κυρίου, λέγων, ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου.

Ὁ δὲ Ζαχαρίας, ἀνταποκριθεὶς εἶπε πρὸς τὸν ἄγγελον· κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο; εἶπε δὲ ὁ ἄγγελος, ἐπειδὴ σημεῖον ἐπιζητεῖς τοῦ τόκου, καὶ τοῖς ἐμοῖς ἀπιστεῖς λόγοις, λάβε ἐνέχυρον ἀσφαλές· ἐγώ εἰμι Γαβριὴλ ὁ παρεστηκὼς ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, καὶ ἀπεστάλην λαλῆσαι πρὸς σε, καὶ εὐαγγελίσασθαί σοι ταῦτα. καὶ ἰδοὺ ἔσῃ σιωπῶν, καὶ μὴ δυνάμενος λαλῆσαι, ἄχρι ἧς ἡμέρας γένηται ταῦτα· ἀνθ' ὧν οὐκ ἐπίστευσας τοῖς λόγοις μου, οἵτινες πληρωθήσονται εἰς τὸν καιρὸν αὐτῶν. ἀνένδοτος ἡ δίκη τῷ πλημμελήσαντι, καὶ ἀνυπέρθετος ἡ τῆς τιμωρίας ὀργή· οὐκ ἔδει γὰρ ἀληθῶς ἀπιστηθῆναι τὸν ἄγγελον, οὐ τὸ θυσιαστήριον εὐκαταφρόνητον ἔχειν, οὐ τὸν καιρὸν τοῦ θυμιάματος, καιρὸν ἀπάτης λογίσασθαι· ὁ γὰρ ἄγγελος θυμιῶντι αὐτῷ ὤφθη. οὐ τῆς Ἀβραὰμ ἱστορίας ὑπεμνήσθη· καὶ τότε γὰρ στεῖρα καὶ γῆρας παιδοποιεῖ, καὶ εὔπιστα πανταχοῦ τὰ λεγόμενα ἐδείχθη· εἶχε γὰρ τῆς τοιαύτης τεκνογονίας τὸ θαῦμα· ὅθεν ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτόν, ἔσῃ, φησίν, σιωπῶν, καὶ μὴ δυνάμενος λαλῆσαι, ἄχρι ἧς ἡμέρας γένηται ταῦτα, ἀνθ' ὧν οὐκ ἐπίστευσας τοῖς ἐμοῖς λόγοις. ὢ τῆς φιλανθρώπου τιμωρίας, διόρθωσιν μᾶλλον ἐργασαμένης· αὐτὴν γὰρ ὁ ἄγγελος τὴν σφαλεῖσαν φωνὴν σωφρονίζει. ἐξελθὼν γὰρ οὐκ ἠδύνατο λαλῆσαι αὐτοῖς· καὶ ἐπέγνωσαν ὅτι ὀπτασίαν ἑώρακεν ἐν τῷ ναῷ· καὶ αὐτὸς ἦν διανεύων αὐτοῖς, καὶ διέμενε κωφός· καλῶς γὰρ καὶ τὸ ἔμενεν, ὁ εὐαγγελιστὴς συνεγράψατο· περιέμενε καὶ ἡ σιωπὴ τικτομένην τὴν φωνήν, ὁ Ζαχαρίας τὸν Ἰωάννην, ὁ πρεσβύτης τὸν παῖδα. ὢ τοῦ θαύματος· λόγος ἐπιδημεῖ, καὶ ἡ φωνὴ προκηρύττει· δεσπότης ἔρχεται, καὶ δοῦλος προαποστέλλεται. ἀλλὰ τί νῦν προλαβὼν τὸ τῆς ἐρήμου κήρυγμα λέγω, ἔχων ἑτέραν ξένην τινὰ καὶ μεγάλην τῶν προοιμίων φωνήν; ἔργα γὰρ ἐστι πρῶτα, τούτων τῶν ῥημάτων ἀνώτερα. ἔτι γὰρ ὁ Βαπτιστὴς οἰκῶν ἐν τῇ γαστρὶ τῆς μητρός, ἔτι ταῖς τῆς φύσεως δεσμοῖς κατεχόμενος, ἔτι τοῖς μητρικοῖς σπαργάνοις ἐνειλημμένος, κηρύγματι τὴν τοῦ δεσπότου βοᾷ παρουσίαν· ἐγένετο γάρ φησιν, ὡς ἤκουσε τὸν ἀσπασμὸν τῆς Μαρίας ἡ Ἐλισάβετ, ἐσκίρτησε τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς. οὔπω γεννᾶται, καὶ τοῖς σκιρτήμασι φθέγγεται· οὔπω βοᾶν συγχωρεῖται, καὶ δι' ἔργων ἀκούεται· οὔπω μανθάνει τὸν βίον, καὶ τὸν θεὸν προκηρύττει· ὄντως ἄλλοι κεκοπιάκασι, καὶ ἡμεῖς εἰς τοὺς κόπους αὐτῶν εἰσεληλύθαμεν· προεβόων οἱ προφῆται, καὶ οὐκ ἐσίγων τυπτόμενοι· πατριαρχῶν κατάλογος ἐκινδύνευεν· ἀντιπαρετάττοντο τύραννοι· βασιλεῖς ἐπολέμουν· ὠργίζετο δῆμος· ὁ κόσμος ὅλος ἀντηγωνίζετο τοῖς τῶν δικαίων ἀγῶσιν. ἔνθεν προσήγοντο βήμασι, κἀκεῖθεν κατεξέοντο ταῖς μάστιξι· πανταχόθεν κολαστήρια καὶ στρεβλώσεις. ἀλλ' ἐν τοιαύτῃ κατηφείᾳ βίου τυγχάνουσι λύσιν τοῦ χειμῶνος εὐαγγελιζόμενος ὁ Ἰωάννης, δεδεμένος ἔτι τοῖς σπαργάνοις τῆς φύσεως, τὸ σωτήριον ἔαρ ὑπέδειξεν ἡμῖν· καὶ σπεύδων κηρύξαι τῇ φωνῇ ὃν ἐμήνυσε τοῖς ποσὶν αὐτοῦ, ἐβιάζετο τοὺς ὅρους τῆς φύσεως· βραδυτοκοῦσαν γὰρ τὴν Ἐλισάβετ ἐσόβει· ἐσκίρτα ὁμοῦ τε χορεύων καὶ δυσχεραίνων, ἐφ' οἷς ἐπὶ τῆς νηδύος κεκράτητο· τῆς περιόδου τῶν μηνῶν κατεβόα· ὡς ἄδικον φυλακὴν τὴν μήτραν ἐτίνασσε, καὶ ἐβόα τοῖς σκιρτήμασι, τοιαῦτα πρὸς τὴν Ἐλισάβετ φθεγγόμενος. ἀδικεῖς ὦ μῆτερ βραδυτοκοῦσα, τῆς οἰκουμένης τὴν χαρὰν συνέχουσα, καὶ τὸν πρόδρομον κωλύουσα· προφήτην ἐγγάστριον φέρεις, βασιλικὸν στρατιώτην κατέχεις· συμποδίζεις τὸν ταχυδρόμον τῆς εὐσεβείας· ἀδικεῖς ὦ μῆτερ, οὐκ οἶδας τὸ μέλλον· ἀγνοεῖς τὰ ἐσόμενα. τὸ φῶς παραγίνεται, τὸν ὄρθρον ἀπόλυσον· ἀνατέλλει ὁ ἥλιος, ὁ ἑωσφόρος προλαμψάτω· ἐπὶ θύραις ὁ λόγος, καὶ χρεία τῆς φωνῆς· ἐγγὺς ὁ νυμφίος, καὶ δίκαιον ἁπλωθῆναι τὸν θάλαμον ἐν τῷ Ἰορδάνῃ· αἵματος χρεία ἐξαγοράζοντος τὸν κόσμον, καὶ χρή με πόρρωθεν τὸν ἀμνὸν ὑποδεῖξαι. σπαργανοῦται τὸ γένος ταῖς ἁμαρτίαις, ἦλθεν ὁ λύων τοὺς πεπεδημένους· χρεία κήρυκος, ἵνα πάντες μαθόντες ἀπαντήσωσι τῷ δεσπότῃ· καὶ ἰδοὺ κρατεῖς ἐν μήτρᾳ τὸν πρόδρομον· οὐκοῦν ἐννόησον μῆτερ τὸν Ἀδὰμ

A 2. Zacharias autem contra respondens, ad Angelum dixit, *Unde hoc sciam?* tum vero Angelus; quandoquidem partus signum & indicium quæris, neque meis verbis fidem adhibes, accipe pignus securum: *Ego sum Gabriel, qui adsto ante Deum, & missus sum loqui ad te, & hac tibi evangelizare. Ecce eris tacens, & non poteris loqui usque in diem quo hæc fiant: pro eo quod non credisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo.* Luc. 1. 19. Sine remissione & rigida est ei qui deliquerat illata hæc multa, sine dilatione acerbitas ista supplicii. Non enim omnino oportebat Angelo fidem non haberi, non altare contemtibile duci, nec tempus incensi tempus deceptionis arbitrari: nam incensum adolenti Angelus illi apparuit. Non recordatus est historiæ Abrahæ: nam tum quoque sterilis & senectus liberos procreavit; B omnique ex parte his quæ dicta erant, conciliata erat fides, cum talis cujusdam prolis generationis miraculum præcessisset. Quamobrem Angelus ad illum, *Eris*, inquit, *tacens & non poteris loqui, usque in diem quo hæc fiant: pro eo quod non credidisti verbis meis.* O supplicium benignum, quod correctionem potius operatur! ipsam enim vocem, quæ deliquerat, moderatiorem Angelus reddit. Egressus enim non poterat loqui ad illos, & cognoverunt quod visionem vidisset in templo. Et ipse erat innuens illis, & permansit mutus. Recte siquidem & permansisse scripsit Evangelista: exspectavit enim silentium vocem partu edendam: Zacharias Joannem, puerum senex. O rem admirandam! Verbum adventat, & vox præconis munere ante illud fungi- C tur: Dominus accedit, & servus præmittitur. Sed quid ego deserti prædicationem præoccupo, cum alia mihi quædam mirabilis & magna vox suppetat proœmiorum? Sunt quippe opera prima istis sermonibus superiora. Nam cum adhuc Baptista in utero matris habitaret, adhuc naturæ vinculis implicatus, adhuc maternis fasciis obvolutus, præconio quodam Domini adventum proclamat: *Factum est*, inquit, *ut audivit Maria salutationem Elisabet, exsultavit infans in utero ejus.* Luc. 1. 44. Nondum nascitur, & exsultationibus gestibusque loquitur: nondum clamare permittitur, & ex operibus auditur: nondum vivere discit, & Deum prænunciat. Vere *alii laboraverunt, & nos in labores eorum introivimus.* Joan 4. 38. Clamantes Prophetæ prædicebant, neque conticescebant percussi: Patriarcharum cuneus in periculo versabatur: tyranni quasi acie D instructa adversabantur: bellum inferebant Reges; populus ira accendebatur; mundus universus justorum se certaminibus adversarium opponebat: hinc tribunalibus sistebantur, illinc flagellis dilacerabantur: undique supplicia atque cruciatus. Venit in tanta vitæ miseria constitutis finem hyemis Joannes feliciter nuncians, adhuc naturæ incunabulis vinctus, salutare ver nobis demonstravit, & properans voce prædicare quem suis pedibus indicavit, violabat ipsas naturæ leges, ac perrumpere terminos conabatur: tarde enim parientem Elisabetam pulsabat, exsultabat, simulque saltans & indignans quod vulvæ compedibus teneretur, adversus periodum mensium clamabat: tamquam iniquum carcerem concutiebat matricem, & subsultationibus suis talia quædam proloquens Elisabet compellabat. Facis injuriam, ô tarde pariens E mater, quæ orbis terrarum gaudium detines, & exire vetas præcursorem: Prophetam utero conclusum gestas; regium satellitem cohibes; velocem impedis religionis cursorem. Facis injuriam ô mater, futura non nosti, quæ ventura sunt nescis. Lux ecce adest, solve diluculum: sol exoritur: Lucifer ergo præluceat: instat foribus Verbum, & jam opus est voce: prope est sponsus: æquum est ergo jam thalamum in Jordane reserari: sanguine opus est, quo mundus redimatur, & me a longe oportet agnum digito monstrare; implicatum est hominum genus peccati fasciis & compedibus, venit qui compeditos exsolvat. Accensore opus est ac nuncio ut omnes admoniti obviam Domino prodeant; & ecce in utero detines Præcursorem. Veniat ergo tibi in mentem, ô mater, Adamum apud

inferos detineri, Evam tot jam sæculis ingemiscere: adhuc enim clamat sanguis Abel & adversus Caïn eadem exponit, eique ipsa congemunt elementa. Idcirco omnino liberorum sterilitatis miseria liberata es, ut sterilis filius virginis filium indicaret. Idcirco in utero ego exsultavi, ut ne amplius in mundo diabolus choreas agitaret. Talia itaque nondum natus Joannes Elisabetæ suis exsultationibus innuebat. (Luc. 1. 57.) *Elisabet autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium, & audierunt vicini & cognati ejus, quia magnificavit Dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei. Et factum est in octavo die venerunt circumcidere puerum, & vocabant eum nomine patris sui Zachariam: & respondens mater ejus dixit, Vocabitur Joannes. Innuebant autem patri ejus, quid vellet vocari eum, & postulans pugillarem, scripsit, dicens, Joannes est nomen ejus, & mirati sunt universi. Apertum est autem os ejus illico, & lingua ejus, & loquebatur benedicens Deum.* Itaque paritur infans, & simul vox patris revertitur: sic enim vox Joannis clamans indicatur; quandoquidem ipsum nomen efficacitas vocis expressit. (Joan. 1. 23.) *Ego* enim, inquit, *vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus.* Nam cum a Spiritu sancto illustratus esset, creatorem creaturis indicabat, & conditorem omnibus digito intento monstrabat, magna voce proclamans, (Joan. 1. 29.) *Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ: & ne cœperitis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.* Verum quid nostra hæc oratio cum ipso infantis ferventi zelo longius & ipsa provehitur? Compescamus nunc, si videtur, interim linguam nostram quæ satis superque cum infantulo exsultavit. Laudabile quippe est enarrationem cum tempore commetiri, & iis quæ dicta sunt, se tamquam deliciis oblectare, consequentem autem contemplationem exspectare: nam neque naturæ leges exsultationibus Baptista transgressus est, sed ipse quoque conveniens tempus exspectavit, ut qui probe nosset fore ut propter nos post ipsum hoc Dominus adimpleret clamans: (Habac. 2. 14.) *Replebitur terra cognitione Domini, sicut aqua multa ad operiendum maria:* &, (Mal. 1. 11.) *Ab ortu solis usque ad occasum clarificatum est nomen meum: & in omni loco offertur nomini meo sacrificium mundum.* Non enim jam, ut legis tempore, unum est templum, quod sacrificia excipiat, quodque illis solum glorietur; sed in universo terrarum orbe Dei gloriam Ecclesiæ sincera pietate collaudant. Ibi Pontifex erat unus in annos singulos, isque mortalis, & omni peccato repletus: jam nostrarum Pontificem animarum accepimus Jesum Christum, (1. Pet 2. 22.) *qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus. Habemus* enim, inquit, (Heb. 4. 14.) *Pontificem magnum, qui penetravit cælos, Dominum nostrum Jesum Christum,* quem decet omnis gloria, honor, & adoratio, cum Patre & sanctissimo Spiritu, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

κρατούμενον ἐν τῷ ᾅδῃ, τῆς Εὔας τοὺς αἰωνίους στεναγμούς· ἔτι γὰρ κράζει τὸ αἷμα τοῦ Ἄβελ τὴν κατὰ τοῦ Κάϊν ἐντυγχάνον ἀναίρεσιν· συστενάζει αὐτῷ καὶ αὐτὰ τὰ στοιχεῖα· διὰ τοῦτο πάντως ἀπηλλάγης τοῦ πάθους τῆς ἀτεκνίας, ἵνα μηνύσῃ ὁ ἐκ στείρας τὸν ἐκ παρθένου. διὰ τοῦτο ἐγὼ ἐν τῇ μήτρᾳ ἐσκίρτησα, ἵνα μηκέτι ὀρχήσηται ὁ διάβολος ἐν τῷ κόσμῳ. τοιαῦτα μὲν οὖν μήπω τεχθεὶς ὁ Ἰωάννης πρὸς τὴν Ἐλισάβετ διὰ τῶν σκιρτημάτων ἐσήμανε· τῇ δὲ Ἐλισάβετ ἐπλήσθη ὁ χρόνος τοῦ τεκεῖν αὐτὴν, καὶ ἐγέννησεν υἱὸν, καὶ ἤκουσαν οἱ περίοικοι καὶ οἱ συγγενεῖς αὐτῆς ὅτι ἐμεγάλυνε κύριος τὸ ἔλεος αὐτοῦ μετ' αὐτῆς, καὶ συνέχαιρον αὐτῇ· καὶ ἐγένετο ἐν τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ ἦλθον περιτεμεῖν τὸ παιδίον, καὶ ἐκάλουν αὐτὸ ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, Ζαχαρίαν. καὶ ἀποκριθεῖσα ἡ μήτηρ αὐτοῦ εἶπεν, Ἰωάννης κληθήσεται. ἐνένευον δὲ τῷ πατρὶ αὐτοῦ τὸ τί ἂν θέλοι καλεῖσθαι αὐτό· καὶ αἰτήσας πινακίδιον, ἔγραψε, λέγων· Ἰωάννης ἐστὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ. καὶ ἐθαύμασαν πάντες. ἀνεῴχθη δὲ τὸ στόμα αὐτοῦ παραχρῆμα καὶ ἡ γλῶσσα αὐτοῦ, καὶ ἐλάλει εὐλογῶν τὸν θεόν· ἀμέλει τὸ βρέφος τίκτεται, καὶ ἡ φωνὴ τοῦ πατρὸς ἐπανέρχεται. οὕτω γὰρ δείκνυται βοῶσα ἡ Ἰωάννου φωνὴ, ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ ὄνομα φωνῆς ἐνέργειαν πέριψεν. ἐγὼ γάρ φησι φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν κυρίου· εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ· δεξάμενος γὰρ τὴν ἔλλαμψιν τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὑπεδείκνυε τὸν ποιητὴν τοῖς ποιήμασι, καὶ τὸν πλάστην ἐδακτυλοδείκτει τοῖς πᾶσι μεγαλοφώνως βοῶν, ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. ποιήσατε οὖν καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας, καὶ μὴ ἄρξησθε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς, πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ· λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι δύναται ὁ θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τοῦ Ἀβραάμ. ἀλλὰ τί τῷ θερμῷ ζήλῳ τοῦ βρέφους καὶ ὁ ἡμέτερος σήμερον συνεκτείνεται λόγος; ἐπίσχωμεν, εἰ δοκεῖ, νῦν τέως τὴν γλῶσσαν, ἀρκούντως μετὰ τοῦ βρέφους σκιρτήσασαν. καλὸν γὰρ συμμετρεῖν τῷ καιρῷ τὴν ἐξήγησιν, καὶ ἐντρυφᾷν μὲν τοῖς εἰρημένοις, περιμένειν δὲ καὶ τὴν τῶν καθεξῆς θεωρείαν· οὔτε γὰρ τοὺς ὅρους τῆς φύσεως ὁ Βαπτιστὴς ἐβιάσατο τῷ σκιρτήματι, ἀλλ' ἔμεινε καὶ αὐτὸς τὸν προσήκοντα χρόνον, εἰδὼς ὅτι καὶ τοῦτο δι' ἡμᾶς μετ' αὐτὸν πληρώσει ὁ δεσπότης, βοῶν, πλησθήσεται ἡ γῆ τοῦ γνῶναι τὸν κύριον, ὡς ὕδωρ πολὺ, κατακαλύψαι θαλάσσας· καὶ ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν δεδόξασταί μου τὸ ὄνομα, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ προσφέρεται τῷ ὀνόματί μου θυσία καθαρά· οὐκ ἔτι γὰρ κατὰ τὸν νόμον εἷς ναός ἐστι δεχόμενος τὰς θυσίας, ὁ σεμνυνόμενος ἐπὶ ταύταις· ἀλλὰ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐκκλησίαι εἰλικρινῶς τῷ θεῷ δόξαν ἀναπέμπουσιν. ἐκεῖ ἱερεὺς ἦν εἷς τοῦ ἐνιαυτοῦ θνητὸς, καὶ πάσης ἁμαρτίας πεπληρωμένος· νῦν ἐλάβομεν τῶν ἡμετέρων ψυχῶν ἀρχιερέα Ἰησοῦν Χριστὸν, ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησε, καὶ οὐχ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. ἔχομεν γὰρ, φησιν ἀρχιερέα μέγαν διεληλυθότα τοὺς οὐρανοὺς, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν· ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ πατρὶ καὶ τῷ παναγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

MONITUM

IN HOMILIAM DE CONCEPTIONE B. VIRGINIS.

ADEO *conspicua* νοθείας *signa præ se fert hæc Homilia, ut jure inter peregrinas ablegatam fuisse nemo, qui legerit, non fateatur. In Manuscriptis, quorum copia adest, infinita adduntur, puerilia & ridicula: Unus etiam duplo auctiorem Homiliam habet nugis refertam. Illam vero lectionum varietatem, itemque additamenta illa varia huc referre, nihil esset aliud, quam chartam fœdare. Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.*

ΕΙΣ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΜΟΝ τῆς ὑπερενδόξου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου.

A ΠΑΛΙΝ χαρᾶς εὐαγγέλια, πάλιν ἐλευθερίας μηνύματα, πάλιν ἀνάκλησις, πάλιν ἐπάνοδος, πάλιν εὐφροσύνης φωνὴ, πάλιν δουλείας ἀπαλλαγή· ἄγγελος μετὰ παρθένου λαλεῖ, ἐπειδὴ καὶ γυναικὶ ὡμίλησεν ὁ ὄφις. τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ, φησὶν, ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ ὑπὸ τοῦ θεοῦ πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρί. ἀπεστάλη Γαβριὴλ τὴν παγκόσμιον μηνῦσαι σωτηρίαν· ἀπεστάλη Γαβριὴλ, φέρων τῷ Ἀδὰμ ὑπογραφὴν ἀνακλήσεως· ἀπεστάλη Γαβριὴλ πρὸς παρθένον, ἵνα τὴν ἀτιμίαν τοῦ θήλεος εἰς τιμὴν μεταβάλλῃ· ἀπεστάλη Γαβριὴλ, ἄξιον εὐτρεπίσαι τῷ καθαρῷ νυμφίῳ τὸν θάλαμον· ἀπεστάλη Γαβριὴλ νυμφεύσασθαι τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι· ἀπεστάλη Γαβριὴλ πρὸς τὸ ἔμψυχον τοῦ βασιλέως τῶν ἀγγέλων παλάτιον· B ἀπεστάλη Γαβριὴλ πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην μὲν τῷ Ἰωσὴφ, τηρουμένην δὲ τῷ υἱῷ· ἀπεστάλη δοῦλος ἀσώματος πρὸς παρθένον ἀμόλυντον· ἀπεστάλη ὁ ἁμαρτίας ἐλεύθερος πρὸς τὴν φθορᾶς ἀνεπίδεκτον· ἀπεστάλη λύχνος μηνῦσαι τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης· ἀπεστάλη ὄρθρος προτρέχων τοῦ φωτὸς τῆς ἡμέρας· ἀπεστάλη Γαβριὴλ δηλῶν τὸν ἐν κόλποις τοῦ πατρὸς, καὶ ἐν ἀγκάλαις τῆς μητρός· ἀπεστάλη Γαβριὴλ, δεικνὺς τὸν ἐν θρόνῳ καὶ ἐν σπηλαίῳ· ἀπεστάλη στρατιώτης, βοῶν τὸ τοῦ βασιλέως μυστήριον· μυστήριον γνωριζόμενον πίστει, οὐκ ἐρευνώμενον πολυπραγμοσύνῃ· μυστήριον προσκυνούμενον, οὐ ζυγοστατούμενον· μυστήριον θεολογούμενον, οὐκ ἐρευνώμενον· μυστήριον ὁμολογούμενον, οὐ μετρούμενον. τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ ἀπεστάλη Γαβριὴλ πρὸς παρθένον. ποῖον ἕκτον μῆνα λέγει; ποῖον; ἀφ' οὗ ἐδέξατο Ἐλισάβετ τὰ εὐαγγέλια, ἀφ' οὗ τὸν Ἰωάννην συνέλαβε. C πόθεν τοῦτο δῆλον; ἑρμηνευέτω αὐτὸς ὁ ἀρχάγγελος, πρὸς τὴν παρθένον λέγων· ἰδοὺ, φησὶν, Ἐλισάβετ ἡ συγγενής σου, καὶ αὐτὴ συνειληφυῖα υἱόν· καὶ οὗτος μὴν ἕκτος αὐτῇ τῇ καλουμένῃ στείρᾳ. τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ. ἕκτος μὴν τῆς συλλήψεως τοῦ Ἰωάννου. ἔδει γὰρ προφθάσαι τὸν στρατιώτην, ἔδει προλαβεῖν τὸν δορυφόρον, ἔδει προοδοποιῆσαι τὸν μηνυτὴν τῆς δεσποτικῆς παρουσίας. τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ, οὐ συνημμένην· μεμνηστευμένην μὲν, τηρουμένην δέ. διὰ τί μεμνηστευμένην; ἵνα μὴ τάχιον μάθῃ ὁ λῃστὴς τὸ μυστήριον. ὅτι μὲν γὰρ διὰ παρθένου ἥξει ὁ βασιλεὺς, ᾔδει ὁ πονηρός. τῶν γὰρ Ἡσαΐου καὶ αὐτὸς ἠκούσατο φωνῶν, τὸ, ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει· καὶ ἕκαστα εἰκότως παρετήρει τῆς παρθένου τὰ προφθέγματα, ἵν', ὅπου νοήσῃ ὅτι πληροῦται τὸ D μυστήριον τοῦτο, ἐξαρτύσῃ τὸν φόνον. διὰ τοῦτο ὁ δεσπότης διὰ μεμνηστευμένης ἐλήλυθεν. ἡ γὰρ μνηστευθεῖσα, λοιπὸν κατηγγυᾶτο. τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ, ᾧ ὄνομα Ἰωσήφ. ἄκουσον τί περὶ τοῦ ἀνδρὸς τούτου καὶ τῆς παρθένου ὁ προφήτης φησί· δοθήσεται τὸ ἐσφραγισμένον βιβλίον ἀνδρὶ εἰδότι γράμματα. τί τὸ ἐσφραγισμένον βιβλίον, ἢ πάντως ἡ ἀμόλυντος παρθένος; παρὰ τίνων δοθήσεται; παρὰ τῶν ἱερέων δηλονότι. τίνι τοῦτο; τῷ τέκτονι Ἰωσήφ. οὗτος ὁ Ἰωσὴφ σεμνοῖς γάμοις προσομιλήσας πρότερον, καὶ γεννήσας υἱοὺς, ἀπεβάλλετο τὴν γαμετὴν, καὶ λοιπὸν διῆγεν ἐν σωφροσύνῃ, ἐκτρέφων τοὺς παῖδας ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ κυρίου. ἀμέλει γοῦν παρελθὼν εἰς τὸ κήρυγμα ὁ ἀπόστολος Παῦλος, καὶ ἕνα τῶν τούτου εὑρηκὼς υἱῶν, γράφει λέγων· E ἕτερον δὲ τῶν ἀποστόλων οὐκ εἶδον, εἰ μὴ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ κυρίου· οὐχ ὡς ἐκ τῆς παρθένου Μαρίας, ἀλλ' ἐκ τοῦ Ἰωσὴφ γεννηθέντα. ἐπεὶ οὖν οἱ ἱερεῖς ὡς σώφρονι τῷ Ἰωσὴφ ἡρμόσαντο τὴν Μαρίαν, καὶ παρέθεντο αὐτὴν αὐτῷ, γάμου καιρὸν ἀναμένοντες, ἔμελλε δὲ οὗτος λαμβάνων τη-

IN ANNUNCIATIONEM gloriosissimæ Dominæ nostræ Deiparæ.

A RURSUS lætitiæ felix nuncius, rursus indicia libertatis, rursus revocatio, rursus reditus, rursus lætitiæ denunciatio, rursus a servitute liberatio. Colloquitur cum virgine Angelus, quandoquidem & cum muliere sermonem contulit serpens. *In mense*, inquit, *sexto missus est angelus Gabriel a Deo ad virginem desponsatam viro.* (Luc. 1. 26.) Missus est Gabriel, ut totius mundi salutem indicaret. Missus est Gabriel, qui Adamo subscriptionem revocationis ferebat; missus est Gabriel ad virginem, ut muliebris sexus infamiam in honorem transmutaret; missus est Gabriel ut sponso puro dignum thalamum præpararet; missus est Gabriel ut creatori creaturam desponsaret; missus est Gabriel ad animatum regis Angelorum palatium; missus est Gabriel ad virginem, desponsatam quidem Jo- B seph, sed Dei filio reservatam; missus est incorporeus servus ad intemeratam virginem; missus est immunis a peccato ad eam quæ corruptionis omnis expers erat; missa est lucerna ut solem justitiæ denunciaret; missa est Aurora quæ velut præcursor esset lucis diurnæ; missus est Gabriel qui significaret, eum, qui est in sinu Patris, ulnis quoque maternis gestari; missus est Gabriel qui indicaret, eum qui in throno sedet, etiam in spelunca jacere; missus est miles, qui secretum regis propalaret, secretum quod fide innotuit, non curiositate pervestigatum est, secretum adorandum, non statera pendendum, secretum quod theologia revelatur, non investigatur, secretum quod confitemur, non metimur. *In mense sexto missus est Gabriel ad virginem.* Quem tandem sextum mensem dicit? Ex quo scilicet felicem illum C nuncium Elisabeth accepit, ex quo Joannem concepit. Unde id porro constat? Interpretetur ipse Archangelus, qui his verbis virginem compellavit. *Ecce*, inquit, *Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium, & hic mnesis sextus est illi, quæ vocatur sterilis.* (Luc. 1. 36.) *Mense sexto.* Sextus mensis est conceptionis Joannis; oportuit enim ut præcederet miles, oportuit ut anteverteret satelles, oportuit ut viam præpararet Dominici adventus denunciator. *Mense sexto missus est angelus Gabriel ad virginem desponsatam viro*, desponsatam, non copulatam; desponsatam quidem, verum conservatam. Cur vero desponsatam? Ne forte citius disceret Latro mysterium. Noverat quippe malus ille per virginem venturum regem, nam & ipse Hesaiæ voces audierat: *Ecce virgo concipiet, & pariet filium*, (Hesai. 7. 14.) & singula fortasse observabat quæ de vir- D gine prædicta erant, ut cum adimpleri mysterium intellexisset, instrueret accusationem. Propterea Dominus per desponsatam venit; quæ enim desponsata est, deinceps oppignorata est. *Mense sexto missus est angelus Gabriel ad virginem desponsatam viro, cui nomen Joseph.* (Luc. 1. 26.) Audi quid de viro hoc, deque virgine Propheta dicat: *Dabitur liber obsignatus viro scienti literas.* (Hesai. 29. 11.) Quis iste liber obsignatus nisi omnino immaculata virgo? A quibus dabitur? A Sacerdotibus scilicet. Cuinam vero? Joseph fabro. Hic est ille Joseph qui honestis ante nuptiis conjunctus fuerat, liberosque susceperat, uxorem amiserat, & ex illo tempore cum magna castitatis laude vixerat, in disciplina & correptione Domini liberos educans, & instituens. (Putat hic concionator Josephum liberos ex alia suscepisse uxore.) Ideoque pergens Apostolus Paulus ut Evangelium prædicaret, & cum E unum ex his liberis offendisset, scripsit dicens; *Alium vero Apostolorum vidi neminem, nisi Jacobum fratrem Domini*, (Gal. 1. 19.) non ut ex virgine Maria, sed ex Joseph genitum. Cum igitur Sacerdotes cum Josepho, ut cum casto viro Mariam conjunxissent, eam illi commendarunt, exspectantes quousque nuptiarum tempus adveniret; ipsam autem ille

accipiens intactam virginem conservaturus erat. Id quod multo ante Propheta prædixit: *Dabitur, liber obsignatus viro scienti literas*, hoc est, qui jam nuptiis copulatus sit, & dicet, non possum legere. Quare vero non potes Joseph? Non possum, inquit, legere: obsignatus enim est liber. Cui reservatur? Omnium rerum opifici habitaculum reservatur. Sed ad rem redeamus. *Sexto mense missus est Gabriel ad virginem*: haud dubium quin his acceptis mandatis. Adesto, inquit, ô Angele, formidabilis administer esto mysterii; secreto miraculo famulare, ut ad perverstigationem Adami, qui aberravit, descendam, a meis compellor miserationibus. Peccatum enim, eum qui ad imaginem meam efformatus erat, exoletum reddidit, mearumque manuum opificium putridum effecit, inobscuravit pulcritudinem quam efformavi. Lupus meum pecus depascitur, desertum est domicilium paradisi. Lignum vitæ a gladio flammeo custoditur, & locus deliciarum occlusus est. Miseret me illius, qui oppugnatur, & hostem comprehendere statui. Sic tamen id faciam, ut omnes cælorum virtutes lateat, tibi uni hoc credo secretum.* Proficiscere ad virginem, abi ad
Psal. 86. 2. animatam civitatem, de qua dixit Propheta: *Gloriosa dicta sunt de te civitas Dei.* Abi ad paradisum meum ratione præditum, abi ad portam Orientalem, abi ad habitaculum verbo meo dignum, abi ad alterum in terris cælum, abi ad nubem levem, meique adventus imbrem illi significa. Perge ad sanctuarium mihi præparatum; perge ad incarnationis meæ thalamum; perge ad nuptiale cubiculum meæ secundum carnem nativitatis: loquere ad aures rationalis arcæ, præpara mihi auditus ingressum: sed cave ne virginis animum perculeris, aut perturbaveris. Modeste illi sanctuario te siste, primam illi vocem lætitiæ funde. Tu dicito Mariæ, *Ave gratia plena*, ut ego miserear Evæ, ærumnis ac malis cumulatæ. Hæc cum audivisset Angelus sic, ut conjicere est, apud se ratiocinabatur: Mira sane res ista, verbum hoc mentem cujusvis excedit. Qui Cherubin est ipsis formidabilis, quem Seraphin contueri non possunt, quem omnes angelicæ virtutes comprehendere nequeunt, qualem congressum pollicetur? Puellæ, suæ ipsius personæ præsentiam denunciat, vel potius ingressum per auditum illi promittit: & qui Evam condemnavit, ad ejus filiam cohonestandam usque adeo incitatur. Præpara, inquit, mihi ingressum auditus: sed numquid venter incomprehensibilem potest comprehendere? Vere tremendum hoc mysterium. Hæc cum apud se cogitaret Angelus, Dominus ad ipsum ait: Quid percelleris, ac perturbaris, ô Gabriel? Nonne haud ita pridem a me ad Zachariam sacerdotem missus es? Nonne illi felicem nuncium nativitatis Joannis attulisti? Nonne Sacerdoti fidem habere recusanti silentii pœnam inflixisti? Nonne senem vocis privatione damnasti? Nonne tu pronunciasti, ego vero confirmavi? Nonne annunciationem tuam opus ipsum continuo consequutum est? Nonne concepit sterilis? Nonne uterus obedivit? Nonne infirmitas sterilitatis abscessit? Nonne naturæ torpor aufugit? Nonne segetibus ea nunc abundat, quæ frugibus penitus antea carebat? Num impossibile apud me Creatorem est omne verbum? Quomodo ergo te dubitatio invasit? Quid ergo rursus Angelus ad hæc? Domine, inquit, defectus naturæ sanare, morborum tempestatem sedare, mortificationem membrorum ad vitalem revocare virtutem, vim liberos pariendi imperare naturæ, sterilitatem in membris jam exoletis tollere, stipulam senectute confectam in formam herbescentem transmutare, tellurem infecundam statim reddere manipulorum feracem, opus est a tua potentia de more perfectum. Testis est Sarra, & post eam Rebecca, & rursus Anna quæ molesto sterilitatis morbo laborarunt, & a te sunt in li-

A ρεῖν ἐν ἀφθαρσίᾳ τὴν παρθένον· τοῦτο πόῤῥωθεν ὁ προφήτης προανεφώνησε· δοθήσεται, φησὶ, τὸ βιβλίον τὸ ἐσφραγισμένον ἀνδρὶ εἰδότι γράμματα, τουτέστι, γάμοις προσομιλήσαντι, καὶ ἐρεῖ, οὐ δύναμαι ἀναγνῶναι. διὰ τί οὐ δύνασαι, ὦ Ἰωσήφ; οὐ δύναμαι, φησὶν, ἀναγνῶναι· τὸ γὰρ βιβλίον ἐσφράγισται. τίνι τηρούμενον; τῷ δημιουργῷ τῶν ὅλων κατοικητήριον φυλαττόμενον. ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν. τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ ἀπεστάλη Γαβριὴλ πρὸς παρθένον. πάντως που τοιαύτας ἐντολὰς δεξάμενος. δεῦρο, φησὶν, ὦ ἄγγελε, ὑπουργὸς γενοῦ φοβεροῦ μυστηρίου· ἀποκεκρυμμένῳ διακόνησον θαύματι, εἰς ἀναζήτησιν τοῦ πλανηθέντος Ἀδὰμ κατελθεῖν ὑπὸ τῶν ἐμῶν οἰκτιρ-
B μῶν ἐπείγομαι. ἁμαρτία τὸν καθ' εἰκόνα τὴν ἐμὴν πλασθέντα ἐπαλαίωσε, τὸ τῶν μὲν χειρῶν ἐσάπρωσε δημιούργημα, ἠμαύρωσεν ὅπερ ἔπλασα κάλλος· ὁ λύκος τὸ ἐμὸν θρέμμα κατανέμεται· ἔρημόν ἐστι τοῦ παραδείσου τὸ οἰκητήριον· τὸ ξύλον τῆς ζωῆς ὑπὸ τῆς φλογίνης ῥομφαίας φυλάττεται, καὶ κέκλεισται τῆς τρυφῆς τὸ χωρίον. ἐλεῶ τὸν πολεμηθέντα, καὶ συλλαβέσθαι τὸν πολέμιον βούλομαι. λαθεῖν θέλω πάσας τὰς ἐν οὐρανῷ δυνάμεις, σοὶ μόνῳ θαῤῥῶ τὸ μυστήριον· πρὸς τὴν παρθένον Μαρίαν πορεύθητι, ἄπελθε πρὸς τὴν ἔμψυχον πόλιν, περὶ ἧς ὁ προφήτης ἔλεγε· δεδοξασμένα ἐλαλήθη περί σου, πόλις θεοῦ. ἄπελθε πρὸς τὸν λογικόν μου παράδεισον· ἄπελθε πρὸς τὴν ἀνατολικὴν πύλην· ἄπελθε πρὸς τὸ ἄξιον ἐμοῦ τοῦ λόγου κατοικητήριον· ἄπελθε πρὸς τὸν δεύτερον ἐπὶ γῆς οὐρανόν. ἄπελθε πρὸς τὴν κούφην νεφέλην· μήνυσον αὐτῇ τῆς ἐμῆς παρουσίας τὸν ὄμ-
C βρον· ἄπελθε πρὸς τὸ ἐμοὶ ἡτοιμασμένον ἁγίασμα· ἄπελθε πρὸς τὴν παστάδα τῆς ἐμῆς ἐνανθρωπήσεως· ἄπελθε πρὸς τὸν καθαρὸν νυμφῶνα τῆς κατὰ σάρκα μου γεννήσεως· λάλησον εἰς τὰ ὦτα τῆς λογικῆς κιβωτοῦ, ἑτοίμασαί μοι τῆς ἀκοῆς τὰς εἰσόδους· ἀλλὰ μὴ θορυβήσῃς, μὴ ταράξῃς τὴν ψυχὴν τῆς παρθένου· ἐπιεικῶς τῷ ἁγιάσματι φάνηθι· πρώτην αὐτῇ φωνὴν χαρᾶς ἀναβόησον· σὺ εἰπὲ τῇ Μαριὰμ, χαῖρε κεχαριτωμένη, ἵνα ἐλεήσω ἐγὼ Εὔαν τὴν κεκακωμένην. ἤκουσεν ὁ ἄγγελος ταῦτα, καὶ καθ' ἑαυτὸν, ὡς εἰκὸς, ἐλογίζετο· ξένον τὸ πρᾶγμα, ὑπερβαῖνον ἔννοιαν τὸ λαλούμενον· ὁ τοῖς Χερουβὶμ φοβερὸς, ὁ τοῖς Σεραφεὶμ ἀθεώρητος, ὁ πάσαις ταῖς ἀγγελικαῖς δυνάμεσιν ἀκατανόητος, ἡλίκην συντυχίαν ἐπαγγέλλεται; κόρῃ αὐτοπρόσω-
D πον παρουσίαν μηνύει, μᾶλλον δὲ εἴσοδον δι' ἀκοῆς ὑπισχνεῖται αὐτῇ, καὶ ὁ τὴν Εὔαν καταδικάσας, τὴν αὐτῆς θυγατέρα δοξάζειν τοσοῦτον ἐπείγεται, καὶ λέγει, ἑτοίμασαί μοι τῆς ἀκοῆς τὰς εἰσόδους· καὶ δύναται γαστὴρ χωρεῖν; ὄντως φοβερὸν τὸ μυστήριον. τοιαῦτα τοῦ ἀγγέλου ἐνθυμουμένου, ὁ δεσπότης φησὶ πρὸς αὐτόν· τί ταράττῃ καὶ ξενίζῃ, ὦ Γαβριήλ; οὐ πρώην ἀπεστάλης ἀπ' ἐμοῦ πρὸς Ζαχαρίαν τὸν ἱερέα; οὐκ ἔδωκας αὐτῷ τῆς γεννήσεως Ἰωάννου τὰ εὐαγγέλια; οὐκ ἀπιστοῦντι τῷ ἱερεῖ τὸ τῆς σιωπῆς ἐπήγαγες πρόστιμον; οὐ κατεδίκασας τὸν πρεσβύτην τῇ ἀφωνίᾳ; οὐχὶ σὺ ἀπεφήνω, ἐγὼ δὲ ἐκύρωσα; οὐ τῷ εὐαγγελισμῷ σου ἔργον ἐπηκολούθησεν; οὐ συνέλαβεν ἡ στεῖρα; οὐχ ὑπήκουσεν ἡ μήτρα; οὐκ ἀνεχώρησε τῆς ἀκαρπίας ἡ νόσος; οὐκ ἔφυγεν ἡ ἀργία τῆς φύσεως; οὐ νῦν ἐστι σταχυοφοροῦσα ἡ πρώην μὴ καρποφοροῦσα; μὴ
E ἀδυνατεῖ παρ' ἐμοὶ τῷ κτίσαντι πᾶν ῥῆμα; πῶς οὖν ἀμφιβολίᾳ περιεβλήθης; τί οὖν πάλιν ὁ ἄγγελος; δέσποτα, τὸ θεραπεῦσαι τὰ τῆς φύσεως σφάλματα, τὸ διαλῦσαι τῶν παθῶν τὸν χειμῶνα, τὸ νέκρωσιν μελῶν πρὸς ζωτικὴν ἀνακαλέσασθαι δύναμιν, τὸ ἐπιτάξαι τῇ φύσει παιδοποιΐας ἐνέργειαν, τὸ λῦσαι στείρωσιν ἐν ὑπεργήροις τοῖς μέλεσι, τὸ γεγηρακυῖαν καλάμην μετασχηματίσαι πρὸς χλοηφόρον σχῆμα, τὸ τὴν ἄγονον ἄρουραν δραγμάτων ἐξαίφνης ἀναδεῖξαι μητέρα, ἔργον τῆς σῆς ὑπάρχει δυνάμεως ἐκ συνηθείας τελούμενον· καὶ μαρτυρεῖ Σάῤῥα, καὶ μετὰ ταύτην Ῥεβέκκα, καὶ πάλιν Ἄννα, τῷ χαλεπῷ τῆς στειρώσεως δουλεύσασαι πάθει· εἶτα παρὰ σοῦ τὴν ἐλευ-

ne justitiam & æquitatem ut humanæ nutricem
naturæ in vitam introducis? Nonne tenebricosam
fallaciæ noctem abigis? Nonne cognitionis divinæ
diem oriri facis iis, qui ejus voluerint pulcritudinem
intueri? Nonne veritatis lucem in omnium ani-
mos immittis? Nonne nebulas impietatis ut fu-
mum dissipas? Nonne tanquam sol justitiæ candi-
da corporis nube circumseptus divinitatis radios
undequaque diffundis? Nonne & aspectu, & in-
gressu, & habitu, & cogitatione, & mente, &
animo virgo es? Nonne ex virgine corpus virgi-
nitate præditum tibi condidisti? An ergo hæc pœ-
nitentia indigent, aut contritione? Quam igitur
ob causam te baptizabo, fluminis conditor Baptis-
mique largitor, qui propter amorem tuum erga
homines homo fieri voluisti? Nullum est in te ini-
quitatis vestigium; neque macula ulla peccati im-
pollutam carnem tuam umquam polluit, neque in
ore tuo dolus umquam locum habuit. Venenum
aspidum sub Judaïcis labiis occultatur; sunt enim
genimina viperarum, eorumque sunt linguæ dolosæ,
tuo vero ex ore vitæ æternæ fontes scaturiunt:
nam vita cum sis, vitam loqueris, & largiris.
Quomodo ergo qui præsentem futuramque vitam
largiris, egena ingrederis hæc fluenta? Reliqui
omnes qui a me baptizantur, hæc a me semper
Matth. 3. 2. audiunt: *Pœnitentiam agite, appropinquavit enim*
regnum cælorum: & credite in Dominum Jesum
Christum Filium Dei unigenitum. In te vero, dum
baptizabere, quid eloquar? quid pronunciabo?
Dicamne, pœnitentiam age? Quis vero pœniten-
tiam tuam suscipiet? Quis enim est alius major
te Deus? Dicam, pœnitentiam age, appropinqua-
vit enim regnum cælorum? Et regno regnum
evangelizabo, & tibi de teipso narrabo? Forte
quia quid sis ignoras? Non nosti regnum cælo-
rum, quod ut hominibus afferres e cælo venisti?
Dicamne tibi, Crede in Dominum Jesum Christum?
Téne, tibi ut credas, cohortabor? Quis porro
umquam admonitus est, sibi ut crederet? Crede-
Hebr. 11. 6. re enim oportet accedentem, quod Deus est: tu
vero Deus es & Dei filius, quamvis homo sis juxta
id quod apparet, & dignus es, cui ab homini-
bus credatur. An vero dicam tibi, Crede in pa-
trem tuum? quasi tu visus umquam sis incredulus
vel adversarius patri tuo? Quando, inquam, a di-
vinitate Dei, qui te genuit, separatus fuisti? Quid
ergo dicam tibi? Crede in Spiritum sanctum?
Matt. 3. 14. Atqui in te ille tecumque versatur. *Ego debeo a te*

A ἀποκλίνεις, ὁ τὸν Ἀδὰμ καὶ τὴν Εὔαν ἐν τῷ παραδείσῳ, καθάπερ ἐν θαλάμῳ, νυμφοστολήσας, καὶ τῶν ἐκείνων κεφαλαῖς τῇ φωνῇ τὸν στέφανον ἐπιθεὶς, καὶ τῆς εὐπαιδίας τὴν εὐλογίαν προσθεὶς, καὶ εἰπὼν πρὸς αὐτοὺς, αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν; ὁ λόγῳ μεθοδεύων ἐξ ἐκείνου τὴν φύσιν, τῆς φύσεως τὴν συγκρότησιν, ὁ στρατεύσας κατὰ τοῦ θανάτου τὸν τόκον, ἵνα φυτεύῃ πλείονας ἤπερ ὡς ἐκεῖνος κλαδεύῃ· ὁ τοῦ βίου τὸν τροχὸν κυλίων ὡς βούλει· ὁ παντὸς ἁγιασμοῦ πληρῶν τὰς κλινομένας σοι κεφαλάς· ὁ μὴ χωρούμενος μηδαμοῦ· ὁ βλύζων ποταμοὺς οἰκτιρμῶν, εἰς τοῦτον θέλεις συγκαταδῦσαι τὸν ποταμόν; καὶ τῶν ναμάτων ὁ ποιητὴς, τούτοις προσομιλῆσαι προῄρησαι; καὶ τὸ βάπτισμα αἰτεῖς, ὅπερ σύ μοι δέδωκας εἰς τὸ διδόναι τοῖς δεομένοις; καὶ ποῦ χρείαν ἔχεις βαπτίσματος μετανοίας, αὐ-
B τὸς μετανοοῦντας ἐλεῶν; ποῦ χρείαν ἔχεις τοῦ τοιούτου φαρμάκου, προστάγματι μόνῳ θεραπεύων τὰς τῶν ἄλλων πληγάς; ποῦ σοι δεῖ μετανοίας, εὐφημίας ἄξια πράττοντι; οὐ συγκατέβης τοῖς ἀνθρώποις, ὡς μόνος φιλάνθρωπος; σὺ τὴν τοῦ δούλου μορφὴν φορεῖς, ἣν ἔπλασας σεαυτῷ· καὶ διὰ ταύτης ἡγίασάς σου τὴν εἰκόνα, ἣν συνέτριψεν ὁ διάβολος. ἀνακαινίσας ὡς ἠθέλησας· σὺ γεννήτωρ γέγονας πάντων ἡμῶν. οὐκ ἐν σοὶ ὁ ἐξόριστος Ἀδὰμ ἀνακέκληται; οὐκ ἐν σοὶ βασιλεύει τὸ ποτε κατάκριτον φῦλον; οὐ διὰ τῆς Μαρίας τὴν πεσοῦσαν Εὔαν ἀνέστησας; οὐ περιέρχῃ, τοὺς ἀνθρώποις ἰσαγγέλους ποιῆσαι βουλόμενος; οὐ τὴν ἀνομίαν ὡς ἐπίβουλον τοῦ γένους ἐκδιώκεις τῆς γῆς; οὐ τὴν εὐνομίαν ὡς
C τροφὸν τῆς ἀνθρωπότητος ἐπεισάγεις τῷ βίῳ; οὐ τὴν ζοφερὰν νύκτα τῆς ἀπάτης ἀποσβεῖς; οὐ τὴν ἡμέραν τῆς θεογνωσίας ἀνατέλλεις τοῖς βουλομένοις τὸ ταύτης κάλλος ὁρᾷν; οὐ τὸ φῶς τῆς ἀληθείας ἐφαπλοῖς ταῖς πάντων ψυχαῖς; οὐ τὰ νέφη τῆς δυσσεβείας ὡς καπνὸν διαλύεις; οὐχ ὡς ἥλιος δικαιοσύνης περιβεβλημένος τὸ λευκὸν νέφος τοῦ σώματος, ἀφίεις πανταχοῦ τῆς θεότητος τὰς ἀκτῖνας; οὐ παρθένος εἶ τὸ βλέμμα, καὶ τὸ βῆμα, καὶ τὸ σχῆμα, καὶ τὸν λογισμὸν, καὶ τὸν νοῦν, καὶ τὴν ψυχήν; οὐκ ἐκ παρθένου παρθένον σῶμα σαυτῷ κατεσκεύασας; μὴ ταῦτα * διανοίας δεῖται καὶ κατανύξεως; * τίνος οὖν ἕνεκα βαπτίσω σε νῦν, τὸν ποταμοῦ δημιουργὸν, καὶ τὸν βαπτίσματος χορηγὸν, καὶ διὰ φιλανθρωπίαν ἄνθρωπον; ἀνομίας ἴχνος οὐκ ἔστιν ἐν σοὶ, οὔτε κηλὶς ἁμαρτίας ἐχρανέ σου τὴν ἄχραντον σάρκα, οὔτε τῷ στόματί σου ποτε δόλος παρήδρευσεν. ἰὸς ἀσπίδων τοῖς Ἰουδαϊκοῖς ἐπι-
D κρύπτεται χείλεσι. γεννήματα γάρ εἰσιν ἐχιδνῶν, καὶ τούτων αἱ γλῶσσαι τυγχάνουσι δόλιαι· σοῦ δὲ ἐν τῷ στόματι ζωῆς ἀεννάου βρύουσι πηγαί· ζωὴ γὰρ ὑπάρχων, ζωὴν φθέγγῃ καὶ χορηγεῖς. πῶς οὖν ὁ χορηγὸς τῆς παρούσης καὶ τῆς μελλούσης ζωῆς, τῶν πτωχῶν ἐπιβαίνεις ῥευμάτων; οἱ ἄλλοι πάντες ὑπ' ἐμοῦ βαπτιζόμενοι ταῦτα ἀκούουσι παρ' ἐμοῦ· μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· καὶ πιστεύσατε εἰς τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν μονογενῆ. ἐπὶ σοῦ δὲ βαπτιζομένου τί λαλήσω; τί φθέγξομαι; εἴπω, μετανόησον; ἵνα τίς σου τὴν μετάνοιαν δέξηται; τίς γὰρ ἄλλος ἐστί σου μείζων θεός; εἴπω, μετανόησον· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν; καὶ τῇ βασιλείᾳ τὴν βασιλείαν
E εὐαγγελίσομαι; καὶ σοὶ διαλεχθῶ περὶ σοῦ; ἀγνοεῖς γὰρ ὃ πέφυκας; οὐκ ἐπίστασαι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἣν φέρων τοῖς ἀνθρώποις οὐρανόθεν ἐλήλυθας; εἴπω πρὸς σέ· πίστευσον εἰς τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστόν; σὲ σοὶ πιστεῦσαι παρεγγυήσω; καὶ τίς ποτε νενουθέτηται αὐτὸς ἑαυτῷ πιστεῦσαι; πιστεῦσαι γὰρ δεῖ τὸν προσερχόμενον, ὅτι ἐστὶ θεός· σὺ δὲ θεὸς εἶ, καὶ υἱὸς τοῦ θεοῦ, εἰ καὶ ἄνθρωπος εἶ τὸ φαινόμενον, καὶ πιστεύεσθαι δίκαιος εἶ παρὰ πάντων. ἀλλ' εἴπω πρὸς σὲ, πίστευσον εἰς τὸν πατέρα τὸν σόν; πότε γὰρ ὤφθης ἄπιστος καὶ πολέμιος τῷ πατρί; πότε δὲ τῆς τοῦ θεοῦ γεγεννηκότος ἐχωρίσθης θεότητος; τί οὖν εἴπω πρὸς σέ; πίστευσον εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; ἀλλ' ἐν σοὶ, καὶ σὺν σοὶ τοῦτο καθέστηκεν.

* Lege μετανοίας.

ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με; ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸν υἱὸν τοῦ Ζαχαρίου; ὁ ἐκ τῆς παρθένου πρὸς τὸν ἐκ τῆς στείρας; ὁ μὴ λύσας τὴν παρθενίαν τῆς μητρὸς, πρὸς λύσαντα τῆς τεκούσης τὴν στείρωσιν; ὁ ἐκ γαστρὸς προσκυνηθεὶς πρὸς τὸν ἐκ κοιλίας ἐπιγνόντα τὴν σὴν δεσποτείαν; ὁ ἐνανθρωπήσας, πρὸς τὴν τῆς ἐρήμου φωνήν; ὁ τοσοῦτος ὑψηλὸς πρὸς τὸν τοσοῦτον εὐτελῆ; ὁ κύριος πάσης τῆς κτίσεως, πρὸς τὸν ἀνάξιον τῆς σῆς ἀγαθότητος ὑπηρέτην; ὁ πλούσιος κατὰ φύσιν, πρὸς τὸν πένητα κατὰ φύσιν, διὰ μόνην δὲ τὴν σὴν χάριν εὔπορον; ὁ οὐράνιος καὶ ἐπίγειος πρὸς τὸν ἐπίγειον μόνον; ὁ ἄνωθεν ἔχων τὴν θεότητα; κάτωθεν δὲ τὴν ἀνθρωπότητα, πρὸς τὸν κάτωθεν μόνον βλαστήσαντα; ὁ τοσοῦτος δεσπότης πρὸς ἐμὲ τὸν μικρὸν οἰκέτην; ἀλλὰ δοῦλος δεσπότην οὐκ ἐλευθεροῖ, λύχνος ἥλιον οὐ φωτίζει, πηλὸς οὐ διορθοῦται κεραμέα, πρόβατον οὐ ποιμαίνει ποιμένα, πρόδρομος οὐ σεμνύνει βασιλέα. ποταμὸς τὴν σὴν οὐ βαστάζει θεότητα· ποταμὸς οὐ μετρεῖ, ὃν οὐρανὸς οὐ χωρεῖ· ὁ Ἰορδάνης οὐ λούει τὸν ἑαυτοῦ ποιητήν· τὸ ὕδωρ ἐπιγινώσκει τὸν πλάσαντα· τὰ ῥεύματα ταῦτα οὐκ οἶδε τὸ φῶς, κἀγὼ τολμήσω πρὸς τὴν λειτουργίαν; ἡ ψυχή μου ἰλιγγιᾷ, ἡ χείρ μου τρέμουσα φοβεῖται πλησιάσαι τῷ παναγίῳ σου σώματι.

Τί ποιήσω; τί διαπράξομαι; καὶ τρέμω σε, δέσποτα, καὶ ποθῶ· καὶ φεύγειν οὐ τολμῶ, καὶ προσελθεῖν οὐ θαρρῶ· καὶ δοῦναι τὸ βάπτισμα φρίττω, καὶ λαβεῖν ἁγιασμὸν ἐπιποθῶ. ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι· ἐγώ σε προσκυνεῖν, οὐ βαπτίζειν δεδίδαγμαι. ἐγὼ μᾶλλον ὑποκλίνω τὸν ἐμὸν αὐχένα τῇ σῇ δεξιᾷ· εὐλόγησόν με ὁ εὐλογῶν ἔτη δικαίων. ποίησόν με τοῖς Ἰορδανίοις ῥείθροις ἐγχορεῦσαι σήμερον, ὡς ἐποίησάς με πρώην ἐνσκιρτῆσαι τοῖς μητρῴοις ἐμβρύοις. ναί, φησιν ὁ δεσπότης, ὦ Βαπτιστά, θαυμάζω σου τὴν εὐλάβειαν, ἀλλὰ τὴν εὐπείθειαν ἐπιζητῶ. γέγονας τῆς ἐμῆς βασιλείας συνήγορος, ἀλλ' ὀφείλεις γενέσθαι καὶ τῆς ἐμῆς οἰκονομίας διάκονος. ἦλθον γὰρ ἐγὼ πρὸς σέ, ἐπειδὴ τοῦτο συμφέρει σοί τε καὶ τοῖς κατὰ σέ. ἦλθον ἐγὼ πρὸς σέ, ἵνα πάντες οἱ ἄνθρωποι παραγένωνται πρὸς ἐμέ. κατῆλθον ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ ὅλος ἐν τοῖς κόλποις εἰμὶ τοῦ πατρὸς, ἵνα συνάψω τῷ πλάστῃ τὸ ποίημα. ἦλθον ὁ παρὼν, ἵνα ζωγρήσω τοὺς φεύγοντας· ἦλθον ὡς ἄνθρωπος, ὅπου παρῆμην ὡς Θεὸς, ἵνα τοὺς ἀνθρώπους θεοὺς ἀπεργάσωμαι· ἔλαβον ἐξ ὑμῶν μητέρα πενιχράν, ἵνα δυνηθῆτε μετὰ παρρησίας ὑμεῖς τὸν ἐμὸν πατέρα καλεῖν. ἐτράφην ὡς βρέφος τῇ τοῦ γάλακτος τροφῇ, ἵνα τοῖς πιστοῖς τροφὴν ἐμαυτὸν παραθήσω. περιεβλήθην σπαργάνοις παιδικοῖς, ἵνα διαρρήξω τοὺς τῆς ἀνομίας δεσμούς. ἀνεκλίθην οὐκ ἐπὶ κλίνης βασιλικῆς, ἀλλ' ἐπὶ φάτνης εὐτελοῦς, ἵνα μετὰ τὴν ἐμὴν ἐπὶ τῆς φάτνης ἀνάκλισιν μηκέτι μηδεὶς τῶν λογικῶν ὡς ἄλογος ἀλογίαν νοσῇ. ἐδεξάμην ἐν τῇ σαρκί μου περιτομήν, ἣν ἐγὼ πρώην ἐνομοθέτησα, ἵνα τὴν ἀχειροποίητον ἐπεισάγω περιτομήν· ἀνήνεγκα τὴν νενομισμένην θυσίαν ὡς πρωτότοκος ὁ μονογενὴς, ἵνα μεταποιήσω τὴν τοιαύτην θυσίαν, καὶ ξένην θυσίαν ἐμαυτὸν ἀπεργάσωμαι. ἔφυγον εἰς Αἴγυπτον, ἀλλ' οὐκ ἀπέστην τοῦ εἶναι πάντων καταφυγή. ἐγενόμην βρέφος νέον, τέλειος ἀνήρ, ὡς ὁρᾷς, ἵνα τὸ τέλειον τοῖς ἀτελέσι χαρίσωμαι. ἦλθον διὰ πάσης ἡλικίας, ἵνα πᾶσαν ἡλικίαν τειχίσω τῇ κατὰ μικρὸν προκοπῇ. ἐπέβην καὶ ποταμῷ, ἵνα ποιήσω τοὺς γηγενεῖς ἐπιβαίνειν τοῦ οὐρανοῦ· καὶ δέχομαι τὸ βάπτισμα τοῦτο, ἵνα παράσχω τοῖς ἐμοῖς μαθηταῖς τὸ παλιγγενεσίας τὸ βάπτισμα. ἀνέχομαι καταδύσεως, ὡς ἠνεσχόμην τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως. ὡς νομοθέτης τιμῶ τοῦ νόμου τὰ δίκαια, ἵνα καινουργήσω τῆς χάριτος τὰ σύμβολα. ὡς ἰατρὸς ὑγιαίνων μεταλαμβάνω τοῦ φαρμάκου τῶν νοσούντων, μὴ δεόμενος τούτου· ἵνα καινότερον βοήθημα τὸ τῆς κολυμβήθρας ἐπινοήσω τοῖς κάμνουσι. σταυρὸν διὰ τοὺς ἁμαρτωλοὺς καταδέχομαι, καὶ λουτρὸν ἀκίνδυνον παραιτήσομαι; νέκρωσιν ὑπομένειν μέλλω τριήμερον, καὶ κατάδυσιν ἄλυπον οὐ ποιήσομαι; εἰς αὐτὸν καταβῆναι ἐπείγομαι τὸν τοῦ ᾅδου βυθὸν,

A *baptizari, & tu venis ad me?* Unigenitus Dei filius ad filium Zachariæ? Qui ex virgine natus est, ad eum qui ex sterili ortus? Qui matris virginitatem non solvisti, ad eum qui parentis solvit sterilitatem? Qui e ventre adoratus es, ad eum qui tuum ex utero dominatum agnovit? Qui inter homines versatus es, ad vocem deserti? Qui tam excelsus es, ad tam humilem? Dominus universæ creaturæ ad indignum bonitatis tuæ ministrum: natura dives ad natura pauperem, sed tua sola gratia divitem: cælestis & terrestris ad terrestrem tantum; qui de superioribus quidem locis divinitatem habes, de inferioribus humanitatem, ad eum qui ex inferioribus tantum prodiit? Tantus Dominus ad me exiguum famulum? B At enim servus dominum in libertatem non vindicat, lucerna solem non illuminat; lutum, figulum ipsum non corrigit, ovis pastorem non pascit, præcursor regem non condecorat. Fluvius tuam non fert divinitatem; fluvius non metitur, quem cælum non capit: Jordanis suum conditorem non abluit, aqua suum agnoscit auctorem, hæc fluenta non norunt lumen, & ego audebo ad ministerium accingi? Animus meus æstuat, manus mea tremens veretur ad corpus hoc tuum omni ex parte sanctum accedere.

2. Quid faciam? quid exsequar? & vereor te, Domine, & amo, & fugere non audeo, & accedere erubesco. Baptismum conferre simul horreo, & accipere sanctificationem percupio. Ego debeo a te baptizari: ego te adorare, non baptizare sum edoctus: Quin potius cervicem ego meam dexteræ tuæ inclino. C Benedic me qui benedicis annos justorum. Fac ut in Jordanis fluentis hodie exsiliam, quomodo effecisti nuper ut in maternis visceribus exsultarem. Sane, inquit Dominus, ô Baptista, modestiam tuam admiror, sed obedientiam quæro! Factus es regni mei patronus, sed meæ dispensationis administer fieri debes. Veni enim ego ad te, quandoquidem & tibi hoc confert, & iis qui similes tui sunt: veni ego ad te, ut omnes homines ad me accedant. Descendi de cælis, & totus sum in sinu patris, ut conjungam opus cum opifice. Veni præsens, ut fugientes vivos caperem. Veni ut homo, ubi jam antea eram ut Deus, quo homines deos redderem. Accepi ex vobis egenam matrem, ut vos cum fiducia patrem meum appellare possitis. D Educatus sum ut infans, lactis cibo, ut me ipsum fidelibus in cibum proponerem. Involutus sum puerilibus fasciis, ut iniquitatis vincula disrumperem. Reclinatus sum non in regio quopiam lecto, sed in vili præsepio, ut post meam in præsepio reclinationem nullus amplius eorum qui rationis participes sunt, ut rationis expers contra rationem vivat. Excepi corpore meo circumcisionem, quam ego antea lege lata imperaveram, ut circumcisionem non manufactam introducam: ut primogenitus lege constitutum obtuli sacrificium, qui sum unigenitus, ut ejusmodi sacrificium immutem, ac meipsum inusitatum quoddam & mirum sacrificium reddam. Fugi in Ægyptum, at non desii omnium esse perfugium. Factus sum infans recens natus, vir perfectus, ut vides, ut perfectionem imperfectis elargiar. Per omnes ætatis gradus provectus sum, ut omnem ætatem hoc E progressu pedetentim facto corroborem. Ingressus sum fluvium, quo efficiam ut terrigenæ ingrediantur in cælum: & hoc baptisma suscipio, ut discipulis meis regenerationis baptismum conferam. Sustineo descensum in aquam, ut generationem secundum carnem sustinui: ut legislator, legis veneror jura, ut renovem gratiæ symbola. Ut medicus sanus, medicinæ ægrorum particeps fio, licet ea non indigeam, ut recentius piscinæ remedium laborantibus excogitem. Crucem peccatorum causa suscipio, & lavacrum periculi expers recusabo? Trium dierum spatio mortuus esse non dubitabo, & descensum hunc dolore vacuum non feram? In ipsum inferni profundum descensurus

Piscinam appellat fontem baptismatis.

pergo, & his fluentis fluvii non circumfundar? Baptiza ergo me, qui baptizaturus sum, & servaturus eos, qui voluerint: baptiza me qui baptizatam peccatis & demersam naturam humanam ad cælorum celsitudinem provecturus sum. Baptiza me, ut hominem in terris, quem Angeli ut Deum celebrant, & laudant in cælis. Esto diligens mysteriorum meorum administer, in bonam actionem transfer excusationem: siste linguam, & ad opus excita dexteram. Impone audacter manum vertici meo, quæ propter te ex tua massa desumta est: Ex meo baptismate hoc lucri fac, ut Baptista dicaris. *Sine modo*, tantisper baptiza, & postea de mea divinitate loquere. Tantisper baptiza, & postea adora. Sic enim nobis convenit, ut omnem justitiam adimpleamus. Nihil ita excelsum exornat, ac demissio voluntaria: vera enim sublimitas actiones modestas non recusat. Tunc dimittit ipsum Joannes his eum verbis alloquutus: Ecce obsequor imperio tuo, Domine: quæ enim ignorans didici, ea gaudens perficio. Ecce dexteram meam capiti tuo admoveo, quandoquidem id tu jussisti, & ego servus tuus sum, & filius ancillæ tuæ, & manus mea opus tuum, & hic fluvius tuæ dominationis defluxus est, & hæc fluenta creaturæ tuæ, & hoc baptisma donum tuum, & tu solus nosti mysterium, quod perficis. Baptizare quæso, baptizare, & serva, ut voles, quos creasti. Beatus ego qui propter te inusitata ratione sum natus, & insolito more in deserto educatus, & nunc hoc a te ministerio dignus habitus. Beatus ego qui a te fuerim approbatus, ut tanto mysterio operam meam impenderem. O dextera quantum exaltata es! ô luteum instrumentum quantum honoratum es! Amator hominum, magnorumque largitor munerum, Domine, posteaquam gratiam immiscueris aquis, eisque descensu tuo quoddam quasi fermentum sanctificationis inserueris (genu flexo adoro te Domine) egrediens ex aquis ascende, & complectere humanam naturam pene agentem animam, & deficientem, visita eam quæ voluntaria febri laborat, erige, suscita in terra velut in lecto jacentem, & variis morbis laborantem: ut medicus morbos depelle. Te claudi exspectant, ut cum loquutus fueris, currant; te exspectant cæci, ut videant: tuam vocem præstolantur mortui, ut resurgant; tuum sitiunt adventum, qui æstibus calamitatum uruntur: siste te omnibus tamquam rorem sanitatis. *Et baptizatus Jesus ascendit de aqua, & ecce aperti sunt ei cæli: & vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super ipsum.* O admiranda & incredibilia mysteria! cælum desursum adorat, quem paulo ante fluvius abluit, & Spiritus sanctus eum testatur Deum, quem baptizavit servus. Et ecce vox de cælis dicens, *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Hic est qui baptizatus est, non quod ei hoc opus esset, sed tantum quod hominum amore teneretur; is cui testimonium dicit Spiritus sanctus: quem ego qui probe illum noveram, omnibus prædicavi: qui ex me ante sæcula genitus est, & nunc ex Maria natus secundum carnem; qui consubstantialis est mihi & vobis. Qui coæternus est mihi, & conformis vestræ formæ, creator Adami & unus ex posteris David, creator virginis, & virginis filius, qui mente percipitur, & exterius apparet, qui & fide & visu cernitur, perfectus in divinitate, & perfectus in humanitate. *Hic est filius meus dilectus*, hic qui & miracula edit, ut Deus, & patitur ut homo, meus est filius. Neque enim crux a me eum separat, qui a me natura est inseparabilis. Hic & clavis confixus meus est filius: non enim divinam naturam lædunt clavi. Hic etiam dum patitur filius est meus, neque enim ejus divinitatem passio potest attingere. Hic sua sponte mortuus, mortis naturaliter adversarius, meus est filius. Mori autem secundum divinitatem, neque naturaliter solet, neque vult, neque potest. Vitam enim non vincit cædes, neque mors superat

Matt. 3. 15.

Matt. 3. 16.

A καὶ ποταμοῦ ῥεῖθρον οὐ περιπτύξομαι; βάπτισον οὖν με, τὸν μέλλοντα βαπτίζειν, καὶ σώζειν τοὺς θέλοντας· βάπτισόν με τὸν μέλλοντα βεβαπτισμένην τῇ ἁμαρτίᾳ τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν εἰς ὕψος ἐπαίρειν οὐράνιον· βάπτισόν με ὡς ἄνθρωπον κάτω, τὸν ἄνω παρὰ τῶν ἀγγέλων ὑμνούμενον ὡς θεόν. γενοῦ τῶν ἐμῶν μυστηρίων ὑπηρέτης ὀξύς· μετάθες τὴν παραίτησιν εἰς πρᾶξιν ἀγαθήν. στῆσον τὴν γλῶτταν, καὶ κίνησον πρὸς τὸ ἔργον τὴν δεξιάν· ἐπίθες θαρρῶν τὴν χεῖρα τῇ ἐμῇ κορυφῇ, τῇ ληφθείσῃ ἀπὸ τοῦ σοῦ φυράματος διὰ σέ· κέρδανον ἐκ τοῦ βαπτίσματός μου καὶ σὺ τὸ βαπτιστὴς ὀνομάζεσθαι. ἄφες ἄρτι· τέως βάπτισον, καὶ τότε θεολόγησον· τέως βάπτισον, καὶ τότε προσκύνησον· οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. οὐδὲν οὕτω σεμνύνει τὸ ὑψηλὸν, ὡς ἡ ἐθελούσιος συγκατάβασις. B ὕψος γὰρ ἀληθὲς οὐ σεμνύνει πράξεις ἐπιεικεῖς. τότε ἀφίησιν αὐτὸν ὁ Ἰωάννης, βοῶν πρὸς αὐτόν· ἰδοὺ διακονῶ τῷ σῷ προστάγματι, δέσποτα. ἃ γὰρ ἀγνοῶν ἔμαθον, ταῦτα χαίρων ἐπιτελῶ. ἰδοὺ προσάγω τὴν ἐμὴν δεξιάν σου τῇ κεφαλῇ, ἐπειδὴ σὺ τοῦτο προσέταξας· κἀγὼ δοῦλος σὸς, καὶ υἱὸς τῆς παιδίσκης σου· καὶ ἡ χείρ μου δημιούργημα σὸν, καὶ ὁ ποταμὸς οὗτος τῆς σῆς δεσποτείας ἀπόρροια, καὶ τὰ νάματα ταῦτα ποιήματα σὰ, καὶ τὸ βάπτισμα τοῦτο δῶρον σόν· καὶ σὺ μόνος ἐπίστασαι ὃ κατεργάζῃ μυστήριον. βαπτίσθητι, βαπτίσθητι, δέομαι· καὶ σῶσον, ὡς θέλεις, οὓς ἔπλασας. μακάριος ἐγώ, διὰ σὲ παραδόξως τεχθεὶς, καὶ ξένως ἐν ἐρήμῳ τραφεὶς, καὶ νῦν τῆς διακονίας ταύτης ἀξιωθείς· μακάριος ἐγὼ παρὰ σοῦ δοκιμασθεὶς τηλικούτῳ ὑπουργῆσαι μυστηρίῳ. ὢ δεξιὰ, πόσον ὑψώθης; ὢ πήλινον C ὄργανον, πόσον τετίμησαι; φιλάνθρωπε καὶ μεγαλόδωρε κύριε, μετὰ τὸ κεράσαι τὴν χάριν τοῖς ὕδασι, καὶ δοῦναι τούτοις ὥσπερ τινὰ ζύμην ἁγιασμοῦ τὴν κατάδυσιν, ἀνελθὼν τῶν ὑδάτων· γονυπετῶ, δέσποτα· ἀνάδραμε καὶ κατάλαβε τὴν ἀνθρωπότητα ψυχορραγοῦσαν καὶ κάμνουσαν, ἐπίσκεψαι τὴν ἑκουσίως πυρέττουσαν, ἀνάστησον τὴν ἐπὶ τῆς γῆς ὡς ἐπὶ κλίνης ἐξηπλωμένην, καὶ νοσοῦσαν πάθει διαφόρῳ· ὡς ἰατρὸς τὰς νόσους ἀπέλασον· σὲ περιμένουσιν οἱ χωλοὶ, ἵνα σοῦ λαλήσαντος δράμωσι· σὲ περιμένουσιν οἱ τυφλοὶ, πρὸς ἀνάβλεψιν. τὴν σὴν προσδέχονται φωνὴν οἱ νεκροὶ πάντες, πρὸς ἀνάστασιν· τὴν σὴν παρουσίαν διψῶσιν οἱ φλεγόμενοι τῷ καύσωνι τῶν συμφορῶν· ἐπίστηθι πᾶσιν ὡς δρόσος ἰάσεως. καὶ βαπτισθεὶς ὁ Ἰησοῦς, ἀνέβη ἀπὸ τοῦ ὕδατος· καὶ ἰδοὺ ἠνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοὶ, καὶ εἶδε τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ καταβαῖνον, ὡσεὶ περιστερὰν, καὶ D ἐρχόμενον ἐπ' αὐτόν. ὢ ξένων καὶ παραδόξων μυστηρίων· ὁ οὐρανὸς ἄνωθεν προσκυνεῖ, ὃν ὁ ποταμὸς περὶ βραχέων ἐπέκλυσε· καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον θεολογεῖ, ὃν ὁ δοῦλος ἐβάπτισε. καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν λέγουσα· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα. οὗτός ἐστιν ὁ βαπτισθεὶς, οὐ διὰ χρείαν ἰδίαν, ἀλλὰ διὰ μόνην φιλανθρωπίαν, ὁ παρὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος μαρτυρούμενος, ὁ παρ' ἐμοῦ τοῦ σαφῶς ἰδόντος αὐτὸν κηρυττόμενος; ὁ πρὸ τῶν αἰώνων ἐξ ἐμοῦ γεννηθεὶς, καὶ νῦν ἐκ Μαρίας σαρκὶ τεχθεὶς, ὁ ὁμούσιος ἐμοὶ καὶ ὑμῖν· ὁ συναΐδιος ἐμοὶ, καὶ σύμμορφος τῆς ὑμετέρας μορφῆς· ὁ ποιητὴς τοῦ Ἀδὰμ, καὶ ἀπόγονος τοῦ Δαυίδ· ὁ δημιουργὸς τῆς παρθένου, καὶ υἱὸς τῆς παρθένου. ὁ νοούμενος καὶ φαινόμενος· ὁ πίστει καὶ ὄψει κατοπτριζόμενος· ὁ E τέλειος ἐν θεότητι, καὶ τέλειος ἐν ἀνθρωπότητι· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός· οὗτος καὶ θαυματουργῶν ὡς θεὸς, καὶ πάσχων ὡς ἄνθρωπος, υἱός ἐστιν ἐμός. σταυρὸς γὰρ οὐ χωρίζει μου τὸν κατὰ φύσιν ἀχώριστον. οὗτος καὶ τοῖς ἥλοις κεντούμενος, υἱός ἐστιν ἐμός. ἧλοι γὰρ τούτου τὴν θείαν οὐσίαν οὐ βλάπτουσιν· οὗτος καὶ πάσχων, υἱός ἐστιν ἐμός· τὴν γὰρ τούτου θεότητα πάθος οὐκ ἰσχύει καταλαβεῖν. οὗτος καὶ νεκρούμενος ἑκουσίως, καὶ τὸ νεκροῦσθαι πεφυκὸς, υἱός ἐστιν ἐμός. ἀποθανεῖν γὰρ εἰς θεότητα οὐ πέφυκεν, οὔτε βούλεται· οὔτε δύναται· ζωὴν γὰρ νέκρωσις οὐ νικᾷ, καὶ θάνατος ἀθανασίας οὐ περιγίνεται.

οὗτος

A οὗτος καὶ ἀνιστάμενος ἐκ νεκρῶν υἱός ἐστιν ἐμός. ὡς γὰρ δημιουργὸς τοῦ παντὸς ἀναστήσει τοῦ σώματος αὐτοῦ τὸν ναὸν, ὃν λυθῆναι παρὰ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ συνεχώρησεν· οὗτος μετὰ τῆς σαρκὸς ταύτης ἀνιὼν εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ὧν οὐκ ἀπέστη, υἱός ἐστιν ἐμός. τοῦτον ὁ δεχόμενος, ἐμὲ δέχεται σὺν αὐτῷ· τοῦτον ὁ προσκυνῶν, ἐμὲ προσκυνεῖ· εἰς τοῦτον ὁ πιστεύων, εἰς ἐμὲ πιστεύει· τοῦτον ὁ σμικρύνων, ἐμὲ σμικρύνει· ὕβρις γὰρ παιδὸς, ζημία πατρός. τοῦτον ὁ δεχόμενος, καὶ μὴ πολυπραγμονῶν, ἀλλὰ σέβων ἀπεριέργως, μακάριος. οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα. οἱ ἁμαρτωλοὶ δράμετε πρὸς τὸν αἴροντα τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· οἱ κατάκριτοι καταλάβετε τὸν φιλάνθρωπον δικαστήν· οἱ νενεκρωμένοι ταῖς ἁμαρτίαις, σπεύσατε πρὸς τὴν πηγὴν τῆς ζωῆς. ταῦτα τῆς τοῦ Βαπτιστοῦ πανηγύρεως κάλλιστα δῶρα. ταῦτα πάντα B παρέσχεν ἡμῖν ὁ δι' ἡμᾶς ἐπιφανεὶς δεσπότης Χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν· αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος ἅμα σὺν τῷ πατρὶ καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

superat immortalitatem. Hic etiam resurgens ex mortuis meus est filius: etenim, ut conditor universi, resuscitabit templum corporis sui, quod ab inimicis suis dissolvi permisit. Hic qui cum hac carne ad cælos ascendet, a quibus non abscessit, meus est filius. Quicumque hunc suscipit, cum ipso me suscipit; quique hunc adorat, me adorat; qui in hunc credit, in me credit; qui hunc parvi pendit, me parvi pendit: contumelia quippe filii, patris injuria est. Hunc qui excipit, neque curiose scrutatur, sed serio colit, beatus est. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Matth. 3. 17. Peccatores currite ad eum qui tollit mundi peccatum; damnati complectimini benignum Judicem; vos qui peccatis estis necati, ad vitæ fontem properate. Hæc sunt festivitatis Baptistæ dona pulcherrima, hæc omnia nobis præbuit, qui propter nos apparuit Dominus Christus Deus noster: ipsi gloria, & potestas, simul cum Patre & sanctissimo ac vivifico Spiritu, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM

AD HOMILIAM IN SANCTA THEOPHANIA.

LECTU indignum & insulsum opusculum in Theophania non sine fastidio edimus. Quem enim non pigeat hujusmodi nugas tractare? Quia tamen ab Savilio & Frontone jam editum fuerat, hic inter Spuria locum habeat.

Interpretationem Achillis Statii Lusitani, utpote non accuratam & ad aliud diversumque exemplar Græcum concinnatam rejecimus, novamque paravimus.

ΕΙΣ ΤΑ ΑΓΙΑ ΘΕΟΦΑΝΙΑ.

C Ἡ ΠΗΓΗ τῶν εὐαγγελικῶν διδαγμάτων ἀνεῳγμένους ἔχει τοὺς ῥύακας, καὶ εἴ τις διψῶν πίνει ἐξ ἐκείνης τῆς πηγῆς, καὶ ζωοποιεῖται. ζωοποιεῖται δὲ κατὰ πνεῦμα καὶ τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν, εὐφροσύνην ὑπὲρ οἶνον δεχόμενος. ἀκόρεστος γὰρ ἡ γλυκύτης τῶν πνευματικῶν λογίων. οὐ γὰρ εὐφραίνει κοιλίαν, ἀλλὰ καρδίαν, καὶ λογισμοὺς εὐσεβῶν εἰς φιλοθεΐαν ἄγει. ἤκουες γὰρ ἀρτίως ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου βοῶντος πρὸς τὸ συνελθὸν πανταχόθεν καὶ βαπτιζόμενον τὸ τῶν Ἰουδαίων πλῆθος· ἐγὼ μὲν βαπτίζω ὑμᾶς ἐν ὕδατι εἰς μετάνοιαν· ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἰσχυρότερός μου ἐστίν. ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος· ὀπίσω, διὰ τὸν τόκον τῆς γεννήσεως. ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἰσχυρότερός μου ἐστίν, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι. καὶ ποῖα ὑποδήματα * βαρέα ὑπεφέρετο ὁ κύριος, ὅτι ἔλεγεν, οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι; ἐνταῦθα ὑποδήματα, τὰ τῆς οἰκονομίας μυστήρια λέγει. ὑποδήματα γὰρ ἡ ἐνανθρώπησις τοῦ κυρίου προσαγορεύεται. καὶ D τούτου μάρτυς ὁ κύριος διὰ τοῦ προφήτου κράζων, ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν ἐκτενῶ τὸ ὑπόδημά μου. διὰ τοῦτο καὶ ὑποπόδιον ἤκουσεν ἡ τοῦ κυρίου ἐνανθρώπησις, ὡς ἐπὶ γῆς ὀφθεῖσα, καὶ τὸ τέρμα τῆς γῆς καταλαβοῦσα. ὅπερ καὶ ὁ προφήτης ἐκ τῶν ἑκατέρων τὴν ἐμφάνειαν ποιούμενος ἐκέκραγεν· ὑψοῦτε κύριον τὸν θεὸν ἡμῶν, καὶ προσκυνεῖτε τῷ ὑποποδίῳ τῶν ποδῶν αὐτοῦ. ἐγὼ μὲν βαπτίζω ὑμᾶς ἐν ὕδατι εἰς μετάνοιαν· ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος ἰσχυρότερός μου ἐστὶν, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι· αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. οὗ τὸ πτύον ἐν χειρὶ αὐτοῦ· καὶ τὸν μὲν σῖτον συνάξει εἰς τὴν ἀποθήκην αὐτοῦ, τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ. ταῦτα τοῦ Ἰωάννου παρεγγυῶντος, καὶ τὸν ἰσχυρότερον κύριον σαλπίζοντος, οἱ ὑπ' αὐτοῦ βαπτιζόμενοι

IN SANCTA THEOPHANIA.

EVANGELICORUM fons documentorum apertos habet rivos, ac si quis sitibundus ex illo bibat, vitam accipit. Vitam autem accipit secundum spiritum & legem præceptorum, lætitiamque vino jucundiorem accipit. Nullam quippe satietatem affert spiritualium oraculorum dulcedo. Non enim ventrem, sed cor gaudio replet, piorumque cogitationes in divinum amorem impellit. Audisti modo in Evangelio Joannem Baptistam clamantem ad confluentem undique ad baptismum Judæorum turbam: *Ego quidem baptizo vos in aqua ad pœnitentiam: sed qui post me venit fortior me est.* Matth. 3. 11. *Qui post me venit:* post scilicet secundum partum. *Qui post me venit, fortior me est, cujus non sum dignus calceamenta portare.* Ecqua calceamenta gestanda ferebat Dominus, ut dicat, *non sum dignus calceamenta portare?* Hic vocat calceamenta dispensationis mysteria: calceamenta quippe vocatur incarnatio Domini. Hujusque rei testis est Dominus, cum per Prophetam clamat: *In Idumæam extendam calceamentum meum.* Psal. 59. 10. Ideoque scabellum etiam audit Christi Incarnatio, utpote visa in terris, & terminum terræ complexa: quod etiam Propheta ex utraque parte declarans clamabat, *Exaltate Dominum Deum nostrum & adorate scabellum pedum ejus.* Psal. 98. 5. *Ego quidem baptizo vos in aqua ad pœnitentiam: qui autem post me venit, fortior me est, cujus non sum dignus calceamenta portare: ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. Cujus ventilabrum in manu ejus; & triticum quidem congregabit in horreum suum, paleam autem comburet igni inexstinguibili.* Matth. 3. 11. & seqq. Hæc nuncianti Joanni fortiorique se Domino quasi tuba præcinenti, reclamabant ii, qui ab illo baptizati fuerant: Nun

quispiam te fortior, ô Propheta? Quid tibi ipsi calumniam infers? Tu magni Zachariæ filius; tu hominibus desiderabilis, ferisque terribilis. Num quispiam te fortior? Quid nugaris? Nemo te fortior est. Tu promissione prævia natus es, tu a Gabriele annunciatus, tu in ipso altari declaratus, tu vinctam parentis tui linguam per Gabrielem solvisti; tu Joannes vocaris, quod significat gratiam Dei. Quid teipsum calumnia impetis? Nullus est te fortior. At Joannes ut servus Domino testimonium perhibens, divinam sibi dignitatem non arrogans, contra reclamantes turbas vociferabatur: Vos id, quod nescitis, loquimini, ego vero quod scio testificor. Fortior me venit: ego propter illum, non ille propter me: ego ex sterili, ille ex virgine: ego miles, ille rex; ego præcursor, ille cælestis: ego spiritum mutuo accepi, ille vitam largitur omnibus hominibus: ego pœnitentiæ præco, ille adoptionis largitor. Ego baptizo vos in aqua, prius vos emundans ut vasa peccatis sordida, ille gratiæ unguentum infundet: *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni*, non qui urat, sed qui sanctos efficiat. Ego monitis linguam adhibeo, ille justi judicii ventilabrum gestat, atque justos ceu triticum maturum in horreum cælorum deferet, peccatores vero non resipiscentes, ceu paleam comburendam tradet igni inexstinguibili. *Qui autem post me venit, fortior me est.* Illum exspectate, ab illo perfectum accipite baptisma. Ego lucerna in aliqua parte, ille sol ubique. *Qui autem post me venit, fortior me est.* Hæc atque his similia Joanne prædicante, turbæ ab illo baptizatæ exspectabant mutuo sic colloquentes: perseveremus venturi regni vel pompæ spectatores, verbis quippe terribilibus aures nostras oneravit Joannes: se fortiorem venturum dicit, ventilabrum, ignem & spiritum ferentem. Cum exspectarent turbæ mundani regni adventum, * quo universorum Deus de cælo descenderet, ecce Dominus humana specie, solus, abjectus, cum una veste, quasi unus e vulgo, ad Jordanem accedens, caput inclinavit Joanni ut baptismum acciperet. Hoc humili Christi accedentis spectaculo præter exspectationem conspecto Joannes Baptista hæsitavit, dubitavit, obstupuit. Fugæ locum captabat undique: nec quo aufugeret reperit; invisibili manu detentus & cohibitus, & Dominum se detinentem sic clamans alloquebatur: *Ego debeo a te baptizari, & tu venis ad me.* Quid facis, Domine? Quid me turbis necandum tradis? Me mox ut mendacem turbæ lapidabunt. Ego magna de te prædicavi, & tu quasi e trivio & peregrinus advenisti. Quid facis, Domine? Supra regis filius, & infra quoque regis filius, & nusquam sceptrum regium? Profer dignitatem tuam: cur solus & vilis advenisti? Ubi tua illa Angelorum cohors? Ubi Archangelorum ordo? Ubi Cherubinorum, qui sex alis instructi sunt, ministerium? Ubi ventilabrum? Ubi ignis? Ubi ille tuus Spiritus sanctus? Moysem gloria affecisti, lucidam nubem apposuisti, columnam igneam ipsum præcedere jussisti, vultum ejus angelica gloria fulgere curasti, servum tali gloria circumdedisti, & tu Dominus privato accedens habitu caput inclinas mihi? Erige te, caput es omnium: ostende qui sis. Humilia exhibuisti, excelsa jam ostende. Eos qui adsunt baptiza, meque primum. * Quid eveniet si te baptizare velim? Jordanis non feret: ille te conditorem novit, fluenta retro convertit, non ultra cursu solito fluit, ordini renunciat. Elementa te norunt, & ego non te noverim? Si vis baptizari, teipsum baptiza. Non extendo manus: negant illæ officium, torpent, contrahuntur, &

A ἀντέβαινον τῷ Ἰωάννῃ, λέγοντες· ἔχεις ἰσχυρότερόν σου τινά, ὦ προφῆτα; τί σεαυτὸν συκοφαντεῖς; σὺ τοῦ μεγάλου Ζαχαρίου υἱός, σὺ καὶ ἀνθρώποις ποθητός, καὶ θηρίοις φοβερός. ἔχεις ἰσχυρότερόν σου τινά; τί ἀδολεσχεῖς; οὐκ ἔστι σοῦ ἰσχυρότερος. σὺ καὶ κατ' ἐπαγγελίαν ἐτέχθης, σὺ ὑπὸ Γαβριὴλ ἐμηνύθης, σὺ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ ἐφανερώθης, σὺ τὴν γλῶτταν τοῦ γεννήσαντός σε δεθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Γαβριὴλ διέλυσας, σὺ Ἰωάννης κέκλησαι, ὃ χάρις θεοῦ ἑρμηνεύεται. τί τοίνυν συκοφαντεῖς ἑαυτόν; οὐκ ἔχεις τὸν ἰσχυρότερόν σου. ὁ δὲ Ἰωάννης, ὡς δοῦλος ὑπὲρ τοῦ δεσπότου μαρτυρῶν, θεϊκὴν ἀξίαν σφετερίσασθαι μὴ καταδεξάμενος, ἀντεβόα τοῖς ἀντιβαίνουσιν ὄχλοις λέγων· ὑμεῖς, ὃ οὐκ οἴδατε, λέγετε, ἐγὼ ὃ οἶδα, μαρτυρῶ. ἰσχυρότερός μου ἔρχεται. ἐγὼ δι' ἐκεῖνον, ἐκεῖνος οὐ δι' ἐμέ. ἐγὼ ἐκ στείρας, ἐκεῖνος ἐκ παρθένου· ἐγὼ στρατιώτης, ἐκεῖνος βασιλεύς· ἐγὼ πρόδρομος, ἐκεῖ-
B νος οὐράνιος· ἐγὼ τὸ πνεῦμα δεδανεισμένος, ἐκεῖνος ζωὴν παρέχει πᾶσιν ἀνθρώποις· ἐγὼ μετανοίας κήρυξ, ἐκεῖνος υἱοθεσίας δωτήρ. ἐγὼ βαπτίζω ὑμᾶς ἐν ὕδατι, προκαθαίρων ὑμᾶς ὡς σκεύη ῥερυπωμένα ταῖς ἁμαρτίαις, ἐκεῖνος ἐμβαλεῖ τὸ μύρον τῆς χάριτος. αὐτὸς βαπτίσει ὑμᾶς ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί, οὐ καυστικῷ, ἀλλὰ ἁγιαστικῷ. ἐγὼ νουθεσίας γλῶτταν κινῶ, ἐκεῖνος δικαιοκρισίας πτύον βαστάζων, καὶ τοὺς μὲν δικαίους, ὥσπερ σῖτον ὡραῖον ἐν τῇ ἀποθήκῃ τῶν οὐρανῶν ἀνενέγκει· τοὺς δὲ ἁμαρτωλοὺς καὶ μὴ μετανοήσαντας, ὡς ἄχυρα τῷ ἀσβέστῳ πυρὶ παραδώσει· ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος ἰσχυρότερός μου ἐστίν. ἐκεῖνον προσμείνατε, παρ' ἐκείνου τὸ τέλειον δέξασθε βάπτισμα. ἐγὼ λύχνος ἐν μέρει, ἐκεῖνος ἥλιος πανταχοῦ· ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος ἰσχυρότερός μου ἐστί· ταῦτα τοῦ Ἰωάννου παρεγγυῶντος καὶ παραπλήσια τούτων, οἱ ὑπ' αὐτοῦ βαπτισθέντες ὄχλοι προσέμενον ἀντιβάλλοντες πρὸς ἀλλήλους, καὶ λέγοντες·
C καρτερήσωμεν καὶ ἴδωμεν τὴν μέλλουσαν διαβαίνειν βασιλείαν ἢ φαντασίαν· ἐφόρτισεν ἡμῶν τὰς ἀκοὰς Ἰωάννης καταπληκτικοῖς λόγοις· ἰσχυρότερον αὐτοῦ παραγενέσθαι λέγει πτύον καὶ πῦρ καὶ πνεῦμα φέροντα. ἐν τούτοις τῶν ὄχλων καραδοκούντων κοσμικῆς βασιλείας * παρουσίαν, ἐνὶ ὁ τῶν ὅλων δεσπότης καὶ θεὸς ἄνωθεν διαβαίνων, ἰδοὺ καὶ ὁ κύριος τῇ ὄψει τῆς ἐνανθρωπήσεως, μόνος, λιτός, μονοχίτων, ὡς εἷς τῶν * ὅλων ἀνθρώπων, ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην φθάσας προσέκλινε τὴν κεφαλὴν τῷ Ἰωάννῃ, θέλων ὑπ' αὐτοῦ βαπτισθῆναι. ταύτην τοίνυν τὴν ταπεινὴν θέαν τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐπιστασίας ὁ Βαπτιστὴς Ἰωάννης παρὰ πολλὴν προσδοκίαν θεασάμενος, ἰλιγγίασεν, ἠπόρησε, καὶ ἐξεπλάγη. τόπος φυγῆς περιεβλέπετο, θέλων δραπετεῦσαι, καὶ οὐχ ηὕρησεν· ἀοράτως γὰρ ἦν κρατούμενος καὶ συνεχόμενος· ἐβόα πρὸς τὸν κρατοῦντα κύριον λέγων· ἐγὼ χρείαν ἔχω
D ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρὸς μέ; τί ποιεῖς, δέσποτα; τί προδίδως με τοῖς ὄχλοις εἰς θάνατον; νῦν ὡς ψευδολόγον ὄχλοι λιθάσουσιν. ἐγὼ μεγάλα περὶ σοῦ ἐκήρυξα, καὶ σὺ ὡς λιτὸς καὶ ξένος παραγέγονας; τί ποιεῖς, δέσποτα; καὶ ἄνω υἱὸς βασιλέως, καὶ κάτω υἱὸς βασιλέως· καὶ οὐδαμῶς σκῆπτρον βασιλικόν; δεῖξόν σου τὴν ἀξίαν. τί μόνος καὶ λιτὸς παραγέγονας; ποῦ σου τὸ τῶν ἀγγέλων στῖφος; ποῦ τὸ τῶν ἀρχαγγέλων τάγμα; ποῦ σου ἡ ἑξαπτέρυγος τῶν χερουβὶμ λειτουργία; ποῦ τὸ πτύον; ποῦ τὸ πῦρ; ποῦ σου τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; Μωϋσῆν ἐδόξασας, νεφέλην φωτεινὴν παρέστησας, στῦλον πυρὸς πορεύεσθαι αὐτῷ παρεσκεύασας, τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀγγελικῇ δόξῃ περιήστραψας, τὸν δοῦλον ἐν τοσαύτῃ δόξῃ ἠμφίασας, καὶ σὺ ὁ δεσπότης ἐν ἰδιωτικῷ
E σχήματι παραγενόμενος τὴν κεφαλήν μοι προσκλίνεις; ἀνάνευσον, κεφαλὴ πάντων ὑπάρχεις· δεῖξον ὅπερ εἶ. ἔδειξας τὰ ταπεινά, δεῖξον καὶ τὰ ὑψηλά· βάπτισον τοὺς παρόντας, καὶ πρὸ πάντων ἐμέ. * τί βαπτίσαι θέλων; ὁ Ἰορδάνης οὐ δέξεται· ἐγνώρισέ σε τὸν ποιητήν, ἀνέστρεψε τὰ ῥεῖθρα εἰς τὰ ὀπίσω, οὐ προβαίνει εἰς τὰ ἔμπροσθεν, ἀρνεῖται τὴν τάξιν. τὰ στοιχεῖα γνωρίζουσι, κἀγὼ μὴ γνωρίσω; εἰ θέλεις βαπτισθῆναι, ἑαυτὸν βάπτισον. οὐκ ἐκτείνω τὰς χεῖρας· ἀρνοῦνται τὴν σύνθεσιν, ναρκῶσι, συστέλλονται· ὃ οὐκ ἐδιδά-

* Forte, παρουσίαν, τὸν τῶν ὅλων δεσπότην καὶ θεὸν Ἰωάννης διαβαίνειν εἶδε.

* Forte, εἰ βαπτισθῆναι θέλεις.

ργήθησαν κρατεῖν, οὐκ ἐπιδέχονται. ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με; οἶδά σε τίς εἶ, καὶ γινώσκεις ὅτι οἶδά σε. τί με κρύπτεις τὸν εἰδότα σε; ἐν τῇ νηδύϊ τῆς μητρός μου ὑπάρχων κατεσφαλισμένος, καὶ πρὸ καιροῦ τὴν ἔξοδον μὴ εὑρίσκων, μόνον ἐθεασάμην σε φερόμενον ὑπὸ τῆς παρθένου σοῦ φερομένης· ἐγνώρισά σε, καὶ τὸ λαλεῖν μὴ εὑρίσκων, τὸ τῆς μητρός μου χρησάμενος στόματι ἐβόησα δι' αὐτῆς τὰ ἐμὰ λέγων· πόθεν μοι τοῦτο, ἵνα ἔλθῃ ἡ μήτηρ τοῦ κυρίου μου πρός με; ἐκεῖ οὐκ ἐσφάλην, καὶ ὧδε οὐ γινώσκω; ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με; ὁ δὲ κύριος πρὸς αὐτόν, καθὼς ἀρτίως ἤκουες, ἄφες ἄρτι. οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. ἄφες ἄρτι· οὐκ οἶδας ὃ λέγεις, ἐγὼ οἶδα ὃ πραγματεύομαι. τὴν δόξαν τῆς θεότητός μου ζητεῖς ἀποκαλυφθῆναί σοι; οὐκ ἔχει ὁ καιρός· πάντα καλὰ ἐν καιρῷ αὐτῶν. σὺ ἀληθεύεις, ἀλλ' οὐ πιστεύῃ. ἄπιστον γὰρ τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος. οὐ γεννήματα ἐχιδνῶν αὐτοὺς προσηγόρευσας; πῶς οὖν τούτοις ἀνακαλυφθῆναί με θέλεις; οὐ δέχονταί σου τὴν περὶ ἐμοῦ μαρτυρίαν· ὑπονοοῦσί σε διὰ τὸ ὕποπτον, ὡς εἶναι πρόδρομον· ἄφες ἄρτι· μείζονα μαρτυρίαν δέξονται. ἄφες ἄρτι· οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. ὁ δὲ Ἰωάννης λέγει πρὸς αὐτόν· πῶς, δέσποτα; καὶ ὁ κύριος πρὸς αὐτόν· ὥσπερ περιετμήθην ἵνα τὸν νόμον πληρώσω, βαπτίζομαι ἵνα τὴν χάριν κυρώσω. ἐὰν μέρος πληρώσω, καὶ μέρος καταλείψω, κολοβὸν καταλιμπάνω τὴν οἰκονομίαν· δεῖ με πάντα πληρῶσαι, ἵνα μετὰ ταῦτα γράψῃ Παῦλος, πλήρωμα νόμου Χριστὸς εἰς δικαιοσύνην παντὶ τῷ πιστεύοντι. ἄφες ἄρτι· οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. ἄφες, Ἰωάννη, τὴν τοῦ ὕδατος φύσιν ἁγιασθῆναι· δεῖ με πάντα πληρῶσαι. * εἰ μὴ ἐγὼ ὑπὸ σοῦ * βαπτισθῶ, οὐ καταδέξεται βασιλεὺς ὑπὸ ἱερέως πτωχοῦ βαπτισθῆναι. ἄφες ἄρτι, ἄφες ἄνωθεν τὸν πατέρα ἐπιβοῆσαι, οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός· ἵνα μὴ ἄρξωνται οἱ Ἰουδαῖοι λέγειν υἱὸν τοῦ τέκτονος, ἀλλὰ τοῦ ἐπουρανίου πατρός. ἄφες ἄρτι· μὴ ἀντίβαινε τῷ Ἀδάμ. δεύτερος Ἀδὰμ γέγονα, τὸν ἐκείνου ῥύπον τῶν πλημμελημάτων ἐκπλῦναι θέλων, εἰ μὴ ἐγὼ βαπτισθῶ, πῶς ἐκεῖνος καθαρισθήσεται; διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τριάκοντα ἐτῶν βαπτίζομαι, τὸν ἐκείνου χρόνον ἐκδεχόμενος· ἵνα τῷ ἐκείνου τὸ ἐμὸν κυρωθῇ. ἄφες ἄρτι, ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου· φωνὴ κυρίου ἐπὶ τῶν ὑδάτων. καὶ ἦν ἰδεῖν θεωρίαν φρικώδη. ἥπτετο μὲν τῆς κορυφῆς τοῦ δεσπότου σύντρομος ὁ Ἰωάννης· ἄνωθεν δὲ οὐρανῶν ἀνοιχθέντων, κατεσκόπουν ἄγγελοι τὸ γινόμενον· πνεύματος δὲ χάρις ἐν εἴδει περιστερᾶς τῇ τοῦ δεσπότου κεφαλῇ προσφοιτῶσα, τὴν τοῦ Ἰωάννου δεξιὰν παρωθεῖτο. εἱστήκει δὲ τὸ πλῆθος ἀπορούμενον ἐπὶ πλέον, καὶ τό, τίς ἐστιν οὗτος, πρὸς ἀλλήλους λαλοῦν. εἶτα ὡς ἀποκρινάμενος τοῖς πλήθεσι, τίς ἐστιν οὗτος, πρὸς ἀλλήλους ζητοῦσιν, ἐβόησεν ὁ πατήρ, λέγων· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ ηὐδόκησα· αὐτοῦ ἀκούετε. βοᾷ τὴν εἰς τὸν υἱὸν ὁ γεννήτωρ φιλοστοργίαν, ἵνα μάθῃς τὴν τοῦ κτίστου περὶ τὸν κόσμον διάθεσιν, ὅτι τοιοῦτον ὑπὲρ τῶν τοιούτων δούλων υἱὸν ἀπέδωκεν, ὑπὲρ μισουμένων τὸν ποθούμενον, ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν τὸν ἀναμάρτητον, ὑπὲρ ἀδόξων τὸν ἔνδοξον. δοξάσωμεν οὖν τὸν ἐπιφανέντα δεσπότην σὺν τῷ πατρί, καὶ τὸν υἱόν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A quod minime didicerunt, exercere non valent. *Ego debeo a te baptizari, & tu venis ad me?* (Matt. 3. 14.) Novi qui sis, tuque scis me nosse te. Quid me celas, qui te novi? In matris utero fallens naturæ leges, cum nondum exacto tempore exitum non reperirem, te in prægnantis, quam tu gestabas, utero vidi: teque agnovi, cumque loqui non valerem, matris ore clamavi: *Unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me?* (Luc. 1. 43.) Illic non erravi, & nunc cognitione non assequar? *Ego debeo a te baptizari, & tu venis ad me?* Respondet Dominus, ut modo audisti: *Sine modo: sic enim oportet nos implere omnem justitiam.* (Matt. 3. 15.) *Sine modo:* nescis quid dicas, ego quod agam scio. Gloriam divinitatis meæ tibi revelari expetis, id non fert tempus: omnia bona tempore suo. Tu vere dicis, sed non tibi habetur fides: incredula quippe est Judæorum natio. Annon illos genimina viperarum vocasti? Cur ergo vis me illis revelari? Tuum B de me testimonium non accipiunt. Te suspectum habent circa præcursoris officium. *Sine modo:* majus accipient testimonium: *sine modo: sic enim oportet nos implere omnem justitiam.* Reponit Joannes, Quo pacto, Domine? Tum Dominus: Quemadmodum circumcisus sum, ut legem implerem, ita baptizor, ut gratiam confirmem. Si partem impleam, partem relinquam, mancam relinquo dispensationem. Omnia impleam oportet, ut posthac Paulus scribat: *Plenitudo legis Christus in justitiam omni credenti.* (Rom. 10. 4.) *Sine modo; sic enim oportet nos implere omnem justitiam.* Sine, Joannes, aquæ naturam sanctificari. Omnia impleam oportet. Nisi a te baptismum accipiam, rex a Sacerdote paupere baptizari nolet. *Sine modo*, sine ex alto clamet Pater: *Hic est filius meus dilectus*, (Matt. 3. 17.) ne me fabri, sed ut cælestis Patris filium dicant Judæi. *Sine modo*, ne C Adamo repugnes. Secundus Adam sum, qui sordes peccatorum ejus abstergere volo. Nisi ego baptizer, quomodo ille purgabitur? Ideo triginta annos natus baptizor, ejus ætatem excipiens, ut per id quod ad illum spectat, quod meum est confirmetur. *Sine modo*, ut impleatur Prophetæ dictum: *Vox Domini super aquas.* (Psal. 28. 3.) Tremendumque erat spectaculum. Joannes caput Domini tremens tetigit, cælisque apertis, rem contemplabantur Angeli: ac Spiritus gratia specie columbæ ad caput Domini advolans, Joannis dexteram removebat. Adstabat multitudo admodum dubitans, & alternis vicibus, quis est hic dicens. Hinc ceu respondens turbæ, Quis est hic quærenti, clamavit Pater, & dixit: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipsum audite.* Amorem erga filium genitor clamando testatur, ut discas Creatoris erga mundum affectum, D qui pro talibus servis filium tradidit, pro odiosis dilectum, pro peccatoribus impeccabilem, pro ingloriis gloriosum. Gloria igitur celebremus Dominum, qui apparuit, cum Patre, Filium & Spiritum sanctum, nunc & semper, & in sæcula sæculorum; amen.

MONITUM
AD HOMILIAM IN OCCURSUM CHRISTI.

INDIGNAM *Chryſoſtomo eſſe hanc Homiliam fatebitur quivis emunctæ naris homo. Multa enim hic ſunt, maxime ſub finem, inepta & puerilia. Jure ergo in prius Editis inter Spuria ablegata fuit.*

Interpretatio Latina eſt Frontonis Ducæi.

DE OCCURSU D. N. JESU CHRISTI, deque Deipara & Symeone oratio.

NON modo carne ſe veſtit Dominus noſter Jeſus Chriſtus, verum etiam ex legis præſcripto circumciditur, ut omnem Judaïcæ incredulitati occaſionem adimat. [A] Venit enim ad legem pro lege, ut per fidem a lege diſcipulos liberet. Et carnem ſuſcipit, & circumciditur cum Judæis. In communionem venit carnis, in communionem venit & circumciſionis: cognationem confirmavit, ne Chriſtum ex ſemine David ortum negarent, quem exſpectabant: oſtendit indicium cognationis. Si enim cum is circumciſus eſſet, dicebant, (Joan. 9. 29.) *Neſcimus, unde ſit*; ſi ſecundum carnem circumciſus non eſſet, ſpecioſam negandi occaſionem habuiſſent. (Luc. 2. 21.) *Poſtquam* igitur *conſummati ſunt dies octo, ut circumcideretur puer*, exſpectabat Jeſus incrementum inſtrumenti. *Poſtquam conſummati ſunt dies octo*: lex enim octava die circumciſionem fieri jubet: [B] cumque octava dies venerit, procedit in medium medicus, ac ferrum capeſſit, & artem ſuam exercet, ceſſatque ſabbatum propter circumciſionem. Interrogemus ergo Judæos: Sabbatum requies eſt, vacatio perfecta eſt dies; qua de cauſa ſeptimam expellit octava? Cur ſeptimâ ſuperior evadit octava? Verum Judæi quidem res Judaïcas minime norunt; at Eccleſia Chriſti Chriſtum novit, & Judaïca documenta. Circumciditur enim puer octavo die; quia Dominica reſurrectio die octavo futura erat totius mundi circumciſio. Cur enim Moyſes, ut die ſexto circumciderent, non imperavit? Cur non die nono, vel decimo? Illuſtris igitur & clarus eſt dies octavus, quo die Dominus reſurrexit. Si quis ergo reſurrectioni non credit, incircumciſus eſt corde, ac per incredulitatem alienus a Deo. [C] Ipſa vero circumciſio fidei eſt vera cognitio atque intelligentia. Idcirco, cariſſime, circumciſio fidelibus ſacri baptiſmatis loco traditur: ſanctum vero baptiſma, Chriſti reſurrectionis eſt figura. Tranſi ergo a carne ad ſpiritum, & a corporeo ad myſticam ſpiritus anagogen, illicque carnalem circumciſionem reperies, hic vero ſpiritualem & peccatorum purgationem. Octava porro eſt circumciſio, octava item reſurrectio eſt: reſurrectionis vero figura, baptiſma. Itaque a rebus parvis ad majores, a rebus corporeis ad eas quæ magis ſunt ſpirituales, progreſſus fit. Accedant itaque Judæi, & progreſſum faciant: nam a carnalibus faciendus eſt (Matt. 5. 17.) progreſſus, nec in illis conſiſtendum eſt. Ac Dominus quidem noſter Jeſus Chriſtus, qui non venit ſolvere legem, ſed adimplere, cum Judæis circum(Luc. 2. 21.)ciſus eſt. Ait igitur Evangeliſta: *Conſummati ſunt illi dies octo ut circumcideretur, & vocatum eſt nomen ejus Jeſus: quod vocatum eſt ab Angelo prius* [D] *quam in utero conciperetur.* Nam nos quidem poſtquam partu editus eſt infans, nomen accipimus:

Collata cum Cod. Reg. 1959. ubi multæ varietates. Præcipuas ſolum notamus.

a Reg Δαυὶδ. Χριστὸς προσδοκᾶται. ἔδειξε. Mox Reg. εἰ γὰρ μὴ περιτεμνομένου recte Edit. εἰ γὰρ ἐπιτεμνομένου.

ΕΙΣ ΤΗΝ ΥΠΑΠΑΝΤΗΝ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς τὴν θεοτόκον καὶ εἰς τὸν Συμεῶνα, λόγος.

ΟΥ μόνον φορεῖ σάρκα ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἀλλὰ καὶ κατὰ νόμον περιτέμνεται, ἵνα περιέλῃ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀπιστίας τὴν πρόφασιν. ἔρχεται γὰρ πρὸς τὸν νόμον ὑπὲρ νόμου, ἵνα τοὺς μαθητὰς ἐλευθερώσῃ διὰ τῆς πίστεως τοῦ νόμου· καὶ λαμβάνει σάρκα, καὶ περιτέμνεται μετὰ Ἰουδαίων. ἐκοινώνησε σαρκὸς, ἐκοινώνησε καὶ περιτομῆς· ἐβεβαίωσε τὴν συγγένειαν, ἵνα μὴ ἀρνήσωνται τὸν ἐρχόμενον ἐκ σπέρματος [a] Δαυὶδ Χριστὸν, ὃν καὶ προσεδόκουν. ἔδειξε τὸ τεκμήριον τῆς συγγενείας. εἰ γὰρ καὶ περιτεμνομένου αὐτοῦ ἔλεγον· οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστίν· εἰ μὴ περιετμήθη κατὰ σάρκα, εἶχεν ἂν πρόφασιν εὔλογον αὐτῶν, ἡ ἄρνησις αὐτῶν. ὅτε τοίνυν ἐπληρώθησαν αἱ ἡμέραι ὀκτὼ, τοῦ περιτεμεῖν τὸ παιδίον, ἦν Ἰησοῦς ἐκδεχόμενος τὴν αὔξησιν τοῦ ὀργάνου. ὅτε ἐπληρώθησαν αἱ ἡμέραι ὀκτώ. κελεύει γὰρ ὁ νόμος, [b] τῇ ὀγδόῃ περιτέμνειν, καὶ ἐὰν ἀπαντήσῃ ἡ ὀγδόη, παρέρχεται εἰς μέσον ἰατρὸς καὶ μεταχειρίζεται τὸ σιδήριον, καὶ ἐργάζεται τὴν τέχνην. καὶ ἀργεῖ τὸ σάββατον διὰ τὴν περιτομήν. ἐρωτήσωμεν τοίνυν Ἰουδαίους· ἄνεσις τὸ σάββατον· ἀργία τελεία ἡ ἡμέρα· τίνος ἕνεκεν ἐκβάλλει ἡ ὀγδόη τὴν ἑβδόμην; διὰ τί ἡ ὀγδόη γίνεται ἐπάνω τῆς ἑβδόμης; ἀλλὰ Ἰουδαῖοι μὲν τὰ Ἰουδαϊκὰ οὐκ οἴδασιν· ἡ δὲ ἐκκλησία τοῦ Χριστοῦ τὸν Χριστὸν οἶδεν, καὶ τὰ Ἰουδαϊκὰ μαθήματα. περιτέμνεται γὰρ τὸ παιδίον τῇ ὀγδόῃ, ἐπειδὴ ἔμελλεν τῇ ὀγδόῃ ἡ ἀνάστασις, ἤγουν ἡ κυριακὴ περιτομὴ εἶναι παντὸς τοῦ κόσμου. διὰ τί γὰρ μὴ προσέταξε Μωϋσῆς περιτέμνειν τῇ ἕκτῃ; διὰ τί μὴ τῇ ἐννάτῃ ἢ τῇ δεκάτῃ; φανερὰ τοίνυν ἡ ὀγδόη καθ' ἣν ἀνίσταται ὁ κύριος. εἴ τις οὖν μὴ πιστεύει τῇ ἀναστάσει, ἀπερίτμητός ἐστι τῇ καρδίᾳ διὰ τῆς ἀπιστίας ἀλλοτριούμενος τοῦ θεοῦ. ἡ δὲ περιτομὴ τῆς πίστεως ἀληθής ἐστι γνῶσις καὶ αἴσθησις. διὰ τοῦτο, ἀγαπητὲ, [c] ἡ περιτομὴ τοῖς πιστοῖς λόγῳ ἁγίου βαπτίσματος παραδίδοται· τὸ δὲ ἅγιον βάπτισμα τύπος ἐστὶν τῆς Χριστοῦ ἀναστάσεως. μετάβα τοίνυν ἀπὸ σαρκὸς εἰς πνεῦμα, καὶ ἀπὸ τοῦ σωματικοῦ εἰς τὴν ἀναγωγὴν τοῦ πνεύματος, καὶ εὑρήσεις ἐκεῖ μὲν σαρκικὴν περιτομὴν, ἐνταῦθα δὲ πνευματικὴν καὶ τῶν ἁμαρτημάτων κάθαρσιν. ὀγδόη δέ ἐστιν ἡ περιτομή· ἡ δὲ ὀγδόη ἐστὶ καὶ ἡ ἀνάστασις· τῆς δὲ ἀναστάσεως τύπος τὸ βάπτισμα· ἀπὸ τῶν μικρῶν εἰς τὰ μείζονα, ἀπὸ τῶν σωματικῶν εἰς τὰ πνευματικώτερα. ἐλθοῦσι τοιγαροῦν οἱ Ἰουδαῖοι καὶ προκόψωσιν· δεῖ γὰρ προκόψαι ἀπὸ τῶν σαρκικῶν, καὶ μὴ ἐν αὐτοῖς ἐναπομεῖναι. ὁ μὲν οὖν κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ μὴ ἐλθὼν καταλῦσαι τὸν νόμον, ἀλλὰ πληρῶσαι, μετὰ Ἰουδαίων περιετμήθη. φησὶν οὖν ὁ εὐαγγελιστής· ἐπληρώθησαν αὐτῷ ἡμέραι ὀκτὼ τοῦ περιτεμεῖν, καὶ ἐκλήθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦς, τὸ κληθὲν ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου πρὸ τοῦ συλληφθῆναι αὐτὸν ἐν τῇ κοιλίᾳ. ἡμεῖς μὲν γὰρ καλούμεθα μετὰ τὸ τεχθῆναι,

b Ita Reg. Edit. vero τῆς ὀγδόης περιτομὴν, minus recte.

c Reg. ἡ περιτομὴ τοῖς πιστοῖς τὸ ἅγιον βάπτισμα λόγῳ παραδίδοται, μετὰ γνώσεως χορηγεῖται.

A *ut faceret uvam, fecit autem spinas*; alapis cæsus est, verberatus est, flagella tulit, sed nihil horum eum ferre puduit. Consiste cum Hesaïa, & Deum aspice illius palpebris. Quid ergo ait ille? *Domine, quis credidit auditui nostro? Vidimus eum, & non erat ei species, neque decor: sed species ejus inhonorata, & deficiens præter filios hominum.* Hesai.53.1.2. Non habuit pulcritudinem, neque speciem auctor omnis pulcritudinis: lugebat enim Judæorum mala; homo in plagis cum esset, & sciens ferre languorem. Homo non Deus, homo enim erat, non Deus is qui percutiebatur. Quis ergo ille multis laboribus pressus, multisque doloribus, & ab omnibus exagitatus? num forte juste patitur ea quæ patitur? Ille vero peccata nostra substinet, & nostra causa doloribus angitur. *Ego nullam in-* B *venio in eo causam.* Joan.18.38. Noli tamen ob ignominiosa bona erubescere. Etenim tam multa passus impassibilis manebat: vulneratus est, sputis conspersus est, turpissima quæque toleravit, & idem manet honore cumulatus, & gloria insignis, quasi unus ex percussis, ut inquit Hesaïas. *Et nos putavimus eum esse in dolore, & in plaga, & in afflictione. Ipse autem vulneratus est propter peccata nostra, & infirmatus est propter iniquitates nostras.* Hesai.53.4. Itaque & ipse, & nos saucii jacemus: *ejus livore nos sanati sumus.* Mortuus, mortuorum medicus: saucius, ærumnosorum hominum remedium. Sed quousque tandem fiduciam nostram per ambages protrahes, ô homo! dic paulo planius id quod quærimus. *Sicut ovis ad occisionem ductus est, & quasi agnus coram tondente mutus:* Ibid. Bona ovis malis tradita coquis. Si jugulatis, Judæi, ne tondete: sin autem ton- C detis, parcite ovi, quæ multa vobis utilia parit. Ducebantur autem & alii duo nequam cum eo. Luc.23.32. Decurrit enim oratio nostra usque ad undecimam diei horam, ne quis de sua vita animum despondeat. Ac voluissem quidem historiam præterire, eo quod illam sæpe narraverimus, sed video latronem, qui mihi vim semper infert: Neque id mirum: etenim ipsius etiam paradisi portis vim attulit traducta arte ad salutem. Stabat in cruce agnus, cum duobus lupis. Verum hic quidem animo in terris manebat, ille autem jam mutabatur: *Memento mei*, dicens, *cum veneris in regnum tuum.* Luc.23.42. O quanta potentia Jesu! latro jam Propheta, de cruce prædicat. *Memento mei, Domine, cum veneris in regnum tuum.* Quid autem regis vides, ô latro? alapam, sputum, clavos & lignum, & Judæorum sub- D sannationes, & jam nudatam militum lanceam. At non cerno, inquit, quæ apparent: angelos circumstantes video, solem fugientem, velum scissum, terram trementem, mortuos fugam jam meditantes: Jesus omnes suscipit, qui etiam iis operariis, qui circa undecimam horam venerunt, eumdem dat denarium. *Amen dico tibi:* (Accipe & tu, Amen, ô latro, ô tu qui hodie latro es) Luc.23.43. *hodie mecum eris in paradiso.* Ego qui ejeci, te introducam, ego qui paradisi januas clausi, qui gladio ignito obsepivi aditum: nisi enim ego introducam, clausæ manent januæ. Veni huc prædo qui diabolum deprædatus es, & contra ipsum coronatus es. Cum hominem & Deum vidisses, adorasti: vetera quidem arma projecisti, quæ vero sunt fidei, recepisti. Quæ cum ita se haberent, cumque omnia sanctificata essent, ex E æthere quidem sol, e plantis lignum, ex animalibus fel; ex pannis textis, tunica indivisa; ex mari autem purpurea vestimenta; ex metallis & ferro, lancea & clavi; & gemini fontes sanguinis & aquæ profusæ, Salvator munere suo fungebatur: *Pater, dimitte illis peccatum.* Luc.23.34. Quibus tandem remissio? Græcis, Judæis, peregrinis, barbaris, denique omnibus: semel enim dixit, & opus usque perficitur. Non enim tantum de hostibus, dimitte, dixit. Singulis annis dicit, & semper dicit, & quicumque vult, accipit. Convenerunt omnes ad Prætorium Pilati: quid dicentes? *Scimus quia seductor ille dixit* Mat.27.63.

Secundum humanitatem non secundum divinitatem patitur Christus.

adhuc vivens: post tres dies resurgam. Plane scis? plane meministi quia resurrexit. Muni sepulcrum; mihi enim munis: custodi mortuum, ne aufugiat. Habetis, inquit, custodiam: Ite, custodite, sicut scitis: concludite ut scitis: componite ut scitis: custodite sicut scitis: nisi custodiatis, mihi ansam excusationis relinquitis. Nunc autem vobis eum trado, qui dum viveret, comprehensus a vobis est: cum vero a vobis occisus est, omnes vos latuit. Permaneamus itaque sobrie viventes, ut profundum Judæorum somnum videamus, & cum cælestibus exercitibus festum diem agamus in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria & imperium, nunc semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

A πλάνος ἐκεῖνος εἶπεν ἔτι ζῶν, μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι. ὅλως οἶδας; ὅλως μέμνησαι ὅτι ἐγήγερται. ἀσφάλιζε τὸν τάφον· ἐμοὶ γὰρ ἀσφαλίζει. φρούρησον νεκρὸν, μὴ φύγῃ. ἔχετε, φησὶ, κουστωδίαν, ὑπάγετε· ἀσφαλίσασθε ὡς οἴδατε· ἀποκλείετε ὡς οἴδατε, ὡς οἴδατε σκευάσατε, ὡς οἴδατε φρουρήσατε· εἰ μὴ ἐφυλάξατε, ἐμοὶ προφάσεως λόγον καταλιμπάνετε. νυνὶ δὲ ὑμῖν αὐτοῖς παραδίδωμι, ὅτε μὲν ἔζη παρ' ὑμῶν κατασχεθέντα, ὅτε δὲ ἀνῃρέθη, πάντας ὑμᾶς λαθόντα. μείνωμεν τοίνυν νήφοντες, ἵνα τὸν βαθὺν ὕπνον τῶν Ἰουδαίων ἴδωμεν, καὶ ταῖς ἐπουρανίαις στρατιαῖς συνεορτάσωμεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

MONITUM

AD HOMILIAM IN SANCTAM CRUCEM.

JURE *hæc quoque jamdiu inter Spurias amandata fuit, quæ enim in nullo Chrysostomum sapit, in titulo Chrysostomum ementitur. Incerti viri Interpretatio Latina est accurate & non ineleganter concinnata.*

IN VENERABILEM ATQUE vivificam CRUCEM, *& de primorum hominum transgressione, Homilia.*

QUID dicam, aut quid loquar? aut quo nomine vos appellabo? oves an pastores? nautas an gubernatores? discipulos an magistros? quo pacto zelum vestrum igne vehementiorem laudabo? oves vos vocabo? etenim mites estis & quieti. Pastores vos dicam? etenim vestrum dominum estis imitati: nautas appellabo? tales enim estis, cum experimento ipso procellam fluctuum sustineatis. Gubernatores vos dicam? etenim estis. Sicut peritissimus gubernator, qui ad clavum sedens artis peritia tempestatem evitat, & incolumem servatam navem ad tranquillum portum deducit; sic & vos estis. Sed & discipulos vos vocabo? parati enim estis ad obedientiam. At magistros vos dicam? Rursus dicam, estis: totius enim orbis magistri fuistis. Quid ergo dicemus? hodie vobis apponere spiritualem mensam volo, quæ non corpus reficit, sed spiritum confirmat: imo vero, quæ & corpus reficit, & animam purgat. Talis enim est mensa spiritualis, non sicut illa gulosorum, quæ satietatem parit. Sermo quippe spiritualis est, bonum emittens odorem: quem qui revocat in memoriam, non aliter atque is qui unguentum comedit, odorem suavitatis eructat, & non solum odore suavi seipsum recreat, sed & proximos sibi suaveolentia replet. Attendite, quæso: verbum enim proferre volo; nam sunt quidam ex urinatoribus, qui se e navi in mare dejiciunt, ut profundum percurrant, & extrahant margaritam: nos vero navis loco vetus ac novum Testamentum habentes, pro gubernaculo crucem, pro gubernatore Christum, loco proretæ Patrem, pro zephyro Spiritum sanctum, pro velo gratiam, pro nautis Discipulos, pro vectoribus Prophetas, projiciamus nosmetipsos de navi in pelagus sententiarum, non ut margaritam, sed ut quod margarita est preciosius, extrahamus. Parate animos

Collata cum Codd. Regg. 1832. & 1959. qui multum variant, sed præcipua solum notavimus.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΤΙΜΙΟΝ ΚΑΙ ΖΩΟΠΟΙΟΝ σταυρὸν, καὶ περὶ τῆς τῶν πρώτων ἀνθρώπων παραβάσεως.

B ΤΙ εἴπω, ἢ τί λαλήσω; ἢ τίνας ὑμᾶς καλέσω; πρόβατα, ἢ ποιμένας; ναύτας, ἢ κυβερνήτας; μαθητὰς, ἢ διδασκάλους; πῶς ὑμῶν θαυμάσω τὸν [a] ζῆλον τοῦ πυρὸς λαβρότερον; πρόβατα ὑμᾶς καλέσω; καὶ γάρ ἐστε πραεῖς καὶ ἡσύχιοι. ποιμένας ὑμᾶς καλέσω; καὶ γάρ ἐστε μιμούμενοι τὸν ἑαυτῶν δεσπότην. ναύτας ὑμᾶς καλέσω; καὶ γάρ ἐστε τῇ πείρᾳ τῶν κλυδωνίων χειμῶνα ὑπομείναντες. κυβερνήτας ὑμᾶς καλέσω; καὶ γάρ ἐστε. καθάπερ γάρ τις ἄριστος κυβερνήτης καθήμενος ἐπὶ τῶν οἰάκων, τῇ τέχνῃ τὰς τρικυμίας διαφεύγων, καὶ σῶον ἀποσώζων τὸ σκάφος, ἐπ' εὔδιον λιμένα χειραγωγεῖ· οὕτω δὴ καὶ ὑμεῖς. ἀλλὰ μαθητὰς ὑμᾶς καλέσω; καὶ γάρ ἐστε ἕτοιμοι πρὸς τὴν ὑπακοήν. ἀλλὰ διδασκάλους ὑμᾶς καλέσω; πάλιν ἐρῶ, ἐστέ. ἁπάσης γὰρ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλοι ἐγένεσθε. C τί οὖν ἐροῦμεν; βούλομαι σήμερον ὑμῖν τράπεζαν παραθεῖναι πνευματικὴν, οὐ σῶμα τρέφουσαν, ἀλλὰ πνεῦμα τειχίζουσαν, μᾶλλον δὲ καὶ σῶμα τρέφουσαν, καὶ ψυχὴν ἀποσμήχουσαν. τοιαύτη γάρ ἐστιν ἡ τράπεζα πνευματικὴ, οὐ καθὼς ἡ τράπεζα τῶν γαστριμάργων κόρον ἐμποιοῦσα. λόγος γάρ ἐστι πνευματικὸς [b] εὐωδίας πνέων· ὑπομιμνησκόμενος γὰρ αὐτὸν ἄνθρωπος, καθάπερ μύρον μασσώμενος, εὐωδίαν τινὰ ἐκπέμπει· οὐ μόνον ἑαυτὸν τῇ εὐωδίᾳ παραμυθούμενος, ἀλλὰ καὶ τοὺς παρεστῶτας αὐτοῦ πληροῦσθαι τῆς εὐωδίας ἐκείνης παρασκευάζων. συντείνατε δὴ ἑαυτούς· λόγον γὰρ ἐξαγαγεῖν βούλομαι. καὶ γάρ τινές εἰσι τῶν κολυμβητῶν ῥίπτοντες ἑαυτοὺς ἀπὸ τοῦ σκάφους ἐπὶ τὴν θάλασσαν, περιερχόμενοι τὸν βυθὸν, βουλόμενοι μαργαρίτην ἀνιμήσασθαι· ἡμεῖς δὲ ἔχοντες ἀντὶ σκάφους τὴν παλαιὰν καὶ καινὴν διαθήκην, D ἀντὶ πηδαλίου τὸν σταυρὸν, ἀντὶ κυβερνήτου τὸν Χριστὸν, ἀντὶ πρωρέως τὸν πατέρα, ἀντὶ ζεφύρου τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀντὶ ἱστίου τὴν χάριν, ἀντὶ ναυτῶν τοὺς μαθητὰς, ἀντὶ ἐπιβατῶν τοὺς προφήτας· οὐκοῦν καὶ ἡμεῖς ῥίψωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ τοῦ σκάφους ἐπὶ τὸ πέλαγος τῶν νοημάτων, οὐχ ἵνα μαργαρίτην ἀνιμησώμεθα, ἀλλὰ μαργαρίτου τιμιώτερον. συντείνατέ

a Reg. ζῆλον τὸν πυρὸς θερμότερον.
b Ita duo Regii. In Edito hæc εὐωδίας πνέων deerant.

μοι ἑαυτοὺς, παρακαλῶ, παρέχοντές μοι τὴν ὑπακοήν. A καθὼς γὰρ προλαβὼν εἶπον, ὅτι μαργαρίτου τιμιώτερον μέλλω ἀνιμᾶσθαι ἐκ τοῦ βάθους τῶν νοημάτων. μὴ οὖν παραπέμψησθε, καὶ ὡς ἀλογίστοις χρήσησθε ἑαυτοῖς. γέγραπται γὰρ, μὴ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, καὶ μὴ ῥίπτητε τὰ ἅγια τοῖς κυσί. a χοίρους δὲ ὅταν ἀκούσῃς, μὴ τὰ ἄλογα ζῶα ταῦτα νομίσῃς· καὶ κύνας ὅταν ἀκούσῃς, μὴ τοὺς κύνας τούτους νομίσῃς. χοίρους γὰρ λέγει τοὺς ἐν ἀσωτίᾳ ζῶντας· κύνας δὲ λέγει τοὺς εἰκῆ λυσσῶντας κατὰ τοῦ δεσπότου. ποιήσατε οὖν ἀξίους ἑαυτοὺς εἶναι τοῦ μαργαρίτου οὗ b μέλλω ὑμῖν σήμερον παραπιθέναι. καὶ γὰρ οἱ γηπόνοι [b] οὐχ ἁπλῶς τὰ σπέρματα καταβάλλονται, ἐὰν μὴ πρῶτον βοῦς ζεύξωσι, καὶ ἄροτρον ἑλκύσωσι, καὶ ἀκάνθας ἀνασπάσωσι, καὶ αὔλακας ἀνατέμωσι, καὶ τότε τὰ σπέρματα καταβάλλονται ἐπὶ τὴν γῆν, ἵνα εὑρὼν αὐτὰ ὁ ὑετὸς κατενέγκῃ εἰς τὰς λαγόνας τῆς γῆς· καὶ τότε λαβοῦσα ἡ γῆ, τίκτει τὸν ἄσταχυν. ἀλλὰ μὲν ἐκεῖνα ἐκδέχονται καὶ χειμῶνα, καὶ θέρος, καὶ ὄμβρον οὐράνιον, καὶ ἡλίου ἀκτῖνας, καὶ καιρὸν θερισμοῦ, καὶ τότε συνάγουσιν αὐτὰ εἰς τὰς ἀποθήκας. ἐγὼ δὲ οὐ χειμῶνα ἐκδέχομαι, οὐδὲ θέρος, οὐδὲ ἡλίου ἀκτῖνας, οὐδὲ ὄμβρον, οὐδὲ βόας ζευγνύω, οὐδὲ ἄροτρον ἑλκύω, οὐδὲ αὔλακας ἀνατέμνω, οὔτε ἀκάνθας ἀνασπῶ· σήμερον γὰρ σπείρω, σήμερον καὶ θερίζω. οὐκ ἐργάζομαι γὰρ γῆν ἄλογον, ἀλλὰ γῆν λογικὴν, οὐκ ἀναίσθητον, ἀλλ' αἰσθητὴν, οὐκ ἄψυχον, ἀλλὰ ψυχικήν. καὶ μακάριος ἐγὼ ποταπῆς γῆς γεωργὸς ἐκληρώθην. τότε γὰρ μακάριός εἰμι, ὅταν λαλῶ c εἰς ὦτα ἀκουόντων. καὶ πάλιν λέγει· [c] παρακοὴ θάνατον κατεργάζεται. μακάριος οὖν ἐγώ· μακάριοι καὶ ὑμεῖς. καὶ γὰρ Ἰησοῦς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ λέγει τοῖς μαθηταῖς, μακάριοί ἐστε, ἐὰν τὸν ἐμὸν λόγον τηρήσητε. συντείναντες οὖν ἑαυτοὺς προσέχετε τοῖς λεγομένοις. βούλομαι δὲ ὑμῖν ἐν ὑποδείγμασι δεῖξαι τί ἐστι θεός· λόγῳ χρησάμενος λέγω. ἔοικεν ὁ θεὸς ἀνδρὶ καθημένῳ ἐπὶ σκοπέλῳ, καὶ θεωροῦντι πᾶσαν τὴν θάλασσαν, πλοῖα δὲ βαδίζοντα ἐν αὐτῇ, τὴν δὲ ἐπίσαλον οὖσαν, τρικυμίας δὲ ἐγείρουσαν ἑαυτὴν, διὰ τὸ σφοδροὺς ἐν αὐτῇ πνεῖν ἀνέμους· ἄριστος δέ τις κυβερνήτης φιλονεικῶν τοῖς κύμασιν ἐπ' εὔδιον λιμένα τὸ σκάφος ὁρμίσαι, διὰ τὸ ὀψίαν αὐτοὺς καταλαμβάνειν, δεδοικὼς μήποτε ὑποβρύχιον γένηται τὸ πλοῖον, ἄλλων πλοίων τὴν ὀρθὴν ὁδὸν βαδιζόντων, ἑτέρων δὲ τῇ ῥύμῃ τῶν ἀνέμων ὑποβρυχίων γινομένων καὶ διαλυθέντων, τεθνηκότων δέ τινων, τινῶν δὲ περιγινομένων, καὶ ἐπιλαβομένων οἰκτροῦ τινος πηδαλίου, καὶ ταῖς τρικυμίαις ἐπὶ τὴν στερεὰν ἐξηγμένων, καὶ τῶν ἤδη τεθνηκότων τὰ σώματα ἐξερριμμένα· ταῦτα δὲ πάντα θεωρεῖ ὁ καθήμενος ἐπὶ τοῦ σκοπέλῳ· οὗτος ἐστὶν ὁ θεός· καὶ καθὼς προλαβὼν εἶπον, ὅτι λόγῳ χρησάμενος λέγω. ὅταν δὲ εἴπω θεὸν καθήμενον ἐν ὑψηλοῖς, μὴ νόμιζε αὐτὸν ἐν τοῖς ὑψηλοῖς εἶναι μόνον, ἀλλὰ καὶ πανταχοῦ. οὐ γὰρ τόπου διάστασιν ἔχει, αὐτὸς ἑαυτοῦ τόπος ὢν, αὐτὸς τὰ πάντα χωρῶν, χωρεῖ δὲ αὐτὸν οὐδέν. τί γὰρ δύναται χωρῆσαι τὴν ἀσώματον φύσιν καὶ ἄϋλον καὶ ἀπέραντον καὶ ἀνεξιχνίαστον, καὶ ἀνώλεθρον καὶ ἄφθαρτον καὶ ἀκατάληπτον; παρὰ γὰρ τοῖς εὐσεβοῦσιν οὕτω δεῖ νοεῖν θεόν. αὕτη γὰρ ἡμῶν ἡ ἐλπὶς, καθὼς γέγραπται· αὕτη ἐστὶν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. ἐντεῦθεν ἡμῶν ἐπιλαμβάνονται οἱ αἱρετικοὶ, οἱ ὄντες ἀγνώμονες, οἱ ἀναγινώσκοντες, καὶ μὴ ἐπιγινώσκοντες. Χριστὸν δὲ σὺ ὅταν ἀκούσῃς, μὴ τὸν θεὸν λογίζου μόνον, μήτε τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν μόνην, ἀλλὰ τὸ συναμφότερον, καὶ τὸν θεὸν λόγον καὶ τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν. ἐπεὶ οἶδα Χριστὸν πεινάσαντα, καὶ οἶδα Χριστὸν ἐκ πέντε ἄρτων καὶ δύο ἰχθύων θρέψαντα πεντακισχιλίους χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων· οἶδα Χριστὸν διψήσαντα, καὶ οἶδα Χριστὸν τὸ ὕδωρ εἰς οἶνον μεταβαλόντα. οἶδα Χριστὸν πλεύσαντα, καὶ οἶδα Χριστὸν ἐπὶ τῶν ὑδάτων περιπατήσαντα· οἶδα Χριστὸν ἀποθανόντα, καὶ οἶδα Χριστὸν

a Mſſ. bis ὅταν rectè. Edit. ἐάν.
b Sic Mſſ. Edit. ἀργᾶς.

A vestros, quæso, & tota intentione mentis, quæ dicuntur, audite: sicut enim ante dixi, margarita preciosius quiddam ex profundo sententiarum sum extracturus. Ne igitur vosmet negligatis, nec brutorum instar vos geratis: scriptum est enim: *Nolite mittere margaritas ante porcos, & nolite projicere sancta canibus.* Matt. 7. 6. Cum autem porcos audis, non de brutis animalibus æstimes dici; & canes cum audis, non de canibus istis dici putes. Porcos enim vocat eos qui luxuriose vivunt; canes vocat eos, qui temere in Dominum rabie perciti insurrexerunt. Facite ergo vos dignos ad suscipiendam margaritam quam vobis hodie sum oblaturus. Siquidem agricolæ non incassum seminant, nisi boves prius junxerint, & aratrum B duxerint, spinas eradicarint, sulcos proscidetint; & sic demum semina sua terræ committunt, ut cum descenderit pluvia, in terræ viscera ea deferat; & mox terra spicam producit. Verumtamen illa semina hyemem exspectant, & æstatem & imbrem cælestem, & solis radios, & messis tempus, & illa tunc in horrea convehunt. At ego non hyemem, non æstatem, nec radios solis exspecto, non imbrem, neque boves jungo, neque aratrum duco, neque sulcos proscindo, neque spinas evello: siquidem hodie semino, hodie meto. Non enim excolo rationis expertem terram, sed ratione præditam terram; non sensus expertem, sed sensu præditam; non anima carentem, sed animatam: & felix ego quod talis terræ sum agricola constitutus. Tunc enim beatus sum, cum in aures loquor eorum qui audiunt. Et iterum di-C cit: *Inobedientia mortem operatur.* Beatus igitur ego, beati & vos. Nam Jesus in Evangelio dicit ad Discipulos suos: *Beati estis, si sermonem meum servaveritis.* Attendite igitur, & arrectis auribus, quæ dicuntur, excipite. Volo enim quadam comparatione vobis, quid sit Deus, ostendere. Fingamus enim Deum quasi hominem in scopulo sedentem, & exinde prospicientem in universum mare, & naves in eo transeuntes, quod ob ventorum violentiam fluctus excitet ac procellas. Sed peritissimus gubernator aliquis contendens cum fluctibus, navim ad tranquillum portum deducere studet, quod serotinum tempus eos urgeat, timens ne forte navigium undis obruatur, cum aliæ naves prospero cursu rectam viam teneant, aliæ ventorum impetu submergantur, & dissolvantur, dum quidam moriuntur, quidam superstites fiunt, & misero temone correpto evadunt, fluctibus D decumanis in terram ejecti, & aliorum corpora jam mortuorum projecta cernuntur. hæc autem qui sedet in scopulo contuetur: Hic vero Deus est, &, ut ante dixi, hæc in oratione ficta propono. Quando autem dixero Deum sedentem in excelsis, noli existimare in excelsis tantùm esse illum, sed etiam ubique: neque enim locorum distantia separatur, cum ipse sibi sit locus, & ipse omnia capiat, nihil autem illum capiat. Quid enim incorpoream naturam capere potest, expertem materiæ, interminatam, investigabilem, expertem interitus, immortalem & incomprehensibilem? Sic enim apud pios concipere oportet Deum. Hæc enim est spes nostra, sicut scriptum est: *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Jesum Christum.* Joan. 17. 3. In hoc ca-E pitulo nos reprehendunt Hæretici, & ut imperiti sunt, legunt & non intelligunt. Christum vero cum audis, non solummodo Deum putes, neque solam dispensationem in carne, sed utrumque simul, & Deum Verbum, & dispensationem in carne. Siquidem esuriisse Christum scio, & scio Christum de quinque panibus & duobus piscibus satiasse quinque hominum millia, præter mulieres & parvulos. Scio Christum sitim passum esse, & scio Christum aquam in vinum mutasse. Scio Christum navigasse, & scio Christum super aquas ambulasse. Scio Christum esse mortuum, scio & Chri-

c Hunc locum non reperi.

ſtum mortuos ſuſcitaſſe : ſcio Chriſtum Pilato adſtitiſſe : & ſcio Chriſtum ad Patris dexteram conſediſſe : ſcio Chriſtum a Judæis ſputis fuiſſe conſperſum, & ſcio Chriſtum ab Angelis adorari : & hoc quidem ad deitatem refero ; illud vero aſſigno humanitati. Propterea namque utrumque diximus : quoniam ſcio Chriſtum de Maria natum, & ſcio Chriſtum, qui eſt ante ſæcula. Glorificemus ergo Chriſtum Jeſum murum inexpugnabilem, fundamentum, quod ſupra petram fundatum eſt.
Matt.16.18. Dicit ipſe Petro, *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.* Similiter autem & Paulus
1.Cor.3.11. dicit, *Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Jeſus Chriſtus.* Rogo ergo vos ut cum omni manſuetudine nobis mutuo attendamus. Nam in hac quidem vita eſca & potu, & variis voluptatibus ineſcamur : in futura vero judicium & ſupplicium. Ne igitur locum demus Dia-
Epheſ.6.12. bolo. *Non enim eſt nobis colluctatio adverſus carnem & ſanguinem, ſed adverſus principatus, adverſus poteſtates, adverſus mundi rectores tenebrarum ſæculi hujus.* Studeamus igitur æternam pœnam effugere. Non enim pœnam conſtituit Deus, ut in eam mittamur ; ſed ut te in eam prolapſum eripiat. Talem enim clementem habemus Deum, ac miſericor-
Pſal. 7.12. dem. Teſtificatur namque David dicens, *Deus judex juſtus, & fortis, & patiens, & non infert iram per ſingulos dies. Niſi converſi fueritis, gladium ſuum vibrabit, arcum ſuum tetendit, & paravit illum, & in eo paravit vaſa mortis.* Hæc dicit Deus, non ut nos judicet, ſed ne deſides ſimus. Si enim nos perdere voluiſſet, non utique proprium pro nobis ſanguinem fudiſſet. Mortem igitur obiit, ut te immortalitate donaret : eſuriit, ut te ſua carne ſatiaret : ſitivit, ut te proprio ſanguine potaret : in navi conſedit, ut te ſupra Cherubim collocaret : baptizatus eſt, ut te illuminaret : alapis cæſus eſt, ut te in libertatem vindicaret : viator factus eſt, ut te omni labore liberaret : navigavit, ut tibi metum eximeret : dormivit, ut omnem a te curam abigeret : ex muliere prodiit, ut tranſgreſſionis Evæ in paradiſo miſereretur : homo appellatus eſt, ut te Deum vocaret : filius hominis dictus eſt, ut te in filium adoptaret Dei : accepit quæ noſtra erant, & dedit nobis ſua. Oravit, ut fidelem te faceret : ſicut
Joan. 17. 1. & 12. 28. dicit ſuper Lazarum : *Pater glorifica filium tuum, ut & filius tuus glorificet te. Et venit vox de cœlo dicens : Et glorificavi, & iterum glorificabo : ſcio, quia ſemper me audis : ſed propter turbam adſtantem dixi, ut credant, quia tu me miſiſti.* Si quid igitur ſuſtinuit, non propter ſeipſum, neque propter patrem ſuum, ſed ut per crucem genus humanum ſalvum faceret. Et ſi noſſe deſideras, cariſſime, virtutem crucis, & quanta poſſim ad ejus laudem dicere, audi : Crux Chriſtianorum ſpes, crux reſurrectio mortuorum, crux cæcorum dux, crux deſperatorum ſpes, crux errantium via, crux injuria affectorum vindex, crux claudorum baculus, crux conſolatio pauperum, crux divitum frenum, crux ſuperborum depreſſio, crux male viventium pœnitentia, crux adverſus dæmones tropæum, crux diaboli clades, crux infantium pædagogus, crux inopum ſuſtentatio, crux navigantium gubernator, crux tempeſtate jactatorum portus, crux obſeſſorum murus, crux pater orphanorum, crux viduarum defenſor, crux iniquorum judex, crux juſtorum columna, crux requies afflictorum, crux infantium cuſtos, crux virorum caput, crux ſeniorum finis, crux lumen ſedentium in tenebris, crux regum magnificentia, crux barbarorum humanitas, crux ſervorum libertas, crux imperitorum ſapientia, crux iniquorum lex, crux Prophetarum prædicatio, crux Apoſtolorum annunciatio, crux Martyrum gloriatio, crux Monachorum exercitatio, crux virginum caſtitas, crux gaudium Sacerdotum, crux Eccleſiæ fundamentum,

* Sic MS.

A νεκροὺς ἐγείραντα· οἶδα Χριστὸν Πιλάτῳ παρεστῶτα, καὶ οἶδα Χριστὸν τῷ πατρὶ συγκαθεζόμενον· οἶδα Χριστὸν ὑπὸ Ἰουδαίων ἐμπτυόμενον, καὶ οἶδα Χριστὸν ὑπὸ ἀγγέλων προσκυνούμενον. καὶ τὸ μὲν ἐπάγω τῇ θεότητι, τὸ δὲ τῇ ἀνθρωπότητι. διὰ γὰρ τοῦτο συναμφότερον εἴρηται· ἐπεὶ οἶδα Χριστὸν ἐκ Μαρίας γεννηθέντα, καὶ οἶδα Χριστὸν πρὸ τῶν αἰώνων ὄντα. δοξάσωμεν οὖν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, τὸ τεῖχος τὸ ἄρρηκτον, τὸν θεμέλιον τὸν ἐπὶ τὴν πέτραν τεθεμελιωμένον. αὐτὸς λέγει τῷ Πέτρῳ, σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. ὁμοίως δὲ καὶ Παῦλος λέγει· θεμέλιον ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι παρὰ τὸν κείμενον, ὅς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός. παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς ἵνα πάσῃ πραότητι προσέχωμεν ἀλλήλοις. ἐν [a] μὲν γὰρ τῷ παρόντι βίῳ βρώσει καὶ πόσει, καὶ [a]
B ποικίλαις ἡδοναῖς δελεαζόμεθα, ἐν δὲ τῷ μέλλοντι, κρίσις καὶ δίκη· μὴ δώσωμεν οὖν τόπον τῷ διαβόλῳ. οὐ γὰρ ἡμῖν ἐστιν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου. σπεύσωμεν οὖν φυγεῖν τὴν αἰώνιον κόλασιν. οὐ γὰρ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὴν κόλασιν, ἵνα ἡμᾶς ἐμβάλῃ, ἀλλ' ἵνα ἐμπεσόντα σε ἐκβάλῃ. τοιοῦτον γὰρ ἔχομεν φιλάνθρωπον θεὸν καὶ ἐλεήμονα. μαρτυρεῖ γὰρ Δαυὶδ λέγων· ὁ θεὸς κριτὴς δίκαιος, καὶ ἰσχυρὸς, καὶ μακρόθυμος, καὶ μὴ ὀργὴν ἐπάγων καθ' ἑκάστην ἡμέραν. ἐὰν μὴ ἐπιστραφῆτε, τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ στιλβώσει, τὸ τόξον αὐτοῦ ἐνέτεινε, καὶ ἡτοίμασεν αὐτὸ, καὶ ἐν αὐτῷ ἡτοίμασε σκεύη θανάτου. ταῦτα λέγει ὁ θεός· οὐχ ἵνα ἡμᾶς κρίνῃ, ἀλλ' ἵνα μὴ ῥαθυμότεροι γενώμεθα. εἰ γὰρ ἐβούλετο ἡμᾶς ἀπολέσαι, οὐκ ἂν τὸ
C αἷμα αὐτοῦ ἐξέχεεν ὑπὲρ ἡμῶν. ἀπέθανεν οὖν, ἵνα σοι ἀθανασίαν χαρίσηται· ἐπείνασεν, ἵνα σε τῇ ἑαυτοῦ σαρκὶ χορτάσῃ· ἐδίψησεν, ἵνα σε τὸ ἑαυτοῦ αἷμα ποτίσῃ· ἐν πλοίῳ ἐκάθισεν, ἵνα σε ὑπεράνω τῶν Χερουβὶμ καθίσῃ· ἐβαπτίσθη, ἵνα σε φωτίσῃ· ἐῤῥαπίσθη, ἵνα σε ἐλευθερώσῃ· ὡδοιπόρησεν, ἵνα σε ἀκάματον ποιήσῃ· ἔπλευσεν, ἵνα σε ἄφοβον καταστήσῃ· ἐκοιμήθη, ἵνα σε ἀμέριμνον ποιήσῃ· ἐκ γυναικὸς προσῆλθεν, ἵνα τὴν παράβασιν τὴν ἐν τῷ παραδείσῳ οἰκτειρήσῃ· ἐκλήθη ἄνθρωπος, ἵνα σε θεὸν καλέσῃ· ἐκλήθη υἱὸς ἀνθρώπου, ἵνα σε υἱὸν θεοῦ καλέσῃ. ἔλαβε τὰ ἡμέτερα, καὶ ἔδωκεν ἡμῖν τὰ ἑαυτοῦ· ηὔξατο, ἵνα σε πιστὸν ποιήσῃ, καθὼς λέγει ἐπὶ τοῦ Λαζάρου· πάτερ, δόξασόν σου τὸν υἱὸν, ἵνα καὶ ὁ υἱός σου δοξάσῃ σε. καὶ ἦλθε φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν,
D λέγουσα· καὶ ἐδόξασα, καὶ πάλιν δοξάσω· οἶδα ὅτι πάντοτέ μου ἀκούεις, ἀλλὰ διὰ τὸν παρεστῶτα ὄχλον εἶπον, [b] ἵνα πιστεύσωσιν ὅτι σύ με ἀπέστειλας. εἴ τι οὖν ὑπέστη, οὐ δι' ἑαυτὸν ὑπέστη, οὐδὲ διὰ τὸν πατέρα τὸν ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἵνα σώσῃ τὸ ἀνθρώπινον γένος διὰ τοῦ σταυροῦ. καὶ εἰ θέλεις γνῶναι, ἀγαπητὲ, τὴν δύναμιν τοῦ σταυροῦ, καὶ ὅσα δὴ ἐγκώμια περὶ τοῦ σταυροῦ, ἄκουε· σταυρὸς χριστιανῶν ἐλπὶς, σταυρὸς νεκρῶν ἀνάστασις, σταυρὸς τυφλῶν ὁδηγὸς, σταυρὸς ἀπηλπισμένων ἐλπὶς, σταυρὸς πεπλανημένων ὁδὸς, σταυρὸς ἀδικουμένων ἔκδικος, σταυρὸς χωλῶν βακτηρία, σταυρὸς πενήτων παραμυθία, σταυρὸς πλουσίων χαλινὸς, σταυρὸς ὑπερηφάνων καθαίρεσις, σταυρὸς ἀκολάστων μετάνοια, σταυρὸς τρόπαιον κατὰ δαιμόνων, σταυρὸς διαβόλου νῖκος, σταυρὸς [b]
E νηπίων παιδαγωγὸς, σταυρὸς ἐνδεῶν εὐπορία, σταυρὸς πλεόντων κυβερνήτης, σταυρὸς χειμαζόντων λιμὴν, σταυρὸς πολεμουμένων τεῖχος, σταυρὸς πατὴρ ὀρφανῶν, σταυρὸς προστάτης χηρῶν, σταυρὸς ἀδίκων κριτὴς, σταυρὸς δικαίων στύλος, σταυρὸς θλιβομένων ἄνεσις, σταυρὸς νηπίων φύλαξ, σταυρὸς ἀνδρῶν κεφαλὴ, σταυρὸς πρεσβυτέρων τέλος, σταυρὸς φῶς τοῖς ἐν σκότει καθημένοις, σταυρὸς βασιλέων μεγαλοπρέπεια, σταυρὸς βαρβάρων φιλανθρωπία, σταυρὸς δούλων ἐλευθερία, σταυρὸς ἀπαιδεύτων σοφία, σταυρὸς ἀνόμων νόμος, σταυρὸς προφητῶν κήρυγμα, σταυρὸς ἀποστόλων καταγγελμα, σταυρὸς μαρτύρων καύχημα, σταυρὸς μοναζόντων ἄσκησις, σταυρὸς παρθένων σωφροσύνη, σταυρὸς ἱερέων χαρὰ, σταυρὸς ἐκκλησίας θεμέλιος, σταυρὸς οἰκουμένης

b Hæc ad fidem Codicum Regiorum emendata ſunt.

A ἀσφάλεια, σταυρὸς ναῶν καθαίρεσις, σταυρὸς βωμῶν ἀνατροπὴ, σταυρὸς κνίσσης ἀφανισμὸς, σταυρὸς Ἰουδαίων σκάνδαλον, σταυρὸς ἀσεβῶν ἀπώλεια, σταυρὸς ἀδυνάμων δύναμις, σταυρὸς νοσούντων ἰατρὸς, σταυρὸς λεπρῶν καθαρισμὸς, σταυρὸς παραλυτικῶν σφίγξις, σταυρὸς πεινώντων ἄρτος, σταυρὸς διψώντων πηγὴ, σταυρὸς γυμνῶν σκέπη. γυμνότητα δὲ ὅταν εἴπω, οὐ τὴν τοῦ σώματος λέγω, [a] ἀλλὰ τὴν τῆς πίστεως. ὅταν δὲ πιστεύσας βαπτισθῇς, τότε ἀκούσῃς ἐνδεδυμένος. καὶ ἄκουε Παύλου λέγοντος· ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε. Χριστὸν δὲ ὅταν ἀκούσῃς, μὴ τὸν θεὸν λογίσῃ μόνον, μηδὲ τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν μόνην, ἀλλὰ τὸ συναμφότερον. πολλάκις γὰρ εἶπον, καὶ νῦν λέγων οὐ παύσομαι. ἐμοὶ μὲν γὰρ τὸ λέγειν οὐκ ὀκνηρὸν, ὑμῖν δὲ ἀσφαλές. βούλομαι γὰρ πάντας διδασκάλους εἶναι. Χριστὸς οὖν εἴρηται, ἐπειδὴ σάρκα ἐνεδύσατο· Ἰησοῦς Χριστὸς εἴρηται, τὸ ὄνομα τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. B λόγος εἴρηται, ἐπειδὴ ἔκ τινος υἱός· υἱὸς, ἐπειδὴ ἐκ πατρός. μονογενὴς, ἐπειδὴ μόνος ἐκ μόνου θεοῦ· θεὸς, ἐπειδὴ ποιητής. καὶ ἄκουε Ἰωάννου λέγοντος· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεόν. πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν, ὃ γέγονεν. ὁρᾷς ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ λόγῳ τὸν οὐρανὸν ἐκτείνας, καὶ τὸν ποικίλον χορὸν τῶν ἄστρων κοσμήσας, καὶ δείξας καθάπερ λειμῶνα τὸν οὐρανόν; οὗτός ἐστιν ὁ τὸν ἥλιον ἀνάψας, καὶ τοὺς αὐτῷ τάξας δρόμους· οὗτός ἐστιν ὁ τὴν σελήνην ὁρίσας εἰς δυσμάς· οὗτός ἐστιν ὁ τὴν γῆν θεμελιώσας ἐπὶ τῶν ὑδάτων· οὗτός ἐστιν, ὁ τῇ γῇ ἐπιτάξας ἀνατεῖλαι βοτάνην χόρτου, καὶ ταῖς πηγαῖς βρύειν ὕδατα, καὶ ποταμοῖς ῥέειν, καὶ λίμναις συναχθῆναι· καὶ τῇ θαλάσσῃ ὅρια θεὶς διὰ ψάμμου, καὶ τοῖς ὕδασιν ἐπιτάξας ἐκβαλεῖν C ψυχὰς ζώσας, καὶ τοῖς ἀνέμοις πνέειν, καὶ τὰ ὄρη σταθμίσας ζυγῷ, νεφέλαις κινεῖσθαι, κτήνεσι, τετράποσιν, ἑρπετοῖς, πετεινοῖς διατρέχειν ἐπὶ τῆς γῆς. τί δὲ λέγω ἀγγέλους, ἀρχαγγέλους, θρόνους, τὰ Χερουβὶμ, τὰ Σεραφὶμ, ἀρχὰς, ἐξουσίας, τάξεις, χρόνους, καὶ ἐνιαυτοὺς, καὶ μῆνας, καὶ ἑβδομάδας, καὶ ἡμέρας, καὶ ὥρας, καὶ νύκτας, καὶ φῶς, καὶ σκότος, καὶ τὰς τῶν πραγμάτων οὐσίας; ἔσχατον δὲ ποιήσας τὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἑαυτοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ ἔθετο αὐτόν. ἰδὼν δὲ τὸ ἀνθρώπινον γένος νικώμενον ὑπὸ τῆς τοῦ διαβόλου κακίας, ἐβουλήθη τὴν ἀπαρχὴν τὴν ἡμετέραν ἐνδύσασθαι, καὶ προσηλῶσαι αὐτὴν ἐν τῷ ξύλῳ. ἵν', ὥσπερ διὰ τοῦ ξύλου ἡ παράβασις, οὕτω πάλιν διὰ τοῦ ξύλου ἡ σωτηρία. ζηλώσας οὖν ὁ διάβολος ὅτι αὐτὸς μὲν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐῤῥίφη, ὁ δὲ Ἀδὰμ ἐν τῷ παραδείσῳ ἦν, D καθάπερ ὅπλῳ χρησάμενος τῷ ὄφει ἐνήργησεν εἰς αὐτόν· καὶ οὕτω προσδιελέχθη αὐτοῖς οὖσιν ἐν τῷ παραδείσῳ· ἀσώματος γὰρ σωματικοῖς διαλεχθῆναι οὐκ ἠδύνατο· καί, φησι, πρὸς τὴν Εὔαν, ὅτι καλὸν τὸ ξύλον τοῦτο καὶ ὡραῖον εἰς βρῶσιν· καὶ ἐν ᾗ ἡμέρᾳ φάγησθε ἀπ' αὐτοῦ, ἔσεσθε ὡς θεοὶ πάντα γινώσκοντες. πείσας οὖν τὴν Εὔαν, ἠπάτησεν· εἶτα ἐκείνη συνέπεισε τὸν ἑαυτῆς ἄνδρα, καὶ ἔφαγον ἀπὸ τοῦ ξύλου. φαγόντων δὲ αὐτῶν ὤφθησαν γυμνοί· καί φησιν ὁ θεὸς πρὸς τὸν Ἀδὰμ, ποῦ εἶ; ὅταν ἀκούσῃς, ποῦ εἶ, μὴ ἄγνοιαν λογίσῃ τῷ θεῷ· ἔλεγε δὲ, ποῦ εἶ, ἐπειδὴ ἔλεγεν αὐτοῖς ὁ διάβολος, ὅτι ἐν ᾗ ἡμέρᾳ φάγητε, ἔσεσθε ὡς θεοί· ὡς ὑπολαμβανόντων αὐτῶν, ὅτι μέλλουσι γενέσθαι ὡς θεοὶ, διὰ τοῦτο ἔλεγεν ὁ θεὸς αὐτῷ, Ἀδὰμ, ποῦ εἶ; ἀνθ' ὧν, ὅτι ἔφαγες καὶ ἔμεινας ἄνθρωπος. οὐ παρήγγειλά σοι ἐκ τοῦ ξύλου τούτου μὴ φαγεῖν; ἔφαγες δὲ, καὶ παρέβης. E τοῦτό ἐστι τὸ, ποῦ εἶ; φύλλα δὲ συκῆς ἦσαν περιβεβλημένοι, σκέποντες τὸ [b] εἶδος τῆς ἁμαρτίας. καὶ τί φησιν ὁ Ἀδάμ; ἤκουσά σου τῆς φωνῆς περιπατοῦντος ἐν τῷ παραδείσῳ, καὶ ἐκρύβην. καὶ φησὶ, τί τοῦτο ἐποίησας; καί φησι πρὸς τὸν θεόν· ἡ γυνὴ, ἣν ἔδωκάς μοι, αὕτη με ἠπάτησεν. εἶτα πρὸς τὴν Εὔαν, τίς σε; καὶ τί φησιν ἐκείνη; ὁ ὄφις ἠπάτησέ με. ὦ Εὔα, ἔστω, σε τῷ ἀνδρί σου ἔδωκα, μὴ καὶ τῷ ὄφει σε ἔδωκα; ταῦτα δὲ

A crux orbis securitas, crux templorum & altarium destructio, crux nidoris sacrificiorum depulsio, crux scandalum Judæorum, crux interitus impiorum, crux infirmorum virtus, crux ægrotantium medicus, crux mundatio leprosorum, crux paralyticorum corroboratio, crux esurientium panis, crux sitientium fons, crux nudorum amictus. Nuditatem autem cum dico, non corpoream æstimes, sed fidei nuditatem. Cum vero credens fueris baptizatus, tunc indutus vocaberis: atque audi Paulum dicentem: *Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis.* (Gal. 3. 27.) Christum autem cum audieris, non Deum solum intelligas, neque solam ejus dispensationem in carne, sed utrumque. Sæpe enim dixi, & dicere non cessabo. *Mihi enim non pigrum est dicere, vobis autem tutum.* (Phil. 3. 1.) Volo enim omnes esse doctores. Christus igitur dictus est, B quia carnem induit: Jesus Christus est dictus, quod nomen est carnis ejus. * Verbum dicitur, quia de Deo est Dei verbum: Filius, quoniam de Patre: Unigenitus, quoniam solus ex solo Deo. Deus, quoniam Creator. Audi namque Joannem dicentem: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: hoc erat in principio apud Deum: omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est.* (Joan. 1. 1.) Vides, quoniam hic est, qui verbo cælum extendit, & variam siderum multitudinem adornavit, & cælum ad prati similitudinem decoravit? Hic est, qui soli tantum lumen dedit, & cursum ejus definivit: hic est qui lunam ad occasum determinavit: hic est qui fundavit terram super aquas: hic est qui terræ præcepit, ut herbam fœni produceret; & fontibus, ut aquis scaturirent, C fluminibus ut fluerent, lacubus ut congregarentur: & mari terminum imposuit ex arena, & aquis imperavit ut animas viventes educerent, ventis ut spirarent: qui montes appendit statera, nubibus ut moverentur præcepit, jumentis, quadrupedibus, reptilibus, volucribus ut super terram discurrerent. Quid autem de Angelis dicam, de Archangelis, Thronis, Cherubim & Seraphim, principatibus ac potestatibus, ordinibus, temporibus, annis, mensibus, hebdomadibus, diebus, & horis & noctibus: De lumine, de tenebris, & de rerum substantia? Novissime autem creavit hominem ad imaginem & similitudinem suam, & in paradiso posuit. Videns autem humanum genus a diaboli malitia superatum, voluit primitias nostras induere, & illas cruci affigere, ut D sicut per lignum transgressio, ita rursus per lignum salus esset. Æmulatione autem incitatus diabolus, quod ipse quidem de cælo projectus fuerat, Adam autem in paradiso versabatur, tamquam telo quodam serpente usus per illum egit, atque ita primum illos in paradiso versantes alloquutus est. Incorporeus enim cum esset, cum corporeis loqui non poterat: & Evæ dixit: *Bonum hoc lignum & pulcrum ad vescendum:* &, *quocumque die comederitis ex ipso, eritis sicut dii,* cuncta scientes. (Gen. 3. 5. 6.) Cum ergo persuasisset Evæ, decepit illam; tum illa viro suo persuasit, & ex ligno comederunt. Cum autem comedissent, apparuerunt nudi: tum ait Deus Adamo, *Ubi es?* Cum audis, *Ubi es?* (Gen. 3. 9.) Ne ignorantiam Deo tribuas; dixit autem, Ubi es, quia dixerat illis diabolus, *Qua die comederitis, sicut dii eritis:* quasi putarent illi E se deos futuros, propterea dixit illi Deus, *Adam ubi es?* hoc est, comedisti, & homo permansisti. Nonne tibi præcepi, ne de hoc ligno comederes? Tu vero comedisti, & transgressus es: hoc sibi vult illud, *Ubi es?* Foliis autem ficus erant cooperti, peccati faciem obvelantes. Et quid dicit Adam? *Audivi vocem tuam deambulantis in paradiso, & absconditus sum.* (Gen. 3. 10.) Et dixit: *Quid hoc fecisti?* Tum ad Deum dixit Adam: *Mulier, quam dedisti mihi*, ipsa me seduxit. Deinde ad Evam, *Quis te?* Quid vero illa dixit? Serpens seduxit me. O Eva, esto, te viro tradidi; num & serpenti

* Hæc alio modo legit interpres.

[a] Duo Regii, ἀλλὰ τὴν τῆς ἀπιστίας: Editi, ἀλλὰ τὴν τῆς πίστεως, quæ licet contraria sint, hic tamen eodem recidunt.

[b] Reg. unus, εἶδος αἰσχύνης.

te tradidi? His autem sese excusabant, quod vellent pœnam evadere: Tum ad Adam dixit
Ibid. Deus: *Maledicta terra in operibus tuis, spinas & tribulos germinabit tibi: in sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Deinde ad mulierem: *In doloribus paries liberos, & multiplicabo dolores tuos; & ad virum tuum conversio tua, & ipse tui dominabitur.* Tum ad serpentem: *Super pectus tuum & ventrem tuum gradieris, & terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ, & homo tibi dominabitur, & ipse observabit caput tuum, & tu calcaneum ejus.* Cur autem serpenti maledixit ut super pectus & ventrem graderetur, & terram manducaret omnibus diebus vitæ suæ? Pectori maledixit, quod in ipso consistat cor, quod malum excogitavit: Ventri, quia per cibum seduxit. Terram autem manducare jussit omnibus diebus vitæ suæ, quoniam Adam erat de terra terrenus. Tres ergo sententiam exceperunt, quandoquidem tres quoque transgressi fuerant. Quoniam a ligno transgressio fuerat orta, sicut ante dixi, propterea primitias istas ligno voluit affigere: ut quemadmodum per lignum transgressio, sic per lignum salus esset. Pro his autem omnibus Patri & Filio, & Spiritui sancto gloriam offeramus nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

A προφασίζοντο, ὡς βουλόμενοι ἑαυτοὺς ὑπεξαιρεῖν τῆς τιμωρίας. καί φησιν ὁ θεὸς πρὸς τὸν Ἀδάμ· ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνατελεῖ σοι· ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου σου φάγῃ τὸν ἄρτον σου. εἶτα πρὸς τὴν γυναῖκα. ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα, καὶ πληθύνων πληθυνῶ τὰς λύπας σου· καὶ πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφή σου, καὶ αὐτός σου κυριεύσει. εἶτα πρὸς τὸν ὄφιν· ἐν τῷ στήθει καὶ τῇ κοιλίᾳ σου πορεύσῃ, καὶ γῆν φάγῃ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου. καὶ ὁ ἄνθρωπός σου κυριεύσει· αὐτός σου τηρήσει κεφαλὴν, καὶ σὺ αὐτοῦ πτέρναν. διὰ τί δὲ τῷ ὄφει ἐπικατηράσατο ἐπὶ τῷ στήθει καὶ τῇ κοιλίᾳ πορεύεσθαι, καὶ γῆν τρώγειν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ; τὸ στῆθος κατηράσατο, ἐπειδὴ ἐν αὐτῷ ἐγκάθηται ἡ καρδία ἡ ἐνθυμηθεῖσα τὸ κακόν· τὴν κοιλίαν, ἐπειδὴ διὰ βρώσεως ἠπάτησε· γῆν δὲ ἐκέλευσε φαγεῖν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ, ἐπειδὴ ὁ Ἀδὰμ ἐκ
B γῆς χοϊκὸς ἦν. ἔλαβον οὖν οἱ τρεῖς τὴν ἀπόφασιν, ἐπειδὴ καὶ οἱ τρεῖς τὴν παράβασιν ἐποιήσαντο. ἐπειδὴ ἀπὸ ξύλου ἡ παράβασις ἐγένετο, καθὼς προλαβὼν εἶπον, διὰ τοῦτο εἰς ξύλον ἠθελήθη τὴν ἀπαρχὴν ταύτην προσηλῶσαι. ἵν' ὥσπερ διὰ ξύλου ἡ παράβασις, οὕτω διὰ ξύλου ἡ σωτηρία. ὑπὲρ δὲ τούτων ἁπάντων δόξαν ἀναπέμψωμεν τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

MONITUM
IN HOMILIAM DE RESURRECTIONE.

NON minora, quam præcedentes Conciones νοθείας signa præfert hæc Homilia. Quamobrem jamdiu inter Spuria locum habet. Interpretatio ejus Latina est Frontonis Ducæi.

IN TRIDUAM RESURRECTIONEM Domini nostri JESU CHRISTI, Sermo.

Philip. 4. 4. GAUDETE *in Domino semper*, Fratres carissimi: *iterum dico, gaudete. Dominus prope est, nihil solliciti sitis:* Dominus resurrexit a mortuis, & cum ipso turba multa sanctorum. Festum itaque diem agamus jucunde simul ac modeste:
Psal. 117. 24. *Hæc* enim vere *dies* est, *quam fecit Dominus: exsultemus & lætemur in ea.* Prædicemus Salvatoris resurrectionem, vel salutem potius nostram proclamemus: prædicemus salutaris diei memoriam: prædicemus diaboli mortificationem, immundorum dæmonum captivitatem, Christianorum salutem, resurrectionem mortuorum. Per resurrectionem enim Christi, gehenna quidem ignis exstinguitur: vermis autem irrequietus moritur: infernus turbatur: luget diabolus: peccatum necatur: spiritus maligni fugantur: qui ex terra sunt orti, attolluntur in cælos: qui in inferno erant, a diaboli vinculis liberantur, & ad Deum confugien-
1. Cor. 15. 54. tes, diabolo dicunt: *Ubi est mors victoria tua? Ubi stimulus tuus inferne?* Porro sanctæ nobis festivitatis ac celebritatis auctor Christus est, qui & omnium bonorum nobis est conciliator. Hic namque nos a principio condidit, & ex nihilo in lucem edidit: hic & nunc perditos salvos fecit: mortuos ad vitam revocavit, & diaboli tyrannidi extorsit. Hic nos cum peccati servi essemus, deleto quod contra nos erat chirographo, libertate
Gal. 3. 13. donavit. *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.* Quas ob causas æquum est, ut nos quoque dicamus: Quid retribuemus
Psal. 115. 3. Domino pro omnibus quæ retribuit nobis? Cum Deus esset unigenitus, hominem fieri propter nos

[a] ΕΙΣ ΤΗΝ ΤΡΙΗΜΕΡΟΝ ΑΝΑΣΤΑΣΙΝ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ὁμιλ.

C ΧΑΙΡΕΤΕ ἐν κυρίῳ πάντοτε, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί, πάλιν ἐρῶ, χαίρετε· ὁ κύριος ἐγγὺς, μηδὲν μεριμνᾶτε· ὁ κύριος ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται, καὶ μετ' αὐτοῦ ὄχλος πολὺς ἁγίων· ἑορτάσωμεν οὖν ἡδέως τε καὶ σωφρόνως· αὕτη γὰρ ἀληθῶς ἡ ἡμέρα ἣν ἐποίησεν ὁ κύριος· ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ· κηρύξωμεν τὴν τοῦ σωτῆρος ἀνάστασιν, μᾶλλον δὲ τὴν ἡμετέραν βοήσωμεν σωτηρίαν· κηρύξωμεν τῆς σωτηρίου ἡμέρας τὴν ὑπόμνησιν· κηρύξωμεν τὴν νέκρωσιν τοῦ διαβόλου, τὴν τῶν ἀκαθάρτων δαιμόνων αἰχμαλωσίαν, τὴν τῶν χριστιανῶν σωτηρίαν, τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν. διὰ γὰρ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ σβέννυται μὲν γέεννα πυρὸς, σκώληξ δὲ ἀκοίμητος τελευτᾷ· ᾅδης ταράττεται· πενθεῖ διάβολος· ἁμαρτία νεκροῦται· πνεύματα πονηρὰ διώκεται· οἱ ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανοὺς ἀνατρέχουσιν· οἱ ἐν τῷ ᾅδῃ ἐλευθεροῦνται τῶν δεσμῶν τοῦ διαβόλου, καὶ θεῷ προστρέχοντες, λέγουσι τῷ διαβόλῳ· ποῦ σου θάνατε τὸ νῖκος;
D ποῦ σου ᾅδη τὸ κέντρον; αἴτιος δὲ ἡμῖν τῆς ἁγίας ἑορτῆς τε καὶ πανηγύρεως ὁ Χριστὸς, ὁ καὶ πάντων ἡμῖν τῶν καλῶν πρόξενος· οὗτος γὰρ ἡμᾶς καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐποίησε, καὶ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρήγαγεν· οὗτος καὶ νῦν ἀπολλυμένους ἔσωσε· νεκρωθέντας ἐζωοποίησε· καὶ τῆς τοῦ διαβόλου τυραννίδος ἀφείλετο· οὗτος δούλους ὄντας ἡμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ, ἐλευθέρους ἐποίησεν, ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον· Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. ἐφ' οἷς ἄξιον καὶ ἡμᾶς εἰπεῖν, τί ἀνταποδώσομεν τῷ κυρίῳ περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκεν ἡμῖν; θεὸς ὢν μονογενὴς, ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς γενέσθαι ηὐδόκησε,

[a] Collata cum Codd. Regg. 1820. & 2030

καὶ

καὶ γέγονεν ὑπήκοος μέχρι θανάτου, ἵνα ἡμᾶς αἰωνίου θανάτου ῥύσηται· δούλου μορφὴν ἐφόρεσεν ὁ τῶν ἀγγέλων δεσπότης· σάρκα προσέλαβεν ὁ θεὸς λόγος, καὶ ἄνθρωπος ἐφαίνετο, ὁ σύμμορφος καὶ ὁμοούσιος τῷ πατρί· καὶ ταῦτα ὑπέμεινεν ἵνα ἡμᾶς τῆς ἀδίκου δουλείας ἐξέληται, καὶ τῆς ἀτιμίας λυτρώσηται· διὰ τοῦτο παθεῖν ὑπέσχετο σαρκὶ ὁ τῆς ζωῆς χορηγός· διὰ τοῦτο καὶ ἐτάφη τῆς ἀθανασίας ἡ πηγή· ἵνα τοῖς θνητοῖς ἀΐδιον χαρίσηται ζωήν. καὶ παρῆν μὲν ἐπὶ γῆς εὐεργετῶν, καὶ ἰώμενος τῶν ἀνθρώπων τὰ πάθη· ἀναξίας δὲ [a] ὑπὸ τῶν θεομάχων Ἰουδαίων ἀπελάμβανε τὰς ἀμοιβάς. ὁ μὲν γὰρ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς διὰ πολλὴν ἀγαθότητα λεπροὺς ἐκαθάριζε· τυφλοῖς τὸ βλέπειν ἐχαρίζετο· χωλοὺς ἐθεράπευε· δαίμονας ἀπήλαυνε· τὸν Λάζαρον τετραήμερον ἐκ νεκρῶν ἤγειρε· καὶ ἐκ πέντε ἄρτων πεντακισχιλίους ἐχόρτασεν. ἐπὶ θαλάσσης περιεπάτησε· τὸ ὕδωρ εἰς οἶνον μετέβαλε· τὴν αἱμορροοῦσαν ἰάσατο· τὴν θυγατέρα τοῦ ἀρχισυναγώγου θανοῦσαν ἀνεζωοποίησε· καὶ ἄλλα πολλὰ μυστήρια θαύματος ἄξια πεποίηκεν· Ἰουδαῖοι δὲ ὑπὸ φθόνου καὶ βασκανίας κινηθέντες, ποτὲ μὲν ἐλίθαζον τὸν κύριον, ποτὲ δὲ κατακρημνίζειν ἐπειρῶντο· τελευταῖον δὲ καὶ ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἤγαγον. ἀλλ' ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς οὐκ ἐμιμήσατο τὴν κακίαν τῶν βλασφήμων Ἰουδαίων· ἀλλὰ καὶ τὸν νῶτον αὐτοῦ ἐδίδου εἰς μάστιγας κατὰ τὸν προφήτην καὶ τὰς σιαγόνας εἰς ῥαπίσματα· καὶ οὐκ ἀπέστρεψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων· καὶ τὸ τελευταῖον ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος αὐτὸν, ἄφωνος, οὐκ ἀντιτασσόμενος, οὐκ ἀντιλέγων. βλασφημούμενος οὐκ ἀντελοιδόρει, πάσχων οὐκ ἠπείλει· παρεδίδου δὲ ἑαυτὸν τῷ κρίνοντι δικαίως· οὐ γὰρ ἦλθεν ἐπὶ τῇ πρώτῃ παρουσίᾳ κολάσαι καὶ τιμωρήσασθαι τοὺς ἀπίστους· ἀλλ' ἠθέλησε διὰ μακροθυμίας καὶ ὑπομονῆς ὁδηγῆσαι τοὺς πεπλανημένους ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν. καὶ μάθε τοῦ κυρίου τὴν ἀγαθότητα καὶ τὴν χρηστότητα τὴν μεγάλην· ἐβλασφήμουν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ ἔλεγον πρὸς αὐτὸν, δαιμόνιον ἔχεις· ὁ δὲ κύριος μακρόθυμος ὢν, τοὺς δαίμονας ἐκ τῶν ἀνθρώπων ἤλαυνεν. Ἰουδαῖοι εἰς τὸ πρόσωπον ἐνέπτυον τοῦ σωτῆρος· αὐτὸς δὲ τοὺς τυφλοὺς αὐτῶν ἐθεράπευεν· Ἰουδαῖοι τὸν Χριστὸν ἐλίθαζον· ὁ δὲ Χριστὸς τοῖς χωλοῖς αὐτῶν τὸ τρέχειν ἐχαρίζετο· καὶ διόλου [b] διετέλεσεν εὐεργετῶν τοὺς ὑβρίζοντας, καὶ ἀντὶ κακῶν ἀγαθὰ δωρούμενος τοῖς ἀχαρίστοις ἐκείνοις καὶ μιαροῖς ἀνθρώποις· ἀνεξικάκως δὲ φέρων λοιδορίας, ἴσως καὶ ἀσθενὴς ἐνομίζετο ὁ ὑπ' ἀγγέλων δορυφορούμενος. καὶ ἵνα μὴ πολλὰ λέγοντες δόξωμεν μηκύνειν τὸν λόγον, ἔλθωμεν εἰς αὐτὰ τὰ κεφάλαια τῶν πραγμάτων. τέλος γοῦν ἤγετο ἐπὶ τὸν σταυρὸν καὶ θάνατον ὁ τῆς δόξης βασιλεὺς, καὶ προσηλοῦται τῷ ξύλῳ ὁ ὑπὸ τῶν Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ δοξολογούμενος, καὶ ὑπὸ πασῶν δυνάμεών τε καὶ ἀγγέλων προσκυνούμενος· ταῦτα δὲ πράως ὑπέμεινέ τε καὶ ἔπαθεν, ἡμῖν ὑπογραμμὸν παρέχων, καὶ διδάσκαλος ἐπιεικείας γινόμενος. διὰ τοῦτο οὖν καὶ ἡμεῖς ὀφείλομεν γενναίως φέρειν τὰς τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων ἀπειλάς. ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ κρεμασθεὶς [c] μείζονα ἔργα καὶ πλείονα θαύματα ἐπεδείξατο· ἵνα κἂν οὕτως παύσῃ τῶν θεοστυγῶν τὴν μανίαν, ὥστε μὴ ἔχειν αὐτοὺς πρόφασιν τῆς ἀπιστίας, μή τι λέγειν, ὅτι ψιλὸν ἄνθρωπον ἐσταύρωσαν. πρῶτον μὲν οὖν ὑπέσχετο ὁ Χριστὸς σταυρωθῆναι καὶ εἰς τὸν ἀέρα ἐπαρθῆναι, ἵνα τοὺς ἐν τῷ ἀέρι δαίμονας φυγαδεύσῃ· ἐκρεμάσθη ἐπὶ ξύλου, ἵνα τὴν πάλαι διὰ ξύλου προσγινομένην τοῖς ἀνθρώποις ἁμαρτίαν ἰάσηται· ἐνύγη δὲ καὶ τῇ λόγχῃ τὴν πλευρὰν, διὰ τὴν ἐκ τῆς πλευρᾶς τοῦ Ἀδὰμ ληφθεῖσαν γυναῖκα. ἐπειδὴ γὰρ ὁ ὄφις τὴν Εὔαν ἠπάτησεν, ἡ δὲ Εὔα τὸν Ἀδὰμ παραβῆναι παρεσκεύασεν, ἐξῆλθε δὲ ἀπόφασις κατὰ τῶν ἀμφοτέρων· καὶ ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωυσέως καὶ ἐπὶ [d] τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας· διὰ τοῦτο τιτρώσκεται ἡ πλευρὰ, ἵνα μάθωμεν, ὅτι οὐ μόνον ἀνδράσιν ἤνεγκε σωτηρίαν τὸ πάθος τοῦ Χριστοῦ, ἀλλὰ καὶ γυναιξίν· Ἀδὰμ γὰρ πρῶτος ἐπλάσθη,

A ipsi complacuit : & factus est usque ad mortem obediens, ut a morte nos æterna vindicaret : servi formam tulit, dominus Angelorum : carnem assumsit Deus Verbum : & homo apparuit, qui conformis & consubstantialis est Patri : atque hæc subiit ut ab iniqua nos eriperet servitute, & ab ignominia redimeret. Propterea in carne pati dignatus est vitæ largitor : propterea & sepultus est fons immortalitatis ; ut æternam vitam mortalibus largiretur. Atque in terris quidem versatus est benefaciens, & hominum sanans ægritudines ; sed indigna a Judæis Deo repugnantibus præmia reportavit. Nam Dominus quidem noster Jesus Christus per summam benignitatem leprosos mundabat, cæcis visum impertiebat, claudos sanabat, dæmones ejiciebat, quatriduanum Lazarum a mor-B tuis excitabat : & ex quinque panibus hominum quinque millia satiavit. Ambulavit in mari, aquam in vinum mutavit, feminam, quæ sanguinis fluxum patiebatur, curavit, filiam archisynagogi mortuam suscitavit, aliaque multa mysteria admiratione digna perfecit : Judæi vero invidia & livore commoti, aliquando quidem Dominum lapidabant, aliquando autem præcipitare conabantur, ad extremum etiam in crucem egerunt. Verum Dominus noster Jesus Christus blasphemorum Judæorum improbitatem non est imitatus, sed dorsum suum dedit ad flagella, ut inquit Propheta, & genas suas ad alapas : & faciem suam non avertit a confusione sputorum, & ad extremum, sicut ovis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente mutus, non repugnans, non contradicens : *Cum malediceretur, non vicissim maledicebat : cum pateretur, non comminabatur : tradebat autem se judicanti, juste.* Non enim venit in primo adventu, ut castigaret ac puniret incredulos : sed per longanimitatem & patientiam eos, qui aberraverant, voluit ad tramitem veritatis traducere. Ac vide quanta sit Domini bonitas, & quam magna ejus benignitas : conviciis eum incessebant Judæi, & ad eum dicebant : *Dæmonium habes* ; Dominus autem, ut erat longanimis, dæmones ex hominum corporibus expellebat. Judæi in faciem Salvatoris spuebant ; ipse vero cæcos eorum sanabat : Judæi Christum lapidabant ; at Christus claudis eorum, ut currerent, largiebatur, & in universum ad finem usque beneficiis cumulavit eos, a quibus injuriis afficiebatur, & pro malis bona ingratis illis ac scelestis hominibus largitus est. Dum autem contumelias ita patien-D ter ferret, forsan & imbecillis censebatur is, cui angeli satellitum more famulantur. Ac ne multa dicentes longiore uti oratione videamur, ad ipsa rerum capita veniamus. Tandem igitur ad crucem mortemque ductus est Rex gloriæ, & ligno affigitur is, quem Cherubim Seraphimque collaudant, quem virtutes omnes & angeli adorant. Hæc autem leniter toleravit ac passus est, nobis præbens exemplum, & modestiæ factus magister. Idcirco igitur debemus & nos improborum hominum minas generose ferre. At enim etiam cum in cruce penderet, majora opera edidit ac plura miracula : ut hac saltem ratione Dei osorum insaniam refrenaret : ut nullus relinqueretur illis incredulitatis prætextus ; neve dicerent se nudum hominem crucifixisse. Primum itaque se crucifigi E passus est Christus, & in aërem attolli : ut dæmones, qui in aëre versantur, fugaret : in ligno suspensus est, ut quod per lignum hominibus quondam adnatum erat, peccatum sanaret. Deinde vero latus ejus lancea vulneratum est, propter mulierem, quæ ex Adami latere sumta fuit. Nam quoniam serpens Evam seduxit, Eva porro ut Adamus peccaret, effecit ; in utrumque autem sententia prounnciata est ; & regnavit mors ab Adamo usque ad Moysem, etiam in eos qui non peccaverunt : propterea latus vulneratur, ut discamus Christi passionem non viris tantum, sed & mulieribus salutem attulisse. Adam enim primus formatus

Hesai. 50. 6.
1. Pet 2.23.
Joan. 7.20.
Rom. 5.14.

a Sic Regii. Edit. vero ἀπό.
b Sic MSS. melius, quam Edit. δὲ ἐτέλεσεν.
c Sic MSS.
d Ita unus Reg. probe. In Edit. μὴ deest.

est, deinde Eva: Adam non est seductus, mulier autem seducta in prævaricatione fuit: salvabitur autem per prolis generationem. Quam vero prolis generationem, nisi prolis generationem Mariæ? ea namque Christum enixa est, non ubi cum viro convenisset, ut Hesaias testatur, sed cum eam Spiritus sanctus obumbrasset, ut Gabriel Archangelus feliciter nunciarat. Hac igitur occasione & Christi latus percutitur, ut & ea quæ prædicta fuerant, dispensentur, & baptismi sacramentum prædicetur, & gratia futura splendeat. Sanguis enim & aqua ex latere Christi scaturiunt, ut quod adversus nos erat chirographum peccati deleat, & ipsius sanguine mundemur, ac paradisum recuperemus. O magnum mysterium! pœnitentiam egerat latro: aqua opus erat, ut baptizaretur, in cruce suspensus erat: alter baptismi locus non erat: non fons, non lacus, non pluvia, non qui mysteriis eum initiaret: omnes enim propter Judæorum metum aufugerant discipuli: non tamen Jesu latices defuerunt; sed & in ipsa cruce pendens conditor aquarum est factus. Quandoquidem enim fieri minime poterat, ut sine baptismate latro in regnum intraret; eum vero, qui pœnitentiam egisset, baptismo destitui non oportebat; aquam & sanguinem e vulnerato latere suo Salvator emisit: ut & latronem a malis impendentibus liberaret, & sanguinem suum, eorum qui in ipsum spem ponerent, redemtionem factum esse declararet. *Si enim sanguis taurorum & hircorum, & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat, ad emundationem carnis:* quanto magis sanguis Christi Salvatoris nostri vim obtinuit Christianos omnes simul expiandi? Si dixerit ergo tibi quispiam ex infidelibus, quid ita crucifixus est Christus? dic illi, ut diabolum crucifigeret: si dixerit tibi, quare in ligno suspensus est? dic illi, ut peccatum quod in paradiso per lignum adnatum fuerat, emendaret. Si ergo dixerit tibi, cur spinas gestavit? dic illi, ut Adami spinas & tribulos eradicaret. Ille enim ad gemitus & trepidationes, & colendas spinas ac tribulos est damnatus. Jesus itaque ut erat hominum amans, cum vellet creaturæ suæ providere, omnia nostra causa sustinuit; ut nos a condemnatione liberaret. Ut enim ex muliere natus est, ut quod ex muliere adnatum erat hominibus, peccatum deleret: ita & spinis coronatur, ut male cultam ab inobedientia terram obedientia sua magis sativam & cultiorem redderet. Quod si dicat tibi, fel & acetum cur ebibit? dic ei, ut nos lethiferum draconis venenum evomeremus. Fel enim illud dulcedo mea, & acetum medicamentum meum est factum. Sin autem dicat rursus infidelis, cur chlamydem coccineam est indutus? cur genu flexo accedebant ad eum? dic illi, ut etiam nolentes eum adorarent Judæi, & regnum ejus in terris etiam inviti faterentur. Nunc quidem irridentes adorabant, nescientes quid facerent: in futura vero resurrectione omne genu flectetur cælestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confitebitur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris. Amen. Habet & alteram significationem illa chlamys: non enim tantum regnum designabat, sed & sanguinis aviditatem, & ad cædem propensionem Judæorum demonstrabat. Dederunt autem & calamum in manu ejus, ut eorum peccata scriberentur. Atque hæc quidem ab illis Christi hostibus fiebant, cum eum, qui crucifigebatur, non nossent; vel potius cum ultro excæcati essent: at ipsa creatura Dominum suum, & conditorem non ignoravit. Etenim adhuc de cruce pendente Salvatore, cum vidisset sol sensibilis solem justitiæ Christum, ab iniquis, injuriis affectum, facinus illud indignum non ferens, fugit, ac tenebras terris offudit; atque absurdum existimavit adjuvare & illuminare oculos illos, qui maximam

Hesai. 7. 14.

Heb. 9. 13.

Philip. 2. 10.

A εἶτα Εὔα· Ἀδὰμ οὐκ ἠπατήθη· ἡ δὲ γυνὴ ἐξαπατηθεῖσα ἐν παραβάσει γέγονε· σωθήσεται δὲ διὰ τῆς τεκνογονίας. ποίας τεκνογονίας, εἰ μὴ διὰ τῆς τεκνογονίας Μαρίας; αὕτη γὰρ τὸν σωτῆρα Χριστὸν ἐτεκνώσατο· οὐκ ἀνδρὶ συνελθοῦσα, ὡς Ἡσαΐας μαρτυρεῖ, ἀλλὰ πνεύματος ἁγίου ἐπισκιάσαντος αὐτῇ, καθὼς Γαβριὴλ ὁ ἀρχάγγελος εὐηγγελίσατο. διὰ ταύτην οὖν τὴν πρόφασιν καὶ ἡ πλευρὰ πλήσσεται τοῦ Χριστοῦ, ἵνα καὶ τὰ προειρημένα οἰκονομηθῇ, καὶ τὸ μυστήριον τοῦ βαπτίσματος κηρυχθῇ, καὶ ἡ χάρις ἡ μέλλουσα λάμψῃ. πηγάζει γὰρ αἷμα καὶ ὕδωρ ἐκ τῆς πλευρᾶς τοῦ Χριστοῦ, ἵνα καὶ τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον τῆς ἁμαρτίας ἀπαλείψῃ, καὶ τῷ αἵματι αὐτοῦ καθαιρώμεθα, καὶ τὸν παράδεισον ἀπολάβωμεν. ὢ μυστηρίου μεγάλου· μετενόησεν ὁ λῃστής, χρεία ἦν ὕδατος, ἵνα βαπτισθῇ· ἐπὶ τοῦ
B σταυροῦ ἐκρέματο, οὐκ ἦν ἕτερος τόπος βαπτίσματος, οὐ πηγή, οὐ λίμνη, οὐκ ὄμβρος, οὐχ ὁ τὴν μυσταγωγίαν ἐκτελῶν· πάντες γὰρ διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων ἔφυγον οἱ μαθηταί· ἀλλ' οὐκ ἠπόρησεν ὁ Ἰησοῦς ναμάτων· ἀλλὰ καὶ ἐπὶ σταυροῦ κρεμάμενος δημιουργὸς ὑδάτων γέγονεν. ἐπειδὴ γὰρ οὐχ οἷόν τε ἦν εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τὸν λῃστὴν δίχα βαπτίσματος, ἐχρῆν δὲ τὸν μετανοήσαντα μὴ ἀμοιρῆσαι τοῦ βαπτίσματος, ὕδωρ καὶ αἷμα προσήκατο τῆς νυγείσης αὐτοῦ πλευρᾶς ὁ σωτήρ, ἵνα καὶ τὸν λῃστὴν ἐλευθερώσῃ τῶν ἐπηρτημένων κακῶν, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ λύτρον ἀποδείξῃ γενόμενον τῶν εἰς αὐτὸν τὰς ἐλπίδας ἐχόντων. εἰ γὰρ τὸ αἷμα ταύρων, καὶ τράγων, καὶ σποδὸς δαμάλεως ῥαντί-
C ζουσα, τοὺς κεκοινωμένους ἁγιάζει πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς κάθαρσιν· πόσῳ μᾶλλον τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν καθάρσιον γέγονε πάντων ὁμοῦ Χριστιανῶν; ἐὰν οὖν εἴπῃ σοί τις τῶν ἀπίστων, διὰ τί ἐσταυρώθη ὁ Χριστός, εἰπὲ αὐτῷ· ἵνα σταυρώσῃ τὸν διάβολον. ἐὰν εἴπῃ σοι, διὰ τί ἐκρεμάσθη ἐπὶ ξύλου; εἰπὲ αὐτῷ, ἵνα τὴν διὰ ξύλου προσγινομένην ἁμαρτίαν ἐν τῷ παραδείσῳ ἀνακαλέσηται. [a] ἐὰν εἴπῃ σοι, διὰ τί, ἀκάνθας ἐφόρεσεν; εἰπὲ αὐτῷ, ἵνα τὰς ἀκάνθας καὶ τοὺς τριβόλους τοῦ Ἀδὰμ ἐκριζώσῃ· ἐκεῖνος γὰρ στένειν καὶ τρέμειν κατεδικάσθη, καὶ ἀκάνθας καὶ τριβόλους γεωργεῖν. Ἰησοῦς οὖν φιλάνθρωπος ὤν, τοῦ ἰδίου ποιήματος θέλων προνοήσασθαι, πάντα ὑπέστη δι' ἡμᾶς, ἵνα ἡμᾶς καταδίκης ἐλευθερώσῃ. ὥσπερ γὰρ ἐγεννήθη διὰ γυναικός, ἵνα τὴν ἐκ γυναικὸς προσγινομένην ἁμαρτίαν τοῖς ἀνθρώποις ἀπαλείψῃ· οὕτως καὶ ταῖς ἀκάνθαις στεφανοῦται, ἵνα τὴν κακῶς γεωργηθεῖσαν
D ὑπὸ τῆς παρακοῆς γῆν διὰ τῆς ἰδίας ὑπακοῆς ἡμερωτέραν ἐργάσηται. ἐὰν δὲ εἴπῃ σοι, χολὴν καὶ ὄξος διὰ τί ἔπιεν; εἰπὲ αὐτῷ, ἵνα ἡμεῖς τὸν θανατηφόρον ἰὸν ἐξεμέσωμεν τοῦ δράκοντος· ἡ γὰρ χολὴ ἐκείνη ἐμὸν γέγονε γλύκασμα, καὶ τὸ ὄξος ἐκεῖνο ἐμὸν γέγονεν ἴαμα. ἐὰν δέ σοι εἴπῃ πάλιν ὁ ἄπιστος, διὰ τί καὶ κοκκίνην ἐνεδύσατο χλαμύδα, καὶ διὰ τί ἐγονυπέτουν προσιόντες αὐτῷ; εἰπὲ αὐτῷ, ἵνα καὶ μὴ θέλοντες αὐτῷ [b] προσκυνήσουσιν Ἰουδαῖοι, καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ ἄκοντες ἐπὶ γῆς ὁμολογήσουσι. νῦν μὲν χλευάζοντες προσεκύνουν οὐκ εἰδότες ἅπερ ἔπραττον· ἐν δὲ τῇ μελλούσῃ ἀναστάσει πᾶν γόνυ κάμψει ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν θεοῦ πατρός. ἀμήν. ἔχει δὲ καὶ ἡ [c] χλανὶς ἐκείνη καὶ ἕτερον αἴνιγμα· οὐ μόνον γὰρ τὴν βασι-
E λείαν ὑπετύπου, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸ αἱμοβόρον καὶ φονῶδες τῶν Ἰουδαίων ἐπεδείκνυτο. ἔδωκαν δὲ καὶ κάλαμον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, ἵνα γραφῶσιν αὐτῶν αἱ ἁμαρτίαι. ταῦτα μὲν οὖν οἱ χριστομάχοι ἐποίουν, ἀγνοοῦντες τὸν σταυρούμενον, μᾶλλον δὲ ἑκουσίως ἀποτυφλωθέντες· ἡ δὲ κτίσις οὐκ ἠγνόησε τὸν ἑαυτῆς δεσπότην τε καὶ δημιουργόν· ἔτι γὰρ τοῦ σωτῆρος ἐπὶ τοῦ σταυροῦ κρεμαμένου, θεωρήσας ὁ ἥλιος ὁ αἰσθητὸς τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης Χριστὸν ὑπὸ τῶν παρανόμων ὑβριζόμενον, μὴ φέρων τὸ τόλμημα, φεύγει σκοτίσας τὴν γῆν· καὶ ἄτοπον ἡγησάμενος συνεργεῖν, καὶ φωτίζειν ὀφθαλμοὺς τῶν μεγίστην

a Sic MSS. εἴπη & in sequentibus. Edit. εἴποι.
b Unus Reg. προσκυνῶσι. Videtur legendum προσκυνήσωσι, aut προσκυνῶσι.
c Unus Reg. χλαμύς.

ἀσεβοῦντας ἀσέβειαν. οὐ μόνον δὲ ὁ ἥλιος ἔφυγεν, ἀλλὰ καὶ ἡ γῆ ἐκλονεῖτο, μὴ φέρουσα τὴν ἀνομίαν τῶν δρωμένων· ἐνδεικνυμένη δὲ καὶ διδάσκουσα ὅτι θεὸς ἦν ὁ σταυρούμενος· διὸ καὶ οὐκ ἠνείχετο, ἀλλ' ἐχαλέπαινε, μὴ θέλουσα φέρειν ἐφ' ἑαυτῆς τοὺς θεοστυγεῖς Ἰουδαίους. οὐχ οὕτως γὰρ ἀδελφοκτονήσας ἔχρανεν ὁ Κάϊν τὴν γῆν, οὐδ' οὕτως ἐβάρησεν αὐτὴν ἡ τῶν γιγάντων πυργοποιΐα, οὐδ' οὕτως αὐτὴν ἐμόλυναν ἀθεμιτουργήσαντες Σοδομῖται· οὐδ' αὐτοὶ οἱ τὰ εἴδωλα πλάσαντες ἐξ αὐτῆς· οὐ τὸ αἷμα Ζαχαρίου καὶ Ἄβελ ἐκχυθὲν ἐβάρησεν αὐτὴν οὕτως, ὅσον Ἰουδαῖοι, τὸ μέγα τοῦτο τολμήσαντες ἀσέβημα. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ αἱ σκληραὶ πέτραι ἐσχίζοντο, ἵνα μάθωσιν ὅτι οὗτός ἐστιν ἡ πνευματικὴ καὶ ζῶσα πέτρα. ἔπινον γάρ, φησίν, ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας· ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός. ὢ τῆς Ἰουδαίων ἀγνωμοσύνης· αἱ πέτραι ἐσχίσθησαν, καὶ οὗτοι ἀναισθητοῦσι· τὰ ἄψυχα κλονεῖται, καὶ οἱ ἔμψυχοι ἀπιστοῦσι. τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ῥήγνυται, ἵνα λοιπὸν ἡ ἐρήμωσις αὐτῶν δειχθῇ· ἐσχίσθη γὰρ τὸ καταπέτασμα, καὶ ἐγυμνώθη τὰ ἐν τῷ ναῷ διὰ τὸν εἰπόντα Χριστόν· ἰδού, ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. καὶ γὰρ καὶ ἠρήμωται μετὰ τὴν Χριστοκτονίαν πάντα τὰ τῶν Ἰουδαίων σεμνά, καὶ οἱ παραμένοντες τῇ πόλει καὶ τῷ ἱερῷ ἄγγελοι μετέβησαν ἐκεῖθεν, καὶ ἦλθον εἰς τὴν ἐκκλησίαν. πολλὰ δὲ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων συνηγέρθη Χριστῷ, ἵνα μάθωμεν ἡμεῖς, ὅτι Χριστὸς ἀποθανὼν μόνος οὐκ ἀνίσταται, ἀλλὰ πάντας τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας ἐκ νεκρῶν ἀνίστησιν. αὕτη ὡς ἐν κεφαλαίῳ ἐστὶν ἡ σεμνὴ τοῦ πάσχα ἑορτή, καὶ ταῦτα Χριστιανῶν τὰ μυστήρια· περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν καὶ ζωῆς αἰωνίου πανηγυρίζομεν. τοιγαροῦν ἑορτάσωμεν μὴ ἐν ζύμῃ κακίας καὶ πονηρίας, ἀλλ' ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας, πιστεύοντες εἰς πατέρα, καὶ υἱόν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, εἰς τριάδα ὁμοούσιον, ἄκτιστον, πιστεύοντες τῇ ἀναστάσει, προσδοκῶντες τὸν κύριον πάλιν ἐρχόμενον, οὐκ ἔτι μὲν ταπεινῶς, ἀλλ' ἐνδόξως μετὰ λαμπρότητος οὐρανίου, μετὰ φωτεινῶν ἀγγέλων, μετὰ σάλπιγγος καὶ φόβου καὶ χαρᾶς· χαρᾶς μὲν τῶν ἁγίων καὶ δικαίων· φόβου δὲ τῶν ἀδίκων καὶ ἁμαρτωλῶν. ὁ θεὸς δὲ τῆς εἰρήνης πάντας ἡμᾶς καταξιώσῃ τῆς μετὰ [a] ἁγίων ἀναστάσεως, ἐν ἔργοις καλοῖς εὑρεθέντας, καὶ πίστει ὀρθοδόξῳ, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ υἱοῦ· μεθ' οὗ δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

[a] Sic Mss. Editi vero ἀγγέλων.

A impietatem perpetrarent. Neque vero sol tantum fugit, sed & eorum, quæ gerebantur, iniquitatem terra non ferens concutiebatur, demonstrans & docens, eum, qui cruci affigebatur, Deum esse: quamobrem ferre non poterat, sed indignabatur, neque sua mole sustinere Dei hostes illos Judæos volebat. Non enim adeo fratre cæso contaminavit terram Caïn: non adeo illam gigantum ædificatio turris gravavit: non ita infanda perpetrantes Sodomitæ illam inquinarunt: neque ipsi qui ex ea sunt idola fabricati: non Zachariæ & Abelis sanguis effusus illam tantum gravavit, quantum Judæi, cum magnam illam committere impietatem ausi essent. Propterea & duræ petræ scindebantur, ut discerent hunc spiritualem ac vivam esse petram: *Bibebant enim*, inquit, *de spirituali consequente eos petra: petra autem erat Christus.* O improbitatem Judæorum! Petræ scissæ sunt, & hi stupidi nihil moventur: inanimata concutiuntur, & animati non credunt: velum templi frangitur, ut deinceps eorum desolatio demonstretur. Scissum est enim velum, & denudata sunt quæ in templo erant, propter Christum qui dixerat: *Ecce relinquitur domus vestra deserta.* Nam & desolata sunt post cædem Christi sancta quæque & veneratione digna apud Judæos: & qui assistebant urbi ac templo, discesserunt illinc angeli, seque ad Ecclesiam contulerunt. Multa vero corpora sanctorum, qui dormierant, cum Christo surrexerunt; ut discamus nos Christum mortuum solum non resurgere, sed omnes, qui in ipsum credunt, à mortuis excitare. Hæc est, ut in summa dicam, veneranda Paschæ festivitas, & hæc mysteria Christianorum: ob resurrectionem
C mortuorum & vitam æternam festum celebramus. *Itaque festum agamus, & epulemur non in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis & veritatis*, credentes in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum; in Trinitatem consubstantialem, increatam, credentes resurrectioni, Dominum iterum venturum exspectantes, non quidem adhuc humiliter, sed gloriose cum cælesti splendore, cum refulgentibus Angelis, cum tuba, & metu, & lætitia, lætitia quidem sanctorum atque justorum, metu vero iniquorum atque peccatorum. Deus autem pacis, nos omnes in operibus bonis ac fide orthodoxa repertos, resurrectione cum sanctis dignetur, gratia & benignitate unigeniti Filii sui; cum quo gloria honor & adoratio sancto, & bono, & vivifico Spiritui, nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

1. Cor. 10. 4.

Mat. 23. 38.

1. Cor. 5. 8.

Finis Spuriorum Tomi secundi.

SELECTA EX NOTIS HENRICI SAVILII ET FRONTONIS DUCÆI IN SECUNDUM TOMUM OPERUM S. JOANNIS CHRYSOSTOMI.

HIS NOTULAS ADJICIMUS ALIO CHARACTERE ASTERISCO PRÆVIO.

NOTÆ HENRICI SAVILII ad Homilias in Ἀνδριάντας.

Pag. 1. IN titulo lege, Χρυσοστόμου ἀνδριάντες. ὁμιλία λεχθεῖσα &c. Hunc enim titulum agnoscunt omnes omnium, ut puto, Bibliothecarum Codices Mss. Et quidem eversarum Theodosii & Placillæ statuarum meminerunt omnes pene illorum temporum Scriptores, Theodoretus, Sozomenus, Zosimus, Libanius in Oratione περὶ στάσεως, & cæteri. De numero, constat in Bibliothecis non plures reperiri una & viginti Homiliis ἀνδριάντων: recteque vidit, & primus, quod sciam, notavit Fronto Ducæus, cæteras omnes præter unam & viginti priores ad populum Antiochenum, centones esse ex aliis operibus Chrysostomi, præsertim ethicis locis, consarcinatos Porro hanc ἀνδριάντων editionem adornavimus ex optimo meo Ms. & duobus Oxoniensibus, uno in Collegio novo (quem expressit in editione sua doctiss. Johannes Harmarus) altero in Bibliotheca Universitatis, cui accessit quartus Croshavii nostri: adhibitis etiam ex octo Regiis Lutetiæ variantibus lectionibus & castigationibus a doctiss. Frontone in notis suis repræsentatis. B. 9. ὅτι τὴν ἐξουσίαν. Hoc latissime persequitur Isidorus Pelusiota in iis epistolis, quas varias scripsit ad Eusebium, qui ordinationes Sacerdotum pecunia dabat venales. Sed non reticebo conjecturam meam de hoc loco. Pro ἐπεγεί legerem αὐτοὶ, ipsi nempe οἱ χειροτονοῦντες: malim etiam παρέχοντο. * *Atqui prisca lectio, quam omnia exemplaria præferunt, bene habet.*

P. 2. D. 6. μακρᾷ. Melius cum Interprete μικρᾷ. * *Utraque lectio quadrat, sed malim* μακρᾷ. *Si enim* μικρᾷ *dixisset, pro more suo addidisset* κἂν μικρᾷ.

P. 10 B. 1. lego, ὡς καὶ οἱ ἄπιστοι νομίζουσι. M. * *Sic recte restituitur locus, reclamantibus licet Mss. Hic probe in Notis Savilianis Montacutus, qui levissimas alias & nonnumquam futiles conjecturas protulit, quas nos consulto omisimus.*

P. 13 E. 3. εἰς τὴν αὐτὴν ἀρετὴν. πολιτείαν rectius quam ἀρετήν. Nam πολιτεία, quæ vox in doctiss. Harmari edit. erat, magis est Chrysostomica, quam ἀρετή. Est enim ἡ κατ' ἀρετὴν ἀναστροφὴ, quod magis est, quam ἀρετή. * *Atqui* ἀρετὴ *in maxima Mss. parte adest, & optime quadrat.*

P. 14 B. 5. Pro πλατείαις quidam Codd. ἐπαύλεσιν.

P. 35. A. 2. κοινὸν τοῦ διδασκάλου. Præter Flavianum pro Antiochenis adiit Theodosium Constantinopoli Libanius provecta jam ætate vir, eique obtulit eam, quæ extat περὶ στάσεως, orationem. Zosimus hanc ereptæ periculo Antiochiæ gratiam Libanio sophistæ, & Hilario cuidam philosopho datam ait, de Flaviano ne verbum quidem. Nostri contra totum attribuunt Flaviano, nulla ne minima quidem facta Libanii mentione. Neutri, ut opinor, recte. Nam Flaviani profectionis testes sunt hæ Chrysostomi orationes omni exceptione majores, & Libanii, illa quæ extat de hoc argumento ipsius oratio περὶ στάσεως.

P. 36. D. 5. ποιούντων, ἡ τόλμη. Forte legendum, ποιούντων, ἀλλ' ἡ τόλμη. Interpres proculdubio legerat, ποιούντων ἡ τόλμα καὶ παρανομία πᾶσα. * *Eodem ego scrupulo moveor, suspicorque legendum,* ποιούντων, ἀλλ' ἡ τόλμη.

P. 96. B. 4. λοιπὸν ὑμῖν συντάξασθαι βούλομαι ὡς ἀφιστάμενος, ἵνα ἀσφαλίζησθε. Hoc est, ut opinor, *Valedicam vobis, ut is qui discedit* (ab amicis) *quo cautiores sitis.* Nam συντάξασθαι est *valedicere.* Vide quæ docti viri annotarint ad Nazianzeni λόγον συντακτήριον. * *Id certe bene notatum puto, licet non omnino certum videatur.*

P. 115. A. 10. ἐκ τοῦ στρατοπέδου, hoc est *ex aula:* quasi Imperator semper in procinctu staret. Quo etiam sensu utuntur posteriores Græci vocabulo latino κομίτατος. Imperator Constant. apud Socratem, & alii.

P. 141. D. 5. καὶ γὰρ παρεκάλεσα πρώην. Videtur illa oratio intercidisse.

P. 152. E. 2. τῶν βασιλέων. Scilicet Theodosii & Placillæ uxoris ejus, non solius Placillæ, ut vult Theodoretus.

P. 188. D. 5. In titulo τῇ κυριακῇ τῆς ἀποσωζομένης. Hoc est, Dominica proxima post Pascha, Dominica in Albis. * *Vide in Præfatione nostra.*

P. 199. Habita est hæc oratio Antiochiæ non multo post eversionem statuarum, fortasse in fine ejus Quadragesimæ, quæ eversionem illam secuta est, eoque fit ut in multis Mss. τοῖς τῶν ἀνδριάντων λόγοις accenseatur. Porro hanc edit. damus ex fide trium Mss. duorum in Biblioth. Colleg. novi Oxon. & tertii Croshavii nostri, adhibita etiam doctiss. Frontonis editione, quam ipse ex quinque Mss. concinnaverat. B. 3. ἀνηλμάκτου, quidam Codices addunt καὶ ἁγιαστικῆς.

P. 217. B. 1. εἰς τοὺς ἀπελθόντας. Recte observavit doctiss. Fronto Ducæus hæc de Placilla, quæ jam decesserat, dicta.

P. 223. B. 11. Pro his verbis, ὡς δὲ ἐπέκειτο, usque ad τὴν παρ' ἡμῖν φιλοσοφίαν inclusive, Ms. ex Biblioth. Bavarica habet hæc verba: Οὕτω μὲν ἀκούσας ὁ εὐλαβέστατος ἀνὴρ, καὶ τὴν λύσιν τῆς πόλεως ἐγγράφως παρὰ τοῦ βασιλέως δεξάμενος, ὅλως (forte ὅλος) ἔχαιρε, καὶ εὐχαριστήσας τὰ μέγιστα ἐξῆλθε τῆς πόλεως.

NOTÆ QUÆDAM JOHANNIS BOISII ad Homilias in Ἀνδριάντας.

Pag. 55. C. 1. τὰ πτώματα τῶν τοσούτων ἰδόντες τυράννων. Forte, τὰ πτώματα τῶν τοσούτων ἰδόντες τυράννῳ πειθομένων; vel plenius, καίπερ τὰ πτώματα &c. Id est, *Tametsi viderent tam multorum hominum tyranno obsequentium prostrata coram idolo corpora.*

P. 107. lin. ult. μέχρι παντός. Lego, κἂν τὸ ἕτερον στασιάσῃ μέρος, πάντως θάνατος &c.

NOTÆ FRONTONIS DUCÆI IN HOMILIAS ad Populum Antiochenum.

Cum ad operum Beati Joannis Chrysostomi editionem prælo adornandam animum appulissemus, cujus solius ex quatuor Græcis Ecclesiæ Doctoribus monumenta omnia in lucem utraque lingua nondum emissa sunt, ab eo volumine ducendum initium existimavimus, ad quod excudendum plura nobis ex Regis Christianiss. Bibliotheca librorum calamo exaratorum adjumenta suppetebant. Nam quoniam in quatuor priores tomos distributa sunt ea opera, quibus varia cum Veteris tum Novi Testamenti loca

exp[o]nduntur,

expenduntur; in hunc autem ex congestæ sunt Orationes, quibus argumenta diversa tractantur, & panegyricæ Sanctorum Martyrum laudationes continentur, eo factum est, ut ad ea sæpius describenda suam operam Librarii contulerint: quocirca nobis etiam commodius id fuit, ut interim dum ad alios tomos edendos amicorum ex aliis regionibus auxilia exspectamus, his non dissimilis argumenti sermones de Sanctorum laudibus habitos, olim a nobis separatim in lucem editos adjungeremus, & quantum preli currentis celeritas ferre posset, aliorum Interpretum latinam versionem recenseremus. Ac licet adeo sit ingratum & molestum hoc laboris genus, quo ex veterum Codicum comparatione variæ lectiones colliguntur, ut illud non Typographici modo correctores, sed interpretum etiam permulti defugiant, dum unius libri fide contenti, qui primus occurrit, interpretationem suam pertexunt: tamen id certe doctorum virorum experientia compertum est, parum ab eo præstari posse, qui unius ope fultus gravis alicujus auctoris editionem susceperit, sic ut mutilas truncatasque sententias ex ingenio cogatur explere, aut primis tantum lineamentis adumbratam, non vivis expressam coloribus mentem scriptoris illius proponere. Certe non paucis in locis auctas fuisse a nobis priores has ad populum Antioch. Homilias, ac veriorem erutam ex diversis Codd. lectionem ea, quam interpres offenderat, comperiet quicumque vel Brixiani vel Gelenii editiones cum nostra contulerit. Postquam enim collatum cum tribus quatuorve Regiis Codd. Editionis Anglicanæ textum Græcum emendavimus, & recognitam latinam interpretationem cum eo, prelo subjecimus, dum rursus excusa relegimus, & ex aliis quatuor Mss. Codd. ἀνθολογραφίας & discrepantias iterum colligimus, non pauca nobis animadversione digna sunt visa, quæ nostris his Notis intexuimus, ut simul & emendationum nostrarum rationem redderemus, & sicubi similia, vel apud Chrysostomum, vel apud alios Patres Græcos emendanda loca sese offerent, eadem opera medicinam illis faceremus, simulque si quid ad historicam narrationem aut mentem auctoris illustrandam faceret, adderemus: cæterum id nobis propositum fuit potissimum, ut quæ ad genuinam ejus lectionem conferrent persequeremur; non quidem ut ex aliorum reprehensione laudem quæreremus, cum probe noverimus, ab aliis etiam post nostram operam spicilegium fieri posse, quandoquidem

Μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστὶ θεοῦ καὶ πάντα κατορθοῦν.

Sed neque idcirco abstinendum a subsidio SS. Patrum operibus ferendo censemus, ne forte aliorum officere luminibus videamur, cum non modo prior dies posterioris sit discipulus, sed progressu etiam temporis diversarum ætatum hominibus veritas innotescat. Ad has igitur homilias ad Antiochenos emendandas binis usi sumus Mss. Codd. Regis Francisci I. Regiis insignibus & symbolo exornatis, quos notabunt hæc elementa, F. 1. & F. 2. binis item Regis Henrici II. quos indicabunt hæc duo, H. 1. & H. 2. alii quatuor Henrici IV. Franc. Navarræque Regis ære coëmti sunt ab heredibus Reginæ Christianiss. Catharinæ Medicææ cum reliquis ejus Bibliothecæ voluminibus, quos hæc literarum compendia designabunt HN. 1. HN. 2. HN. 3. HN. 4. Anglicanam editionem A. Porro historiam eversarum Theodosii & Placillæ statuarum narrat Theodoretus l. 5. c. 10. & Sozom. lib. 7. c. 25. hist. Eccles.

Homiliæ XXI. In recentioribus editionibus exhibentur in limine tomi 5. S. Joannis Chrysostomi homiliæ LXXX. ad pop. Antiochenum potissimum habitæ, Bernardo Brixiano interprete, neque repetitur nomen auctoris, aut præfigitur singulis homiliis, nisi post vicesimam primam, quod nimirum vicesima secunda Joanni Constantinopolitano, cognomento Jejunatori, tribuatur, & vicesima tertia cum sequentibus Joanni Chrysostomo restituatur: quo certior est codicum scriptorum fides, in quibus hæ tantum priores numero viginti & una de statuis habitæ dicuntur, nec aliæ quinquaginta octo usquam græce scriptæ occurrunt: sola XXII. in uno Regio ms. Henrici IV. cæteris præcedentibus subjiciebatur; in aliis autem libris, post vicesimam primam addebatur homilia de debitore decem millium talentorum, quæ incipit, ὡς ἐκ μακρᾶς ἀποδημίας. *Quasi ex longinqua peregrinatione.* Et vigesima tertia erat illa cujus argumentum est, περὶ μνησικακίας ἤτοι ὀργῆς. *De simultate vel ira*, initium autem hoc. πρὸς τὸ τέλος ἡμῖν τῆς νηστείας λοιπὸν ὁ καιρὸς ἐπείγεται. *Ad finem nobis jejunii reliquum jam deinceps tempus deproperat*: quam habes p. 199. hujus tomi: in quibusdam contra, hæc de simultate præcedebat illam de debitore, ut in catalogo librorum qui Theodosiæ in Taurica Chersoneso servantur, & in Augustanæ reipubl. Bibliotheca num. XLVI. nec plures, quam XXII. aut XXIV. in Codd. Mss. inveniuntur: quamobrem cæteras octo & quinquaginta nihil aliud esse, quam quædam ἀπανθίσματα orationum ejus asserere possumus, cujusmodi sunt illæ a Theodoro Magistro contextæ, ut ille censet, qui Catalogum Augustanæ Biblioth. conscripsit, & quas ante paucos annos Moguntiæ noster P. Balthasar Etzelius in lucem edidit. Ut igitur ex Basilii scriptis olim Simeon Magister breves illas orationes moralibus refertas sententiis collegit; sic delectas morales cohortationes, quibus suas claudere consuevit homilias Chrysostomus, tanquam ex diversis laciniis consutas, in unius concionis corpus cum aggregassent Basiliani forte quidam Monachi, has homilias contexuerunt, & in eodem libro cum illis quas ad Antiochenos habuerat descripserunt, in quem cum Bernardus Brixianus vel alius quispiam incidisset, eadem opera omnes latinitate donavit jam inde ab anno 1504. Siquidem illius temporis editionem omnium antiquissimam vidimus in Monasterio quodam Lotharingiæ, impressam Basileæ in officina Jacobi de Pfortsen, quam proxime secuta est altera Germanica apud Cratandum an. 1522. & paulopost Gallica Petri Gromorsi apud inclytam Galliæ Pariseam, ut illius temporis sermo ferebat, anno scilicet 1523. deinde post varias editiones in eadem urbe Germaniæ Basilea ex Frobenii prelo nova prodiit editio Sigismundi Gelenii, qui in hoc ultimo tomo tantum se præstitisse scripsit, quantum a Græcis exemplaribus adjutus fuisset. *Ex LXXX. homiliis*, inquit, *quæ primum locum tenent XXI. tantum contulimus, in reliquis destituti a Græco volumine: certe de his solis indubitato argumento colligitur, Antiochiæ habitas, de reliqua farragine non item.* Id vero clarius apparebit, cum in notis nostris postea, quas in easdem has XXI. scripsimus, ea Chrysostomi loca indicabimus, ex quibus singula centonum istorum fragmenta desumta sunt, paucis excerptis, quæ facile quivis, ejusdem subtegminis telam esse judicabit. Neminem igitur perturbare debet hæc suppressio tot homiliarum, sed compendium potius ac lucrum in hac fecisse jactura quisque sciat, ne in posterum citari Chrysostomum exempli causa in Matthæum audiamus, qui totidem verbis in homilia quapiam ad Antiochenos id repetierit, cum nunquam ita pronunciatæ ab eo fuerint hæ orationes, ut sunt dispositæ; in quibus nullum prooemium est, nulla locorum Scripturæ expositio, sed morales tantum cohortationes per totum homiliæ corpus diffusæ, quod est insolens plane Chrysostomo. Itaque nonnullas reperias ex duarum Homiliarum digressionibus, nonnullas ex trium quatuorve contextas; quasdam nihil aliud esse ὁλοσχερῶς, quam unius alicujus postremam illam clausulam exhortatoriam, quæ quot diversos nacta est interpretes, in eamdem quidem sententiam, sed in diversa tamen verba incurrentes, tos homilias peperit: sic ut homiliæ 14. ad Romanos cohortatio duobus locis repetita rursus occurrat: nihil quippe aliud est illa XXXV. ad pop. Antiochenum homilia, *Amabile Sanctorum omne genus*, nec illa altera in eodem tomo 5. quæ inscribitur de misericordia, *Audite fratres Paulum dicentem, Induite.* Nihil inquam aliud, quam moralis pars homiliæ illius 14. Φιλόστοργον γὰρ ἅπαν τὸ τῶν ἁγίων γένος. *Est enim Sanctorum genus omne benevolum.* Quis igitur hic sibi fucum factum non ægre ferat, eamdemque homiliam pro tribus diversis venditam, aut quasi libros emeret Sibyllinos, duplo aut triplo auctius quam par esset, Sermonum Chrysostomi precium a se exactum fuisse? Quis rursus Græcum textum illarum 58. excudi a nobis postulet, cum pene omnes earum sententias & periodos in homiliis in Matthæum, Joannem, Apostolorum Acta, vel Epistolas Pauli jamdudum excusis notatas reperiat & indicatas? Quamobrem in earum locum reliquas hujus tomi quinti substituimus, & eas quæ de laudibus SS. Martyrum vel Confessorum ab eodem conscriptæ sunt, & ad eumdem Antiochenum vel Constantinopolitanum populum habitæ, ut ex iis conflata prior hæc pars hujus tomi quinti in justum volumen excresceret: posteriori vero parti libros sive tractatus cu-

jusmodi sunt de providentia, de virginitate, & de Sacerdotio, itemque ipsius Epistolas ad diversos missas reservavimus.

* *Tres sequentes notas, quarum prima in eo est tota, ut probetur Homilias illas 21. inscribi in* ἀνδριάντας, *quæ res est explorata; secunda additam vocem* φωνῆς *tuetur; tertia probat* χειροτονίαν *significare ordinationem, quæ res nemini non nota; has, inquam, notas consulto prætermittimus, ut & sequentem quæ pravam Bernardi Brixiani interpretationem jam emendatam respicit.*

P. 3. C. 9. Cujus ossa. Idipsum de Timotheo repetit inferius Hom. 6. adversus Judæos, καὶ νεκρὸς ἐγείρων καὶ δαίμονας ἐλαύνων, καὶ μυρία νοσήματα διορθούμενος. Et Hieronymus adversus Vigilantium, *Sacrilegus fuit Constantinus Imperator, qui sanctas reliquias Andreæ, Lucæ & Timothei transtulit Constantinopolim: apud quas dæmones rugiunt, & inhabitatores Vigilantii illorum se sentire præsentiam confitentur.* In libro quoque de Scriptoribus Ecclesiasticis, in Luca scribit Constantinopoli vicesimo Constantini anno ossa Lucæ cum reliquiis Andreæ Apostoli de Achaïa esse translata: ubi annotat Victorius antea lectum esse, Constantii, quæ lectio antiquarum editionum verior censenda est, cum in Chronico Eusebii ab Hieronymo latinitate donato & aucto conferatur hæc translatio in annum Constantii filii Constantini decimum nonum, & Olympiadis 284. annum 1. *Reliquiæ Apostoli Timothei Constantinopolim invectæ:* & anno 20. ejusdem Constantii, *Constantio Romam ingresso ossa Andreæ Apostoli & Lucæ Evangelistæ a Constantinopolitanis miro favore suscepta.* Theodorus Lector in fine libri 2. Collectaneorum, ἐπὶ Κωνσταντίου εἰσῆλθον ἐν Κωνσταντίνου πόλει τὰ λείψανα τῶν ἁγίων ἀποστόλων, Τιμοθέου μὲν πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν Ἰουλίων, Ἀνδρέα δὲ καὶ Λουκᾶ πρὸ πέντε νωνῶν Μαρτίων. *Sub Constantio Constantinopolin venerunt reliquiæ S S. Apostolorum, Timothei quidem 8. Kal. Julii, Andreæ vero & Lucæ 5. nonas Martii*, anni scilicet consequentis: idemque Artemii Mart. Acta testantur. Certe ex eodem Chronico, liquet Constantinum maximum mortem obiisse jam ab anno primo Olympiadis 280. Porro de cæterorum quoque Martyrum reliquiis, earumque vi ad dæmones expellendos, multa habes infra. * *Vide indicem hujus secundi tomi Editionis nostræ ad vocem, Reliquiæ; sed maxime omnium indicem generalem ad calcem operum Chrysostomi, cum lucem videbit.*

P. 4. D. 3. τίς γὰρ ἐκείνῳ. H. N. 3. τί γὰρ ἐκείνου φιλοστοργότερος. * *In nota nostra ibid. sic legendum,* τίς γὰρ ἐκείνου φιλοστοργότερος γέγονε.

P. 5. C. 12. ὑπόπτερος H. N. ὑπόπτερος ἀετὸς Κοινθ. *quasi pennata quadam aquila.*

P. 6. E. 10. *valetudinem adjuvet.* Græca sonant, *quantum infirmitatem corrigat*, vel *ægritudini medeatur:* Hæc postrema interpretatio melior.

P. 7. *Contra Hæreticos.* Severianorum hoc commentum narrat Epiphanius hæresi 45. τὸν διάβολον καταβεβλῆσθαι εἰς τὴν γῆν, κατεληλυθότα ὀφιώδη ὄντα εἰς οἶστρον ἐληλακέναι, καὶ τῇ γῇ μεμίχθαι ὥσπερ γυναικὶ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ σπέρματος ἀποσπερματίσαντος τὴν γονὴν τὴν ἄμπελον ἐβλαστηκέναι. *Diabolum dejectum in terram, cum in serpentis specie descendisset, in œstrum concitatum esse; & terræ commixtum velut mulieri, & ab ipsius semine ubi genituram effudisset, vitem germinasse.* Augustin. hæresi 24. *Severiani vinum non bibunt, eo quod fabulosa vanitate de satana & terra germinasse asserunt vitem*, &c.

P. 9. C. 7. καὶ τὸ μὴ φυσᾶσθαι. H N. 1. καὶ τὸ μὴ φυσῆσαι.

P. 10. E. 7. *Quod videt in me.* Ita quidem Vulgata Lat. sed in textu Græco Apostoli vulgo legitur, ὑπὲρ ὃ βλέπει με. *Supra id quod videt me.* Apud Ambros. in Comment. in hanc Epist. textus sic habet, *supra id quod videt esse me.* Et exponitur, *Ne quis me existimet ultra gloriam meam tendere, quam limes meritorum admittit.* In Hom. 26. Chrysostomi in hunc locum, λογίσηται ὑπὲρ ὃ βλέπει ἢ ἀκούει ἐξ ἐμοῦ. *Existimet supra quod videt, aut audit ex me.* Ubi tamen addendum videtur pronomen με, suadentibus cæteris Bibliorum & Patrum Græcorum Libris.

P. 11. E. 6. LXX. τὰ ἔξω αὐτοῦ, καὶ τὰ ἔσω τῆς οἰκίας αὐτοῦ.

P. 14. E. 9. εἰς μαρτύριον *ad Martyrium*, qua voce indicatur nonnumquam monumentum vel sepulcrum Martyris alicujus; nonnumquam etiam ædes sacra, sive templum. Monumentum dicitur martyrium ab Augustino l. 22. de Civit. Dei c. 8. *Cum loci sancti cancellos ubi martyrium erat, idem juvenis orans teneret.* Appellabatur & confessio, & memoria, unde vetus interpres illum Canonem 20. Gangrensis Concilii, εἴ τις βδελυσσόμενος τὰς συνάξεις τῶν μαρτύρων, vertit, *Si quis conventus abominatur, qui ad confessiones martyrum constituuntur.* Sed & Basilicæ martyrum quæ vocantur ab Hieronymo Ep. 53. sive templa martyribus dicata, martyria dicuntur. Eusebius l. 4. c. 40. de vita Constantini voluisse inquit Imperatorem Episcopis vocatis τοῦ μαρτυρίου τὴν ἀφιέρωσιν ποιήσασθαι. *Martyrum domum* vel *martyrium consecrare* Jerosolymis, quod ipsum Theodoretus narrans l. 1. c. 31. Hist. Eccl. appellat καθιερῶσαι νεὼς, *templa consecrasse.* Et cap. 32. ejusdem libri, σωτήριον τὸ μαρτύριον, *salutare Christi monumentum*, appellat templum Resurrectionis Domini. Quemadmodum & Athanasius Apol. 2. ἐπὶ ἀφιερώσει τοῦ σωτηρίου μαρτυρίου, *ut dedicationem templi Salvatoris celebraremus.* Et in Epist. ad Solitarios, εἰς τὸ μαρτύριον Πέτρου τοῦ ἀποστόλου, *in templum Apostoli Petri.* In Conc. Ephes. Act. 1. τὰς ἐκκλησίας καὶ τὰ ἅγια μαρτύρια. *Ecclesias Sanctorumque Martyrum ædes.* In Chalcedonensi initio singularum actionum dicitur Synodus congregata ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ τῆς ἁγίας μάρτυρος Εὐφημίας. *In Sanctissima Ecclesia S. Martyris Euphemiæ.* Et Act. 5. ἐν τῷ μαρτυρίῳ τῆς ἁγίας καὶ καλλινίκου μάρτυρος Εὐφημίας ὥρισε τὰ ὑποτεταγμένα. *In Ecclesia Sanctæ & victricis martyris Euphemiæ hæc definivit.* Zosimus l. 5. ἔν τινι τόπῳ καθ' ὃν ἱδρύσας Εὐφημίας μαρτύριον ᾠκοδόμητο. *In quodam loco ubi S. Euphemiæ martyris ædes exstructa stabat* &c. Susceptas autem fuisse peregrinationes ad monumenta & Basilicas martyrum, laudabili & Patribus probato instituto disces ex ejusd. Chrys. Hom. 26. in 2. ad Corinthios: ubi vel ipsos Imperatores ad Martyria profectos ait, ut spectaculo fruerentur miraculorum, quæ illic fiebant; ὑπὲρ μὲν τοῦ βασιλικὰς ἰδεῖν αὐλὰς, οὐδεὶς ἄν ποτε ἀποδημήσειε· βασιλεῖς δὲ πολλοὶ πολλάκις ἀποδεδημήκασι ταύτης ἕνεκεν τῆς θεωρίας. Lib. 1. ad Stagirium, *Martyrum loca frequens adiisti, ubi plurimi sanati sunt*, & Hom. in Psalm. 115. σκόπει δὲ καὶ ἐπὶ τῶν μαρτύρων τοὺς τάφους τὰς πόλεις συντρεχούσας, τοὺς δήμους ἀναπτομένους τῷ πόθῳ. *Contemplare etiam civitates ad martyrum sepulcra concurrentes, & populos inflammatos eorum desiderio.* Hieron. Ep. 15. de Laudibus Asellæ, *ad Martyrum limina sæpe invisa properabat.* Idem Augustinus epist. 137. *Ut certo placito se constringerent, ad locum sanctum se peregrinaturos.* Idem Paulinus Natali S. Felicis, *Quis tantos agit huc populos? quænam manus urget dæmonas?* * *Multa de Martyriis, seu Ecclesiis martyrum, & innumera pene de Reliquiarum cultu loca videbis in Indice generali operum Chrysostomi ultimo tomo.*

P. 28. B. 14. *Circa fugientia.* Alludit ad illud Amos Prophetæ 6. 5. ὡς ἑστηκότα ἐλογίσαντο, καὶ οὐχ ὡς φεύγοντα. *Quasi stantia putaverunt, non quasi fugientia.* Sic Hieron. qui & exponit, *Res enim sæculi & omnia corpora secundum Epicurum per momenta fluunt, & abeunt, & nihil in suo consistit statu, unde & in sæculari litteratura legimus: Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus. Et in alio loco, Heu, heu fugaces Postume, Postume, labuntur anni.* Tertullianus adversus Marcionem l. 4. c. 15. vertit, *tanquam perseverantia deputaverunt, & non tanquam fugientia.* Perperam in Plantiniana singulari numero, *sicut stantem putaverunt, & non sicut fugientem.*

P. 32. B. 5. συναναστραφεὶς, F. 1. συναναστραφεὶς, quemadmodum & legisse videtur Brixianus, sed tuentur lectionem A H. 2. H N. 3. & alii Regii Codd. certe usitatius est συναναστρέφεσθαι. Ut Baruch. 3. 38. καὶ ἐν τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. *Et cum hominibus conversatus est.* Ecclesiastici 41. 8. καὶ συναναστρεφόμενα παρ' οἰκίαις ἀσεβῶν, *& qui conversantur secus domos impiorum.* Hic ergo scribendum esset, *qui vitam in deliciis duxit Salomon.* *. *Ego quoque sic mutandum censerem, nisi idipsum esset, deliciis innutritum esse, & vitam in deliciis duxisse.* C. 9. τῷ μὴ χρυσῷ H. N. τοῦ μὴ χρυσῷ. H. 2. F. 1. τὸ μὴ χρυσῷ, quæ præferenda cæteris lectio. * *Ego quoque præferendam illam esse, & ita corrigendum censeo.*

P. 37. A. 3. νῦν τοῦτο. Scribendum ex F. 1. H. 1. νῦν τοῦτο τὸ πρῶτον καὶ μόνον τὸ πλήμμα. * *Ita certe melius.*

P. 49. C. 8. χειμὼν ψυχῶν. F. H. χειμὼν, χειμὼν ψυχῶν; *ingruit hyems, hyems animarum, non aëris.*

P. 54. D. 9. *in campo enim Deira.* Mira fuit hujus nominis depravatio, & quasi Chimica transformatio; primum enim in antiquiss. Parisiensi Edit. anni 1523. editum fuit, *in campo de are*, in Basiliensi *de aure*, in aliis recentioribus Parisiensibus *de auro.* In Vulgata Lat. Danielis 3.

v. 2. *in campo Dura vel* Duran Hebraïce דורה Durah. In Græco textu Edit. Plantin. atque in omnibus Regiis Codd. Chryſoſtomi legitur ἐν πεδίῳ Δεηρᾷ. Tamen admonet Hieronymus pro *Dura*, Theodotionem *Deira*, Symmachum *Doraum*, LXX. περίβολον, hoc eſt, *vivarium*, vel *concluſum locum* tranſtuliſſe. In Mſ. Viri Cl. N. Fabri lego, *in campo Duram*, & Symmachus, *Duraum*, in aliis Mſſ. *Durum*, ſed Regii Codd. Prophetiæ Danielis, & ille vetuſtiſſimus Illuſtriſſ. Card. Rupifucaldii ita plane habent ut editio Vatic. Δεειρᾷ, unde illud manavit, quod ex Theodotione Latine ſcribit Hieron. *Deira*. Danielem enim ex Theodotionis editione vetus Eccleſia legebat: vera igitur lectio ex Hebræo erit *Dura*, Græca Δεειρᾷ, & ex ea latine *Deira*.

P. 65. A. 3. εἰς τὴν ἄνω. Brix. *ſed in cæleſtem civitatem mittet:* quaſi ſcriptum reperiſſet στελεῖ, non τελεῖ, quod ſonat cenſeri, attribui, numerari: ut apud Baſilium de 40. Martyribus, εἰς τοὺς στρατιωτικοὺς τελεῖν ἐτύγχανον καταλόγους: *in cohortes & numeros legionum allecti ſunt & centuriati.* Lucianus, εἰς τοὺς ἄνδρας τελεῖν ἠρξάμην, *inter viros cenſeri cœpi.* Herodianus l. 3. in Severo, καὶ τοὺς παῖδας εἰς ἡλικίαν ἐφήβων ἤδη τελοῦντας, *filios jam puberes.* * *Reclamant huic priorum editorum lectioni, cum Mſſ. plurimi, qui habent* στελεῖ, *vel* ἀποστελεῖ; *tum Saviliana editio. Sane lectio* στελεῖ *quadrat ad ſenſum: etſi* τελεῖ *etiam quadrare valeat, & forte melius.*

P. 67. B. 11. καὶ τῆς αἰτίας. H. 2. H N. 4. καὶ τῆς κακίας, quam veriorem lectionem interpres etiam agnoſcit, & ita paulopoſt dixit, καὶ ἀποστάντας τῆς κακίας ἀπήλλαξε τῆς ὀργῆς. * *omnes Mſſ. noſtri* τῆς αἰτίας *habent; ſincerior quidem videtur lectio* τῆς κακίας, *ſed cum* τῆς αἰτίας *etiam bene habeat, nihil in textu mutandum cenſuimus.*

P. 69. C. 3. pro ἀτερμάτιστον κατηνέχθη, legebatur in ſolo H. N. 1. ἀνερμάτιστον. ut apud Baſilium non ſaburratum, non ſtabilitum ſaburra dicitur navigium ἀνερμάτιστον πλοῖον, & apud Euſtathium, ἀνερμάτιστος ναῦς, cui non eſt impoſitum onus, ut neutram in partem magis propendeat: idemque valet apud Suidam ἀτερμάτιστος ut in vulgatis lexicis annotatur, ad verbum, *non fundatum, non ſtabilitum,* ut idem ſit τέρμα, quod ἕρμα.

P. 73. A. 2. φόβος. Addebatur in inſcriptione Codicis H. N. 3. καὶ ἡ τῶν ἱερέων παράκλησις, καὶ ὅτι χρὴ αἴτια προσδοκᾶν διὰ τρία ταῦτα· διά τε τὸ συμποδισθῆναι τοὺς μηνύσαντας τὰ γεγενημένα, καὶ τὴν ἀποδημίαν τοῦ ἐπισκόπου Φλαβιανοῦ, καὶ διὰ τὴν παροῦσαν τεσσαρακοστήν, καὶ ὅτι ἀδίκως.

P. 75. B. 2. *Caſtra.* Per caſtra hic intelligenda eſt Imperatoris aula ſive Comitatus, ut illo ſæculo ſolebat appellari. Concilium Sardicenſe Can. 7. ἐπικείνατε μηδένα ἐπίσκοπον χρῆναι εἰς τὸ στρατόπεδον παραγίνεσθαι, παρεκτὸς τούτων, οὓς ἂν ὁ εὐλαβέστατος βασιλεὺς ἡμῶν τοῖς ἑαυτοῦ γράμμασι μετακαλοῖτο. Interpres recentior: *Statuimus nullum oportere epiſcopum ad caſtra accedere, præter eos, quos pius Imperator noſter ſuis literis accerſit.* Antiquior vero interpres Dionyſius exiguus: *Decernite, ne Epiſcopi ad Comitatum accedant, niſi forte hi, qui religioſi Imperatoris literis vel invitati vel evocati fuerint.* Poſſidonius in vita S. Auguſtini, *Apud Mediolanum, ubi tunc temporis Valentiniani Junioris Comitatus erat.* Auſonius ad Symmachum: *In Comitatu, inquam, qui frontes hominum aperit, mentes tegit.* Tum vero fuiſſe Conſtantinopoli Theodoſii Imp. aulam, dum ad bellum Maximo tyranno inferendum neceſſaria compararet, ex Theodoreto l. 5. & Sozomeno l. 7. colligi poteſt.

P. 81. C. 9. βασιλεῖς καὶ A. ὑπάρχους καὶ βασιλεῖς. Danielis. 3. 2. συναγαγεῖν τοὺς ὑπάτους καὶ στρατηγοὺς, καὶ τοπάρχας, ἡγουμένους καὶ τυράννους. *Ut congregaret conſules & magiſtratus, & toparchas, duces & tyrannos.* Et Daniel 6. 7. συνεβουλεύσαντο σατράπαι, καὶ ὕπατοι. *Conſilium inierunt ſatrapæ & conſules.* At in quibuſdam editionibus legitur καὶ ὕπαρχοι, quæ vox proprie præfectos Provinciarum ſignificat &c. * *Hic multa congerit Fronto Ducæus, ut probet vocem* ὕπαρχος *præfectum ſignificare; quæ ſane res a multis fuſe diſputata fuit: verum quod hic dicit de Imperio tantum Romano intelligitur, ubi, ut* ὕπατος *conſulem, ita* ὕπαρχος *provinciæ præfectum ſignificavit. Secus vero tempore Danielis apud Babylonios: neque enim vox* ὕπατος *conſulem, ſi de illo tempore atque regno intelligas; neque vox* ὕπαρχος *ſemper præfectum, ut quidem opinor ſignificat; ſed utramque vocem recte interpreteris principem ſeu magiſtratum.*

P. 90. D. 8. *Dexterum eundo.* Plutarchus in vita X. Oratorum. καὶ τὸν ὦμον ἐν τῷ μελετᾶν κινοῦντα ἀπρεπῶς καταπαῦσαι παρηρτήσαντα ὀβελίσκον, ἢ ὥς τινες ξιφίδιον ἐκ τῆς ὀροφῆς ἵνα φοβούμενος ἠρεμοίη. *Cumque inter declamandum movere ſoleret humerum inconvenienter, id deſuevisse, ſuſpenſo e culmine veru, aut, quod alii dicunt, gladio, ut ejus metu ſe contineret.* Non inter eundum ait, ſed inter declamandum, eodemque utitur exemplo, ſuppreſſo item Oratoris Demoſthenis nomine Homil. 17. in Matth. &c.

P. 111. D. 4. δυσκρασίας. H. N. 1. εὐκρασίας, *bonæ tempeſtatum anni temperiei.*

P. 120. B. 9. *equos ad currum jungens.* Alludit enim ad eorum morem, qui deputatis ad curſum publicum jumentis utebantur, unde vehicularis curſus appellabatur, ab Auguſto inſtitutus, quod junctis ad currum equis muliſve ferrentur. l. ult. D. de muneribus & honoribus: Curioſi, qui curis agendis & evectionibus curſus publici inſpiciendis operam dabant. l. ult. Cod. de Curioſis, & Præfectis cubiculorum. l. 4. in Cod. Theod. de curſu publico. *Pabula quæ ad mutationes manſioneſque ſingulas animalibus curſui publico deputatis ſolebant convehi.* l. 9. de anno, & Trib. in Cod. Theod. Inde & nummi cum hac inſcriptione, *vehiculatione Italiæ remiſſa.* Ejuſmodi equos per ſtationes diſpoſitos, ſive ſtabularios, publicis ſumtibus ſuſtentatos mutilavit Conſtantinus, & inutiles reddidit, ne quis fugientem ipſum perſequeretur, ut narrat Zoſimus l. 2. τοὺς ἐν τοῖς σταθμοῖς ἵπποις κωλύων, καὶ ἀχρείους ἐῶν τοῖς ἐξῆς ἑστῶσιν ἐχρῆτο, *& eis qui ulterius ſtabant utebatur.* Cicero pro Roſcio Amer. *Ameriam venit, ſex horis nocturnis ſex & quinquaginta millia paſſuum Ciſiis pervolavit.* Diodorus ſic tanta celeritate præditas eſſe dromadas camelos ait, ut paulo minus 1500. ſtadiis uno die conficiant. Iſidorus eas centum & amplius milliaria uno die pergere, Plinius l. 8. c. 42. Sarmatas equis ſuis per centena millia & quinquaginta continuo curſu euntibus inſidere. Idem docet l. 2. c. 25. ſtadium centum viginti quinque noſtros efficere paſſus, hoc eſt, pedes ſexcentos viginti quinque. Suidæ vero ἑπτὰ ἥμισυ στάδια ποιοῦσι μίλιον Stadia ſeptem & ſemis unum conficiunt milliare Italicum. Rectius Iſidorus l. 15. cap. 6. Orig. *Stadium octava pars milliarium eſt conſtans paſſibus* 125. Octo enim in 125. ducta, mille conficiunt: ergo duorum ſtadiorum millia ſi decurrat quis mutatis equis, ducenta quinquaginta milliaria uno die pervolabit: addidimus enim ante e Græco Brix. textui, *uno die*, δραμεῖται τῆς ἡμέρας. In quibuſdam tamen, ut in F. 2. & H. 1. 2. legebatur tantum, χιλίοις δυνήσεται σταδίοις ἀποδημῆσαι, *ad mille ſtadia peregre proficiſci poterit.*

P. 125. B. 5. αὐτὴν προσέθηκεν. Emendandum ex Mſſ. προέθηκεν. H. N. 3. παρέθηκεν. In H. N. 1. αὐτῷ παρέθηκε τράπεζαν καὶ πλουσίοις. * *Puto congruentiorem eſſe lectionem* προέθηκε, *& infra l. ult.* προέθηκε.

P. 134. B. 8. ἐφόβουν. Corrigendum ex Mſſ. ἐφόβουν οἱ στρατιῶται πάντας. Sed Interpres legiſſe videtur ἐσόβουν *arcebant, ſummovebant.*

P. 136. A. 9. *Proſcriptionis tabulas cernere licebat.* (*Sic interpretatio Brixiani.*) Atqui celebrioribus potius in locis urbis proſcriptionis tabulæ vel libelli proponebantur. Græce σήμαντρα appellat, quæ Latini ſigna, vel ſigilla, vel ſignacula: ſigna enim in annullis χαρακτῆρα habentibus imprimebantur in re teſtamentaria & aliis tabulis aut promtuariis. Sic Theodoretus Orat. 5. de Providentia, ὥσπερ τινὶ θησαυρῷ σήμαντρα καὶ σφραγῖδας ἐπιβάλλουσιν, καὶ οἷόν τινα δασμὸν καὶ φόρον διηνεκῶς τοῖς ἀνθρώποις χορηγοῦσι. *tanquam theſauro ſignacula & ſigilla imprimunt, illumque hominibus ceu regibus ſuis inſtar tributi & vectigalis aſſidue perſolvunt.* Sed cum domus aut prædia fiſco erant addenda, & in corpus fiſci redigenda, ut loquuntur juriſconſ. ſolebant illis imponi tituli, & ſigna imprimi ſolemniter ex diſpoſitione Comitis rerum privatarum, ut conſtat ex lib. 3. Cod. de bonis vacantibus, & de incorporatione, & lib. 1. Cod. ut nemini liceat ſine judicis auctoritate ſigna rebus imponere alienis. *Sæpe reſcriptum eſt*, ait Imperator, *ante ſententiam ſigna rebus, quas aliquis tenebat, imprimi non oportere.* Novella 60. θεσπίζομεν εἴτις σήμαντρα κατ' οἰκείαν ἐξουσίαν ἐπιθεῖναι τολμώη, μὴ πρότερον ψήφου καὶ τάξεως νομίμως φυλαχθείσης. *Sancimus ſiquis ſignacula per propriam poteſtatem imponere præſumat, non prius decreto & officio legali ſervato* &c.

P. 148. E. 4. βασιλεὺς ἀντιθεῖναι. Emendandum ex H. 2. & H. N. 3. ἀντιτεῖναι, ut ante dixit, ὁ λαὸς καὶ ἀντέτεινεν.

P. 151. C. 6. *pejus jurare.* ὀρκίζειν. *Jusjurandum*

exigere, vel *ad jusjurandum adigere.*

P. 157. B. 10. *Furorem.* Quasi legisset παράνοιαν, non παροινίαν *petulantiam.* * *Legit utique Bernardus Brixianus* παράνοιαν, *ita enim habetur in quibusdam Mss. malim tamen* παροινίαν, *& in interpretatione*, petulantiam, *ut notat Fronto. Res est parvi momenti.* Idipsum infra p. 159.

P. 160. C. 7. εἰς τὸ ἄρχοντα. H. N. 3. πρὸς τὸ ἄρχοντα. A. F. 1. H. 1. H. N. 2. εἰς τὸ ἄρχοντα πραῖδας. Quo pacto etiam legitur apud Athanasium in Epist. ad Africanos, καὶ τοῖς τὰ τοιαῦτα καθ' ἡμῶν ἐργασαμένοις εἰς πραῖδαν δέδωκε τὴν ἐκκλησίαν, *iis qui talia in nos perpetrarant, in prædam rapinasque Ecclesiam dabat;* sed in quibusdam Codd. illic quoque εἰς πραῖδαν scriptum est: nam & apud recentiores jurisconf. multæ tales Latinæ voces in Græcam coloniam sunt transcriptæ. Videtur autem hic sumi pro publicatione bonorum, ut φιμιδεύσεως εἰς τὸ ἄρχοντα πραῖδας sit, *Vulgata erga principem publicatione.* Principis vero nomine in Scriptura quidem summi magistratus, aut rectores Provinciarum designantur, ut Danielis 3. ἄρχοντες χωρῶν, aut qui secundum reges primi sunt & illustres. In Canonib. Apost. Can. 54. Præsulibus & Episcopis accommodatur, τὸ ἄρχοντα τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς. *Principi populi tui non maledices.* & Can. 84. ad magistratus politicos, εἴ τις ὑβρίζει τὸ βασιλέα ἢ ἄρχοντα, *si quis Regem vel Principem contumelia affecerit.* Modestinus Jurisconf. τὸ ἄρχοντα magistratum appellat, nonnumquam etiam præsidem vel principem. Græci recentiores, quemadmodum & Latini, transtulerunt ad eos, qui ex genere & familia Regis sunt, ut apud Curopalatem de Officiis Const. p. 117. καὶ ὅσοι τῶν κατὰ γένος προσηκόντων τῷ βασιλεῖ ἀρχοντόπουλα, *& quicumque ex genere ad Imperatorem pertinent principis.* Hoc vero Chrysostomi sæculo, quo Principis nomine apud Jurisconsultos Imperator intelligebatur, magistratus vel judicis vox aptior videtur. Hic ergo τοῦ ἄρχοντος nomine intelligo unum ex summis illis magistratibus, qui vel rectores erant Provinciarum: vel militiæ Romanæ præerant, ut Patricii, Præfecti Prætorio, Magistri militum, Magistri officiorum, Præfecti urbis; cujusmodi sunt illi, qui initio singularum Actionum Conc. Chalced. enumerantur, συνελθόντων ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ τῶν ἐνδοξοτάτων ἀρχόντων, τουτέστι τοῦ ἐνδοξοτάτου στρατηλάτου, *Convenientibus in sancta Ecclesia gloriosissimis Judicibus*, *id est gloriosissimo Magistro militum* &c. hunc autem fuisse Magistratum, qui vocabatur Comes Orientis, suspicor ex eo, quod in Mss. H. N. 1. 3. H. 2. legatur non, τοῦ ἄρχοντος εἰσελθόντος, sed κόμητος εἰσελθόντος, *intrasset Ecclesiam Comes.* Septem enim erant totius Orientis Imperii Diœceses, id est plurium Provinciarum administrationes, quarum quinque Præfecto Prætorio Orientis parebant, scilicet Orientis Diœcesis, Ægypti, Asianæ, Ponticæ & Thraciarum: aliæ duæ, hoc est, Macedoniæ & Daciæ, Præfecto Illyrici suberant, singulæque Provinciæ suos Rectores habebant: Orientis Diœcesis complectebatur Regiones quæ a Cilicia & Cypro, Arabiaque usque ad fluvium Tigrim extenduntur, & huic præerat Vicarius Præfecti Prætorio, Comitis titulo insignitus, unde & Vicarius Orientis nonnumquam ab Imperatoribus appellatur.

P. 170. D. 10. In Magistratus. Brix. *Ad Magistratus ab Imp. Theod. missos ad Elibichum exercitus ducem.* Omisso nomine Cæsarii magistri, quod addimus e Græcis Codd. quibus adstipulatur Theodoret l. 5. c. 19. ἐπειδὴ δὲ ἀφίκοντο οἱ τὰς ἀπειλὰς ἐκείνου κομίζοντες, Ἐλλέβιχος δὲ, στρατηγὸς τηνικαῦτα ὤν, καὶ Καισάριος ὁ τῶν βασιλείων ἡγούμενος, μάγιστρον δὲ οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσι τὸ ταύτην ἔχοντα τὸ ἀρχὴν, ἐν δέει μὲν ἦσαν ἅπαντες. *Ubi vero nuncii, qui urbi minas Imperatoris exponerent eo adveniunt; nempe Elebechus, id temporis dux exercitus, & Cæsarius Præfectus palatii, quem Romani Magistrum aulæ vocant, omnes minis illis perterriti in magno metu erant.* Epiphanius Scholast. in Tripartit. l. 9. c. 39. melius, quam Christophorsonus interpretatus est: *Cum igitur venissent qui ferebant minas Imperatoris, Allebichus Magister militum, & Cæsarius Magister, erant omnes sub formidine constituti.* Porro Nicephorum merito reprehendit Illustriss. Card. Baron. ὁ μακαρίτης, quod hunc Cæsarium putarit lib. 12. c. 44. fratrem Greg. Nazianzeni fuisse, quem longe ante hunc annum Christi 388, nempe sub Valente diem clausisse extremum docuit anno 368. Nicephorus Elebechum appellat, quem Epiphanius Allebichum: at apud Zosimum l. 5. Ἐλλέβιχον quemdam legimus ἱππέων ἡγούμενον δομέστικον, vel δομεστίκων. *Ellebichum comitem equitum fuisse domesticorum.* Cæterum rectius vertisset Interpres Ἐλλέβιχον στρατηλάτην. *Ellebichum magistrum militum;* sic enim passim in Constitutionibus Imperatorum appellantur, & a Ducibus distinguuntur; ut in Novella 134. &c.

Ex notitia vero Imperii constat duos fuisse Magistros militum, præsentales, sive in præsenti, comitatu scilicet, in Orientali Imperio; duos item Magistros militum præsentales in Occidentali. His adjuncti erant alii, Magister equitum & peditum per Orientem; item per Thracias, per Illyricum; per Gallias. Atque hic fortasse Magister militum fuit per Orientem, ut leg. 36. de erogat. mil. annon. Ideoque missus Antiochiam, quæ caput erat Orientis.

Ibid. *Et Cæsarium Magistrum.* Magistrum officiorum hunc fuisse intellige, qui & absolute Μάγιστρος, *Magister* appellatur, licet alii essent Magistri scriniorum, Epistolarum & libellorum Græcorum, & ejus Magistratus, Magisteria dignitas, apud Cassiodorum lib. 6. Epist. 6. Variar. Historici Græci appellant, ἡγεμόνα τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων. *Ordinum Palatinorum Ducem.* Zosimus lib. 2. μάγιστρον τῶν ὀφφικίων καλοῦσι Ῥωμαῖοι. Ad eum palatii disciplina pertinebat, & officiis, id est ministeriis præerat. Euseb. l. 8. c. 23. In Conc. Chalced. Βιγκομάλῳ μαγίστρῳ τῶν θείων ὀφφικίων, *Vincomalo Magistro sacrorum officiorum*, qui postea vocatur absolute Βιγκομάλος μάγιστρος. Inde dicti Magisteriani Agentes in rebus, forte quod Magistro Officiorum subessent. Vetus Gloss. Μαγιστριανός. *Agens in rebus*: quod confirmatur ex Chalced. Conc. Act. 1. Κωνσταντῖνος ὁ καθωσιωμένος μαγιστριανὸς ἀνέγνω: *Constantinus devotissimus Agens in rebus recitavit.* Horum Agentium crebra mentio &c.

P. 172. D. 1. *Dicitur quidam.* Theodoretus lib. 5. c. 19. ex istorum Monachorum numero fuisse Sanctiss. Macedonium narrat, qui in media urbe prehenso alterius Judicum pallio, ambos ex equis jussit descendere: atque ubi hominem ante ignotum agnovere, desilientes ex equis illos genua ipsius amplexos esse, ad quos Macedonius; *Dicite viri carissimi Imperatori, non solum Imperatorem eum esse, sed hominem etiam, & cum homo sit, illis imperare, qui sunt ejusdem naturæ participes: humanam autem naturam ad Dei imaginem esse fabricatam, quare ne tam crudeliter & inhumane imaginem Dei e medio tolli jubeat. Illud præterea cogitet, nobis perfacile esse pro una ænea imagine multas fabricari, sed eum omnino vel pilum unum eorum, qui interfecti sunt, facere non posse*: meminit ejusdem Macedonii Theodoret c. 3. Histor. Religiosæ SS. PP.

P. 175. D. 12. *Ipsa metropolis.* Translata nimirum fuerunt jura & privilegia metropoleos ad Laodicensium civitatem, ut refert Theodoret. l. 5. c. 19. τά τε τῆς πόλεως ἀφελόμενα καὶ τῇ γειτνιαζούσῃ πόλει τὴν ἡγεμονίαν παρέδωκε, ταύτην μάλιστα νομίζων ἀνιάσειν. ἐζηλοτύπει γὰρ ἡ Λαοδίκεια τὴν Ἀντιόχειαν ἄνωθεν. Tripartitæ Interpres l. 9. c. 32. *Privilegia civitati ademit, urbique vicinæ primatum tribuit, putans hoc illi maximo dolori futurum. Invidebat enim jam olim Antiochiæ Laodicia.* Ac metropoles quidem proprie dicuntur, Suida teste, ex quibus sunt deductæ coloniæ, ὅσαι πόλεις ἀποικίας ἔστειλαν, sed & quæcumque primaria est & quasi mater provinciæ, ut loquuntur imperatores l. unica: Cod. de metropoli Beryto: ita Syriæ provinciæ metropolis fuit Antiochia. Xiphilinus in Adriano, ὧ ὅτε ἀνηγορεύθη αὐτοκράτωρ ἐν τῇ μητροπόλει Συρίας Ἀντιοχείᾳ. *Erat Adrianus quo die Imperator designatus est, Antiochiæ, quæ est urbs Metropolis Syriæ.* Et Spartianus in Adriano, *Antiochenses inter hæc ita odio habuit, ut Syriam a Phœnice separare voluerit, ne tot civitatum Metropolis Antiochia diceretur.*

P. 199. *Homil. XXII.* (* *Sic Fronto, qui eam hoc ordine & numero posuit.*) Quoniam in uno Cod. Regio sequebatur alias 21. Homilias ad Antiochenos habitas, hæc de simultate sive ira, quæ in edit. Oxoniensi anni 1590. ex Græcis Mss. novi Collegii a Jo. Harmaro fuit edita inter illas Antiochenas decima nona, & quasi tum primum exiret Latinitate donata; quamque non multo post illas tempore interjecto pronunciatam esse colligimus ex iis quæ in ea leges; hanc subjecimus omissis aliis tom. 5. numero 58. quas ex variis moralibus digressionibus homiliarum in Matth. & in alios Scripturæ libros constat esse coagmentatas. Latuerat nimirum Anglum illum in edit. postrema Paris. Chrysostomi operum anno 1588. Tom. V. eam fuisse a nobis insertam una cum duabus aliis, quas anno 1542. P. Nannius Alcmarianus ex Cod.

Cod. mſ. Romanæ Biblioth. in lucem emiſerat Antuerpiæ, cujus interpretationem cum autographo item mſ. doctiſſ. Federici Morelli Profeſſ. Regii tum collatam auximus & emendavimus, nunc autem ad Græcam Oxonienſem recenſendam tribus inſuper Regiis Codicibus uſi ſumus, quorum Primus Henrici IV. Medicæus, ſecundus Henrici II. tertius Franciſci I. his notis deſignabuntur H. I. II. F. quartus Morelli M. Anglicanus A. Titulus ab interprete Nannio nihil aliud habuit præter hæc verba, *Homilia de ſimultate ſive ira, deque per omnia fugiendo jurejurando:* ſed ampliorem hunc agnoſcunt A. M. Ὁμιλία περὶ μνησικακίας, ἤτοι ὀργῆς, καὶ περὶ μετανοίας, καὶ περὶ τοῦ πάσῃ σπουδῇ φεύγειν τοὺς ὅρκους· ἐλέχθη δὲ πρὸ δέκα ἡμερῶν τῆς ἁγίας καὶ ζωοποιοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, ἵν' ἕκαστος προκαθάρας ἑαυτὸν οὕτως ἐπὶ τὴν ἱερὰν καὶ θείαν ἔλθῃ κοινωνίαν. *Homilia de ſimultate ſive ira, & de pœnitentia, deque fugiendo omni animi contentione juramento. Habita eſt autem decimo die ante ſacram & vivificam Domini noſtri Jeſu Chriſti reſurrectionem ex mortuis, ut unuſquiſque ſeipſum ante purget, atque ita ad ſacram divinamque communionem accedat.* In H. II. præter ea quæ A. F. M. habuerunt, addebatur, καὶ ὅτι οὐ μόνον κοινωνεῖν, ἀλλ' οὐδὲ εὔχεσθαι ὁ μνησίκακος δύναται, καὶ ὅτι οὐδεμία ἀπολογία τοῖς μνησικάκοις. *Et quod non modo communicare, ſed ne orare quidem poteſt qui memor eſt injuriarum, nec ullo modo ſunt excuſatione digni, qui acceptæ injuriæ recordantur.* Hujus homiliæ exordium ſimile eſt illi, quod reperies 30. in Geneſim.

P. 215. B. 2. ἐπιθυμεῖ τυχεῖν. *Peroptat*, a fratre nimirum: nam a cognatis claudi oculi ſolebant, ut ex ipſorum Gentilium libris didicimus, qui legem naturæ in his funerum νομίμοις ſtudioſius obſervarunt, quam multi, qui falſo ſibi Chriſtianorum nomen arrogant. Homerus Iliad. X.

Ἆ δεῖλ' οὐ μὲν σοί γε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ
Ὄσσε καθαιρήσουσι θανόντι περ.

Virgilius 9. Æneid.

———— *nec te tua funera mater*
Produxi, preſſive oculos, aut vulnera lavi.

Statius l. 2. Thebaid.

———— *altera clauſerunt lumina dextra.*

Fratres ſimul morientes ſcilicet. Plinius l. 11. cap. 37. *Morientibus oculos operire, rurſuſque in rogo patefacere Quiritium magno ritu ſacrum eſt.* Varro apud Nonium in ſigillo, *Ne filii patribus luci claro ſigillent oculos*, id eſt, occludant.

P. 225. *Catecheſis.* Hæc homilia in edit. Gelenii Baſil. anni 1547. ſequebatur expoſitionem ſymboli, hoc præfixo titulo, *Quod ſacramentorum traditio Catechumenis aſtantibus recitari non debet, cur lavacrum iterum regenerationis & non remiſſionis dicitur peccatorum:* nos in Regiis mſſ. eam fruſtra quæſitam ex cod. doctiſſ. Fed. Morelli Regii Prof. exhibemus, correcta tamen ea tituli parte, quæ negatione carebat, & ἀφέσεως ἁμαρτημάτων: addendam enim eam eſſe conſtat ex eo loco A. οὐχὶ λουτρὸν ἀφέσεως ἁμαρτημάτων, & ab Interprete agnoſcitur. De Catechumenis ante myſteriorum celebrationem dimiſſis agunt paſſim auctores de divinis officiis &c.

NOTÆ HENRICI SAVILII
in Homilias de Diabolo tentatore.

PAg. 246. Harum orationum priorem ex mſ. Oxon. deſcriptam emendavimus ex mſ. Bavarico. In poſteriore editionem Ducæi Burdegalenſem ſequuti ſumus, caſtigatam ex mſ. Oxon. & alio mſ. in Biblioth. Reg. Lutetiæ, utraque proba ac γνησία agnita in Catalogo Auguſtano num. 42. & 28. Prior habita, ut opinor, Conſtantinopoli, poſterior Antiochiæ, præſente Flaviano. * *Vide Monitum noſtrum p. 244.*

P. 263. A. 1. καταβάλλει. R. melius ἐμβάλλει. * *Certe non melior videtur lectio*, ἐμβάλλει.

P. 264. D. 9. R. pro πολλοστὸν habet μὲν, recte. * *Neſcio an recte, legeretur enim*, ἐδείξαμεν μὲν καὶ ἀπὸ τοῦ Ἰὼβ, *quam repetitionem vitaſſe putamus Chryſoſtomum.*

P. 266. D. 9. rectiſſime R. εἰ πρὸς τοὺς ὁμοδούλους φιλανθρωπεύσεται τοὺς ἑαυτοῦ. * *Utraque lectio quadrat.*

NOTA FRONTONIS DUCÆI IN HOMIL.
de diabolo tentatore, quæ eſt ſecunda.

P. 260. C. 6. *Ad eos qui objiciunt.* Conſervarunt nobis hunc tractatum vere aureum Cryptæ Ferratæ Codd. ex quibus exſcriptum miſit ad me Roma P. Jacobus Sirmondus, ſocius & collega meus cariſſimus, cujus ſedulitati plurima Græcorum Patrum monumenta debet, & porro debebit Eccleſia Chriſtiana. Nec abdicandum partum ſuadent alii duo Bibliothecarum Catalogi, Auguſtanus ſcilicet mſ. tractatuum ejus, in quo viceſimus-octavus hoc titulo inſignitur, πρὸς τοὺς ζητοῦντας διὰ τί οὐκ ἐκ μέσου ἐγένετο, & Anglicanus excuſus, paulo aliter, πρὸς τοὺς ζητοῦντας τίνος ἕνεκεν οὐκ ἐκ μέσου γέγονεν. Porro dubium non eſt, quin Antiochiæ coram epiſcopo Flaviano ſit habitus a Chryſoſtomo tum Preſbytero, cum in exordio patrem illum appellet: quin etiam poſt 21. ad populum Antiochenum pronunciatum eum fuiſſe ſuſpicor, ex eo quod de abrenunciatione prius ſe verba feciſſe dicat ad eos, qui myſteriis initiantur, & ad illuminandos, quodque ſub finem illius hom. 21. addat: *Cum es januæ veſtibula tranſgreſſurus, hoc prius loquere verbum*, Abrenuncio tibi Satana. Sic Baſilii quoque Interpres vetus diſtinct. II. can. 5. vertit illud ex lib. de Spiritu ſancto: ἀποτάσσεσθαι τῷ σατανᾷ, καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐκ ποίας ἐστὶ γραφῆς; *Abrenunciare ſatanæ & angelis ejus quæ Scriptura juſſit?* Ambroſ. l. 1. de Sacramentis cap. 2. *Quando te interrogavit, Abrenuncias diabolo & operibus ejus, quid reſpondiſti?* Alii Latini Patres utuntur verbo *Renuncio*, ut Tertullianus de corona mil. cap. 3. Hieron. in 5. Matth. & Auguſt. lib. 2. de Symbolo cap. 1. Hæc ante annos 4. annotaveramus, quo tempore cum aliis novem homiliis in lucem hanc emiſimus Burdegalæ. Jam vero ſecunda hac editione abſoluta codicem alterum nacti Regis Henrici II. ætate Biblioth. Regiæ additum, cui titulus μαργαρῖται, non paucas διορθώσεις, & emendationes ex eo collegimus, lacunas explevimus, & quæ obſcura erant illuſtravimus. Similis argumenti habes homiliam tom. 5. primam earum, quas Oporinus edidit anno 1552. cui titulus, de providentia, Vito Amerbachio interprete.

NOTÆ HENRICI SAVILII
in Homilias de Pœnitentia.

PAg. 279. Ex decem homiliis de Pœnit. quas nobis latine dedit V. D. Lælius Tifernas, duas, hoc eſt 6. & 7. non reperimus græce: nec fortaſſe quiſquam alius reperturus eſt. Videntur enim mihi ab aliquo ex Latinis PP. ſcriptæ. Sed nihil auſim affirmare. Doctiſſimus Fronto centones eſſe putat ex Chryſoſtomi operibus hinc & inde collectos. Octo reliquæ ſuis locis exhibentur: alias etiam 7. vel 8. de eodem argumento hæc noſtra editio partim γνησίας, partim ſuſpectas, de quibus ſuo loco. Jam primam hanc ex biblioth. Reg. Lutetiæ deſcriptam caſtigavimus ex mſ. in Biblioth. Cæſarea Viennæ, & edit. Pariſ. Frontonis Ducæi: habita eſt, ut opinor, Conſtantinopoli.

Pag. 297. B. 2. δήμου. Savil. δέπους.

P. 302. B. 2. Hanc orationem ex mſ. Cæſareo deſcriptam emendavimus accurate in his notis ex doctiſſ. Frontonis editione, quam in excudenda noſtra editione neſcio quomodo adire neglеximus.

P. 309. C. 1. Hanc orationem ex Biblioth. Regia Lutetiæ deſcriptam emendavimus ex mſ. Palatino. Habita eſt Antiochiæ, eſtque notæ melioris, agnoſcit eam catalogus Auguſtanus numero 95.

Pag. 316. E. Deſcripta eſt hæc oratio ex mſ. Reg. Lutetiæ, ex quo, ut opinor, fonte etiam Fronto Ducæus eam hauſit.

NOTÆ FRONTONIS DUCÆI IN HOMILIAS
de Pœnitentia.

P. 283. C. 11. *Depopulationem.* νομὴν vertit auctor Vulgatæ 2. Timoth. 2. 17. cancrum, alii gangrænam, nomas dixit Plinius ulcera, quæ carnem depaſcuntur.

P. 294. περὶ ἐλεημοσύνης. In mſ. Regis Franciſci I. ex quo illam exſcribi curavimus, hunc titulum præ ſe tulit hæc homilia, quæ hactenus nona de Pœnitentia numerata eſt, itemque in libro Medicæo Henrici IV. & in eo quem no-

bis vir doctiss. Federicus Morellus Professor & Typographus Regius utendum dedit. Ex his ergo tribus Codd. varias lectiones insigniores collegimus, sic ut intelligat lector excusum librum Francisci I. codicem exprimere.

P. 302. *De Pœnitentia IV.* Quæ numerabatur antea hoc loco secunda de pœnitentia, nunc habetur inter homilias in Genesim prima; tertia vero quæ incipit, εἰ καὶ χθὲς, cum nusquam in Regis Christianissimi Codd. compareret, in Cæsarea Viennensi Biblioth. reperta est, sed in libro a tineis blattisque tam male accepto, ut exscribi non potuerit: ex alio tamen integriori, licet mendis non paucis scatenti desumta est ista, docto viro natione Anglo suam operam officiose deferente, atque ad nos ex Austria missa beneficio V. C. Sebastiani Tegnageli Bibliothecarii Cæsarei, cujus eximiæ benignitati multa hujusmodi ad hanc Græcorum Patrum editionem necessaria nos debituros speramus.

P. 304. *l. ult.* * τοῦτον παρασκευάζει. *Hunc locum vitio laborare putat Fr. Ducæus: secus existimo, series namquè conspicua prorsus videtur.*

P. 314. E. 4. περικειμένης, scribendum ex H. I. παρακειμένης. * *Sic utique legendum ut innuit Fronto, licet omnes fere Mss.* περικειμένης *habeant.*

P. 326. C. 6. τῆς σωτηρίας. Emendandum meo judicio, τῆς θυσίας ταύτης ἀπολαύωμεν. *Continuo hoc sacrificio perfruamur in Christo* &c. Sic enim paulo ante dixit, τῆς ἁγίας μετέχε θυσίας.

P. 339. A 8. εὐαγγελικήν. * *Fronto mavult,* ἀγγελικὴν, *ut habent quidam Mss. utrovis modo legas oratio bene habet. Res est levissimi momenti.*

NOTA HENRICI SAVILII in Homiliam de die Natali Christi.

PAG. 354. Orationem hanc a doctissimo Petro Pantino Tiletano editam ante aliquot annos Antuerp. damus emendatiorem ex alio Ms. in Biblioth. nostra. Recipit eam Catalogus Augustanus num. 92. habita est Antiochiæ. Porro mensium nomina, quæ hic reperiuntur, scias esse Macedonica, ut ex Epistolis Philippi apud Demosthenem apparet, quibus inde usque ab Alexandri temporibus, uti reor, usus Oriens: Romanis autem sic respondent.

Gorpiæus	September
Hyperberetæus,	October
Dius	November
Apellæus	December
Audynæus	Januarius
Peritius	Februarius
Dystrus	Martius
Xanthus *al.* Xanthius	Aprilis
Artemisius	Maïus
Desius	Junius
Panemus	Julius
Loïus *al.* Lous	Augustus.

NOTA HENRICI SAVILII in Homilias de Baptismo.

PAG. 367. Hanc Orationem a Frontone Ducæo anno 1595. editam Ingolstadii ex Ms. in Coll. novo Oxoniensi & ejusdem Ducæi posteriore Parisiensi recensuimus. Agnoscit Catalogus Augustanus numero 94.

NOTÆ FRONTONIS DUCÆI AD HOMILIAM de Baptismo Christi.

P. 367. Ex duobus Regiis Codd. Medicæis exscriptum hunc tractatum damus, quos designamus his notis H. I. & H. II. in priori erat inscriptio, quam, hic & ante annos 12. apud Davidem Sartorium edidimus Ingolstadii, in posteriori vero ista, ὁμιλία εἰς τὰ ἅγια φῶτα, καὶ ὅτι οἱ ἀτέλεστον καταλιμπάνοντες τὴν θείαν λειτουργίαν, τὸν Ἰούδαν μιμοῦνται. *In sancta lumina, & quod ii, qui sacrum missarum officium imperfectum derelinquunt, Judam imitentur.* Similis est apud Gregorium Naz. titulus orationis 38. εἰς τὰ ἅγια φῶτα τῶν ἐπιφανίων λόγος. In sancta lumina Epiphaniorum. Ubi annotat Doctiss. Billius SS. luminum festum fuisse baptismi Christi quod VIII. idus Januarias & apud Græcos & apud Latinos celebrabatur: recte: & in Calendario Græcorum apud Genebrardum in Psalmos 6. Januarii scriptum offendes, Theophania Christi, divinique Salvatoris baptismus; & in Syrorum Calendario, Epiphania, quæ & luminarium. Meminit etiam Ammian. Marcellinus lib. 21. *Feriarum die, quem celebrantes mense Januario Epiphaniam dictitant.* Male igitur scriptum fuit in margine H. I. τῇ ἐπαύριον τῆς ἑορτῆς τῶν φώτων, quasi postridie festi luminum sit habita, cum ipso die Epiphaniorum eam constet a Chrysostomo fuisse pronunciatam, postridie vero alteram, qua S. Lucianum martyrem laudavit 7. Januarii, quamque latinitate donatam in lucem emisimus, vide infra ubi habes & similem adhortationem ad sacra Ecclesiæ mysteria diebus festis frequentanda initio homil. in SS. Petrum & Heliam.

P. 369. D. 10. *Idcirco etiam.* Nota veterem Christianorum morem, cujus vestigium etiamnum restat in Calendario Syrorum apud Genebrardum 6. Januarii, *ea nocte*, inquit, *aqua consecratur in totum annum*, & olim solitos veteres de aqua in baptisterio consecrata in vasculis accipere ad spargendum in domibus sive agris testantur Gregorii Sacramentorum liber, Ordo Romanus & Albinus Flaccus de divinis officiis, cap. de Sabbato sancti Paschatis.

NOTA HENRICI SAVILII in duas Homilias de Juda proditore.

PAG. 376. Hanc orationem & sequentem excudi curavimus ἐκ παραλλήλου, quia nec eædem prorsus sunt, nec prorsus diversæ, ut ex collatione patebit, agnoscit catalogus Augustanus hanc nonam & septuagesimam (*numerum notat editionis suæ*) numero 96. Multa habet, ut dixi, cum sequente communia, tam verba, quam sententias, ut propemodum eadem esse oratio videatur: cæterum hanc 79. excusam Augustæ anno 1587. infinitis pene locis emendatam ex Ms. hic lectori damus.

NOTA HENRICI SAVILII AD HOMILIAM de Cœmeterii appellatione.

P. 397. Hujus orationis apographum ex Biblioth. Augustana descriptum ex alio Ms. in Biblioth. Gabrielis Archiep. Philadelphiæ accuratissime castigatum damus. Edita est etiam inter cæteras hæc oratio a Gretsero. Agnoscit eam orationem catalog. Augustanus numero 39.

NOTÆ HENRICI SAVILII in Homilias sequentes.

P. 403. & 411. Octogesimam secundam & octogesimam tertiam ἐκ παραλλήλου excudi jussimus, ut supra 79. & 80. & ob easdem causas. Est autem hæc 82. descripta ex libro Ms. in biblioth. Regia Lutetiæ, castigata ex Ms. semimutilato in biblioth. Bavarica. Agnoscit catalogus Augustanus num. 97. cum hoc titulo τῇ μεγάλῃ παρασκευῇ.

P. 422. Agnoscit catalogus Augustanus numero 46. hanc orationem pro vero & legitimo Johannis nostri fetu. Eam nobis exhibuit biblioth. Augustana.

P. 437. Hanc orationem editam anno 1595. a doctissimo Frontone Ingolstadii, castigavimus ex Ms. codice in biblioth. Collegii novi Oxonii. Agnoscit eam catalogus Augustanus cum hoc titulo, εἰς τὸ πάσχα.

P. 447. Orationem hanc a catalogo Augustano receptam num. 100. descripsimus ex Cod. Ms. in biblioth. Collegii novi Oxon. emendavimus ex Bavarico. Habita est Antiochiæ.

P. 457. & 468. Priorem (in Pentecosten) ut γνησίαν & melioris notæ agnoscit catalogus Augustanus num. 101. quam ex 4. Codicibus Mss. a doctiss. Ducæo editam ante aliquot annos Burdigalæ perpaucis in locis ex Regio Cod. Lutetiæ emendavimus, qui tamen videtur unus ex iis esse, quibus etiam usus est Ducæus, quem ille Medicæum, ut opinor, indigitat: neque tamen non aliquid attulit diversum ab editione Ducæi minime spernendum. Habita est Antiochiæ præsente Flaviano. Posteriorem debemus Frontoni Ducæo, qui eam ex Ms. Medicæo, & excuso Romano edidit.

P. 476. Constantinopoli descriptæ sunt hæ septem oratio-

nes; neque enim plures ſunt γνήσιαι, opera & diligentia mihi ſæpius memorati, ſemperque memorandi Samuelis Sladii τοῦ μακαρίτου: caſtigatæ autem & meliores factæ ex alio Mſ. in Monaſt. S. Lauræ in monte Sancto, olim Atho appellato.

Præter has ſeptem in Paulum orationes latina editio octavam habet, quin & Codd. noſtri octavam exhibuerant. Sed erat illa tantum ecloga e ſeptem prioribus, ideoque in eclogis locum illi ſuum dedimus. Quæ autem in latinis octava, mihi non videtur Chryſoſtomum referre. Licet enim Græca nuſquam appareat, cenſuram tamen de ea ferre non eſt difficile. Quæ enim ſunt Chryſoſtomi, habent ſigna quædam non obſcura, & vim & energiam, quæ nulla poſſunt alterius idiomatis proprietate occultari. *Haleſius.*

NOTA HENRICI SAVILII, ad Homil. in S. Meletium.

PAG. 518. Ex Regio Cod. deſcriptam caſtigavimus ex Bavarico. Reperitur in catalogo Auguſtano num. 59.

NOTÆ FRONTONIS DUCÆI AD HOMILIAM in S. Meletium.

P. 518. Celebratur ejus memoria in Menologio Græcorum 12 Februarii, & in Martyrologio Romano his verbis, *Antiochiæ ſancti Meletii Epiſcopi, qui pro fide Catholica ſæpe exilium paſſus, demum Conſtantinopoli migravit ad Dominum: cujus virtutes ſanctus Joannes Chryſoſtomus & Gregorius Nyſſenus ſummis laudib. celebrarunt.* Laudavit etiam illum Gregorius Nazianzenus in Carmine de vita ſua,

—— μέλιτος γὰρ καὶ τρόπος καὶ τοὔνομα
Ος πολλ' ἀνέτλη πνεύματος θείου χάριν.
Nam nomen illi melleum, ac mores erant,
Qui gravia multa Spiritum ob ſanctum tulit.

Interfuit Synodo Conſtantinopolitanæ, quæ fuit ſecunda Oecumenica, ac paulo poſt illam Conſtantinopoli mortuus eſt. Atque initio quidem favit Arrianis, & Epiſcopus ab eis conſtitutus eſt, quamobrem & ab Hieronymo in Chronico inter hoſtes Chriſti numeratur, qui Antiochenam Eccleſiam occuparunt, circa an. 331. Chriſti, Catholicus tamen ſemper fuit & conſubſtantialem tuebatur apud Sozomenum lib. 4. cap. 27. Itaque tandem res compoſita eſt, ut narrant Socrates lib. 5. cap. 5. & Sozomenus lib. 7. c. 3. & ita inter Paulinum & Meletium convenit, ut alterutro mortuo alter Epiſcopatum ſolus obtineret. Succeſſit ergo Paulino Meletius, & Meletio Flavianus, teſte Socrate lib. 5. cap. 9. Porro ex Aloyſii Lipomani tomis de vitis ſanctorum tranſtulit hanc homil. Chryſoſtomi Surius in tomum 1. quæ citatur à Joanne Damaſceno orat. 2. de imaginibus, & a ſeptima Synodo Oecumenica Niceæ habita actione 4. *Ex encomio in Meletium: Cum undique per ſacrum hunc gregem oculos circumferens, totam urbem hic præſentem videam.* Exſcripſimus autem illam ex duobus mſſ. uno Henrici II. altero Henrici IV.

Pag. 519. B. 3. Et *ita vocatis*, ſic emendavimus apud interpretem, qui a verbo medio participium deduxit, vertitque, *tutelam & invocantibus ſalutem.* [*Nemo eſt in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine.* Hîc enim καλεῖσθαι eſt nomine Meletii vocari, ut Lucæ 1. 61. οὐδείς ἐστιν ἐν τῇ συγγενείᾳ σου, ὃς καλεῖται τῷ ὀνόματι τούτῳ.] Hac occaſione invehitur in eos, qui ſuperſtitioſe nomina filiis ſuis imponebant, Chryſoſtomus hom. 12. in 1. ad Cor. καὶ γὰρ ἡνίκα ἂν καλεῖσθαι τὸ παιδίον δέῃ, ἀφέντες ἀπὸ τῶν ἁγίων αὐτὸ καλεῖν, ὡς οἱ πάλαι οἱ τὸ πρῶτον ἐποίουν, λύχνους ἅψαντες καὶ ὀνόματα αὐτοῖς ἐπιθέντες, τὸ διαρκέσαντα μέχρι πολλοῦ τοῦ παιδίου ποιοῦσιν ὁμώνυμον. *Et cum infantem vocari oportuerit, omittentes eum vocare à ſanctis, ut veteres primo faciebant accenſis lucernis, & eis nomina imponentes, efficiunt, ut ea quæ diutiſſime duraverit, eodem nomine appelletur, quo infans.* Rurſus hic paulo poſt ſcribendum, *cum una lampas fuerit accenſa*, non *conſpecta.* Non enim eſt Græce ὀφθείσης, ſed ἀφθείσης.

B. 13. *Eratque vere illud.* Hinc incipit locus à Joanne Damaſceno orat. 2. de imaginibus, & a ſeptima Synodo citatus contra Iconomachos act. 4. in quo emendandum eſt illud, *atque in hoc adeo incumbebat*, & ſubſtituendum quod hîc ait interpres, *fuitque id adeo frequens, ut ubique in triviis:* non enim hæc ad pueros, quibus impoſitum nomen fuit Meletii, ſed ad cives Antiochenos referenda ſunt, ut retulit interpres Damaſceni, *qui ſane mos adeo percrebuit, ut paſſim.*

C. 11. *Et in poculis*, [* *in ſigillis melius*] *& in phialis.* Scripſerat interpres, *& in ſimulacris*, cum legiſſet nimirum quod & codex H. IV. præferebat καὶ ἐν ἐκτυπώματι, at H. II. καὶ ἐν ἐκτυπώμασι, unde vetus interpres Synodi 7. *in poculis, in phialis, in thalami parietibus.* Idemque eſt apud Damaſcenum. Certe apud veteres jam tum uſum fuiſſe imaginum in poculis & vaſis domeſticis, atque adeo antiquiorem illo ſæculo docent Tertullianus de pudicitia cap. 7. *Procedant ipſæ picturæ calicum veſtrorum, ſi vel in illis perlucebit interpretatio pecudis illius, utrum ne Chriſtiano an Ethnico peccatori de reconciliatione conliniet:* & Hieronymus in 4. Jonæ, *Et re vera in ipſis cucurbitis vaſculorum (quas vulgo Saucomarias vocant) ſolent Apoſtolorum imagines adumbrari, e quibus & ille non ſuum ſibi nomen aſſumpſit.* Simile quid de Simeone Stylite ſcribit Theodoretus in Religioſa hiſtoria, *Ajunt enim*, inquit, *Romæ, quæ eſt longe maxima, eum fuiſſe adeo omnium ſermone celebratum, ut in officinarum omnibus veſtibulis & porticibus ei parvas poſuerint imagines, hinc ſibi præſidium & tutelam parantes.* Itaque hoc recitato Chryſoſtomi loco merito dixit Petrus Epiſcopus Nicomediæ in Synodo 7. *Si quidem divus Joannes Chryſoſtomus de imaginibus ejuſcemodi prædicat, quis eſt qui contra illas amplius mutire audeat?*

E. 3. *Concitato Imperatore.* Conſtantium nimirum magni Conſtantini filium, cujus Imperii anno 23. Chriſti autem 360. hæc acciderunt, quæ narrat pluribus Theodoretus lib. 2. hiſtoriæ Eccleſ. c. 31. Cum enim oraretur Meletius, ut brevem quandam & compendiariam doctrinam de fide traderet, primum oſtendit tres digitos, deinde duobus compreſſis, & uno extenſo relicto iſtam inſignem protulit ſententiam: Tria ſunt quæ intelliguntur, ſed tanquam de uno loquimur. Adverſus hanc doctrinam illi quorum animos morbi Arriani contagio infecerat, cœperunt acuere linguas, calumniam contexere, dicere divinum Meletium Sabellianum eſſe. Proinde ſuadent Conſtantio, qui non aliter atque Euripus facile huc illucque ferebatur, ut Meletium in patriam ſuam relegaret, ſic enim interpretor, non ut Chriſtophorſonus, *ut Meletium patriis ſedibus expelleret*, καὶ παρεσκεύασαν εἰς τὴν οἰκείαν ἐξορισθῆναι πατρίδα, quod interpres Tripartitæ extulit lib. 5. cap. 48. *ob quam rem principi ſuaſerunt, ut in propriam provinciam in exilium mitteretur*, hoc eſt in Armeniam, ut Chryſoſtomus ait infra pag. 525. ex cujus urbe Sebaſtea in ſedem Antiochenam tranſlatus fuerat, ut ſcribunt Rufinus lib. 1. cap. 24. & Sozomenus lib. 4. cap. 27. Socrates autem lib. 2. cap. 34. Meletium primum Sebaſteæ fuiſſe delectum Epiſcopum tradit, ac deinde ad Epiſcopatum Beroeæ urbis Syriæ tranſlatum, quod confirmare videtur & Theodoretus, dum ait eum cum eſſet urbis Armeniæ antiſtes, nec difficiles & pertinaces gregis ſui mores ferre poſſet, alium in locum commigraſſe ad vitam tranquille degendam, atque inde fuiſſe Antiochiam evocatum. Nicephorus etiam Calliſtus lib. 9. cap. 48. cum dixiſſet eum Arrianorum ſuffragiis Sebaſteæ Epiſcopum creatum, adjecit eum inde rurſum Berrhœam Syriæ traductum, ac demum ad Antiochenam ſedem annitentibus iiſdem evectum.

P. 521. B. 1. *Et manus oſculabantur.* Vetus ille nimirum Chriſtianorum mos fuit, ut Epiſcoporum manus oſcularentur: Ambroſius de dignitate ſacerdotali cap. 2. *Cum videas regum colla & principum ſubmitti genibus ſacerdotum, & exoſculatis eorum dextris, orationibus eorum credant ſe communiri.* Et Paulinus in vita Ambroſii: *Cum videret ſacerdotis a domeſtica ſorore vel matre manus oſculari, ipſe ludens offerebat dexteram, dicens & ſibi ab eis fieri oportere, ſiquidem Epiſcopum ſe futurum eſſe memorabat.* Hieronymus etiam de ſeipſo Preſbytero ſcribit epiſt. 99. *Oſculabantur mihi manus quidam, & ore vipereo detrahebant.*

IN PANEGYRICOS TRACTATUS XVII. *de Sanctis, editos in lucem an.* 1601.

Pag. 530. A. Joannem Chryſoſtomum, *cujus*, ut inquit Epiphanius actione 6. Synodi 2. Nicenæ, *Fluit a lingua vox melle dulcior, quamobrem & Chryſoſtomi appellationem*

truit, immo *qui os auro splendidius & lucidius consequutus est*, de laudibus sanctorum Martyrum conciones plures habuisse testatur Suidas, idemque constat cum ex Romano Martyrologio Græcorumque Menologio, tum ex Epitome Bibliothecæ Gesneri, quæ & in Bibliotheca Imperatoris multas ejusmodi reperiri tradit, & Joannem Brassicanum diversa ipsius encomia in sanctos penes se habuisse. Multa certe ipsius opera nos latuisse colligitur ex Photio, cujus Bibliotheca de sola Domini ascensione 22. de Pentecoste 17. orationes eum edidisse testatur. In catalogo etiam librorum Constantinopolitani Patriarchæ typis olim Antuerpiæ excuso septuaginta Panegyricarum Chrysostomi orationum fit mentio: & in alio manuscripto catalogo ejus concionum, cujus ex Augustana bibliotheca nobis copiam fecit V. C. Marcus Velserus, multarum nondum editarum tituli & priora verba pauca leguntur, ac pene omnium earum, quas nunc damus. Porro eas ex manuscriptis codicibus bibliothecæ Reginæ Christianissimæ Catharinæ Medicææ trium Regum nostrorum matris fere omnes eruimus, cum ante annos decem Lutetiæ singulari ipsius munere atque concessu, favente nobis humanissimo viro Jo. Bapt. Bencivennio, Belloramæo Abbate, ipsiusque bibliothecario, libris ejus uteremur. Ac licet unum tantum singularum exemplar nacti fuerimus, sitque difficile admodum unius codicis ope nixum alicujus operis novam editionem adornare, non dubitavimus tamen.

Auricomos una decerpere ab arbore fœtus,

Et correctis non paucis librariorum manifestis erratis, de aliis, quæ quasi suspensâ manu emendavimus, lectorem monuimus, ne qua forte melioris lectionis jactura fiat, & ut quæ potissimum aliorum subsidio librorum indigeant, intelligatur: si forte uspiam, *simili frondescat virga metallo.* Panegyricos tractatus appellavimus eas, a Ruffino in præfatione Ecclesiasticæ historiæ mutuati, quod ex illis quibusdam hic præfixus titulus esset, ὁμιλία ἐγκωμιαστική, vel ἐγκώμιον εἰς τ̃ μάρτυρα. Tractatum enim id sonare latinis, quod Græcis ὁμιλίαν, docent veteres Conciliorum interpretes, & hæc Victoris Uticen. lib. 1. *Augustinus ducentos jam triginta & duos confecerat libros exceptis innumerabilibus epistolis atque tractatibus popularibus, quas Græci homilias vocant*: unde Ambrosius epist. 33. *Post lectiones atque tractatum dimissis Catechumenis symbolum aliquibus Competentibus in baptisteriis tradebam Basilicæ.* Augustini quoque in Joannem & Gaudentii Brixiani homiliæ tractatus dicuntur. Panegyricos autem latini oratores laudationes Imperatorum, & panegyres Græci Patres sanctorum festa dixerunt; itaque de Leontio Cyprio hæc in 2. Synodo Nicæna legimus actione 4. *Multaque encomia & Panegyricas illius orationes habemus.*

P. 524. Porro hic est sanctus ille Lucianus, cujus Hieronymus de scriptoribus Ecclesiasticis, & Eusebius lib. 9. cap. 5. historiæ meminerunt, itemque ex illis Romanum Martyrologium 7. Januar. in hæc verba: *Natalis beati Luciani Antiochenæ Ecclesiæ presbyteri & martyris, qui satis clarus doctrina & eloquentia passus est Nicomediæ ob Christi confessionem in persecutione Maximini, sepultusque est Helenopoli in Bithynia: cujus laudes Sanctus Joannes Chrysostomus celebravit.* Tum addit in suis eruditissimis Notis illustrissimus antiquitatis Ecclesiasticæ restitutor Cæsar Baronius præclaram istam orationem ut rem pretiosissimam in bibliotheca doctissimi Cardinalis Sirleti asservari. Græci vero in Calendario suo tom. 4. biblioth. sanct. Patrum 15. Octobris nomen ejus describunt; sed Chrysostomi tamen ætate 7. Januarii celebratam fuisse ipsius festivitatem Antiochiæ cum ex MSS. codice Reginæ constat, qui in fronte hujus tractatus habuit μ. Ἰανουαρίου ζ tum ex ipsius initio, quo significatur habitam pridie fuisse concionem de Christi baptismo, quam pag. 273. hujus voluminis exhibuimus, unde & hic ita loquimur pag. 533. B. *Hesterno die Dominus noster aqua baptizatus est, hodie vero servus sanguine baptizatur.* Ipse martyr postridie Theophaniorum se excessurum e vita discipulis denunciavit, ut est in Actis apud Surium tom. 1. in quibus ea, quæ de 14. dierum fame, deque porrectis idolothytis narrantur, hic sermo confirmat in Augustano catalogo, numero septuagesimus primus. Hæc annotaveram in prima editione hujus homiliæ sive tractatus, quæ Burdigalæ cum aliis sexdecim in lucem prodiit anno 1601. a quo tempore cum serenissimi Ducis Bavariæ codice perantiquo nonnullas illarum conferri curavit, & varias lectiones emendationesque cum auctario non paucas ad nos Ingolstadio misit R. P. Jacobus Gretserus Societatis nostræ Theologus, qui multis sanctorum Patrum Græcorum operibus editis sæpe jam de republica Christiana est bene meritus. In ipsa igitur inscriptione codex Bavaricus, quem hac littera B. designamus, ut Medicæum, M. addebat, ἐλέχθη τῇ ἐπαύριον τῶν φώτων. *Habita est postridie Luminum.*

NOTÆ HENRICI SAVILII ad Orationes duas in S. Babylam.

PAG. 535. Hanc orationem ex MS. Serenissimi Bavariæ Ducis codice, ex quo doctiss. Fronto suam adornavit editionem Parisiensem, damus, ipsius & nostris conjecturis multis in locis emendatiorem. Habita est Antiochiæ.

P. 536. B. 3. Orationem hanc ex Regia Biblioth. Lutetiæ descriptam ex Cod. MS. in Biblioth. Bavarica, & excusa Basiliensi emendatam damus. Nam Frontonis editio Parisiensis, scriptis ut opinor libris destituti, exiguo aut prope nulli nobis usui fuit.

NOTÆ FRONTONIS DUCÆI AD ORATIONES de S. Babyla.

P. 531. Antiochenum Episcopum fuisse Babylam & Decio Imperante pro Christi confessione vitam in vinculis deseruisse testantur Eusebius Cæsar. l. 6. c. 32. Hist. Eccl. Epiphanius libr. de Ponderibus & Hieronymus in catal. scriptorum in Alexandro. Præter eum librum, quem contra Gentiles scripsit, Babylæ vitam continentem, habitam a Chrysostomo de laudibus ejus orationem constat ex homil. 4. de Lazaro, ut jam monuimus in homil. de SS. Juventino & Max. atque hanc ipsam fortasse illic designat, quam ex Sereniss. Bavariæ Ducis Bibliotheca erutam misit ad nos R. P. Jac. Gretserus ordinis nostri Theologus: sed cum in uno tantum Codice reperta fuerit, nullas varias lectiones, ad pauculas ex conjectura correctiones addere licuit, atque in primis emendandum illud fuit non longe ab initio, καὶ τῷ κοινῷ περὶ τῶν ἡμῶν ἀφίσομεν, certum est enim Flavianum Episcopum hic intelligi, quemadmodum & hom. de B. Philogonio, διὰ τοῦτο τῷ κοινῷ πατρί. Itaque scribendum hic in interpretatione, doctoribus, communique patri nostro relinquemus.

P. 534. D. 10. ὁμοῦ τι. Sic emendatum est illud MS. ἀκοῦτε γάρ. Plura de S. Babyla dicimus in notis ad librum sequentem, quas certas ob causas in posteriorem tomi 5. partem rejecimus, quæ reliquos S. Joan. Chrysostomi libros ut de Sacerdotio, de virginitate ac similes cum ejus epistolis exhibebit. * *Notas illas alias in S. Babylam non puto unquam edidisse Frontonem.*

NOTÆ FRONTONIS DUCÆI AD HOMILIAM in SS. Juventinum & Maximum.

P. 581. A. 10. *Substantiam omnem.* Scribendum est, *ædes suas in pecuniam redactas.* * *Græca utique sic habent*, τ̃ οἰκίαν ἐξαργυρίσαντες πολλάκις πεπράκασιν· οὕτω δὴ καὶ ἐπ' ἐκείνων συνέβαινεν. ἐπειδὴ πρὸς τ̃ οὐρανὸν ἔμελλεν ἀποδημεῖν, περιπέμπετο αὐτῶν ἡ οὐσία. *Si stet autem hæc lectio recte notat Fronto vertendum*, ædes suas &c. *Verum palam est Interpretem legisse* τ̃ οὐσίαν ἐξαργυρίσαντες, atque ita legendum esse, ut infra legitur περιεπέμπετο αὐτῶν ἡ οὐσία. *Hancque puto germanam prorsus, licet auctoritate MSS. destitutus, pristinam mutare non ausim.*

NOTÆ FRONTONIS DUCÆI IN HOMILIAM in S. Ignatium.

P. 599. D. 1. *Aut in carcere.* ἐν δικαστηρίῳ, *in judicio, in foro ipso.* At interpres legisse videtur ἐν δεσμωτηρίῳ, quod aptius est: sic apud Romanos animadversio reorum duplex fuit in carcere suscepta, strangulatio, quæ laqueo fiebat, & præcipitatio, quæ de robore; carceris enim pars duplex fuit, Tullianum, & Robur.

NOTA FRONTONIS DUCÆI AD HOMILIAS in S. Romanum Martyrem.

P. 611. Apud Laur. Surium tomo 6. de vitis Sanctorum ad 18. Novembris est encomium ejusdem martyris, ut habatur,

habetur in Simeone Metaphraste apud Aloysium Lipomanum, qui vitas sanctorum collegit octo tomis comprehensas Venetiis an. 1556. interprete in plerisque usus Gulielmo Sirleto, tum Protonotario. Præcedebat & Martyrium ejus exscriptum ex libro 8. cap. 12. historiæ Ecclesiasticæ Eusebii, quo loco Palæstinum eum genere fuisse scribit, Ecclesiæ Cæsariensis diaconum & exorcistam, vel potius τῆς ἐν Καισαρείᾳ παροικίας, diœcesis Cæsariensis. Cum autem Antiochiæ in Ecclesiarum vastatione versaretur, complures viros cum uxoribus & liberis ad idola properantes, & iisdem hostias immolantes intuitus, τοῖς εἰδώλοις προσιόντας τε καὶ θύοντας ἰνιδὼν, graviter eos redarguit. In hujus Romani laudem habitam fuisse homiliam istam a Chrysostomo, non autem illius cujus meminit Prudentius, hymno 10. & Eusebio Emisseno tributa homilia de S. Romano martyre Illustriss. Cardinalis Baronius arbitratur in Martyrologium Romanum scribens: quod ille a Prudentio decantatus martyrium subierit, cum Præfectum Asclepiadem in Ecclesiam irrumpentem Christianorum avertere conatus esset: non video tamen quid obstet, quo minus utrumque contigisse dicamus, ut & minis ac cruciatibus territos Christianos ad sacrificia profanosque ritus deficientes cohibuerit Romanus, & Gentiles in fidelium templum irruentes voce represserit. Sæpe enim fit, ut dum eamdem pugnam duo narrant historici, quædam ejus partes ab uno attingantur, quædam ab alio prætermittantur. Certe in secunda homilia de S. Romano irruentem in Ecclesiam tyrannum repressum ac reprehensum ab eo fuisse scripsit Chrysostomus, quemadmodum & de suo narrat Prudentius, licet hoc ab Eusebio sileatur. Rursus Eusebius dixit Romano ad palum deligato, cum ligna coacervarentur, eum ad Imperatorem accersitum ac deductum, at Prudentius occasionem expressit, quia nimirum

—— nimbus undatim nigro
Præceps aquarum flumine ignes obruit.

quo minus est mirandum ab Eusebio miraculum loquentis infantuli omissum, cum illud alterum Romani exsecta lingua verba facientis, a Chrysostomo & Prudentio relatum, tacuerit. Cæterum cum præter nomen, locus passionis, tempus, genusque martyrii in utroque Romano conveniant, & circumstantiam de puero martyrii comite, secunda homilia Chrysostomi, quam ante aliquot annos edidimus, expresserit, ut dicetur infra in Notis ad p. 546. nequaquam duos in unum confusos fuisse Romanos a Prudentio dicemus, sed in uno diversas notabimus & imitabimur actiones. Obiit Romanus anno 20. Diocletiani, qui est Christi annus Dionysianus 304. restituit ejus Ecclesiam longo post tempore Basilius Imperator, auctore Cedreno in Compend. hist. Porro duobus Mss. usi sumus, uno Henrici 2. altero Henrici 4. in illo priori ita legebatur linea 2. καὶ πάλιν πανήγυρις, καὶ ἑορτὴ ἀνέτυμ.

NOTA FRONTONIS DUCÆI AD HOMILIAM in Sanctas Bernicen, Prosdocen & Domninam.

P. 634. Domninam virginum istarum matrem catalogus Augustanus Δόμναν appellat hoc modo, εἰς Βερνίκην καὶ Δόμναν, οὔπω εἴκοσι. At Menologium Græcorum Venetiis Græce editum 4. Octobris hæc habet, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ μνήμη τῆς ἁγίας μάρτυρος Δομνίνης, καὶ τῶν θυγατρῶν αὐτῆς Βερνίκης καὶ Προσδόκης, tum subjicit brevem historiæ illarum epitomen ex hac auctoris nostri homilia excerptam, in qua pro ἐπίστατο legendum ἐφίστατο, & pro προῤῥεῖ, παρέῤῥει, ut cum ex ipsius Chrysostomi, tum ex Menologii codice manuscripto Collegii nostri Agennensis constat, in quo distichum istud jambichum de iisdem addebatur.

Τὸ τοῦ ποταμοῦ ῥεῦμα ῥύμμα τρεῖς κόραι
Βιωτικῶν ἔχουσιν ἀγνοημάτων.
Tres hæ puellæ per fluenta fluminis
Sortentis ævi proluere crimina.

In Menologio edito tom. 6. antiq. lect. Berina & Prodoca vitiose opinor appellantur Domninæ filiæ. Eusebius lib. 8. c. 24. hist. narrat Antiochenam quamdam mulierem sanctam genere nobilem geminas filias corporis forma præstantes habuisse, quæ cum satellitum retibus circumjectæ tenerentur, paululum de via decedendi naturalis necessitatis explendæ causa postularunt ab illis potestatem, ac repente ad fluvii ripam profectæ se in profluentem gurgitem præcipitarunt. S. Ambrosius lib. 3. de virginib. S. Pelagiam virginem Antiochenam laudat, quæ cum se a prædonibus fidei vel pudoris circumsideri videret, absente matre & sororibus, nuptialem induit vestem & mortem sponte subiit, non ferro se perimens, ut putat Sixtus Senensis lib 5. Biblioth. sanctæ annotat. 253. sed ad tecti fastigium currens, unde se præcipitem dedit, ut Chrysostomus in posteriori laudatione, quam retulit in tomum suum tertium Surius 9. Junii. Addit Ambrosius, & sorores ejus consertis manibus tanquam choros ducerent, in medium fluminis alveum esse progressas, qui eas martyres reddidit. Non igitur mirum videri debet quod hic de Bernice & Prosdoce narrat Chrysostomus, quæ morte voluntaria nefariam turpitudinem depulerunt, ut de virginibus quibusdam ait Cicero in orat. de provinciis consularibus, & S. Hieronymus lib. 1. in Jovinian. de 50. Lacænis, quæ pro pudicitia occubuerunt. Licet enim Petrus Alexandrinus cum iis non communicandum esse dicat, qui talia tentaverint, & Mensurius Episcopus apud Augustinum in Breviculo collationis eos, qui se offerunt persequutoribus, martyres habendos neget, atque ipse etiam Chrysostomus homil. 87. in Joann. nonnisi auctore diabolo violentas sibi manus homines afferre dicat; certum est tamen ex eodem Augustino lib. 1. cap. 26. de civitate Dei, sanctas feminas quasdam, ut insectatores suæ pudicitiæ devitarent, se in raptorum atque necaturum se flumen projecisse, earumque martyria in Catholica Ecclesia veneratione celeberrima frequentari; cæterum existimandum esse eas peculiari Dei revelatione admonitas id fecisse. *Cum autem Deus jubet, seque jubere sine ullis ambagibus intimat*, inquit, *quis obedientiam in crimen vocet? quis obsequium pietatis accuset?* Immo absque peculiari Spiritus sancti œconomia licere seipsum in mortis discrimen præcipitem agere pudicitiæ tuendæ causa docuerunt olim Patres multi, ut Hieronymus in 1. Jonæ, & Ambrosius epistol. 7. & citato de virginibus libro 3. nunc tamen hæc admiratione potius, quam imitatione sunt digna.

NOTÆ FRONTONIS DUCÆI AD HOMILIAM in Martyres Ægyptios.

P. 699. C. 6. ἀδάμαντος. Scribendum ἀδαμαντίνῳ vel ἐξ ἀδάμαντος. Alius Cod. τοῖς ἐχθροῖς ἀποκεῖσθαι ἑτέραις ἐπινοίαις παρ' αὐτῶν ἐκμηχανωμένοις. *Aliis ab ipsis excogitatis machinis*, & δαπανήσωσι χρήματα.

P. 700. B. 3. εὐτόνως. Alius γενναίως.

EJUSDEM AD HOMILIAM IN PETRUM & Heliam.

P. 730. B. 6. αὐτὸ γὰρ αὐτό. Emendandum, διὰ τοῦτο γὰρ αὐτό, vel δι' αὐτὸ γὰρ τοῦτο. * *Sic & ego emendandum puto; reclament licet Mss.*

INDEX
LOCORUM SCRIPTURÆ SACRÆ.

GENESIS.

EXODI.

LEVITICI.

NUMERORUM.

DEUTERONOMII.

JOSUE.

REGUM PRIMI.

PROVERBIORUM.

ECCLESIASTÆ.

CANTICA.

SAPIENTIÆ.

ECCLESIASTICI.

HESAIÆ.

JEREMIÆ.

THRENORUM.

BARUCH.

EZECHIELIS.

DANIELIS.

OSEE.

JOELIS.

AMOS.

JONÆ.

MICHÆÆ.

HABACUC.

AGGÆI.

ZACHARIÆ.

MARCI.

LUCÆ.

JOANNIS.

ACTUUM.

EPISTOLARUM PAULI.

JACOBI.

PETRI.

Finis Indicis Scripturæ Sacræ.

INDEX

INDEX RERUM
TOMI SECUNDI.

Quæ charactere vario, & ut vocant, Italico *exprimuntur, ex Spuriis desumta sunt.*

D

E

F

FINIS.

Errata Tomi secundi.

PAg. 134. b. lin. 8. *lege* πάντας
P. 148. c. lin. 4. *lege* ἀντιτεῖναι
P. 151. c. lin. 6. *melius*, & quod pejus, juramentum exigere
P. 201. c. lin. 3. *lege* metu
P. 232. c. lin. 13. *lege* esset
P. 396. c. lin. 7. *lege* Promissorum fructu

PARISIIS,

Ex Typographia GUILLELMI DESPREZ, 1718.

I. CHRYSOST OPERA

TOM II


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm